GALLIA CHRISTIANA,

QVA SERIES OMNIVM ARCHIEPISCOPORVM EPISCOPORVM ET ABBATVM FRANCIÆ, VICINARVMQVE DITIONVM,

ab Origine Ecclesiarum, ad nostra tempora
PER QVATVOR TOMOS DEDVCITVR.

Et probatur ex antiquæ fidei Manuscriptis, Vaticani, Regum, Principum, Tabulariis omnium Galliæ Cathedralium & Abbatiarum.

Opus Fratrum Gemellorum
SCÆVOLÆ ET LVDOVICI SAMMARTHANORVM
auctum, & primò in lucem editum
A PETRO ABELIO ET NICOLAO SAMMARTHANIS,
SCÆVOLÆ filiis, LVDOVICI nepotibus.

TOMVS II.

LVTETIÆ PARISIORVM.
Apud PETRVM MENARD Bibliop. Iuratum, viâ Veteris Enodationis, iuxta terminum Pontis D. Michaëlis, sub signo Boni-Pastoris.

M. DC. LVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS, ET MANDATO CLERI GALLICANI.



ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
ECCLESIÆ PRINCIPI
IACOBO DE NVCHESE,
CABILONENSI EPISCOPO
ET COMITI,
REGIS IN SANCTIORE CONSISTORIO,
ET PARLAMENTO BVRGVNDIÆ CONSILIARIO.
NEC-NON ABBATI
FERRARIARVM, S. STEPHANI DIVIONENSIS,
BRETOLII, ET VARENARVM.

SAMMARTHANI Fratres S.

QVÆ *Tuis auspiciis*, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, *triginta abhinc annis, in lucem prodierat* GALLIA CHRISTIANA, *nunc triplici nomine tibi deuota, ambit iterùm tui patrocinij authoritatem. Primùm enim id à nobis*

exigit summa illa humanitas & amicitia, quâ Sammarthanos fuisti semper prosequutus; Decebat etiam, vt huic Episcoporum Ordini celeberrimo eum fautorem inuocaremus, quem totius Cleri Gallicani Coetus, inter Episcopos Præsidem sibi delegerat. Denique cùm te benigniùs aspirante nata sit GALLIA CHRISTIANA, *postquam Claudio Roberto Archidiacono Cabilonensi suo parente orbata est, cùm vixdum cunis & fasciis infantiæ soluta, in publicum prosilire valeret, Sammarthanis fratribus Gemellis eam curandam & educandam ex Roberti voluntate tradidisti, vt sub eorum disciplinâ castigatior, sub illorum tutelâ grandior, & sub magisterio sapientior euaderet. Ecce ergò quæ paruula ipsorum fidei per Te commissa est, nunc redit ad Te, sed augustiore formâ spectabilis, majestate sacrâ tot Sacerdotum venerabilis, & ingenti multitudine quos Christo genuit fœcunda. Tanta enim fulget in Ecclesiæ Gallicanæ Præsulibus pulchritudo, religionis sanctitate, fidei incorruptione, scientiæ & virtutum omnium ornamentis, vt quamuis ingenij nostri tenuitate, aut sermonis inelegantiâ, eius dignitatis aliquid sit imminutum; tamen non dubitamus, quin eius natiua species beneuolentiam tuam sibi conciliet, majestas autem, & sanctæ prolis fœcundi-*

tas ab omnibus orbis Chriſtiani populis exigat admirationem. Et quidem Eccleſiæ Gallicanæ cùm primùm fidei ſacramento natus ſis filius, poſteà factus ſis Epiſcopali dignitate ſponſus, denique veluti parens ſollicitudine quam circa ipſam adhibuiſti; Certè quemadmodum compertum habemus, quòd eam pietatis omnibus officiis diligentiſſimè colas vt filius, quòd illam vigili curà foueas & diligas vt ſponſus fidelis, ſic obteſtamur, vt tibi perſuadeas hoc publico monimento nos obſequentiſſimos eius filios, in te Patrem illuſtriſſimum Eccleſiæ Gallicanæ venerari.

INDEX

INDEX EPISCOPATVVM QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR

ORDINE ALPHABETICO.

Tomus II.

*

INDEX DECANORVM
ET PRÆPOSITORVM.

EX ACTIS ECCLESIÆ MEDIOLANENSIS editis à S. Carolo Borromæo Lib. 5. Tit. de Episcopalibus gestis memoriæ commendandis, num. 12.

EPISCOPVS, id quod vel ab initio nascentis Ecclesiæ institutum fuit, vt rerum Episcopali studio, curâque gestarum monimenta existerent, conquiri diligentissimè curet, tum singulorum Episcoporum qui præcesserunt Nomina, Genus, & Pastorales eorumdem actiones. Quæ omnia litteris consignari, ordinéque conscripta in librum certum referri curet, vt eorum memoria conseruetur, & quæ ab iisdem vel acta, vel instituta sunt, ab aliquam Ecclesiasticæ disciplinæ normam perpetuo vsui esse possint, atque adiumento, in illâ Ecclesiâ benè gerendâ.

GAL. CHR.
ABRINC.

GALLIA CHRISTIANA.

ABRINCENSES EPISCOPI.

Avranches en basse Normandie pré de la Sée

ABrincæ, Lugdunensis secundæ Prouinciæ ciuitas in Normanniâ, Abrincatum dicitur in Notitiâ Imperij, Abrincatarum in perueteri codice de nominibus regionum Galliæ, & Ingena Abrincantorum versus mare Brirannicum à Ptolemæo lib. 2. c. 8. huius territorij pagum quidam Abrincatensem, Arbricensem, Arboretanum, & Arboricensem nuncupant, Gregor. Turon. l. 11. Miraculorum S. Martini cap. 36. Abrincantinum, vrbem verò Abrincatas appellat lib. 9. Historiæ. Abrincantuos de quibus Cesar, à Britonum finibus separat Coethnus fluuius, vt testatur Armoticus libro 8. Philippidos. Subest Metropoli & Parlamento Roromagensi; Ecclesia autem Cathedralis dedicata fuit in nomine S. Andreæ Apostoli patroni tutelaris anno Christi 1121. 15. Cal. Octobris, & Decanum habet ceteris Dignitatibus ac Præbendis Capituli superiorem. At series Episcoporum recensetur in antiquo chronico manuscripto ab an. 837. ad 1359. de iis etiam scripsit indicem qui in membranis habetur, Robertus Cenalis eiusdem Ecclesiæ Præsul, quo vsi sumus, & caralogo nobis communicato à dom. le Couls Canonico Abrincensi; in hac verò diœcesi sequentes reperiuntur Abbatiæ.

S. Michaelis de Monte O.B. *Le Mont Saint Michel.*

Montismorelli *Montmorel* O.A.

Savigniaci *Sauigny* O.C.

Albædominæ O.C. *Les Blanches, fœminarum.*

Lucernæ *La Luserne* O.P.

Antistites qui in Abrincensi Sede floruerunt, hi tantùm ex veteribus tabulis illius Ecclesiæ, aliisque monumentis & Scriptoribus à nobis notati.

1. Nepus, vel Nepos; Concilio 1.
Aurelianensi interfuit an. 511. 511.
Leontius ergo qui primus in vulgatis elenchis Episcoporum occurrit, expungendus est aliquorum iudicio, vel certè Nepo postponendus, si vnus idémque sit cum Leontio Santonensi, qui sanctum Machutum Aletensem Episcopum iam senem hospitio excepisse fertur. Quod adstruere videtur Cenalis. Quæ enim scripsit de sancto Leontio apud Santones quiescente, quem primum Pontificem huius Sedis vocat, valde eleuant fidem eius elenchi Abrincensium Episcoporum, præsertim cùm statim ab initio ambigere videatur, fueritne Leontius Abrincensium Præsul, an Apostolus, an etiam geminas Sedes te-

nuerit. Certè cum Sigebertus auctor A sit, Machutum præfatum claruisse an. 561. fatendum est omnino Leontium Abrincensem, si quis vnquam fuit, à Santonico diuersum fuisse. Alioquin malè præponetur Nepo, Perpetuo, & Ægidio Abrincensibus item Episcopis, qui vt inscriptionibus 1. 2. 3. 4. & 5. Concilij Aurelianensis constat, annum 561. præcesserunt. Igitur pronunnandum est Leontium Abrincensem aut nullum, aut diuersum à Santonico, eóque antiquiorem fuisse. Nullum autem fuisse vel inde coniici potest, quod in Calendariis Abrincensibus non extet eius memoria, quæ sanè temporum lapsu obsoleuisset, si ex certâ traditione Abrincensibus compertum esset, hunc Leontium in vrbe Præsulatu, vel Apostolatu functum. Huic autem de Leontio errori occasionem dedisse credimus Acta S. Paterni, in quibus legitur beatum virum à Leontiano Episcopo Diaconatu & Presbyteratu initiatum. Cùm enim Leontiani nomen citra sedis designationem ibi positum esset, opinati sunt imperitiores, Leontianum hunc Episcopũ Abrincensem, cum tamen Constantiensis fuerit: deinde ex Leontiano Leontium effor- C mantes, Paterno tanquam discipulo magistrum præposuerunt. Atqui Paternus cum in territorio Constantiensi degeret in Sisiaco Monasterio, ordinari à proprio Episcopo debuit. Itaque Cenali viro alioqui eruditione præstanti subscribere non possumus, afferenti Paternum, non à Leontiano Constantiensi, sed à Leontio Abrincensi ordinatum fuisse, in quo hallucinandi occasionem obtulit affinitas nominum, cum pro Leontiano, seu Leuciano, Leontium supposuit.

2. Perpetvvs Synodo Aure-
533. lianensi 2. adstitit an. 533. ad tertiam D delegauit Baudastem Presbyterum 538. qui eius vice etiam quartæ subscripsit an. 541.

3. Ægidivs memoratur in chirographo subscriptionum Concilij
549. Aurelianensis 5. anno 549. cum aliis Patribus.

4. S. Paternvs Pictauis nobili genere prognatus, ordinatur Diaconus, inde Presbyter à Leontiano Constantiensi Pontifice, ac postquam adolescẽs monachum egisset in Hensionensi monasterio sub regimine Generosi Cœnobiarchæ, ex Abbate septuagenario creatur Episcopus, Scisciaci fani celeberrimi euersione, & gentilium iuxtà degentium conuersione claruit, vti indicant vitæ S. Paterni huiusmodi verba: *Iam septuagesimum ætatis annum agebat B. Paternus & Abbatis fungebatur officio, cum Scisciaci in cellulâ quam primò extruxerat, quiescenti quadam nocte visus est ille locus mirâ claritate perfusus. Simul autem visi sunt ad eum ingredi sancti Episcopi Melanius, Leucianus, & Beor, qui* B *ad Dominum migrauerant, ipsúmque ordinare Antistitem: non multum intercessit temporis, cum decedenti Abrincensi Episcopo ad Regis & populi preces ipse successit. Sedit annis tredecim.* Eum Eminentiss. Card. Baronius Abrigensem Antistitem appellans tomo 7. Annal. celebrat inter Præsules, qui sanctitate ac virtutibus conspicui Parisiensi Concilio 3. vnà cum B. Germano anno 557. interfuerunt. Vixit 557. porrò sub Childeberto Francorum Rege, eiúsque vita habetur apud Surium tomo 2. 16. Aprilis, quâ die in Ecclesiâ pro sancto colitur. Ei versus inscribit Fortunatus l. 3. carminum cap. 30. ac l. 9. c. 23. eum sic affatur:

Nominis auspicio fulgent tua facta Paterne,
Munere qui proprio te facis esse patrem.
Seruitij nostri non immemor omnia præstas.
Et tibi deuotis das pia vota libens.
Vt bona distribuas modò qui tam promptus haberis,
Vnde magis præstes, amplificentur opes.

Moritur anno ætatis octogesimo tertio, humatúsque traditur in Ecclesiâ sibi dicatâ Exolduni apud Bituriges. Complures in diœcesi Abrincensi, ac in Constantiensi basilicæ Deo sub auspiciis Paterni dicatæ sunt; in territorio Abrincensi, Baiocensi, Constantiensi, Ebroicensi varia fundauit Monasteria; Multas ædes sacras vetustate collabentes quoque, ac nouas excitauit. Ceterùm ex Actis antiquis vitæ illius, tertium decimum annum agens in Pontificatu, altero die Paschæ cum fratres Sesiaco vellet visitare, graui morbo correptus est, pariter autem & S. Scubilio, quem sibi B. Paternus in peregrinatione socium asciuerat, incidit in infirmitatem in Maclouiensi Monasterio, dirigunt ad se inuicem vt priusquam è sæculo discederent se visita-

tent; nuncij beatum Seubilionem A commonent, vt fratri Paterno occurreret; sed eadem nocte pariter B. Paternus vnà cum Seubilione, pias ad Christum animas emisêre, & vnà eadémque die ac horâ Paternus à Sancto Laudo Constantiensi Præsule, & Seubilio à Lautio etiam Episcopo, ante altare Ecclesiæ quæ nunc dicitur S. Paterni propè Macropolim, siue Grandisuillam in eodem monumento sepeliuntur, & adhuc iacent, quotidianis miraculis celebres. Hinc patet, quod ex horum actorum fide corpus S. Paterni Abrincensis Episcopi quiescat ibi, non Exoldum Biturigum, vt vulgata traditio est.

5. S. Senerius, siue Senator, qui in Breuiario antiquo Ecclesiæ Abrincensis successor S. Paterni asseritur, commemorationem habet ad diem 18. Septembris. Ex Cottianiuillâ, seu si mauis, Constantianuillâ secundùm Robertum Cenalem de Re Gallicâ lib. 2. de cœli solique Gallici Chorographicâ ratione, perioche v. Tantâ miraculorum gratiâ præditus fuit, vt non solùm febrium ardores sedare, sed surdis auditum, & pluri- C mas infirmitates curasse constanti memoriâ feratur, siсque meritis clarus & miraculis euectus est in cœlum 6. Cal. Octob. Extant quoque in hac diœcesi Abrincensi plurimæ basilicæ sub eius nomine Deo consecratæ. Funeratur in Cathedrali Rotomagensi.

6. S. Severus ex pago Constantiensi honestis parentibus oriundus, sed tamen morum magis quàm auotum splendore nobilis, ad Episcopatus apicem inuitus assumitur. In Energumenis sanandis huius viri san- D ctitatem Deus maximè testari voluit; tandem miraculorum gloriâ commendabilis, mortis suæ præscito tempore, inter psalmos & orationes spiritum Domino reddidit. Dies autem resolutionis eius etsi minus in notitiâ habeatur, quippe cum irruentium turbine barbarorum, post eius mortem fratres omnes Abbatiæ apud quos recesserat, fugerint, ita vt illic nemo remanserit, multóque tempore locus idem humano prorsus destitutus fuerit auxilio, celebratur tamen 2. Non. Iulij, die scilicet quâ Rotomago in cœnobium ab eius nomine dictum Sanseueriacum delatæ sunt reliquiæ. Huius cineres iacent in Capellæ B. Mariæ Virginis tumulo quem ipse sibi construxerat. In quodam tamen vetusto manuscripto Abbatiæ de Lucernâ legitur, conditum fuisse Abrincis in capsulâ retro maius altare.

7. S. Leodovaldvs viuebat ætate Gregorij Turon. post an. 578. 578.
meminit enim ipsius lib. 2. de mirac. S. Martini cap. 36. "Leodóvaldvs Abrincatinæ ciuitatis Episcopus Sancti Domini reliquias per Presbyterum suum deuotus expetiit. Quibus acce- B ptis, cum terminos antedictæ ciuitatis egressus fuisset, occurrit ei adhuc in deserto positus paralyticus deferentium illatus manibus; osculato autem fideliter velo, quo capsa Sanctorum cooperta erat, mox in pedes constitit, ac propriis gressibus domum regressus est."

8. Chidoaldvs adfuit Concilio Remensi sub Sonnatio circa annum 630. apud Flodoardum; post 630.
quem plurima Pontificum nomina interciderunt.

9. Ragentramnvs, vel Rabentranvs, ex Archidiacono Ecclesiæ ad Sedem Episcopalem sublectus, vt indicat vita Sancti Philiberti 20. Aug. apud Surium tomo 4. sedit circa an. 670. *Cum in loco eius*, inquit, 670.
Ragetramnus Archidiaconus fuisset a beato Audoeno Antistite subrogatus, inuento loco Abrincatinæ Ecclesiæ Cathedram est prælatus. Floruit porrò ætate Audoëni Rotomagensis Antistitis, Philiberti Abbatis Gemmeticensis, & Ebroini Maioris Domus Regiæ.

10. S. Avtbertvs Diuo Michaëli Archangelo Ecclesiam erexit in periculo maris, iuxta apparitionem sibi factam & in eâ Canonicos induxit, quibus substituuntur monachi Ordinis S. Benedicti, vt infra in Abbatiis dicemus. Monasterij in firmissimâ rupe siti initia memorat sub an. Christi 709. Sigebertus Gemblacensis in 709.
chronico his verbis: "Avtberto Abrincatensi Episcopo, monuit semel & iterum vt in loco maris, qui propter eminentiam sui Tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui, volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gargano. Interim taurus

» à leone furtim raptus, in illo loco re- A
» ligatur. Vnde Episcopus tertiò admo-
» nitus, vt illo in loco fundamentum
» iaceret, vbi taurum religatum inue-
» niret, & sicut eum terram pedibus
» protriuisse videret, sic Ecclesiæ ambi-
» tum duceret, Ecclesiam in honore S.
» Michaëlis constituit, & ex illo tem-
» pore sicut in monte Gargano; ita
» etiam illo in loco quod modò dicitur
» in periculo maris, veneratio Archan-
» geli frequentari cœpit. Hactenus Si-
gebertus. Hic locus peregrinationi-
bus ab antiquo famosus, religionis &
voti causâ non è Galliâ tantùm, sed B
ex aliis nationibus populorum vndiq;
concursu celebratur. S. autē Autberti
translatio 18. Iunij memoratur, cuius
cum sanctissima ossa prolixiori tem-
pore cunctis mansissent incognita, in
eodem cœnobio Montis S. Michaëlis
vbi Bernerius quidam ea abscondere-
rat, tandem superno opifici ad decus
loci ea manifestare placuit Richardo
2. Normannicæ gentis principatum
gubernante, & Hildeberto Abbate
dictum cœnobium regente. Altera
corporis reuelatio fit à Roberto eius-
dem Monasterij Abbate 1158. vt do-
cet Appendix Roberti de Monte. C
Mirum tamen videtur, paucorum
ætatem Præsulum implere potuisse
annos ducentos, quocirca credendum
est intermedios aliquos Antisti-
tes Abrincatenses à memoriâ homi-
num excidisse iniuriâ bellorum, vel
in diptychis omissos fuisse, his tan-
tùm descriptis, qui veterum monu-
mentis posteritati innotuerunt.

11. IOANNES 1. recensetur an-
840. no 840.

12. REMEDIVS nominatur in Conuentu Episcoporum apud Bononium.

13. ANSEGAUDUS interfuit Concilio Suessionensi 2. in æde S.
853. Medardi 853. & Synodo Vermeriensi 2. eodem anno, cuius mentio extat quoque in Capitularibus Caroli Calui Regis tit. 10. & in vitâ S. Renoberti Bajocensis Episcopi.

*14. VUALTBERTUS Synodo apud Saponarias 859. & Tullensi 2. Tusiacensi subscripsit nomine A-
862. brincatensis Pontificis 860. qui corruptè nuncupatur Valthetus in quibusdam elenchis.

15. NORGOTUS, nomen huius reperitur in autentico diplomate Richardi Ducis Normanniæ pro Ecclesiâ Fiscannensi, tempore Roberti Archipræsulis Rotomagensis, qui ad hanc Metropolim ascendit an. 989. 989.
adeò vt Præsulum aliquot nomenclaturam his sæculis incompertam esse palam sit.

16. MAINGISUS, subscriptus habetur verusto exemplari cartæ Roberti Rotomagensis Archiepiscopi cum aliis Normanniæ Pontificibus pro Ecclesiâ de Fontenitido, cuius apographum seruatur in cartophilacio Monasterij S. Petri in Valle Carnotensis; enuntiatur quoque anno 1024. in tabulâ Richardi 2. Ducis 1024.
Normanniæ.

17. IOANNES DE BAYEUX Batavx.
11. Radulfi Bajocarum Comitis & Erembergæ filius, Hugonis Bajocensis Episcopi frater, Abrincensi Pontificatu insignitus erat anno 1061. ex chronicis S. Stephani Cadomensis; legitur præsens in dedicatione Gemmeticensi 1067. postquam verò an- 1067.
nis septem & tribus mensibus Ec- C
clesiæ Abrincensi præfuisset, ad Cathedram Rotomagensem assumitur, & Lanfranco Cadomensi Abbate oblatam dignitatem recusante, ad eam promoueri Ioannem enixè postulauit; Vir, inquit Ordericus Vi- »
talis libro 4. Hist. humilitati stu- »
dens tanti Primatus sarcinam refu- »
tauit, & sibi ad hunc apicem toto »
conatu Ioannem Abrincatensium »
Præsulem præferre fategit. Porrò vt »
Canonicè fieret ista coniugatio, »
Romam adiit, prædictæ ordinationis »
licentiam ab Alexandro Papâ impe- »
trauit: factum quoque Pallium, vn- »
D de & ipsi, & toti Normanniæ glo- »
riandum erat, cum licentiâ deporta- »
uit. Munificum se præbuit Ioannes »
erga suam Ecclesiam Abrincensem, cui contulit dimidium terræ de Gueure, seu Weure (quam S. Philiberti Baroniam vocant in diœcesi Lexouiensi propè Pontem Audomari) tam in syluis, quàm in terris cultis & incultis, & redditibus molendinorum, teloneorum, nundinarum, & militum; quæ donatio posteà probata est à Guilelmo nato Willelmi, filij Osberni, & nepotis Ioannis an. 1091. ex Cenali. Tandem fato functus est

apud S. Philibertum 1079. Idib. A Septemb. Sepelitur in Ecclesiæ Rotomagensis baptisterio ad Aquilonem, cuius epitaphium refert Ordericus, à quo pluribus elogiis commendatur, vt supra in Rotomagensibus diximus.

18. MICHAEL, 1. patriâ Italus, successit, Ioanni ad Rotomagensem Metropolim translato, vt testatur Order. lib. 3. » In loco eius, ait, Michaël natione Italicus, eruditione » literarum imbutus, studio religionis » venerandus, ad culmen Abrincatensis Episcopatus electione legitimâ est B » promotus. Qui plusquam viginti annis laudabilis Pastor floruit, & Rotberti Ducis tempore beatus senex » obiit. Firmauit statuta Concilij Ro-
1072. tomagensis anno 1072. interfuitque exequiis Guillelmi 2. Ducis Normanniæ 1087. apud eundem Ordericum lib. 7. Ei Rex Angliæ munus reconciliandi Ecclesiam Abbatiæ S. Audoeni Rotomagensis demandauit, post insultum monachorum aduersus Archiepiscopum die festiuitatis S. Audoeni, vt affirmant vetusta Chronica Normanniæ; Idem assensum concessit traditioni Ecclesiæ de Vesins in C diœcesi suâ monachis Culturæ, quam leges in exemplari tabulæ manuscriptæ tali tenore.

COMMENDARE *volumus memoriæ posterorum, quod Vvauterius & Radulphus Dastinus deprecatione Domini Abbatis Iohelis fratris eorum, Deo & S. Petro Cultura dederunt Ecclesiam de Vezins & omnia ad eam pertinentia, scilicet decimam, sepulturam, & sex acras terræ & offerendas altaris, & quod presbyter de eis, hoc est de Abbate & monachis teneat suam partem Ecclesiæ sicut à supradictis duobus fratribus Vvauterio & Radulpho Dastino. Dederunt etiam decimam totius suæ pecu-* D *niæ quæ decimatur, ouium, vaccarum, equarum tam illarum equarum quas apud Vezins habent, quam cæterarum vbicumque habent in Normannia, vel in aliâ terrâ. Facta est autem hæc donatio apud Traceium sub idoneis testibus, Vuilelmo de Traceio, Gisleberto nepote eius, Burchardo præposito, Rainaldo infante filio Rannulphi Aucntlli. Hugone filio Herberti de Bosceio, Hugone de Tanur, Herberto de Mileio, Hagano de Villereio Ereuesio: de famulis Abbatis Vuilelmo Triscanno, Vuilelmo de Belisino: affuit etiam Anfridus armiger Dastini, Ranulphus armiger Gau-*

terij. post tertium verò diem quo hæc facta sunt annuit Vuilelmus de Biarz in Capella Castri, oscans vnam terram quæ est iuxta viridarium ad faciendam vineam sub his testibus, Normanno filio Garnerij, Iosbelino, Hugone Capellano. Annuit etiam idem Vuilelmus eodem die, & eodem in loco donum de Vezins, astantibus tribus præfatis testibus, & aliis multis. Hanc etiam donationem à supradictis militibus factam Michaël Episcopus Abrincensis, de assensu Gisleberti Archidiaconi sui Abrincis in Ecclesiâ B. Andreæ anno ab Incarnatione Domini 1082. approbauit, & 1082.
auctoritate suâ confirmauit. Cum autem longo tempore postea heredes supradictorum Militum aduersus continuam & diuturnam monachorum de Culturâ possessionem super Ecclesiâ de Vezins reclamassent, scilicet Vuilelmus d'Astin & Iacobus & Geruasius fratres eius, & Vuilelmus de Flascheio, qui nomine vxoris suæ Haoys ius in Ecclesiâ præscriptâ clamabat, & multas monachis & Roberto Capellano eorum molestias & iniurias irrogassent; tandem in præsentiâ Richardi Episcopi Abrincensis amicabilis inter eos compositio intercessit in hunc modum. Vuilelmus d'Astin & fratres eius prædicti, ius quod in Ecclesiâ & in eius pertinentiis clamabant, ex integro dimiserunt, & in manu Episcopi Abrincensis & monachorum de Culturâ pro se & heredibus suis in perpetuum refutauerunt, fide corporaliter præstitâ, quod nihil penitùs in Ecclesiâ, vel eius pertinentiis de cætero clamarent, hoc etiam fecerunt Vuilelmus de Flacheyo & vxor eius Haoys, & acceptis pro huiusmodi pace ab Abbate & monachis sexaginta solidis Cenomanensis monetæ in manu Episcopi fide corporaliter interueniente, se pacem hanc perpetuò seruaturos firmauerunt. Cæterùm Iacobo d'Astin fratri, & Vuilelmo d'Astin, Abbas & monachi de Culturâ concesserunt prædicti monachi in eleemosinam quinque solidos Cenomanensis monetæ, reddendos eis annuatim per manum Prioris de Biars, quousque in aliquo beneficio Ecclesiastico ei prouiderent. Actum anno Dominicæ Incarnat. 1174. publicè, Abrincensi Episcopo præsente, & compositionem supradictam auctoritate suâ confirmante, Testibus Gisberto Archidiacono & Rogero Cantore, Vuilelmo Thesaurario & magistro Erneiso, & Vuilelmo Testardo, & magistro Ricardo, & Hugone Troisno, & Vuilelmo de Olino: ex parte verò Abbatis Vuilelmo de Campo Forti, Priore de Byarz, & Guiardo Secretario, & Geruasio

de Roscyo, & Roberto Sacerdote eiusdem Ecclesiæ, & Vuilelmo Sacerdote, & Roberto de Byarz, & Gauthero de Chalandreto, & Radulpho de Fontenelo, & ex parte Militum Garino, Gastino & Godefrido, Palmerio, & Roberto Macrachro, & Vuilelmo de Verdamo Crasso, & Vuilelmo Normando: & de parrochianis eiusdem villæ Auberto Telario, & Ranulpho auena, & Gantero longo, & Gaudefrido de Iardino. Vixit Michaël vsque ad ætatem Roberti Ducis & Guillelmi 2. cognomine Rufi Anglorum Regis
1100. designati qui anno 1100. interiit: sepultus est hic Antistes in Cathedrali Abrincensi.

19. TVRGISVS vel TVRGEDVS, Michaëli subrogatus interest Con-
1118. cilio Rotomagensi 1118. & alteri Conuentui Episcoporum ac Abbatum Normanniæ, præside Mathæo Albanensi Pontifice, Legato Apostolico 1128. Sequenti anno, iam senex, ait Ordericus, celebrat nuptias Gaufridi Comitis Andegauensis cum Mathilde Anglicâ Henrici 1. Regis filiâ. Eius tempore conditur Sauigniacum Monasterium nobile Cisterciensis Ordinis. Præsulatum denique impleuit per annos circiter triginta, teste præfato Orderico libro 4. cum eius adhuc meminit lib. 12. ad quem etiam extat epist. 270. Iuonis Carnotensis Antistitis Turgedum appellantis: decessit festo Epiphaniæ, ac tumulatur in Cathedrali.

BELFAGO. 20. RICHARDVS DE BELLOFAGO, siue DE BELFAGO I. donatur Episcopatu ab Henrico Rege Anglorum cuius Capellanus erat an.
1134. 1134. auctore Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum, consecratur ab Hugone Ambianensi, Rotomagensi Metropolitano 1135. de quo Ord. lib. 13. mortuus autem 1142. humatur in Abbatiâ Beccensi.

SVBLIGNY. 21. RICHARDVS DE SVBLIGNY II. ex Decano Abrincensi ad Pontificatum subuectus est, primi Richardi successor ex eodem Continuatore; frater verò Ascelphi de Subligneio Militis fundatoris Abbatiæ de Lucernâ, cuius religiosos in vallem iuxta Taio commigrantes suscepit:
1145. consecrat die S. Lucæ 1145. altare in capellâ ligneâ eiusdem Monasterij. Cenalis autem huius familiam notat multis nominibus suo tempore insignem fuisse. Vitam hic cum morte commutauit an. 1152. 1152.

22. HERBERTVS Ducis Neustriæ Sacellanus, ordinatur eodem anno, sicuti tradunt chronica Normanniæ 1152. *Mortuo Ricardo Episcopo Abrincensi in itinere Romæ, cùm illùc perrexisset causâ altercationis duorum electorum Abbatiæ Montis Michaelis, Herbertus Capellanus Ducis Normanniæ factus est Episcopus prædictæ Sedis.* & aliquibus verbis interiectis loquuntur de sacro Henrici Ducis in Regem Angliæ apud Vuestmonasterium 14. Cal. Ianuarij 1153. Affuerunt & de Norman- « 1153.
niâ vir religiosus ac timens Deum «
Hugo Archiepiscopus Rotomagensis, «
Philippus Baiocensis, Arnulfus Lexo «
uiensis, Herbertus Episcopus Abrin- «
censis. Hanc inaugurationem refert «
Appendix Sigeberti anno 1154. quo tempore mense Iunio in festiuitate S. Mariæ Magdalenes, benedixit in Abbatem Diui Michaelis apud S. Philibertum de Monteforti, Robertum de Torinneio Scriptorem luculentum memorati chronici Appendicis ad Sigebertum. Corpus B. Firmati leuauit à tumulo apud Moretonium cum Hugone Rotomagensi, Ricardo Constantiensi, & Rotroco Ebroicensi Præsulibus. Obiit 1160. mense Se- 1160.
ptembri, funeratus in Ecclesiâ B. Mariæ Beccensis communi cum priore Richardo de Bellofago decessore potitus sepulturâ, teste Roberto de Monte in suo Supplemento.

23. ACHARDVS ex Abbate S. Victoris in suburbio Parisiensi Canonicorum Regularium in Episcopum ascitus anno 1162. referente eodem Supplemento. Pontificatû iniit 1161. Martij 27. scribente Cenali, ac sacris vndis baptismi suscepit Alienoram filiam Reginæ Anglorum apud Domnifrontem 1162. quædam opu- 1162.
scula edidit, ac demum postremum diem clausit 29. Martij 1171. quiescit in templo S. Trinitatis de Lucernâ.

24. RICHARDVS III. ex Archidiacono Constantiensi eligitur 1171. 1171.
sub cius Præsulatu Concilium Abrincatense congregatur an. 1172. quo Henricus 2. Rex Angliæ à sacrilegâ S. Thomæ Cantuariensis nece antea per Legatos absolutus, denuò Ecclesiasticæ communioni restituitur, vt habet Rogerius Houedenus in fine

Annal. Angl. Intereſt dedicationi baſilicarum Beccenſis, & S. Mariæ de Voto ab Henrico Bajocenſi Antiſtite: nominatúrque in actis electionis
1177. Rolandi Dolenſis Pontificis 1177. Ei porrò tunc Archidiacono Alexander ſummus Pontifex cauſam quæ inter Hugonem B. Vincentij Siluanectenſis Abbatem, & Garnerum Sacerdotem ſuper Eccleſiâ de Marinis vertebatur, Henrico Siluanectenſi, & Arnulfo Lexouienſi Epiſcopis Apoſtolicâ delegauit auctoritate, infra ſpatium duorum menſium remotâ appellatione, ordine iudiciario decidendam, allectis Præſulibus Gaufrido Autiſſiodorenſi, S. Victoris, B. Genouefæ, Augenſi, & de Mortuomari Abbatibus, vt patet ex epiſtolâ Arnulfi ad Ale-
1182. xandrum. Viuere deſiit 1182. Robertus enim ſcribit in Appendice: *Obiit Pater noſter Ricardus Abrincenſis Epiſcopus, vir magnæ litteraturæ, tam ſæcularis quàm diuinæ, morum honeſtate virgo ab vtero laudandus.* Iacet in Eccleſiâ Abrincenſi.

BVRELLI. 25. GVILELMVS BVRELLVS I. renunciatur Epiſcopus eodem anno
1182. 1182. varia Cathedrali ſuæ, in quâ ſepultus eſt legata contulit; defunctus die 17. Martij.

FOVLON 26. GVILELMVS FOVLON II. in Martyrologio Abrincenſi Prolomeus, & à quibuſdam dictus Folonei; Creditur idem ac is qui Electus nun-
1190. cupatur 17. Octob. 1190. in cartâ Ricardi Regis Angliæ: paulò poſt Innocentius 3. Papa ſcribit ad Decanum & Capitulum Eccleſiæ Abrincenſis lib. 2. Epiſtol. Poſtremum diem clauſit die vltimâ Auguſti circa annum 1209.

OSCILLEIO. 27. GVILELMVS DE OSCILLEIO III. non de Oſtilleio vt docent vulgati catalogi, nominatur cum Guilelmo Lexouienſi in exequiis Philippi Auguſti Francorum Regis 1223. mortalitatem verò ipſe expleuit an.
1225. 1225. iacet in Eccleſiâ Sauigniacenſi, cui anteà dederat Eccleſiam parochialem eiuſdem loci conſentiente Ioanne Moretonij Comite. Non ergo videtur eſſe idem cum Guillelmo de Chamiliaco, translato ad Sedem Andegauenſem inconſulto Pontifice, quâ de re Innocentius 3. epiſtolâ datâ Laterani 12. Calend. Februarij 1199. quæ incipit, Inter Corporalia, à facto quippe conceſſerat an. 1202. ex Calendario Andegauenſi.

28. GVILELMVS DE SAINTE MARIE IV. ex Decano Pariſienſi Pontificatum adipiſcitur 1239. de quo Chronica vetuſta Normanniæ 1225. *Obiit Guillelmus de Oſcilleio Abrincenſis Epiſcopus, cui ſucceſſit Guil. de S. Mariâ, in Eccleſiâ vir ſapiens, litteratus & eloquens;* Supremum ſpiritum exhalauit 18. Feb. humatus in Cathedrali. SAINTE MARIE. 1239.

29. HVGO repetitur ſubſcriptus an. 1264. donationi duarum ædium 1264.
propè Palatium Thermarum Lutetiæ Magiſtris ac Scholaribus qui Theologiæ operam dabant, (nunc celebre Collegium Sorbonæ dictum,) quarum permutatio facta fuit eodem anno inter Regem S. Ludouicum, & Robertum de Sorbonâ Canonicum Pariſienſem, quam idem Hugo confirmauit, vti ex cartis regiis colligere nobis licuit. Sepultus in Cathedrali iuxta antiquos codices cœnobij de Lucernâ. In Martyrologio Abrincenſi conſignatur obitus cuiuſdam Hugonis Epiſcopi 5. Aprilis, ſed an de iſto de quo nunc agitur fiat mentio, non conſtat, cum nihil de anno prorſus habeatur.

30. RICHARDVS ANGLVS IV. à Cenali Angelus nominatur, præfuit an. 1265. denaſcitur 1269. cuius ſepultura ſpectatur in Capellâ Beatæ Mariæ ad Cathedralem. 1269.

31. RODVLFVS THEVILLVS, ſiue de Theuillâ, electus & confirmatus fuit circa annum 1270. ab Odone Rigaudi Metropolitano; Eccleſiaſticos prouentus Eccleſiæ ſuæ multùm auxit, exemptus è viuis an. 1292. THEVILLE. 1270.

32. GOFRIDVS BOVCHER, qui Lanius, & Lignarius ab aliis vocitatur, Sedem rexit ab an. 1293. per annos tredecim vt habent cartophilacia Theſauri Regij: funeratus in Cathedralis templo. BOVCHER. 1293.

33. NICOLAVS DE LVSARCHE aſſumptus ad infulas Abrincatenſes bullâ Clementis Pontificis anno primo 1305. cuius archetypum extat in tabulario Regio: regimen tenuit ad annum vſque 1311. quo vitâ defungitur, terræ mandatus in baſilicâ S. Genouefæ Pariſienſis. LVSARCHE. 1305.

PONTORSON 34. MICHAEL DE PONTORSON II. sedit anno vno, mensibus quinque, ac vitam finiit Idibus Decembris 1312. iacet in Cathedrali.
1312.

LA MOUCHE. 35. IOANNES DE MUSCA III. Ecclesiam suscepit administrandam mense Martio 1312. passus est sibi refragantem Ioannem Tesson Rectorem Ecclesiæ de Gothfridâ; perdurauit interregnum ab eodem anno
1316. 1312. ad 1316. quo lite dissolutâ præfuit annis vndecim, diebus quindecim, ad annum videlicet 1327. interiit 13. Martij, tumulo conditus in Lucernæ Abbatiâ propè patrem, ante Capellam S. Michaëlis.

VIENNE. 36. IOANNES DE VIENNÉ IV. eligitur 10. Septemb. 1329. vt docent libri Obligationum Vaticani, siue vt vocant Acta Consistorialia, quo ipso anno missus in Flandriam à
1329. Rege Philippo 6. Valesio habuit in mandatis, vt Curtracensis, aliarúmque arcium propugnacula euerteret, quâ de re Robertus Gaguinus: *Eadem tempestate*, inquit, *Rex Philippus animo voluens, quàm procliues Flamingi ad seditionem semper extitissent, misso Ioanne Abrincensi Antistite portas Iprensis oppidi, atque Curtraci, & aliarum arcium munitiones dirui confestim iubet.* Tertio à confirmatione suâ anno nedum consecratus Morinensi Ecclesiæ præficitur, traductus denique ad Archiepiscopatum Remensem, in quâ Metropoli quiescit.

HAUTFRINE. 37. IOANNES HAUTFRINE, vel AUSTFRIEN V. translato ad Remensem Pontificatum decessore ad hunc promotus est, cui præsidebat iam ab anno 1339. dein ob rerum agendarum peritiam & existimationem apud Normannos gratiam promeritus, memorabilem suscepit legationem pro immunitatibus & priuilegiis huius prouinciæ seruandis, quemadmodum enuntiatur in fragmento veteris manuscripti Chronici Neustriæ, quod visum est in hunc
1339. modũ proferre. ANNO MCCCXXXIX. *cum Rex Francorum Philippus pro subsidio guerræ suæ tallias & impositiones varias, & diuersas vniuersaliter per totum regnum fieri mandasset, Prælati, & Barones Ducatus Normanniæ, considerantes quod istud si permitteretur fieri, esset contra libertates & priuilegia Normanniæ, & maximè contra priuilegia & declara-*

A *tiones Ludouici quondam Regis Francorum & Nauarræ, per hoc in futurum ad consequentiam trahi posset, pluries propter hoc congregati, deliberationibúsque multis habitis super confirmatione priuilegiorum dicti Ludouici Regis, & reuocatione attemptatorum, apud Regem viriliter institerunt. Finisque magna & virtuosissima Prælatorum constantia, quâ quamuis Rex & Consilium suum vellent & offerrent semper à principio dicta priuilegia quantum ad homines & subditos Ecclesiarum & nobilium confirmare, ipsi tamen nobiles & Prælati attendentes, quod totus populus*
B *dicti Ducatus vt vnicus & conformis eisdem legibus & consuetudinibus regitur, & priuilegia ac libertates toti populo sunt communia & communes, noluerunt aliquatenus consentire, nisi habitatores villarum & locorum ad Regem & Ducem Normanniæ Ioannem filium suum medio pertinentes, sicut & cæteri habitatores dicti Ducatus, dictis priuilegiis plenè & perfectè gauderent. Negotium igitur huiusmodi sic prudenter fuit apud Regem prosecutum, maximè per Archiepiscopum Rotomagensem Petrum Rogeri postmodum Cardinalem, Guillelmum Bertrandi Baiocensem, &* IOANNEM AUSTRIEN
C ABRINCENSEM *Episcopos, necnon Radulphum Comitem Angi, Constabularium Franciæ, Ioannem Comitem de Harcuriâ, & Robertum Bertrandi Marescallum Franciæ, qui negotium pro totâ patriâ fuerant viriliter prosecuti: quæ ad vltimum hoc anno circa festum Paschæ, fuerunt dictæ libertates & priuilegia per Regem, & Ioannem Ducem eius filium subsigillata in cerâ viridi ex certâ scientiâ, confirmata ad vtilitatem totius patriæ Normannorum; & insuper priuilegium dicti Ludouici Regis, nullâ parte in quâ sit mentio quod Rex non poterit imponere nisi vrgens necessitas, & euidens*
D *vtilitas id exposcat: fuit valde vtiliter declaratum, quod videlicet in casu retrobandi, & non aliis vendicabit sibi locum; litera autem super iis in plerísque aliis locis dicti Ducatus ad perpetuam rei memoriam conseruantur. Discant ergo posteri vniformiter, excepto istorum pro libertatibus patriæ vigilare, præfatus Magister Petrus Rogerij de Archiepiscopo Cardinalis effectus, fuit valde gratus Prælatis & Baronibus, & populo Normanniæ, in tantum quod cùm recessit ab eis, obtinuerunt & assignauerunt sex mille lib. annui redditus ad vitam suam, quas emerunt de pecuniâ pro omnibus patriæ vtilitatibus, congregatáque*

fuit

fuit dicto Cardinali ad honorem ipsius, Prælatis verò & Baronibus ad summam magnificentiam reputatum. Dicauit autem Ioannes Ecclesiam Monasterij Beccensis beatæ Virgini & Sanctis consecrato altari maiore, adstantibus Lexouiensi & Ioanne Papiensi Episcopis, Abbatibus, Ecclesiasticis viris,
1342. ac proceribus Neustriæ an. 1342. 15. Septemb. quæ fuit tertia dedicatio, vt adnotat chronicon Beccense. Ferunt illum naturæ debitum persoluisse anno 1358. 4. Maij. Sepultus Rotomagi in æde Abbatiali S. Audoeni, postquam annis septem & viginti, B mensibus ferè tribus, suam diœcesim Arboricensem rexisset. Illo moderante Ioannes Thesaurarius & Canonicus Abrincensis factus est Cardinalis Diaconus tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

BARDOVL. 38. FVLCO BARDOVL ortu Redonensis in Aremoricà, ex Decano Andegauensi Abrincensis Præsul crea-
1358. tur anno 1358.

LA PORTE. 39. ROBERTVS DE LA PORTE I. Cadomensis, ex Iuris Canoni-
1376. ci Professore floruit circa an. 1376. quo eodem anno die vltimâ Nouem- C bris Caroli Nauarræ Regis à Consiliis, codicillorum vltimæ voluntatis executor deligitur conditæ apud Pampilonam, vti scribitur in tabulâ originali; post triennium verò rebus humanis cessit.

LA FAYE. 40. LAVRENTIVS DE FAYE Turonensis, ex Baiocensi ad hanc Ecclesiam subuectus est an. 1379. & vi-
1390. uere desiit 1390.

SAINT AVIT. De gueule vne Croix neillée d'or, chargée d'vne coquille de sable, ladite coquille accompagnée de quatre merlettes de mesme.

41. IOANNES DE SAINT AVIT, VI. Castelloduni in pago Dunensi ac diœcesi Carnotensi natus, gregem suum annis nouem & qua- D dtaginta rexit, mortuus enim 1442. mense Iulio, cuius cadauer sepulturæ traditum fuit in monasterio S. Audoeni Rotomagensis. Memoratur tamen in scriniis regestorum capitularium Metropolitanæ Rotomagensis, Philibertus de Montcioco Episcopus Abrincensis, qui iurauit in verba Ecclesiæ Rotomagensis mense Ianuario, de quo nulla mentio extat in vulgatis Antistitum Catalogis.

PINARD. 42. MARTINVS PINARD, de Nonanto iuxta Baiocas Lexouiensis diœcesis, administrauit decem annis A defunctúsque anno 1452. mense Ia- 1452.
nuario.

BOCHARD. 43. IOANNES BOCHARD VII, dictus Vaucellanus, Abbas Becci in Normanniâ, & Cormeriaci in Turonibus, Doctor Collegii Geruasiani, Regis Christianissimi à Confessionibus priúsque Abrincensis Archidiaconus, fidem clientelæ profitetur Ecclesiæ Rotomagensi matri suæ 1453. 10. Iu- 1453.
lii, vti docent acta capitularia; & anno 1470. adfuit cum aliis Præsulibus in generalibus regni Comitiis apud B Turones, cum de rebus publicis ageretur. Cæterùm Rex Ludouicus XI. Academiam Parisiensem florentissimam reddere cupiens, huic Episcopo Bochardo curam illius instaurandæ commisit, & vt eam in pluribus reformaret, iussit: in primis verò Principi auctor fuit vt Reales, quos vocabant Philosophos confirmaret, & è contrario doctrinam Nominalium abrogaret, dato diplomate Siluanecti an. 1473. quo interdicitur lectio & interpretatio istorum Nominalium prout refertur in Supplemento Additionis ad vitam eiusdem Regis Ludouici. C Ioannes porrò diem extremum clausit apud Sanctum Laudum 28. No-
uemb. 1484. Sepultus in choro Abrin- 1484.
censi, ad sinistram sub tumbâ albâ lapideâ, cum Episcopatum tenuisset triginta annis, mensibus nouem, diebus 21.

BOVRBON VENDOSME. D'azur à trois fleurs de Lis d'or, au bastõ de gueulles & à la barre d'argent.

44. LVDOVICVS DE BOVRBON I. aliàs DE VENDOSME, Abbas commendatarius Beatæ Mariæ Sauigniacensis, Cantor primò Ecclesiæ Vindocinensis, tum Prior Espernonii, & in Parlamento Parisiensi Senator, Regio sanguine procreatus D erat, filius nimirum naturalis Ioannis Borbonii huius nominis secundi Comitis Vindocinensis, ac frater Iacobi dynastæ de Bonaualle, à quo Barones de Ligny & de Rubempré orti sunt: Ac legitimatum quidem fuisse illum constat ex litteris cartophilacii Memorialium Cameræ Computorum datis mense Nouembri 1499. vbi dicitur natus ex copulâ Ioannis Comitis & Guidonæ Peignée, aliàs de Vieuxville, solutæ. Iste nominatus à Rege consecratur Episcopus 1484. 1484.
tametsi Acta Consistorialia Vaticani electum computent 17. Septemb. anni insequentis; legitur autem in re-

gistris Senatus nominatim illi factam A sessionis prærogatiuam in Parlamento, quam sodales minimè ipsi inuiderunt ob natalium splendorem, postquam solidum iuramentum exhibuisset Curiæ. Memoratur in pactis matrimonii Ludouici Borbonii Principis Rupis ad Oyonem cum Loisiâ Borboniâ dominâ Caluiniaci, Molinii Boiorum 1533. exceperat is votum clausuræ à Renatâ Borboniâ sorore Abbatissâ Fontisebraudi 1500. 13. Iunii, & anno 1505. Dominicâ 22. Iunii benedixit in Abbatissam S. Trinitatis Cadomensis Isabellam Borboniam maiorem Priorissam Fontebraldensem. Denique vitam cum morte B commutauit Ludouicus Turonis an.
1510. 1510. 21. Octob. humatus in suæ Cathedralis magnâ Capellâ B. Mariæ Virginis. Plura ipse ad Ecclesiæ ornamentum elargitus, Pontificium palatium ampliauit, vt sequenti elogio illum celebrat Episcopus Cenalis, ita loquens: *In Regis ac Regni vtilitatem & gloriam legationibus functus est, magnâ sui ac suorum laude, multisque beneficiis rem Ecclesiasticam instaurauit, ornauit, & auxit, Episcopalem domum Abrincensem, ac arcem in castro de Parco magnificentissimè à fundamentis erexit. Præfuit annis 26.* Tum his versiculis Antistitem de Ecclesiâ benè meritum epitaphii loco sic affatur.

BORBONIAM *illustrat & laude & nomine gentem,*
Dent tibi supremos pia numina sedis honores.

De eo vide Scæuolam & Ludouicum Sanmarthanos Regis Historiographos lib. 25. capite 2. Hist. Genealogicæ Domus Franciæ.

Hebert. D'azur au sautoir d'or, cantonné de quatre molettes de mesme.

45. LVDOVICVS HEBERT II. Parisiensis, patritiâ & Quæstorii ordinis familiâ natus erat, parentibus Ioanne Heberto, ærarii Franciæ Præfecto Generali, & Ioannâ Guerin; fratres habuit quoque Goffridum Episcopum Constantiensem, & Ioannem Hebertum Equitem, toparcham d'Offonuilliers, Baronem de Courcy, Regis Cubicularium, ac Franciscum Baronem de la Hogue. Atque hic quidem Præsul in Academiis optimè scientiis institutus, sacris ab ineunte ætate se dedit, factus Canonicus Abrincensis, & Archidiaconus Constantiensis, tum denique ex Abbate Sancti Laudi ad Episcopalem sedem electus à Capitulo Abrincensi 21. Ianuarii 1510. iuxta diploma literarum 1510. Regis Ludouici XII. actis capitularibus insertum & diebus 26. Nou. ac 18. Decemb. eiusdem anni subscriptum Possessionem adipiscitur 3. Iunii 1511. Vrbem autem solemniter inuectus est 23. Maii 1512. migrauit è vitâ die 4. Aprilis 1526. ac sepulturæ 1526. illatus in Cathedralis suæ Capellâ absconditâ Beatæ Mariæ Virgini de Pietate, & in honorem Dominicæ Passionis dicatâ, quam ipse bellorum tunc vigentium furore dirutam, à fundamentis de nouo extruxit. Reperiuntur in archiuis huius familiæ, tabulæ, quibus constituitur Ludouicus curator liberorum fratris Ioannis, cuius primogenitus Ludouicus Baro de Courcy, parens fuit Claudiæ Hebertæ d'Offonuilliers, in matrimonium collocatæ Francisco de Montmorency domino de Hallot, Neustriæ Progubernatori.

Langeac. D'or à trois pals de vair.

46. IOANNES DE LANGEAC VIII. Tristano domino de Langeac & Annâ d'Alegre, vtróq; stemmate nobili in Aruernis genitus erat, qui C plurimis annis in aulâ Regum cum floruisset, Libellorum Præfecturâ insignis, Abbas Pebraci, Briuatensis Præpositus, post legationes summâ prudentiæ laude obitas ad Episcopalem gradum huius Ecclesiæ tandem peruenit, cuius gubernacula tenuit propemodum annis septem; cum electus fuisset 1527. transiit ad Lemouicensem Episcopatû, vt infra dicemus. 1527.

Cenalis. De gueules à la Croix d'or chargée d'vn lis à trois branches de sinople dont les fleurs sont d'argent, ladite fleur de lis accompagnée de quatre lettres Hebraiques d'or 1. 2. 3. 4.

47. ROBERTVS CENALIS II. origine Parisiensis, in almâ Facultate Theologicâ magni nominis Doctor Sorbonicus renuntiatus est 1513. D ac primò Episcopus Vencensis nominatur à Francisco I. regiâ schedulâ anni 1530. 7. Maii, inde Præsul Regiensis in Prouinciâ, postremò ad Cathedram Abrincensem promotus 1532. iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis clientelari sacramento die 10. Ianuarii 1533. vir eruditionis laude conspicuus, qui Theologicis studiis, Francicæ & Ecclesiasticæ antiquitatis cognitionem adiunxit. Gallicam quippe Historiam Latinè duobus tomis distributam euulgauit, quorum prior ad Antropologiam Gallici Principatus, posterior ad soli Corographiam

pertinet, quam Henrico 2. dicauit. A
Indicem decessorum Arboricensium Episcoporum, ex quo excerpta quædam à nobis, & variis auctoribus hic publicantur: item Hierarchiam Neustriæ quinque partitam libris, ac in membranis manuscriptis relatam: hæc nempe Hierarchia diuiditur in quinque libros, primus continet descriptionem diœcesis Abrincensis, alter seriem Episcoporum, tertius elenchos Rotomagensium Archipræsulum; ceteri autem miscellanea quædam, & mutuatur plurima ab Orderico, Guilelmo Gemmeticensi, Roberto de Monte, aliísve Historicis. B
Pendente in Germaniâ bello ciuili, Carolus v. Imp. ad sedandas discordias, vt censebat, quorumdam Theologorum consilio & ope, formulam quam vocant Interim, capita quædam doctrinæ de præcipuis Catholicis dogmatibus & ceremoniis continentem, minimè probatam à summo Pontifice cùm publicasset, dum de Religione in Concilio vniuersali ageretur, & definitum id fuisset à multis Theologis, hoc improbatum fuit inter Orthodoxos; quamobrem Antidotum contra hoc euulgauit Cenalis; C de quo scribens doctissimus Henricus Spondanus Appamiarum Episcopus tomo 3. Annal. Ecclesiasticorum sub annum 1548. hæc subdit.

1548\.
» Fuit liber scriptis vtriúsque partis tam
» Catholicorum, quàm hæreticorum im-
» pugnatus. Nam inter Catholicos Ro-
» bertus Cenalis Episcopus Abrincen-
» sis, vir apprimè doctus Antidotum
» publicauit, ad proposita, (vt habet
» inscriptio) per Interim, non tam per
» modum, quàm præter omnem reli-
» gionis modum oblata; qui Præsul to-
» tum opus exagitat, & ab eius impiâ
» doctrinâ omnes sibi cauere monet, D
» speciatim verò in duobus articulis de
» connubio Sacerdotum & communio-
» ne sub vtráque specie. Edidit quoque opus de ponderibus & mensuris, librum inscriptum Larua Syccophantica in Caluinum, aliáve ingenii monimenta: de quo Antistite Possevinus in Apparatu Sacro, & Genebrardus Aquensis Archiepiscopus in Chronologia. Denique postquam per plures annos in eâ Cathedrali Abrincensi
1560\. sedisset, animam Deo reddidit 1560. ad S. Paulum Lutetiæ sepultus 27. Aprilis, sub tumulo marmoreo & statuâ æneâ Episcopi personam referente, ac duos serpentes pedibus calcante, his versibus adscriptis.

Iure sub hoc tumulo Pauli sacra cõtinet ædes
Eius præconem, mentis, & eloquij,
Quem fuerat viuens imitatus moribus, alto
Eloquio, scriptis, oréque fulmineo.
In hoc dissimilis, quod lecto es funera passus,
In reliquis Præsul candide Paulus eras.
Principibus coram, illius in more fuisti
Vas lectum, constans, verbiger æthereus.
Pastorum Phœnix, ac declamator Iesu,
Et Pauli species altera visa loqui.
Tu CENALIS *eras scriptis laus orbis, & vrbis,*
Parisiensis honor, Doctor & indigena.

Ibidem à parte meridionali in tabellâ cupreâ spectantur hæc verba:

Ego Iehouad: Hoc est nomen meum.
Vni trino numini ac nomini sacrum:
Huc ades, quisquis es Christianæ cultor
Pietatis, hoc monumentum vocat
Suadétque, vt te esse mortalem vel casibus
Discas nostris; tum quæ sequuntur legas.

» Epitaphium Roberti Cenalis Ar-
» boricensis Episcopi, Doctoris Theo-
» logi, ordine & origine Parisiensis.

En moriturus ego vixi, quò viuere possim,
Iam moriens, mortem vita beata manet,
Vixi equidẽ fateor, sed quem vixisse pigeret,
Ni mihi spem faceret gratia larga Dei.
Busta tui miseranda vides, qui fortè RO-
BERTI:
Dic tandem æternâ pace fruatur, Amen.

Le Cirier. D'argent à vne estoile en cœur de gueulle, accompagnée de 4. hermines de sable.

48\. ANTONIVS LE CIRIER ex Senatore Parisiensi, & Decano Cathedralis B. Mariæ, ad sedem Episcopalem Abrincensem siue per obitum prædicti Roberti, aut per resignationem euehitur, vt patet ex regestis Ecclesiæ, in quibus notatur quòd possessionem sit adeptus per procuratorem die Veneris 28. Nouemb. 1561. virtute literarum Pij 4. 1561.
Pontificis anno 1560. 6. Idus Maij. Solemniter autem basilicam ingressus 1562. festo S. Audoeni; interest Concilio Tridentino, ac Coetui Cleri Parisiensi 1573. Fatis concessit 14. Ianuarij 1575.

Le Cirier

49\. AVGVSTINVS LE CIRIER, Antonij decessoris sui frater, & in supremo Regni Senatu Consiliarius, ac posteà Decanus Abrincensis, item sanctæ Capellæ palatii Regalis Parisiensis Canonicus, insignisque Metropolitanæ eiusdem loci Decanus, demum à Carolo 9. Francorum Rege

nominatus Episcopus, per procuratorem adut possessionem die Saba-
1575. thi 13. Augusti 1575. obtentis per eum bullis Apostolicis à Gregorio XIII. Papâ 10. Cal. Maii. Vixit annos quadraginta, menses sex, & tres dies: obitus illius incidit ad diem 43. Martii 1580 iacet in Cathedrali sub cœnotaphio æneo ante Cathedram Episcopalem.

Paricard. D'or au cheuron d'azur en pointe, accompagné d'vn ancre de fable, au chef d'azur chargé de trois molettes d'or

50. Georgius Pericard, Ioannis in Senatu Normanniæ Regii Cognitoris filius, ex Senatore Rotomagensi, Scholastico Abrincensi, & Abbate S. Stephani Cadomensis, ac Diui Iuliani Turonensis ad hanc sedem promotus, possessionem sumpsit nomine procuratorio 1583. Mercurii primâ Iunii, impetratis priùs per eum literis Apostolicis à Gregorio Pont. XIII. datis Romæ eodem anno 5.
1587. Cal. Aprilis. Morte interceptus in ipso ætatis flore 22. Iulii 1587. iacet in suæ Cathedralis Ecclesiæ sacello S. Georgii.

Pericard

51. Franciscus Pericard superioris frater, Ecclesiæ Arboricensis Scholasticus, inde electus à Capitulo Decanus, ex Senatore & Canonico Rotomagensi, ac Comite
1588. Consistoriano consecratur anno 1588. fuit vnus ex delegatis qui mense Maio & sequentibus 1593. cum aliis Præsulibus, & proceribus regni, in vico Suresnæ duabus leucis à Lutetiâ distante conuenerunt, tempore nefandi belli ciuilis, regnante Henrico Magno, pro treugâ & pace. Bis iste perorauit pro Clero Parisiis conuocato 1610. coram Rege Ludouico 13. & Reginâ matre; interfuitque Comitiis Generalibus Regni Pari-
1615. siensibus 1615. & 1625. apud Regem Hispaniarum quoque functus est legatione. Capucinos anno 1618. Iulii 15. & Moniales Ordinis S. Benedicti in vrbem admisit, monachos item Benedictinos Congregationis S. Mauri, Montis Sancti Michaëlis in periculo maris instituit. Multa statuta Synodalia ad conseruationem Ecclesiasticæ disciplinæ, Missale, & Breuiarium Romanum ex sacri Concilii Tridentini decreto editum promulgauit: Tantâ in omnibus vsus est moderatione; maximè verò in Ecclesiæ suæ administratione, quam per quinquaginta annos & ampliùs feliciter rexit, vt ne vel minimum quidem ipsum inter & Capitulum suum dissidium ortum fuerit. Tandem Episcoporum Decanus & antiquior, cum victor rediret à deffensione iurium Episcopalium, luctu non suorum modò, sed & omnium ad quos eius fama peruenerat, vltimum vitæ diem clausit ad castrum Condæum propè Ebroicas die 25. Nouemb. diuæ Catharinæ sacrâ an. 1639. in Ecclesiâ Ca- 1639.
thedrali Ebroicensi, communi cum fratre suo Guillelmo Periceardio eius Ecclesiæ etiam Antistite potitur sepulturâ; eius tamen corde dicata est Ecclesia Abrincensis, quod sepultum est in dicto sacello D. Georgii, memoratum inter Georgium fratrem decessorem, & Odoardum etiam Pericardium germanum, eiusdem Abrincensis ciuitatis fidelissimum Gubernatorem.

Boyvin. D'azur à trois croisettes d'or deux & vne.

52. Henricus Boyvin Decanus Rotomagensis, ex sorore Georgii & Francisci Episcoporum nepos, filius Ioannis Boyuin in supremâ Rotomagensi Curiâ Senatoris, Abbas & Montis-Morelli; Prior B. Mariæ de Rocherio propè Moretonium, & de Denezeio, consecratus Tarsensis Episcopus in Ecclesiâ Cathedrali Abrincensi cuius fuerat Thesaurarius & Decanus 28. Maii 1617. per Fran- 1617.
ciscum Pericardium auunculum, Antonium de Reuol Dolensem, ac Guillelmum le Gouuerneur Maclouiensem Episcopos; & ita fuit dicti Francisci receptus Coadiutor in Episcopatu die 2. Iunii eiusdem anni iuxta bullas Apostolicas Pauli V. datas Romæ 1616. 3. Nonas Augusti: licet Coadiutor Abrincensis, & Episcopus inauguratus, Thesaurariæ tamen dignitatis in eadem Ecclesiâ Abrincensi munus non respuit, cuius quidem possessionem adeptus est 23. Aprilis 1618. & in Decanum à Capitulo delectus 26. Iunii 1619. Interfuit Comitiis Burdigalensibus Cleri Gallicani 1621. ac Conuentui Parisiensi generali pro Neustriæ prouinciâ 1635. vir certè pietate & doctrinâ insignis, fato functus est 12. Februarii 1636. 1636.
Roboreti propè Rotomagum in Ecclesiâ parochiali S. Stephani de Romercio ibidem sepultus, sicque præpostero fato, quem prælibatus Franciscus in Episcopatu Abrincensi fecerat sibi successorē, vidit decessorem.

VIALART. D'azur au sautoir d'or cantonné de quatre Croix ancrées de mesme.

53. CAROLUS VIALART Parisiensis, Felicis Vialarti domini de la Forest, libellorum Supplicum in Regiâ Magistri, & Ioannæ Hennequin filius: ex Abbate beatæ Mariæ Fuliensis in Occitaniâ, & eiusdem Congregationis Superiore Generali, à S. Paulo dictus, nominatur ad hanc
1640. Sedem anno 1640. biennio post consecratus apud suos Fulienses Parisiis cum nepote Felice Catalaunensi Episcopo & Comite 1642. quo vrbem solemniter ingreditur, die Veneris 26. Septemb. at duobus tantùm annis Ecclesiam administrauit, etenim
1644. ætatis 52. die 15. Septembris 1644. obiit in castro suo du Parc ditionis pontificiæ, humatus ad gradus maioris altaris in suâ Cathedrali. Præsul fuit in functionibus Episcopalibus assiduus, vti & Historiæ Ecclesiasticæ peritissimus; scripsit nempe Geographiam sacram, siue Notitiam antiquam Episcopatuum Ecclesiæ vniuersæ, ex Conciliis, Patribus, Historiâ Ecclesiasticâ, & Geographis antiquis exceptam: item eloquentiæ Gallicæ tabellam, aliáque opera. Sed in hoc potissimùm commendandus, vt de illo dici possit, quod olim S. Maximus Episcopus de B. Eusebio, nimirum hic in totius suæ diœcesis lustratione animas viuenti in corpore iam defunctas, & delictorum mole obrutas, ac sepultas, ad emendationem tanquam ad lucem vocando, Deo resuscitauit.

D'AVMONT. D'argent au cheuron de gueulles accompagné de sept merlettes de mesme, quatre en chef, 2. 1. 1. & trois en pointe.

54. ROGERIVS D'AVMONT natalium splendore illustris, frater Antonij Franciæ Marescalli, Iacobi Baronis de Chapes, Præfectutæ Parisiensis Prætoris, ex Carlotâ Catharinâ de Villequier filius, nepos autem herois illius Ioannis d'Aumont Comitis de Chasteauroux, Equitum Tribuni, sub Regibus Christianissimis Henrico 3. & 4. Abbas Commendatarius Monasteriorum S. Petri Vserchiæ in pago Lemouicensi, Bellilocí, de Barzellis, & de Longouillari; à Rege Ludouico 14. adhuc impubere nominatus ad hanc Cathedram 1644.
1645. mense Nouembri, anno sequenti mense Maio Lutetiæ Parisiorum in æde sacrâ de Culturâ dictâ, nuper Ordinis Vallis Scholarium, nunc Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Genouefæ, inaugatur à Nicolao ex Comitibus Guidiis à Balneo Athenarum Archiepiscopo, ac Sedis Apostolicæ Nuncio, assistentibus Henrico de Bethune tunc Malleacensi Præsule, nunc Burdegalensi Metropolitano, & Petro Bertier Vticensi itidem Antistite, Montalbanensi Coadiutore. Tum personaliter ad Ecclesiam suam accedens vndetricesimâ die Aprilis anni 1646. ciuitatem Abrincensem solemniter ingressus, proximo die Ascensioni sacro pontificaliter primùm in Cathedrali basilicâ sacris operatus populo ritè benedixit. Eodem anno, 1646.
mense sequenti Synodum habuit parochorum, in quâ plurima decreta pro bono diœcesis regimine promulgauit, aliáque sequentibus Synodis addidit, maximè quæ ad Curionum in pagis degentium salaria spectant, & sacrorum Ordinum collationem, ad quos promouendos per quindecim dies in iis quæ vniuscuiusque officij essent, erudiri, suísque sumptibus commorari, & ali voluit in Episcopali palatio. Diœcesim penè totam intra biennium lustrauit, ædes Episcopales instaurauit, easque ad suam ac successorum in Episcopatu commoditatem non mediocriter amplificauit, nouis ædificiis adiunctis, hortis, fontibus, & arboribus decorauit. Idem Episcopalis dignitatis & auctoritatis zelo flagrantissimus, maximè in Exemptos, templum Capucinorum visitauit, quemadmodum & Monialium S. Annæ Ordinis B. Benedicti in suburb is Abrincensibus, & aliud cognominatum de Montons eiusdem Ord. in Comitatu de Moretonio, quæ duo postrema ad regulæ normam reduxit. Monasterium item S. Michaëlis de Monte in periculo maris, quod ab Episcopalis iurisdictionis iugo liberum esse ambiebat, cum ciuitate & parochiâ S. Petri, vt omnimodè suæ correctioni, visitationi, & iurisdictioni subiiceretur, insigni Senatusconsulto maioris Consilij non sine ingenti labore obtinuit; necnon & altero regij Consistorij edicto plenam Magistratuum à feudis Episcopalibus dependentium, disponendi facultatem penes ipsos Antistites esse declarari curauit. Confraternitatem in honorem Sacratissimi Corporis Christi, de Capituli consensu ad maius altare Cathedralis

erexit, eique de suo plurima largitus A
est, & in multis aliis Ecclesiis suæ
diœcesis instituit. Ac denique iurium
Episcopalium assertor, ne in patri-
monium Ecclesiæ nobiles quidam
diœcesis inuolarent, præcipuè cauit,
» prorsus boni Pastoris munus, no-
» ménque promeritus, qui animam
» suam dedit, vel obtulit pro ouibus,
» seu pro filiis ac fratribus, & consa-
» cerdotibus suis. Demum Episcopatui
1651. cessit anno 1651. ac viuere desiit Lu-
tetiæ 25. Martij festo Annunciatio-
nis B. Virginis 1653. humatus apud
Ecclesiam Recollectorum S. Francis- B
ci de Picquepuce propè portam S.
Antonii, in sacello gentilitio fami-
liæ de Altomonte.

BOYLESVE. D'azur à trois saul toirs d'or deux en chef & vn en pointe

55. GABRIEL BOYLESVE Ab-
bas Sancti Georgii ad Ligerim, S. Al-
bini de Bosco, & Beatæ Mariæ Bar-
donarum diœcesis Auxitanæ, origine
Andegauensis, filius Caroli Boylesue
Senatoris ac Decani in Parlamento
Britanniæ, cuius parens apud suos
Andegauensis prouinciæ Præturam
exercuit: ex familia oriundus, quæ
plures viros in vtróque Parisiensi &
Aremorico Senatu, Togæ dignitati- C
bus, & Aduocatione Regiâ functos
protulit. Ac primò quidem iste ante-
quam Clero nomen daret, in Aremo-
ricum Senatum assumptus, transiit
inde ad supremam Regni Curiam,
ex quâ sublectus est ad hunc Episco-
patum abdicatione spontaneâ Roge-
1651. rij d'Aumont, 5. Ianuarij 1651. in
Romano Consistorio designatus An-
tistes 26. Septembris. Consecratus
autem Parisiis 10. Decemb. eiusdem
anni in Ecclesiâ Monialium S. Tho-
mæ propè portam Richeleam, à Ro-
berto Cupif Episcopo & Comite Do-
lensi, assistentibus Claudio Auury D
Constantiensi, & Ioanne d'Estrades
Condomiensi Præsulibus; mox verò
exhibito Regi Ludouico 14. apud S.
Germanum in Layâ die Dominicâ
1652. 28. Aprilis 1652. fidelitatis hominio
pro temporali, possessionem ipsemet
obtinet, vrbem solemniter ingressus
25. Augusti eiusdem anni, & Episco-
pale munus hactenus administrat.

ABRINCENSES
ALIQVOT DECANI.

Richardus de Sublignerio, Deca-
ni munere fungebatur anno
1142. posteà illius Ecclesiæ 1142.
Episcopus.

Rolandus, inde creatus fuit Præsul
Dolensis in Britanniâ 1185.

H. recensetur arbiter in quadam
controuersiâ cum Episcopo Dolensi
1219. 1219.

Guillelmus de Sainte Marie, electus
Abrincensis Episcopus 1235. mortuo
V. qui præsentatus P. Rotomagensi
Electo, & ab ipsomet confirmatus,
præsente eodem Pontifice ordinatus
fuit tempore Aduentus Domini, &
in crastino consecratus ab Episcopo
Siluanectensi, vt habet vetustum chro-
nicum Normanniæ.

A. Decanus, pariterque Richardi
Episcopi Vicarius, memoratur in li-
teris doni decimæ concessæ in paro-
chiâ S. Martini de Campis, iuxta A-
brincas, & de Capellaniâ ab ipso in-
stitutâ 1256. ex regesto Cameræ Ra- 1256.
tionum Parisiensium: post quem mul-
ti desunt.

Ioannes le Marchant, Vicarius gene-
ralis Ioannis Abrincensis Episcopi in
Abbatiâ Becci, decessit anno 1509.

Robertus de Bapaumes, ex Canonico
& Cantore Cathedralis, ac Præside
in supremâ Scacarii Curiâ, & Cano-
nico Rotomagensi, in Decanum eli-
gitur die 3. Septemb. 1509. 1509.

SANGVIN.

Guarinus Sanguin, ex Canonico &
Archidiacono Abrincatensi, filius
Claudii domini de Losmont, Antonii
Cardinalis consobrini, ad Decanatus
dignitatem euehitur, nominatus à
Capitulo, varia Ecclesiæ legata con-
tulit, fuitque vir doctrinâ & pietate
insignis: moritur autem 25. Iulii 1565. 1565.
sepultus in Cathedrali sub tumbâ al-
bâ lapideâ, in sacello dicato B. Ma-
riæ Virgini de Pietate.

CHESNEAV

Ioannes Chesneau, Scholasticus Ec-
clesiæ Abrincensis, vtriúsque Iuris
Doctor, Rotomagensis Senatus Con-
siliarius, tandem à Capitulo in De-

canum assumptus, naturæ debitum persoluit Rotomagi, circa diem 15.
1563. Septembris 1563. Iacet ad S. Paulum Lutetiæ.

Le Cirier *Augustinus le Cirier*, ex Canonico Abrincensi deligitur Decanus à Capitulo 23. Septemb. 1573. de illo supra in Catalogo Abrincensium Episcoporum.

Bernardus de Iuuigneio, ex Canonico per Capitulum promulgatur 15. Iulii 1575. vitam cum morte commu-
1586. tauit 26. Iunij 1586. quiescit in Cathedralis Capella B. Mariæ de Pietate.

Pericard *Franciscus Pericard*, ex Scholastico nominatur à Capitulo Decanus 3. Iulii 1586. post Episcopus.

Iacobus Tragin, antea Canonicus successit 19. Augusti 1588. obiit 11. Mar-
1598. tii 1598.

Ioannes Fortin, Doctor Theologus & Pœnitentiarius, eligitur 18. Martii 1598. extinctus in parochiâ S. Laurentii de Cupis, vbi sepelitur 17. Augusti 1619.

Boyvin. *Henricus Boyuin*, Coadiutor Francisci Pericardi in Episcopatu Abrincensi titulo Episcopi Tarsensis, post Thesaurarius & Decanus renuntiatur
1619. 26. Iunii 1619.

Guillelmus Boyuin Henrici nepos, ex Abbate Montismorelli & de Fonteneto, Priore de Rupe Moretonii, & de Denezeio, Rotomagensi Canonico, ac eiusdem Parlamenti Senatore, in Decanum receptus est 1629.

Ludouicus le Bourgeois de Heauuille nunc Decanatum obtinet, cuius quidem dignitatis possessionem est ade-
1642. ptus die vltimâ Iulii 1642.

ADVRENSES
EPISCOPI ET DOMINI.

Aire, en Gascogne sur l'Adour.

ATVRENSIVM, vel Atyrensium ciuitas in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, cuius incolæ Aturres dicti à Sidonio Apollinari libro 2. epist. 1. ij sunt, qui nunc Aytenses appellantur, vt adnotauit Ioannes Sauaro in obseruationibus ad eamdem

A epistolam. Vrbs autem Atytensis, ad Aturrum amnem, à quo populus pagusque nomen accepit, diuersâ passim ethymologiâ inscribitur, nam Adtorensium Vicoiuli nuncupatur in Notitiâ Imperii, alii Sociam vocant, & Sotiatum dictam ex veteri cartâ Lascurrensi tradit Nicolaus Bertrandus in Historiâ Tolosanâ. Vnde Adurensis Præsul aliquando Vicoiulensis Episcopi cognomentum tulit, antiquâ denominatione Sociatum relictâ, sicuti ferunt fragmentum vitæ S. Philiberti, & acta Conciliorum;
B alibi Martianensis legitur in vetustis cartis, à Martiano pago vicino, quo olim comprehendebatur, & nunc appellatur oppidum Montis Martiani, quod suos olim Vicecomites ac toparchas habuit. Similiter Vasconensis Pontificis nomen cum cæteris fermè Nouempopulaniæ Episcopis vulgate vsurpauit, quam appellationem a vico nomine Vascons in Adurensi diœcesi, pago verò Martianensi retinere potuit, quia ibi fortassis Antistites illi post diruturn à Normannis oppidum Vicoiuli migrauerant, quod & aliis Vasconiæ Antistitibus accidisse produnt membranæ Ecclesiæ Au-
C sciensis, cum euersis Sedibus suis ad agros recederent. Ad huius vrbis situm quod attinet, sciendum est in fertili & optimo solo positum, in medio ferè Aquitaniæ tractu, quà è Beneatnensi prouinciâ ad Armaniacensem transitur. Metropolitano subiacet Auscienſi, & Parlamento Tolosano, Episcopatibus Lascariensi, Aquensi, & Vasatensi circumcingitur. Insuper fuit aliàs munitissima, florentior & amplior quàm nunc, extitit tempore Vuisigothorum, quorum supersunt rudera quædam ad littus fluminis in castello Alarici Regis. Pri-
D marium diœcesis oppidum est Sanctus Seuerus Caput Gasconiæ, vbi Abbatia celebris, sic vocitatum, quod huius tractus olim Metropolis esset, sicuti Vicecomitatus Tursanensis Adura. Visitur & oppidum Mansi sanctæ Quiteriæ, ob antiquitatem & beatæ huius Virginis martyrium illustre, cuius Ecclesia Concathedralis titulo Episcopali annectitur, sacris reliquiis referta, quæ idcirco magnâ populorum copiâ frequentatur: Adurensis Episcopij Templum maius dicatur Virgini Mariæ; primæ Capitu-

li Dignitates Archidiaconus Martianensis, & Scialossensis: diœcesis verò in sex Archipresbyteratus diuiditur, quos vulgari idiomate nuncupant Scialossensem, Tursanensem, de Plano, Martianensem, Rupifortis, & Mauleosolensem, primus parochias 36. continet, secundus 40. tertius 40. similiter, vbi est Episcopi castellum suburbanum, quartus habet Ecclesias 25. in quo Ducatus Lebretensis, vnde clarissimi Dynastæ de Albreto, ac posterioribus sæclis Reges Nauarræ suam deducebant originem; non longè Mons Martiani celebris olim propugnaculo; in Archipresbyteratu Rupisfortis 41. Ecclesiæ, in vltimo denique viginti nouem recensentur. Abbatiarum diœcesis nomenclatura talis est.

S. Severi *Ord. S. Benedicti.* *S. Seuer Cap de Gascogne.*

Pontisalti *Pontault* O. C.

Castellæ seu Gratiædei O. P. *S. Iean de la Castelle.*

Montis-Martiani feminarũ. *Sainte Claire du Mont de Marsan.*

S. Gerontii. *S. Gerons.*

S. Leborii. *S. Loubouer.*

De Pendulo, seu de Pimbo, *Pimbes.*

Tres istæ Abbatiolæ sæculares & Collegiatæ, sunt Ecclesiæ electiuæ collatiuæ, Diui Augustini regulæ aliàs addictæ, quarum Canonici eligendo Abbatis dignitatem conferunt. Superest iam, vt Episcoporum qui Adurensi Ecclesiæ hactenus præfuerunt, seriem contexamus, de quâ vir cl. Arnaldus Oihenartus in Notitiâ Vasconiæ edisseruit.

1. Marcellus, Vicoiulij Antistes, ex antiquis Galliæ Conciliis à Sirmondo editis interfuit Synodo
506. Agathensi anno 506. est autem chirographum huiusmodi: *Petrus Presbyter missus à Domino meo Marcello Episcopo de ciuitate Vicoiuli subscripsi.* Eodemque anno, Alaricus Vuisigothorum Rex regni sui XXII. Codicem Theodosianum aliquibus interpretationibus auctiorem redditum, per Anianum Cancellarium suum apud vrbem Adurensem promulgandum curauit, sed probantibus Episcopis, idq; indicat rescriptum eidem præfixum, Tolosæ datum ad Timotheum Comitem, auctore Spondano in Annalibus Ecclesiasticis.

2. Rusticus frater Nicetij Aquensium Comitis, qui item subscripsit Canonibus Concilij Matisconensis 2. anno 585. cum plurimis Aquitaniæ Pontificibus, vbi Episcopum Vicoiuliensem sese appellat: meminit huius quoque Greg. Turonensis lib. 7. Hist. cap. 31. 585.

3. Philibaudus parens beati Philiberti primi Gemmeticensis Abbatis, ex laico renunciatur Præsul cum bonâ Regis veniâ, ciuium Vicoiuliensis vrbis suffragiis postulatus, antiquus nempe Philiberti vitæ Scriptor de eo sic ait: *Sanctus Philibertus iuxta morem gentis strenuus, vrbe Vicoiuli est nutritus: eâ de causâ maximè quod genitorem ipsius Philibaudum obtentu regio, munere laicali administratione cessante, ciues loci illius expetissent Pontificem:* Præfuit autem sub Rege Dagoberto, ac post ipsum interruptus est numerus Episcoporum.

4. Gumbaldus filius Ducis Vasconiæ Sanctij maioris, Episcopus Vasconensis, vel Adurensis, vti & omnium fermè Nouempopulaniæ Ecclesiarum Agennensis, Vasatensis, & aliarum Administrator, sedebat anno 977. 977.

5. Arsias, siue Arsivus cognomento Racha, Episcopus Gasconiæ ad an. circiter 980. memoratur in veteri cartario Lascurrensi, cuius fragmentum affert in Analectis Hist. Benearnensis lib. 3. cap. 6. eruditione æquè ac Archiepiscopio Tolosano insignis Petrus de Marca. Vixit porrò ætate Vuilelmi Sanctij Ducis totius Gasconiæ, cuius nomen extat etiam in quibusdam membranis anno 980. in cartaautem fundationis monasterij Regulæ apud Bearnenses, dicitur fundatio eius consilio facta tempore Comitis Guillelmi Sanctii, & Vicecomitis Centulli Gastonis; quem eumdem coniiciunt chirographo suo firmasse institutionem Abbatiæ Sancti Seueri. Idem Arsiuus auctor fuit Guillelmo Duci, vt construeret monasterium S. Mariæ in ruderibus veteris oppidi Bearnii, dicti Lascurrensis, cui de patrimonio 980.

An. Ch.

monio tres domus in hâc vrbe largitus est, vt obseruatur in citatâ Hist. Benearnensi lib. 4. cap. 9.

6. Raimvndvs I. Vetulus nuncupatus, Pontifex Vasconensis tempore Sanctij Vasconiæ Comitis circa
1025. annû 1025. Episcopum Vasconensem se inscribit 1032. in antiquo documento Comitis Odonis, quo apprehendit possessionem Comitatus Burdigalensis. Memoratus Raimundus peruerso decessorum more, sex Episcopatus administrauit, quemadmodum ex cartâ Lascurrensi compertum est, nimirum Vasatensem, Adurensem, Aquensem, Baionensem, Oloronensem, & Lascurrensem: quare cùm apud Papam Romæ insimulatus fuisset, omnium Episcopatuum Vasconiæ præfecturâ priuatus deponitur, factâ solùm ipsi à Romano Pontifice gratiâ, quia nobilis erat & summæ in temporalibus auctoritatis, fruendi Episcopatu Lascurrensi, cum facultate quemlibet vellet è vicinis Præsulibus, Episcopalibus functionibus præponendi. Interfuerat idem Concilio Tolosano 1056. depositus est autem
1057. anno 1057. vel sequenti, quo circiter tempore Raimundus nepos in Ecclesiis Vasatensi & Baionensi ipsi suffectus est. Hûc autem pertinet fragmentum schedæ cartarii Lascurrensis quod ita loquitur: Raimvndvs *Romæ accusatus depositus fuit, sed quia nobilis erat & potens, ne perturbaret fieri canonicas Electiones, concessit ei Papa Lascurrensem Episcopatum in omni vitâ suâ; data sibi licentiâ, vt quem vellet de vicinis Episcopis, ad supplenda Episcopalia officia inuitaret.* Et vetus carta Aquensis de eodem agens Episcopo: *Iste senex Raimundus Vasatensis, omnes Episcopatus totius Vasconiæ tenuit, exceptâ Metropoli.* De eo vide plura lib. 4. cap. 19. Hist. Benearni.

7. Petrvs I. recensetur in actis dedicationis Ecclesiæ monasterii
1060. Moyssiacẽsis in agro Caturcino 1060. 8. Idus Decemb. Synodo Tolosanæ 1068. & Burdigalensi interfuit Amato Præsule 1079. vt constat ex tabulario Santonensi: mentio huius extat quoque in schedâ cœnobii Regulatensis ad Garumnam 1084. pro restitutione factâ à Bernardo Episcopo Aquensi, Rogerio monacho Priori, de loco de Pontons, pertinente ad ius Abbatiæ Floriacensis. De ipso denique adscriptum legitur in Martyrologio S. Seueri: *Depositio Domni Petri Episcopi Adurensis bonæ memoriæ anno* mxcii. *Idibus Iuly.* 1092.

8. Gvillelmvs 7. successit Petro, prout indicat citatum Martyrologium his verbis: xi. *Calendas Decembris, depositio domni Guillelmi Episcopi Adurensis Ecclesiæ* mcxv. 1115.

9. Bonvshomo, inter Præsules memoratur, qui Burdigalæ conuenerunt coram Guilelmo Metropolitano, vbi actum est de controuersiâ Guidonis Lascurrensis, cum Bernardo Bigorritano Antistite pro loco Generesij: Episcopus autem Bonushomo à parte Guidonis stetit cum Guilelmo Abbate Sorduensi, prout scribitur in Hist. Bearn. lib. 5. cap. 32. Eius tempore Petrus Vicecomes vrbem Montis Marciani ædificare aggressus, in eiusdem territorio monasterium Gratiæ Dei, nunc S. Ioannis Castellæ dictum construxit; atque adeò litigio cum Sancti Seueri Abbate exorto, ratione villarum, & Ecclesiarum quæ à monasterio suo pendebant, grauis hæc dissensio Episcopi & Abbatis, præsentibus Guilelmo Auxitano Metropolitâ, ac Pontificibus Gasconiæ in Synodo Nogarolensi congregatis agitata est 1140. 1140. Tandem verò transactione initâ pro bono pacis Abbas Episcopo Ecclesiæque Adurensi centum triginta solidos Morlanenses largitus est, eâque summâ Præsul, & Archidiaconi Marcianensis ac Tursani, omnibus iuribus Ecclesiæ renuntiauêre, vt habet tabularium Adurense. In necrologio Sancti Ioannis Castellæ, & B. Seueri membranis dies obitus sic reperitur: xix. *Calendas Ianuary commemoratio* 1147. *Domini Bonihominis Adurensis Episcopi* mcxlvii.

Orbessan. 10. Odo d'Orbessan ex antiquâ familiâ Arbeyssanensi in Comitatu Astaraci, priùs Canonicus & Archidiaconus Auxitanensis, præfuit huic Ecclesiæ Adurensi an. 1170. mortuus 1170. an. 1179. ex obituario S. Ioannis Castellensis.

11. Vvilelmvs Bernardi. 11. Episcopatum rexit 1188. ex cartophilacio Baionensi. 1188.

12. Martinvs I. Abbas & S. Ioannis de Castellâ 1194. 1194.

13. VITALIS enuntiatur in actis anni 1211.

14. IOANNES I. siue vt alii vocant IORDANVS, præsens fuit in oppido Tarbiensi Dominicâ post fe-
1216. stum Omnium Sanctorum 1216. sponsalibus Petronillæ Comitissæ Bigorrensis, cum Guidone de Montesorti, filio Simonis Comitis, Ducis Narbonæ, quibus etiam interfuêre Arnaldus Bigorrensis, Guilelmus Conuenensis, Sancius Consotanensis, & Bernardus Oloronensis Episcopi; necnon Abbates Petrus Cleraci, Odo Generensis, & Arnaldus S. Sauini, prout fidem faciunt diplomata quæ in tabulario Regio Palensi asseruantur.

1221. 15. ARNALDVS anno 1221. adnotatur eius nomen sub litterâ A. in veteri regesto Burdigalensis Conestabulariæ; testis autem in fide clientelari Guilelmi de Montecatano Vicecomitis Bearnensis, de terrâ suâ Vasconiæ, quam exhibuit die 22. Februarii Henrico Regis Angliæ Senescallô, præsentibus Raimundo Garsiâ de Nauailles, R. Arnaldo de Coatrasâ, & aliis proceribus. Nominatur & in Bullâ vnionis Abbatiæ S. Quiteriæ de Manso cum Episcopatu Adurensi à Greg. IX. summo Pontifice 1228.

SAINT MARTIN 16. RAIMVNDVS DE SAINT MARTIN II. ad quem literæ extant Decani sancti Andreæ Burdigalensis Sedis Apostolicæ delegati, aduersus Gastonem de Bearno, ac fœderatos huius regionis nobiles, qui Henricum Angliæ Regem in procinctu itineris maritimi incursione factâ
1253. per Aquitaniam vexabant anno 1253. vt tradit cartularium Burdegalense. Recepit porrò habitum Ordinis Præmonstratensis, ex voto monasterium beati Ioannis de Castellâ ingressus 1266.

17. PETRVS II. eligitur anno 1267. memoratúrque testis cum Archiepiscopo Auxitano, & Comprouincialibus Episcopis Suffraganeis, præsentibus Eschiuato Bigorrensi, & Geraldo Armaniacensi Comitibus, aliísve Baronibus, in codicillis apud
1268. Montem Marcianum scriptis 1268. pro connubio Constantiæ Vicecomitissæ Bearnensis, cum Henrico Angliæ Principe, Richardi Romanorum Regis filio. Biennio post testamenti Mathæ Vicecomitissæ executor cum Lactorensi Antistite legitur in regestis Senatus Palensis. Reperitur autem in quodam inuentario cartarum monasterii Clarissarum Montismarciani, Gastonem Vicecomitem sub an. 1270. suasu vxoris Mathæ, cœno- 1270.
bium Monialium de Beyries construxisse, quæ Virgines nunc Ordinis S. Claræ apud Montem Marcianum stabilitæ sunt. Illic nimirum ædificato cœnobio scribitur Gastonem & Matham opulentis latifundiis illud dotasse, quòd constat ex tabulis confectis sub sigillo Petri Adurensis & Sanctæ Quiteriæ Antistitis, eas donationes approbantis; nempe redditus ducentorum solidorum Morlanensium, pedagium vrbis Marcianensis, feoda loci de Vielenaue, molendinum de Luconio, seruitutes hominum & fœminarum loci S. Martini, pascuagium per totam terram Abbatiæ pro animalibus, totam terram de Beyries cum omnibus iuribus & districtu, excepto sanguinis & homicidii, toparchias d'Estiguarde & d'Eyres, cum aliis immunitatibus per Vicecomitatum Marciani, vt fusiùs refertur lib. 7. c. 15. Hist. Benearni; post autem prædictis Sanctimonialibus consensu Capituli bona quædam largitus est Petrus an. 1276.

18. GERALDVS, sedebat hic an. 1284.
1284. quo nimirum obseruatur interfuisse Tarbiæ cum Amaneuo Auscensi Archiepiscopo, Petro Lactorensi, & Raimundo Arnaldo Tarbiensi Præsulibus, cessioni Comitatus Bigorrensis à Constantiâ Vicecomitissâ, in manibus Senescalli Regis Angliæ, ex tabulario Bigorrensi.

19. PETRVS III. præsens fuit celebritati hominij quod nobiles Bigorrenses apud Tarbiam 1. Septemb. 1288. Constantiæ professi sunt, vnà 1288.
cum Arnaldo Tarbiensi & Compatno Oloronensi Episcopis, vt constat ex originali Palensi, in quo vocatur Episcopus Marcianensis Sedis, id est Adurensis, vt superiùs notatum est, quia Vicecomitatus Marciani situs est in hâc diœcesi: Habetur idem Petrus subscriptus autographo Geraldi Comitis Armaniacensis, quo specialiter ab ipso designatus curatot testamenti 1285. & in tabulis anni 1295.

20. MARTINVS DE FOSSA II. Fossa.

1300. præfuit annis 1300. & 1306. ex libro rubeo Episcopatus.

21. BERNARDVS I. vt interpretantur ex literâ initiali B. exprimente nomen Episcopi, quanquam Bertrandus, & Bonifacius posset nuncupari; eius extat mentio adhuc in 1314. actis anni 1314.

22. GVILLELMVS III. memoratur in veteri instrumento 1321.

IOYEVSE. 23. ANESSANCIVS DE IOYEVSE, illustris prosapiâ de Ioyosâ, eli-1326. gitur an. 1326. 13. Octob. vt indicant libri Obligationum Vaticani, cuius sedis tempus anteponunt quædam tabularia ad an. 1324. occisus est immaniter à quibusdam Vasconiæ Militibus propè Nugarolium, quâ de re Concilium prouinciale habitum fuit Marciaci Auxitanæ diœcesis XI. Nouembis 1330. præsidente Guillelmo Archiepiscopo, cui interfuêre Lactotensis, Tarbiensis, Oloronensis, & Baionensis Episcopi, cæterique Ecclesiarum & monasteriorum Procuratores delegati, quod supra in Auxitanis Archiepiscopis relatum est.

FABER. 24. GARSIAS FABER cœpit 1328. præesse 1328. 6. Februarii ex eodem Inuentario Obligationum Vaticani, quanquam veriùs ad hanc Sedem fuerit promotus an. 1330. Anessancii successor, & in eadem Synodo Auxitanâ præsens cum aliis Pontificibus. Priuilegia suis ciuibus concessit cum Oliuario d'Vncam Prorege Eduardi Angliæ Regis, & Gastone Vicecomite Martiani, eodémque Comite Fuxensi: Eius memoria adhuc consignatur in quibusdam documentis 1331.

MARQVEFAVE. 25. DALFINVS MARQVEFAVE, ex familiâ Marquafaberiâ, vt putant, oriundus, reperitur sedisse anno 1354. 1354.

26. BERNARDVS II. mentio fit huius quoque in cartulariis 1355. & 1359.

GAXIAFECTO. 27. PETRVS DE GAXIAFECTO IV. Adurensem Ecclesiam obtinuit 1359. ex quibusdam schedis 1359.

28. IOANNES II. floruit ætate Gastonis 3. cognomento Phœbi, Comitis Fuxensis 1378.

VALDEBRY. 29. ROBERTVS VALDEBRY, dictus Valdebryus, natione Anglus 1388. 1388. posteà Dublinensis in Hiberniâ, & Eboracensis in Angliâ Archiepiscopus 1396. vbi postremum diem obiit 1399. quod adnotauit Iosephus Pamphilus in Chron. Augustiniano, mendosè enim aliqui legunt fuisse Ebroicensem Præsulem in Neustriâ.

30. GVICHARDVS, interfuit funeri Gastonis Phœbi Comitis Fuxi, Vicecomitis Bearnensis apud Ortesium 1390. cum Episcopis Appamiensi, & Oloronensi; legitur & eadem Sede cohonestatus anno 1400. 1400.

31. BERNARDVS BRVNI III. BRVNI. rexit anno 1399. & aliunde præfuit ex tabulis annorum 1409. 1410. & 1410. 1416. qui etiam auctore Bzouio adfuit Synodo Constantiensi.

32. ARNALDVS-GVILLELMVS DE L'ESCVN I. L'ESCVN. ex nobilissimâ stirpe Baronum, seu dynastarum Lescuni in Benearnio, Fortaneri huius nominis quinti filius, ex Ioanne Pometio, & Margaretâ Lescuniâ Vicecomitibus Lupaneriensibus progenitus. Fratrem iste habuit Fortanerium 6. in Vicecomitatu Lescuni toparcham, & Landarum Burdigalensium Seneschallum, qui inter alios liberos pepetit Matheum Lescuni dominum, parentem Mariæ, quæ cum Odeto Aidio Comite Conuenarum Aquitaniæ Seneschallo, ac præclarè gestis notissimo in matrimonium ducta est. Ad Episcopatum idem Arnaldus promotus dicitur 1417. & decimas de Mon- 1417. teacuto in diœcesi Petro illius loci domino concessit.

33. ROGERIVS, Episcopalibus infulis condecoratus erat 1418. testatur Bzouius missum fuisse in Hispaniam apud Alfonsum Arragoniæ Regem pacis conciliandæ gratiâ 1426. 1426. pro quâ diligentissimè adlaborauit, pársque magna fuit totius consilii difficillimæ Legationis Petri Cardinalis Fuxensis, pro extinctione schismatis Paniscolensis.

ALBRET. De France, ecartelé d'Albret qui est de gueulles. 34. LVDOVICVS D'ALBRET Protonotarius Apostolicus ac Prior Pontonensis, Episcopus Caducensis, & Administrator perpetuus Ecclesiæ Adurensis 18. Ianuarii 1453. ex generatione dynastarum de Albreto, patre natus Carolo 2. domino de Albreto, Comite Drocensi, qui an. 1442. cum duobus filiis Episcopi genitanis, vrbem Aduram Anglis ereptam, in po-

testatem Regis Caroli 7. redegit. Annam ex illustri Comitum Armaniacensium familiâ matrem habuit, propatruum verò Amaneuum Cardinalem de Albreto, Episcopum Pompeiopolis. Et quidem hic ingenito & admirabili omnium virtutum ac pietatis specimine præditus, clarissimam prosapiam longissimè superauit: etenim rarum ipse purpuræ ornamentum Cardinalis tituli Sanctorum Marcellini & Petri assumi meruit à Pio II.
1461. Pontifice an. 1461. 15. Cal. Ianuarii. Quantus porrò fuerit, abundè testantur tot elogia quibus celebratur, ex his Alfonsi Ciaconij tomo 2. in vitis Pontificum & Cardinalium, verba referre placet quæ sic habent: *Ludouicus de Albreto, Gallus, Regio sanguine ortundus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri: insignes litteras fortitus, verùm dotatus animo nobili, & sincero, moribus erat honestissimis, & grauibus, quæ illum reddebant vnicuique gratissimum: à Collegio Cardinalium & à totâ Curiâ adeò vnicè diligebatur, vt amor, & deliciæ Vrbis vocaretur; nobilitas namque sanguinis certabat cum candore animi, plenus religione & modestiâ, nunquam prodiit verbum ab ore eius arrogans; vel inhonestum; conuersatione se ostendit vrbanum & ciuilem, & moriens reliquit desiderium sui cunctis, & moestitiam suæ mortis.* Præter aliàs dotes, fuit vitæ integritatis, omniúmque virtutum illustre exemplar, magno honore habitus inter purpuratos Patres, quem & summo amore prosequebatur Cardinalis Papiensis, ereptum enim luget in epistolâ scriptâ de eius » morte. Amor, inquit, & deliciæ Col- » legij nostri Ludouicus Card. qui di- » ligebat nos vnicè, nocte proximâ in- » ter sextam & septimam horam spiri- » tum Domino reddidit. Admirabilis » fuit hic transitus eius: moriturum se » noscens, cogitare, & loqui, & audi- » re altâ de re, prætetquam de salute » animæ, non est passus: fuerunt sibi » lacrymæ suæ panes, dum recogitauit » annos præteritos: cubiculum eius as- » siduis questibus, & compunctionibus » cordis repletum est. Sacramentum » Domini nostri Iesu-Christi sumpturus, è lecto in terram se iussit depo- » ni: Horas Canonicas non ante dimi- » sit, quàm à voce est ipse dimissus: » Passio Saluatoris nostri legebatur as- » siduè: inter audiendum non cessabat » suspirium & fletus. Tandem Romæ » animam sanctè exhalauit 1465. eius- 1465. que tumulo in Ecclesiâ Aracælitanâ adscriptum spectatur hoc Epitaphium.

LVDOVICVS

Tituli Sanctorum Petri & Marcellini Presbyter Cardinalis, natione Gallus, gente DE ALEBRETO, *Regio Francorum sanguine natus, moribus & vitâ clarus hic in pace quiescit. Vixit annos* XLII. *menses octo, dies duodecim. Obiit Romæ anno* MCCCCLXV. *die quartâ mensis Septembris.*

Magnum sui desiderium sacro Collegio reliquit, eiusque interitum Pontificem Maxim. qui ipsum vnicè coluit, vbertim fleuisse narrat citato loco Card. Papiensis, hæc verba in eius laudem subiungens, A parentibus, » ait, religiosis educatus, nihil nisi re- » ligiosum sapere poterat; verbum im- » pudicum, insolens, & asperum nun- » quam est ex ore eius auditum, con- » uersatio erat grata, consuetudo ad » omnia facilis, sensus pleni misericor- » diâ, semper ad rectum intenti, odientes malum & adhærentes bono: in- » trospexi præ cæteris hominem to- » tum, scrutatus sum renes & cor, ni- » hil vnquam malignum in cogitatione » Patris huius inueni. »

35. TRISTANDVS D'AVRE Pontificis Max. Referendarius ex illustri familiâ de Aurâ, ex quâ propagati sunt Asterienses Vicecomites, Acrimontani Comites & Duces. Is resignatione Ludouici de Lebreto Adurensem Pontificatum assequutus est 1461. & aliis posterioribus annis sedit vsque ad 1472. memoratur in codicillis matrimonii Gastonis Fuxensis Comitis, Castriboni Vicecomitis, cum Magdalenâ Franciçâ, Regis Ludouici XI. sorore an. 1461. 11. Februarii, delectus ex parte Gastonis Comitis Legatus, qui vice suâ sponderet. Capituli statuta approbauit, ac Comitiis generalibus regni Turonensibus interfuit anno 1467. — Avre. — 1472.

36. PETRVS DE FOIX V. Cardinalis Fuxensis Iunior nuncupatus, Infans Nauarræ, vetustissimâ, nobilissimâque stirpe procreatus, Gastonis quippe huius nominis 4. Comitis Fuxi, & Eleonoræ, Ioannis Arragonii ac Blancæ Nauarræ Reginæ natæ, filius,

Foix. Ecartelé au 1. & 4. d'or à trois pals de gueulle, qui est Foix. Au 2. & 3. aussi d'or à deux vaches passantes de

gueulles, accornées, accolées, & clarinées d'azur, qui est Bearn. Francisci autem à formæ venustate Phoebi cognominati, Regísque Nauarræ patruus. Pali nascitur 7. Februarii 1449. ab ipsâ penè infantiâ egregiæ indolis ad capessendas disciplinas documentum præbuit, quibus apprimè imbutus, Petri Cardinalis de Fuxo propatrui, claritate nominis vbique noti, studiis educatus, Patauiæ in audiendis prælectionibus, ac disputationibus aliquod tempus vtiliter traduxit, & Doctoratus laureâ insignitus Ferrariæ, tum Romæ præstantiâ meritorum, maximâ laude, coram Pontifice, & sacro Purpuratorum collegio inclaruit. Episcopali dignus infulâ creatur Episcopus Vennetensis, factúsque Administra-
1476. tor Adurensis 1476. inter Cardinales tandem cooptatur 15. Cal. Ianuarij à Sixto IV. Papâ, tit. SS. Cosmæ & Damiani, Galero donatus in Ecclesiâ Cathedrali Lascurrensi, apud Innocentium 8. summâ præsertim auctoritate valuit, quem Romam euocauit anno 1487. ad concordiam regni Neapolitani procurandam: in Galliâ autem turbas Britannicas sub Francisco 2. Duce eius fororio egregiè pacificauit. Demum Romæ in
1498. palatio Vrsinorum, 10. Augusti 1490. obitus eius contigit, funeratus in basilicâ S. Mariæ de Populo. Fuit hic propatrui Cardinalis egregius imitator, eiusdem prosapiæ, atque Ordinis Minorum cum eo professor, vir inter alia ingenii ornamenta placidus & humanus, ad caritatem natus, vt est apud Iacobum Card. Papiensem libro 2. Commentar. eximiâ eruditione, prudentiâ, mansuetudine, ita excultus, vt honor Collegii Cardinalium, nec immeritò primi Cardinalis dignus successor haberetur. Legendi Onuphrius, Alf. Ciaconius, Garibajus, Zurita, Aubetius, cæteríque alii Fuxensis patriæ Historici.

37. Antonivs I. præfuit anno
1495. 1495.

Amboise. 38. Bernardvs d'Amboise, IV. clarâ stirpe de Ambasiâ ortus ex tamo dominorum d'Aubijoux, ab an-
1506. no 1500. ad 1508. sedem Adurensem administrauit.

Apiniaco. 39. Antonivs de Apiniaco II. ex Decano Ecclesiæ Gratianopolitanæ; legitur subscriptus Antonius II.

Anno 1514. in libro censuali Capituli, 1514. obiit verò 1516.

40. Arnaldvs-Gvillelmvs d'Aidie II. ex genere Vicecomitum de Riberac in Petrocoriis, cuius gentis contempotaneus & affinis vixit Guido Aidius Sarlatensis Episcopus & Dominus. Iste ad hanc Cathedram peruenit ad annum 1516. & apud S. Geruntium suæ diœcesis habitabat. 1516. Aidie.

41. Carolvs de Gramont I. Gabrielis Cardinalis Acrimontani primogenitus frater, parentes habuit Rogerium dominum de Acromonte, & Leonotam de Bearnio; ex Consoranensi Præsule, fit Adurensis 1524. 1524. tandem Burdegalensis Archiepiscopus an. 1530. & Aquitaniæ Progubernator vt superius dictum est tomo I. Archiepiscoporum. Gramont. D'or au lion de gueulles.

42. Petrvs de Biaixs, VI. Regum Nauarræ Ioannis ac Catharinæ Cancellarius, & eorum assiduus apud Reges Galliæ & Hispaniæ Legatus, eodémque munere Cancellatu functus Henrico 2. Rege, successit Carolo in sede Adurensi; à quo etiam editū est Directorium electionum, quod sub eius nomine, nempe Petri de Biaxio, siue Biassio; rectè laudatur à Rebuffo; cùm in compilatione Tractatuum iuris, corruptè tribuatur Boisio. Biaixs.

43. Gabriel de Salvces ex Principibus Salutiarum ortus, Ludouici Marchionis, ac Margaritæ Fuxensis Candalæ filius, Abbas Casænouæ in Salutiensi Marchiâ, nominatus est Adurensis Præsul 1535. insequenti anno adfuit Parlamento Parisiensi apud Tilium. Sed non consecratus ex Ecclesiastico Principatu transiit ad sæculatem, factus Marchio Salutiarum post obitum fratrum. Germanos nempe hic habuit Michaëlem-Antonium Marchionem, Equitem Torquatum, & Gallorum exercitibus in regno Neapolitano Præfectum, Ioannem-Ludouicum, & Franciscum Marchiones, quibus è vitâ sublatis de Principatu iste inuestitus à Rege Francisco I. coniugem duxit Magdalenam d'Annebaud, Claudii Franciæ Thalassiarchæ & Marescalli, Normanniæque Proregis filiam. Sed Pinerolii decessit orbus Saluces. D'argent au chef d'azur. 1535.

1548. 1548. corpúſque in patriam delatum A
ad Sancti Ioannis Baptiſtæ in maio-
rum conditorio tumulatur. Itaque
Marchionatus ille ratione feudi ad
Regem Christianiſſimum multoties
cum deuolutus fuiſſet, vti obſeruat
celebris geſtorum Franciſci I. Scri-
ptor Martinus Bellaius, Ioannes-Lu-
douicus Gabrielis fratris ſucceſſor,
codicillis de iure ſuo ceſſit, & pro-
uinciam Carolo IX. Francorum Regi
pro vſufructu Comitatus Belliforris
in Andibus tranſmiſit; ſed eâ ditio-
ne per Carolum Emanuëlem Ducem
Sabaudiæ Coronæ Francicæ præte- B
prâ, tandem de reſtitutione actum
eſt anno 1600. ac loco compenſatio-
nis pro Marchionatu, Sebuſianorum
prouincia, quam Breſſiam vocant,
cum omni ſupremo dominio Regno
Galliæ adcreuit.

Saint Ivlien. 44. Iacobvs de Saint Ivlien Abbas Caſænouæ 1542. & E-
1550. piſcopus annis 1550. & 1557. Colle-
gium in ciuitate ſuâ instituit; de eo-
dem meminit Martinus Bellaius in
Commentariis.

45. Christophorvs de Foix de Candale, Gaſtonis
Candalæ Comitis, & Marthæ Aſta-
racenſis Comitiſſæ filius anno 1567.
1570. moritur Burdigalæ 1570.

Foix Candale. Ecartelé au 1. & 4. de Foix. Au 2 & 3. de Bearn.

46. Franciscvs de Foix de Candale Princeps, ſiue Ca-
pitalis Boiorum, Ordinis ſancti Spi-
ritus Præceptor, Christophori fra-
ter primogenitus, ingenii fœlicitate,
omníque litterarum genere, præſer-
tim Matheſeos cognitione excultiſ-
ſimus, vel hoc maiore præconio ce-
lebrandus, quòd ſingularem erudi-
tionem, natalium ſplendori coniun-
xerit: quippe tot ſcriptis & monu-
mentis patriam illuſtrauit, vt ſi quis D
dignè exſequi velit huius Antiſtitis
laudes, nequaquam extra propo-
ſitum inutile fecerit, ſi adſcribat
elogium à patre noſtro Scæuo-
lâ Sanmarthano doctiſſimo ſanè vi-
ro, hiſce verbis elucubratum lib. 4.
Pulchrum tibi fuit, Candala *Heros
excellentiſſime, ex illâ gente ortri, quâ
vix vllam nobiliorem ſibi arrogare quiſ-
quam audeat. Pulcrius autem & longè
mehercule pulcrius, indefeſſo quodam men-
tis vigore eò vſque in litteris proceſſiſſe,
vt nemo fuerit, qui ſummumin illis æta-
te tuâ principatum, præcipuè in Mathe-
maticis & reconditâ Philoſophiâ, tibi non
meritò concesſerit. Huius rei teſtis erit
apud poſteros optimus, Triſmegiſtus ille
non tibi ſolùm Latinè Gallicéque reddi-
tus; ſed etiam illis commentariis illuſtra-
tus, qui auctoris obſcuriſſimi ſenſa quam-
libet abſtruſa, legentibus aperiant, & ob
oculos conſtituant. Teſtis Euclides, mul-
táque præterea cæleſtis ingenij tui argu-
menta, & ſalutare imprimis illud Elixir
(ſic enim antidotum admirabili ſolertiâ
tibi repertum ipſe appellas) cuius compoſi-
tionem & vſum, ne poſteritas nimio ſum-
ptu deterrita negligeret, aut amitteret,
annuam in id pecuniam de tuo legare non
piguit. Quid quod & pari liberalitate
publicam Matheſeos profeſſionem, hone-
ſtáq; Profeſſori ſtipendia, Burdegalæ pau-
cis ante menſibus, quàm de vitâ decede-
res, inſtituiſti? Iure igitur tanto alumno
ſuperba lætatur Gallia: hos abundè per te
conſecuta vt Italia ſuos Mirandulas in-
uidere iam deſinat. Quos cum virtutibus
omnibus anteires, aut certè æquares, fa-
torum etiam indulgentiâ ſuperaſti: nona-
genarius enim eras, cùm eodem illo menſe,
quo Chriſtianiſſ. Henricus IV. cæleſti oleo
apud Carnutes inungitur, humano carce-
re liberatus, ad cælum euolaſti.* Aſcitus
C in Ordinem Torquatorum S. Spiri-
tus à Rege Henrico 3. 1587. benefa- 1587.
ctor item fuit Noſocomij ac Colle-
gij Aquitanici Burdigalæ, vt vel ex
hac patet epigraphe æneæ tabulæ in-
ſculptâ: Franciscvs Flvssas
*Candala Illuſtriſſimus Princeps, Bojorum
Capitalis, & Epiſcopus* Advrensis,
*in literarum gratiam & Matheſeos illu-
ſtrationem, mathematicam lectionem per-
petuam, & ſolemnem in Gymnaſio Aqui-
tanico inſtituit, atque annuo 500. li-
brarum ſtipendio dotauit anno Domini*
MDXCI. IV. *Cal. Aug.* Deſiit inter
mortales viuere 1594. eius cadauer 1594.
D inſigni mauſoleo, quod marmore &
ære magnificum conſpicitur in cho-
ro ædis Auguſtinianorum Burdiga-
læ, veteri Candalæ dynaſtarum à
multis annis monumento, ſepulturæ
conditum eſt. Maria autem Candala
ſoror fraternæ caritatis memor pyra-
midem erexit, cui ſcriptum hoc epi-
taphium.

Francisco Flvss.

*Candalæ Principi B. R. P. N. genere
& ingenio clariſſimo, doctrinâ & virtute
maximo, fratri cariſſimo ex oculis homi-
num, non ex memoriâ erepto, Maria*

Fluss. Candala R. soror mœrens hoc monumentum posuit, in eodem cor illius clausit, ac suum quando esse desierit, vnà concludi voluit, vt cineres etiam fraternæ concordiæ specimen præbeant, & concordes post fata taceant, qui concordes semper vixerant. Vixit annos 81. menses 5. dies 20. Obiit anno salutis MDXCIIII. *5. Februarij.* Mortuo pariter celebris Præses Thuanus animi testificatione hoc breui encomio parentauit, libro CIX. Historiarum. Hoc anno, inquit, „ mense Februario (1594.) ad meliorem vitam migrauit, octogesimum „ quartum annum supergressus Cadilliaci in arce suâ ad Garumnam, „ Franciscvs Foxivs Candala, longè illustrissimâ familiâ natus, quæ tot Reges, Principes, Præsules, ac præstantes belli Duces orbi Christiano dedit, sed eruditione „ ac moribus multò illustrior, qui modicam in litteris institutionem, festinatâ honorum in gentili aulâ prensatione, iam in ipsâ pueritiâ interruptam, suópte ingenio suppleuit, & „ quæ vix alii optimis præceptoribus „ præeuntibus percipiunt, insitâ ad artes, ac præsertim ad Mathematicas „ perdiscendas naturâ facili ita in teneris annis hausit, vt earum amorem ac studium toto longissimæ ac „ honorificentissimæ vitæ cursu nunquam intermiserit, & in illis multa „ adinuenerit, atque ad veterum scita ingenii facilitate addiderit: vltimo elogio summam pietatem & caritatem non solùm erga genus humanum, sed etiam erga literas testatus, cùm & in antidoti salutaris à se „ reperti confectionem, ne sumptu „ parciturі deterrerentur, & in Mathematicam professionem Burdigalæ institutam annuum vectigal legauit: „ opera eius ad immortalitatem scripta, quandiu orbis stabit, durabunt. Post Francisci obitum Adurensis Sedes multis annis vacauit.

Cospean. Ecartelé au 1. & 4. d'azur à trois besteroles d'or 2 & 1. Au 2. & 3. d'or a la croix alaisée de gueulles.

47. Philippvs Cospean Montibus Hannoniæ natus, quondam Iusti Lipsij auditor, magni nominis Theologus & concionator egregius, inde ex Doctore Theologo Parisiensi Episcopatum adeptus Adurensem, consecratur an. 1607. die Dominicâ 18. Februarii in Sacello Sorbonico, ab Henrico Gondio Parisiensi Præsule, assistentibus Gabriele Albaspineo Aurelianensi, & Ioanne Berterio Riuensi Episcopis. 1607. Laudauit oratione funebri typis editâ Henricum Magnum Lutetiæ in Basilicâ majore, & coram Rege Ludouico XIII. nomine Cleri Gallicani, cuius Comitiis Parisiensibus interest 1617. eleganter perorauit, adstantibus Cardinalibus Guisio, & Surdisio. Posteà translatus est ad Nannetensem Ecclesiam mense Ianuario 1621. denique ad Episcopatum Lexouiensem 1635. 1621.

Bovthillier. D'azur à trois fasces d'or accostées.

48. Sebastianvs Bovthillier, Victoris Archiepiscopi Turonensis frater, secundus natorum Dionysii Buthillerii & Claudiæ Machecoæ: is ex Philippi demissione possessionem iniit 1623. sed breui Pontificatum tenuit, exemptus è viuis apud Montem Marcianum 1625. Ianuarii 1625. 17. summo diœcesis suæ luctu. Fuisse enim pietate insignem, & Ecclesiasticæ disciplinæ assertorem egregium, illustrant verba quæ subiungimus hic prout à v. c. Abelio Sanmarthano Sacri Consistorii Consiliario, Scæuolæ filiorum natu maiore, eruditè referuntur: Sebastianvs fuit Lu- „ cionensis Ecclesiæ Decanus, posteà- „ que Adurensis Antistes dignissimus, „ Theologiæ & Sacrarum litterarum „ notitiâ præcellens, tantâque pietate „ & vitæ candore, tantâque religione „ vixit, vt suo sæculo singulari ornamento fuerit. Dum suadebat & mo- „ nebat, verbis vtebatur grauibus, „ & disertis, dum consolabatur, lenibus & gratis, in vitiorum repræsentatione incitatis & vehementibus, in „ exhortatione familiaribus & apertis. „ Denique in vultu illius nil erat tetricum aut proteruum, sed frons placida & serena, & in quâ pudor ingenuus, simplex modestia, piáque fides elucescebat. Verùm enimvero „ circa ætatis annum 44. tot dotes „ breui tempore tanquam flosculi morte illius decidêre, & sui memoriam „ omnibus suauissimam reliquêre, tantâ propensi & grati animi significatione, vt eum verè pium & voce & „ scriptis suis omnes assiduè prædicarent. Hinc dubium fuit an vitam piè „ sanctéque exactam fœliciori vel laudabiliori clauserit exitu? Præterea „ quantâ pietate, quantâ vitæ sanctimoniâ Ecclesiam rexit sibi commis- „

» ſam, vix dignè explicari poteſt, omni A » bus ſummis pariter atque infimis » gratus, integritate vitæ, ſummâque » ſermonis comitate præſtans, prom- » ptiſſimóque ad opem ferendam ani- » mo. Ab ineunte ætate & toto vitæ » curſu Card. Richelium intentiſſimè » coluit, & ab eius aureâ & planè di- » uinâ conſuetudine, aſſiduóque ſub » tanto Heroe tractandorum negotio- » rum vſu, partam ſibi rerum intelli- » gentiam ita perfecit & perpoliuit, vt » breui tempore in magnum virum & » pium Antiſtitem euaſerit. Hactenus » Sammarthanus in elogiis illuſt. fami- B » liarum.

BOVTAVLT. D'azur à trois cheurons d'or, accompaguez de trois triangles d'or renuerſez.

49. ÆGIDIVS BOVTAVLT, ſacri Conſiſtorii Comes, Abbas B. Remigii Autiſſiodorenſis, Turonis naſcitur dum Rex Henricus 3. cùm aulâ ibi confugiſſet an. 1594. quamuis è nobili in Pictonibus familiâ dominorum de l'Aubonniere eſſet progenitus in diœceſi Lucionenſi; quæ duos huiúſce ſtemmatis Antiſtites habuit, Heliam & Nicolaum annis 1373. & 1462. vt conſtat ex catalogo Epiſcoporum. Ægidius autem cum iuniores annos in ſtudiis exegiſſet, Regis Ludouici XIII. Eleemoſyna- C rius factus, ab eo impensè dilectus eſt, tum Canonicus & Archidiaconus extra Ligerim in Eccleſiâ Turonenſi, necnon Abbas S. Remigii, nominatur denique Adurenſis Epiſcopus 1626. mortuo Sebaſtiano Buthillerio, iuri ſuo cedente fratre Victore, poſteà Bolonienſi, nunc Turonenſi Archiepiſcopo. Inauguratur

1626. Pariſiis in Capellâ Regiâ 1626. 14. Martii, ab Ægidio de Souuré Epiſcopo Autiſſiodorenſi, ipſius è ſacro fonte ſuſceptore, aſſiſtentibus Claudio de Rueil Baionenſi, & Stephano Puget Dardaniæ, inde Maſſiliæ Epi- D ſcopis. Ægidius ergo prodeſſe ſtuduit Eccleſiæ, vigilantiſſimi deceſſoris exemplo, qui eam Sedem octo tantùm menſibus gubernauit, viſitationibus diœceſis incumbendo, Congregationes inſtituendo, non tantùm ad Epiſcopatus emolumentum, ſed & totius Aquitaniæ ſingulare exemplum, Synodalia ſtatuta in publicum emittendo Burdigalæ 1643. quæ Paſtoris eximii officia continebant, admittendo S. Vrſulæ Moniales in oppidis B. Sceueri, & Montis-Marciani, quemadmodum & Capucinos Granatæ, denique verbum Dei diſpenſando, non minore cum zelo pietatis, quàm eruditione inter concionatores eminebat. His adde, quòd ſedulò Eccleſiæ dominium temporale adminiſtrauit & auxit, nam epiſcopale palatium ex integro ferè reſtituit, & ornauit omnibus quæ ad commodum ac ſplendorem huiúſce domus pertinebant. Interfuit tribus Comitus generalibus Eccleſiæ Gallicanæ, Fontaneti in Pictonibus 1628. Lutetiæ verò 1635. & 1645. omnibus autem quæ ad Cleri negotia ſpectabant, calculum & nomen adiecit. Quinetiam annis 1637. 1638. & 1639. 1639. ſummam à Rege conſequutus eſt auctoritatem codicillis Ludouici XIII. in Vaſconiâ, Occitaniâ, Benearno, & Fuxenſi prouinciâ, ſub Henrico Principe Condeo, tunc his in oris exercituum Præfecto. Verùm ad diœceſim cùm ſe contuliſſet, vt obiret Epiſcopale munus, ac Seminarii eccleſiaſtici ſecundùm regulas Diui Caroli Borromei initia dediſſet in Abbatiâ Manli S. Quiteriæ Epiſcopatui vnitâ, & à cunctis Comprouincialibus Epiſcopis quorum erat Decanus plurimùm coleretur, à poteſtate quadam ſæculari vexatus vltrà modum, aulam petiit, vt à Ludouico XIV. ſpretæ dignitatis ſatisfactionem obtineret. Interim verò cum belli ciuilis incendium eſſet excitatum in Vaſconiâ, nec finis imponeretur odiis & iniuriis erga familiam, & diœceſim, vt ſic auerterentur à noſtro Antiſtite omnium animi, quod tamen fruſtra tentatum eſt, vt oues ſuas ab his turbinibus redimeret, elegit Epiſcopatum Ebroicenſem an. 1649. cum omnium bo- 1649. norum mœrore diœceſis Adurenſis, apud quos eius memoria viget in honore, & vigebit.

D'ANGLVRE. Ecartelé au 1. & 4. d'or ſemé de grillets d'argét, ſupportez de pieces emportées de gueulles en forme de croiſſãs: autrement, d'or pampelone ou decouppé de

50. CAROLVS D'ANGLVRE II. Epiſcopus & dominus Adurenſis ac Sanctæ Quiteriæ, ſacri Conſiſtorii Conſiliarius, Abbas B. Petri Montis, de Bellocampo, & Criſtæ, nobili ac vetere proſapiâ de Anglurâ, dominorum de Bourlaimont ortus eſt, parentibus Claudio d'Anglure, Marchione de Sy, Comite de Bourlaimont, matre Angelicâ Diacetâ, ex Comitibus Caſtriuillani, & familiâ Aquauiuâ Ducum Atriæ in regno Neapo-

guculles à sonnettes d'argent semées qui est D'ANGLVRE. Au 1. & 3. de guculle à 3. pals de vair au chef d'or à vne merlette de sable sur le canton dextre du chef qui est CHASTILLON. Sur le tout d'or à 4. fasces de guculle.

Neapolitano progenitā. Is cùm per aliquot annos Capitulo S. Stephani Metensis Primicerius præfuisset, translato Ægidio ad Ebroicensem sedem, à Rege Lud. 14. ad Episcopatum Adurensem promotus est 1649. 25. Martii; festo Annunciationis Deiparæ Virginis anni sequentis inauguratur apud Cartusianos Parisienses, à Gaspardo de Dailloh du Lude Episcopo & domino Albiensi, assistentibus Rogerio d'Aumont Abrincensi, & Claudio Mallier Tarbiensi Episcopis. Inde ad diœcesim se contulit, urbem & Ecclesiam solemniter ingressus: nunc viuit, pari vigilantiā commissum sibi populum regens, ac eiusdem gentis suæ Ogerius Episcopus Massiliensis, Abbas S. Victoris suo loco recensendus.

AEDVENSES EPISCOPI.

AVTVN en Bourgongne sur l'Aroux. D'argent à vn lion de guculle au chef des armes de Bourgogne. L'Eglise porte vne espée Ducale par vn bras armé, garny de deux fleurs de lis.

AEDVA, quam alij Augustodunum Eduorum caput appellant, vrbs celeberrima Iulij Cæsaris temporibus, cuius populi clarissimi Celtarum vocantur à Melā lib. 3. cap. 2. potentes ab Ausonio Parental. 4. cui & Æducs, fratres, & consanguinei Romanorum, Cic. lib. 7. epist. 10. Familiar. & lib. 1. epist. 18. ad Atticum, Plutarcho in Cæsare, fœderati Plinio lib. 4. c. 18. Quò respicit Cæsar lib. 1. cap. 10. docens quàm veteres, quàmque iustæ causæ necessitudinis Romanis cùm Æduis intercederent, quæ Senatusconsulta, quoties quàmq; honorifica in eos facta essēt, vt omni tempore totius Galliæ Principatum tenuissent, priùs etiam quàm Romanorum amicitiam appetiissent.
« Vnde Panegyristes Flauiensis, Soli, in-« quit, Ædui non metu territi, nec adu-« latione corrupti, sed ingenuā, & sim-« plici caritate fratres Populi Romani « crediti sunt, qui totum istud, quod « Oceano, Rheno, Pyrenæis, & Alpi-» bus continetur, Romanorum Impe-» rio tradiderunt. Hinc Gobelinus l. 2. « de Rebus Pij 2. In Burgundiā, ait, sunt « Ædui Celtarum ferè omnium quon-» dam principes. Tacitus l. 11. Annal. » primi Ædui Senatorum in vrbe ius a-» depti sunt, datum id fœderi antiquo, « & quia soli Gallorum fraternitatis « nomen cum populo Romano vsur-« parunt. Horum vrbs Ædua, quæ « celeberrima Burgundiæ ciuitas in Breuiario Lingonensi, vbi de Sancto Lazaro agitur, & gentis caput apud Tacitum Annal. 3. vbi nobilissimam olim Gallorum sobolem liberalibus studiis operatam scribit, ad quem locum Iustus Lipsius consulendus de Scholis Æduorum. Hoc « sensu Aymoinus scripsit lib. 1. cap. 5. « Augustodunum magnæ antiquitūs « apud Gallos authoritatis fuit, atque « potentiæ, quod Iulius Æduam no-« minat, quæ amicitiam populi Rom. « amplectendo toti penè Galliæ, nixa « eo fauore principata est: quem Iuo « Carnotensis in Chronico imitatus; « Augustodunus, inquit, amicitiam po-« puli Rom. amplectendo nobilis euasit. Vnde verò nomen Augustoduni fluxerit, Hetricus in vitā sancti Germani docet his versibus.

Vrbs quoque profectum meritis, & nomine sumpsit,
Augustodunum, demum cùm capta vocari,
Augusti montem transfert, quod Celtica lingua.

Et paulò pòst sic eam vrbem laudat.

Verùm nulla viros tellus magis extulit armis
Præcipuos, animique magis ad prælia lecti.

Quò alludens Guillelmus Brito Philippidos lib. 1. de eā loquitur in hunc modum:

ÆDVA quos mittit vrbs antiquissima, plena
Diuitiis, multisque tumens legionibus olim,
Romulidisq; fide iunctissima gente superba,
Assiduis bellis plusquam vicina fatigans:
At modò nulla ferè raris habitata colonis:
Quam Rex Arturus Romæ subduxit, eandē
Postea Noruegus euertens Rollo redegit
In nihilum prorsus, vix vt vestigia restent.

Augusta Iulia Æduorum, quam Flauiam, à Flauio Constantino, ex Eumenii Panegyrico dictam volunt, olim prouinciæ Heduorum dominā sub Romanis, opulentissima ab eo-« dem Melā, Celtica Roma ab Herri-« co Autissiodorensi libro 1. nobilita-« tis antiquæ titulis illustris in actis pas-« sionis S. Symphoriani, & Francica « Roma nuncupatur à Rege Francisco « 1. apud Ioannem Boterum in Relationibus; cuius vrbis mœnium magnitudo vetusta & spatioso ambitu memoratur Ammiano lib. 15. & 16. in

quâ fuit fabrica armorum loricaria, & Gynecij Procurator hùc translatus Metis. Huius oppidi ædificia antiquitatem suam probant, ibi nempe spectantur rudera Theatri, Columnarum, Aquæductuum, Pyramidum, & numismata antiqua ibi effodiebantur. Situm est Augustodunum in radice Cinisiorum montium, alluitúrque fluuio Arotio in Ligerim non longè à portu Digonio labente. Inter præcipuas basilicas habet Cathedralem S. Lazari, cum priùs Diui Nazarij templum venerata sit, vt testantur numi argentei, in quorum parte alterâ legitur, *Moneta S. Nazary*, in aliâ, ciuitas Ædua: vnde tamen non colligitur, quòd Ædua simpliciter, absolutè sine adiuncto, aut epitheto fuerit nomen proprium vrbis, vel ciuitatis, quale postcà fuit Flauia, & Augustodunum, sed Bibracte appellari apud Cæsarem multi eruditi censent. Amplissima verò est hæc diœcesis, quæ præter sexcentas parochiales Ecclesias in vigintiquatuor Archipresbyteratus distributas, continet plures Abbatias, Prioratus, necnon Canonicorum Collegia, capellas & monasteria. Episcopus autem Augustodunensis à Baronibus Colcharum, Mothæ sancti Ioannis, Luzeij, & Montispetrosi in solemni ingressu deportatur: primum inter Suffraganeos Lugdunensis Metropolis locum obtinet ex rescripto S. Gregorii Magni Papæ I. habet etiam ius Pallij in Pontificalibus, & ab immemorabili tempore fruitur omnimodâ iurisdictione, fructuum perceptione, & beneficiorum collatione Lugdunensis Archiepiscopatus, iure Regaliæ, Sede ipsius vacante; eodem planè modo quo ipsi Lugdunenses Archiepiscopi gaudere consueuerunt, idque variis supremæ Curiæ Parisiensis placitis iudicatum est 27. Nouembris anni 1372. 4. Martij 1446. 19. Iulii 1574. 11. Maii 1630. quotiescumque enim Officiales Regii Præsules Augustodun. in dicti iuris possessione turbare aggressi sunt, à Christianissimis Regibus, ipsóque Ludouico 13. an. 1612. per patentes suas litteras deinceps id agere prohibiti sunt. Quoniam verò peculiari dissertatione ciuitatis Heduorum situm, antiquitates, varia monumenta, Bartholomæus à Chassaneo Heduensis

A Præsidatus fiscalis Patronus, duodecimâ parte Catalogi Gloriæ Mundi, Consideratione LX. accuratè & copiosè conscripsit, idcirco eius verba inserere placuit, quæ sic habent: Hæc ciuitas, Celtarum caput, Mandubiorum honor & gloria, non sine magnâ honoris præfatione Augustudunum nominanda: Cuius incolæ à Romanis modò amici, modò fratres, verùm & consanguinei vocabantur. Tanta mehercle eos ambiuit dignitas & excellentia, vt in Senatu quidem Romano primum sibi locum v-

B surpauerint. Id antiquo fœderi datum. Huius murorum ambitus ad duo milliaria protenduntur. Tetra eius satis fertilis & pabulosa, riguáque tum fluminum, tum fontium aquis, quæ frumenta & omnis generis pecora vbertim gignit. Ab Oriente & Meridie montibus eleuatur nemorosis, à Septentrione & Occidente vallibus deprimitur, saltem circa eius medietatem, à quâ planities amœnissima ad Septentrionem in longitudinem duodecim millium passuum extenditur, & vndequaque fontes tiuulíque circumfluunt. A Septentrio-

C ne habet Arotum piscibus luxuriantem, Muranúmque sinu suo suscipientem, & plures alios fluuios, qui tandem in Ligerim defluit. A Meridie verò fluuiolum, ne dicam riuum habet ex stagnis velleris progredientem, partim in circuitu vrbis circumfluentem. Ab Oriente ex murorum vrbis fundamentis celebratissimus, ac facet fons limpidissimis aquis scaturiens existit, dictus fons sancti olei, vbi Ducum vulnera (cùm è bello victores sauciati redibant) hâc aquâ mundabantur: In hac quoque parte erant theatra amplissima, quæ his die-

D bus diruta conspiciuntur. Muros verò manu potiùs Deorum, ac supernaturali quàm humanâ cementariorum compositione præualidos habuit, & habet, quos centum exornabant turres ad barbarorum incursiones comprimendas: ingentes portæ, quibus singulis portalitia quæ de cœlo pendere videbantur applicata extiterant. Itaque tam hanc, quàm eiusdem suburbia multorum Deorum gentilium venustabant delubra, multisque & variis insignibus vicis, (nomina eorumdem antiquissima tanquam excellentiora adhuc retinentibus) dotata

fuit. In superiori huius ciuitatis par- A te Capitolium situabatur, cui adiacet etiam vicus Fraxineti, vbi Apollinis oraculum variis bellorum triumphis refertum fulgebat. Fuerunt prætereà in hac ciuitate Reges seu Reguli, quibus tota Heduorum regio seu prouincia, singulis assignata Præfectis moderanda data fuit, vt vnus limitibus Sequanorum, alter Remorum, alter Aruernorum fines regeret: Adest & consequenter in medio vrbis Campus Martius, nunc Campus Diui Lazari vocitatus, vbi militum classe, expeditum cohortes, turmæ- B que bellatorum hominum quotiens ad bellum opus fuisset progredi, arma ex templo Martis confestim assumebant. In suburbiis est monticulus Philosia, non longè abhinc Mons est Iouis, & mons Druidum. In Arcto ferè aspectu iuxta Aroti fluenta Phœbanum, Plutoni, & Proserpinæ consecratum locabatur, vbi arioli, & genethliaci augurabant. Tandem vt breuiùs absoluamus, Basilica maior & antiquior mater & Cathedralis in honore Dei ac beatorum Nazarii & Celsi Martyrum fundata extitit: post hanc vero D. Lazari etiam C Martyris est templum magnificum, in quo inter plura pinnacula est vnum lapideum miræ altitudinis & structuræ: sunt & ibi reliquiæ sanctorum, præcipuè corpus S. Lazari: prætereà templum Diuæ Mariæ è regione collocatur, in quo Ecclesia Collegiata habens immensæ altitudinis pinnaculum à Rolinis antiquissimâ & nobiliori familiâ Heduorum constructum: omitto hic referre nomina Ecclesiarum parochialium, tam in dictâ ciuitate quam in suburbiis constructarum numero vndecim: item xenodochia duo, Capellas publicas D decem. Monasteria item quatuor excellentissima & ditissima, duo horum Moniales obtinent Ordinis D. Benedicti, vnum sub nomine S. Andochii, secundum verò S. Ioannis Magni: tertium est monachorum Ordinis S. Benedicti in honorem sanctissimæ Trinitatis & B. Martini Turonum Præsulis: insuper quartum sub titulo S. Symphoriani martyris dicatum, est Prioratus in quo Canonici Regulares Ordinis S. Augustini degunt. In prædictâ ciuitate cœmeterium immensum, vbi Poliandrium visitur, hoc est sepulchra innumerabilia lapidea, eleganti modo constructa iacent, de quo meminit Gregorius Turon. in libro de Gloriâ Confess. cap. 73. Vnum addere volui his quæ supra annotaui de excellentiâ huiusce ciuitatis, quæ (vt certissimum est, clarissima fuit, & super omnes Galliæ saltem Celticæ vrbes principatum tenuit) quòd in vitâ sancti Andochii Apostoli Heduorum legitur de laude huius, verbis istis. Erat prætereà hæc prælibata ciuitas, & tellus nunc, id est tempore S. Andochij opum commerciis referta, fœcunditate ruris iucunda, nemorum densitatibus viridans, diuersorum pecudum caulis ampla, ædium vel murorum arcibus altiùs circumcincta, & plurimis rituum & fanaticis caracteribus opipata. Nihilominus & custodientium phalangis in procinctu sui viuidè fulcita, ita quòd pro honestate sui habitus & cultus, secundo loco vti videretur post Romam. Hactenus de laudibus Heduorum Chassanæus: ex quo Petrus Sanjulianus Balleurreus Cabilonensis Decanus plura mutuatus in tractatu augustæ ciuitatis Heduorum, eadem fermè habet. Superest iam vt Abbatiarum diœcesis elenchus proferatur.

S. MARTINI *S. Martin lez Autun* O.B.

S. ANDOCHII *feminarum* O. B. *Saint Andoche d'Autun.*

S. IOANNIS *Monialium* O. B. *Saint Iean le grand d'Autun.*

CORBINIACI *Corbigny* O. B.

CHERIACI *Cherey* O.B.

FLAVINIACI *Flauigny* O.B.

FONTANETI *Fontenay* O.B.

VEZELIACI *Vezelay* O. B.

VNGIACI *Oigny* O. A.

S. MARGARETÆ *S. Marguerite* O. A.

BVXERIÆ *La Bussiere* O. C.

SEPTEM-FONTIVM *Sept-Fons* O. C.

LOCI-DEI *feminarum* O. C. *Lieu-Dieu en Briennois.*

CONSOLATIONIS *B. Mariæ* O. C. *La Consolation dite de Reconfort.*

Episcoporum porrò huius ciuitatis series, è variis tum scriptoribus, tum

monumentis à nobis collecta est huiusmodi.

1. S. AMATOR sepultus Augustoduni in Poliandrio, vbi nunc sita est beati Stephani Ecclesiâ in Stratâ nuncupatâ, id est in viâ lapidibus stratâ. Memoratur in Martyrologio die 26. Nouemb. de quo nil ampliùs refertur in fastis, tabulas vulgares huius Ecclesiæ sequuti.

2. MARTINVS successor sancti Amatoris in legendâ Beati Simplicii. Fortè desiderantur nonnulli Præsules inter Martinum & Reticium.

3. S. RETICIVS magni nominis Episcopus, Concilio Arelatensi 1. ad-
314. fuit an. 314. Is à Constantino Imp. delectus est iudex in causâ Cæciliani Episcopi & Donatistarum, cum Marino Arelatensi, & Materno Agrippinensi Episcopis; Paulò post Romam profectus, in eadem causâ iudicio sub Melchiade Papâ habito interfuit. Celebratur inprimis à S. Hieronymo in Catalogo de Illustrib. Ecclesiæ Script. capite 82. vbi ait. RHETICIVS *Eduorum, id est Augustodunensis Episcopus sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Galliis. Leguntur eius Commentary in Cantica Canticorum, & aliud grande volumen aduersus Nouatianum, nec præter hæc, eius operum quidquam reperi:* tum prædicat eius facundiam epist. ad Marcellam 133. ad Paulinum 13. & 6. ad Florentium. Nec impar de ipso laus est apud B. Augustinum lib. 1. c. 2. contra Iulianum Pelagianum, Reticium, „ inquit, ab Augustoduno Episcopum „ magnæ fuisse auctoritatis in Ecclesiâ: & libro contra eiusdem Iuliani responsionem dicitur homo Dei, & „ Augustodunæ Episcopus: idem re„ censetur quoque in epistolâ Constantini apud Eusebium lib. 10. cap. 5. & Optatum Mileuitanum: sed huius luculentum elogium habet Gregor. Turonensis lib. de Gloriâ Confessorum cap. 75. istis verbis: *De Sancto Riticio, quia prior obiit, sermo habendus est. Fuit nobilissimis parentibus & literarum acumine clarus, qui transactâ adolescentiâ vxorem simili morum honestate præclaram sortitus est: concurrunt eleemosynæ, vigiliæ celebrantur, & opus dei per eos incessabiliter exercetur. Igitur longa post tempora mulier declinans caput ad lectulum, spiritum emisit ad cælos. At Riticius Episcopatum Augustodunensis vrbis populo eligente sortitur: qui talem se præbuit in religione, vt morum bonitas Pontificatus gratia æquaretur, & ad diem obitus per diuersos gratiarum spiritualium gradus plenâ perfectione, consummationéque veniret.* Huius mentio in Chronico Adonis, sed corruptè legitur Retius; de eodem Martyrologium 19. Iulij, & breuiarium Æduense, Baronius, Posseuinus in Apparatu, & Ioannes Morinus Congregationis Oratorij domini Iesu doctissimus Presbyter de Liberatione Ecclesiæ, parte 2. cap. 2. scribit valde probabiliter Reticium fuisse Protocathechistam Constantini Imperatoris. Iacet in Poliandrio, humarus cum sponsâ sub eodem sepulchro, prout affirmat Gregor. citato cap. de Gloriâ Confessorum.

4. CASSIANVS Alexandriæ in Ægypto natus, successit Reticio, vti ex Gregorii narratione constat, námque mendum irrepsit in vulgatis catalogis Eduensium Episcoporum, ex traiectione Simplicii post Reticium: at huic loco restituendus est ex eodem Gregorio, qui loquens de cœmeterio Augustodunensi illius meminit cap. 74. de Gloriâ Confessor. *In hoc cœmeterio vidi beati Cassiani Sacerdotis magni sepulchrum à multis infirmis erasum, quod penè transforatum eo tempore putabatur. Abluuntur enim ex hoc puluere ægroti: sed protinus virtutis magnitudinem sentiunt. Ibi & Simplicius, ipsius vt aiunt, vrbis Episcopus est sepultus, cui crimen adultery sana populorum obiecit insania.* In Domino obdormiuit Episcopatus anno vigesimo, traditus sepulturæ in Poliandrio 5. Augusti ad cuius tumulum beatus Germanus Romam proficiscens orasse legitur; cui etiam cœnotaphio Robertus Francorum Rex elegans sacellum superstruxit, testibus Paulo Æmilio, & Gaguino. Eius nomini Ecclesia parochialis in vico Sauiniaco propè Belnam dicata est.

5. EGEMONIVS sedit post Cassianum, ac proinde errant catalogi qui Desiderium statuunt successorem: verùm assertionem istam firmat idem locus Greg. l. de Gloriâ Confess.

6. S. SIMPLICIVS, summæ simplicitatis & caritatis appellatur in vitâ

B. Germani Autissiodorensis lib. 1. c. 2. apud Surium: iste Concilius Sardicensi & Agrippinensi interest an. 346. 346. de eo plura quoque Martyrologium 24. Iunij, & vita S. Seruatij, necnon Greg. Turonensis cap. 76 de Gloriâ Confessorum apud quem hæc verba leguntur. Post hunc (Cassianû) Egemonius cathedram Pontificatus assumpsit. Quo decedente, B. Simplicius Ecclesiæ ipsi preponitur. Fuit autem de stirpe nobili, valde diues in opibus seculi, nobilissimæ coniugi sociatus: His fuit castissima obtegente seculo vita, soli Deo cognita, mortalibus tamen ignora. Erant enim ambo iusti, & in eleemosynarum semina ac vigiliarum tolerantiam promptissimi. Interea propter illam, vt diximus, seculi dignitarem, Simplicius decedente Egemonio à populis eligitur, sed à Deo pro castitatis & sanctitatis gloriâ destinatur. Hæc & plura addit Gregorius, nempe illum in quo cuncta antiqua castitudo sacrarium habuit, vixisse cum vxore tanquam cum sorore: Aquam suam integritatem & continentiam miraculo comprobauit, prunas ardentes in Byrto ab illis illæso, & intacto deferens; quo miraculo plebs incredula diuinum numen adorauit, & inter septem dies ampliùs quàm mille homines baptizati sunt. Memorat autem ex actis Historiæ passionis S. Symphoriani c. 77. simulacrum gentilium Berecynthiæ, crucis signo per Simplicium in terram corruisse, multósque Paganos tunc euersis idolis ab eodem Antistite lauacro tinctos fuisse.

7. EVANTIVS, in Additionibus Vsuardi 12. Septembris rectiùs scribitur, quàm Eminthius, aut Euultius in vulgatis catalogis.

8. LEONTIVS, cuius depositio notatur Cal. Iulii in Appendice Adonis.

9. EVPHRONIVS floruit anno 461. Christi 461. præsens electioni Ioannis Episcopi Cabilonensis, cum Patiente Lugdunensi Metropolitano circa annum 470. vbi epistolâ vltimâ lib. 4. Epistol. Sidonii Antistitis Aruernorum ita laudatur: *Illius nomine exulta, quem creauerunt Euphronius testimonio, Patiens manu, ambo iudicio. In quo fecit Euphronius, quod conueniret non senectuti modò suæ, verùm etiam dignitatis longæuitati.* Eundem Papam nominat Sidonius epist. 8. lib. 7. quâ ipsum inuitans ad electionem Simplicii Biturícensis, ista subiungit: Simplicium Episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari, quid super tanto debeam negotio facere, decernas. Huius es namque vel erga me dignationis, vel erga reliquos auctoritatis, vt si quid fieri voles, non suadere tam debeas quàm iubere. Docet autem Gregorius lib. 2. Hist. cap. 15. ex Presbytero Antistitem ordinatum: *Eo tempore*, inquit, *basilica* B *beati Symphoriani Augustodunensis martyris ab Eufronio presbytero ædificata est. Et ipse Eufronius, huius deinceps vrbis Episcopatum sortitus est. Hic enim marmor quod super sanctum sepulchrum beati Martini habetur cum grandi deuotione transmisit.* Porrò Idatius Episcopus Lemicensis in chronico sub annum 28. Imp. Valentiniani, id est Christi 452. auctor est Eufronium misisse epistolam ad Agrippinum Comitem, de signis quæ apparuerant in regionibus Galliarum, subscriptúsque habetur litteræ Fausti Reiensis ad Lucidum C Presbyterum an. 475. Sepultus est verò in basilicâ sancti Symphoriani, vbi nunc Prioratus Conuentualis Ordinis sancti Augustini, aliunde non dependens. At circa eius tempora, Attalus fuit, non Episcopus, sed Comes Æduensis. Quem Comitatum quadraginta annis posteà S. Gregorius ante Episcopatum Lingonensem administrauit, vt est in ipsius Gregorij vitâ, teste Greg. Turon. qui lib. 3. cap. 15. agit de altero Attalo S. Gregorii nepote. Prætereà videtur hic inferenda Epistola SS. Euphronii, D & Lupi Tricassini Episcoporum, de solemnitatibus, & de bigamis Clericis, & iis, qui coniugati assumuntur, quam Iacobus Sirmondus edidit tomo 1. Concil. Gall. DOMINO *Sancto, & in Christo cultu atque honore venerando, beatissimo fratri Thalasio Episcopo, Lupus, & Euphronius Episcopi pariter positi.* Commonitorium, quod per Subdiaconum Archontium missum fuerat, inspeximus, ad quod sanctitati tuæ, sicut poposcisti, respondere curauimus. Vigilia Natalis Domini longè alio more, quàm Paschæ Vigilia, celebranda: quia hic Natiuitatis lectiones legendæ sunt, illic au-

475.

tem Passionis. Epiphaniæ quoque solemnitas habet suum specialem cultum. Quæ Vigiliæ, vel maximè, aut perpete nocte, aut certè in matutinum vergente, curandæ sunt. Paschalis autem Vigilia à vespere rarò in Matutinum vsque perducitur. Deinde in Vigiliâ Paschæ diuersorum librorum lectiones sunt recensendæ, quæ totæ habent aliquid de præfiguratione, aut vaticinio Passionis. Antedicta autem Vigilia, prout visum fuerit, inter psallendum, & legendum, siue de Prophetis, siue de nouo Testamento, quod quisque voluerit, non legali, sed voluntariâ lectione præsumet. De Clericis verò bigamis, vsque ad Ostiarios Ecclesia permittit, & patitur; & quam quis Sacerdotum Regulam pro districtione suâ assumpserit, iure custodiet: Exorcistas verò, aut Subdiaconos à secundis nuptiis penitus excludit. Generationem verò filiorum ab iis, quos coniugatos assumimus, melius esset, si fieri possit, arceri, quos melius est non assumi, quàm de his posteà sub diuersâ sensuum varietate certari: cùm melius sit omnes disceptationum causas excludi; vt qui non vult in Clericatu generari, non constituat in altario coniugatos. Hæc pro consuetudine Ecclesiarum nostrarum, quarum vna est regula, paginæ huius sermone texuimus. Si quid verò pro honore Domini potest districtionis adcrescere, & si imitari non possumus, pro Domini honore laudabimus. Nam iam Ecclesię obsequiis aggregatos ad secundas nuptias transire non patimur: quos, postquam adsumpti fuerint, etiam à primis penitus arcemus; Exorcistas dumtaxat, atque Subdiaconos. In Augustodunensi autem Ecclesiâ, vel Ostiarius, in imo officio constitutus, si vxorem aliam acceperit, ab officio penitus abdicatur. Subdiaconos autem ad pacem inter se in sacrario oportet accedere. In altario autem, non nisi dum porrigunt pallas Diacono, aut suscipiunt, quod refertur; ad pacem autem nequaquam eis permissum est. Si autem illius amentiæ fuerit, vel Exorcista, vel Subdiaconus, vel etiã, sicut supra memoratum est, Ostiarius, vt secundis se nuptiis illigarit, non solùm ab officio, sed etiam à communione penitus arcetur.

A 10. S. PRAGMATIVS, quem eum putant Baronius, & Sauaro, cui scribit Sidonius Apollinaris lib. 6. ep. 2. sed eos refellit Sirmondus. Interfuisse illum Concilio Epaonensi an. 517. perhibetur ex chirographo subscriptionis. Festum eius notatur 10. Calend. Decembris. 517

11. S. PROCVLVS I. iacet in Ecclesiâ sancti Symphoriani, de quo Martyrologium 4. Nouemb. Quod verò aliqui coniiciunt, eum esse qui à S. Hieronymo doctissimus Pontifex vocatur epistolâ ad Rusticum, si verum est, calculo pugnat, nempe Hieronymus obierat anno 420 at iste de quo loquitur erat Proculus Massiliensis Episcopus. B

12. VALEOLVS.

13. PROCVLVS II.

14. S. AGRIPPINVS memoratur in vitâ B. Germani Episcopi Parisiensis, & apud Aimoinum lib. 1. c. 24. subscripsit Canonibus Synodorum Aurelianensis II. & III. annis 533. & 538. 533.

15. REMIGIVS, vel Benignus præcessor Nectarii.

C 16. NECTARIVS, in Concilio Aurelianensi 5. an. 549. à quo venerabili Pontifice Aimoinus citato c. 5. Germanum in Abbatem S. Symphoriani assumptum fuisse testatur; eius festum in Ecclesiasticis tabulis consignatur 13. Septemb. Meminit & Fortunatus apud Surium in vitâ eiusdem Germani 28. Maii. 549.

17. S. SYAGRIVS, cuius consecrationi interfuit diuus Germanus Episcopus Parisiensis, Augustoduni indigena, vt affirmat ipsius Germani vita. Concilij Lugdunensis 2. canones chirographo firmauit anno 567. quem etiam sanctis annumeratum, honestatúmque ab Ecclesiâ anniuersario natali, docet æternæ memoriæ Card. Baronius tomo VII. Annal. subscriptus habetur quoque Synodis Parisiensi 4. an. 573. Matisconensi 1. 581. Lugdunensi 3. 583. denique Matisconensi 2. an. 585. paulò post inuitatus fuit ad baptismum Chlotarij Regis pueri, apud Nemprodorum vicum agri Parisiaci sub an. 591. teste Greg. Turon. lib. 10. c. 28. Eius porrò in Galliâ nomen celebre extitit, D 567. 591.

postquam Beatus Gregorius Magnus Papa huius nominis primus, Neophytorum hæresis extirpandæ negotium illi tradidit, & vsu Pallii Episcopalis condecorauit, quapropter idem Pontifex Syagrium epistolâ 114. congratulatur verbis istis : *Multùm tibi, dilectissime Frater, condelector atque congaudeo, quòd sic eadem caritate te præditum multorum testificatione comperio, vt & ipse quæ sacerdotis sunt decenter exhibeas, & aliis te laudabiliter imitandum ostendas. Quia igitur in prædicationis opere, quandiu cogitans Anglorum genti per Augustinum quondam monasterij mei Præpositum nunc fratrem & Coepiscopum nostrum impendere studiis, ita sollicitum atque deuotum, adiutorémque in omnibus te vt oportuit fuisse cognouimus, vt magnum me sibi fraternitas tua hac de re faceret debitorem : tantæ rei consideratione commonitus, ne infructuosus erga te viderer existere, fraternitatis tuæ petitionem nullâ peruidi ratione postponere. Proinde secundùm postulationis tuæ desiderium Pallij te vsu, quòd inter Ecclesiam tuam habere debeas, ad sacra tantùm Missarum solemnia celebranda, Deo auctore, prauidimus honorandum. Quòd tamen ita tibi dandum esse decreuimus, si priùs per Synodi definitionem emendari promiseris quæ corrigenda mandauimus : quia dignum profectò esse credimus, vt cum mentis grauitate quâ Deo te propitio pollere didicimus, habitus quoque exterioris clarior in te cultus accresceret : præsertim cùm te hunc non ad superfluæ elationis pompam, sed pro genio & honore tuæ arbitramur Ecclesiæ petiuisse. Cujus ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, vt Metropolita suo per omnia, loco & honore seruato, Ecclesia ciuitatis Augustodunæ, cui omnipotens Deus præesse te voluit, post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat, & hunc sibi locum & ordinem ex nostræ auctoritatis indulgentiâ vendicare. Cæteros vero Episcopos secundùm ordinationis suæ tempus, siue ad considendum in Concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet aliâ re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare : quia omnino rationis ordo nos admonet, vt cum vsu pallij aliqua simul sicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Curam præterea congregandæ synodi, quam vobis, atque aliis fratribus nostris pro illicitarum rerum prohibitione fiendam scripsimus, vestræ specialiter sollicitudini noueritis incumbere. Vnde quia præcellentissimos filios nostros Francorum Reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos studio, omníque vos agere annisu necesse est, vt quod de synodo congregandâ mandauimus, fraternitatis vestræ vigilantiâ compleatur ; atque omnia illic, quæ pro animarum salute scripsimus censeantur : quatenus per hoc, & vos zelum vestrum, & qualiter vobis illicita displiceant, ostendatis, & nos vtiliter prouidisse, qui vestram ad hoc præ cæteris personam eligimus, videamur.* Testatur pariter litterâ ad Senatorem Presbyterum & Abbatem, xenodochium in Augustodunensi ciuitate à Syagrio & Reginâ Brunichilde constructũ fuisse. Fortunatus illi scribit epistolam acrosticam libro 5. num. 5. Domno sancto, & Apostolicæ sedis dignissimo Syagrio Papæ ; de quo etiam Ioannes Diaconus in vitâ Greg. lib. 3. capite 1. ab Adone Viennensi in chronico vir summæ sanctitatis, & in Concilio Metensi cap. 5. sanctus appellatur. Nepotem habuit Syagrius sanctum Desiderium Archiepiscopum Viennensem : quòd verò in Breuiario Æduensi nominatur frater Brunichildis Reginæ, Athanagildi Gothorum Regis filiæ ; Sigeberti 1. Regis Austrasiæ vxoris, sepultæ an. 613. in cœnobio S. Martini, quod Augustoduni fundauit, dubium esse potest, neque affirmare prorsus liceat, cùm in veteribus libris, aut scriptoribus, de regali prosapiâ huius Pontificis nil adnotatum sit.

18. Evpardvs.

19. Lepastvs.

20. Odalricvs.

21. Rachnacarivs sancti Eustasij Abbatis Luxouiensis discipulus qui obiit an. 625. de quo Abbas Io- 625.
nas in vitâ Eustasij apud Bedam, & Surium scribens, hæc ait : cùm vir Dei iter peragerét, fratrem Agilum qui modo Respacensis cœnobii Præsul existit, interuentu orationum suarum pristinæ sospitati illicò restituit. Fuit autem hoc illi studio, vt multos suâ facundiâ erudiret. Et quidem complures ex eis posteà Ecclesiarum Præsules extiterunt : Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromanduorum & Nouiomensis ac Tornacensis Episcopus, Rachnacarivs Augusto-

„ duni & Basileæ, Audemarus Bono- A „ niæ & Taroanensis oppidi. De eo in Episcopis Basileensibus.

22. AVSPICIVS in Synodo Re-
630. mensi an. 630. apud Flodoardum lib. 2. cap. 5.

23. FERREOLVS subscribit Con-
650. cilio Cabilonensi anno 650. & in diplomate cum Deodato Abbate sancti Symphoriani.

24. S. LEODEGARIVS Martyr, Pontifex, & Maior Domus Franciæ, Gerini Pictauensis Comitis frater, cuius nepres ex sorore Bilechildis B sponsa Childerici 2. Regis Franciæ, & Bersuuinda vxor Athici Ducis; qui cùm adolescens sub disciplinâ Didonis auunculi sui Pictauensis Episcopi, inter cæteros affines, prudentiâ, & opibus præcellentis, operam studiis egregiè impendisset, Pictauensis Archidiaconi officio adhibitus est, quo in munere ad tuendam dignitatem Ecclesiasticorum dogmatum vindex extitit, sic enim fatur Scriptor „ vitæ eiusdem Leodegarij: Tantæ, in „ eo subitò fortitudinis atque sapien- „ tiæ robur emicuit, vt par sui in an- „ tecessoribus nullus appareret. Nam C „ cùm mundanæ legis censuram non „ ignoraret, sæcularium terribilis iu- „ dex fuit: & dum Canonicis dogma- „ tibus esset repletus, extitit Clerico- „ rum Doctor egregius. Erat quoque „ in disciplinâ delinquentium viuidus, „ qui carnis luxu nunquam extitit reso- „ lutus, sagaci curâ peruigil in Eccle- „ siasticorum officiis, strenuus in ratio- „ ciniis, prudens in consiliis, rutilans „ in eloquiis. Incubuit interim causa „ necessitatis, vt in Augustidunensi „ vrbe eum ordinare deberent Episco- „ pum, siquidem nuper inter duos con- „ tentio de eodem Episcopatu exorta D „ fuerat, & vsque ad sanguinis effusio- „ nem certatum. Cúmq; vnus ibidem „ occubuisset in morte, & alter pro „ perpetrato scelere datus fuisset in „ exilij trusionem: tunc Balthildis Re- „ gina, quæ cum Clothario filio Fran- „ corum regebat palatium, diuino vt „ credimus inspirata consilio, ad me- „ moratam vrbem hunc direxit virum, „ vt ibidem esset Episcopus: quatinus „ & Ecclesiam, quæ penè biennio iam „ quasi viduata, in sæculi fluctibus re- „ manserat, huius gubernatione, vel „ fortitudine teneretur, & ab iis quibus impugnabatur, defensaretur: ita in „ aduentu eius territi sunt omnes Ec- „ clesiæ, vel vrbis illius aduersarij, nec- „ non & hi qui inter se odiis & homi- „ cidiis incessanter certabant, vt me- „ moriam transacti scandali nollent „ audire: iam enim in Episcopatum „ dispensante Deo eleuatus, quantum „ in alimoniâ pauperum eius excreue- „ rit præcipua cura, longum est enar- „ rare per singula. Sed nobis ista ta- „ centibus, testantur opera, vel matri- „ cula, quæ ab eodem instituta residet „ ad Ecclesiæ ianuam, vel specierum „ pulchritudo quæ aureo fulgore ruti- „ lant in Ecclesiæ ministerio; necnon „ & baptisterii ornamenta miris operi- „ bus fabricata, quantúmque in amo- „ re Martyrum eius mens fuerit deuo- „ ta, silentibus nobis indicat S. Sym- „ phoriani Martyris sepultura, seu „ translatio sancti corporis gloriosa. „ Præterea innuunt eius industriam „ Ecclesiæ pauimenta, vel laqueatia, „ & atrii constructio noua, murorum „ vrbis restauratio, domorum repara- „ tio, & quæ erant nimiâ vetustate „ consumpta, per se redintegrata visa „ dant videntibus testimonia. Huc vs- „ que Historicus. Interim verò Leodegarius ab auunculo presbyter ordinatus, diœcesim Pictauensem sibi creditam Archidiaconus prudentissimè gubernauit, tum assumptus Abbas S. Maxentii, monasterium ferè sex annis opibus locupletatum, ædificiis præclarè auxit. At Episcopatu dignus ad Ecclesiam Eduensem, vt dictum est, promouetur, quam per decem annos, piè admodum rexit: dehinc Chlotario Rege sublato è viuis, cuius consilio ad summas res tractandas vteretur, Leodegarius cum ceteris proceribus Palatii auctor fuit, vt Childericus Rex salutaretur, aliis tamen contradicentibus, qui Theodoricum per factionem Ebroini Maioris Domus sub Clotario Regem exposcerent: verumtamen causâ cessit, Childerico Principatum obtinente: Ebroino autem qui fauerat Theodorico, per indulgentiam facultas indulta est, vt in Luxouiensi Abbatiâ monachus fieret, in cuius magistratum subrogatus est Leodegarius, iuxta hæc verba vitæ memoratæ: Childericus Rex Leodegarium „ Episcopum omni Domui suæ præfe- „ cit, & in omnibus Maiorem Domus „ esse

esse voluit. Is ergo, eâ acceptâ potestate, quidquid aduersus priscorum Regum & magnorum Procerum leges comperit inepte introductũ, cum esset vitâ & moribus inculpatis, ad pristinum reduxit statum. Vsque adeò verò totum Francorum Regnum vsquequaque restituit, vt omnes se gratularentur Regem habere Childericum, ac Rectorem Palatij Leodegarium. Qui cùm eâ præfecturam tribus annis tenuisset, maleuolorum inuidiâ in crimen adductus ab aulâ secessit ad Luxouiensem Abbatiam, ex quâ euocatus Episcopatum iterum suscepit, quemadmodum auctor ipsius vitę sic exprefsit: Inter se pacis concordiâ iuncti Leodegarius & Ebroinus, Augustidunum proficiscuntur, eorum aduentu tota exhilaratur ciuitas, obuiámque eis procedentes ciues cum magno triumpho eos excipiunt: multùm lætantes, quòd reciperẽt patrem suum, quem olim se gubernatorem amisisse planxerant. Restituunt igitur eum in Sedem suam, & cùm ingenti gaudio pariter afficerentur, ac tripudiarent, ipse Episcopus voluit altero â luce Ebroinum magnis affectum muneribus honorificè à se dimittere. Sed cùm beati Leodegarij exiliũ, & insigne martyrium prolixiorem postulent sermonem ob multa memoratu digna, non erit fastidio lectori, si series integra rei gestæ proferatur ex scriptore vitę Leodegarij, & vitâ aliâ ab Vrsino Leodegarij æquali scriptâ, quo dira Ebroini tyrannis, & in sanctum Episcopum immanis sæuitia describitur in hunc modum: *Ebroinus in pristinum statum restitutus, & Maior Domus effectus, cogitare cœpit de vlciscendis inimicis, qui eum noluissent habere Subregulum. Itaque instar leonis rugientis per Francorum terras rugitus eius insonuit, cunctique qui olim aduersus eum egerant, qui tamen cædem effugere potuêre, fugæ præsidia captarunt. Porro vir Dei Leodegarius instaurandæ plebi suæ intra vrbem suam Heduam, siue Augustidunum, intentus erat: reminiscens autem Ebroinus malorum omnium, quæ cum Childerico Rege illum suspicabatur sibi intulisse, adhibitis in consilium hominibus nequissimis, cum eis tractare cœpit, quâ ratione illum Episcopum perdere posset. Ex ijs verò duo, Dido & Vuaimeris caput malitia effecti, aiunt se illum rapere posse ex vrbe eius, in eúmque exercere vindictam, quæ Ebroini malitiam exsatiet. Illorum promissis exhilaratus Ebroinus, copiosum valde exercitum eis tradidit, cum quo illi festini abiere Heduam, & vrbem circa mœnia vastare cœperunt. Id cernens vir Dei Leodegarius, zelo magno accensus erga plebem sibi commissam, & Domini exemplo malens animam suam ponere pro ouibus suis, eásque lucrifacere potius, quàm vitæ suæ temporariæ saluti consulere, collecto totius ciuitatis Clero, cum reliquijs, crucibus & psallentium choris, Deique laudibus obuiam processit hostibus suis, sponteque se obtulit ad obeundum martyrium, si voluntas percussori non defuisset. At illi qui eius capiendi causâ venerant, nullâ erga reliquias moti reuerentia eum comprehenderunt. Fertur tunc exclamans dixisse: Gratias ago omnipotenti deo Redemptori meo, quòd me hodie dignatus est glorificare. Ductus est autem ab illis extra vrbem, atque illic, vt Ebroinus iusserat, eruti sunt oculi eius. Et humano quidem illum orbarunt lumine extrinsecus, at intus mansit illi diuinum lumen. Cúmque eum custodibus tradidissent, in quoddam cœnobium perduxerunt, vbi biennium ferè latuit, & magnum reliquit patientiæ & humilitatis exemplum. Eodem tempore eius germanus Gairinus, qui ob metum Ebroini cum alijs ab eo profligatis Francorum proceribus, alijs in locis degebat, iussu Regis Theodorici, & Principis Ebroini ad palatium reuerti compulsus est. Simul etiam B. Leodegarius ex monasterio, in quo tenebatur absconditus, in regis Theodorici præsentiam adduci iussus est. Cumque ambo fratres in Principum conspectum venissent, multis contumelijs & opprobrijs affecti ab Ebroino, illi sic respondisse feruntur. Nos quidem dignè hæc patimur, quia peccauimus domino, sed maior tamen eius clementia est, qui nos dignatus est ad tantam gloriam vocare. Tu verò miser Ebroine, qui tantam iniuriam irrogas Francorum genti, teipsum potius vlcisceris, dum alijs vitam auferre cupis. Multos quidem decepisti, & à paterno solo exulare compulisti: at tu ipse magis etiam exul eris, quandoquidem & temporalem & æternam gloriam cito perdes; dum enim totius Franciæ homines excellere meditaris, tuam, quâ indignus præditus es, gloriam amittis. Hæc vt audiuit Ebroinus furore magno correptus, iussit ministris vt Gairinum à Leodegario separarent, vti separatim punirentur, nec possent coniunctim eiusmodi sermones proferre: Deinde ministri ad palum alligatum Gairinum lapidibus obruere cœperunt. At ille deprecabatur Dominum, & inter verba orationis supremum efflauit spiritum. Et B. quidem Leodegarius cupiebat cum fratre sanguinem fundere, vt simul mererentur coronari: sed Ebroinus*

eius obitum differre volens, vt per pœnas diu productas, ei æternas quoq; conciliaret, & ne coronâ frueretur martyrij, immò verò etiam præmijs gloriæ sempiternæ priuaretur; iussit eum nudis pedibus per quandam piscinam traduci, in qua erant petræ instar clauorum acutæ: deinde euulsis iam oculis, humi eum prosterni, linguámque, & labia incidi: vt ablatis oculis, pedibus contritis & conscissis, linguâ & labijs incisis, membrorum vsu erepto, corporis viribus omni ex parte eneruatis, vt nec oculis posset terram cernere, nec pedibus ingredi, nec linguæ officio laudare Creatorem, tandem in blasphemiam rueret, atque ita salute omni priuaretur, quam laudando Deum, sibi ingentem cælitus obtinuisset. At ille vir sanctus diuinum implorabat auxilium, non sono vocis, sed cordis humilitate; nam cùm se omni humano præsidio destitutum cerneret, totis viribus diuinum sibi adesse poposcit. Porrò Ebroinus accersiens virum cui nomen Vuaningus: Tu accipe Leodegarium, inquit, quem aliquando vidisti virum superbum, & tutâ eum custodiâ asserua. Aderit enim quandoque tempus, vt ab inimicis suis recipiat quod meretur. Quo accepto Vaningus ad suũ perduxit coenobiũ, quod vocatur Fiscanum, vbi erat congregatio Sanctimonialium ac virginum, quibus præerat Childomarca famula Christi. In eo monasterio B. Leodegarius multis diebus stetit sub custodiâ. At verò lingua eius præcisa suũ recepit officium, & magnum doctrinæ semen sparsit in populo; quando autem ad Virgines accedebat, tanta vt fertur, ab eius ore sermonis suauitas manabat, vt mirarentur quicunque audirent, tanta per illum efficere clementissimum deum, & morum suorum prauitate damnatâ, quamprimùm ad pœnitentiæ fructus & remedia aduolarent; ille enim vir beatus diu noctúque in Dei laudibus peruigil astabat, vt vix parumper ab Ecclesia ad corporis res necessarias interdum recederet, aut quidpiam vel cibi, vel somni perciperet. Huc vsque vetus auctor vitæ Leodegarij, qui refert Sy-
685. nodum an. 685. celebratam fuisse, in quâ Leodegarius Ebroini factione, à Theodorico Rege morte damnatus est, additque hæc insuper; *Cum iam ferè per biennium Leodegarius in Fiscanensi coenobio sub custodiâ resedisset, Theodoricus Rex & Ebroinus synodum in quadam villâ regiâ conuocantes, multam Episcoporum turbam adesse fecerunt. Ibique inter cæteros Didonem, qui Leodegarium cum Vaymero expulit de suo Episcopatu, condemnatum ab ipsa synodo, caluaria accepta in capite expulsum segregat à sanctâ Cõgregatione. Deinde exilio condemnatus, mortéque acutâ pœnâ capitis exsoluit, quidquid doli in sanctum virum exercuit. Alij porrò Episcopi tunc à Rege per Ebroinum in ipsa synodo pœnam similem sortiti, perpetuo exilio sunt deportati. Ebroinus vero S. Leodegarium reduci præcipit ad palatium, vt in Episcoporum concilio eius disrumperet vestimentum: quatenus ob hoc ei esset interdictum, vt vltra offerre non præsumeret sacrificium. Tunc ergo ipsum ad eandem synodum accersiuerunt, non tamen infra concilium confirmatur fuisse; sed seorsim eo tempore cum Rege collocutus dicitur, & ei multa futura prædixisse, quæ euenisse certum est. Et cum ab eo diu percontati, vt de Childerici morte se conscium fuisse fateretur, aliud non valuissent elicere, eius tunicam consciderunt à capite, eúmque Chrodoberto, qui tunc Comes erat palatij, iussit tyrannus impius tradi, & præsentem vitam gladij percussione auferri:* tum post aliqua subdit: *tandem peruenit dies in quo persecutionis eius iam esset finis. Tunc a palatio sententia mandata est decreti, Leodegarium diutius viuere non debere. Et timens impius Ebroinus, ne a fidelibus Christianis honor ei impenderetur martyrij, in syluarum condensa iubet perquirere puteum, & ibidem corpus eius immergere trucidatũ, quatinus incognitum esset hominibus illius sepulchrum. Præfatus Chrodobertus, eo prædicante, iam aliquantum cœperat esse conuersus, ideò non ferens mortem viri Dei conspicere, quatuor iussit è famulis, vt ea quæ sibi fuerant iussa, explerent: Educentes autem per loca incognita vsque in quendam locum. hi qui venerant ad eum perimendum erant quatuor numero. Tres autem ex his prouoluti ad pedes eius, deprecabantur, vt eis indulgentiam daret. Quartus verò superbus astabat euaginato gladio paratus ad interimendum. Et postquam benedictionem suam super eos tradidit, & suis interfectorious verbum Domini adnunciauit, tunc vir Dei exsurgens ceruicem tetendit, & percussor extendens gladium amputauit caput eius. Et erectum corpus eius substitisse quasi vnius horæ spatio dicitur, sed dum non statim eum cadere gladiator cerneret, eum pede percussit, vt citius in terrâ decideret. Sed non multò post percussor eius arreptus a dæmonibus, mẽte captus, ac Dei vltione percussus, in ignem se proiecit, ac vitam finiuit. Tunc iussu coniugis Chrodoberti in quandam villam Sarcinio cum magno fletu plangentium à suis latenter deportatus, & huius feminæ decreto in vestibus, in quibus trucidatus fuerat, in paruulo Oratorio beatus Martyr est sepultus. In quo sepulchro annis duobus & dimi-*

dio humatum fuisse dicitur. Fusè idem auctor prosequitur miracula ad eius reuelationem edita, tum miserandum Ebroini interitum. Porrò martyrium
685. passus est Ebreduni, vt prodit vetus chronicum, circa an. 685. alijs 687. v. Non. Octob. de quo loquens Sigebertus inquit: Diu ab Ebroino tormentatus, post famem, & carceris squallorem, post oculorum euulsionem, post plantarum concisionem, post linguæ & labiorum excisionem, tandem consummatur martyrium per capitis abscissionem. Dedicatio basilicę 3. Calend. Nouemb. & translatio corporis celebrata est ab Ansoaldo Pictauiensi Pontifice, qui reliquias apud Monasterium S. Maxentii sepulturæ condidit. Ceterùm vita Leodegarij habetur ab auctore illius temporis fideliter descripta, quam in lucem primùm euulgauit tomo primo Historicorum Franciæ Scriptorum, ex vetusto exemplari Iacobi Sirmondi Soc. Iesu Presbyteri, Andreas Quercetanus; cui & alteram subiungit, scriptore Vrsino, iubente prædicto Ansoaldo exaratam apud Surium. Circumferuntur & tomo. 1. Concil Gall. Canones S Leodegarij in Synodo Augustodunensi conscripti an. 670. At verò in eiusdem Sancti honorem multæ Ecclesiæ cùm parochiales, tùm aliæ in Franciæ Regno, sed præcipuè in hac diœcesi consecratæ sunt, inter quas eminet nobilis Prioratus Ordinis Benedictini in Decanatu Besuensi, diœcesis Lingonensis, cuius Henricus Dux Burgundiæ dicitur Aduocatus: item S. Leodegarij Monasterium apud Suessiones; sed & Abbatiam S. Ioannis in Altomonte, Iprensis diœcesis, conditam fuisse à Theodorico Rege Franciæ in expiationem necis B. Leodegarii suo loco dictum est. Aduertendum hic testamenti, seu donationis S. Leodegarij cartam vulgarem, in plurimis corruptam esse; primò in eo quòd facta dicitur an. 653. indict. 10. nam hoc anno erat ind. 1. deinde cum scripta significetur anno 7. Pontificatus Leodegarij, nec ante an. 650. sederit, certè est error in notis chronicis. Tertiò data ponitur Theodorico regnante, cùm præfato anno Chlodoueus 2. imperaret. Quartò sciendum Theodoricum hîc nominari filium Chlotarij Regis, cùm S. Leodegarius nullum alium Theodoricum Regem viderit, præter eum qui fuit filius Chlodouei 2. & frater Chlotarij 3. sub quo

A Leudesius ab Ebroino postea cæsus Maiordomus extitit: denique notandum Baldechildim fuisse vxorem Childerici Regis, & non Chlotarij fratris ipsius, qui ante nuptias impubes obiit. Verisimile est autem mendum irrepsisse in catalogis, qui Proiectum Leodegario substituunt, cum ex vitæ memoratæ exemplari, in Cathedrâ Eduensi illi proximè successerit.

25. ERMENARIVS, seu ERMENCHARIVS, ex Abbate B Symphoriani Eduensis, in viuentis Episcopi sedem allectus est, postquam ad Luxouiense Monasterium se contulit, iuxta hæc verba vitæ Leodegarij: Aderat, inquit, venerabilis vir Abbas S. Symphoriani Basilicæ nomine Ermenarius, cui post discessum viri Dei Rex petitionibus populi Augustidunensem commẽdauerat vrbem, qui immensis precibus crebrò Regis prouoluebatur pedibus, vt eum in Luxouio permitteret residere, ne ad expectationem crudelium, quos Diabolus contra eum in furorem succenderat, iuberet adduci. Taliter ob huiusmodi preces tunc ab interfectione saluatus sanctus vir. Sed quidam falsò opinabantur, quòd ideò Regis cubicula frequentaret, vt accusantium primus esset, quò facilius ei Episcopatum illum tenere liceret. Nam longè aliter extitit. Nam quia carnalis oculus spiritalem dilectionem non videt, illius testantur opera, quia quo vsque in præsenti superfuit vitâ eius necessitatibus in quantum valuit caritate ministrauit deuotâ. Quod testatur luculentè præfatus Historicus, cùm in carceris angustijs Leodegarium ab eodem Episcopo humanissimè curatum memorat: Abbas Vuinobertus prædictum sanctum Dei reperit iacentem in stramine, & dum illum ad præsens crederet exspirare, insperatum inuenit miraculum: nam inter sputamina sanguinum incisa lingua sine labijs, solitum reddere cœpit eloquium. Tunc is, qui ei funeris excubias venerat exhibere ad transitum, cœpit flere præ gaudio, & concito gradu Hermenario Episcopo nunciat factum. Ipse quoque audiens Vuatingo postulabat aditum ad Dei Martyrem accedendum. Cúmque sui merito ei fuisset concessum, vulnera eius studuit diligenter curare, & arte quà valuit cibo potúque reficere, vestéque quam habuit meliorem induere. Illi dicat vitam S. Leodegarij auctor Ano-

nymus toties suprà à nobis recensitus, quam eius iussu elucubrauit&inscripsit, *Domino verè sancto & Apostolicâ veneratione colendo, Ermenario Augustidunensis vrbis Episcopo.*

26. AMALBERTVS.

27. VASCO, seu VASCONIVS.

28. AMATOR II.

29. REGINALDVS.

30. MARTINVS II.

31. ADELRICVS, vel ALDERICVS.

32. MODOINVS, siue MODVINVS Augustimontis Episcopus apud Theodulfum Aurelianensem appellatur, qui suis in carminibus varijs præconiis eum celebrat. Cathedram iste Eduensem administrabat anno 835. quo Iudex eligitur ab Ebone Remensi
835. cùm Achiepiscopatum abdicaret, vt commemorat Hincmarus Archiepiscopus in posteriori opere aduersus Gotescalcum cap. 36: ex quo discuntur nomina Episcoporum qui Synodo Theodonis-villæ cum præfato Modoino interfuêre. Aquitaniâ Pipino ereptâ, Carolus Caluus præsidio militari tres eius nobiles ciuitates, Clarummontem, Lemouicas, & Engolismam muniuit, præposito apud Clarummontem Modoino Augustodunensi Pontifice & Autberto Auallensium Comite, teste Lupo Ferrariensi Epist. 28. ad Ionam Aurelianensem Episcopum. Ad hunc scripta est Flori Lugdunensis Epistola, de quâ Sirmondus in notis ad Theodulfum: extántque duæ aliæ Flori eiusdem in Codice Petauiano DCCXCI. Vna prolixior pro Ecclesia Lugdunensi, inscripta Egregio Modoino viro: altera breuior, in quâ, quia dunum vetere linguâ Gallorum montem significat, Modoinum Augustimontis Episcopum vocat, quò alludens sic eum alloquitur.

Salue sancte parens, Christi venerande sacerdos
Augustimontis Pastor in arce potens.
Quem sacer illustrat meritis splendentibus ordo,
Doctrinæ & studium tollit ad astra piæ.

Theodulfus Episcopus poëmatum lib. 4. c. 6. de illo ita cecinit.

Hoc MODOINE *tibi Theodulfus dirigit exul,*
Summo Pontificum cernuus ore melos:
A *Ito Thaliâ celer, celeri transcurre volatu,*
Nec mora, nec tibi sit vlla in eundo quies.
Donec peruenias Modoini ad tecta beati
Præsulis eximij, Pontificisq; pij.
Obsecro frater amans, nostri memor esse memento,
Frater pars animi portio magna mei.
Mens tua sit semper nostros miserata labores,
Nostræ est nota tibi quòd benè causa rei.

Extant ad Modoinum, quem tabulæ quædam Motuinum nuncupant, carmina Strabonis Augiensis apud Canisium tomo VI. Hûc verò facit diploma
B sequens tabularij Augustodunensis Ecclesiæ, cuius initium est sub eâ verborum formulâ:

IN NOMINE Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ludouicus diuinâ prouidentiâ ordinante Imperator Augustus. Cùm petitionibus seruorum Dei iustis, & rationalibus, diuini cultus amore acquiescimus, superni muneris donum à Deo impertiri credimus. Idcirco nouerit sagacitas, seu vtilitas omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quàm futurorum, quia venerabilis MODOINVS AVGVSTODVNENSIS vrbis Ecclesiæ Episcopus, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini & genitoris nostri beatæ memoriæ Caroli piissimi Augusti illi conces-
C *sam, in quâ erat insertum, quod non solùm idem genitor noster, verùm & antecessores Reges Francorum Ecclesiæ sancti Nazarij Martyris, cui, auctore Domino ipse Modoinus præest, sub suo nomine, & defensione, cum Monasterijs, & Cellulis, seu parrochijs sibi subiectis, & rebus, vel hominibus ad se pertinentibus, vel aspicientibus, consistere fecerunt, & earum immunitatem auctoritatibus, hactenus ab inquietudine iudiciariæ potestatis eadem munita, atque defensa fuisset Ecclesia, sed pro rei firmitate postulauit nobis præfatus Episcopus Modoinus, vt paternum, seu prædecessorum nostrorum Re-*
D *gum morem sequentes, eiusmodi nostræ immunitatis præceptum, ob amorem Dei, & venerentiam ipsius sancti loci, circa ipsam* Ecclesiam *fieri censeremus. Cui petitioni libenter ad sensum præbuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum erga ipsam* Ecclesiam *immunitatis, & tuitionis gratiâ, pro diuini cultus amore, & animæ nostræ remedio fieri decreuimus, per quod præcipimus, & iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore, in quibuslibet pagis,*

vel territoriis infra ditionem imperij nostri, tam vltra, quam citra Rhenum, Rhodanum, Ligerimque iustè, & legaliter tenet, vel possidet Ecclesia, vel ea, quæ deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ, tam ingenuos quàm seruos super terram ipsius commorantes distringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ super memorata sunt, penitus exigere præsumat. Sed liceat memorato Præsuli, suisque successoribus, res prædictæ Ecclesiæ cum Monasterijs, & Cellulis, seu parrochijs sibi subiectis, ex rebus vel hominibus ad se pertinentibus, vel aspicientibus sub suitionis, atque immunitatis nostræ defensione remotâ totius iudiciariæ potestatis inquietudine, quietè possidere, & nostro parere imperio, atque pro incolumitate nostrâ, coniugis, & prolis, seu etiam totius Imperij à Deo nobis collati, & eius clementiâ per immensum conseruandi vnà cum Clero, & populo sibi subiecto Dei immensam clementiam iugiter exorare delectet. Hanc itaque authoritatem vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris credatur, & diligentius conseruetur, eâ manu propria subterfirmamus, & Anuli nostri impressione subterfignari iussimus: Signum Ludouici serenissimi Imperatoris, Durandus Diaconus ad vicem Elizacar recognoui & subscripsi, data xx. Calend. Augusti anno Christo propitio 2. Imperij Domini Ludouici pijssimi Augusti Indict. 8. Actum Paderburno in Saxonia, in nomine Dei feliciter, Amen.

33. ALTEVS sedem obtinuit Eduensem, reiectâ postulatione Caroli Calui Regis, qui Bernonem ordinari poposcerat, id enim Lupus Ferrariensis ep. 81. Venilonis Archiepiscopi Senonensis, & Gerardi Comitis ad Amulum Lugdunensem his verbis declarat. » Recens incommodum Augustodunensis » Ecclesiæ, & prolixa perturbatio flexit » eius pietatem, vt suâ largitate, vestrâ- » que promotione talem ei præficiat, qui » ruinas illius, & spiritaliter, & sæculariter » strenuè sarcire sufficit. Est autem, quem » benignitati vestræ plurimùm com- » mendat, propinquus eius Bernus, ab » ætate memoriæ gloriosæ Imperatoris » Ludouici tenerè educatus, & claris or- » natus honoribus: quem & ipse hoc suo » tempore multis experimentis inuenit » idoneum, & opitulante gratiâ Dei tan- » to negotio credit aptissimum. In hoc » probatissimorum eius consiliariorum » acquiescit consensus. Idque vestræ pru- » dentiæ Dominus noster nobis iussit » suggerere non esse nouitium aut teme- » rarium, quod ex Palatio honorabiliori- » bus maximè Ecclesijs procurat Antistites. Leo iv. Pont. Max. sub an. 849. 849.
rescripto ad Lotharium Augustum, de quo Yuo parte 4. cap. ccx. significat cur pallium Alteo recuset, cum ait: » mandastis, vt priuilegium & pallium Alteo » concederemus, vnde poscimus, vt ve- » stra super hoc magnitudo non indigne- » tur: quoniam quod ab ipso Papâ Gre- » gorio vsque ad hæc tempora nostra » factum minimè recordamur, facere non » potuimus, neque præfixos Patrum ter- » minos immutare. Idem Alteus recensetur in cartulario Ferrariensi: sed non abs re apponetur hoc loco diploma Caroli Calui Regis in gratiam Ecclesiæ Eduensis depromptum ex archetypis tabulis, quibus sub regiâ tutelâ eam admittit.

IN NOMINE Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Si in loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eique in eisdem locis iugè famulantibus beneficia opportuna largimur, eorúmque congruis, ac opportunis efflagitationibus assensum prebere non diffidimus, præmium ob hoc apud Dominum æternæ remunerationis rependi non ambigimus. Quocirca notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus præsentibus, atque futuris, quia vir venerabilis ALTHEVS AVGVSTODVNENSIS Vrbis Pontifex, obtulit obtutibus nostris quandam authoritatem Domini, & genitoris nostri Ludouici Serenissimi Augusti, in quâ continebatur iudicium, quod Modoinus quondam memoratæ sedis Episcopus eidem Domino, & genitori nostro quasdam auctoritates Regum Francorum relegendas obtulisset, queis reuolutis, atque in præsentia illius relectis, inuenit, qualiter olim à perfidis Saracenis vrbes depopulatæ fuissent, & sedes Matris Ecclesiæ, quæ est constructa in honorem S. Nazarij Martyris, igne cremata fuisset, & omnia instrumenta cartarum in eodem incendio exusta, & quod à Regibus Francorum inclytis, diuino instinctis feruore plenitèr restaurata, atque in suo statu sublimata foret, vt ijsdem genitor noster postmodum

ob amorem Dei, & reuerentiam ipsius loci sancti statuta antecessorum suorum Francorum videlicet Regum pleniter obseruans, suæ auctoritatis præceptum circa id decreuit; atque fieri iussit, quatenus villæ, & Monasteria ad præfatam sedem pertinentia, quæ sunt tam intra vrbem, quàm extra, id est Monasterium puellarum S. Andochij infra eamdem vrbem constructum, & Monasterium S. Petri, seu S. Stephani in suburbio eiusdem ciuitatis, & alia Monasteria infra eamdem parrochiam S. Andochij in Sedeloco, & S. Eptadij in Ceruidduno, Sancti Martini de Cassiniaco, & Sancti Martini de Maganero, siue Circiniaco, nec non & Colcicas Monasterium, quod dudum ab ipsâ sede substructum, & à Domino genitore nostro diligentissimè pro Dei amore inuestigatum, atque libentissimè redditum memoratæ Ecclesiæ fuit, absque vllius inquietudine, aut retractione memoratæ Sedis Rectores tenere perpetuò possint. Inuenimus etiam in supradictis auctoritatibus qualiter dominus & genitor noster eamdem Ecclesiam in suis omnibus rebus, manserijs, & mancipijs suâ defensione, & immunitatis tuitione, pro remedio animæ suæ recepisset, quod nos denuò ob deprecationem Althei præsulis, & ob emolumentum animæ nostræ, memoratam Ecclesiam cum omni suâ integritate, sub nostrâ defensione atque mandeburde recepimus, & per hanc nostram auctoritatem perpetuam mansuram deliberamus. Hanc itaque auctoritatem vt pleniorem, in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris verius credatur, & diligentius conseruetur, manu nostrâ subter confirmauimus & annulo nostro sigillari iussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis, Ionas Notarius ad vicem Ludouici recognouit & subscripsit. Data 3. Nonas Iulij, Indict. 8.
843. *anno 4. regnante Carolo gloriosissimo Rege. Actum Attiniaco palatio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.*

34. IONAS interfuit Synodo Suessionensi apud Flodoardum lib. 3. cap. 2.
853. an. 853. quod Concilium reprobatum fuit à Nicolao 1. & Vermeriensi 2. eodē anno, quo tempore reuelatum est corpus S. Reginæ: adfuit etiam Synodo apud Saponarias 859. & Tusiaci 860. vbi nominatur Aeduorum Episcopus: in fauorem suæ Ecclesiæ sequens diploma Caroli Calui impetrauit ex cartophylacio desumptum.

A IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus Dei gratia Rex. Cùm petitionibus seruorum Dei, iustis, & rationalibus Dei cultus amore fauemus, superni muneris donum à Domino impertiri credimus. Idcirco nouerit sagacitas, seu vtilitas omnium fidelium, tam præsentium, quàm futurorum, quòd vir uenerabilis IONAS Augustodunensium vrbis Ecclesiæ Episcopus obtulit obtutibus nostris auctoritates immunitatis aui nostri Cæsaris Magni Caroli, nec non Domini, & genitoris nostri beatæ memoriæ Ludouici piissimi Augusti in quibus erat insertum,
B quod non solùm ipsi gloriosissimi Imperatores, verùm & ancessores Reges Ecclesiam S. Nazarij Martyris, cuius auctore Domino ipse Ionas Episcopus præest, sub suo nomine, & defensione consistere fecerant, sed pro rei firmitate postulauit à nobis, vt paternum seu prędecessorum nostrorum Regum morem sequentes, huiusmodi nostrę immunitatis præceptum ob amorem Dei, & reuerentiam ipsius sancti loci circa ipsius Ecclesiam fieri censeremus: cuius petitioni libentet assensum præbentes, hoc nostrę auctoritatis præceptum erga ipsam Ec-
C clesiā immunitatis atque tuitionis gratiâ pro diuini cultus amore, & animæ nostræ remedio fieri decreuimus, per quod eam cum omnibus Monasterijs, & Cellulis, ac villis, cum parrochijs, omnibus rebus, & hominibus ad eam iustè & iure pertinentibus, sub nostrâ protectionis, & immunitatis tuitione suscepimus: vt hæc auctoritas pleniorem semper in Dei nomine obtineat vigorem, manu nostra eam subter firmauimus, & Annuli nostri impressione adsignari iussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis, Bartholomæus Notarius ad vicem Ludouici recognouit. Data 7.
D Idus Augusti 2. anno regnante Carolo gloriosissimo Rege Indict. 13. Actum apud Vidiarias villam, in Dei nomine feliciter amen. Memoratur etiam in altero diplomate Caroli anno 19. die 8. Iulij in Iussiaco villâ 858. & in priuilegij 858.
confirmatione pro Sanctimonialibus beati Andochij. item in cartulario S. Symphoriani recensetur an. 25. Caroli 16. Calend. Iulij Ind. 3. cum Adalindo Comite.

35. LIVDO subscripsit Concilio Suessionensi 3. an. 866. in quo suum præfixit chirographū priuilegio Monasterij So-

An.Ch.
lemniacensis. Tricassinæ 867. & Cabilo-
nensi in Ecclesia S. Laurentij celebrato
873. an. 873. vt narrat Petrus à sancto Iu-
liano in Historia rerum Cabilonen-
sium.

36. Adalgarius Abbas sancti Petri
Flauiniacensis Diaconus Regis Franco-
rum, siue Caroli Calui Capellanus, ex
vetusta stirpe Pictauensi prognatus,
Landerici militis frater, cuius nepos
Landricus primus Comes Niuernensis,
parens Rainaldi I. Comitis, qui vxorem
duxit Alcidem Hugonis Capeti filiam,
& ex his ceteri Comites Niuernenses
propagati sunt. Quòd autem fue-
rit ex genere Pictauensi, fides esto penes
fragmentum antiquum Historiæ ma-
nuscriptæ Vezeliacensis Abbatiæ, & ex
altero codice Hist. Comitum Niuer-
nensium, liquet interfuisse cum opti-
matibus regni, & Episcopis totius Gal-
liæ, obsidioni castri de Maerz in terri-
torio Niuernensi. Interest synodo Pon-
876. tigonensi 876. nominatúrque in diplo-
mate eiusdem Caroli an. regni 37. Fe-
bruarij 23. in Compendio Monasterio
Gauslino Cancellario, vbi donat sancto
Nazario monasterium Flauiniacum in
quo Martyr Præiectus corpore quiescit,
ad quod Corbiniacum aspiciebat; præ-
terea ipsi Adalgario Ioannes Papa con-
firmat donationem factam de mona-
sterio Flauiniaci à Carolo, diplomate
dato per manum Gregorij Notarij &
Scriniarii Romanæ Ecclesiæ, Indict. 10.
Maij 29. Anastasio Bibliothecario Sedis
Apostolicæ, imperante perpetuo piissi-
mo Augusto Carolo à Deo coronato
magno Imperatore an. 2. ex cartulario
887. Flauiniacensi. Adfuit quoque 887. 15.
Cal. Iunij Conuentui Episcoporum
apud basilicam S. Marcelli in suburbio
Cabilonis præside Aureliano Lugdu-
nensi. Obiit Trenorchi ad Atarim
quemadmodum indicant hæc verba
Historiæ Abbatum de Flauiniaco:
*Adalgarius Episcopus Eduensis à Karolo
Simplice primo anno regni eius sub ditione
Abbatiam* (Flauiniacensem) *requisiuit
& obtinuit. Et ob hoc à Papâ Romam euo-
893. catus, in itinere obijt Trenorchy eodem anno,
scilicet 893. Et sub eo Aquinus præpositus
fuit.* Porrò cùm Gerfredus monachus
prædictum Adalgarium Episcopum ve-
neno necasse insimularetur, purgatio
eius per corpus Dñi sententia synodi
Cabilonensis an. 894. decreta est, cuius
formula ex tabulario Flauiniacensi ex-

A scripta apud Quercetanum in analectis
Historiç de Vergeio planè consentanea
est quæ hîc subiiciatur, cùm spectet ad
propositum, sic autem eo verborum
tenore orditur.

Anno 894. Indictione xij. inui- 894.
*diæ instinctu, malorum hortatu, oborta
est infamis fama Flauiniaco monasterio
& castro publico, in quemdam loci illius
leuitam & monachum Gerfredum, officio
prælationis functum, quòd piissimum pa-
trem, & reuerendum Præsulem, Adal-
garium Aeduorum Episcopum lethali ex-
tinxerat veneficio. Huius criminis ini-
quissimum obiectum, Deo simul & homi-
B nibus horrendum, non modò ipsius Eccle-
siæ, verùm etiam totius Galliæ aures pul-
sauit, & infami satis elogio notauit. Præ-
fatus verò leuita & monachus super illa-
tione tanti facinoris nimium exhorruit,
vt pote qui tanta tamque prænalida ab
ipso dulcissimo patre persenserat beneficia,
vti omnibus satis abundeque claret, super
quo primitus consilium gloriosi Præsulis
domni Gualonis ipsius successoris expetijt,
seque a tam nefandissimo scelere, non mi-
nus cogitatu, quam facto, præsentiæ illius
Deo teste & iudice omnium, ac inspectore
cordium immunem firmauit. Denique
tantus, támque præcelsus Pontifex, diui-
norum necnon & humanorum sciens fi-
C liorum Ecclesiæ consilio fultus, ouem sibi
creditam perire noluit, sed insuper fomen-
ta adhortationum, & medicamenta diui-
norum eloquiorum piè & misericorditer
adhibuit: vt si fortè diaboli pellacia quid
simile cordi illius iniecerat, saltem sug-
gestione Spiritus Sancti, & infusione
ipsius verbi, Ecclesiasticâ institutione
professus salubriter curari posset, & ablui.
Verum iam dictus Leuita & monachus,
in nullo penitus tanti flagitij conscius, iu-
dicium sibi S. Spiritus proposuit, & se
ad quodcunque examen ecclesiastico more
censeretur, modis omnibus promptissimè
D deliberauit. Quocirca prænominatus Præsul
tantum & tam inauditum facinus proprio
cunctatus deliberare iudicio, ad sanctam,
& comprouincialem synodum Aureliani
nominandi Archiepiscopi, & cæterorum
Coepiscoporum præsentiâ discutiendum,
& diffiniendum censuit. Quòd & ipse,
vt potè immunis, haudquaquam distulit.
Proinde Deo propitio præfixo Calend.
Maiarum die conuenêre sacri Pontifices,
Aurelianus Primas totius Galliæ, cum
illustrissimis Gualone Aeduensi, Ardrado
Cabillonensi, Geraldo Matisconensi Coë-
piscopis, simul & legatis memorandi*

Teutbaldi Lingonensis Episcopi, apud Cabilonensem Vrbem in Ecclesia B. Præcursoris Christi Ioannis, quæ est in prospectu eiusdem Vrbis. Vbi instituta Sanctorum Patrum canonicè & regulariter promulgantes, & Ecclesiastica negotia diligentiùs pertractantes, infamia notatum crebrò dictum monachum coram positum subtili indagine & multo examine discutere laborarunt. Quo isdem monachus omni iudicio more ecclesiastico, & humani iuris experimento instructus, nec huius infamiæ euidentem accusatorem, nec alicuius certitudinis proclamatorem reperire potuit. Quòd tertio sub testificatione sancti Spiritus clamari iubentes, & nihil prorsus verisimile reperientes, sanciuerunt communi consilio, vt quia nec conuictum, nec etiam confessum experiebantur, tamen quia ventilatum, & vsque locorum erat diuulgatum, vt ab omni suspicione liberrimus redderetur, in viciniori synodo quam omni reuerentiâ dignus Gualo Antistes erga filios Ecclesiæ celebraret, Corporis Christi & Sanguinis illo examine, quod solùm verius probatur & terribilius, immò salubrius creditur, à flagitio diuulgato publicè expiaretur: eo scilicet tenore eundem prius testificantes, vt si in aliquo conscius tanti piaculi foret, nullo modo ad sacra sumenda accederet, & si fortè temerariè præsumeret, censurâ sancti Spiritus, & auctoritate Apostolorum Principis, ab ipso viuifico redemptionis nostræ pretio extorris fieret, & cum Iudâ Domini proditore damnatus æternis irremediabiliter supplicijs addiceretur. Sin verò immunem se esse per omnia pernosceret, fisus misericordiæ Dei, tanti muneris donum ad salutis suæ remedium saluberrimè percipere non diffideret. Quod omnibus vsquequaque satis fuit. Inde igitur pastor pijssimus misericordiâ motus, illius causâ apud Flauiniacum cœnobium & castrum publicum sanctam synodum propriæ Ecclesiæ colligens, iuxta statuta supradictorum Antistitum, Missarum solemnijs deductis, omnibus qui adfuere in primore Ecclesiâ S. Petri collectis, iam suprafatum præmonuit virum, vt sicut sibi ipsi conscientia dictaret ad sacra sumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo se ipsum præfigeret. Quique in nullo hæsitans, Deum sibi & ipsum, quod percepturus erat, redemptionis pretium in testimonium & iudicium inuocans fidissimè, omnibus in prospectu positis, quæ supra fuerant præfixa, votis omnibus peregit. Hoc igitur tanto donatus munere, ne vnquam vlterius tam æmuloso sanciaretur vulnere, hoc scriptum a præfato seniore & subternotatis suis Coepiscopis petijt relegendum, & manibus corroborandum. Vualo humilis sanctæ Aeduensis Ecclesiæ Episcopus relegi & subscripsi, Ardradus humilis Cabilonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi, Geraldus Rector, & humilis Episcopus Matisconensis Ecclesiæ subscripsi.

37. VVALO Theodorici Comitis Æduorum, Matisconæ, & Cabiloni filius, Manassis huius nominis primi Comitis Cabilonensis, Belnæ, ac Diuionēsis germanus, Abbas Flauiniaci, ad hanc sedē euchitur anno circiter 894. fatis functo 894.
Adalgario. Chronicum Abbatum Flauiniacensium: Aquinus, ait, Præpositùs electus fuit & petitus Episcopus Eduensis. Sed Richardus Dux VVALONEM fratrem Manasserij Comitis, successorem iusserunt ordinari. Quem ordinauit Argrimus à Stephano Papâ de Lingonensi Episcopatu depositus, sed à Formoso restauratus in Lugdunensi, cùm non haberet pallium, nec restitutam dignitatem, qua posset Episcopum consecrare, & contradiceret ordinationi ex parte Papæ Tetbaldus Lingonēsis Episcopus. Quamobrem Argrimum Formosus irrecuperabiliter deposuit, & Vualonem cum fautoribus, id est Richardo, Manasse, & reliquis pro inuasione Ecclesiæ Flauiniacensis excommunicauit. Vualo tamen sæcularis Episcopatum diu ante consecrationem obtinuit, & Abbas Flauiniacensis factus, à seipso casamenta in suâ manu retinuit. Abbatem & Episcopum sese appellat in plurimis tabulis Flauiniaci, scilicet in instrumento anni 894. Indict. 12. memoratur & in schedis de fundatione S. Viuentij factâ à Manasse Comite ipsius Vualonis fratre, in quibus scribitur: Manasses suorum memor quæriens remedia peccaminum, cum consilio suæ vxoris Ermengardis, fratrisque sui Vualonis Æduorum vrbis Pontificis, cæterorúmque nobilium amicorum suorum, cœpit ædificare Monasterium in territorio Augustudunensi tutissimo in loco Montis Vergiaci castri. Ad quod B. Viuentij ossa cum multorum corporibus aliorum sanctorum deportari fecit, ac Dei Genitricis, ipsiúsque Viuentij nomini dedicatus nunc vsque locus habetur. cuius exceptionis memoria singulis annis 7. Idus Iunij in dicto loco Vergiacensi festiuè semper recolenda, Æ-

duensis

duenſis Pontificis aliorúmque religioſâ virorum deuotione eſt inſtituta ad gloriam Saluatoris. Adſuit Synodo Cabilonenſi pro examine Girfredi ſupramemorati
894. die 1. Maii, vbi Vualo glorioſi Præſulis, ſupereminentis Pontificis, & rerum diuinarum ac humanarum ſcientiſſimi titulis honorificè commendatur. Sed & in archiuis S. Nazarij habetur, quòd iſte Epiſcopus precibus Ricardi Comitis & Marchionis obtinuit à Carolo Rege caſtrum ſitum in latere Æduæ ciuitatis, in quo mater Eccleſia honori S. Nazarii ſacrata, quòdque anteceſſor ipſius per præceptũ regium adeptus fuerat: diplomatis hæc ſunt verba.

IN NOMINE Sanctæ Trinitatis Karolus diuinâ propitiante clementiâ Rex, &c. Nouerit omnium S. Dei Eccleſiæ fidelium & noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum generalis vnanimitas, quoniam adiens præſentiam noſtræ ſerenitatis Richardus Comes illuſtris & Marchio, adhibito ſecum VVALONE venerabili Eduenſis Eccleſiæ Epiſcopo, retulit nobis qualiter anteceſſor ipſius Epiſcopi caſtrum, quod eſt ſitum in latere Eduæ ciuitatis, in quo mater Eccleſia in honore S. Nazarij habetur ſacrata, per præceptum regium adeptus fuerat, & præſens Pontifex hactetus libero eſt potitus arbitrio; & ob hanc cauſam, quo liberiùs eum in reſtitutione illius ad cuſtodiam ſuæ Eccleſiæ inuigilare delectet, precatus eſt, vt illud eidem ſuæque Eccleſiæ precepto noſtræ auctoritatis largiendo confirmaremus. Adiens inſuper, vt monetam eiuſdem vrbis dudum ab eadem Eccleſiâ prauitate quorumdam indebitè alienatam, noſtrâ innouatione ei redintegraremus. Cuius rationabilem petitionem perſpicientes, ob amorem Dei & reuerentiam beati Nazarij, atque ad deprecationem prænominati proceris, hoc noſtræ confirmationis præcepto iamdictum caſtrum cum omni ſuâ integritate Eccleſiæ B. Nazarij, & iamdicto Præſuli ac ſucceſſoribus, ſuis abſque vllâ iudiciariæ poteſtatis inquietudine noſtris futuriſque temporibus habendum, regendum, ac poſſidendum renouamus, delegamus, & confirmamus. Similiter & pro remedio domini & aui noſtri animæ Karoli piiſſimi Auguſti, ſeu & genitoris noſtri Hludouici Sereniſſimi Regis, nec non pro abſolutione noſtrorum peccaminum, & pro ſtabilitate regni noſtri, monetam quam in præfatâ vrbe Comitalis poteſtas dominabatur per conſenſum & deprecationem ſupra memorati Comitis, ſæpedicto Martyri & ſuæ Eccleſiæ reſtituendo reſtauramus, immò & largiendo confirmamus, & inuiolabiliter indulgemus: eâ videlicet conditione, vt præſens, futurique ipſius Eccleſiæ Epiſcopi, tam præfatam regendi caſtri confirmationem, quàm & ſubiectam noſtræ ceſſionis largitionem, immò & regiæ munificentiæ innouationem, Eccleſiaſtico iure, nemine inquietante, poſſideant, & canonico in diſpenſando fruantur arbitrio. Pro integrâ quoque noſtræ tuitionis firmitate, noſtrâ deuotione eidem Eccleſiæ conferendâ, omnia præcepta â ſupraſcripto auo noſtro Diuæ recordationis Auguſto, & deinceps ſtabilita, hanc noſtri decreti roborationem ſuperaddentes, confirmamus, & vt â nemine in præſenti aut in futuro cuiuſquam inquietati præſumantur temeritate, modis omnibus prohibemus. Vt autem huius noſtræ confirmationis, renouationis, & largitionis ceſſio tutiorem in Dei nomine obtineat firmitatis plenitudinem, manu propriâ eam firmantes anuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Heriueus Notarius ad vicem Anſkitici Epiſcopi recognouit. Data pridie Kal. Iulij indictione 3. anno 8. Regnante, & redintegrante 3. Karolo glorioſiſſ. Rege. Actum apud Vuermeriam in Dei nomine feliciter. Amen.

Subſcribit pariter cum Anſerico Lugdunenſi, & Argrimo Lingonenſi Præſulibus cartæ in fauorem Abbatiæ S. Stephani Diuionenſis an. 912. idem Tilio- 912.
nacum villam in Comitatu Oſcarienſi ad vſum Congregationis maioris Baſilicæ largitus eſt, pro fratris Manaſſis abſolutione qui illicitâ temeritate hanc villam vſurpauerat. Documenti in tabulario S. Nazarij aſſeruati tenor eſt huiuſmodi.

ANNO Sacratiſſimæ Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCCXVIII. In- 918.
dictione 7. Vualo ſupernâ diſpenſante miſeratione humilis Eduorum Epiſcopus, omnibus piè in Chriſto viuere cupientibus, & ad ſpem cœleſtis patriæ tendentibus. Notum fieri volumus, quoniam cernentes Congregationem præfatæ ſanctæ Matris Eccleſiæ ſtipendijs alimentorum neceſſarijs nimiâ difficultate carere &c quapropter dignum fore duximus, ne in huius corporis otio

diuinæ militiæ cultus suffocaretur, de rebus ipsius Ecclesiæ aliquod præbere subsidium. Proinde amore diuino tacti, & consilio fidelium eiusdem sanctæ Ecclesiæ & nostrorum roborati, adhibito etiam hortamento & auxilio domni Richardi excellentissimi Ducis, cuius defensione & protectione per Domini administrationem hæc ipsa consistit Ecclesia, villam Tilionacum sitam in Comitatu Oscarensi supra fluuium Sagonnam, ad stipendia supradictæ Congregationis ministranda mancipauimus, cum omni suâ integritate, sicut à B. Leodegario eiusdem nostræ Ecclesiæ quondam Pontifice ex proprio eidem fuit collata, & postmodum per præcepta Regum restituta & confirmata, & insuper Apostolico priuilegio roborata: quatinus sublatâ omnis indigentiæ occasione liberiùs & vigilantiùs grex ipsius Collegij Deo & S. Nazario militare valeat, & attentiùs pro remedio animarum domni Karoli serenissimi Augusti & coniugis illius Hirmintrudis, ac totius prolis illorum; sed & pro absolutione Odonis gloriosi Regis, & nobilissimi fratris illius Roberti illustris Marchionis, cum præcedente progenie, & subsequente posteritate illorum, & omnium largitorum & restauratorum, & earumdem rerum ipsi Ecclesiæ Domini misericordiam implorare studeat: pro diuturnâ quoque tranquillitate & quiete Richardi pijssimi Ducis, & nobilissimæ coniugis illius, ac clarissimorum filiorum illorum, & omnium fidelium suorum; quatinus defuncti æternam merceantur omnium peccatorum indulgentiam & remissionem, & viuentes optabilem prosperitatem: & sanitatem, & ad defensionem sanctæ Ecclesiæ, & gentium sibi commissarum sub munimine diuinæ dexteræ laudabilem & acceptabilem Deo virtutem, atque pro impenso labore dignæ mercedis remunerationem. Omnem igitur huius rei summam memorati Principis Richardi defensioni, & protectioni, & per eum filiorum eius cooperationi in Dei nomine tuendam committimus, pro cuius amore, qui omnium benefactorum certissimus remunerator est, tantam impendere non grauentur eleemosynam, quantam ab eo non possunt diffidere se percepturos cum plenitudine cælestium præmiorum gratiam. Quia ergo diuinæ pietas, nos ad hoc perscrutandum atque exhibendum prouocauit, nostrámque humilitatem ad suam voluntatem implendam & prædicandam excitauit, humiliter imploramus; vt supradictorum precum oblatione adiuti, eorumdem præmiorum participes fieri mereamur. Pro misericordiâ autem, quæ se in tribulatione quærentibus nulli denegat, pro fratris nostri Manassæ absolutione, simuli prece obsecramus, vt qui illicitâ & periculosâ temeritate hanc ipsam villam malè vsurpauit, & ad gremium S. matris Ecclesiæ confugiens pœnitendo, per prænominatum Principem suo interuentu restitui fecit, vt beneficijs supradictarum orationum consolari mereatur, successorum itaque nostrorum reuerendam deprecamur paternitatem &c. Actum Augustiduno ciuitate fœliciter in Domino Amen. Vualo Sanctæ Eduensis Ecclesiæ humilis Episcopus hoc testamentum fieri iussit, atque subscripsit. Signum Rodulphi illustris Comitis, qui per iussionem prænominati Patris sui in conspectu illius, suâ & eius vice firmauit, & manu propriâ subscripsit. Ardradus Cauilonensis Ecclesiæ Episcopus subscripsit, Durannus Præpositus subscripsit, Fulco Archidiaconus subscripsit.

Ex eo rectè deprehenditur Vualonem obiisse non anno 913. indict. 15. vti docet præfatum chronicum Flauiniacense, sed 919. pridie Calend. Iulij & ex ci- 919.
tatis tabulis demonstrat Quercetanus in elogio huius Præsulis lib. 1. Hist. de Vergeio cap. 11.

38. HERIVEVS, seu HERVEVS, Manassis Comitis Cabilonensis, Diuionensis, Eduensis, ac Belnæ, & Ermengardis nobilissimæ Comitissæ filius, demortuo patruo Vualoni successor, primùm Abbas Flauiniacensis effectus, inde Episcopus Eduensis inauguratur Cabilone à Remigio Lugdunensi Archiepiscopo, sacro operantibus Ardrado Cabilonensi, Adalardo Podiensi, & Gerardo Matisconensi Præsulibus. Die ordinationis suæ S. Nazarij Augustodunensis Capitulo & Canonicis amplissima bona & possessiones Ecclesiarum largitus est, vt patet ex instrumento quod è tabulario decerptum, dignum visum est posteritati transmitti eâ verborum formulâ.

AVXILIANTE in perpetuum Domino Deo & Saluatore nostro Iesu Christo, HERIVEVS eiusdem miseratione humilis Eduorum Episcopus, omnibus Dei, & sanctæ Ecclesiæ fidelibus, præcipuè autem venerandis Episcopis, instantibus videlicet, & succedentibus cognitum fore optamus Quoniam cum nostram exiguitatem diuina pietas ad regendam suæ Ecclesiæ Cathedram vocari, & sublimari permisisset, in ipso primo ordinationis nostræ

anno ad exhortationem genitricis nostræ, Dominæ Hermingardis venerabilis Comitissæ, & fratrum nostrorum diligenter studuimus inquirere, & sollicitè perscrutari, qualiter caput Ecclesiæ in constitutis Canonicorum ibidem Domino, & sancto Nazario militantium stipendijs dispositum maneret, vel quibus prædecessorum nostrorum subsidijs congregatio ipsa ordinata subsisteret. Sed vt experti sumus, obsistentibus sæculi perturbationibus, & aduersarijs diuini cultus, labor Pontificum præcedentium, in his certare incipientium, in contrariam semper est impulsus dilationem, nisi tantum quòd permanentibus Christianis villarum solatijs Dominus Adalgarius sanctæ recordationis Episcopus villam Bellniacum, & successor illius Dominus Valo prius Præsul, & noster auunculus villam Tiliniacum vsibus prædictæ Congregationis manciparunt, & scriptis suis confirmauerunt. Nos autem à sanctis Episcopis nostris scilicet ordinatoribus moniti, prædictorum affinium hortamentis roborati, quæ liberè ad præsens fieri posse reperimus, supradictæ Congregationis vsibus dedicauimus, villam Ruriacum siquidem à memoratâ genitrice nostrâ dudum pro quadam commutatione possessam, & nostro interuentu in huiusmodi obsequijs redditam cum Ecclesiâ, & omnibus ad se iustè pertinentibus, Ecclesiam etiam sancti Ioannis sitam in Comitatu Belnensi nostrâ liberalitate concessimus. Vt igitur hoc nostræ confirmationis testamentum tuitionem in Dei nomine obtineat, & firmitatis plenitudinem, manu propriâ firmauimus, & prælibatorum patrum manibus insigniri poposcimus, amicorum quoque & omnium Ecclesiæ nostræ fidelium assignationibus subteriussimus roborari. Actum apud Cauilonum ciuitatem ob præsentiam Episcoporum feliciter in Domino, Amen. Herueus humilis sanctæ Æduensis Ecclesię Episcopus huic scripto voluntate plenâ assensum præbui, Remigius sanctæ Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi, Ardradus Cauilonensis Ecclesiæ Episcopus, Adelardus humilis Aniciensis Ecclesiæ Episcopus, Gerardus peccator, & humilis Episcopus Matisconensis, Fulco Archidiaconus, Durandus Præpositus, Anno Abbas qui firmauit, signum Hitmingardis Dei misericordiâ Comitissę, signum Valonis

A filij eius, signum Gisleberti filij eius alterius, signum Manassis filij eius, Bodo, Aldradus, Arlegius, Theodericus, item Arlegius, Landricus. Datum pridie Calend. Nouemb. In. 7. dict. 8. anno 22. post obitum domini Odonis quondam Regis regnante Carolo Rege glorioso. Fato functus est Herieus pridie Calend. Iulij an. 924.

39. ANSEGISVS Flauiniacensis Abbas & Episcopus, nominatur in instrumento pro Monasterio S. Symphoriani regnante Rodulpho Rege Franciæ
B Indict. 12. per Raynardum Notarium 924.
ad vicem Abbonis Episcopi an. 924.

40. ROTHMVNDVS Abbas Flauiniaci 928. eligitur an. 936. vt liquet diplomate Ludouici Regis Vltramarini 938. ipsius Rothmundi ordinationis anno tertio, cum Bernardo Decano; & recensetur in Synodo Tornusii 944. apud Petrum de S. Iuliano, 944.
quo anno Aymarum Abbatem Cluniaci ordinat; nominatur & anno 957. tum in cartulario S. Symphoriani, cum Manasse Arelatensi, Adelberto Auenionensi, Amblardo Lugdunensi, Hil-
C demanno Senonensi, Hildebodo Cabilonensi, Marbodo Matisconensi, Achardo Lingonensi, Ansegiso Trecensi, & Vidone Autissiodorensi Episcopis.

41. GERARDVS I. cuius tempore Augustodunum relliquiæ sancti Lazari tralatæ fuerunt ex vrbe Massiliâ, & depositæ in dextrâ parte altaris maioris, cui etiam dicata Ecclesia Collegialis Auallone in hac diœcesi.

42. VVALTERIVS I. Abbas Flauiniacensis, egregius Præsul, pro suâ industriâ & honoris magnificentiâ, gratus, acceptabilis, & carus Ioanni Papæ
D 958. Ind. 3. regnante Lothario, & Michaele Constantinopoli imperante; pa- 958.
ter spiritualis Halinardi posteà Lugdunensis Archiepiscopi. Interest Pseudo-synodo Remensi contra Arnulfum Archiepiscopum 991. 15. Cal. Iul. frequens eius mentio in tabulis, etenim cartâ an. 977. petente Arlebaudo domino Sinemuti cōcessit Abbatiæ Flauiniacensi parochiam S. Genesij in eodem oppido, nominatur in diplomate Henrici Ducis 6. Idus Mart. 992. cum Heldrico Abbate Flauiniacensi, vbi firmant auctoritate Episcopali decimas ex capellis ad vsum Abbatis & Monachorum. Item 995. in priuilegio Roberti Regis 995.

& 1005. vbi Ecclesia S. Stephani Belnen-
1005. sis datur Guilelmo Abbati Benigniano, testibus Fulcone Episcopo Suessionensi, & Odone filio naturali Henrici Ducis, Vicecomite Belnensi, ipsius Ecclesiæ Stephaniensis instauratore cum Hingardâ vxore, vt est in chronico Benigniano, quando agitur de obsidione Auslonis. Excessit è viuis Galtherus 6. Idus Maij.

43. HELMOINVS, seu HELMVINVS, Synodo Ansanæ in æde S Romani interfuit 1025. Huius tempore Humbertus, aliàs Anselinus Episcopus Parisiensis dedit Decano Eduensi Ecclesiam de Vergeyo tabulâ Augustoduni datâ an.
1032. 1032. regnante Henrico, subscriptis Roberto Duce, Helmuino Episcopo, Hugone Episcopo & Comite, Hugone Archiepiscopo Crysopolitano, Gaufrido Cabilonensi, Hugone Niuernensi Præsulibus, Rainaldo & Ortone Comitibus, Vuidone Decano, Aganone Abbate, & alijs Eduensis basilicæ Ecclesiasticis viris. Eam verò Ecclesiam Vergiacensem priùs fundauerat ipse Anselinus 1023. 5. Non. Mart. in cuius fundatione inter alios legitur subscripsisse Elizabeth Comitissa, vxor fratris Anselini cum Roberto & Goffrido filijs. Prætereà Helmuinus tradit Cœnobium S. Georgij apud Colchas reformandum Flauiniacensi Monasterio, vbi S. Benedicti pollebat institutio. In eâ verò cartâ Helmuinus vocat Vualterum, dominum seniorem, & antecessorem suum, curâ pastorali peruigilem & sollicitum, cuius verba proferre oportunum est, ex antiquo codice Abbatiæ Flauiniacensis à Quercetano euulgata in Hist. de Vergeyo.

QVIA constat vniuersalis statum Ecclesiæ pro meritis subiectorum atque rectorum sumere detrimentum sui vel incrementum, idcirco cernere est sæpenumero quædam Monasteria aliquoties fauente bonorum omnium auspice Christo multigenâ augmentatione in dies ad meliora prouehi &c. Huius considerationis curâ instanti peruigil atque sollicitus domnus Vualterius Eduorum Præsul, Monasteria sui Episcopatus ditioni subdita pro Dei amore atque honore, cum regulari B. Benedicti institutione imbuere, tum etiam bonorum præsentium stipendijs sagaci industriâ quantum valuit studuit augmentare. Cumque his tam pijs actibus iugiter indefessus operator insisteret, animaduertit inter cætera quoddam Cœnobiolum Colchas nuncupatum, quod etiam olim magno honore

A *simul & religione floruerat, ita penitus euersum, vt nullus inibi Monachorum, nullus maneret Canonicorum, præter vnum, qui ibidem Missam celebrare erat solitus presbyterum. Itaq; quia piâ intentione, religiosáque sollicitudine status vnde deciderat illud cupiebat reformare; sed quoniam à præcessoribus ipsius Episcopis in beneficio secularibus ac potentibus viris erat distractum atq; datum, nequaquam absque eorum assensu valebat effectui operam dare. Tandem fuit consilij vt per laudationem Hugonis Cabilonensis Comitis, cuius beneficium erat prætaxatum Monasteriolum, interim Abbati vel Monachis Cœnobij Flauiniacensis ad restaurandum committeret, tem-*
B *praturus in reliquum maiora reparationi seu meliorationi eiusdem loci proficua, si id ei superstite vitâ, superna concederet gratia. sed quia vitam illius mors liuida nobis abstulit, nec cœpta perfectioni transmittere valuit, idcirco ego* HELMOINVS *Augustidunensis Episcopus successor ipsius, pia huius cœpti auspicia, quæ isdem domnus Vualterius antecessor & senior meus studuit inchoare, cupio omnipotentis fauente misericordiâ Conditoris, cum consilio & adiutorio iam dicti domni Hugonis Comitis ad finem vsque deducere. Cùm verò sollicitâ mentis curâ pertracto, qualiter huius negocij efficientiam meliori fine peragam, illud*
C *vel maximè ad hoc opus virium fortitudinem mihi videtur eximere, dum perpendo terras vel Ecclesias ad eundem locum pertinentes ita diuersis in partibus in multorum beneficio traditas & distractas, vt nullatenus his possint aufferri, quorum subiacent ditioni. Quocirca quoniam penitus ita est destitutum atque destructum, quo iam per se sine alterius leuaminis solatio nequeat stare, nullum melius inuenire potui consilium, quàm vt Cœnobio Flauiniacensi, quod miserante omnipotentiâ Creatoris S Benedicti pollet institutis, quòdque nostri Episcopij adnectitur sedi, illud perpetuo iure subderem, atque conferrem: vt scilicet tam Abbas*
D *quam Monachi eiusdem Monasterij per succedentis aeui metas, sub sui regiminis potestate & dominatione id habeant, restructionémque, aut restaurationem eius agere summo studio procurent. At verò ad peragendum tam laudabile opus dapsilis liberalitas prænominati domni Hugonis Comitis nobis non defuit. Sed insuper, vt diximus, quia de eius beneficio erat, ipse obnixis petitionibus, vt huius testamentum auctoritatis facerem postulauit. Cuius fauore, necnon Canonicorum S. Nazarij, siue aliorum nostrorum fidelium laudatione fretus necnon venerabilis Abbatis Amadei humilis supplicationum precibus adstrictus, statuo atque confirmo*

per hoc priuilegium nostræ auctoritatis, quatinus sine alicuius falsitatis vel calumniæ iactura, sub regiminis dominio Patris seu Monachorum prædicti Flauiniacensis Monasterij prælibatus locus S. Georgij Christi testi dicatus, qui Colchas dicitur, sine tenus permaneat ac perseueret, cum omnibus videlicet quæ ad præsens inibi haberi videntur; vel in futuris temporibus tam Prælati Flauiniacenses quàm alij homines ibidem donauerint, vel quolibet modo adquirere poterint. Quod si quis huius nostræ auctoritatis firmitati aliquo modo nisus fuerit refragari, hic talis perpetuo anathemate multatus, eliminatúsque à cœtu fidelium, æternæ damnationis subeat supplicium. Actum Augustiduno, Helmuinus Episcopus qui fieri iussit, & firmari rogauit. Robertus gratiâ Dei Rex Francorum firmator extitit, filiúsque eius Enricus, Hugo Episcopus Autissiodorensis, Lambertus Episcopus Lingonensis, Gausfredus Episcopus Cabillonensis, Beraldus Episcopus Suessionis, Gauzlinus Episcopus Matisconensis, Hugo Episcopus Niuernensis, Aganus Abbas, Hugo Abbas, Ainaldus Archidiaconus, Anseisus Decanus, Gausfredus Abbas, Albuinus Præpositus, Guido Abbas, Richardus Archidiaconus, Erbertus Abbas, Landricus Comes, Otto Comes nepos Hugonis Episcopi, Tetbaldus Comes nepos Episcopi, Gerardus Sinemurensis; Anno notati Regis Roberti xxx. Guilelmo scribente vice Raginaldi Cancellarij. Nominatur quoque in schedâ Roberti Burgundiæ Ducis pro S. Germano Parisiensi datâ apud castrum Diuionem
1042. 1042. subscripsítque codicillis testamenti Hugonis Bisonticensis Archiepiscopi 1044. ac denique pontificatum fertur produxisse vsque ad annum 1055.

1055. 44. HAGANO Episcopus ordinatur circiter 1055. quo anno celebratur synodus Augustoduni contra infestationes Ducis Burgundiæ, vt perspicuum est verbis Hugonis Monachi in vitâ sancti Hugonis Cluniacensis: Dux, inquit, Burgundiæ Robertus, Haganonem Eduorum Episcopum nimiâ infestatione grauabat, varijsque prædonum incursibus passim Burgundia laborabat. Eapropter Gaufredus Lugdunensis, Hugo Bisontinensis, Acéardus Cabilonensis, & Drogo Matiscensis, Æduam conuenerunt, magnique patrem consilij Hugonem Cluniacensem Abbatem venire rogauerunt. Præsens etiam fuit in sacro Philippi Regis 1059. & nominatur in diplo-
1059. mate Regio apud Fontem Besuæ, & in A altero 1067. indict. 4. anno 7. Philippi Regis, Odone Flauiniacensi, & Hermenio S. Sequani Abbatibus. Dicitur porrô Aginus à Gregorio 7. lib. 2. epist. 15. Romæ 3. Idus Nouembris, indict. 13. 1075. vbi & Rodulphus Matisconensis cum Humberto Archiepiscopo Lugdunensi recensetur in causâ Abbatis Pultariensis contra Clericos Lingonenses. Quo anno moritur Robertus Dux Burgundiæ sepultus Semurij in Ecclesiâ B. Mariæ quam extruxerat, vbi seruatur Annulus Deiparæ, vt notat Genebrardus, qui in eadem tumulum posteà sortitus est. Memoratur præterea cum Valtero Decano, Norgaudo Præcentore,
B & Hugone de Monte sancti Ioannis 13. Cal. Oct. 1078. Roberto Cancellario, & in diplomate Philippi Regis primus subscripsit eodem anno, quo donatur 1078.
Ecclesia S. Martini Parisiẽsis Cluniacensibus; tum etiam instrumento electionis Valtheri Cabilonensis Episcopi 1080. cum Gebuino Metropolite, & Landrico Matisconensi Præsule, ac Petro Trenorchij Abbate, apud Saniulianum; per id tempus interest concilio Meldensi, cuius rogatu Philippus Rex Francorum Flauiniaco cœnobio regale præceptum indulget Aurelianis 1085. Dedit autem
C Agano Tarentoni Benigniano Abbati Ecclesiam de Arneto Ducis & Flauiniaco præficiendum curauit Hugonem chronici scriptorem, ab Archiepiscopo 1097.
Lugdunensi sub an. 1097.

45. NORGAVDVS, ex Præcentore & Decano Eduẽsi subrogatus est Notgaudo, vt testatur Hugo Flauiniacensis in chronico: anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Hagano Æduensis Episcopus obijt 7. Cal. Iulij: regimen Ecclesiæ Æduẽsis post venerabilem Haganonem Norgaudus suscipit, in eadem Ecclesiâ
D Præcentoris functus officio, hic sub contentione electus est, Lugduni consecratus anno 1099. fortassis ab Hugone 1099.
Archiepiscopo. Interest iste Concilio Trecensi 1104. & in cartulario Benigniano dicitur adfuisse dedicationi basilicæ illius loci factæ à Paschali 2. 14. Cal. Martias 1106. cum Roberto Episcopo Lingonensi, Leodegario Viuariensi, Ricardo Albanensi, & Aldone Placentino. Reperitur eius nomen in tabulis anno MCXI. & 1112. At in Martyrologio Autis- 1112.
siodorensi legitur; VI. Nonas Maij obijt Notgaudus Eduensis Episcopus huius Ecclesiæ Canonicus, qui per manus Vm-

baldi Episc. dedit Eccl. nostræ 5. marcas argenti ad mensam altaris exornandam.

BAVGE.

46. STEPHANVS DE BAVGE' I. Gauceranni Domini Balgiaci & Brixiæ filius, patruus Humberti Eduorum Pontificis, & Archiepiscopi Lugdunensis: hanc sedem rexit an. 1113. quo enunciatur in diplomate Flauiniacensi cum Anserico Eduensi Præposito, Sauarico Comite, Poncio Comite, Hunibaldo Archiepiscopo, & Hugone de Monteregali, tum in instrumento concordiæ Gerardi Abbatis Flauiniaci; nec non in actis regularizationis S. Stephani Diuionensis, cum Ioceranno Lingonensi, ac in bullâ Paschalis 2. Laterani datâ ann. 1115. Interfuit Trenorchianæ Synodo 1117. & Trecassinæ 1127. cui restituit villam de Marigniaco Guillelmus Comes Niuernensis 1128. præsens facto Philippi filij Regis Ludouici 6. 1129. Sed documentum extat in Chronico Vezeliacensi, quo Innocentius II. mandat Stephano, vt imponat manus Alberico, ex Suppriore Cluniaci in Abbatem Vezeliacensem electo. Post aliquot annos is sponte abdicans in claustro Cluniacensi vitam religiosam elegit, ac tandem coram Petro Venerabili Abbate Cluniaci animam cœlesti gloriâ dignam piè exhalauit, quam rem testatur ipsemet epist. 6. lib. 5. quam ad Humbertum Eduensem Archidiaconum nepotem scripsit, ei suadens Religiosæ vitæ sectari vestigia: Addat, inquit, *tibi stimulos veniendi venerabilis ille, & cum honore nominandus Dominus* STEPHANVS *Æduensis Episcopus, auunculus vt audio tuus, qui spretis parentibus, nobilitate, fastu, diuitijs, ipsis etiam Episcopalibus infulis abiectis pauperem Christum pauper sequutus est: & in sanctâ deuotione toto mentis affectu perdurans, atque inter manus meas extremum Deo spiritum reddens, cum veneratione tanto Sacerdoti congruâ, tam à me, quàm à fratribus Cluniaci conditus est. Sequere igitur eius vestigia, qui cùm vt nosti, prædicabilis homo sapientiæ esset, nequaquam sibi ac saluti suæ præ cæteris Monasterijs Cluniacum elegisset, nisi magis sibi expedire vidisset. Veni & imple locum defuncti, quia paratus sum non minore te affectu quàm ipsum suscipere.* Quare Arnoldus Vion Ligni vitæ l. 2. c. 58. sic scribit. Stephanus Eduensis Episcopus sub sancto Petro Abbate, monachus Cluniacensis Episcopatu abdicato factus, moriens in Ecclesiâ maiori honorabiliter sepultus est. Huius meminere Posseuinus in Apparato sacro, Iodocus Coccius eum referens in sæculum duodecimû Incarnationis Domini, Ioannes Garetius, Iacobus Galtherus in Tabula Chronologicâ, & Bellarminus lib. 2. de Eucharistia c. 35. ac in Scriptoribus Ecclesiasticis obseruat elucubrasse opus de Sacramento Altaris, & ijs quæ ad illud pertinent; quod inseritur tomo 6. Bibliothecæ Sanctorum Patrum editionis 2. qui tractatus à Ioanne Montolonio Eduensi Cantore, auctore Promptuarij Iuris diuini, Canonici & Ciuilis, ex librariâ supellectile Riniacensi primùm editus an. 1517. dicatus est Iacobo Huralto Episcopo infrà recensendo. De Humberto autem legenda Historia Brixiæ cap. 31.

BOVRGONGNE. Bandé ou cotticé d'or & d'azur de six pieces à la bordure de gueules.

47. ROBERTVS DE BOVRGONGNE Hugone 2. Burgundiæ Duce ex Mathilde de Turenâ prognatus erat, qui Stephano Balgiacensi suffectus Pontifex Eduorum sacratur MCXL. vt habet fragmentum breuis Chronici S. Benigni. Hoc anno ordinatus fuit Dominus Robertus filius Ducis, Augustodunensis Episcopus, & eodem anno XV. Calendas Augusti defunctus: cuius anniuersaria memoria consignatur in Martyrologio Eduensi 3. Nonas Iulij, & in Belnensi 14. Augusti. 1140.

BAVGE.

48. HVMBERTVS DE BAVGE' Vlrico Balgiaci dynastâ natus ex filiâ Amedei primi Comitis Sabaudiæ, qui egregiâ nobilitate & moribus exornatus, ad hanc dignitatem vocatur ex Canonico & Archidiacono, in gremium Congregationis Ecclesiæ Eduensis vocatus à patruo Stephano, quo quidem adhuc fungens munere, morum honestate, & pietate illustris, ac genere clarissimus in chronico Vezeliacensi luculentam ad eum scribit epistolam Abbas Petrus Venerabilis, de quâ supra egimus. Paulò post verò designatur huius sedis Antistes obeunte Roberto 1140. consecrat Ecclesiam S. Lazari Dominicâ post festum S. Luciæ 14. Decemb. 1148. cuius & capsam visitauit, Galtero Cabilonensi, Pontio Matisconensi, Gofrido Lingonensi Episcopis, Rainardo Cistercij, Poncio Vezeliaci Abbatibus, Odone Burgundiæ Duce, & Guilelmo Comite Cabilonensi præsentibus. Quo eodem anno fit Lugdunensis Archiepiscopus.

49 HENRICVS DE BOVRGONGNE, Roberti superioris, & Galteri Lingonensis Episcopi frater, ac Odonis 2.

AN. CH. Ducis, Sybillæ Reginę Siciliæ Matildis A Monſpelij dominæ, Aigelinæ Comitiſſę de Vaudemonte, ac Aremburgis apud Lareyum Monialis: his ille natalibus editus, & in ea Eccleſiâ Archidiaconus, propter dotes animi, ad hanc Cathedram poſtulatur, Rege Ludouico Iuniore, & nominatio à Sugerio Abbate S. Dionifij rata habetur, vt vel ex hâc epiſtolâ liquet cuius initium tale: *SVGERIO Dei gratiâ S. Dionyſij venerando Abbati, patri & domino, Vv. Eduenſis Eccleſiæ Decanus cum vniuerſo conuentu, ſalutem & debitam reuerentiam. Regiæ excellentiæ per omnia, vt decet, debitum honorem & dignitatem conſeruantes, vobis, cui diuinâ prouidente clementiâ Dominus noſter Rex vices ſuas commiſit, electionem noſtram iuſtè & canonicè factam præſentamus. Elegimus ſiquidem Henricum fratrem Ducis Burgundiæ Archidiaconum noſtrum, de regiâ ſtirpe ortum, conſilio & aſſenſu religioſarum perſonarum, & totius cleri & populi. Obſecramus itaque excellentiam veſtram, quatinus huic electioni noſtræ aſſenſum præbeatis, & litteris veſtris perſonam electi domino Papæ commendetis.* Promotionem ſuam translato ad Lugdunenſem Primatum Humberto, deſignat antiqua Hiſtoria Vezeliacenſis Monaſterij Hugonis Monachi Pallio condecoratus ab Eugenio

1149. 3. Pont. 1149. dedit Eccleſiam de Beligniaco & de Marcileyo Canonicis Belnenſibus 1160. recenſerúrq; in veteri tabulâ ab eodem ſcriptâ pro Eccleſiâ S. Trinitatis de Caſtellione ad Sequanam 1166. tum memoratur in cartulario Ciſterci-

1169. enſi cum Petro Cabilonenſi 1169 quo anno Prioratus de Saligniaco & de Pinu in ſuâ diœceſi contulit cœnobio B. Martini Niuernenſis, idque Stephanus ſucceſſor confirmauit 1183. Obitus illius notatur Calend. Martij in Martyrologijs Eduenſi, & Belnenſi: cum Petro Cabilonenſi Antiſtite habet Epitaphi- D um Ciſtercij in baſilicâ ad parietem, quà dormitorium aſcenditur.

Hîc duo Pontifices ſerui veri Salomonis,
Pauſant, HENRICVS ÆDVAE,
Petrus Cabilonis.

50. STEPHANVS II. nominatur in inſtrumento ſancti Dionyſij de Vergeyo

1171. 1171. in Belnenſi 1172. & S. Benigni eodem anno cum Manaſſe Lingonenſi Epiſcopo in cartâ de Dianeto: item in tabulario Rigniaci 1180, cum Hugone domino de Monte S. Ioannis, & 1186. cum Reynerio dynaſtâ de Chaſtelus;

necnon cum Gilbodo Epiſcopo Cabilonenſi, Ioanne Abbate Benigniano, Guidone Comite Salieum, Hugone Decano Eduenſi, in donatione decimarum de Theniſſeyo factâ S. Stephano Diuionenſi, & in titulo 1188. cum Ioanne Archiepiſcopo Lugdunenſi. Defunctus eſt 1189. 4. Calend. Iunij, quo 1189.
anno fuit ſcriptum ſequens diploma.

PHILIPVS *Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter, & futuri, quòd legitimo hominum teſtimonio Lugdunenſis Eccleſiæ ius eſſe didicimus, vt quoties Aeduenſis ſedes vacauerit, toties* B *Archiepiſcopus Lugdunenſis Regalia noſtra, & alia, quæ ad Epiſcopatum Aeduenſem pertinent in manu ſua habeat, & verſâ vice, quoties Lugdunenſem ſedem vacare contigerit, toties Epiſcopus Aeduenſis in ſuâ manu habeat vniuerſa ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum pertinentia. Quocirca quoniam iura ipſarum Eccleſiarum volumus, & debemus, inuiolabilia conſeruare decernimus, & præcipimus, quatenus vtraque Eccleſia ius ſuum integrè habeat, ſicut prædictum eſt, & ſicut ex legitimorum hominum teſtimonio didicimus, ita quòd neutri Eccleſiarum cedat ad præiudicium, id quòd Regalia Æduenſia, ex ignorantiâ oc-* C *cupauimus, poſt deceſſum Stephani Æduenſis Epiſcopi, vnde fideli noſtro Archiepiſcopo Lugdunenſi Regalia ipſa reſtituimus, & ipſa ſucceſſoribus ſuis ipſo Epiſcopatu vacante in perpetuum habenda conceſſimus. Quod vt perpetuum robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate præcepimus confirmari. Actum Pariſijs, anno ab Incarnatione Domini MCXXCIX. Regni noſtri anno X. adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt, & ſigna. Signum Theobaldi Comitis Dapiferi, S. Guidonis Buticularij, ſignum Mathæi Camerarij, ſignum Radulphi Coneſtabilis. Datum vacante Cancellariâ.*

51. GALTHERVS II. recenſetur in cartulario Rigniaci 1190. & Cluniacenſi 1190.
1191. vbi Comitiſſa Tornodorenſis dat Cluniaco, quartam partem villæ de Hyz pro ſuo anniuerſario. Inuenitur quoque in expeditione Sarracenicâ 1217. anno ſuperiori Belna vrbs huius diœceſis donata fuit iure ciuitatis ab Odone Duce Burgundiæ. Nominatur ſub litterâ G. in confirmatione priuilegiorum Diuionenſium 1194 huiúſque ant Galtheri depoſitio conſignatur in Necrologio Benigniano 16. Iunij. Eidem Aleidis Regina & Guillelmus

Archiepiscopus Remensis recognouere feoda villæ de Flauiniaco 1190. ex veteri registro: mentio illius habetur in instrumento clientelæ Hugonis de Castro, pro his quæ tenebat in feudum ab Archembaldo domino de Borbonio 1220. Confirmat numerum triginta Canonicorum in Ecclesiâ Belnensi 1221. adfuitq; expeditioni contra Albigenses
1209. cum Odone Burgundię Duce 1209 apud Petrum de Vallibus cernaij cap. 14. Prætereà Innocentius 3. scribit huic Episcopo, & Priori S. Symphoriani Æduensis, de eo qui mittitur in possessionem causâ rei seruandæ, de causâ Claræuallensium contra Diuionenses in 3. Compilat, & lib. 1. epistolarum, eidem & Vngiacensi, ac Sanctæ Margaretæ Abbatibus, vt curent reformandam B. Ioannis Eduensis Abbatiam in magnam Religionis dissolutionem collapsam. Interijt Calend. Maij 1223. sepultus ad sanctum Symphorianum, post sedem annorum 33.

VERGY. 52. GVIDO DE VERGY I. Hugonis Domini de Vergy ex Gillâ de Trainel filius, Ducis Burgundiæ auunculus
1223. vocatur 1224. in tabulario Lingonensi, erat nempe filius sororis suæ Aleydis, quo sedente erigitur in castro Montisregalis Capitulum decem Canonicorum ab Anserico loci domino 1228. subscripsit quibusdam priuilegijs vrbi Diuioni concessis ab eodem Hugone Duce 1231. cum Guillelmo de Vergeyo Burgundiæ Seneschallo. Recensetur quoque in confirmatione priuilegiorum
1232. Belnensium 1232. in cuius Guidonis præsentiâ Dux fatetur se tenere Aualonem de feudo Ecclesiæ Eduensis, mense Iulio 1236. nominatur etiam 1249. in cartulario Rigniaci. At ex gente istâ nobilissimâ apud Burgundos prodière Guilelmus Archiepiscopus Bisonticensis, Antonius ibidem Metropolita, Humbertus dictus Enzelinus Parisiensis, & Reginaldus Episcopus Matisconensis, Iuo Cluniaci, Stephanus S. Stephani Diuionensis Abbas, Hugo S. Martini de Campis, & Milo Caritatis ad Ligerim Priores. Est autem Vergeyum castrum in dioecesi Eduensi quatuor leucis distans Diuione versus Belnam, habens Collegium 16. Canonicorum à quibus Decanus eligitur; quod tralatum fuit Nuitium, castri Vergeij muris dirutis 9. Nouembris 1609. adstante Petro Saulnetio Episcopo & Emundo de Malin Barone de Lux, Regio in Burgundiâ Progubernatore. Nuitium verò oppidum est exiguum sed munitum, medio quasi itinere inter Diuionem, & Belnam, iam olim 1212. ab Odone Duce ciuitatis iure donatum: castrum illud inexpugnabile dicitur in vetere schedâ Vesaliensi apud Ioannem Picardum in Notis ad Guilelmum Neubrigensem, vbi Rex Ludouicus VII. Alexandrum 3. Papam ad illud tamquam ad tutissimum locum inuitat. Prætereà ad maiorem gentis huius commendationem notandum in archiuis Cameræ Computorum Diuione extare litteras Odonis Burgundię Ducis, & Hugonis de Vergeyo mense Decemb. 1216. quibus apparet pactum fuisse inter eos, quòd castrum Vergeij est iurabile & reddibile dicto Duci qui illud poterit retinere, & seruare quoties opus fuerit dies quatuordecim, si ei placuerit, vel plures, si id necessarium iudicabitur per Abbates Cistercij, & Buxeriæ, nihil tamen capiendo præter fœnum, & stramen, aliàs tenebitur Odo ablata restituere post quadraginta dies, ad petitionem ipsius Hugonis; & in compensationem prædictorum Odo dat Hugoni Mirabellum, & custodiam Floriaci, & alia. Sed posteà accidit, vt ibidem narratur, quòd ipse Odo vxorem duxit Aleydem Hugonis eiusdem filiam, cui inter cætera, dotis nomine castrum Vergeij datum fuit. Item Odo dat Guilelmo Hugonis filio Seneschalliam Ducatus Burgundiæ, quando erit extra manum Comitis S. Pauli, Galtheri scilicet de Castellione, ad quem Guilelmum vult ipsum castrum reuerti, si non adnascantur Odoni hæredes, ex ipsâ Aleyde, cum parte quam in eodem castro habebat Guilelmus dominus de Monte S. Ioannis, si eam Odo acquisiuisset, eâ etiam conditione, vt reuerterentur ad ius Ducatus, quæ Odo Hugoni dederat. Aliis verò codicillis idem Guilelmus de Monte S. Ioannis mense Iunio 1236. donat Hugoni Duci filio Odonis ex Aleyde, id omne quod habet in monte & castro Vergeij sub eâ lege, vt Dux filiam suam Margaretam in vxorem Guilelmo primogenito ipsius Guilelmi daret, quæ quidem Margareta fortè tantùm desponsata Guilelmo, aut certè vidua, nupsit posteà Ioanni Cabilonensi.

53. ANSELLVS, vel ANSELINVS DE POMARCO Decanus Eduensis, sub POMARC.

sub quo Franciscani in vrbe stabiliuntur A 1244. anteà nominatur mense Martio
1250. 1250. in Bibliothecâ Cluniacensi, pro contentione inter Guilelmum Abbatem Cluniacensem & Odonem Dominum de Castellione, pro Prioratu de Simulay, dominio & guardiâ: sepultus retrò altare S. Ioannis de Criptis post sedem annorum octo.

LA ROCHE. 54. GERARDVS DE LA ROCHE, II. electus 1253. quo anno Dux Hugo
1253. concessit Canonicis vsuarium in suo nemore propè vrbem, in eius gratiam hoc eodem anno Capitulum Eduense B scribit ad Comites Pictauensem & Tolosanum, vbi illum tabularia Thesauri Regij Parisiensis Gerardum de Bellovisu vocitant. Confirmatus est à Philippo Lugdunensi Primate 1254. enunciatur & in documento Cartusiæ Portarum 1257. Sede Lugdunensi vacante, testisq; in testamento Hugonis 3. Burgundiæ Ducis 1272. mense Septembri cum Iacobo Cisterciј, Guillelmo Flauiniaci, Rodulpho Fonteneti, Odone Reomensi Abbatibus, & Ioanne Æduensi Seneschalo. Huius verò tempore S. Flocelli Belnæ in honestiorem C locum corpus eleuatur per Simonem Cardinalem S. Cæciliæ Legatum
1265. v. Idus Nouembris 1265. administrauit Archiepiscopatum Lugdunensem vacantem ab anno 1269. ad 1271. Obijt
1276. 1276. tumulatus in Capellâ sanctæ Mariæ retrò maius altare beati Lazari 18. Calend. Maij. Videndus Paradinus lib. 2. c. 4. Hist. Lugdunensis.

55. IACOBVS DE LA ROCHE I. Gerardi superioris ex fratre Firmino nepos eligitur 1277. suscipit ordinationem Archiepiscopatus Lugdunensis pastore orbati 1283. & iuramentum fidelitatis recepit à Guilelmo Abbate Flauiniaci. Decessit Calend. Octobris D
1286. 1286. & iacet ad læuam principis altaris S. Lazari.

D'ARCY 56. HVGO D'ARCY, Episcopus creatus 1286. hoc anno confirmatur à Rodulfo Lugdunensi Metropolitano, vt fert documentum tabularij regij. Instituit Canonicos Aquæsparsæ; nominaturq; in instrumento 1290. mense Februario pro Monachis Siluiniacensibus, & in fundatione xenodochij S. Iuliani Molinis, per Robertum Comitem Claromontanum, dominum Borbonij, filium S. Ludouici apud Dominicanos Parisienses sepultum, cuius Roberti vxor Beatrix humatur in Conuentu Franciscanorum Campiaquosi propè Siluiniacum 1318. Hugo verò accepit pallium à Nicolao 4. & reuerentiam, ac subiectionem præstat Rodulpho suo Metropolitæ. Rexerat Ecclesiam Lugdunensem iure Regaliæ 1294. quo anno scribit Regi se con- 1294.
firmasse electionem Guilelmi de Bellaueurâ, in Episcopum Cabilonensem, Sede Lugdunensi vacante, & Eduensi Ecclesiæ suæ præfuit annis duodecim.

57. BARTHOLOMEVS in Concilio apud Ansam 1299. cuius Episcopi extat in archiuio Carmelitanorum Diuionensium diploma autographum de facie Christi Domini an. 1306. in te- 1306.
staceo fragmento diuinitùs expressâ, cùm è sacro calice stilla pretiosi sanguinis fortè in illud decidisset, cui pendet sigillum Præsulis memorati, & ex fide hîc reddimus. BARTHOLOMEVS *permissione diuinâ Eduensis Episcopus, vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Cùm Sanctorum relliquias ad laudem & gloriam eorum cum deuotione deceat venerari, patet profectò quòd relliquias & stigmata corporis & sanguinis Iesu Christi Domini nostri, qui est Sanctorum gloria & splendor mirabilis, oportet cum summâ deuotione & reuerentiâ à cunctis Christi fidelibus maiori deuotione glorificari excellentiùs, & extolli. Nuper siquidem in Ecclesiâ Beati Mauritij de Marrigneio super Oscharam, insigne miraculum & miraculosum signum noscitur accidisse. Nam cùm Decanus dictæ Ecclesiæ, die Lunæ ante festum Epiphaniæ Domini nuper præteritum, Missam in dictâ Ecclesiâ celebraret, & post consecrationem corporis & sanguinis Christi, sumpto corpore vellet sumere ipsius sanguinem gloriosum: & ipsum sanguinem asperitate frigoris congelatum non posset de facili in totum sumere; adlatis sibi prunis ardentibus in parte vasis terrei fractis: & calefacto calice ad ignem carbonum, gutta seu stilla sanguinis super carbones prædictos cecidisset, & vsque ad fundum vasis cum quodam sonitu penetrasset; inuenta est post consummationem Missæ, gutta seu stilla prædicta in humanæ faciei effigiem ipsi vasculo adhærentem diuinitus transformata. Quod signum mirificum, ac etiam pretiosum nos ardenti desiderio cupientes ad populum exaltare, in festo* Exaltationis *sanctæ Crucis*

ad Ecclesiam prædictam personaliter duximus declinandum: & vas seu partem vasis prædicti, cum prædictâ imagine eidem iunctâ celitus in cassam argenteam inclusimus, cum solemnitate quâ talia fieri conuenit signum huiusmodi releuando, ad Dei laudem & gloriam, præsente multitudine populi copiosâ. Vnde vt istud miraculum, quòd veritatem & virtutem gloriosi Sacramenti corporis & sanguinis Christi, pro salute omnium mirabiliter instituti lucidiùs repræsentat, in memoriâ perpetuò habeatur, Nos de omnipotentis Dei misericordiâ, & Beatorum Nazarij & Celsi meritis confisi, omnibus nobis subditis verè pœnitentibus & confessis, qui prædictam Ecclesiam die dicta Exaltationis causâ visitauerint: & qui per octauas dicti festi, & de cætero in festo dictæ Exaltationis cum octo diebus sequentibus, dictam Ecclesiam singulis annis visitauerint, quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Datum sub sigillo nostro, die Martis ante festum Beati Matthei Apostoli, anno Domini MCCCVI.

58. HELIAS pallium accepit à Clemente 5. per Episcopos Matisconensem & Cabilonensem 4. Calend. A-
1312. prilis 1312. Auenione: quo Præsule Theobaldus de Sinemuro Cancellarius Burgundiæ Decanus Eduensis, dedit Ecclesiæ vas argenteum in quo caput S. Lazarij reponitur. Mortalitatem expleuit an. 1325. conditur sepulchro eleuato in capellâ S. Mariæ ad maiorem basilicam Æduensem.

BERTRAND D'argent à 3. roses de gueulle au cheuron d'azur chargé de trois fleurs de lis d'or.

59. PETRVS BERTRAND I. Cardinalis Eduensis Senior, tituli S. Clementis, Cathedram adeptus est an. 1325. filius is fuit Mathæi Bertrandi ciuis Annonensis in diœcesi Viuatiensi, ex Agnete cognomento Imperatrice, ac frater Guilelmi Episcopi Noniomensis, qui ad præcipuas Ecclesiæ Gallicanæ dignitates gestis ac scriptis sibi gradum fuit. Et quidem factus Canonicus Aniciensis 1301 cuius Ecclesiæ Decanatum obtinuit 1314 tum vtriúsque Iuris Professor clarissimus in celebribus Academijs Auenionensi 1307. Monspessulanâ 1309. Aurelianensi, & Parisiensi, in supremum Senatum Lutetiæ, ac sacrum Regis Consistorium Clericus Consiliarius assumitur, dein functus munere Cancellariatus Ioannæ Reginæ Francorum, Burgundorúmque Comitissæ
1320. 1320. cuius fuit codicillorum testamenti executor mense Maio 1325. cum Thomâ de Sabaudiâ, Petro de Palude, & fratre Nicolao de Lirâ Prouinciali Minorum in Burgundiâ, posteà creatus Episcopus Niuernensis, & Augustodunensis, demum Purpurâ insignitur beneficio Ioannis XXII. Pont. 1331, 20. Decembris, quamuis non memoretur ab Onuphrio; nam quem ille 1331. vti & Ciaconius Petrum Bertrandi Cardinalem designatum à Clemente VI. summo Pontifice affirmant, nepos huius fuit, filius nempe sororis, cuius & cognomen assumpsit licet familiâ Columbariâ ortus, nec in sacrum Collegium cooptatus sicuti asserit Onuphrius 1350. sed quemadmodum prodit vita Clementis 1344. ex Præsule Atrebatensi, cum adhuc in viuis esset alter Petrus Bertrandi senior eius auunculus: ambo enim subscripsere priuilegio dato à Clemente monialibus S. Francisci 1348. Senior tit. S. Clementis, Iunior autem tit. S. Susannæ, qui & Episcopus Ostiensis euasit extant vtriúsq; effigies ad fores Collegij Augustodunensis, siue Cardinalis Bertrandi nuncupati, quod Senior condidit in Vniuersitate Parisiensi 1341. vnà cum 1341. cum inscriptionibus, quæ vtriúsque Cardinalatus dignitatē testantur, quòd adnotauit Spondanus tomo 1. Annal. Iste Cardinalis Eduensis de religione promeritus est in tuendis præclarè Ecclesiæ iuribus, etenim anno 1329. die Veneris 15. Decembris, & sequentibus, coram Philippo VI. Valesio, multis præsentibus Episcopis celeberrimam disputationem habuit de iurisdictione & libertate Ecclesiasticâ Prælatorum, aduersus Petrum de Cunerijs Regium in Senatu Parisiensi Aduocatum eam negantem, aut certè labefactare conantem: querebantur Prætores Regij omnem iurisdictionem ad Antistites regni transire, & è contra Præsules obtendebant graues iniurias sibi ab Officialibus regijs in multis irrogari. Quapropter in eo famoso Conuentu Petrus Bertrandus cum Petro Rogerij electo Senonensi Archiepiscopo, nomine ceterorum Antistitum causam Ecclesiæ tuendam susceperunt, eáque grauitate & facundiâ aduersus Cunerium eiúsq; articulos perorauit Bertrandus, vt priscas Ecclesiæ libertates iudicio suo Rex confirmauerit, & in præmium huius propugnationis, stemmate liliorum Franciæ scutum Bertrandi insigniuerit, vt habet Codex MS. in quo eius oratio

recensetur, aliáque quam auctoritate A Papæ Ioannis XXII. Idibus Septemb. 1332. coram Rege Boëmiæ delegatus recitauit. Narrant hæc pluribus rerum Francicarum Historici Emilius, Gaguinus, Tilius, Spondanus & alij: habentur quoque inserta Bibliothecæ Patrum acta disputationis coram Rege eiúsque Consistorio celebratæ, vnà cum tractatu eiusdem Bertrandi, de origine & vsu iurisdictionum, seu de spirituali & temporali potestate tunc edito. De cuius scriptis Bellarminus & Posseuinus in Apparatu sacro, Ciaco- B nius & Onuphrius, quæ opera malè Petro Columbario eius nepoti à Philippo Locrio tribuuntur. Præterea nostro Antistiti Philippus Abbas Corbiniaci benedicendus obedientiam iure Ordinis saluo ei profitetur 1327. quo tẽpore Ioannes de Columnâ Cardinalis erat Archidiaconus Belnensis in Ecclesiâ Eduensi 1334. Fundantur & Carthusiani 1332. Fontaneti iuxta Belnam ab Odone Burgundiæ Duce: Episcopus idem nunquam sine honoris præfatione memorandus, egregijs lucubrationibus, fundationibus, sacrisque ædificijs clarus, moritur 24. Iunij 1348. C sepultúsque est in castro Prioratus Pontisalti propè Auenionem, quem fundauerat 1331. ante altare Capellæ S. Clementis; vti Moniales Sanctæ Claræ Annonæi 1347. Hospitale B. Mariæ eiusdem oppidi 1335. collatâ domo paternâ, nec non Capellam S. Iacobi de Eleemosynâ in Prioratu B. Mariæ Annonensis.

D'ARCY 60. IOANNES D'ARCY I. ex Episcop. & Comite Mimatensi fit Eduensis, memoratur in quadam transactione cum Odone Duce, in quâ fit mentio decessoris Cardinalis S. Clementis. Emerat nonnullas domos Pa- D risijs à Ioanne de Castellione, quæ postcà dictæ hospitium Laudunense an. 1327. Ei fidelitatem iurauit Guido de Frolesio Abbas Flauiniaci 1333. de quo tabula S. Germani Pratensis 1337. perperam autem scribitur rexisse Eccle-
1345. siam Lugdunensem iure Regaliæ 1346. cum anno 1344. è viuis iam exemptus fuisset Episcopus Lingonensis, vt dicemus infrà.

AVXONE. 61. GVILLELMVS D'AVXONE ex Cameracensi Ecclesiâ translatus ad Eduensem, quam administrabat 1344. iacet iuxta aquarium ante horologium S. Lazari.

LA CHAVME. 62. GVIDO DE LA CHAVME II. cui hominium exhibuit de terris quas tenebat ab Ecclesiâ Eduensi Odo Dux & Comes Burgundiæ Martij 21. 1347. 1347. Diuione præsente Episcopo Cabilonensi, Abbate Stephaniensi, & Gaufrido de Blaseyo. Obijt 10. Cal. Iunij 1356. ex cartâ Capituli Cartusiæ, & in Martyrologio Belnensi dicitur vir bonæ memoriæ, qui dedit Deo & D. Mariæ Belnensi decem lib. Diuionenses percipiendas in censu Ecclesiæ de Pomarco.

TVREY. 63. GVILLELMVS DE TVREY II. cuius cognominis Petrus de Tureyo Episcopus Malleacensis & Cardinalis, vniuit Prioratum de Sarigny mensæ Abbatis S. Sequanj 1356. sedebátque adhuc 1359. ex tabulis Capitularibus. 1356.

MAVBERNARD. 64. REGINALDVS MAVBERNARD II. erat Episcopus circa an. 1359. quo dedicauit Ecclesiam S. Desiderij Auenione 20. Septemb. ex chronico MS. vbi Raimundus appellatur; præstitit iuramentum fidelitatis Ioanni Regi Christianissimo, & Carolo Delfino eius filio, quo tempore Ioannes de Borbonio dominus de Montepetroso erat Decanus Eduensis, posteà Episcopus Virdunensis: ad meliorem vitam migrauit Reginaldus 12. Cal. Augusti 1361. scripsit gesta decessorum Præsulum, vt est in Bibliothecâ Cluniacensi. 1361.

PAVTEIX 65. GODEFRIDVS DAVID aliàs PAVTEIX superioris nepos ex sorore, ex Canonico Æduensi electus an. 1361. rexit Ecclesiam Lugdunensem per obitum Guillelmi de Tureyo Archiepiscopi 1365. quo tempore tres Cardinales in Æduense Capitulum cooptati sunt, Andrinus tituli S. Marcelli, Cardinalis Vercellensis Archidiaconus Æduensis, & Cardinalis de Cluniaco Archidiaconus Aualonensis 1367. controuersiam hic habuit cum Duce Burgundiæ 1372. pro testamentorum codicillis sigillo Ducis aut Episcopi subsignandis, vt docent acta Curiæ Parisiensis: decessit Gaufridus die S. Laurentij 1377. quo anno litigabat cum Philippo Audace de protectione & Aduocatiâ monasterij Andoehiani, ex regestis Cameræ Computorum Diuionensium. 1367.

BARRIERE. de gueulle au Lion d'argent. 66. PETRVS DE BARRIERE II. Cardinalis Presbyter tit. Sanctorum Marcellini & Petri, quem nonnullæ

tabulæ de Varerijs nuncupant, patriâ Ruthenensis, designatus fuit Episcopus 1377. post autem in Purpuratorum cœtum allectus est à Pseudopontifice Clemente VII. 17. Cal. Ianuarij 1378. Iste cum Capitulo Augustodunensi transegit de iure exemptionis 1378. 2. Ianuarij Oliuerio de Martrolio Decano, Nicolao de Tolono Cantore, Gaucherio de Massingeio Susseij Præposito, Petro S. Stephani de Stratâ, & Hugone S. Petri de Stratâ Abbatibus, alijsue Canonicis. Fuit autem hæc concordia primùm à Ioanne Episcopo Prenestino in Franciâ Clementis VII. Legato, inde ab ipso Clemente anno 2. Pontif. 3. Non. Martias confirmata. Mortuus est Auenione Idibus Iunij an 1383. ibidem in Cathedrali sepulturæ mandatus.

1377.

B

Vienne. 67. GVILLELMVS DE VIENNE III. nominatur Eduensis Præsul 1379. 25. Iunij in libro obligationum Vaticani, posteà Archiepiscopus Rotomagensis.

1379.

Tovlon. 68. NICOLAVS DE TOVLON primò Capellanus an. 1362. inde Canonicus 1365. posteà Præcentor, tum Consilarius natus in Parlamento, ac Burgundiæ Cancellarius 1369. postremò Constantiensis, & Eduensis Episcopus 1386. huic Philippus Audax Dux clientelarem fidem iurauit Diuione 3. April. 1390. de quibusdam terris in diœcesi Æduensi sitis; ei quoque iuramentum præstitit Guido de Arciaco cùm reciperetur ad officium Prætoris, seu Balliui Æduensis; at huius tempore 1386. Ecclesia Collegialis S. Mariæ Molinensis Boiorum, à Ludouico Borbonio Duce fundatur, constitutis ibi duodecim Canonicis & Decano, instante Mauricio Episcopo Niuernensi; tumulum habet Nicolaus sub monumento cupreo in Capellâ quam condidit ad Ecclesiam S. Lazarj sub eo epitaphio.

C

1390.

D

Hic iacet quondam bonæ memoriæ dominus NICOLAVS DE TOLONO *quondam Constantiensis, & deinde Æduensis Episcopus, cuius anima requiescat in pace Amen. qui obijt die XX. mensis Decembris anno Domini* MCCCC.

Grance. D'or au lion d'azur lampassé & couronné de gueulles. 69. MILO DE GRANCE' Guilelmi & Ioannæ de Arceijs filius, vt est in martyrologio Belnensi: Decanus Æduensis 1394. inde postulatus à Capitulo & confirmatus Episcopus à Philippo de Tureyo Archiepiscopo & Primate Lugdunensi 19. Aprilis 1401. Eo sedente vnita fuit Ecclesia de Pernaco Ecclesiæ Belnensi, & basilica sancti Ioannis de Criptâ Decanatui Eduensi Gaufrido de Tussiaco Decano. Habuit administrationem primæ sedis Lugdunensis per obitum Philippi de Tureyo 1413. at ipse viuere desijt 27. Septembris 1414. sepultus iuxta sedem pauperum in ingressu templi.

1401.

Grance'. 70. FERRICVS de GRANCE' nepos Milonis, Licentiatus in Decretis, ex Archidiacono Æduensi & Priore S. Saturnini elegitur 1414. 14. Ianuarij; confirmauit Hugonem d'Orges Episcopum electum Cabilonensem 1416. Sede Lugdunensi vacante, eiúsq; Pontificatu fundantur Clarissæ Molinis 1421. à Mariâ Bituricensi, vxore Ioannis Borbonij Ducis sepulta Siluiniaci; idem Federicus Granceius tumulatur Sedeloci in Ecclesiâ S. Andochij 1436.

1414.

Rolin. D'azur à trois clefs d'or. 71. IOANNES ROLIN II. Cardinalis Eduensis, seu Burgundiæ, tit. S. Stephani in Cœlio monte, Augustoduni natus, patrem habuit Nicolaum, Philippi Burgundiæ Ducis Cancellarium, fundatorem Ptochotrophij Belnensis magnificentissimi 1443. & ædis Diuæ Mariæ apud Eduam, institutis ibidem duodecim Canonicis vnà cum Præposito, & Capellanis viginti quatuor, vbi sepelitur 1461. matre prognatus erat Ioannâ de Landes, non Guigona de Salins, vt quidam perperam scripsere, quæ secunda vxor Nicolai, iacet in capellâ hospitalis Belnensis. Hic post egregiam in studijs nauatam operam, sacris deditus fit Eduensis Archidiaconus, Prior S. Marcelli martyris cuius capsam restituit, S. Martini Augustodunensis Abbas, Ludouico Delphino posteà Regi huius nominis XI. à Confessionibus adlectus, tandem ex Episcopo Cabilonensi translatus est ad hanc Sedem 1436 mense Octobri, cui Sacerdotio summâ laude præfuit annis quadraginta sex. Enimverò Templum maius Eduense incendio consumptum renouauit, & munificentissimè exornauit, cymbalum maius dono dedit, æreas columnas ad maius altare & aquilam in choro erexit, in quo dies anniuersarius quolibet mense celebratur, festum D. Lazarj in sanctâ Capellâ Diuionensi fundauit, vbi eius memoria visitur in sacello quod ipsi Diuo extruxit. Is ergo liberalitate, cæ-

1436.

terisq; virtutibus clarus, meruit Purpuræ honorem à Nicolao v. Pont. 13. Ianuarij 1449. à quo fuit Pallio condecoratus. Multa quoque bona contulit Ecclesiæ S. Genouefæ Parisijs, vti notat eius Ecclesiæ Calendarium, & construxit Capitulum Carmelitanorum plateæ Mauberting, vbi spectatur eius Symbolum, Deum time. Tandem morti debitum exsoluit 10. Calendas Iulias
1483. 1483. cor eius sepelitur lapideo tumulo in choro, corpus verò in maiore basilicâ Eduensi, ad latus sinistrum principis aræ, cum hoc epitaphio: *Hic subtus iacet cadauer Domini* IONNIS ROLIN *tit. S. Stephani Presbyteri Cardinalis, & huius sanctæ Ecclesiæ Episcopi, cui præsedit per annos* XLVII. *anima eius requiescat in pace.* Reliquit heredem Ecclesiam de Besse in triente, legitimis heredibus institutis. Huius porrò fuit Vicarius in spiritualibus Bartholomæus de Fraxino, Officialis Ferricus de Cluniaco apud Eduos oriundus, postea Episcopus Tornacensis, ac tandem Cardinalis; Suffraganeus autem seu Propontifex Antonius Buisson Carmelita Episcopus Bethleemitanus. Cæterùm inuenitur in schedis an. 1483. Oliuarius de Vienne Episcopus Eduensis fortè tantummodò designatus; Quin & in Actis Consistorialibus Vaticanis recensetur an. 1486. 18. Septemb. Ioannes Cardinalis Andegauensis, electus Eduensis per obitum Philiberti tituli Sanctorum Ioannis & Pauli Presbyteri Cardinalis.

CHALON. De gueulle à la bande d'or. 72. ANTONIVS DE CHALON Ioannis domini de Viteaux ex illustri Cabilonensium Comitum Palatinorum Burgundiæ familiâ progeniti, & Ioannæ Tremoliæ, Ludouici Comitis Iouigniaci sororis filius, cuius patruus extitit Ludouicus Cabilonensis Princeps Arausicanus. Ex Decano Antistes designatus & confirmatus, Regi fidem clientelæ profitetur pro temporali Episcopatus Genabi ad Ligerim 21. No-
1484. uemb. 1484. ex titulo Cameræ Regiæ Computorum Parisiis. Is Suffraganeo vsus est in spiritualibus Ioanne Bobillon Dominicano anno 1489. cuius tale extat epitaphium. *Hic iacet quondam bonæ memoriæ Dominus* ANTONIVS DE CABILONE *olim Decanus, & deinde Episcopus Aeduensis, qui obyt anno*
1500. *Domini* 1500. *die* VIII. *mensis Maij.*

Hic bonus Antistes proauis Antonius ortus
Nobilibus, stirps & de Cabilone domus.

Eiusdem gentis Cabilonensis fuêre Ioannes Lingonensis Episcopus, & Hugo Bisonticensis Archipræsul.

ROLIN. 73. IOANNES ROLIN III. Ioannis Cardinalis nepos, Protonotarius Sedis Apostolicæ, Abbas D. Martini Eduensis. & Prior S. Marcelli Cabilonensis, in Senatu Parisiensi & Burgundico, sanctioriique Consistorio Regis Ludouici 12. Consiliarius, & in Camerâ Inquisitionum Lutetiæ Præses 1497. ex Decano in Episcopum Æduensem nominatur 1501. eodem anno 14. 1501. Aprilis dicauit Ecclesiam Franciscanorum Augustoduni, & obijt post primum sedis annum, humatus in suâ Capellâ.

AMBOISE. 74. LVDOVICVS D'AMBOISE I. ex familiâ dominorum de Ambasia.

CLEVES. 75. PHILIPPVS DE CLEVES Ioannis primi Cliuiæ Ducis ex Elisabethâ Burgundâ filius, frater Ioannis 2. Ducis & Engilberti Comitis Niuernensis, fuit Episcopus Niuernensis & Ambianensis.

HVRAVLT. D'or à la croix pleine d'azur, cantonée de quatre ombres de Soleils de gueules. 76. IACOBVS HVRAVLT II. Abbas S. Lonomari Blesensis, & S. Stephani Diuionensis, ex familiâ Huraltâ oriundus, patre Iacobo Cheuernij toparchâ, Comitatus Blesensis Gubernatore, Ærarij Præfecto Rege Ludouico XII. matre autem Mariâ Garendeau, cuius nepos ex fratre Philippus Huraltus Cheuernius Togatæ militiæ Princeps. Fuit vltimus electorum à Capitulo, designatus Antistes circiter an. 1512. huius meminit Martinus Bel- 1512. laius in Commentarijs sub an. 1523. narrans defectionem Ducis Borbonij à Francisco I. Rege, cui Connestabili familiaris erat iste Episcopus. Ei dicat interpretationem librorum S. Ioannis Chrysostomi de Sacerdotio Germanus Brixius Autissiodorensis, Canonicus Parisiensis 1534. & Ioannes Blondellus 1534. Officialis statuta Curiæ Episcopalis Æduensis eodem anno. Extinctus est Blesis mense Iunio 1546. post sedem annorum 34. Eiusdem verò familiæ Paulus & Guido Archiepiscopi Aquenses, Philippus Carnotensis, Ioannes & Robertus Abbates sancti Martini Æduensis, Philippus Maiorismonasterij, Burgolij, & S. Nicolai Andegauensis Abbates.

EST. 77. HIPPOLYTVS D'EST Cardinalis Ferrariensis Iunior, tit. S. Mariæ Nouæ, Alfonso Ferrariæ Duce,

Lucretiâq; Borgiâ genitus, Archiepiscopus Mediolanensis, Lugdunensis, Auxitanus, Narbonensis, Arelatensis, & Eduensis Ecclesiæ Administrator adeptus est possessionem huius Episcopatus an. 1546. beneficio Francisci I. sed eum posteà permutauit pro Abbatiâ de Flauiniaco, & Prioratu S. Viuentij. De quo Cardinali consule Ciacconium, Vghellum in Episcopis Ferrariensibus, & quæ de eo recensuimus tomo I. Archiepiscoporum.

1546.

DVGNY. 78. PHILIBERTVS DVGNY Abbas Flauiniacensis, ex domo de Courgengoux, toparcha de la Vacherie, Philippi d'Vgny & Margaritę de Barbezieres filius, sedit ab anno 1550. ad

1550

1557 quo tempore profluuio sanguinis expirauit pridie festi Sancti Michaelis, & in Ecclesiâ Demeniaci loci natalis ante maius altare sepultus hoc Epitaphio.

REVERENDISS. DOMINO PHILIBERTO Episcopo EDVENSI, ex antiquâ & nobili familiâ d'Vgny, Decanus Ecclesiæ Sancti Georgij Cabilonensis, qui eidem per triginta continuos annos à Consilijs fuit, Vicariam eius in Flauiniacensi, Vandoperensi, & S. Viuentij Monasterijs, ac demum in Ecclesiâ Eduensi gerens voto posuit. Obijt apud villam S. Dionysii Vallium 2. Calendas Octobris MDLVII non sine Cleri & populi planctu.

1557. At præcordia iacent in Ecclesiâ eiusdem villæ S. Dionysij diœcesis Cabilonensis, in dominio tamen Episcopi Eduensis: villa autem de Valcherijs est pars dominij parochiæ Demeniaci, diœcesis quoque Cabilonensis, vt etiam Courgengoux.

MARCILLY. D'or à trois fasces de sable.

79. PETRVS DE MARCILLY III. Abbas Mortuimaris in Normanniâ, frater Philiberti de Marcilly Domini de Cippiere, Equitis Torquati, Caroli IX. Regis educationi præpositi, quo in munere Regi & aulæ proceribus gratiosus meritò habebatur; eius patrocinio ex Canonico Eduensi, & Priore S. Symphoriani nominatur Episcopus ab Henrico 2. an. 1557. quâ dignitate functus circiter quindecim annis decessit Augustoduni 16. Augusti 1572. ætatis 46. humatur à latere magni altaris inter germanos suos Philibertum, & Philippum Decanum Eduensem.

1572.

AILLIBOVST. 80. CAROLVS D'AILLIBOVST Abbas Septemfontium huius diœcesis, Reclusi Ordinis Cisterciensis, & S. Mariæ Mortuimaris, Prior beatæ Mariæ Vallis, Decanus S. Georgij Cabilonensis, & Canonicus Augustodunensis, cuius Ecclesiæ nominatur Episcopus 1572. missus in possessionem 1574. 1574.
Ianuarij 24. superiori anno cœtui Cleri Parisiensi interfuerat, necnō Comitijs Cleri Blesensibus 1577. Cui Carolo dicauit Antiquitates Burgundiæ Petrus Saniulianus Cabilonensis Decanus.

SAVLNIER. D'azur à trois coquilles d'or.

81. PETRVS SAVLNIER IV. Carolensis, ex Monacho Cariloci diœcesis Matisconensis, possessionem adiit initio anni 1589. Patres Capucinos Augustodunum & Belnam induxit, Minimos Semurium & Aualonem, Patres Societatis Iesu & Capucinos Molinas. Obijt 24. Decembris 1616. sepultus ante maius altare suæ basilicæ: à cuius morte sedem vacantem plures annos rexit iure Regaliæ Dionysius Simon de Marquemont Archiepiscopus Lugdunensis, Vicario Generali constituto Nicolao Ianino Abbate Benigniano, Petri Præsidis fratre. Quo tempore vacationis Robertus Berthelotus Episcopus Damascenus & Propontifex Lugdunensis, Ordinis sui Carmelitani non postremum decus, dicauit Ecclesiam Minimorum Aualone Dominicâ v. Aprilis 1615. & anno sequenti 25. Iunij Congregatio Visitationis beatæ Mariæ instituta est Molinis, vti & in Eduâ Collegium Patrum Soc. Iesu, & Carmelinæ in vrbe Belnâ,

1589.

1615.

LA MAGDELAINE. Escartelé au 1. de la Magdelaine qui est d'hermines à la bande de 3. pieces de gueules, chargée d'onse coquilles d'or: Au 2. d'or à la croix ancrée de gueulle qui est de Damas: Au 3. d'argent à 3 lions de sinople membres & couronnes de mesme: Au 4. & dernier de Bourgongne l'ancien comme cy dessus.

82. CLAVDIVS DE LA MAGDELAINE Francisci Marchionis de Raguy Niuernensium Proregis Equitis Ordinis S. Spiritus, & Catharinæ de Marcilly filius, Petri de Marciliaco decessoris pronepos, Prior S. Symphoriani propè Augustodunum Ordinis Augustiniani, & Cariloci Ordinis B. Benedicti, diœcesis Matisconensis, Regi à sanctioribus Consilijs, consecratus fuit Matiscone die S. Mathæi Apostoli 21. Septembris 1621. à Cyro Tyardeo Cabilonensi Episcopo & Comite. Possessionem apprehendit 1622. mense Aprili, quo anno Capucini inducuntur Arnetum Ducis, & Borbonium Lancij 1632. Carthusiani 1623. Minimi 1624. eiusdem Ordinis Patres Belnam vocantur, & Vrsulanæ Arnetum Ducis 1627. Belnam, Solilucum, Aualonem, Minimi quoque Molinis stabiliuntur 1620. 1620.
& Patres Soc. Iesu docent Paredi 1631. denique Conuentus Visitationis & Dominicanarum Belnæ erigitur. Eo Pre-

sule sedente vir clariss. Petrus Ianinus Augustoduni Ednorum 1551. natus, primùm Senator, inde Præses supremæ Curiæ Diuionensis, ab arcanis Regis Consilijs, Henrico Magno carissimus, ab eo ab Batauiæ Ordines Legatus, vt erat rerum agendarum peritissimus, demum sub Ludouico Iusto integerrimus ærarij Præfectus obiit an 21. 1623. Martij, corpus Augustoduni relatum in templo D. Nazarij conditur. Claudius verò cùm interfuisset duobus Comitijs generalibus Cleri Gallicani anno 1628. Pictauij, & 1641. in oppido Meduntæ agri Vulcassini conuocatis, Lucenaij vitam cum morte commutauit 22. A-
1652. prilis an. 1552. sepulturæ traditus in Cathedrali.

DONI. Escartelé au 1. & 4. d'or & de sinople en fautoir au lion passant de [illegible] à l'autre [illegible] d'argent campassé de gueulle, chargé sur les pauls d'vn escusson d'argent à la croix de gueulle qui est Tornabons. Au 2. & 3. d'argent maçonné de sable remply de 6. merlettes de mesme à vn croissant de gueulle en cœur qui est Marillac. Sur le tout d'azur au lion d'or à la bande de gueule chargée de 3. croissans d'argent qui est DONY.

183. LVDOVICVS DONI D'ATTICHY II. Octauiani Attichij dynastæ, ex Valentiâ de Marillac filius, qui postquam Regiensem diœcesim per quatuor annos supra viginti sapienter fœliciterque rexit, multis atque præclaris in eâ relictis zeli, prudentiæ, ac pietatis suæ vestigijs, ad hanc sedem Æduensem à Rege vocatur apud S. Germanum in Layâ anno 1652. mense Maio, & post aliquot mensium lapsum, à summo Pontifice Innocentio X. confirmatus, sacramentum fidelitatis præstat Regi Ludouico XIV. Lutetiæ Parisiorum in Capellâ Borboniâ 4. die Decembris eiusdem anni. Mox ad diœcesim suam pergens, ciuitatem suam Æduensem, à quatuor primarijs diœcesis Baronibus, ad maiorem Basilicam primùm Sanctorum Nazarij & Celsi, deinde S. Lazari in Sede portatus, ingreditur solemniter more maiorum die
1653. 19. Ianuarij anni sequentis 1653. Tum breui duorum mensium interuallo ad comitia prouinciæ accedens, ijsdem præfuit, & in eorum aditu presente Duce Espernonio Burgundiæ Prorege, necnon eiusdem prouinciæ primoribus orauit. Inde Alfonso-Ludouico du Plessis de Richelieu Sanctæ Rom. Eccl. Cardinale, & Archiepiscopo Lugdunensi vitâ functo, idem Ludouicus pro iure suo Episcopis Æduensibus à priscis temporibus attributo, administrauit Archiepiscopatum Lugdunensem tam in spiritualibus, quàm temporalibus vacante Sede, ac Lugduni in ferijs Pentecostes, sacros generales ordines, in Ecclesiâ Cælestinorum ad flumen Ararim celebrauit, ædémq; Minimorum in colle Martyrum sitam titu pontificio conse-

erauit. Demum ad vrbem Molinensem, quæ Borboniæ prouinciæ caput est, suæque diœcesi subdita accedens, in eâ similiter vniuersa pontificialia obiuit munia mense Septembri, quemadmodum & Belnæ Octobri, vbique à Clero ac populo faustis acclamationibus exceptus. Porrò cùm lis mota esset occasione diplomatis Ludouici XIV. quo præficiebat œconomum regimini fructuum dicti Archiepiscopatus, in preiudicium iuris Episcopi Æduensis, Curia Parisiensis eiusmodi literas de partium, ipsiúsque Regis Cognitoris consensu rescidit, vetuitque ne quis in posterum illis vtatur, iudicibus verò ne illas recipiant, Senatusconsulto dato 17. Iulij 1654. quo facto Ludouicus no- 1654.
stet de Ecclesiâ suâ optimè meritu, omnem in perpetuum de re tantâ disceptandi pretextum semel abrogauit. Libet autem occasione solemnis ingressus huius Præsulis in ciuitatem suam, processum iuridicum de illo factum hic inserere, ex quo posteris constet de veteri ritu recipiendi eiusdem sedis Antistites, in hæc vsque tempora obseruato.

IN NOMINE Domini amen. Cunctis pateat & notum sit, quod anno eiusdem Domini MDCLIII. die verò XIX. mensis Ianuarij, circa horam de meridie tertiam, Reuerendissimus in Christo Pater ac Dominus Ludouicus Dony d'Attichy Episcopus Eduensis ad præfatam ciuitatem accessit, & eam ingressus est, ac ante portam claustri Eduensis quæ respicit illam de bannis, repagulis & longurijs obstructam, personaliter constitutus, rocheto, superpellicio, capsâ & mitrâ ornatus, pedum pontificium illi præferente dictæ Ecclesiæ ostiario, pluribus nobilibus & illustribus viris, præcipuè verò Claudio Damas Comite de Tianges Barone de Quincey, ac ordinariæ nobilium functionis Regio Cubiculario, Petro de Choiseul Barone de Vauthonot, & Soubsterrain, &c. Carolo d'Escrots eiusdem loci etiam Barone & domino de la Moliere, Boyuin, & Francisco d'Escrots pariter Barone d'Vschon & Nensuy le Barrois, quatuor etiam Barones Colchatum, Mothæ S. Ioannis, Luzeij, & Montis Petrosi, huic solemnitati obstrictos, & ad id vt præfatus Reuerendissimus Dominus dixit, & per acta publica fidem fecit, debitè citatos repræsentantibus, ac alijs suis

„ familiaribus stipatus, qui requisiuit sibi præfata repagula aperiri; ad quem recipiendum processionaliter accesserant venerabiles domini Cantor & Canonici dictæ Eccl. eorum domino Decano notoriè absente, cum dominis etiam Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ B. Virginis, Ecclesiarum parochialium eiusdem ciuitatis Rectoribus, ac Mendicantium Ordinibus, Cruce, Euangelijs & aquâ lustrali præcedentibus; cui idem dominus Cantor visis priùs in Capitulo Bullis, prouisionem dicti Episcopatus sibi à Sanctissimo domino nostro Innocentio Papâ x. factam continentibus, respondit: ipsum debere iuramentum consuetum Ecclesiæ sponsæ suæ antequam claustrum ingrederetur præstare, quod illi in Rituali seu Ceremoniali eiusdem Ecclesiæ exhibuit, quod præfatus Reuerendissimus dominus præstitit, ac altâ & intelligibili voce pronuntiauit in hunc modum. *Ego Ludouicus Dony d'Attichy Episcopus Eduensis iuro super hæc ista Dei Euangelia, & promitto inuiolabiliter obseruare, & custodire omnia priuilegia, libertates, franchisias, immunitates, statuta, exemptiones, iura, & consuetudines Ecclesiæ Eduensis sponsæ meæ, eiusque claustri & iurisdictionis Eduensis, nec quouismodo directè vel indirectè contra ipsa attentare vel venire, siue earum priuilegia, exemptiones, & iura, siue eidem Ecclesiæ per Romanos Pontif. Imperatores, Reges, Principes, vel Duces, siue per nostros prædecessores Episcopos Eduenses concessa & indulta, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia*, quæ osculatus est. Quo acto sublatis repagulis, claustrum præfatum est ingressus tum cathedræ impositus à quatuor Capellanis eiusdem Ecclesiæ ad hoc deputatis in humeros sublatus, processionaliter ad valuas basilicæ SS. Nazarij & Celsi, dominis Cantore & Præposito de Susseyo à dextris & sinistris retrò comitantibus, ac dominis Abbate S. Petri de Stratâ, & antiquiore Canonico in locum domini Abbatis S. Stephani absentis suffecto, gremium super eius genua tenentibus, ac quatuor dominis præfatis, dictos quatuor Barones Colcharum, Mothæ S. Ioannis, Luzeij, & Montispetrosi repræsentantibus, quatuor angulos paramenti eiusdem Cathedræ tenentibus delatus est: ad quas SS. Nazarij & Celsi valuas, idem Reuerendissimus dominus in manibus præfati domini Cantoris, insertum

A prius iuramentum eadem formâ repetiit & pronunciauit, tactis & osculatis vt prius Euangelijs: deinde præfatam basilicam ingressus vsque ad ipsius majus altare, super stromate babilonico ac pluuiali procubuit, ac pronus dum caneretur psalmus Benedictus dominus Deus in omni tempore, Deum deprecatus est. Deinde in Cathedra pontificali & lapideâ, sitâ retrò altare præfatum, aliud iuramentum altâ, & intelligibili voce præstitit vt sequitur. *Ego Ludouicus Dony d'Attichy Episcopus Eduensis, iuro & promitto Ecclesiæ Eduensi*

B *sponsæ meæ, ac Decano & Capitulo eiusdem Ecclesiæ Fratribus meis, quod ego seruabo iura, libertates, statuta, & exemptiones ipsius Ecclesiæ & suppositorum eius, omniaque donata & concessa eidem Ecclesiæ per prædecessores nostros Episcopos Eduenses rata habeo, ac per meum præsens iuramentum ratifico vniones Ecclesiarum parochialium & conuentualium dioecesis nostræ Eduensis per summos Pont. aut dictos prædecessores nostros eidem Ecclesiæ & corpori ipsius factas, confirmo & approbo pacem, concordiam, & vnionem inter supposita dictæ Ecclesiæ, nutriam, & posse tenus procurabo, ipsámque Ecclesiam, ipsius iu-*

C *ra & supposita contra omnes suos aduersarios & in eos malignantes tuebor, & totis viribus defendam, nihil faciam quod in damnum & detrimentum ipsius Ecclesiæ cedere possit in futurum, in iuribus ipsius Ecclesiæ tuendis & conseruandis, aut recuperandis auxilium, iuuamen & consilium præbebo, iura, possessiones & dominia mei Episcopatus & Ecclesiæ Eduensis non alienabo, infeudabo, aut permutabo, sed alienata aut deperdita posse tenus recuperabo, manus violentas in personas Canonicorum, & suppositorum eiusdem Ecclesiæ non inyciam, aut quod inyciantur permittam, consentiam vel procurabo, imò ipsos Cano-*

D *nicos & supposita ab iniurys, molestiys, & oppressionibus pro viribus meis deffensabo, ysque illatas iniurias, viâ & auctoritate iuris contra maledictos, vel malefactores vendicabo, ac ipsam Ecclesiam eiúsque singula supposita sicut sponsus, sponsam piè, dulciter, & humaniter tractabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.* Tactis etiam & osculatis vt priùs Euangelijs. Deinde consuetum in choro stallum conscendit, ac Clero & populo copiosè inibi congregato & adstanti benedixit, inde sumptis Sanctorum Reliquijs, ad Ecclesiam S Lazarj etiam processionaliter perductus, & illis

illis ſuper maius altare depoſitis in ſta- A lo conſueto collocatis, iterum Clero & populo benedictionem eſt imperti- tus, interim dum hæc agebantur hymni, cantici & pſalmi tam ſymphoniacè quàm planâ voce ſunt decantati, & prolatæ orationes ſolitæ & conſuetæ, vniuerſis & ſingulis dictę Eccleſiæ timpanis ſine intermiſſione pulſatis, ac continuò veſpertinæ horæ ab eodem Reuerendiſſimo Domino pontificaliter inceptæ & terminatæ ſunt, &c. De Ludouico vide Regienſes Epiſcopos.

ÆDVENSES ALIQVOT DECANI.

1032. *Vido* Decanus Æduenſis nominatur in cartâ Enzelini Pariſienſis Epiſcopi 1032.

1078. *Valtherus*, teſtis in diplomate Hagaonis Epiſcopi 13. Cal. Octobris 1078.

Norgaudus ex Decano Epiſcopus.

1149. *V.* ſub literâ initiali memoratur in epiſtolâ Sugerij Abbatis pro electione C Henrici de Burgundiâ Epiſcopi 1149.

Anſellus de Pomarc ex Decano Antiſtes 1250.

1315. *Theobaldus de Semur* Burgundiæ Cancellarius, ac Decanus Pontificante Eliâ 1315.

Ioannes de Bourbon poſteà Virdunenſis Preſul, præfuit Decanatui Reginaldo ſedente 1359.

1394. *Milo de Grancey* 1394. Epiſcopus item Æduenſis.

1401. *Gofridus de Tuſſiaco* Ducis Conſilia- D rius, vixit ſub Milone de Granceyo 1401.

Bartholomeus de Fraxino, fuit & Vicarius generalis Epiſcopatus ſub Cardinali Rolino.

Ioannes de Vienne, Ioannis domini de Liſtenois Mareſcalli Burgundiæ, & Annæ de Vienne filius.

1484. *Antonius de Chalon* Decanus, inde Antiſtes huius Eccleſiæ 1484.

Ionnes Rolin 2. ex Decano Epiſcopus 1501.

Philippus de Marcilly, Abbas Cheriaci, frater Petri Epiſcopi.

Nicolaus Ieanin Abbas Buxeriæ.

Nicolaus de Vauſſin Decanus Æduenſis, Prior de Froloix 1645. in Comitijs 1645. Cleri Gallicani Pariſijs.

AGATHENSES EPISCOPI ET COMITES.

B AGATHA in Volcis Arecomicis, antiqua ciuitas ſub Archiepiſcopatu Narbonenſi, & Parlamento Toloſano, Araurari fluuio alluitur, Maſſilienſium olim colonia, nunc Galliæ Narbonenſis vrbs eſt, & inſula, vt placet Straboni l. 4. Plinius l. 3. c. 4. Mela l. 2. c. 5. Ptolemeus lib. 2. c. 10. mentionem de eâ faciunt. Gregorius verò Turon. lib. 16. Hiſtoriæ c. 1. portum ad Mediterraneum mare habuiſſe teſtatur; cum autem facilis acceſſus ad eam pateat, regnante Ludouico XIII. reſtitutus eſt, & ita quidem C vt plures naues excipere valeret. Epiſcopus Comitatus titulo decoratur; qui vt refert Ioannes Bodinus lib. 1. Reipublicæ cap. vltimo, iure cudendæ monetæ, & duobus Canonicatibus aliàs fruebatur, quorum tamen vnus menſæ capitulari vnitur, alter ſpectat ad Epiſcopum. Primarium templum S. Stephano ſacrum eſt, Dignitates habet Archidiaconum, Sacriſtam, Precentorem, & Camerarium cum octo Canonicis, qui memorantur cap. 18. de Accuſation. Diœceſis quidem anguſtis clauditur terminis, tamen feraciſſima tellus Occitaniæ, vicinas habet D diœceſes Monſpelienſem, Lodouenſem, & Biterrenſem; in eâ porrò ſequentes Abbatiæ reperiuntur.

Agde en Languedoc ſur l'Ayraut.

S. TIBERII *Saint Tibery* O B.

VALLISMAGNAE O C. *Noſtre Dame de Vallemagne.*

Guilelmus Catellus in Commentarijs Septimaniæ ſatis diligenter Epiſcoporum Agathenſium ſeriem conquiſiuit, ex quo & alijs eiuſdem Eccleſiæ monumentis ſequentem Catalogum confecimus.

I. BETICVS floruit in Agathenſi

453. Pontificatu an. 453. vti affirmat vetus legenda vitæ S. Seueri Abbatis & Confessoris, cuius fragmentũ inseritur Breuiario Ecclesiæ Agathensis, & in Catalogo Sanctorum Petri Veneti Episc. Equilini.

2. SOPHRONIVS chirographum apposuit celebri Concilio in ciuitate Agathensi permissu Alarici Regis & authoritate Cæsarij Arelatensis habito 3.
506. Idus Septemb. an. 506. cui interfuêre Episcopi triginta quinque.

3. FRONIMIVS ex Episcopo Venciensi ad hanc sedem prouectus est, teste Gregorio Turon. Hist. lib. 9. cap. 24. vbi de eius vitâ hæc affert: Obijt Deotherius Vinciensis Episcopus, in cuius locum FRONIMIVS subrogatus est. Hic autem Fronimius Bituricæ vrbis incola fuit. Sed causâ nescio quâ in Septimaniam abijt: ac post mortem Athanaeldi Regis à Leuuane successore eius magnificè receptus, atque in vrbe Agathensi Episcopus ordinatus est. Sed post mortem Leuuanis, cùm Leuuieldus in illâ hæreticæ prauitatis perfidiâ grassaretur, & Ingundis filia Sigeberti Regis, in Hispaniam ad matrimonium duceretur, audiuit Leuuieldus quasi hic Episcopus ei consilium dedisset, vt nunquam se veneno hæreticæ credulitatis deberet admiscere: & ob hoc semper ei molestus iniuriarum laqueos intendebat, quousque eum ab Episcopatu deijceret. Cúmque non inueniret quibus eum muscipulis posset innectere, ad extremum emisit qui eum gladio deberet adpetere, quod ille per internuncios cognoscens, relictâ vrbe Agathensi in Gallias aduenit, ibique à multis Episcopis receptus ac muneratus, ad Childebertum Regem pertransijt, sicque patefacto locô, apud supradictam vrbem potestatem Pontificalem nono deiectionis suæ anno Rege largiente suscepit. Hactenus Gregorius de Fronimio.

4. LEO Ecclesiam hanc rexit anno
540. 540. de quo memorabile est, quid suo tempore acciderit cum ipso & Gomachario Comite prouinciæ præfecto, Leuuigildo Rege Arriano, Agathâ tunc sub ditione Gothorum, narrationis tenorem ex lib. 1. de Gloriâ Martyrum cap. 79. ipsismet verbis Gregorij exscripsit Baronius tomo 7. Annalium, sub an. Christi 583. Ecclesia Agathensis vrbis quæ S. Andreæ reliquiis plaudit, plerúmque gloriosis illustratur miraculis: peruasores rerum suarum sæpius arguit. Denique Gomacharius Comes agrum Ecclesiæ ipsius peruadit. Tunc Leo Episcopus huius Ecclesiæ valde moestus concurrit ad eum, dicens: relinque ô fili res pauperum, quas ordinationi nostræ Dominus commendauit: ne sit tibi noxium, & à lacrymis egenorum, qui de fructibus eius ali consueuerant, enecteris. Ille verò quia hæreticus erat, paruipendens de his quæ ab Episcopo dicebantur, rem in suâ dominatione retinuit. Interim procedente die arripitur à febre, cúmque non modo ardore corporeo, verùm etiam animæ vexaretur incommodo, misit ad Episcopum nuncios, dicens: dignetur pro me sacerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valetudine quâ grauabatur conualuit, factúsque sanus ait suis: quid putatis quid isti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuisse febre grauatum, quia tulerim agrum eorum: quod mihi iuxta consuetudinem humani corporis accidit, verumtamen non habebunt eum, me viuente. Quòd cum Episcopus comperisset, venit ad eum dicens: num pœnitet te fecisse benè quod hoc iterum conaris euertere: ne facias, quæso, ne vltioni diuinæ subiaceas, qui ait ad Episcopum: Sile, sile decrepite, iam infrenatum te loris circuire vrbem super asinum faciam, vt sis in ridiculo omnibus qui te aspexerint. At ille silens, ad nota recurrit præsidia, prosternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lacrymis & psallentio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos qui de camerâ Ecclesiæ dependebant, extendénsque virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: non hîc accendetur lumen, donec vlciscatur Deus de inimicis, & restituat res domus suæ. Hæc eo dicente protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cúmque in extremis ageret, misit ad Episcopum dicens: Oret pro me Sacerdos ad Dominum, vt viuam: & restituam agrum, ac similem eius conferam dominationi. Quibus Pontifex respondit: Iam oraui ad Dominum, & exaudiuit me. Misit & alios ac tertios ad eum nuncios: sed Sacerdos in vno responso persistens non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens,

» iussit se in plaustro componi, atque ad
» eumdem euehi, ac per se deprecari E-
» piscopum dicens : Quia duplâ satisfa-
» ctione restituo agrum queminiquè per-
» uasi, tantum vt orer pro me sanctitas
» tua : illo quoque recusante, compulit
» eum vi, vt abiret ad Ecclesiam. Quo
» discedente, vt Ecclesiam est ingressus,
» & hic spiritum exhalauit, recepitque
» confestim Ecclesia rem suam. Hùc vs-
» que Gregorius.

5. TIGRIDIVS Concilio Narbo-
589. nensi anno 589, & circa idem tempus
Toletano 3. subscripsit : quem etiam
peruenisse ad an. 590. legitur in veteri
catalogo Agathensis cartophilacij.

6. GEORGIVS, conuenit ad Sy-
nodum Toletanam 8. an. 653.

7. VVILLESINDVS comes expe-
667. ditionis Regis Vuambæ an. 667. post
eum quorumdam Episcoporum nomi-
na exciderunt.

8. DAGOBERTVS anno Christi
777. 777. Ecclesiam Agathensem rexit an.
VII. Caroli Magni, 3. Idus Aug. qui
ei Presuli certa bona dedit, vt refertur
in cartulario Agathensi.

9. IVSTVS Concilio Narbonensi
adfuit cum alijs multis Episcopis ad-
uersus Felicem Vigelitanum Episco-
pum 788.

804. 10. STEPHANVS I. claruit an. 804.

11. DAGBERTVS synodo Tusia-
censi subscripsit, an. 860.

12. RICHARDVS, coronationi
879. Bosonis Regis Mantalæ 879. Idibus
Octobris interfuisse narratur tomo 3.
Concil. Gall.

13. BOSO an. 884. Concilio Ne-
mausensi in villâ Portus signum appo-
suit 15. Cal. Decemb. 886. vt habent
monumenta Ecclesiæ Narbonensis : vi-
890. uebat adhuc 890.

14. GERARDVS Sedem tenuit an.
894. quo subscripsit Nonis Maij synodo
Magalonensi ad Iuniarias celebratæ ex
antiquis schedis; memoratur & Ioanne
X. Papâ sedente, alibi regnante Carolo,
post obitum Odonis, in quodam mo-
numento archiuij Agathensis Ecclesiæ
899. recensetur pro feodo de Vian 899.

15. STEPHANVS II. successit Ge-
raldo, cuius habetur mentio in actis
donationis feodi Ecclesiæ S. Saturnini
de Medeillano : eius nomen pariter
903. legitur in tabulis annorum 903. & 920

16. SALOMON anno 974. ex veteri
documento Agathensi obsignato 18.
regni Lotharij Regis.

17. ARMANDVS eamdem Ecclesiam
administrauit regnante Lothario 985. 985.

18. STEPHANVS III. anno 1033 &
1035. ex originali Sancti Stephani de
Tolosâ.

19. GVNTHERVS interfuit Con- 1056.
cilio Tolosano an. 1056.

20. BERENGARIVS I. à Gregorio
VII. Papâ excommunicatur, quia Nar-
bonensi Archiepiscopo anathemate
percusso communicabat, & vice Epis-
copali pro illo fungebatur teste Baro-
nio ad an. 1076. Nominatur item in
quodam conuentu Episcoporum Septi-
maniæ anno 1080.

21. BERNARDVS DE BEZIERS BEZIERS.
I. cognomento Deodatus, Bernardi
Vicecomitis filius, vt liquet ex titulo
rabularij Agathensis, quo Bernardus
Comes fratri cognomini tutamen pol-
licetur an. 1106 Hic Præsul Episcopa- 1122.
tui beneficus, anno 1122. 12. Sept. lar-
gitus est medietatem S. Martini de
Corbian, insuper basilicas S. Crucis de
Mulsan, & B. Mariæ de Prexian, qui-
bus & alijs dotationibus pijs plurimùm
auxit redditus Ecclesiæ.

22. ADELBERTVS post Bernar- 1124.
dum assumptus est 1124. cuius mentio
habetur in actu Bernardi Archiepiscopi
Narbonensis 5. Cal. Martij 1125. quo
largitur Archiepiscopus Ecclesiæ S. Iu-
sti prepositruram, eo prorsus modo,
quo Matfredus Biterrensis Presul eâ
potitus fuerat.

23. RAIMVNDVS DE MONROND MONTROND.
I. ex Canonico Nemausensi, Agathen-
sem Cathedram assequutus iam ab an. 1150.
1130. ex archiuis Ecclesiæ, quem con-
stat sedisse adhuc 1133. & 1134. promo-
tus inde ad Arelatensem Metropolim
sub an. 1142. vti narrat Petrus Vene-
rabilis lib. 5 Epist. 4. agens de causâ
monasterij S. Baudilij cum Episcopo
Viuariensi monacho Cluniacensi. De
eo vide Arelatenses Archiepiscopos.

24. ERMINGAVDVS 1142. admi- 1142.
nistrabat Episcopatum adhuc 1149.
Canonicis suis Abbatiam D. Andreæ
dono dedit, cum omni iure decessorum
Presulum Bernardi videlicet & Rai-
mundi, eidem cœnobio attributo.

25. PONTIVS frater Berengarij
Abbatis S. Seueri, & Ermingaudi ex
sorore nepos, eiusdem Sedis erat An- 1150.
tistes 1150.

26. ADEMARVS 1155. Abbas &
S. Seueri, post Berengarium Agathen-
sis Ecclesiæ census locupletauit annuâ

fundatione missarum, quâ Canonicorum Sancti Stephani mensam ampliauit, erogatâ tertiâ portione prouentuum quos possidebat apud Corbianum & Pomatrols, sicuti memorant tabularia Cathedralis.

27. GVILLELMVS I. successit
1170. Ademaro 1170. reduxit Canonicos ad numerum duodecim, & vnicuique attribuit domum ex mensâ Episcopali. Eodem anno à Rege Ludouico 7. iuniore confirmationem accepit priuilegiorum Caroli Magni, in quo diplomate Ludouicus Guillelmo & Ecclesiæ Agathensi in honore Stephani Protomartyris constructæ cessit tertiam partem vrbis, burgum cum amplissimâ immunitate, item Abbatiam S. Seueri, castrum de Marseillan, aliáq; nonnulla priuilegia, prolixiùs enumerata in au-
1173. tographo Parisijs dato 1173. hic Episcopus vel sequens Petrus interfuit an. 1176. Concilio Albiensi, de quo Monachus Valliscernaij in Hist. Albigensi.

28. PETRVS I. suffectus Guillelmo circiter an. 1180. primus Episcoporum Vicecomes Agathensis extitit dono Bernardi-Artonis Vicecomitis, filij Bernardi Vicecomitis Nemausensis, qui factus Canonicus Sancti Stephani, ibi reliquum vitæ exegit, & totum Comitatum seu Vicecomitatum Agathensem cum omnibus bonis Ecclesiæ impertitur, diploma è cartophilaceio Agathensi hisce verbis concipitur.

IN NOMINE Domini amen, anno
1187. *Incarnationis eiusdem* MCLXXXVII. *Philippo regnante Rege, mense Iunio, ego Bernardus Ato Vicecomes Agathensis, filius Guillelmæ Vicecomitissæ, pro redemptione animæ meæ & parentum meorum dono me ipsum pro Canonico, Domino Deo, & Ecclesiæ B. Stephani sedis Agathensis, & tibi* PETRO, *eiusdem sedis Episcopo, & successoribus tuis canonicè institutis, cum omnibus quæ habeo in toto Episcopatu Agathensi, scilicet Agathensem ciuitatem cum omnibus pertinentijs suis, & omnia quæ in toto Episcopatu Agathensi ego, vel pater visi sumus habere, & tenere, scilicet castellaniam, munitiones, vsatica, pascua, terras cultas, & incultas, nemora, aquas, & aquarum decursus, & omnes etiam dominationes totius Vicecomitatus: & hoc totum sicut iam dictum est, ego Bernardus Ato iamdictus promitto me obseruaturum, & me nunquam venturum contra, sic super sancta quatuor Dei Euangelia corporaliter tacta iuro. Hoc totum factum fuit in Ecclesia B. Mariæ de Gradu, ante altare, in præsentia Petri Ramundi Sacristæ, Bernardi de Muroneteri, Raimundi Alqueryj, Guillelmi de Lutaua, Simonis Mermiano, Arnaldi Magistri, & Iacobi publici Tabellionis qui hoc scripsit.* Idem Petrus, à Raimundo Comite Tolosano, mense Iulio de Comitatu investitus est, eo pacto, vt fidem hominij iurarent Episcopi, quos suam in tutelam Comes admittebat, idque ratum habuit Gregorius IX. Papa, bullâ Perusij datâ 3. Pontificatus, die 3. Februarij. Anno autem 1187. 17. Iulij donationem suam 1187.
Bernardus iterum confirmauit, quæ ciuitatem Agathensem cum pertinentijs, castra de Marcillan, Lupian, & alia territoria complectebatur, vt fusiùs narratur in quodam exemplari archiuij Agathensis.

29. RAIMVNDVS II. Cancellarius Raimundi Comitis Tolosani, Petro subrogatur: is an. 1192. donauit Canonicis decimas quas acquisierat apud S. Ioannem de Florensac, de Bessan, de Castelnau, & de Rouignac. Testamenti codicillos conscripsit mense Nouembri 1213. quibus Capitulo largitur 1213.
territorium circa Arauratim, pro sustentatione Hebdomadarij: legat quoque basilicæ Stephaniensi bibliothecam, & Abbatiæ Vallismagnæ Psalterium à se in honorem Virginis elucubratum.

30. TEDISIVS Agathensis Episcopus eligitur 1213. hoc eodem anno basilicam suam sub tutelâ sedis Apostolicæ suscipit, eiúsque donationes confirmari curauit bullâ Apostolicâ Honorij 3. datâ Romæ apud S. Petrum 7. Decembris 1216. Erat eum Præsulibus
Occitaniæ quando dimicatum est in celeberrimâ pugnâ de Mureto, vti habet 1216.
Petrus monachus Valliscernaij, quem expeditioni Albigensium interfuisse pariter tradit Auctor cui titulus, præclara Francorum Facinora. Extat autem in archiuis Agathensibus concordia Amalrici Ducis Narbonæ, Comitis Tolosæ, cum Tedisio, quâ recognoscit tenere in feudum ab Episcopo plurima castra, authenticum exemplar in codice Agathensi asseruatur, & nunc primùm in lucem eruimus his verbis.

IN NOMINE *domini nostri Iesu Christi, Anno Incarnationis* MCCXIII. *3. Nonas Septemb. manifestum sit omnibus præsentem paginam inspecturis, quòd pro bono pacis & quietis inter nobilem virum domi-*

num Amalricum Ducem Narbonensem, Comitem Tolosanum, Biterrij, & Carcassonæ Vicecomitem, & dominum Montisfortis pro se & hæredibus suis, siue successoribus, & venerabilem Patrem T. Episcopum Agathensem pro se ac successoribus suis, talis compositio & concordia interuenit, videlicet quod ipse Comes castra de Florenciaco, & de Pomayrol cum suis pertinentijs omnibus, & iuribus, quæ castra sunt vltra flumen Epauri, in Vicecomitatu Agathensi, & medietatem castri de Anicio, ratione Archid. Agathensis, & castra de Beciano, & de Torelà cum omnibus pertinentijs suis, & iuribus quæ sunt citra Eranum in Vicecomitatu Biterrensi recepit, & tenet in feudum ab Episcopo & Ecclesiâ Agathensi, & pro isto feudo tenetur Episcopo iurare fidelitatem, homagium facere, & iurare, & deffendere ipsum, & Ecclesiam Agat. & omnia iura & bona quæ habent. Idem Episcopus in diœcesi Agathensi bonâ fide, & contra omnem hominem excepto dom. Rege Franciæ in mutatione eiusdem Episcopi Agat. tenetur dictum feudum cognoscere, & facere homagium, & iuramentum fidelitatis præstare, & dare vnum annulum aureum ad valorem vnius marcæ argenti pro recognitione feudi memorati, & tunc Episcopus tenetur ipsum & suos de eodem feudo inuestire, & ad præsens inuestitit. Item Episcopus recipit & tenet ab eodem Comite, quod idem Comes habet, vel habere debet in ciuitate Agathensi, & eiusdem territorio, ratione Comitatus & Vicecomitatus Agathensis vel quocunque alio modo, & quidquid habet vel habere debet in castris de Marcelliano, de Luprano, de Mesuâ, de S. Pincio, de Castrenouo, de Almis, in terram de Bosigis, & eorum terminis, seu territorijs, & quidquid habet, vel habere debet in insulâ de Secâ, & generaliter quidquid habet, vel habere debet per se, vel per alium, vel alius nomine emet in feudalibus suis personis siue rebus. siue in actionibus, siue etiam in iurisdictione, in terrâ, in mari, in stagno, in portu, in flumine, in vsaticis, in leudis, iudicijs, vel quocunque alio modo, & loco, in toto Episcopatu Agathensi exceptis iam dictis duobus castris de Florenciaco, & de Pomerolijs, quæ ipse Comes, vt superius dictum dictum est, ab ipso Episcopo recepit, & nominatim recepit dictus Episcopus in feudum à Comite quidquid habet vltra dominia de Andusiâ in Episcopatu iam dicto, & pro isto feudo tenetur idem Episcopus, & successores eius dicto Comiti, & hæredibus eius iuramentum fidelitatis præstare, & consilium vbicunque præsens

A fuerit & requisitus, & auxilium in bonâ fide in toto Episcopatu Agathensi & Biterrensi, contra omnem hominem volentem in ius suum venire, excepto domino Papâ & Rege Francorum, & in recognitionem totius feudi antedicti, ipse Episcopus debet annuatim Comiti & hæredibus suis vnum saurum, austurum, vel vnam marcam si fuerit requisitus. Si verò non fuerit requisitus, & non præstiterit austurum, vel vnam marcam, non poterit propter hoc vel Episcopo, vel Ecclesiæ Agathensi præiudicium aliquod generari. Item de Castro Montiniaci tali- B ter conuenerunt, quòd si quando ad manus dicti Comitis, vel hæredum suorum, quocunque modo, seu casu redierit, ipse Comes & sui hæredes tenentur Castrum ipsum reddere ipsi Episcopo bonâ fide, omni occasione & exceptione remotis. Ita videlicet quòd Episcopus teneat illud Castrum à Comite, & hæredibus suis in feudum, sicut Castra iamdicta. Si verò idem Episcopus voluerit interim contra detentorem, seu detentores Castri Montiniaci experiri de iure liceat ei, & si obtinuerit in feudum, teneat Castrum ipsum sicut superiùs est expressum. Ad hæc Albergas quas dictus Comes ratione Vicecomitatus Biterrensis vel alio modo exigebat, C in Castro de Nasignano, & in furcis de Proquis, eidem Episcopo & successoribus suis in perpetuum & ex toto promittit, dictus verò Episcopus per se & successores suos Cancellarium Comitis Tolosani, & totum ius quod habebat ex ipsâ, dicto Comiti, & hæredibus suis soluit omnino & in perpetuo derelinquit. Item instrumentum, siue instrumenta quæ dictus Episcopus habebat, in quo, vel quibus continebatur quod Vicecomes Biterrensis eidem præstabat fidelitatem & homagium pro honorabili feudo, nec tamen exprimebatur, euacuat, irritat & cassat. Sciendum præterea quòd Comes homagium fecit dicto Episcopo, & fidelitatis. præstitit iuramentum, & supradicta om- D nia quæ ad ipsum, & iura pertinere noscuntur, iurauit tactis sacro sanctis Euangelijs in perpetuum firmiter seruaturum, & Episcopus similiter ipsi Comiti Euangelijs coram positis fidelitatis præstitit iuramentum, & omnia supradicta quæ ad ipsum, & suos pertinere noscuntur eodem iuramento bonâ fide se perpetuo firmiter seruaturum promisit. Insuper nobilis A. mulier Comitissa mater sæpedicti Comitis, omnia & singula quæ superiùs exprimuntur voluit spontaneâ voluntate, laudauit & confirmauit. Et vt hæc omnia robur obtineant perpetuæ firmitatis, memorati dominus Comes, Comitissa, Episcopus & Agathense Capitulum præsentem paginam

sigillis proprijs munierunt. Acta sunt hæc anno & die quo supra apud Castrum nouum de Lauraco in præsentia & testimonio venerabilis Patris B. Dei gratia sanctorum Ioannis & Pauli presbyteri Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati, & G. Episcopi Carcassonæ, Mag. Hugonis de Miramari Canonici Arelatensis Clerici dicti Card. P. Abbatis Sancti Affrodisij Biterrens. Bernardi Caprasij Can. Agatensis, Mag. Deodati Canon. Rutenensis, & Comitis Guidonis de Monteforti, Geraldi P. Diaconi & Lamberti de Turcyo dom. de Lomberâ, Clarini Cancellarij dicti dom. Comitis & Renaldi de Passi. Inter Episcopos Agathenses optimi, sanctique Pastoris nomen prōmeruit, vt vel ex hac erga pauperes beneficentiæ notâ palam est, quâ fundationem annuam ordinauit pro refectione duodecim pauperum, cuius ordinationis tria exemplaria ad rei memoriam confecit, quæ in archiuio Agathensi etiamnum asseruantur; tenorem lectori non iniucundum fore putauimus in hæc verba. T. diuinâ permissione AGATHENSIS Episcopus, vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino Iesu Christo. Cùm eleemosyna hominem à peccato liberet pariter & à morte, vitam æternam ipsum faciens inuenire. Nobis & alijs Prelatis qui plus cæteris in hoc mundo aliquid accepisse videmur, conuenit, dum in stadio currere possumus, & mereri, pauperum necessitatibus diligenter intendere: secundùm verbum Domini faciendo de mammonâ iniquitatis nobis amicos, vt cùm defecerimus, in æterna tabernacula, recipiamur ab eis. Sanè cum in maiestate suâ venerit filius hominis ad retributionem iustorum, super caput Ephraim minoris dexteram, & super caput Manasse maioris in modum crucis positurus sinistram, magna fiducia erit facientibus eam eleemosynam coram ipso. Dicturus est enim tam electis quàm reprobis in iudicio: quod in pauperibus sibi specialiter ministratur; Hinc est quòd nos attendentes solam misericordiam esse comitem defunctorum, & per eleemosynam cum caritate peccata omnia expiari, de consilio fratrum nostrorum pro animæ nostræ, ac successorum & prædecessorum nostrorum, & tam Canonicorum, quàm Clericorum omnium Agathensium remedio & salute, statuimus & ordinamus perpetuo futuris temporibus obseruandum, vt scilicet duodecim pauperes semel reficiantur diebus singulis in domo Episcopi Agathensis, vel etiam extra, si fortè infirmi, vel tales fuerint, qui commodè accedere ad domum Episcopalem non possint. Totidem prætereà competentibus vestibus similiter in anno semel, maximè in principio hiemis vestiantur ab ipso. Hanc autem modicam eleemosynam cum eâ hilaritate successores nostri fieri faciant, & visceribus caritatis, quòd cum apparuerit, vt diximus, bonorum omnium retributor, tam pro erogatis, quàm pro supererogatis omnibus suis mercedem plenariam redditurus, mereantur audire: esuriui, & dedistis mihi manducare, nudus fui, hospes, infirmus, in carcere positus, & semper hilariter mihi, & deuotissimè ministrastis, propter quod & vos pariter in regno patris mei super mensam meam edetis de cætero & bibetis. Et vt hæc nostra pia ordinatio amodo in dubium reuocari non possit, & maiorem habeat roboris firmitatem, hanc cartam sigillo nostro, & sigillo communiæ fecimus roborari. Actum apud Agathen in Capitulo, anno Dominicæ Incarnationis MCCXXVI. 14. Calend. 1226.
Maij Sancti Episcopi cuius fama in benedictione est, obitus contigit 30. Maij 1236. in choro Cathedralis tumulo marmoreo quatuor columnis erecto ad latus sinistrum sepultus, summâ veneratione & concursu plebis colitur.

31. BERTRANDVS I. Pontificatum
iniit 1236. cum Capitulo pro iurisdi- 1236.
ctione oppidi Agathensis disceptauit, controuersia autem pacificatur arbitrio Bernardi Episcopi Biterrensis. Papa Innocentius 4. 20. Ianuarij 1246. bullam ei impertitur ob constantem, ait, fidei puritatem, quam inter deuotos Romanæ Ecclesiæ filios habebat, quâ ipsi & Episcopis priuilegium dedit ab omni anathemate, vel suspensione, præter quàm quòd à Sede Apostolicâ.

32. GVIDO I. erat Episcopus 1252.

33. PETRVS BERNARD II. 1253. ex tabulis Regij cartophilacij. qui primus Episcoporum statuta Ecclesiastica ordinauit anno 1277.

34. RAIMVNDVS III. Petro fatis
functo subrogatur, præfuitque ad an. 1290. 1290.
1290.

35. BERENGARIVS II. ad Epis-
copatum promotus 1302 quo eodem 1302.
anno pro diuini officij celebratione in basilicâ duos Presbyteros instituit.

DV PVY. 36. RAIMVNDVS DV PVY IV. A succeſſit anno 1310. cultui Deiparæ Virginis ſummoperè addictus, vt conſtat ex actis fundationis in Conuentu generali Canonicorum obſignatæ 11. Octobris 1325. quâ iſte ordinauit in perpetuum templo B. Virginis in vrbe iuxta Capellam Epiſcopalem, duos presbyteros, aſſignatâ prouentuum portione Capitulo ad eorum ſuſtentationem. Tradunt humatum fuiſſe ſub marmoreo illo cœnotaphio, quod proſtat ad latus dextrum altaris in pariete Eccleſiæ B. Mariæ. Capitulum Agathenſe dignitate Prepoſiti auxit, quâ prouiſus eſt ab ipſo Petrus Raimundus Ca-
1325. nonicus 1325. collatione beneficij ſibi & ſucceſſoribus Preſulibus reſeruatâ.

GIRARD. 37. BERNARDVS DE GIRARD II. electus 1332. 7. Iunij ex libro prouiſionum Prelatorum Vaticani, feſtum tralationis corporis S. Stephani inſti-
1337. tuit 1337. inſtitutâ Canonicis certâ redituum diſtributione, vti & pro duobus obituarijs, quæ pro ſalute animæ celebranda decreuit.

HVNAVD. 38. GVILLELMVS HVNAVD II. de Lantario, Abbas Leſatenſis, aſſumptus ad Tarbienſem, inde ad Agathenſem Cathedram anno 1337. 4. C Decemb. ex iiſdem regiſtris Vatica-
1340. ni. Anno 1340. 25. Aprilis octo puerulos ſymphoniacos delegit ad vſus Canonicorum, cæterarúmve functionum in Cathedrali deputatos.

BERALDI. 39. PETRVS BERALDI II. ex domo de Ceſſac in Cadurcis, Epiſcopus 1342. vt notat liber Obligationum,
1349. Prunus ſacramentum fidelitatis Regi Philippo 6. Valeſio præſtitit 1349. in aula Epiſcopali pro Comitatu Agathenſi, qui à Coronâ Francicâ in feudum dependet, quemadmodum in ſcrinijs Epiſcopatus continetur. Deceſſit in ca- D
1353. ſtro de Naſinhano 1353. 22. Februarij & ſepultus fuit 18. Martij 1354. in capellâ noſtræ dominæ de Confort in clauſtro Dominicanorum Cadurcenſium, cui Conuentui legauit 60. lib. Turon. annuales ex veteri calendario, ſeu libro obituariorum.

40. SICARDVS ſufficitur Petro 1354. 16. Augusti, ex memorato Obli-
1363. gationum codice, hominium clientelæ item pro Comitatu Agathenſi profeſſus eſt Ioanni Regi Francorum 1363.

41. RAIMVNDVS V. renunciatur Epiſcopus an. 1370. 1370.

42. HVGO 1371. 24. Iulij in eodem libro Obligationum dicitur Epiſcopatum adeptus, qui cum Canonicis ſolemni pactione tranſegit 1384. auctori- 1384.
tate Guillelmi Cardinalis tituli S. Angeli, quâ in perpetuum ſpopondit pro ſe & ſucceſſoribus, octo puerulis chori vitæ ſubſidia miniſtraturum, loco fundationis à Tediſio factæ; item certos penſionis prouentus Canonicis duodecim aſſignauit, & in compenſationem toparchia Agathenſis, prius Epiſcopo & Capitulo communis, in B Epiſcopi dominium ceſſit, qui conſtitutus eſt ſolus Agathenſis Dominus: porrò huiuſce exemplaris documentum extat in archiuis Capitularibus. Hic ſecundus fundator Gymnaſij ſcholaſticorum ſanctæ Catharinæ Toloſæ, in diſtrictu Deaurataæ 1382. 4. Februarij, huius ſtatuta edidit anno 1402. in quo- 1402.
rum initio ſic loquitur. *Hugo miſeratione diuinâ Epiſcopus Agathenſis, prouiſor ac patronus domus & Collegij S. Catharinæ Toloſæ, per bonæ memoriæ dominum Petrum Sanctæ Anaſtaſiæ Presbyterum Cardinalem, Pampilonæ vulgariter nuncupatum, patruum noſtrum fundati, venerabilibus viris Priori, ſacerdotibus, & ſcholaribus eiuſdem domus, & Collegij prædictorum, ſalutem in Domino ſempiternam, &c. Datum in caſtro noſtro de Naſingnano die quintâ menſis Aprilis, anno Domini* MCCCCII. Cuius Collegij non meminit Guillelmus Catellus in Commentarijs Occitaniæ. Sepultus eſt Hugo apud Victorinos Pariſienſes.

43. GVIDO DE MALLESEC II. MALLESEC. Epiſcopus Cardinalis Preneſtinus, adminiſtrator Eccleſiæ Agathenſis 1409. Lodouenſis item ac Pictauenſis Epiſcopus vt infra dicemus.

44. PHILIPPVS DE LEVIS LEVIS. Cardinalis, eligitur Agathenſis 1411. 21. Iulij ex cartis Vaticani, quem anno 1418. Bruniſendis Vicecomitiſſa de 1418.
Lautrec teſtamenti curatorem nominauit: traducitur poſt hæc ad Auſcienſem Metropolim, deinique ad Arelatenſem.

45. RAIMVNDVS VI. Epiſcopatum obtinebat ex cartophilacio Agathenſi 1423.

46. IOANNES TESTE I. anno TESTE. 1429.

47. GVILLELMVS CHARRIER A III. sacri ærarij Quæstor, dein Episcopus Agathensis, exemptus è viuis anno
1440. 1440. vt liquet ex diario Parisiensis Cameræ Computorum.

MONTMORIN. 48. IOANNES DE MONTMORIN II. legum Doctor, ex Priore S. Ægidij Surgetiarum, & Magistro libellorum supplicum anno 1441. cuius cognominis vetus familia de Montemorino in Aruernis. Henricus d'Auaugour, Archiepiscopus Bituricensis Prioratum illum contulit alteri vacantem per promotionem huius Ioannis ad hunc Episcopatum, idque iure Primatiæ, in recusationem factam ab Archiepiscopo B Burdegalensi, quemadmodum notatur in cartulario Bituricensi. Decessit Ioan-
1448. nes 1448. ex regestis Vaticani.

CAMBRAY. 49. STEPHANVS DE CAMBRAY IV. ex Decano Ecclesiæ Agathensis cassumitur 1448. Augusti 14. patruus fuit Guillelmi Bituricensis Archiepiscopi, in quâ Ecclesiâ Canonicatum obtinuerat, præsens hominio quod exhi-
1450. buit Regi Petrus Dux Britanniæ 1450. 3. Nouembris, vt recitat Argentreus Historiæ libro 12 cap. 15. consecrauit Ecclesiam Cathedralem Dominicâ 8. C Iulij, in cuius majoris aræ sacrario reliquias D. Stephani recondidit 8. Iulij 1453. cuius anniuersarium consignatur in Necrologio 22. Februarij.

BEAVMONT. 50. CAROLVS DE BEAVMONT viuebat anno 1462. vt constat ex tabulis Agathensibus.

51. IACOBVS DE MVNITOLIS patriâ Lucensis, sedit post Carolum an. 1477.

FIESQVE. 52. NICOLAVS DE FIESQVE, Iacobi ex clarissimâ familiâ Fliscorum apud Genuenses filius, eam Ecclesiam
1492. administrauit 1492 posteà Foroiuliensis D & Tolonensis Episcopus, ac Genuensis Reipublicæ ad Ludouicum XII. Regem Legatus anno 1500.

VAESC. D'azur à trois pals d'or au chef de mesme. 53. IONNES DE VAESC III. ex genere Baronum de Grimault, anno 1495. congregationem Presbyterorum in honore sanctissimæ Trinitatis instituit in Ecclesiâ parochiali de Gesenac,
1510. & breuiarium Agathense correctius edi curauit 1510.

54. ANTONIVS DE VAESC Abbas S. Petri de Caunis, diœcesis Narbonensis, ex superioris gente, Carolis de Vaesco Baronis de Grimault & Antoniæ de Claromonte filius, erat Episcopus anno 1520. sicuti constat ex car- 1520.
tis Carthusiæ Castrensis. Ex Agathensi transijt ad Valentinum Pontificatum, cui & dicitur adiunxisse Castrensem: fato functus vt creditur anno 1551.

CLERMONT. 55. FRANCISCVS DE CLERMONT I. Cardinalis Auenionensis Archiepiscopus & Legatus, qui Agathensis Episcopus erat circiter annum
1530. ex cessione Antonij de Vaesco 1530.
sororis filij. De eo supra tomo primo Archiepiscoporum.

LA GVICHE. D'or au sautoir de sinople. 55. CLAVDIVS DE LA GVICHE Petri domini de la Guiche & de Chaumont Regum Cambellani, Baillius Eduensis, sub Francisco I. Legationibus ad summum Pontificem, Imperatorem, Reges Hispaniæ & Angliæ præclarè perfuncti, ex Franciscâ de Chaseron filius erat, qui primùm Protonotarius Apostolicus, Abbas Altæcumbæ in Sabaudiâ, & de Bellobecco in Normanniâ, necnon Administrator Galliacensis fauore Card. Georgij de Ambasiâ proauunculi, denique Prior Lothonensis, & S. Petri Matisconensis, fit Agathensis Pontifex, quam Ecclesiam rexit an. 1540. ad Synodum autem 1540.
Tridentinam profectus cum alijs Presulibus, in eo celeberrimo Patrum consessu anno 1545. famâ claruit, & paulò post vacante Episcopatu Mirapicensi ad hunc promotus est; in Lusitaniam missus cum Antonio Borbonio Duce Vindocinensi Oratoris munera laudatissimè obiuit, vti & ad summum Pontificem pro Christianissimo Rege; mortalitati debitum persoluit anno 1556. Sepultus Romæ apud S. Ludouicum cum epitaphio.

BOHIER. D'or au lion d'azur au chef de gueulle. 57. AEGIDIVS BOHIER Thomæ Baronis de Saint Cirque, domini de Chenonceaux in Turonibus, ærarij Franciæ præfecti ex Catharinâ Briconnet filius, frater autem Antonij Turonum Proregis, & Francisci Maclouiensis Episcopi, ad hanc Sedem euectus
1547. permisit vrbi liberam electionem 1547.
Consulum ciuitatis suæ anno 1550.

S. SEVERIN. D'argent à la fasse de gueulles à la bordure d'azur. 58. AIMERICVS DE S. SEVERIN ex ramo Principum Bisignani, parentes habuit Ioannem & Aureliam Sanseuerinam, Ferrandi Comitis de Saponara frater, carus Regi Carolo IX. & Catharinæ Mediceæ matri; erat

Episcopus

Episcopus anno 1561. Calendis Octob. 1567. coegit hæreticos vrbe cedere quam præcedenti nocte interceperant. In cuius rei testimonium primâ eiusdem mensis Dominicâ fit generalis supplicatio ad Dominum. Obijt Barcinonæ
1578. 21. Iunij 1578. dum peregrinaretur ad Deiparam Virginem Montisserrati, in quâ basilicâ sepelitur, cui legauit quædam bona pro celebratione anniuersarij.

DV PVY. 59. BERNARDVS DV PVY III. ex Religioso S. Francisci propter eruditionem allectus Episcopus post Americum; de quo Rodulfus in Hist. Seraphicâ lib. 2. Eodem Presule Cathedram Aga-
1583. thensem tenente 1583. Henrico item Monmorenciaco Prorege Occitaniæ, & Franciæ Connestabili fundatore, conducuntur Capucini, non quidem in vrbe vt quædam MSS. minus benè notant, sed in situ amoeno valdè & solitario propè maris Mediterrannei littus, & Arauraris fluuij, muros Agathensis alluentis fauces, ab eadem vrbe duobus milliaribus remoto, necnon à cultu sacratissimæ Dei Matris ibi peculiariter honoratæ, vulgò Domina nostra de Gradu, tum à sacro lapide etiamnum hodie in sacelli presbyterio asseruato, supra quem secundùm piam traditionem sacratissima Virgo cuidam Anachoretæ ibi olim degenti, ipsiúsque cum alijs Christianis, contra maris aquas Agathense territorium iam iam inundantes opem imploranti, visibili formâ apparens, genua flexit, tum etiam ab arenæ copiâ ibi inuentâ, & à proximo fluuij ostio seu faucibus (grau vulgari idiomate dictis, nuncupato. Locus est sacer & maximâ fidelium è longinquis etiam partibus aduenantium erga Beatissimam Virginem deuotione insignis. In ea basilicâ ex præscripto codicillorum Henrici Ducis Monmoranciaci, quo etiam S. Stephani Agathensis Capitulo sexdecim librarum millia, necnon Collegiatæ Piscenensis quatuor millia legauerat. ipsius ossa anno 1614. collocata fuerunt. Sed ne à cœpti nostri viâ longiùs aberremus, Bernardus noster rescripto Apostolico Ecclesiam parochialem ciuitatis Nemausensis in Col-
1601. legiatam erexit an. 1601. ac per suam diœcesim officium Tridentinum recepit anno 1604.

VALOIS D'azur à trois fleurs de lis. 60. LVDOVICVS DE VALOIS, filius Caroli Comitis Aluerniæ & Dutomus III. cis Engolismensis, Caroli IX. Regis nothi, ex Carlota de Montmorency, Abbas Casæ Dei; nominatus à Rege Ludouico XIV. 1612. post annos decem cessit 1622. non consecratus, inde Prouinciæ Prorex, Torquatorum Equitum Eques, Dux Engolismæ, ac coniugatus cum Henricta de la Guiche Philiberti Tormentorum Franciæ Præfecti filiâ, Claudij in eadem sede Agathensi decessoris sui pronepte. Parisijs diem suum obijt 15. Nouembris 1653. sepulturæ mandatus apud Guichiam. D'or au baudrier... 1612.

BVDOS D'or à trois bandes... 61. BALTHASAR DE BVDOS ex stirpe nobili Marchionum de Portes, Iacobi Vicecomitis & Catharinæ Claromontiæ de Montoison filius, frater autem Antonij Herculis Marchionis de Portes, Equitis Torquati, Franciæ Prothalassiarchæ, item Ludouicæ de Budos vxoris Henrici Ducis de Montmorency, Magistri Equitum Franciæ. ex Episcopo Augustopolitano Coadiutore Castrensi designatur Agathensis resignatione Ludouici 1622. tum cœtui Cleri Gallicani Fontaneti in Pictonibus interest 1628. Fato functus 1629. 24. Iunij. 1629.

BARREZ D'... 62. FVLCRANDVS DE BARREZ ex Canonico & Sacrista Ecclesiæ Agathensis, necnon Vicario generali Biterrensi, ad hanc Ecclesiam assumptus à Ludouico XIII. die 1. Iulij 1629. possessionem personaliter apprehendit 4. Iunij 1630. in eadem sua Cathedrali 2. Februarij anni 1631. consecratus est, cùm prius interfuisset Comitijs Cleri Gallicani Parisiensibus 1615. Liberalitate in pauperes occultos maximè & verecundos, quos Diuum Nicolaum imitatus, occultè & benignè fouebat, enituit. Multa prædia, fundos, iuráque ad mensam Episcopalem pertinentia, à pluribus annis vsurpata, seu alio modo alienata, inter quæ specialiter fuit suæ vrbis Consules eligendi facultas, opportunis iuris vsus remedijs Ecclesiæ bono recuperauit. Sub eodem Virgines aliquot iam ante ipsius præsulatum Piscenis in vnâ domo congregatæ, & commorantes, communibus pietatis exercitijs vtentes, puellisque christianè & piè instituendis incumbentes, nullis alijs nisi solius boni sui propositi nexibus adhuc vinctæ, Monialium D. Vrsulæ sub Regula S. Augustini, certísque constitutionibus legitimè approbatis tria vota religionis 1631.

publicè emittentes, institutum susceperunt. Paris auxilii spiritualis teneris Virginibus, seu potiùs toti suæ vrbi eo destitutæ procurandi causâ, anno Domini 1631. die 4. Octobris, Moniales
1631. aliquot Ordinis Beatæ Mariæ Virginis, vulgò Dominæ nostræ filias nuncupatas, è monasterio Biterrensi eiusdem Ordinis accersiri, eisque ad nouum in vrbe condendum monasterium locum concedi curauit. Decessit Pozolij, in diœcesi Biterrensi, locóque ab vrbe Agathensi tribus aut circiter
1643. leucis distanti anno 1643. mense Martio, in sua Cathedrali sepultus.

Dolce
D'azur à trois chevrons de g[illegible] [illegible] à vne estoile de [illegible] posée au franc cartier.

63. Joannes Dolce iv. ex Boloniensi Episcopatu ad Agathensem nominatus à Ludouico xiv. an. 1643. possessionem nondum adeptus, eundem Agathensem permutationis causâ cessit sequenti Presuli Baionensi.

Fovqvet
D'azur à vn escureu de gueulles.

64. Franciscvs Fovcqvet ii. Abbas S. Seuerj, Francisci Comitis Consistoriani, libellorum supplicum in Regiâ Magistri, & Mariæ de Maupeou filius, frater Nicolaj Vicecomitis de Vaux, Generalis Regis Cognitoris, nominatur Baionensis Antistes an. 1637. consecratus verò Lutetiæ in Ecclesiâ domus professæ Patrum Societatis Iesu 1639. 15. Maj, à Claudio de Rueil Andegauensi Episcopo, assistentibus Presulibus Francisco Adhemar de Monteil de Grignan tunc tempòris Episcopo Tricastinensi, nunc autem Arelatensi Archiepiscopo, & Joanne de Sponde Megarensi Antistite, in Appamiensi Episcopatu Coadiutore cum futurâ successione. Vrbem suam Baionam solemniter ingreditur eodem anno 1639. mense Nouembri. Sed posteà ex commutatione Baionensis Ecclesiæ pro Agathensi ad eam Sedem
1643. traducitur 1643. mense Iulio possessionemq; ipsius per procuratorem inijt anno 1644. die 18. Ianuarij mensis Maij proximè sequentis die primâ, in vrbem suam solemni ritu, magnóq; populi vndequaque concursu inuehitur. Sub eiusdem Agathensi Pontificatu in Cetâ insula mare Mediterraneum inter & stagnum Tauri sitâ, Comitatus dignitate insignitâ, necnon ad Presules Agathenses pertinenti, propè decliuum montis in ipsâ valde eminentis, & in cuius cacumine Oratorium publicum sub auspicijs D. Clari à longo tempore fuerat extructum, ad maius incolarum diebus Dominicis & festiuis sacrum audire cupientium commodum, Ecclesia noua Deo Opt. Max. sub auspicijs sanctissimi Iosephi, sacratissimæ Christi Domini nostri matris ædificata est 1652. Eodem anno in vrbe, 1652.
& quidem in basilicâ & domo claustrali seu presbyterali D. Andreæ Apostoli, iacta sunt fundamenta Seminarij ad Clericos, seu alios Ecclesiasticos homines de rebus ipsorum necessarijs & conuenientibus piè & sedulò erudiendos; diuinæ prouidentiæ sapientissimo ac imperpetuum adorando consilio
B ordinante, vt in quibus Ecclesiâ & domo anno Incarnat. Domini 506. Idib. Septemb. sub Symmacho Papâ celebre illud triginta quinque Episcopnum, de disciplina & ordinationibus Clericorum, & vtilitatibus Ecclesiarum agens Concilium habitum est, in ijsdem post diuersas clades à fidei hostibus illatas tantisper reparatis, spes sit tum antiquorum Ecclesiæ primitiuæ Clericorum mores edocendos, tum omnis generis pietatis, non solùm à sactis hominibus exercendæ, verùm & plebi Christianæ pro Dei gloriâ vtiliter tradendæ methodum ediscendam. Hu-
C iùsce spei magis ac magis in dies agendæ ansam præbet diuinum illud & speciale auxilium, quo promouente, cooperantéque tam sanctum opus adeò acceleratum est, vt initio anni Incarnationis mdcliii cellis replendis 1653.
sufficienti Ecclesiasticorum virorum numero adueniente, eiusdem seminarij schola aperta sit.

D

AGINNENSES EPISCOPI ET COMITES.

Agen
En Guienne prez la Garonne.

Nitiobrigvm caput Aginnum ad dextram Garumnæ versus Burdigalam Ptolemæo libro 2. cap. 7. & Ausonio, Agennum Hieronymo, Gregorio Turon, Fredegario, & alijs: quorum populi Nitiobriges, Tolosanis & Cadurcis contermini sunt, de quibus meminêre Cæsar, Strabo lib. 7. Plinius lib. 4. cap. 19. Sidonius lib. 8. ep. xi. ad Lupum inter clares Aquitaniæ vrbes accensetur, in regione pulchra, amœna, pingui ac fertili, cuius terra vt

scribit Papirius Massonus in descriptione Franciæ per flumina, fœlicibus glebis locupletatur, iudicatúrq; vna ex ditioribus & vberioribus Aquitaniæ totius, quòd eam irrigent tres amnes, Oltus, Duranus, & Garumna, sitque posita in patentibus & latissimis campis, de cujus situ Petrus Valliscernaij monachus
„ Historiæ Albigensium cap. 63. erat, in-
„ quit, Aginnum ciuitas nobilis inter
„ Tolosam & Burdegalam, in amœnissi-
„ mo loco sita; ciuitas illa in territorio
„ suo à diebus antiquis fuerat Regis An-
„ gliæ: sed Rex Richardus quando dedit B
„ sororem suam Ioannam Raimundo Co-
„ miti Tolosano in vxorem, ciuitatem
„ sæpe dictam cum territorio suo dedit
„ pro matrimonio sororis suæ Comiti
„ Tolosano. Hujus etiam descriptionem
„ annotat Iulius Cæsar Scaliger in hunc
„ modum, oratione contra Ciceroni-
„ anum Erasmi: Agennum oppidum est
„ Aquitaniæ, vt incolæ iactant, princeps.
„ Cæterum neq; historiarum neq; vllius
„ memoriæ fide, eâ famâ illustris est. No-
„ minis vmbra modò Ptolomeo, & Plinio,
„ si tamen Agesinates iidem sunt, nota.
„ Ager vbertate soli intertum est prosit-
„ ne magis incolis, an officiat: ita an- C
„ nonæ spe suspensi omnia munia, non
„ ciuilia solùm, sed rustica quoque ne-
„ gligunt. Ciuitas hæc primaria est Comitatus Agennensis sub Archiepiscopatu & Parlamento Burdegalensi, quę Senescaliæ & sedis Præsidialis perantiquæ, titulo decorata, antiquitùs pontem habuit ad ripam Garumnæ, magnifici operis templis insignita est duobus antiquissimis, Cathedrali S. Stephani Protomartyris, & Collegiatâ S. Caprasij. Capitulum Ecclesiæ componitur ex quatuordecim Canonicis Præbendatis majoribus, duæ inibi extant dignitates cum potestate iuridicâ in sacrificulos templi, & alios Ecclesiasti- D câ dignitate præstantes, videlicet Archidiaconus Maior in diœcesi, vt oculus Episcopi in Capitulo, vt præses dum est Canonicus de numero, nec alias, & primicerius Cantor seu Præcentor in choro. Sunt & duo minores Archidiaconi Montaldensis & Bezalmensis, & Sacrista qui stallum habent in choro in consessibus & comitiis Canonicorum, secundùm receptionem in Canonicos, nec gaudent iure dignitatis aut officij, sed tantum antiquitatis; talem habet hæc Ecclesia consuetudinem & morem. Hebdomadariis prębendarijs minoribus, Capellanis, musicis, & choristis constat cletus huius Ecclesiæ septuaginta superliceis. Non semel sed bis suppressa fuit dignitas Cantoria, sub Leonardo Grosso Ruuereo, restituta dein, extincta per decessum Antonij Goulard Canonici & Cantoris, in supremâ Curiâ Burdegalensi Præsidis, & ex nobili familiâ de Brassac oriundi, fundatoris duorum Hebdamadariorum ob bella grassantia, sed tande rediuiua sub Nicolao de Villars anno 1607. curâ & industriâ Iacobi du Cros, Aginnatis. Abbatiæ autem huius diœcesis sunt.

EXIENSIS *d'Eysses* O B.

S. MAVRINI *S. Maurin* O B.

GONDONII *Gondon* O C

PARINIACI *Perignac* O C.

Antistitum seriem damus ex tabulario Episcopatus, & Catalogo cuius copiam fecit vir cl. Ioannes Soldadie Vicarius Generalis Aginnensis, tum ex alijs monumentis & scriptoribus eam deprompsimus; porrò de vrbis antiquitatibus scripsit Ioannes d'Arnalt Curiæ Præsidialis Aginnensis Procurator Regius.

1. S. CAPRASIVS nobilis Agennensis in exæsæ rupis & omni aditu circumcisâ speluncâ haud procul Agınno vrbe latitans, vbi Christiani sæuientibus Diocletiano & Maximiano Imp. secedebant, cùm vt fert traditio actorum excelso è monte, cui hodie à S. Vincentio nomen pateret aspectus in vrbem, & ipse in eius plateâ perspiceret oculis illustre spectaculum, nempe Fidem Virginem origine Hispanam, eo verè nomine pro cuius dignitate virilitet decertabat dignissimam, cùm suppliciis tortoribúsque committi, & post longa craticulæ ardentis supplicia excarnificatam, ac tostam, ab Angelo columbæ specię donari coronâ, ipsamq; interim sponso Christo vitæ suæ reliquias holocausto iam ferè peracto consecrare. Tunc inflammata est sancti Caprasii charitas, eo igne qui Virginem absumebat, atque præiuisse puellam attendens, erubuit non fallem sequi; cuius beatæ Fidis corpus post martyrium Conchas vicum in Ruthenis, in Abbatiâ ab eius cultu & nomine celebri delatum est. Igitur anno salutis 303. Daciano Galliæ & Hisp. 303.

paniæ Præfecto, cuius procuratio vt tunc descriptæ Prouinciæ erant, ad Aquitaniam vsque pertingebat, & suis finibus Nitiobriges includebat, cùm interim Rictio Vari crudelitas in Galliarum Præfecturâ parem nauaret Imperatoribus operam, in exterminandis Christianis, Aginni factâ in fideles acerrimâ inquisitione, Captasius desiderio martyrij æstuans, Aginnum tenens, prius numen est precatus, vt omnia in melius conuerteret sibi in illo articulo quid rei faciendum esset, non obscuro significaret indicio; & si quidem in arenam descendendum esse cerneret, ex proximo pumice emicate faceret protinus aquam. Nec mora eodem loci temporisque vestigio, fons viuus emanat mirabiliter eductus, aquam iugem abundè suppeditans; qui hodiéque vt produnt in miraculi fidem fluens religiosus est, & medicinâ morbis facienda inclytus. Ad aquæ aspectum cor designati iam martyris exarsit, & ad certamen quo dein gloriosè persunctus est, se prorulit, illico enim ductus ante Præsidis tribunal christianam fidem profitetur, minas iudicis ac tortorum contemnit, tandem inuictus in confessione Christi abscisso capite martyr occubuit, vt prolixius recitant gesta eiusdem Sancti apud Surium, & Martyrologium Romanum. Hic primus censetur Nitiobrigum Episcopus, qui fausto martyrij auspicio his regionibus Ecclesiam fundauit. Non defuere qui monachum tantùm Lirinensem, nec Pontificem fuisse Captasium asseuerent, quos Antonius Lescases Canonicus Cathedralis & ipse Agiunas, opusculo in eam rem scripto, vulgatóque anno 1622. perpetuâ huius Ecclesiæ traditione refellit. Sunt tamen nonnulli, qui dubitent fuisse Episcopum, cum & eius gesta martyrem concelebrent, in quibus Dulcidius Episcopus sanctorum Caprasij & Fidei corpora leuasse, & eorum nomini templum dedicasse memoratur, vbi Episcopatus mentionem non fecit Dulcidius: quin etiam Ecclesiæ S. Caprasij martyris meminere Gregorius Turon. Histor. lib. 6. cap. 12. & Aimoinus lib. 3. cap. 69. & 70. qui omnes de Episcopatu Caprasij silent, quem haud dubie, inquit, Altesserra Rerum Aquitanicarum lib. 4. cap. 17. affirmarent, si de eo quicquam audijssent. Vt vt sit, S. Caprasij dies festus

A celebratur xx. Octobris totâ diœcesi, ac præcipuè in Collegiali ipsius æde celebri & dedicatâ 4. Decembris in quâ sacrum eius caput seruatur, cuius etiam nomini Pirardus Leodij Episcopus templum extruxit circa an. 840. Ceterùm dotata fuit à Carolo Magno hæc basilica, cuius nuper in Priorem electus est summo pro suis meritis Canonicorum studio, licet absens nec id agens, illustrissimus Episcopus ipsius Diui successor Caprasij Bartholomæus d'Elbene. Sunt & varia Diui Caprasij tam intra, quàm extra diœcesim religiosè consecrata templa. A nonnullis autem inter

B Episcopos Agennenses annumeratur *S. Vincentius* Leuita Aginnensis & martyr, Caprasij discipulus, passus apud Pompeiacum, iuxta Notkerum, qui alius est à Vincentio martyre Cæsaraugustano; sunt enim multa quæ suadeant nec Episcopum, nec supra Diaconi, vel Archidiaconi fastigium fuisse: nempe illud ex eius Proprio; B. Vincentius eodem ordine fuit ordinatus ab ipso B. Caprasio, quo B. Stephanus ab Apostolorum Principe beato Petro: tum etiam Gregorij Turon. lib. 1. de Gloriâ Martyrum cap. 105. hæc sunt verba: Vincentius Aginnensis vrbis & ipse Martyr, cuius passionis

C historia ab incolis retinetur, Leuiticæ stolæ candore in Ecclesiâ Christi micans, magnis sæpissime virtutibus fulger: in peruasoribus rerum suarum plerúmque vltor seuerus existit. Vnde facit eiusdem sancti mentionem lib. 7. Hist. Francor. cap. 35. Eo tempore Duces Gunrchtamni Regis cum exercitu venerunt ad basilicam S. Vincentij, quæ est iuxta terminum Agennensis vrbis, vbi ipse Martyr pro Christi nomine, agonem dicitur consummasse, inuenerúntq; eam refertam diuersis thesauris incolarum. Erat enim spes incolis, non esse à Christianis

D tanti Martyris basilicam violandam, cuius ostia summo studio obserata erant. Nec mota adpropinquans exercitus, cùm reserare templi valuas non valeret, ignem accendit. Consumptisque, omnem substantiam, cunctámq; supellectilem, quam in eâ inuenire potuerunt, cum sacris ministerijs abstulerunt. Sed multos ibi vltio diuina contertuit. Nam plerisque manus diuinitus vrebantur, nonnulli arrepti à dæmone, plurimi verò proprijs se iaculis sauciabant. Vincentij meminerunt Marty-

rologia, Romanum, Bedæ, Vſuardi, & Adonis ad IX. Iunij: martyrium autem truncato capite ſubijſſe hac occaſione commemorari res ipſa petit. Illudebat Nitiobrigibus dæmon anniuerſario quodam iſtiuſmodi ſpectro. Cùm in agro quem incolæ Reonemenſem dicunt, delubrum eſſet Dianæ ſpurcis religionibus conſecratum, illo concurſus fiebant hominum celeberrimi, ex vniuersâ prouinciâ quotannis, vt fraudulentis ſpiritibus, & reſponſa vana reddentibus ſacra conficerent ſolemniore ceremoniâ. Exoriri videbatur interim rota, & ex templi penetralibus, emicare in aerem, ac ſublime ferri inflammata. Fallaci interim illo ſeu viſo, ſeu oculorum ludibrio, imperita populi multitudo tenebatur, & & totius ſcenæ auctorem cùm ipſâ rotâ altiſſimè clamoribus efferebat, ipſum venerata pro Deo. Rem miram ignaro, rudiq; populo faciebat, quod rota ſcintillantibus ac flammeis orbibus volutaretur, ac diſſilientibus omnem in partem fragmentis, cum fragore diſſoluta pertumperetur, & in flumen Garumnam præcipitare fragmenta omnia vno puncto temporis cernerentur. At tunc multo maiores plauſus mouebantur, cum ex vndis emergens quaſi rediuiua rota eadem quâ ante fulgoris pompâ, iiſdémq; flammarum præſtigijs, quâ viâ, & quo venerat modo, in eadem adyta templi ex quibus primùm eruperat ſe conditum ibat. Vincentius igitur tales dæmonis fraudes non ferens, crucis dominicæ ſignaculo fallaciam rotæ diſpulit, & eam ob rem à furente populo prehenſus gladio vitam finijt. Tanto Martyri Patres in Concilio Cabilonenſi congregati, pro vitâ Clodouei Regis preces obtulerunt, vt conſtat ex illius Synodi actis cap. I. Extat apud Fortunatum lib. I. carm. epigram. de eiuſdem Martyris baſilicâ & miraculis ibi factis. Ioannes Soldadie Canonicus & Chori Præfectus in Eccleſiâ Aginnenſi, & multos iam annos Vicarius Generalis, vitam eiuſdem ſancti votiuo libro mandauit monumentis. Porrò S. Vincentij dies celeberrimo fidelium conuentu, & magno ex agris latè concurſu colitur ad 9. Iunij, in montis eius, qui nomen ab ipſo Sancto traxit ſpeluncâ, quam in templum & piorum ars concinnauit & religio conſecrauit. In eâ nempe Vincentius poſt S. Capraſium, aliique cum eo Chriſtiani

Tomus III.

A delituerant perſecutionis procellam declinantes, anguſtiati, afflicti, egentes in denſis aſperiſque ſolitudinibus Pompeiacenſis ſyluæ, monitis autem, exemplíſque Vincentij fidem vegetam ſuſtentantes. Poſt martyrium ſacræ ipſius reliquiæ in eum montem furtim abreptæ ſunt, & ſepulturâ locatæ in eâ ipſâ ſpeluncâ, vt qui locus viuentem & deliteſcentem obtexerat, mortuum illuſtraret, clarúmque prodigijs exhiberet, non plebeiæ tantùm multitudini, ſed proceribus etiam atque Principibus: quos certa memoria eſt, cum ipſâ etiam aliquando Gal-
B liarum Reginâ illius iugum montis ſuperaſſe, vt glorioſum illud venerarentur ſepulchrum, vbi tam ſanctas conſtat cuſtoditas fuiſſe reliquias, donec tandem Conchas tranſlatæ ſunt. Publicæ religionis eſt Aginnenſem populum anniuerſariâ pompâ die ſexto Nouembris illuc conſcendere cum ſuo Magiſtratu: quem noxis ritè per confeſſionem expiatum, cœleſti pane illic refici inſtitutum eſt, vt ſcilicet ſoſpitali huic Diuo gratulentur, quod eius beneficio peſtilentia abierit an. MDCXXIX. Variæ per hanc diœceſim reperiuntur
C ædes huius martyris memoriæ conſecratæ; ſed inſignis in Manſo Aginnenſi, quæ vrbs ad Condomienſem nunc diœceſim pertinet, vbi & Collegium Canonicorum.

2. S. PHOEBADIVS magni nominis Præſul, librorum aduerſus Arrianos elucubratione clarus, vidi, inquit, S. « Hieronymus, Phœbadium Epiſcopum « Aginnenſem, virum virtutibus & an- « nis venerabilem, qui ſcripſit libros « contra Arrianos, & eodem cap. 108. « de Illuſtribus Eccleſiæ Doctoribus, aſſerit illum ſuâ ætate viuentem decrepitâ ſenectute. Sulpitius Seuerus ſacræ
D Hiſtoriæ lib. 2. refert adfuiſſe Phœbadium Aginnenſem, quem ſuum vocans Fægadium nominat, Synodo Ariminenſi in Italiâ an. Chriſti 359. à Conſtantio conuocatâ, in quâ fides Nicæna aduerſus Arrianos firmata eſt: conuenêre ad Concilium plurimi ex Galliâ, & Aquitaniâ Epiſcopi, quibus cum ex fiſco publico ordinatæ eſſent annonæ, notatu dignum obſeruat Seuerus, ſuis ſumptibus eos viuere maluiſſe, vt ſic libertas fidei ſeruaretur: confectâ autem Synodo cùm Preſules per vim detinerentur, vt nouam fidei formulam chirographo ſubſcriberent, 359.

I iij

inter alios strenuè obstitit Phœbadius, sed pòsteà ob diuturni exilij ac cruciatuum minas lapsus est, vti Seuerus eodem loco narrat rem gestam his verbis: *Compertis quæ decreta erant, maior rerum & consiliorum perturbatio: dein paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenij, partim tædio peregrinationis euicti dedère se aduersarijs: donec ad viginti vsque nostrorum numerus imminutus est. Sed hi quanto pauciores, tantò validiores erant, constantissimúsque inter eos habebatur noster* FAEGADIVS, *& Seruatio Tungrorum Episcopus: hos, quia minis, & terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, meliora vti consulerent, clausos intra vnam vrbem Episcopos iam septimum mensem agere: iniuriâ hyemis & inopiâ confectis, nullam spem reuersionis dari, quis tandem esset finis? sequerentur plurium exemplum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. Etenim verò Fægadius paratum se exilio, atque ad omne supplicium, in quod deposceretur, profiteri: se ab Arrianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine aliquot dies tracti, vbi parùm ad pacem proficiebant, paulatim & ipse infractior, ad extremum propositâ conditione euincitur.* Hactenus de ipso Seuerus. Dein interfuit Concilio Cæsaraugustano sub annum Christi 380. cùm Aginnum ad Hispaniensem prouinciam pertineret: extat porrò eius Episcopi aduersùs Arrianos liber, in quo Sirmiensem fidei formulam, nuper, vt ait ad Gallos missam, per singula capita discutit, & firmissimis rationibus confutat, vt habetur tomo 1. Conciliorum Galliæ; ad quem etiam & Delphinium Burdegalensem Ambrosius epistolam scripsit. De eo Proprium Ecclesiæ Aginnensis plura refert, & dies festus coincidit cum solemnitate anniuersariâ S. Marei, cuius corpus situm multo tempore fuit apud Petrocotios, cum relliquiis S. Aluettæ virginis Aginnensis ac martyris, quæ germana fuit S. Fidis: ac translatum est tandem ad locum de Benerkis, Tolosanæ diœceseos ad fluuium Autigeræ, in Ecclesiâ vbi nunc seruatur. Bernardus Andegauensis libro manuscripto quem Fulberto Carnutensium Pont. nuncupauit circa annum MCXII. *Vrbs Aginnum*, inquit, *super omnes vrbes Aquitaniæ multis olim Sanctorum patrociniis illustris emicuit, quibus penè omnibus temporum processu ignoto quo nescio suo pecca-*

380.

to viduata remansit, partim vi, partim furto sublatis. Inuenies Aquitaniæ viator, quod ipse experimento comperi diuersis in locis qui tibi dicant, hoc est corpus illius martyris ab Aginno translatum, hic illius Virginis, vel Confessoris, vel tanta portio illius Sancti, quorum vnus Phœbadius habetur Petragoras allatus. Stetit olim ad muros Aginni intra vrbem & propè Basilicam S. Caprasij templum B. Phœbadio consecratum, quod iam dirutum ac deletum est. Huius Pontificis scripsit elogium, & vitæ historiam is cuius supra iam mentio facta est Ioannes Soldadie, qui ad sua cætera in hanc diœcesim, quam Episcopi vice procurat, merita, & illud addidit, vt anno Superiori 1653. cùm latè Aquitaniam lues popularetur, & Nitiobrigas in primis arripuisset illud incendium, ciuibus suis persuaserit vt confugerent in S. Phœbadij fidem & operam; atque si pestis depulsa patrocinio eius abscederet, accepti beneficij & grati animi monumentum foret, seu capsa condendis sancti Episcopi reliquiis consecrata, seu quidpiam aliud in Ecclesiâ Cathedrali ornamentum; instituerétúrque anniuersaria omnium Ordinum supplicatio ad diem XXVI. Aprilis, agmine ad Cathedralem ædem incedente, vbi totius ciuitatis nomine Consules publicâ pietate Eucharisticæ mensæ accumberent, quod & voto sancitum est.

3. S. DVLCIDIVS Phœbadium magistrum sequutus est in Episcopatu quem obtinebat anno saluris 405. ab 405.
ipso enim senescente, ex Diacono in Episcopum designatus, eo defuncto Dulcidius in Sede Aginnensi Deo volente, omnique populo acclamante sublimatus est, inquit, Proprium Ecclesiæ; cuius sancti festum agitur die 16. Octob. & in Martyrologio Gallicano dicitur eius corpus ad Cambaretum vicum delatum, ad cuius venerationem ægri adducti, Sanantur. Dulcidius, quem alij Dulcium vocant, sanctorum Caprasij & Fidei Martyrum cineres transtulit, & vtriúsque memoriæ basilicam consecrauit, vt notatur in vitâ eorum apud Surium, & in veteri Breuiario Aginnensi manu exarato. Post illum, quinam Episcopalem Cathedram Aginnensem tenuerint vsque ad annum 540. non inueni- 540.
tur in fastis Ecclesiasticis: causam existimamus, vt conijcitur ex Sidonio

Appollinari lib. 7. ep. 6. quod hæc
tempora inciderint in regna Gotho-
rum, Principum Aquitaniæ & Occi-
taniæ, qui cùm essent Arriani & in-
festi Orthodoxis, mirum non sit,
nullum ferè reperiri albo Episcopo-
rum Aginnensium, à sæculo quarto,
vsque ad medium circiter æræ Chri-
550. stianæ quingentesimæ quinquagesimæ.

4. BEBIANUS Concilij Au-
relianensis 5. canonibus cum aliis quin-
quaginta Episcopis post Maximum Ca-
durcensis Ecclesiæ Antistitem subscri-
549. psit an. 549. paulò ante circiter an. 540
Maurinus beati Eutichij martyris fi-
lius à S. Germano Capuano Episcopo B
baptisatus, ac Leuita ordinatus, Agen-
num repetens, martyrium compleuit
7. Calend. Decemb. de eo pluribus
agit Breuiarium Aginnense.

5. POLEMIUS reperitur subscri-
573. ptus Synodo Parisiensi 4. an. 573.

6. SUGILLARIUS tenuit Epi-
scopatum anno Christi 580.

588. 7. ANTIDIUS 588. interfuit
Concilio Matisconensi II. Pelagio 2.
Papâ, & Clotario 2. Rege. Hic desunt
aliqui Episcopi.

GASCOGNE. 8. GUMBALDUS DE GASCO-
GNE Abbas S. Petri Condomiensis, C
ortus ex vetustissimâ prosapia Comi-
tum Vasconiæ, postcà Archiepiscopus
Burdigalensis, cui præerat Metropo-
992. li an. 992. Primus Comitem Agin-
nensem se inscripsit, ac ipsum Comi-
tatum qui illi paterno Sancti Garsiæ
Comitis iure contigit, Episcopatui
annexuisse creditur. Ab ipso Antisti-
1000. tes Aginnenses habent ius cudendi
monetam, quæ adhuc videtur in Epi-
scopio, & domo ciuicâ Aginni.

9. ARNALDUS I. circa annum
1000. ex cartulario Condomiensi.

10. HUGO DE GASCOGNE
Gumbaldo patri successit, mortuâ
enim vxore ad infulas Ecclesiarum A-
ginnensis & Vasatensis vocatus, fuit
& Comes, dominus spiritualis & tem-
poralis huius ciuitatis, ac prouinciæ
Aginnensis: erat in viuis adhuc anno
1010. 1010. & 1011. memoratur in tabulario
Abbatiæ S. Petri Condomiensis.

11. SANCTIUS I. de quo in
1012. tabulis manu exaratis habetur vixisse
anno 1012.

A 12. SIMON I. circiter an. 1016.
Kal. Maij adfuit dedicationi Ecclesiæ
Burdigalensis: obseruare hic operæ
pretium est in quibusdam codicibus
MS. Ecclesiæ Cathedralis Aginnensis,
poni ordinatim & successiuè Simonem,
Gausbertum, Aldebertum, Arnaldum,
& Bernardum, quamuis tamen enu-
merentur sine diei aut anni epochâ,
eos tamen referendos censet Arnaltus
in Historiâ Episcoporum ad tempo-
ra belli sacri, id est expeditionis Hie-
rosolymitanæ, vt conijcitur ex iis quæ
scribuntur; eapropter illos adnotare
existimauimus hac serie.

13. GAUSBERTUS.

14. ALDEBERTUS I.

15. ARNALDUS DE BONA-
VILLA II.

16. BERNARDUS I. anno 1056.
Concilio Tolosano interfuit ex Catel- 1056.
lo in Occitanicis lib. 5. & Baronio in
Annalibus. De Reginone, qui in ali-
quibus catalogis superinductus est,
nulla vestigia, ne quidem in antiquo
tabulario Abbatiæ Claracensis.

17. VILLELMUS I. anno Incar-
nati verbi 1060. 3. Idus Decemb. ce- 1060.
lebri cuidam congregationi Episcopo-
rum habitæ pro dedicatione Moyssia-
censi interfuit, sicuti liquet ex versi-
culis tabulæ lapideæ in basilicâ incisis.

Idibus Octobris domus ista dicata De-
cembris,
Gaudet Pontifices hos conuenisse celebres.
Conuenas Guillelmum direxit Aginna Vilel-
mum.

18. ARNALDUS III. tempore
Guidonis-Gofridi Comitis Pictauensis
circa an. 1060. ex tabulis fundationis 1060.
Prioratus Rimbodij in Vasconiâ, Or-
D dinis S. Benedicti.

19. SIMON II. ex Canonico S.
Hilarij Pictauiensis, est ordinatus in
Concilio Santonensi post Arnaldum
anno 1083. administrauit etiam Ar- 1083.
chiepiscopatum Burdigalensem 1088.
Suffecto autem in eâ Metropoli Ama-
to ad Aginnensem sedem rediit, quam
obtinebat 1095. ex monumentis Eccle-
siæ Ausciensis, & 1096. recensetur in
priuilegio Vindocinensis monasterij.
Eius consilio Isarnus Tolosanus Epi- 1093.
scopus 1093. concordiam fecit cum
Canonicis S. Saturnini: mox & con-

ſecrationi S. Andreæ Burdigalenſis in-
terfuit 1100. quo anno viuere deſijt ex
1100. chonico Petri Mallcacenſis monachi in
Pictonibus, & ſepultus eſt in Abbatiâ
Burgidolenſi, cui carmine hiſtorico
parentauit Baldricus Abbas Burgu-
lienſis.

Præſul Agennenſis vir canus nomine
SIMON,
In cauſis Cicero, moribus ipſeCato.
Ad natale ſolum rediens, ad Biturigenſes,
Occidit, inq; ſuâ ſubtumulatur humo.
Præſulis oſſa fouet modo ſancta Maria
Dolenſis.
Fouerat & puerum terra Dolenſis eum.

20. GIRAVDVS I. ſeu GERAL-
DVS, nepos Simonis & in Cathedrâ
Aginnenſi ſucceſſor 1100. ex eodem chro-
nico Malleacenſi: cuius occurrit men-
1103. tio an. 1103. in tabulis Abbatiæ Regu-
lenſis ad Garumnam.

21. ISAARDVS ad hanc ſedem
promotus poſt Giraldum, vt diſcitur
ex citato Chronico.

1112. 22. SANCTIVS II. memoratur
in monumentis Eccleſiæ Aginnenſis
an. 1112.

23. ADELBERTVS II. de quo
præter nomen nihil reperitur in carto-
philacio Aginnenſi.

24. RAIMONDVS-BERNAR-
1137. DVS circa an. 1137. tempore Ludo-
uici vt. dicti Craſſi Regis, Innocen-
tij 2. Papæ, Guillelmi Comitis Pictauiæ,
Ducis Vaſconiæ, ex tabulario Condo-
mienſi, in titulo cartophilacij de terrâ
de Neriaco.

CASTILLON. 25. HELIAS DE CASTELLIO-
NE conſecratus fuit Burdigalæ à Gau-
frido Archiepiſcopo Kalend. Septemb.
1149. vt apparet ex cartâ controuerſiæ
inter Gilbertum Porretanum Picta-
uienſem Epiſcopum, & Maſcelinum
1150. Abbatem S. Cypriani iſte an. 1150. cum
eodem Archipreſule & aliis delegatur
ab Eugenio 3. ſuper diſſolutione ma-
trimonij inter Ludouicum 7. Regem
& Eleonoram Aquitanicam. Memora-
tur an 1167. in cartulario Condomien-
ſi, apud Hieronymum Suritam in in-
dice Rerum Arragoniæ 1170. & 1176.

1180. 26. PETRVS I. anno 1180. 8. No-
uemb. in dedicatione Moyſſacenſi.

27. BERTRANDVS DE BECEIRAS
A 1. an. 1185. & in tranſlatione S. Ste-
phani Grandimontenſis 1189. de quo
meminit cartularium monaſterij Bea-
tæ Mariæ Siluæ-latæ in Bearnio, pro
donatione Odonis de Terridâ Bernar-
do Abbati, Gaſtone Vicecomite Bear-
nenſi an. 1195. ſedebat adhuc ex ta- 1195.
bulariis Eccleſiæ Lactorenſis anno ſal.
1200.

28. ARNALDVS IV. circa an.
1200. vt patet ex archiuio publico
Aginnenſi quod ſeruatur in domo vr-
bicâ, ibi enim in diplomate de direm-
pta controuerſia, & gratiâ reconcilia-
B tâ inter Aginnenſes & Moyſſacenſes
ciues anno 1200. & iterum 1212. fit 1200.
mentio. Arnaldi tunc Epiſcopi; nec-
non in alio inſtrumento Raimundi Co-
mitis Toloſani, quo ipſe remittit in-
iurias ſibi illatas occaſione huius Epi-
ſcopi, & Comitis Mourisfortis, cu-
ius tempore circa annum ſcilicet 1230.
Pontificatum gerebat. Numerantur in
quibuſdam elenchis Epiſcoporum Guil-
lelmus 1202. fortè is de quo fit mentio
in Hiſtoriâ Albigenſium, & potuit
eſſe frater Hugonis de Rouinian do-
mini de Caſſinoglio in pago Agin-
nenſi, qui contra illos certauit; quem
C prætereà quidam ſcribunt legi in car-
tophilacijs manuſcriptis 1202. item Pe-
trum 1213. & Ioannem 1217. ſed ex an- 1217.
tiquis tabularijs vrbicæ domus Aginni,
& in melioris notæ catalogis prædictus
Arnaldus ſedet vltra annum Incarnat.
1221. nec alius memoratur Epiſcopus
quàm

29. GIRAVDVS II. ex Decano
Pariſienſis Eccleſiæ ſublectus ad Agin-
nenſem cui præerat 1232. notitia huius 1221.
Preſulis ipſiſmet Aginnenſibus tabulis
incomperta debetur ſchedæ magni Paſto-
ralis Pariſienſis baſilicæ pro inſtitutione
anniuerſarij quæ huiuſmodi tenore con-
D cipitur. VNIVERSIS *præſentes litteras inſpe-*
cturis G. Dei permiſſione Agennenſis Epiſcopus
ſalutem in Domino. Nouerit vniuerſitas
veſtra, quòd nos legauimus Eccleſiæ B. Ma-
riæ Pariſienſis pro anniuerſario noſtro fa-
ciendo 40. ſ l. Pariſienſes ſuper vineis no-
ſtris quas habemus apud Laiacum in die an-
niuerſarij noſtri diſtribuendos, ita quòd ſin-
guli Canonici & maiori altari ſeruientes,
qui vigilijs intererunt, ſex denarios habe-
bunt, & qui in miſſa intererunt ſimiliter
ſex denarios habebunt, Matricularij verò
Clerici 12. denarios habebunt, & Matricu-
larij laici ſimiliter duodecim. Datum anno
MCCXXXII.

MCCXXXII. *in festo Sancti Martini Estiualis.* Alia eiusdem argumenti continetur in memorato cattophilacio cuius hæc sunt verba:

G. AGINNENSIS Episcopus, omnibus præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos donamus & concedimus nepotibus nostris Haimerico & Ioanni omnem acquisitionem vinearum nostrarum quas nos acquisiuimus in terrâ B. Mariæ Parisiensis apud Laiacum. Ita tamen quòd si alter eorum prior decesserit, tota acquisito ad superstitem reuertetur: vtróque verò decedente, dicta acquisitio ad Ecclesiam B. Mariæ reuertetur. Quicumque verò pôst decessum nostrum dictam acquisitionem tenuerint 40. solidos Parisienses tenebuntur reddere quolibet anno, mandato Capituli ad faciendam distributionem in anniuersario nostro. Ita quòd quicumque de Canonicis vigiliis intererunt, sex denariós habebunt, & qui in missâ intererunt similiter sex denarios habebunt. Fiet & autem anniuersarium istud pro pluribus, scilicet pro nobis, & pro patre & matre nostrâ, & pro auunculo & Ioanne seruiente nostro, & pro aliis amicis & benefactoribus nostris. Si quid verò residuum fuerit, cedet in supplectionem [il]lorum anniuersariorum quæ non habent redditus sufficientes ad faciendas debitas distributiones. Datum apud Agennum anno Domini MCC. XXXII. in die Ascensionis, mense Maio.

DE PEYRINIS. 30. RADVLFVS DE PEYRINIS, dictus & de Pinis, monachus Cistetciensis, Abbas Igniaci & Clarenallis, dein Præsul Eccl. Aginnensis, quo nomine Electi Episcopi, appella-
1245 tur in chronico Cluniacensi an. 1245. in comitatu Innocentij IV. Summi Pontificis apud Cluniacum hospitantis; & posteà consecratus dicitur in basilicâ huius monasterij ab Othone de Castrorodulphi Gallo, Tusculano Episcopo sedis Apostolicæ Legato. Habetur porrò in prædictâ consilij vrbici domo Aginnensi hunc Radulfum 1233. instantibus ac petentibus Baronibus, cæteráve nobilitate, & incolis Aginnensibus, promisisse non antiquaturum se, aut suppressurum nummos ab Arnaldo cusos, nec monetæ illius nomine signatæ linguâ vernaculâ Arnaudenque, quidquam derogaturum. Radulfo posthæc Primatus Lugdunensis dignitas obuenit.

31. GVILLELMVS DE PONTOISE Religiosus Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cluniacensis, Charitatis ad Ligerim Prior, inde Abbas Cluniaci, Episcopus erat iam ab anno 1247. vt constat ex ta- 1247. PONTOISE.
bulario Aginnensi ante memorato, & litteris reformationis, seu emendationis quarumdam rerum pro hac regione, & ciuibus Aginnensibus, Raimundo tunc Comite Tolosann. Ex archiuio item Abbatiæ Cleracensis habetur, Guillelmum Episcopali officio fungentem 1248. aut 1249. Interfuit Concilio Valentino pro fide, pace, & libertate Ecclesiæ congregato tempore Innocentij Papæ IV. præsentibus Narbonensi, Viennensi, Arelatensi, & Aquensi Archiepiscopis; Episcopis verò Biterrensi, Agathensi, Nemausensi, Lodouensi, Viuariensi, Massiliensi, Forojuliensi, Cauallicensi, Carpentoratensi, Auenionensi, Vasionensi, Diensi & Tricastinensi mense Decembri, vt habet MS. codex: mense Februario deligitur arbiter inter Geraldum Cadurcensem Antistitem & Consules, quos excommunicauerat, eiúsque placito controuersia definitur, quemadmodum affirmant litteræ anni 1246. instituitur & executor testa- 1246.
menti Raimundi Comitis Tolosani morientis, & iam pœnitentis an. 1249. cum aliis Præsulibus. Videtur porrò interfuisse etiam Synodo Albiensi 1258. præsidente Zoën Auenionensi Episcopo Legato: memoratur in membranis tabulatij Regij 1263. Obiit eodem anno humatus apud S. Martinum de Campis Parisiis.

32. PETRVS II. anno 1264. nominatur in actu donationis terræ de Gaiac factæ in Monasterio Exiensi eiusdem diœcesis, in fauorem Alfonsi Comitis Pictauiensis & Tolosæ, pro fundatione Villænouæ ad Oldum fluuium, Bernardo Iordano Abbatæ Exij: subscribit & tabulis an. 1268. & 1269. 1268.
in regio cartophilacio Parisiensi. Item concessioni factæ Eduardo Regi Angliæ castri de Roquepino ex veteri schedâ 1270.

33. ARNALDVS V. ex antiquo cartophilacio circa annum 1270.

Episcopus erat, quod confirmatur Cleracensis Abbatiæ veteri tabulario, & in Aginnensi habetur ex quibusdam schedulis annorum 1275. & 1278. Arnaldum tunc Aginnentibus præfuisse Pontificem. Constat etiam eundem vi-
1279. xisse 1279. ex litteris Guillelmi de Nouauillà Archidiaconi Blesensis à Rege Philippo missi, vt exciperet sacramenmentum quo se Arnaldus iste Episcopus, Consules Aginnenses, & regionis proceres obligaturi erant Regi Angliæ, quod & fecerunt in æde Dominicanorum ipso admittente Archidiacono prædicto. Reperitur quoque eius nomen an. 1280. & 1281. in monumentis tabularij Lebretensis & Lectorensis.

34. IOANNES I. sedit an. 1281. & 1283. ex cartis Ecclesiæ S. Andreæ
1286. Burdegalensis: Episcopum fuisse an. 1286. testantur in cartophilacio Aginnensi litteræ, quibus ipse omnes suæ diœceseos hortatur, vt pecuniam pro suâ quisque parte conferat ad continuandam structionem pontis, quo statuerant Consules iungere Garumnam qui muros vrbis tunc alluebat, in alium nunc cursum aliquantulum deflexus; quod & obseruatur in Cleracensi archiuio.

GOT. 35 BERTRANDVS DE GOT II. an. 1290. Pontificatum gerebat ex monumentis cartularij Condomiensis, & Lebretensis; cuius familiæ acta ex-
1292. tant plurima 1292. quo etiam anno illum Antistitem ponit carta Cleracensis. Ipsum porrò hanc Ecclesiam administrasse 1298. constat ex quibusdam literis tabularij Aginnensis datis in vrbe Grandiscastri, siue de Podio Mirolio propè Aginnum: & ex quibusdam pactionibus super arenario Aginnensi, inter ipsum Episcopum & Conuentum S. Francisci iuxta portam B. Michaelis, nunc pontis ad Garumnam:
1309. cuius mentio extat quoque anno 1309. 1311. & 1312. in titulis familiæ de Albreto: vnde corrigenda videtur chronologia quorumdam Episcoporum Aginnensium, quæ statuit Bertrandum alium sedentem an. 1307.

DE FARGIIS 36. BERNARDVS DE FARGIIS II. ex Episcopo Aginnensi Rotomagensis Archiepiscopus, tandémque Narbonensis, fundator gymnasij Narbonensis Lutetiæ, item Canonicorum Collegij S. Stephani extra Narbonam nunc intra, tituli S. Sebastiani. Sedes vacabat annis 1314.

37. AMANEVVS, viuebat annis 1315. & 1320. regnante Philippo Rege Francorum, & Eduardo Rege Angliæ Ducatum Aquitaniæ occupante, vt scribitur in codice MS. Huius memoria inuenitur quoque 1317. in tabulario Aginnensi, & quibusdam actis publicis, vbi appositus est annus sedis 1346. & 1349. in cartophilacio Lactorensi. Iste anno 1348. dedit facultatem Consulibus ædiculam construendi intra publicam domum vrbani Consilij; in carta autem Cleracensis Abbatiæ duo recensetur Amaneuui quorum vnus alteri proximè successit, & quidem nisi duo sint, vnus diu sedem rexit. 1320. 1348.

38. PETRVS III. sub cuius Pontificatu vel circa, floruit Gerardus de Cussaco Gallus Agennensis, Ordinis Carmelitarum, auctor sexaginta sermonum ad Clerum, & sexaginta quatuor ad populum, quos dicat Bernardo Diui Cyriaci Cardinali, ex Posseuini Apparatu.

39. DEODATVS anno 1357. 1357.

40. RAIMVNDVS Patriarcha Anthiochenus, posteà Episcopus anno. 1363. nescimus porrò quomodo dicatur in tabularij Aginnensis quibusdam publicis documentis, hoc Patriarchâ Ecclesiæ Aginnensis Administratore, compositam fuisse controuersiam de iurisdictionis limitibus inter Consules Aginnenses & Dominum de Bajamont an. 1369. hæc enim æra non consentit cum sequenti paragrapho: quippe credere fas est prædictum Patriarcham, non Episcopum, sed Administratorem tantùm fuisse quatuor annis. 1363.

41. RICHARDVS an. 1367. qui cum Iacobo Rege, inquit carta Cleracensis, patrinus fuit Richardi filij Principis Valliæ, Burdigalæ ab Archiepiscopo baptisati, vt memorat Ioannes Froissartus in Chronico. 1367.

42. ARNALDVS VI. rexisse videtur ad an. 1370. de quo tamen non constat omnino; cujus cognominis Episcopus Aginni in choro Prædicatorum sepelitur, fatis functus 10. Februarij, fortassis ille de quo supra mentio fit.

43. IOANNES BELVETY, II. memoratur electus 1374. in libro Obligationũ, qui fidem suam Regi sacramento solemni constrinxisse dicitur inter manus Consulum Agianensium 1375. in BELVETY. 1374.

cartophilacio Cathedralis, ex quo conuincitur præfuisse 1381. ex actis publicis, in quibus de faciendo in Garumnâ ponte agebatur.

CRAMAVD. 44. SIMON DE CRAMAVD II. Cardinalis S. Laurentij in Lucinâ, Patriarcha Alexandrinus, Episcopus Pictauiensis, Aginnensis, Biterrensis, Carcassonensis, Auenionensis, & Remensis Archiepiscopus, Cancellarius Ioannis Pictonum Comitis, memoratur tanquam Electus Aginnensis Præ-
1382. sul 16. Iunij 1382. ex eodem libro Obligationum & in registro Thesauri cartarum Regis Parisiensium: decessit 1429. Pictauij humatus, de quo in Remensibus plura.

1383. 45. IOANNES III. anno 1383. 14. Octobris ad hunc Episcopatum fuit assumptus, vt produnt tabularia Vaticani.

1397. 46. BERNARDVS III. successit Ioanni 1397. 27. Martij ex citato codice obligationum Benedicti XIII. Antipapæ.

1425. 47. IMBERTVS anno 1405. hunc sedisse etiam 1425. planum fit ex tabularij Aginnensis pacto, quod hic Episcopus iniit cum Consulibus circa aliquod ius in glareosam Garumnæ ripam, qui vt legitur in alijs cartophilacijs præsidebat regnante Carolo Rege Francorum.

BORGIA. 48. IOANNES DE BORGIA IV. à Papâ Eugenio IV. creatus Aginnensis vrbis ex quâ oriundus erat, Episco-
1438. pus, vti patet ex ipsius bullâ anno 1438. Pontificatus 8. quæ habetur in tabulario Aginnensi: interfuit Synodo Florentinæ in quâ fuit confirmatus. Capitulum sede vacante vices Pontificias obiuit 1448. & 1449. tabularium Aginnense videtur hîc duos Ioannes confundere.

BERARD. 49. PETRVS BERARDVS IV.
1460. an. 1460. cuius extat mentio in publicis actis 1467. quo anno interfuit Legatus Comitiis regni generalibus apud Turones habitis, Ludouico XI. Rege, & 1477. in archiuio Aginnensi, ac monumentis S. Andreæ Burdegalensis.

LA ROVERE. DIVISE EN chefne d'or. 50. CAROLVS GALEATIVS DE LA ROVERE filius Mariolæ Sixti 4. Pontificis neptis, præstat iuramentum fidelitatis 1477. gubernasse etiam anno 1482. die 9. Septembris constat ex manuscripto originali, quo admisit in Vicarium perpetuum, Villænouæ presbyterum sibi ab Abbate Exiensi Guidone de Montebruno Episcopo Condomiensi præsentatum. Item anno 1485. ex autentico exemplari Aginnensi. 1482.

51. LEONARDVS GROSSVS DE LA ROVERE Cardinalis Agennensis nucupatus, tituli S. Susannæ, post S. Petri ad Vincula, frater Clementis & Francisci Episcoporum Mimatensium, erat Sixti 4. Papæ ex sorore nepos, maior Pœnitentiarius Romanæ Ecclesiæ, per obitum Ludouici Cardinalis Borgiæ, Vrbisque Legatus. Hic patriâ Sauonensis, ante adeptam purpuram Referendarius Apostolicus, & Episcopus Aginnensis nominatur 1491. in 1491. diplomate cartularij Cabilonēsis, vbi eius Præsulis licentiâ datur os brachij S. Caprasij martyris Andreæ Popeto Episcopo Cabilonensi, Caroli Regis per Aquitaniæ partes pro vtilitate Reipublicæ Legato. Idem sacramento se solemni obligauit, id admittentibus Consulibus vrbis anno 1499. 27. Octobris, vt constat ex tabulario Aginnensi, & anno 1500. fundatur eo sedente Conuentus Monialium, non Clarissarum 1500. à Virgine Annunciatâ dictarum, à Vincentio Bilhonis Canonico & Officiali ex Græciâ oriundo, cuius memoria in benedictione propter pretiosa donaria, & multas fundationes factas in Ecclesiis Cathedrali & Collegiali. In eius fauorem Episcopatu Lucensi se abdicauerat anno 1517. Sixtus Roboreus, sed posteà iterum illum cessit eodem anno 13. Nouembris Raphaeli Cardinali Riario. Demùm Purpuratos inter Patres ascitus est à Iulio II. Pontifice in secundâ creatione 1505. mense Februario, ac Romæ fato suo fungitur 27. Septembris 1520. traditus sepulturæ in 1520. basilicâ S. Mariæ Majoris., quem eo præconio celebrauit Vbertus Folieta in elogiis: Eximia huic viro fuit Pontificij & Canonici iuris scientia, sanctissimi mores, perpetuúsque integerrimæ vitæ actæ cursus, duæque in illo ingentes virtutes inprimis conspectæ sunt, eximium iustitiæ studium, ac singularis misericordia, excellénsque in egentium inopiâ subleuandâ liberalitas, quarum virtutum multa in omni vitâ clarissima edita suor documenta; mortuum Leonardum miserorum & egenorum paren-

» tem, pauperes diu, multúmque luxe-
» tunt. Hactenus Folieta.

52. ANTONIVS DE LA ROVERE, Taurinensis, ex dominis Vicinoui, Ioannis Francisci primi Archiepiscopi Taurinorum frater, Protonotarius Apostolicus, Præpositus Cathedralis Taurinensis, ac Sanctorum Antonij & Dalmatij eiusdem ciuitatis, Aginnensi Epi-
1521. scopatui præsidebat 1521. Edidit Breuiarium Ecclesiæ suæ 1526. curâ Vincentij Bilhonis, & eo sedente anno 1558. Aginni deuixit raræ & incomparabilis eruditionis Iulius Cæsar Scaliger, qui huius Antonij Robotei Episcopi liberalitate adductus, Aginni domicilium, sedémque studiorum fixit, ac parens fuit Iosephi Scaligeri, viri longè doctissimi, quibus æternâ memoriâ dignissimis elogio parentauit Scæuola Sammarthanus. Cæterùm Capitulum sede vacante texit aliquandiu diœcesim, ex tabulario Aginnensi vbi dicitur Leonardum fuisse Administratorem Episcopatus à Papâ Innocentio 8. constitutum quarto Pontificatus anno, donec is qui nominatus erat Episcopus annum vigesimum quartum attigisset. Videtur tam Capituli sede vacante gubernatio, quàm huius Leonardi administratio protracta
1541. esse ad an. circiter 1541. ex eadem gente Roboreâ Hieronymus Cardinalis Tolonensis Præsul.

LORRAINE. 53. IOANNES DE LORRAINE V. Cardinalis, Archiepiscopus & Primas Narbonensis: Administrator Metensis
1545 & Aginnensis 1541. & 1545. habuit pro Vicario Generali Episcopatus sui Antonium de Vallesiis, ex honestâ familiâ Aginni oriundum, & Canonicum Ecclesiæ Cathedralis. Extat autem celebris huius Cardinalis Lotharingi concordiacum Capitulo Aginnensi, quâ ius conferendi pleno iure ordinarij Canonicatus & prebendas maiores declarat pertinere ab antiquo ad Canonicum hebdomadarium quemlibet per turnum an. 1542. die 20. Iulij.

BANDEL. 54. MATHAEVS BANDEL, Episcopus erat circa an. 1561. vt scribitur in cartophilacio Abbatiæ Cleracensis.

FREGOSE. 55. IANVS FREGOSE nobilis Italus Genuensis, Cæsaris Fregosij Equitis Torquati, militiæ apud Venetos Generalis filius, Abbas beatæ Mariæ Fontisfrigidi, diœcesis Narbonensis an. 1582. Aginnensibus præerat circiter 1570.
A interfuit Concilio Burdigalensi, & Proprium festorum Ecclesiæ suæ typis mandari curauit Burdigalæ anno 1584. mor- 1584.
tuus 16. Octobris 1586. tumulatur in Cathedrali suâ retrò maius altare in Capellâ Sanctissimi Sacramenti sub marmore nigro: repræsentatur autem Iani imago ad viuum expressa, cum epitaphio in ære exciso ibidem, & parieti à regione affixo sub his verbis.

DEO. OPT. MAX. S.

B *Resiste hospes & perlege, en ossa & cineres IANI FREGOSI Maximi Pontificis, quantum est è familiâ apud Ligures olim Principe ortum, & patre fortissimo, qui dum rem Francicam sedulò iuuat, imperio auito, & vitâ deturbatur, natum excelsæ eius & flagrans virtus altum illud clarissimæ stirpis, & honorum omnium supergressa est fastigium: egregia artifex natura, in eo res dispares mirificam animi, & corporis speciem venustissimè colligauerat: nemo vnquam adeò commodè dignitati comitatem miscuit, Regum amicitias tenuit, procerum & inferiorum studia sibi deuinxit, omnium verò ordinum gratiam singulari integritatis innocentiæ, & humanitatis gloriâ sibi conciliauit: neminem*
C *læsit: sine labe vixit vir omni quæ in mortalem naturam cedere potest sanctitatis & religionis laude eminentissimus. Huic patri patriæ, & fratri benè merenti dum properantia nimium fata accusat, Cæsar Fregosius æterno dolore afflictus, pietatis, & luctus sui testimonium F. C. Vixit annis* LV. M. IX. D. XXVI.

IANI FREGOSII Nitiobrigum Episcopi Manes

Gente Ligur, Ligurumque Ducum celeberrimus ortu,
Æquè animi aequè oris gratia mira mei.
Regibus & populis carus ne hæc cernere possim
D *Bella, diu Antistes pacis in astra feror.* 1586.
Obyt die XVI. *Octob.* MDLXXXVI.

56. PETRVS DE DONAVLD V. ex Religioso Benedictino Abbatiæ S. Petri Lesatensis, & Theologo Parisiensi domus Nauarræ, à Rege Henrico 3. in Episcopum Aginnensem nominatur, sed possessionem non adiit factus Episcopus Mirapicensis anno 1587. vbi de eo plura. DONAVLD. 1587.

57. NICOLAVS DE VILLARS diœcesis Lugdunensis, priùs Senator Parisiensis, & S. Capellæ Thesaurarius, Episcopus autem Aginnensis ab an.

VILLARS. D'azur à trois molettes d'or de sable 2. 1. au chef d'argent chargé d'vn Lion passant de gueulle.

1589. vsque ad 1608. quo ad meliorem
1608. vitam transiit 10. Decemb. iacet in suâ Cathedrali ad subliminium chori, sub laminâ æreâ. Hoc Præsule sedente Collegium Soc. Iesu fundatum est Aginni, partim ipsius, Reginæ Margaritæ, & vrbis liberalitate. Patres Capucinos inuexit in vrbem, Sodalitates quas vocant Pœnitentium Alborum, Cæruleorum, & Cinereorum instituit, quæ posteà in omnes diœcesis vrbes propagatæ sunt.

GELAS. 58. CLAVDIVS DE GELAS Nicolai ex sorore nepos, anteà Aginnensis Archidiaconus, Senator Parisiensis Capellæ Sanctæ, & nemoris Viocenarum Thesaurarius, sacrique Consistorij Consiliarius, possessionem apprehendit 11. Octob. 1609. consecratur
1609. die 25. Octob. eiusdem anni in Ecclesiâ Monialium Carmelitarum Parisiis B. Mariæ de Campis, ab illustrissimo Pauli v. Pontificis Nuntio Maphæo Barberino, posteà Vrbano Papâ 8. Vrbem ingressus 7. Iunij 1612. postridie in publici Consilij domo se sacramento soleni obligauit admittentibus iusiurandum Consulibus vrbis. Interfuit an. 1614. Comitiis generalibus Cleri,
1624. & 1624. Concilio prouinciali Burdigalensi conuocato à Francisco Cardinali Surdisio. Relliquias S. Dulcidij Episcopi & Archidiaconi suæ Ecclesiæ vt hic olim fuerat, capsâ donauit argenteâ, cui sequẽs insculpta est epigraphe: *Beati Dulcidij Archidiaconi prius, deinde Aginnensium Episcopi dulciores hic requiescunt relliquiæ, quas colore & venerari fuerit semper christianum: exoticas etenim has, & velut peregrinas* CLAVDIVS GELASIVS *cornmdẽ Aginnensium Archidiaconus, tũ Præsul & Comes pijssimus, adhibito venerabili studio hùc transferri curauit, capsulaq; hâsce donauit, votiuũ Deo nostro munusculum, & suæ basilicæ, die 3. Augusti, inuentionis corporis S. Protomartyris Stephani eiusdem basilicæ patroni dica-*
1628. *ta, anno à partu Virginis 1628.* Eodem Antistite Patres Capucini Marmandâ, Villanouam, & Portum S. Mariæ tres diœcesis vrbes inducti: Tonino ob hæreticorum rebellionẽ exciso, monasterium quod ibi fuerat Carmelitarum in proximã Marmandæ vrbem translatum est; Monialium quas ab Annunciatâ Virgine nominãt, Marmandæ & Villanouæ fundata cœnobia: duo item in loca, nempe in vrbes S. Fidis Maiori s, & Lausuni recepti Patres Recollecti Ordin. S. Francisci, Virgines sacræ quas à nostrâ Dominâ vocant, Burdegalæ vbi prima iacta fuor Ordinis fundamenta, euocatâ Aginnum nouâ coloniâ Obiit verò Claudius ex apoplexiâ die tutelaris suæ Eccl. 26. De- 1630.
cembris 1630. & in eadem tumulatus.

DAILLON. Comme cy-après. 59. GASPARDVS DE DAILLON Abbas de Castellariis, Prior de Castris in Eremo, filius Francisci de Daillon Comitis du Lude, & Franciscæ de Schomberg, Gasparis Comitis de Nantolio natæ. nominatur Episcopus à Ludouico XIII. die 5. Ian. 1631. bullas im- 1631.
petrat ab Vrbano 8. Papâ 4. Id. Maij eiusdem anni; consecratus Lutetiæ 24. Augusti an. 1631. à Ioanne-Francisco Gondio Parisiensium Archiepisc. in Ecclesiâ Patrum Soc. Iesu: fidẽ clientelæ Regi professus 20. Aug. possessionem adeptus est procuratorio nomine die 9 Nouembris sequentis, & an. 1632. 8 Aug ciuitatem suam ingressus est solemniter. Hic Præsul Aginnum Carmelitanas Moniales recepit; & Patres Missionarij ad Sanctæ Liberatæ vrbem sunt constituti in oratorio votiuo B. Mariæ de Rosâ: inde ad Albiensem Episcoparum translatus anno 1634. vt mox dicemus. 1634.

DELBENE. D'azur à deux bastõs fleurdelisez d'argent mises en saultoir, le bout se terminãt en trois racines. 60. BARTHOLOMÆVS DELBENE Abbas S. Petri de Altouillari, diœcesis Remensis, Prior Collegialis Ecclesiæ Diui Caprasij Agionensis, frater Alfonsi Aurelianensis Episcopi, nominatione Regis Ludouici XIII. promotus ad hanc Cathedram ab Vrbano 8. Summo Pontifice, à quo obtentæ bullæ, publicatæ fuerunt 2. Nouemb. 1636. inauguratur Parisiis in æ- 1636.
de Monialium S. Mariæ, ab Octauio de Bellegarde Senonensi Archiepisc. cum in vrbem solemni pompâ, & omnium ordinum ac populorum applausu exceptus 10. Iunij 1638. in ipso introitu ianuæ cui nomen à S. Antonio, sacramento solemni coram Consulibus pro more se obstrinxit. Comitiis Cleri Gallicani Lutetiæ interfuit an. 1650. sub eius moderamine restaura- 1650.
tum est puerorum seminarium, & Patribus Missionariis commissum: ad omnes Ministrorum hæreticorum solemnes Conuentus Aquitaniæ in suâ diœcesi, missi sunt idonei operarij, qui duce dom. Soldadie Vicario Generali Caluinianorum conatus cõpresserunt,

atque semel, iterùmque ac tertiò quædam perniciosiùs à Ministris prolata, quàm vt tolerari deberent, & quæ in populorum cadebant offensionem, retractari fecerunt, coram ipso etiam Magistratu; bis in vrbe S. Fidis Maioris, Cleraci, Turnoni, & in aliis oppidis hæresi infectis. tunc Crucis vexillum quod longo contemptum iacuerat interuallo, maximâ Orthodoxorum accurrentium vndique gratulatione, nonnullis statutum ac erectum est locis. Cum autem à prouinciæ Præfecto Consules prohiberentur, ne Episcopum suum quâ solitum erat pompâ, & nominatim sub vmbellâ intra muros inueherent, id antiquum Episcopalis dignitatis ius, sibi, suisq; successoribus asseruit Bartholomæus, grauissimo in eam rem Regis, sanctiorisq; Consilij pronunciato iudicio. Eodem Præsule Sanctimonialium varia instituta sunt monasteria, Aginni quidem Visitationis, seu S Mariæ, S. Elisabethæ ex tertio S. Francisci Ordine, & alibi diuersis locis. Marmandæ Benedictinarum vnum, S. Vrsulæ aliud, in vrbe Portus B. Mariæ: secundum S. Vrsulæ, & tertium in vrbe S. Liberatæ, vnum deniq; Virginum Nostræ Dominæ dictarum, Villanouæ. Plura ad Ecclesiasticam in diœcesi disciplinam statuit, quale illud est, ne ad Ordines sacros quis admittatur, ni se priùs apud Ecclesiasticos viros Missionis animum colligendi causâ receperit, & per aliquot menses se excoluerit.

ARCHIDIACONI MAIORES AGINNENSES.

NON extat memoria Archidiaconorum Maiorum Capituli Aginnensis à priscis temporibus, sed tantùm hi reperiuntur in quibusdam membranis.

Raimundus de Amiliano, subscribit cùm aliis Iurisperitis consultationi codicillorum Raimundi Comitis Tolosani, pro Alfonso Pictauensi Comite eius genero, Tolosæ 1251. cuius apographum in lib. 2. Comitum Tolosanorum Catelli. A sæculo solùm, & à tempore sedis Mathæi Bandel, seu

A Antonij de la Rouere isti numerantur Archidiaconi.

Stephanus Canolio ex Taurinensi diœcesi oriundus.

Bernardus la Combe ex nobili familiâ Cadurcensi, Abbas Blazimontis, & Prior S. Caprasij Aginnensis.

Claudius de Gelas Lugdunensis, postcà electus in Episcopum Aginnensem, de quo superiùs.

Petrus de Villars Lugdunensis, post etiam assumptus in Archiepiscopum Viennensem.

B *Balthazar de Gelas* Lugdunensis, frater Claudij, & per annos multos eius Vicarius Generalis.

Claudius Hopil Parisiensis, ex sorore nepos memorati Claudij. Decanatum gerit anno 1654.

ALBIENSES EPISCOPI ET DOMINI.

ALBIA primæ Aquitaniæ ciuitas antiqua sub Archiepiscopatu Bituricensi, & Parlamento Tolosano, quam alluit Tarnis fluuius, vrbs Albigensium, siue Albiensium in Notitiâ Imperij, quæ Albiga vocatur à Greg. Turon. ex Paulino l. 2. c. 13. Albige in instrumento pacis Childeberti & Guntramni Regum; Albiā Petrus Vallisernaij monachus, vel Albam appellat Mathæus Paris in Hist. Angl. Hoc oppidum non cōfundendū cū Albâ Heluiorum, quæ Rhodano & Episcopatui Viuariensi vicina est. Cæterùm inter cætera Galliæ opulento Episcopatu gaudet, solo tritici, D vini, & aliorum frugum fertili, & croco in primis excellenti abūdat. Episcopus autē Dominus est temporalis vrbis, cuius tamen feudum seu dominium directum pendet ab Archiepiscopo Bituricensi, quem Albienses Antistites sæpe agnouerunt, & agnoscere tenentur non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, vti notat cartularium Bituricense. Albiensis Ecclesia Cathedralis magnificentissima S. Cæciliæ virgini dicata est, cuius Canonicos olim sub regulâ & habitu S. Augustini viuentes sæculari togâ donauit Bonifacius VIII. Papa 29. Septembris 1297.

Albi. en haut Languedoc sur le Tarn

C

Constat eius Capitulum Præposito, Cantore, Subcantore, Archidiaconis quatuor, Theologo, 20. Canonicatibus, qui Præsulis collationi subsunt. Ab hac verò ciuitate hæretici qui Septimaniam, Aquitaniæque maximam partem labe infecerunt, dicti sunt Albigenses, quorum Historiam Latinam scripsit Petrus Monachus Vallium Cernaij diœcesis Parisiensis, Ordinis Cisterciensis, ex antiquo MS. editam à Nicolao Camuzato Trecensis Ecclesiæ Canonico. Cæterùm Abbatiæ huius diœcesis hæ sunt.

GALLIACVM *Gaillac* O B.

S. GAVDERICI O B.

CANDELIVM *Candeil* O C.

Præsulum Albiensium catalogus sequens ex variis monumentis & membranis, ab archiuo Cathedralis collectus, auctior datur cæteris qui hactenus in lucem prodiêre.

1. S. CLARVS primus Albiensium vulgò Episcopus in diptychis Ecclesiæ reponitur, quæ tradunt Lactoræ in Vasconiâ palmam Martyrij adeptum fuisse: celebratur eius memoria in Martyrologio ad diem 1. Iunij.

2. ANTHIMIVS, discipulus Clari in iisdem monumentis legitur.

3. DIOGENIANVS celebratur à Gregorio Turonensi lib. 2. Historiæ cap. 13. cùm clarissimis Episcopis Aquitaniæ, ad annum circiter Christi

406. 406. ex verbis Paulini Presbyteri; *si enim*, inquit, *hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecolismæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoriis, vtcunque se habent sæculi mala, videbis profectò dignissimos totius Fidei, Religionisque custodes.*

451. 4. ANEMIVS subscribit anno 451. Epistolæ Synodicæ Episcoporum Galliæ ad Leonem summum Pontificem, ex codice antiquo manuscripto Ioannis Sauatonis; cui etiam chirographum adscribunt Episcopi vtriúsque Narbonensis prouinciæ, & Alpium Maritimarum.

5. SABINVS Concilij Agathensis Canones approbauit suâ subscriptione anno 506. cùm Quintiano Rurenæ ciuitatis Episcopo, Boëtio Caducensi, Tetradio Bituricensi Metropolitâ.

6. AMBROSIVS delegauit ad Synodum Aurelianensem 5. anno 549. Viuentium Ecclesiæ Albiensis Archidiaconum, qui eius vice decreta Concilij calculo suo firmauit, vt videre est tomo 1. Conciliorum.

7. S. SALVIVS, vir summæ sanctitatis, vt testatur Greg. Tur. lib. 5. cap. 45. & 50. de cuius vitâ fusè item lib. 7. cap. 1. sic loquitur: Aliqua de „ B beati Saluij Episcopi obitu exposcit lo- „ qui deuotio, qui hoc anno obiisse pro- „ batur. Hic enim vt ipse referre erat „ habitus, diu in habitu sæculari commo- „ ratus, cùm Iudicibus sæculi mundia- „ les causas est exequutus: nunquam „ tamen se in his concupiscentiis obli- „ gans, quibus adolescentum animus „ solitus est implicari: relictâ sæculari „ militiâ monasterium expetiuit, intel- „ lexítque vir iam tunc diuinitati dedi- „ tus, meliùs esse vti paupertate cùm „ Dei timore, quàm sæculi pereuntis „ lucra sectari. In quo monasterio diu „ sub Regulâ à Patribus institutâ versa- „ C tus est; iam verò cùm in robore ma- „ iori tam intellectus quàm ætatis euectus esset, defuncto Abbate qui huic „ monasterio præerat, alendi gregis sus- „ cipit officium, illico sibi secretiorem „ cellulam quærit, nam in priore, vt ipse „ adscrebat, ampliùs quàm nouem vici- „ bus nimiâ exæsus abstinentiâ, pellem „ corporis demutauit: in quâ inclusione „ in omni abstinentiâ magis quàm priùs „ egerat, commoratur. Quodam autem „ tempore febre exhaustus, extensis ad „ cœlum manibus, cùm gratiarum actione spiritum exhalauit. Prætermittimus autem verba Gregorij, quia prolixiotis sunt narrationis, de his quæ san- D ctus ille Saluius ab alterâ vitâ exsuscitatus narrasse fertur; testor, inquit, „ Deum omnipotentem, quia ab ipsius „ ore omnia quæ retuli audita cognoui. „ Post multum verò tempus ipse vir bea- „ tus cellulâ suâ extractus ad Episcopa- „ tum euectus, inuitus est ordinatus. In „ quo, vt opinor, decimum annum cùm „ ageret, inualescente apud Albigensem „ vrbem inquinario morbo, & maximâ „ iam parte de populo illo defunctâ, „ cùm iam pauci de ciuibus remanerent, „ vit beatus tanquam bonus pastor, nunquam ab illo loco recedere voluit, „

sed semper hortabatur eos qui relicti erant, orationi incumbere, ac vigilius instanter insistere, & bona semper tam in operibus, quàm in cogitatione versari, dicens: Hæc agite, vt si vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in iudicium, sed in requiem introire possitis. Cùm autem, vt credo, iam reuelante Domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcofagum composuit, corpus abluit, vestem induit: & sic intentum semper cœlo beatum spiritum exhalauit. Fuit autem magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurum numquam habere volens. Nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cùm Mommolus Patricius multos captiuos ab eâ vrbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantámque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, vt ipsi etiam qui captiuos duxerant, & de precio ei concederent, & in reliquo munerarent, & sic patriæ suæ captiuos libertati pristinæ restauranit. Multáque de hoc viro bona audiui. Huc vsque Gregorius.

8. Desideratvs B. Saluio in Pontificalem sedem subrogatur anno
586. Domini 586. auctore eodem Gregorio l. 8. Hist. cap. 22. *Post obitum*, inquit, *S. Saluij hoc anno, Desideratus Albigensibus Episcopus datus est.* Rectè igitur post Gregorium aduertit Catellus in serie Antistitum Albiensium lib. 5. Hist. Occitanæ, non est locus Theofrido, qui reuerâ superinductus est.

9. Constantivs interfuit Concilio Remensi sub Sonnatio anno
630. 630. ex Flodoardi Historiâ. Scribit Desiderio Episcopo Cadurcensi in hæc verba: cognoscite domne, nos orationibus vestris incolumes de palatio remeasse, & Regem modò Magantiæ esse. Et pro quo litteras præcipuè misimus, precamur obnixè, & tanquam pedibus vestris aduoluti quæsumus, vt si euenit, quod Natiuitatem Domini in territorio Alugense celebrare deliberetis, sic vos mereat in Apostolatu videre, vt in ciuitatulâ vestrâ Albige ipsâ solemnitate in Dei nomen celebrare debeatis. Non me spernere domne, non me renuere, non me despicere, quominus in tantâ solemnitate non per te inlestretur, decoretur, ornetur Ecclesia; & ex tuo A sancto ore benedictionem populus accipere mereatur. Interim quæso denunciate nobis, quàm celeriùs vltra Tarne accedere deliberatis, aut vbi possumus (quod sæpe desideramus) vestram videre præsentiam. Propter eà enim de Natiuitate Domini deanteà vobis suggessi, vt alij me antecedere non possint. Quia multi te desiderant, sed nemo plus, quàm ego. Pater iterum, iterúmque suggero, & commemorare præsumo, vt non sicfaciatis de istâ Natiuitate Domini, sicut pridem, quando satis vos in do- B mum habere volui, sed peccatis meis obtinere non merui. Annis multis vobis seruire mereat, domne Desideri semper suspiciende Pater.

10. Lvpvs interfuit Synodo Pontigonensi anno 876. vt memorant Capitularia Caroli Calui. 876.

11. Eligivs præsens Synodo Nemausensi anno 886 recensetur in vitâ 886. S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, pro restitutione Seruidei Episcopi Gerundensis; ait námque vita Theodardi apud Catellum: Episcopi C tempore sibi illato prædictam prompto animo conuenerunt in villam. Affuit etiam & vir venerabilis vitæ Audardus habens secum Episcopos Girbertum Nemansensem, Guisleranum Carcassonensem, Elegium Albiensem, Amelium Vzeticensum, Albonem Magalonensem, Bosonem Agathensem, Agilbertum Biterrensem, Riculfum Elnensem, Godmarum Ausonensem, Ingobertum Vrgellensem, Seruum Dei Gerundensem, Bernardum Tolosanum, & Macharium Lurtouensem. Horum omnium duo Ingobertus, & Seruus Dei proclamationum suarum litteras attulerunt, at- D que obtulerunt cæteris Episcopis, & insuper viuæ vocis colloquio, suas sibi iniustè irrogatas ab Acephalis Antiscopis, in conspectu qui aderant omnium exposuerunt iniurias.

12. Frotardvs I. anno Domini 887. præsens fuit translationi reliquiarum S. Antonini; viuebat adhuc 16. Nouemb. anno 890. ex monumen- 890. tis Ecclesiæ Albiensis.

13. Bernardvs rexit Episcopatum regnante Lothario, anno decimo inuenitur eius nomen in tabulis an- 967. ni 967. seditque adhuc Guillelmo Comito

1608. 1589. vſque ad 1608. quo ad meliorem vitam tranſiit 10. Decemb. iacet in ſuâ Cathedrali ad ſubliminium chori, ſub laminâ æreâ. Hoc Præſule ſedente Collegium Soc. Ieſu fundatum eſt Aginni, partim ipſius, Reginæ Margaritæ, & vrbis liberalitate, Patres Capucinos inuexit in vrbem, Sodalitates quas vocant Pœnitentium Alborum, Ceruleorum & Cinereorum inſtituit, quæ poſteà in omnes diœceſis vrbes effuſæ ſunt.

GELAS. 58. CLAVDIVS DE GELAS Nicolai ex Sorore nepos, anteà Aginnenſis Archidiaconus, Senator Pariſienſis Capellæ Sanctæ, & nemoris Vincennarum Theſaurarius, ſacrique Conſiſtorij Conſiliarius, poſſeſſionem appre-
1609. hendit 11. Octobris 1609. conſecratur die 25. Octobris eiuſdem anni in Eccleſiâ Monialium Carmelitarum Pariſiis B. Mariæ de Campis ab illuſtriſſimo Pauli V. Pontificis Nuntio Maphæo Barberino poſteà Vrbano Papâ 8. Vrbem ingreſſus 7. Iunij 1612. poſtridie in publici conſilij domo ſe ſacramento ſolemni obligauit admittentibus iuſiurandum Conſulibus vrbis. Interfuit anno 1614. Comitiis generalibus Cleri, &
1614. 1624. Concilio prouinciali Burdigalenſi conuocato à Franciſco Cardinali Surdiſio. Relliquias S. Dulcidij Epiſcopi & Archidiaconi ſuæ Eccleſiæ vt hic olim fuerat, capsâ donauit argenteâ, cui ſequens inſculpta eſt epigraphe: *Beati Dulcidij Archidiaconi priùs, deinde Aginnenſium Epiſcopi dulciores hîc requieſcunt relliquiæ, quas colere & venerari fuerit ſemper chriſtianum: exoticas etenim has, & velut peregrinas CLAVDIVS GELASIVS eorumdem Aginnenſium Archidiaconus, tum Præſul & Comes piiſsimus, adhibito venerabili ſtudio hûc transferri curauit, capſulâque háſce donauit, votiuum Deo noſtro munuſculum, & ſuæ baſilicæ die 3. Auguſti inuentioni corporis S. Protomartyris Stephani eiuſdem baſilicæ patroni dicata, anno à par-*
1628. *tu Virginis* 1628. Eodem Antiſtite Patres Capucini Marmandam, Villanouam, & Portum S. Mariæ tres diœceſis vrbes inducti: Tonino ob hæreticorum rebellionem exciſo, monaſterium quod ibi fuerat Carmelitarum in proximam Marmandæ vrbem tranſlatum eſt; Monialium quas ab Annunciatâ Virgine nominant, Marmandæ & Villanouæ fundata cœnobia, duo item in loca nempe in vrbes S. Fidis Maioris, & Lauſuni recepti Patres Recollecti Ordi-
A dinis S. Franciſci, Virgines ſacræ quas à noſtrâ Dominâ vocant Burdegalæ vbi prima iacta ſunt Ordinis fundamenta, euocatâ Aginnum nouâ propagatione. Obiit verò Claudius ex apoplexiâ die tutelaris ſuæ Eccleſiæ 26. Decembris anno 1630. & in eadem tumulatus. 1630.

59. GASPARDVS DE DAILLON Abbas de Caſtellariis, Franciſci Comitis du Lude & Franciſcæ de Schomberg filius, nominatur Epiſcopus à Ludouico XIII. die 5. Ianuarij 1631. bullâs impetrat ab Vrbano 8 Papâ 4. Idus Maij DAILLON. 1631.
B eiuſdem anni; conſecratus Lutetiæ 24. Auguſti anno 1631. à Ioanne-Franciſco Gondio Pariſienſium Archiepiſcopo in Eccleſiâ Patrum Soc. Ieſu: fidem clientelæ Regi profeſſus 20. Aug. poſſeſſionem adeptus eſt procuratorio nomine die 9. Nouemb. ſequentis, & anno 1632. 8. Auguſti ciuitatem ſuam inuectus eſt ſolemniter. Hic Preſul Aginnum Carmelitanas Moniales recepit, & Patres Miſſionarij ad Sanctæ Liberatæ vrbem ſunt conſtituti in oratorio votiuo B. Mariæ de Roſâ: inde ad Albienſem Epiſcopatum tranſlatus anno 1634. 1634. vt mox dicemus.

C 60. BARTHOLOMAEVS DELBENE Abbas ſancti Petri Altiuillarenſis, diœceſis Remenſis, Prior Collegialis Eccleſiæ Diui Capraſij Aginnenſis, frater Alfonſi Aurelianenſis Epiſcopi, gratâ nominatione Regis Ludouici XIII. quá nec quæſitâ promotus ad hanc Cathedram ab Vrbano 8. Summo Pontifice, à quo obtentæ bullæ, publicatæ fuerunt 2. Nouemb. 1636. inauguratur 1636. Pariſiis in æde Monialium S. Mariæ, ab Octauio de Bellegarde Senonenſi Archiepiſcopo, tum in vrbem non ſolemni pompâ, ſed omnium Ordinum & populorum applauſu exceptus 10. Iu-
D nij 1638. in ipſo introitu ianuæ cui nomen à S. Antonio ſacramento ſolemniſe coram Conſulibus pro more ſe obſtrinxit. Comitiis Cleri Gallicani Lutetiæ interfuit anno 1650. ſub eius mo- 1650.
deramine reſtauratum eſt puerorum ſeminarium, & Patribus Miſſionariis commiſſum: ad omnes Miniſtrorum hæreticorum ſolemnes Conuentus Aquitaniæ in ſuâ diœceſi, miſſi ſunt idonei operarij, qui duce domino Soldadie Vicario Generali Caluinianorum conatus compreſſerunt, atque ſemel iterúmque ac tertiò quædam pernicioſiùs à Miniſtris prolata, quàm vt tole-

DELBENE. D'azur à deux bastons fleurdelisez d'argent, mis en sautoir, le bout se terminant en trois ro..nes

tari deberent, & quæ in populorum A eadebant offensionem tetractari fecerunt, coram ipso etiam Magistratu, bis in vrbe S. Fidis Majoris, Cleraci, Turnoni, & in aliis oppidis hæresi infectis, triumphale tunc Crucis vexillum longo quàm contemptum iacuerat interuallo, maximâ Orthodoxorum accurrentium vndique gratulatione, nonnullis statutum ac erectum est locis. Cum autem à prouinciæ Præfecto Consules prohiberentur, ne Episcopum suum quâ solitum erat pompâ, & nominatim sub vmbellâ intra muros inueherent, id antiquum Episcopalis dignitatis ius sibi suisque successoribus B asseruit Bartholomæus, grauissimo in eam rem Regis, sanctorisque Consilij pronunciato iudicio. Sanctimonialium varia instituta monasteria, Aginni quidem earum quas à Visitatione, seu à S. Mariâ nominant, earum etiam quas à S. Elisabethâ ex tertio S. Francisci Ordine, & alibi diuersis locis Marmandæ Benedictinarum vnum, Sanctæ Vrsulæ aliud, in vrbe Portus B. Mariæ: secundum S. Vrsulæ, & tertium in vrbe S. Liberatæ, vnum denique Virginum Nostræ Dominæ dictatum, Villanouæ. Plura ad Ecclesiasticam in diœcesi disciplinam statuit egregia, quale illud est, C ne ad Ordines sacros quis admittatur, ni se priùs apud Ecclesiasticos viros Missionis animum colligendi causâ receperit, & per aliquot menses se excoluerit.

ARCHIDIACONI MAIORES AGINNENSES.

Non extat memoria Archidiaconorum Majorum Capituli Aginnensis à priscis Vincentij & Dulcidij D Archilenitarum temporibus, sed tantùm hi repetiuntur.

Raimundus de Amiliano, subscribit cum aliis Iurisperitis consultationi codicillorum Raimundi Comitis Tolosani, pro Alfonso Pictauensi Comite eius genero, Tolosæ 1251. cuius apographum in lib. 2. Comitum Tolosanorum Catelli. A seculo solùm & à tempore sedis Mathæi Bandel, seu Antonij de la Rouere isti numerantur Archidiaconi.

Stephanus Cunolio ex Taurinensi diœcesi otiudtus

Bernardus La Combe ex nobili familiâ Cadurcensi, Abbas Blazimontis, & Prior S. Caprasij Aginnensis.

Claudius de Gelas Lugdunensis, posteà electus in Episcopum Aginnensem de quo superiùs.

Petrus de Villars Lugdunensis, qui assumptus in Archiepiscopum Viennensem.

Balthazar de Gelas Lugdunensis frater Claudij, & per annos multos eius Vicarius generalis.

Claudius Hopil Parisiensis, ex sorore nepos memorati Claudij. Decanatum gerit anno 1654.

ALBIENSES EPISCOPI ET DOMINI.

Albia primæ Aquitaniæ ciuitas antiqua, sub Archiepiscopatu Bituricensi, & Parlamento Tolosano, quam alluit Tarnis fluuius, vrbs Albigensium, seu Albiensium in Notitiâ Imperij, quæ Albiga vocatur à Greg. Turon. ex Paulino lib. 2. c. 13. Albige in instrumento pacis Childeberti & Guntranni Regum; Albiam Petrus Vallisceruaij monachus, seu Albam appellat Mathæus Paris in Hist. Angl. Hoc oppidum non confundendum cum Albâ Heluiorum, quæ Rhodano & Episcopatui Viuariensi, vicina est: inter cætera Galliæ opulento Episcopatu gaudet, solo item tritici, vini, & aliorum frugum fertili, & croco in primis excellenti abundat. Episcopus autem dominus est temporalis vrbis, cuius tamen feudum seu dominium directum pendet ab Archiepiscopo Bituricensi, quem Albienses Antistites sæpe agnouerunt, & agnoscere tenentur non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, vt est in cartulario Bituricensi. Albiensis Episcopij ædes Cathedralis magnificentissima S. Cæciliæ virgini dicata est, cuius Canonicos olim sub Regulâ & habitu S. Augustini viuentes, sæculari togâ donauit Bonifacius VIII. Papa 29. Septemb. 1297.

Albi. Albi en Languedoc sur le Tarn.

Constat eius Capitulum Præposito, Cantore, Subcantore, Archidiaconis quatuor, Theologo, ac viginti Canonicis, ad collationem Episcopi. Ab hac verò ciuitate hæretici qui Septimaniam, Aquitaniæque maximam partem labe infecerunt, dicti sunt Albigenses, quorum Historiam scripsit Petrus Vallium-cernaij monachus, editam Latinè à Nicolao Camuzato Canonico Trecensi. Abbatiæ diœcesis hæ sunt.

GALLIACVM *Gailla* OB.

S. GAVDERICI OB.

CANDELIVM *Candeil* OC.

Præsulum Albiensium catalogus sequens ex varijs monumentis ac archiuio Cathedralis à nobis collectus, auctior datur cæteris qui hactenus in lucem prodiere.

1. S. CLARVS memoratur in diptychis Albigensibus, & in Martyrologio ad diem primam Iunij.

2. ANTIMIVS discipulus Clari.

3. DIOGENIANVS inter dignissimos fidei, religionisque custodes, & Sacerdotes celebratur à Gregorio Turon. lib. 2. Hist. cap. 13. cum clarissimis Episcopis Exuperio Tolosæ, Simplicio Viennæ, Amando Burdegalæ, Dinamio Engolismæ, & aliis, ad annum circiter
406. Christi 406. vbi vocatur Episcopus Albigæ.

451. 4. ANEMIVS anno 451 subscribit epistolæ Synodicæ Episcoporum Galliæ ex manuscripto codice Sauatonis.

5. SABINVS Canones Concilij
506. Agathensis, cui interfuit an. 506. nominis caractere insigniuit.

6. AMBROSIVS, subscripsit eius
549. vice Synodo Aurelianensi 5. anno 549. Viuentius Archidiaconus ab eo delegatus.

7. S. SALVIVS, vir summæ sanctitatis, vt testatur Greg. Tur. lib. 5. cap. 45. & 50. de cuius vitâ fusè item lib. 7. cap. 1. sic loquitur: Aliqua de beati Saluij Episcopi obitu exposcit loqui deuotio, qui hoc anno obijsse probatur. Hic enim vt ipse referre erat habitus, diu in habitu seculari commoratus, cum Iudicibus sæculi mundiales causas est exequutus: numquam tamen se in his concupiscentiis obligans, quibus adolescentium animus solitus est implicari: relictâ sæculari militiâ monasterium expetiuit, intellexitque vir iam tunc diuinitati deditus, meliùs esse vti paupertate cum Dei timore, quàm sæculi pereuntis lucra sectari. In quo monasterio diu sub Regulâ à Patribus institutâ versatus est; iam verò cum in robore maiori tam intellectus quàm ætatis euectus esset, defuncto Abbate qui huic monasterio præerat, alendi gregis suscipit officium, illico sibi secretiorem cellulam quærit, nam in priore vt ipse adserebat ampliùs quàm nouem vicibus nimiâ exæsus abstinentiâ, pellem corporis demutauit: in quâ inclusione in omni abstinentiâ magis quàm prius egerat commoratur. Quodam autem tempore febre exhaustus extensis ad cœlum manibus cum gratiarum actione spiritum exhalauit: prætermittimus autem verba Gregorij, quia prolixiores sunt narrationis, de his quæ sanctus ille Saluius ab alterâ vitâ exsuscitatus narrasse fertur: testor, inquit, Deum omnipotentem, quia ab ipsius ore omnia quæ retuli audita cognoui. Post multum verò tempus ipse vir beatus cellulâ suâ extractus ad Episcopatum euectus, inuitus est ordinatus. In quo, vt opinor, decimum annum cùm ageret, inualescente apud Albigensem vrbem inguinario morbo, & maximâ iam parte de populo illo defunctâ, cùm iam pauci de ciuibus remanerent, vir beatus tanquam bonus pastor, nunquam ab illo loco recedere voluit, sed semper hortabatur eos qui relicti erant, orationi incumbere, ac vigiliis instanter insistere, & bona semper tam in operibus, quàm in cogitatione versati, dicens: Hæc agite, vt si vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in iudicium, sed in requiem introire possitis. Cùm autem, vt credo, iam reuelante Domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcofagum composuit, corpus abluit, vestem induit: & sic intentum semper cœlo beatum spiritum exhalauit. Fuit autem magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurum numquam habere volens. Nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cùm Mummolus Patritius multos captiuos ab eâ vrbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantámq; ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit,

„ vt ipsi etiam qui captiuos duxerant, & de precio ei concederent, & in reliquo muneraret, & sic patriæ suæ captiuos libertati pristinæ restaurauit. Multáque de hoc viro bona audiui. Huc usque Gregorius.

8. DESIDERATVS suffectus beato Saluio ad meliorem vitam migran-
586. te an. 586. auctore Greg. l. 8. c. 22. Hist. adeò vt non sit locus in Albigensium Antistitum catalogo, Theofrido qui surperinductus legitur.

630. 9. CONSTANTIVS interfuit Concilio Remensi sub Sonnatio an. 630. apud Flodoardum; cuius meminit epistola ad Desiderium Episcopum Cadurcensem: precamur, inquit, enixè, & quasi pedibus aduoluti, vt si euenit quòd Natiuitatem Domini in territorio Albigensi celebrare deliberetis, sic vos merear in Apostolatu videre, vt in ciuitate vestrâ Albige ipsâ solemnitate in Dei nomen celebrare debeatis.

876. 10. LVPVS in Synodo Pontigonensi an. 876. memoratur in Capitularibus Caroli Calui.

886. 11. ELIGIVS adfuit Synodo Nemausensi an. 886. recensetúrq; in vitâ S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, pro restitutione Seruidei Episcopi Gerundensis, cum aliis multis Antistitibus.

887. 12. FROTARDVS I. an. 887. cum Theodardo præsens tralationi relliquiarum Sancti Antonini, erat in viuis 16. Nouemb. 890. ex monumentis Ecclesiæ Albigensis.

13. BERNARDVS regnante Lothario anno decimo 964. & 967. Episcopale munus adhuc obiuit.

972. 14. FROTERIVS an. 972. à quo in præsentiâ Fulcranni Episcopi Lodouensis, vnà cum Regismundo Comite Tolosano fundata reperitur Abbatia S. Michaelis Galliacensis, Episcopo & Comite concedentibus dotationem ex bonis suis, habetur exemplar in archiuio Albiensi sub hæc verborum formulâ conceptum.

ANNO ab Incarnatione Domini DCCCCLXXII. *In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. amen. Ego Froterius dictus Episcopus, ac sacri consecratione quâ ad honorem Dei Omnipotentis, beatæ Mariæ semper Virginis, & S. Ioannis Baptistæ, & omnium Sanctorum Martyrum hoc altare consecramus pro amore Dei, & redemptione animæ meæ, & animarum parentum meorum, in præsentiâ Domini Folcranni Episcopi Lodouensis, & Domini mei Regimundi Comitis, & dominæ meæ Girsendis Comitissæ, & aliorum plurimorum hominum. Huic Monasterio Galliacensi dono & concedo Valeni, caumaur illos primos & Aubilex, & Salheriam, & Ecclesiam, de Briton cum omnibus appenitus suis, & Falgairolas, & Muntanum cum Ecclesiâ & cum Campanis, & Donezac, & Segurias, & illos mansos de Tesloat, & Ecclesiam de Bracxone, & Berens cum omnibus quæ ibi pertinent, & Ecclesiam S. Iacobi de Bareus quæ ad eam pertinent, & Ecclesiam S. Petri de Galliaco: Omnes honores hoc supradictos huic monasterio Galliacensi dono & concedo in perpetuum, & deprecor dominum meum Regimundum Comitem qui in præsenti est, vt ipse concedat & confirmet has donationes. Et ego Regimundus Comes ad honorem Dei & pro peccatis meis hæc dona supradicta concedo & confirmo vt super; & ipsum monasterium Galliacense concedo & confirmo esse in perpetuum ad Dei seruitium, vt monachi sub regulâ S. Benedicti in eo degentes deseruiant semper, & ipsam villam Galliacensem, quæ magna nunc est, vel futura est, & Milites & homines vniuersos qui in eâ habitant, vel habitaturi sunt, & castrum de Vlmo dono & concedo & confirmo huic monasterio, vt habeat & possideat sub proprio domino sine vllo contradictore, & fidantias & iustitias, & vendentium & ementium, & ingressus, & egressus, & fluuium tam in villâ Curtes vsque ad Muntanum & ripas vtriúsque partis, & transitus & retransitus, & molinaria & molendinas, & Ecclesias S. Amantij, & Ecclesiam de Brecio: hæc omnia supradicta dono & concedo & confirmo huic monasterio Galliacensi. Signum domini Froterij Episcopi, Sig. Domini Folcranni Episcopi, Sig. Gersindis Comitissæ, Sig. Euardi Eleemosynarij Albiæ, Sig. Comitis, Sig. Froterij Episcopi, Sig. Folcranni Episcopi.* Frotherius autem Capitulum ad canonicam vitam informauit, in quo peruersi mores adeò inualuerant, vt passim dignitates & personatus temporales beneficiorum in laicam possessionem cederent: id factum est consilio Guiraldi Cardinalis Ostiensis, Richardi Bituticensis Archiepiscopi, & Guilelmo Comite

Comite Tolosano, ex tabulis Albiensibus.

987. 15. AMELIVS an. 987. cum Pontio Tolosano Comite, & Isarno Vicecomite, presens dedicationi S. Saluatoris Lemouicensis 1028. cuius Synodo interfuit an. 1034. in quâ dicitur moribus & ætate grandæuus. Memoratur & in archiuis Tolosanæ Ecclesiæ 1035. necnon in priuilegio Vindocinensis Monasterij 1040.

16. ALDEGARIVS I. extat de hoc memoria in veteri pancartâ anni 1045.

1050. 17. GVILLELMVS I. eiusdem sedis Anristes circa an. 1050. regnante Henrico, vt affirmant quædam tabulæ.

18. FROTARDVS II. legitur in cartâ anni 1069.

19. GVILLELMVS PICTAVENSIS II. hanc administrabat Ecclesiam

1086. 1086.

20. GALTERVS in dedicatione S. Saturnini Tolosæ 1096. ab Vrbano II. Papâ celebratâ, vt fert vetus Hist. manuscripta.

21. HVGO I. Episcopus Albiensis

1098. an. 1098.

22. ADELGARIVS II. vixit an. Domini 1109.

23. BERTRANDVS I. cuius subscriptio habetur in documento anni

1115. 1115.

24. HVMBERTVS de eo fit mentio in actis annorum 1125. & 1126.

1127. 25. GVILLELMVS III. rexit hanc Ecclesiam sub annum 1127.

26. HVGO II. in instrumento Ecclesiæ Podiensis an. 1135.

27. DOMINICVS I. successit Hugoni, in archiuio námq; Albiensi se immediatè successorem nuncupat Hugonis.

1144. 28. RIGALDVS cuius nomen obseruatur ex monumentis an. 1144. & 1148.

29. ARNALDVS legitur in actis eiusdem Ecclesiæ Albiensis 1157.

30. GVILLELMVS IV viuebat Episcopali infulâ condecoratus 1166.

1166. 31. GERARDVS I. anno 1176. in documento fidei clienrelaris Roberti Abbatis Galliaci, quo profitetur totam toparchiam tenere in feudum à Raimundo Comite Tolosano. Iste adfuit

A Concilio Albigensi cum Narbonensi Archiepiscopo, in quo damnati Albigenses apud Rogerium Houedenum in Annalibus. Cœpit hæc hæresis apud Albam Augustam, & in Aquitanicâ ac Tolosanâ prouinciâ potissimum inualuit; quin & Hispaniam veneno suo infecit, Raimundum Tolosanum Comitem eorum fautorem, Fuxensem, Biterrarum, & Conuenensem Comites; ipse Rex Arragoniæ eam fouit: inter plurimos errores credebant cum Manichæis duo rerum principia, corporum resurrectionem negabant, metempsicosim asserebant, potestatem remittendi

B peccata sacerdotibus auferebant, negabant aquam baptismi habere vim eluendi peccata, neque in Eucharistiâ esse corpus Christi, preces pro mortuis esse inutiles; hæc & alia dogmatum capita recenset Houcdenus in Annalibus Anglicis: & Mathæus Paris in Hist. Angl. hæreticorum, ait, prauitas, qui Albigenses appellantur, in Vasconiâ, Albigesio, in partibus Tolosanis, & Arragonum adeò inualuit, vt non iam in occulto, sicut alibi, nequiriam suam exercerent, sed errorem suum publicè proponentes, ad consensum suum simplices attraherent & infirmos. Dicuntur

C autem Albigenses ab Albâ ciuitate, vbi error ille dicitur sumpsisse exordium: illorum peruersitas adeò diuinam contempsit seueritatem, vt videntibus Episcopis & Presbyteris, libros Euangeliorum in sentinas proiicerent, & calices cum vasis sacris in despectum corporis & sanguinis Christi, enormiter dehonestarent. At verò Gregorius in Italiâ, Isidorus in Hispaniâ ipsos impugnarunt, & Lucas Tudensis in eos doctè scripsit; vide Baronium & Spondanum in Annalibus.

D 32. GVILLELMVS PETRI, v. an. 1197. 1197. de illo Guillelmus Podij Laurentij in Chronico quædam narrat cap. 3. & Petrus Valliumcernaij monachus c. 25. Hist. Albig. hæc scribit: *Venit idem Comes Albiam: erat autem Albia ciuitas quam tenuerat Vicecomes Biterrensis, Episcopus autem Albiæ Guillelmus qui erat Dominus ciuitatis principalis gratanter suscepit illum Dominum, & tradidit ei ciuitatem.* Simon Comes Montisfortis huic Præsuli & successoribus largitus est castra & toparchias de Roffiac & de Marsac: necnon Capitulo viginti libras redditus, & summę pensitandæ assignauit castrum

S. Georgij: pluribus in schedis tabularij Albiensis nominaturis Præsul cui 1226. Capitulum facultatem concessit regendi Præposituram Albiensem, vacantem per obitum Ademari Guillelmi. In cartulario Bituricensi numerat annum sui
1225. Pontificatus 1225. plusquam quadragesimum, vbi facit hominium Archiepiscopo Bituricensi de ciuitate Albiâ, coram Guilelmo Cadurcensi, & Stephano Mimatensi Episcopis.

33. DVRANDVS ex Archidiacono Sacricæsaris in Ecclesiâ Bituricensi obtinebat Episcopatum 1229. ex cartophilacio Albiensi Extat in scriniis Episcopalibus instrumentum transactionis inter ipsum & Comitem Tolosanum
1232. pro villâ Emiliani 1232. & pactum concordiæ cum eodem Principe de iure monetæ Albiensis 1248. Obsedit cum Petro Amelij Archiepiscopo Narbonensi, & Carcassonæ Senescallo, castrum Montissecuri in diœcesi Tolosanâ contra hæreticos an. 1243. vt narrat Guil. de Podio Laurentij; denique adest Raimundo Comiti Tolosano morien-
1249. ti 1249. Ceterùm Petrus de Montesquiuo à Carello recensitus non potuit sedi Albiensi præsidere sub an. 1254. cùm idem sit cùm Pictaino Cardinali infrà suo loco restituendo.

COMBRET. 34. BERNARDVS DE COMBRET I. ex Præposito Albiensi, plures Ecclesias à decessoribus suis Durando & Guillelmo Abbatiæ Candeliensi concessas, suâ confirmatione ratas esse voluit, vt apparet ex cartâ archiuij
1252. Albiensis 1252. reperiuntur item litteræ quibus transegit cum Rege Ludouico super iurisdictione ciuitatis Albiensis 1264. quas operæ pretium nobis visum est ex veteri documento regij tabularij Parisiensis eo tenore adscribere.

LVDOVICVS Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus vniuersis tam præsentibus quàm futuris, quòd cùm orta esset materia quæstionis inter nos ex vnâ parte, & dilectum nostrum Bernardum Episcopum Albiensem ex alterâ, super iure & iurisdictione ciuitatis Albiensis, vel parte eiusdem, & specialiter super eo quod pro parte nostrâ proponebatur, quod ratione iurisdictionis quam nos habebamus in ciuitate Albiensi incurrimenta sunt, & faidimentorum pertinebant ad nos, Episcopo Albiensi in contrarium asserente, & dicente, dicta A *incurrimenta ad se, & Albiensem Ecclesiam pertinere ratione iurisdictionis quam habet in ciuitate Albiensi, nec non super quibusdam aliis occasione contentionis huius suscitatis & quibusdam aliis. Tandem super dictâ quæstione ad amicabilem compositionem deuenimus prout inferiùs continetur, videlicet quòd nos pro nobis & successoribus nostris Regibus Francorum volumus, concedimus, & assentimus quod Episcopus Albiensis & successores ipsius habeant & possideant vel quasi pacificè & quietè tanquam sua maiorem iustitiam ciuitatis Albiensis, videlicet de ciuibus, sanguinis effusione, furtis & adulteriis, & fidelitatem* B *hominum eiusdem ciuitatis, & custodiam clauium portarum dictæ ciuitatis, & incurrimenta siue commissa hominum prædictorum, & præconizare facere in ciuitate prædictâ. Nobis verò, & Episcopo Albiensi communis remanet clamor dictæ ciuitatis, remanet in dictâ ciuitate iustitia quæ fuit communis Episcopi Albiensis, erit communis nobis & successoribus nostris, & dicto Episcopo Albiensi & successoribus suis. Ita quòd ille cognoscet de minoribus clamoribus, ad quem primò ibunt super hoc litigantes, nam si primò ibunt ad Episcopum Albiensem vel baiulum suum, Episcopus Albiensis cognoscet tantum vel baiulus suus, & è conuerso, si primò ad nos, vel baiulum nostrum* C *nos tantum cognoscemus, vel baiulus noster. Si verò simul ibunt ad Episcopum Albiensem, vel eius baiulum, & ad nos vel nostrum baiulum, simul cognoscemus, exceptis clamoribus quorumdam hominum qui tantum ad Episcopum Albiensem dicuntur pertinere, de quibus Episcopus Albiensis, seu officialis suus tantùm cognoscet: de quibus inquiretur qui sint illi, vt super hoc certitudo aliqua habeatur. De quâ iustitiâ minorum clamorum nos vel successores nostri Reges Franciæ non tenebimur aliquam recognitionem facere Episcopo Albiensi, & successoribus suis, quamdiu ad manum nostram nos vel successores nostri Reges Fran-* D *ciæ tenebimus eandem. Sed si contigerit nos vel successores nostros Reges Franciæ prædicta iura quæ fuerunt incrementorum in ciuitate Albiensi ponere extra manum nostram, vel successorum nostrorum Regum Franciæ, ille vel illi qui dicta iura possideret, vel possiderent, ea teneret vel tenerent, ab Episcopo Albiensi & successoribus suis, & teneatur vel teneantur sibi facere homagium pro eisdem. Præterea interim baiulus noster & successorum nostrorum qui pro tempore erit in ciuitate Albiensi, pro nobis & successoribus nostris veniens coram Episcopo Albien-*

si, vel mandato suo apud Albiam iurabit
præsente Episcopo Albiensi, vel mandato
suo, quòd iura Episcopi & Ecclesiæ Albiensis
non vsurpabit, nec diminuet contra iusti-
tiam, nec per vllos de familiâ suâ diminui
sustinebit, saluo etiam dicto Episcopo Al-
biensi & successoribus suis, quòd nos vel suc-
cessores nostri non possimus recipere compen-
sationem aliquam pro iure exercitus ciuitatis
Albiensis, vel ipso exercitu per quem hono-
raretur ciuitas vel homines Albienses in ali-
quibus redditibus persoluendis, nisi de vo-
luntate Albiensis Episcopi, vel successorum
suorum & consensu: nec propter hoc volu-
mus, nec intelligimus aliquod nouum ius no-
bis vel successoribus nostris super dicto exer-
citu acquisitum, nec nobis esse concessum di-
ctum exercitum à dicto Episcopo Albiensi;
nec volumus eidem Episcopò Albiensi in ali-
quo derogari, super hoc quod ipse Episcopus
Albiensis habet & possidet, vt asserit in ci-
uitate Albiensi exercitum, nec alij iuri suo.
Item si aliquis est iustitiabilis Episcopo Al-
biensi, non eximetur aut à iurisdictione Epi-
scopi, eò quòd in baiulum nostrum sit assum-
ptus, vel ad nostrum seruitium quoquomodo
vocatus, videlicet quandiu in districtu Al-
biensis Episcopi moram trahet. Item iurisdi-
ctio prædicta quam nos habemus in ciuitate
prædictâ, quam baiulus noster inuenietur
contra vsitatam iurisdictionem Episcopi & Ec-
clesiæ Albiensis iniustè ampliasse pignorando,
banniendo, seu alio modo in præiudicium iu-
risdictionis Episcopi Albiensis & Ecclesiæ
Albiensis ad modum solitum reducatur. Item
nos pro nobis & successoribus nostris Regibus
Franciæ volumus, concedimus, & assenti-
mus, quod Episcopus Albiensis & successo-
res sui habeant & possideant, vel quasi
medietatem incrementorum, heresum, & fai-
dimentorum in ciuitate Albiensi, & nos &
successores nostri habeamus aliam medieta-
tem, & si fortè retroactis temporibus præ-
decessores dicti Episcopi Albiensis aliquid dede-
runt, vendiderunt, seu alio modo alienauerunt
hæredibus hæreticorum, seu faiditorum, vel
aliis de hæresibus & faidimentis quæ fue-
runt antecessorum dictorum hæredum, & il-
lud à dictis hæredibus vel aliis euincatur, vel
retrahatur ad manum nostram, seu Episco-
pus Albiensis, nos & successores nostri Reges
Franciæ habeamus medietatem de dictis hæ-
resibus & faidimentis, & Episcopus Al-
biensis & successores sui aliam medietatem,
& si oportuerit inde restitui aliquam pecu-
niam à nobis vel successoribus nostris, vel ab
Episcopo Albiensi vel successoribus suis, si par-
tem in dictis hæresibus & faidimentis ha-
bere voluerimus, nos vel successores nostri re-
A *stituemus medietatem, & Episcopus Albien-*
sis, vel successores sui, si partem habere vo-
luerit, aliam medietatem, si vero non euin-
cantur prædicta incurrimenta, à prædictis
non diminuatur, propter hoc pars Episcopi
Albiensis vel successorum suorum, nec nobis
vel successoribus nostris seneatur. Episcopus
Albiensis vel successores sui propter hoc ad re-
stitutionem aliquam faciendam prædictis in-
currimentis non euictis, & intelligitur de
faidimentis illorum faiditorum qui fuerunt vel
erunt faiditi à ciuitate Albiensi, & se oppo-
suerunt vel opponent faciendo guerram vni-
B *uersali Ecclesiæ, vel nobis vel successoribus*
nostris Regibus Franciæ. Item de prædictis in-
currimentis hæresum & faidimentorum mo-
lendina quæ dicuntur Delbateis, remanent
Episcopo Albiensi, & successoribus suis in-
tegrè, vltra medietatem ipsius Episcopi Al-
biensis supradictam. Item non intelligitur
aliquid nobis vel successoribus esse concessum de
his incurrimentis quæ nunc tenent, seu possi-
dent tanquam sua Episcopus & Capitulum
& Ecclesia Albiensis, & diu tenuerunt bonâ
fide, sed eis remanant pacificè & quietè. Item
dicta incurrimenta hæresum & faidimento-
rum inquirantur & colligantur simul per ba-
iulum dicti Episcopi Albiensis, vel successo-
C *rum suorum, & per seruiensem nostrum vel*
successorum nostrorum ad hoc specialiter de-
putatum. Ita quòd medietas vtrique nostrum
statim reddatur fideliter, & dictus baiulus
& seruiens meus sibi iurabunt ad inuicem
quòd erunt fideles nobis & successoribus nostris
& dicto Episcopo Albiensi et successoribus
suis in hoc facto. Iurabit nihilominus seruiens
noster prædictus et uccessorum se nostrorum iu-
rare super prædictis ex parte nostrâ baiulum
dicti Episcopi Albiensis et successorum suorum,
quando a dicto Episcopo Albiensi, vel succes-
soribus suis vel ab ipso baiulo fuit requisitus;
& sciendum quòd immobilia quæ nobis et
successoribus nostris aduenient de hæresibus
D *& faidimentis, debemus nos & successores nostri*
& tenemur vendere vel alienare infra annum
talibus personis, quæ faciane Episcopo & Ec-
clesiæ Albiensi, & successoribus suis seruitium,
& alia quæ tenebantur eis facere veteres pos-
sessores pro rebus eiusdem Si verò nos vel
successores nostri non vendiderimus vel aliena-
uerimus infra annum immobilia huius, Episco-
pus Albiensis vel successores sui in secundo
anno & in tertio accipiet authoritate propriâ
illa mobilia & possidebit, & faciet fructus
suos, & si nos vel successores nostri infra ter-
tium annum non vendiderimus vel alienaue-
rimus prædicta, vt dictum est, Episcopus Al-
biensis & successores suis extunc habeant & re-
tineant authoritate propriâ possessionem, &

proprietatem omnium prædictorum pleno iure. Item immobilia quæ nos vel successores nostri vendemus vel alienabimus, non poterimus ponere in manus Religiosorum, vel tam potenti, quòd Episcopus Albiensis & successores sui non possint suam iurisdictionem in eos exercere, vel eos iustitiare sicut veteres possessores. Item licebit Episcopo Albiensi, vel successoribus suis illa immobilia quæ nos vel successores nostri vendemus pro certis pronos eodem pretio retinere. Item ex isto iure & ex istâ compositione medietatem prædictorum incurrimentorum nullum nouum ius nobis vel successoribus nostris acquiritur, seu acquiretur in dictâ ciuitate, præter illud quòd de prædictis incurrimentis superiùs est expressum. Nec iura Episcopi & Ecclesiæ Albiensis in aliquo alio imminuantur, sed liceat ea possidere, vel quasi dicto Episcopo Albiensi, & successoribus suis pleno iure, sicut ipse & antecessores sui antea possederunt, prohibentes & volentes ne super prædictis Episcopus & Ecclesia Albiensis & successores sui à baiulis nostris & aliis de cætero molestentur. Quòd vt ratum &c. Actum Parisius anno Domini MCCLXIV. *mense Decembri.*
1264. *Hanc autem compositionem supra scriptam nos dictus Bernardus Albiensis Episcopus pro nobis, & successoribus nostris de licentiâ supradictâ cum domino Rege Francorum fecimus, & ratam habemus, atque firmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum Parisiis anno Domini* MCCLXIV. *die Veneris in vigiliâ S. Nicolai hiemalis mense Decembri.*

DE CASTANETO. 35. BERNARDVS DE CASTANETO II. Cardinalis Portuensis, ac sanctæ Rufinæ, patriâ Albigensis, vt placet Catello, sed quem venerabilem & magnificum Clericum, ciuémque Montis pessulani nuncupat Almaricus Augerius Biterrensis in vitâ Innocentij 5. summi Pontificis à quo ex sacri Palatij Apostolici, Auditore creatus Episcopus ad Ecclesiam Albiensem su-
1276. blectus est circiter an. 1276. Nonis Martij, vt habet chronicum magnum Belgicum. Eo annitente Cathedralis Ecclesia sæculari togâ donatur à Bonifacio 8. 1297. procurauit & canonizationem Diui Ludouici IX. Francorum Regis apud eumdem Bonifacium teste Ioanne de Ioinuillâ; delegatur & à Nicolao 4. Papâ in causâ decimarum Ecclesiasticarum quæ à mensâ Episcopi Lodouensis substractæ fuerant, quas auctoritate Apostolicâ restitui ordinauit. Fuerat is Præsul antiquæ probitatis, sub Gregorij X. Pontificatu Capellanus, Archidiaconus Maioricensis, & de Felaneto in Ecclesiâ Narbonensi, seditq; in Cathedrâ Albiensi ab 1276, ad 1308. quo anno translatus est ad Aniciensem sedem, Cardinalis Portuensis renunciatus 1316. 18. Decembris à Ioanne XXII. Fatis concessit Auenione 14. Augusti 1317. ex libro Obligationum; humatus ibidem in Ecclesiâ maiore, prorsus vt aberret Ciaconius, qui eum decessisse asseruit an. 1326. Hic Episcopus magnificæ basilicæ Albiensis sub titulo S. Crucis & S. Cæciliæ fundamenta iecit eminentiori situ, cùm anteà in decliuo ripæ Tarni Ecclesia ædificata esset. De hoc Cardinali lege Vghellum in Episcopis Portuensibus.

35. GERALDVS II. seu GVIRAVDVS, Albiensi Pontificatu condecoratus erat anno 1308. 1308.

37. BERTRANDVS DE BORDIS II. Cardinalis Rom. Eccl. Camerarius, ad Albiensem Episcopatum circa an. 1309. ad Purpuram verò euectus à Cle- 1309.
mente V. sub titulo Sanctorum Ioannis & Pauli 20. Decemb. 1310. 14. Cal. Ianuarij. Interiit 1311. die 21. Septemb. vti notat Almaricus Biterrensis: sed perperam Ciaconius eum facit Episcopum Albanensem, cum eo tempore huic sedi præesset Leonardus Patrassus, auctore Vghello tomo I. Italiæ sacræ. DE BORDIS.

38. BERALDVS DE FARGIS ad gubernaculum Albiensis Ecclesiæ admotus erat an. 1313. FARGIS.

39. PETRVS DE VIA I. electus anno 1334. 22. Iunij vt habet liber Obligationum. DE VIA.

40. BERNARDVS DE CAMIATO III. assumptus ad hanc Cathedram 1337. 26. Iulij ex eodem registro tabularum Vaticani, quæ ipsum de Caniaco vocitant: Erexit monasterium Conceptionis B. Mariæ in vrbe, vbi nunc sorores de Annuntiatâ, ac desiit esse in viuis 1337. sepultus in medio chori Ca- 1337.
thedralis, seuante foristallum. CAMIAT.

41 GVILLELMVS CVRTI VI. Cardinalis tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, Albus cognomento, patriâ erat Tolosanus, Benedicti XII. ex sorore nepos, Monachus Bolbonensis, ab adolescentiâ Lutetiæ in Collegio Bernarditarum Parisiensi, Philo- CVRTI.

sophicis ac Theologicis studiis imbutus, ipsâq; Doctoratus laureâ insignitus cum esset, deinde Abbas Bolbonensis, ab auunculo Summo Pontifice an. 1337. renunciatur Episcopus Nemausensis decedente Gerardo 2. Calend. Maij an. 3. ex registro Vaticano epist. 4. eodémq; an. 10. Decemb. ad Albiensem sedem traductus, successit Bernardo vt ex eodem reg. Vaticano ep. 20. compertum est. An.
1338. autem 1338. 18. Dec. non 1337. vt Ciaconius & Frizonus affirmant, ab eodem Papâ inter Cardinales cooptatur, donatus titulo Sanctorum Coronatorum (mendosè aliis S. Stephani in Coelio monte) sicque vocatus ad Purpuram breui Albiensem Pontificatum administrauit, quem non morte sublatus, sed ad fastigium Cardinalatus ascendens deseruit, sedem Albiensem relinquens Pictaino. Guilelmus idem Clementis 6. Legatus à Latere an. 1342. in Italiâ cùm impetio militari bella compressit, ac reuer-
1350. sus ad Curiam ab ipso Clemente 1350. 15. Calend. Ianuarij Episcopus Tusculanus designatur, qui honor à Ciacconio, Guillelmo de Aura, aliàs de Diuano tribuitur, ab eodem Benedicto Pontifice cum nostro Guillelmo inter Purpuratos Patres allecto sub titulo S. Stephani in Coelio Monte, quem ad mortem vsque retinuit: At Guillelmus Curti Cardinalis Albus vulgò appellatus, Collegium Cistercienseˈ in Academiâ Parisiensi dictum Bernardinarum, ab auunculo Benedicto inceptum absoluit, vt prae foribus appositâ inscriptio significat: *Dominus Guillermus quondam Cardinalis Doctor Theologiae, Tolosanus natione, Cisterciensis religione, Ecclesiam praesentem ad perfectionem qualem obtinet, perduxit, Bibliothecam insigniuit, sexdecim Scholares in Theologiâ studentes perpetuò fundauit:* Fato functus est Auenione 1361. die 12. Iunij, vbi & sepultus, prout ferunt libri Obligat. & elenchus Rom. Eccl. Cardinalium: Ciaconius autem 1348. & Frizonus in annum 1356. transitum eius consignant, confundentes hunc Guillelmum Curti cum altero de Aurâ, qui hoc ipso anno 1356. mortalitatem expleuit: Et haec desumpta sunt ex istius Cardinalis elogio apud Vghellum in Episcopis Tusculanis.

MONTESQVIEV. 42. PICTAINVS DE MONTESQVIEV Cardinalis basilicae Sanctorum duodecim Apostolorum, ortus ex stirpe vetustâ de Montesquiuo, anteà Lodouensis Episcopus, electus autem Albiensis inuenitur an. 1339. 19. Februarij ex registro Vaticano, seu lib. Obligationum, cùm Guillelmus Curti purpurae insignia promeruit; in coetum Cardinalium ipse ascitus est à Clemente VI. Pont. 1350. & superiori anno 10. Februarij reperitur adhuc Episcopus Albiae: Decessit Auenione 1356. 1350.

43. ARNALDVS GVILELMI II. designatur Antistes 1351. 18. Ianuarij ex memorato libro Obligationum.

ALBERTI. 44. HVGO ALBERTI II. Episcopatum rexit anno 1356.

45. BERTRANDVS, III. dignitates Capituli Albiensis redditibus Ecclesiasticis dotauit an. 1370. vt constat ex tabulis archiuii Cathedralis. 1370.

FLORENCE. 46. DOMINICVS DE FLORENCE II. Ordinis Praedicatorum, ab an. 1379. ad 1382. infulas tenuit, quoad transfertur ad Episcopatum S. Pontij Tomeriarum in Septimaniâ, vnde ad Albiensem iterum rediit. 1379.

47. IOANNES DE SAYA I. cognominatus D'ALBY, praefuit anno 1382.

LA VOVTE. 48. GVILLELMVS DE LA VOVTE VII. anteà Massiliensis Episcopus 1383. aedificium S. Caeciliae Albiensis absoluit: fundator & hospitalis Sanctorum Petri & Andreae Galliacensis 1390. fatis concessit 1392. die 15. Octob. ex codice MS. Ecclesiae Massiliensis. 1383.

49. DOMINICVS DE FLORENCE ex S. Pontij Episcopatu iterum ad Albiensem traducitur 1392. à quo numerus Canonicorum Ecclesiae à trigesimo primo, ad viginti vnum redactus est anno 1400. deinde Tolosano Archiepiscopatu condecoratus est vbi de ipso plura. 1392.

50. PETRVS NEPOS II. ex Vaurensi translatus ad Albiensem Episcopatum, ex eius diplomate 1412. & alio anni 1424. sigillo vt inquit, quo in Ecclesiâ Vaurensi vtebatur firmato, quod asseruatur adhuc in Albiensi archiuio. Ex libro Obligationum prouisionum Praelatorum, Petrus Cardinalis S. Sabinae an. 1412. dictus Fernandi Frias creatus dicitur Albiensis Episcopus, cum per id tempus eam dignitatem obtineret Petrus Nepos. 1424.

CASILLAC. 51. BERNARDVS DE CASIL-LAC IV Petro satis functo eligitur à Capitulo Albiensi, inter quem & Robertum Delphinum magna fuit contentio, donec per concordatum anni
1435 1435. mediatore Comite de Pardiaco, Robertus reciperetur ab omnibus, vt notatur in scriniis Episcopalibus. De Cardinalatu Bernardi nulla apud scriptores mentio, quam facit Catellus, vti nec de Pontificatu Hugonis Martini.

DAVPHIN. 52. ROBERTVS DAVPHIN Beraldi 2. cognomine Magni, Aruerniæ Delphini, ex Ioannâ Foresiâ filius, anteà erat Carnotensis Episcopus 1435. & Abbas Yssiodorensis: legauit varia ornamenta & dona Ecclesiæ S. Iuliani Briuatensis.

[Margin note: E arme[...] 2. & 4. d'or au Dauphin [...] & 3. de Mercur. Sur le tout de Champagne.]

IOFFROY. 53. IOANNES IOFFROY, IL Cardinalis Sanctorum Siluestri & Martini in Montibus, qui honestis parentibus prognatus Luxouij, egregius doctrinâ & ingenio, vt ait Pius Papa 2. & diuinâ quodammodo memoriâ excellens, suapte virtute ad Purpuræ honorem euectus est. In Decretis, & in Theologiâ Doctor, Prior fuit Anagratensis, Arbosij, & sanctæ Mariæ de Castro supra Salinas, Decanus etiam S. Viuentij de Vergeyo; postmodum Abbas Luxouiensis, & S Dionysii in Franciâ, Referendarius Apostolicus, Episcopus Attrebatensis primùm, deinde Albiensis post excessum Roberti Delfini, cuius Pontificatum gerebat 1462. Cardinalis denique Presbyter à Pio Pa-
1461. pâ 2. declaratur 1461 15 Cal Ianuarij. Ab ipso Rege postulatus in præmium, inquit Spondanus, egregiæ nauatæ operæ pro destructione Pragmaticæ. Interfuerat sacro Regis Ludouici XI. Remis 1461. & in Comitiis electionis Pauli 2. 1464. Multa iste pro Republicâ Christianâ præclarè gessit, à Philippo Burgundiæ Duce ad aliquot Reges missus est Orator, & ad Carolum pro expeditione contra Turcos: in Concilio Ferrariensi seu Florentino, sub Eugenio Papâ 4. vnus fuit è Latinis tredecim ad Græcorum reductionem delectis, de quibus muneribus Frizonus in Galliâ Purpuratâ, Auberius in Historiâ Cardinalium, & alij qui de Cardinalibus scripsêre. Iste quem malè Onuphrius Ioannem Lauffredi vocitat, summâ eruditione, rerum vsu, & aliis dotibus ornatus spiritum exhalauit 4.
1473. Idus Decembris 1473. in Prioratu de Rully, diœcesis Bituricensis, vbi & sepultus est. Hoc loco Catellus addit *Gabrielem Rangonium* Mutinensem, Ordinis Minorum, Cardinalem Sanctorum Sergij & Bacchi, Sixto IV. Pontifice, sed is Episcopus Albiensis, si vnquam fuit, in melioris notæ catalogis non comparet.

54. LVDOVICVS D'AMBOISE I. frater Georgij Cardinalis Archiepiscopi Rotomagensis, item Ioannis Episcopi Lingonensis, Petri Pictauiensis, & Iacobi Claramontensis, Boni vulgò cognomentum promeritus: fuit insuper Progubernator Occitaniæ ac Comitatus Ruscinonensis, & Generalis Locumtenens Regis in Ducatu & Comitatu Burgundiæ; Albiensem autem Cathedram obtinuit ab anno 1473. ad 1503. 1473. AMBOISE.
constituit Parlamentum Diuione Regis Ludouici XI. auctoritate, cùm antè recepisset iuramentum fidelitatis à Burgundionibus, nomine ipsius Regis Diuione congregatis 29. Ianuarij 1476. erexit verò Albiæ Monasterium S. Claræ 1481. teste Francisco Gonzaga in Historiâ Seraphicâ, & decreto Alexandri 6. Papæ dissoluit matrimonium inter Ludouicum XII. & Ioannam Regis Ludouici XI. filiam; præsens & strabilimento Parlamenti Aquensis in Prouinciâ 1501. ad quem scribit Gaguinus ep. 1501.
37. & 38. vbi in arcanis Principis quotidie versari dicitur epist. 44 ad Ioannem Lingonensem Ludouici fratrem. Decessit anno 1505. humatus in Cathedrali S. Cæciliæ quam suis impensis ædificio instaurauit.

AMBOISE. 55. LVDOVICVS D'AMBOISE II. Cardinalis Sanctorum Marcelli & Petri, Caroli de Ambasiâ Campaniæ & Burgundiæ Gubernatoris ex Catharinâ de Chauuigny filius, successit patruo in Præsulatu Albiensi, Romanâ purpurâ insignitus anno 1506. mense Ianuario Bononiæ à Iulio 2. Papâ. Consti- 1506.
tuit sorores Annunciatas in Monasterio Conceptionis, & Anconæ in Italiâ fato cessisse autumat Frizonus an. 1517. Catellus verò 1511. corpus sepelitur Lanreti, cor verò deportatum in Galliam conditur Albiæ in Cathedrali iuxta patruum; cui deinde apud ædem Lauretanam Beatæ Virginis Cardinalis Armaniacus hoc epitaphium ponendum curauit.

LVDOVICO CARDINALI

AMBOSIANO, Gallo ALBIENSI Episcopo, præter generis nobilitatem singularis pietatis viro, ac omnes omnium virtutes complexo: Georgius Cardinalis Armeniacus affinis, & primæ ætatis alumno, neglecto & collabente in tumulo iacenti, voti reus hûc post sextum & trigesimum ab eius obitu annum cùm venisset, pro tempore posuit MDLIII. *Kal. Octobris.*

ROBERTET.

D'azur à la bande d'or chargée d'une aile d'oyseau de sable, & costoyée de trois estoiles d'argent une en chef, & les deux autres en pointe posees en bande au costé droit de l'escu.

56. CAROLVS ROBERTET Claudij filius, Florimundi Baronis d'Alluye & de Brou, Regi à Secretis Epistolis & mandatis frater, Episcopus an. 1511. qui Albiensis templi decorationem, necnon picturas perfici curauit: Fato eripitur an. 1515. 9. augusti, sepultus in Cathedrali.

57. IOANNES ROBERTET, III. Caroli frater ex Canonico Parisiensis Ecclesiæ, in cuius Calendario notatur
1518. obitus 7. Calend. Iunij 1518. & habet hoc epitaphium.

Ista ROBERTETI cineres tegit urna IOANNIS
Quem vigilem experta est ALBIA Pontificem.
Corporis & animi præclaris dotibus auctum,
Ante suum rapuit sors truculenta diem.

GOUFFIER.

D'or à trois jumelles de sable.

58. HADRIANVS GOVFFIER Cardinalis tituli S. Sabinæ, nuncupatus de Boisy, Magnus Franciæ Eleemosynarius, Abbas & beatæ Mariæ Burgidolensis, Fiscani, Burgulij, Cormeriaci, S. Florentij Salmuriensis, & B. Nicolai Andegauensis, Guillelmo Gouffier domino de Bonniuet, de Boisy, & d'Oiron, Cubiculariorum Regis Principe, Santonum Senescallo, ex Philippâ de Montmorency parentibus in lucem editus; fratres habuit Arturum toparcham de Boisy Magnum Franciæ Magistrum, Guillelmum dominum de Bonniuet Thalassiarcham, Aimarum, Ludouicum S. Maxentij, & Petrum B. Dionysij Abbates. Ille autem à teneris annis Protonotarius Apostolicus institutus, & in studiis bonarum artium ac virtutis educatus, Pontifex Constantiensis in Normannia deligitur, vnde ad Albiensem Epi-
1519. scopatum subuectus circa an. 1519. cum Francisci I. Regis fauore & commendatione creatus fuisset Bononiæ Cardinalis Constantiensis nuncupatus à Leone x. Pontifice 1515. 19. Cal. Ianuarij, titulo S S. Petri & Marcellini, deinde S. Sabinæ donatus. Et ne quid amplissimæ dignitati deesset, in Franciâ Legati Apostolici à Latere vices consecutus est 1519. denique rebus hu-
manis exemptus 1523. die 24. Iulij in 1523.
castro Villædei in Turonibus, conditis codicillis quibus sepulturam deligit in Abbatiâ Burgidolensi ante Capellam B. Virginis, inter cætera legat Ecclesiæ Albiensi pro celebratione quatuor anniuersariorum, item Abbatiis Fiscani, Burgidolensis, & aliis Ecclesiis; testamenti curatores nominat Guillelmum Franciæ Admiralem, & Petrum Abbatem Dionysianum fratres, cæterosve qui recensentur in apographo testamenti, quod in manuscriptis tabulis familiæ asseruatur.

GOUFFIER.

59. AIMARVS GOVFFIER Hadriani Cardinalis frater, Abbas S. Dionysij in Franciâ, Cluniacensis, & Sancti Iouini ad Marsnam in Pictonibus, electus fuit Albiensis Episcopus anno 1523. vltimâ Augusti Galliaci, quo tunc ob pestem ciuitatis Albiæ Capitulum residebat, vt ex instrumento archiuij Cathedralis constat: hinc mendum irrepsisse apparet, dum eius prædecessor è vitâ migrasse mense Nouembri asse-
ritur à Frizono. Decessit 9. Octobris 1528.
1528.

DU PRAT.

60. ANTONIVS DV PRAT Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus, Franciæ Cancellarius, ex Meldensi ad hanc Albiensem cathedram promotus
est, circa an. 1529. de quo supra in Ar- 1529.
chiepiscopis Senonensibus.

LORRAINE.

61. IOANNES DE LORRAINE
IV. Cardinalis, Episcopus erat Albien-
ensis 1535. & 1545. varios item Epi- 1545.
scopatus administrauit Morinensem, Valentinensem, Metensem, denique Narbonensem Archipræsulatum, mortalitati debitum persoluit anno 1550.

62. LVDOVICVS DE LORRAINE III. Cardinalis de Guisâ anno 1550. ex Trecensi, postea Senonensis Archiepiscopus.

STROZZI.

63. LAVRENTIVS STROZZI Cardinalis tituli S. Balbinæ, nobilis Florentinus, Philippi & Clariciæ Medicææ Leonis x. Summi Pontificis neptis, filius, frater autem Petri Marescalli Franciæ: Iste ex Bitertensi Episcopatu

translatus ad Albiensem mense Sep-A
1561. tembri 1561. resignatione Cardinalis à Guisiâ, inde ad Archiepiscopatum Aquensem ascendit.

RODVLPHI.

64. PHILIPPVS RODVLPHI, Florentinus, Laurentij ex sorore ne-
1567. pos, Episcopatui præfuit Albiensi 1567. defunctus 30. Iunii an. 1574. gentilis fuit Nicolai Cardinalis Rodulphi Florentinorum Archiepiscopi.

MEDICIS.

65. IVLIANVS DE MEDICIS ex Episcopo Biterrensi ad Archiepiscopatum Aquensem transfertur, inde ad hanc sedem euocatus, per excessum B Rodulphi. eius vice Mathæus Toscanus Vicarius interfuit Concilio Bituricensi
1584. 1584. defunctus 28. Iulij in Monasterio S. Victoris Massiliensis cuius erat Abbas, an. 1588. vbi sepulchro conditus est.

DELBENE.

D'azur à deux bastons fleurdelisés d'argent, passés en sautoir.

66. ALPHONSVS DELBENE I. ex Abbate beatæ Mariæ Altacombæ in Sabaudiâ, & de Macerijs in Burgundiâ, Ordinis Cisterciensis, à Rege Henrico 3. nominatur Episcopus men-
1588. se Augusto 1588. bullas obtinet à Sixto v. summo Pontifice mense Octobri 1589. Decembri verò insequenti possessionem adipiscitur. Ei scriptis claro di-C cauit Petrus Ronsardus librum de arte poeticâ, & Iustus Lipsius Auctuarium veterum inscriptionum; Edidit autem Alfonsus libros tres de Regno Burgundiæ Transiuranæ, de Origine familiæ Cistercianæ, nec non Altæcombæ, Stamedij, & S. Sulpitij cœnobiorum fundatione, ac de Comitibus Tolosanis; fato corripitur 8. Februarij anno
1608. 1608.

DELBENE.

67. ALPHONSVS DELBENE II. Alfonsi ex fratre nepos, Abbas Sancti Petri Altiuillarensis diœcesis Remensis, facti Consistorij Assessor ex Ar-D chidiacono Albiensi renunciatus Episcopus nominatione Henrici 4. consecratúsque anno 1607. demortuo patruo successit 1608. iste in propellendis hæreticis & propugnandis Catholicis Pastor vigilantissimus, Cœtui Cleri
1625. generali Parisiensi interfuit 1625. Post aliquot annos, cùm propter motus quibus Occitania sub Henrico Duce Monmorentio Septimaniæ Prorege turbata est, è Galliâ excessisset Alfonsus Etruriam progressus, Florentiam se recepit, atque interim absens ab Episcopatu depositus est. Galliam reuersus anno 1643. interut Lutetiæ 9. Ianuarij 1651. ætatis anno 71. sepultus in Ecclesiâ Templi Ordinis Equitum Melitensium.

DAILLON.

Escartelé au 1 & 4. d'azur à la croix fleurdelisée d'argent qui est DAILLON. Au 2 & 3. d'or au lion coupé, le haut de gueulles & le bas de sinople qui est SCHOMBERG.

68. GASPARDVS DE DAILLON Episcopus & Dominus Albiensis, Abbas beatæ Mariæ de Castellarijs diœcesis Pictauiensis, Prior Commendatarius S. Virginis de Castellis in Eremo, ex antiquâ & nobili familiâ de Daillon oriundus, patre Francisco Comite du Lude & de Pontgibaut, Andegauensis prouinciæ Senescallo, Aruerniæ Prorege, Gastonis-Ioannis-Baptistæ Aurelianensis Ducis Regis patrui in adolescentiâ moderatore, matre Franciscâ de Schomberg, Henrici Comitis Nantolij, Occitaniæ Præfecti, & Marescalli Franciæ sorore. Nominatur primùm Aginnensis Antistes à Ludouico XIII. an. 1631. consecratus 1631. eodem anno 24. Augusti in æde sacrâ Diui Antonij Patrum Societatis Iesu à Ioanne Francisco Gondio Archiepiscopo Parisiensi, assistentibus Præsulibus Ægidio de Souure Autissiodorensi, & Stephano Puget Dardaniæ, nunc Massiliensi Episcopo. Sequenti anno diœcesim adijt & 10. Aug. magno honore Agenni excipitur: tum ad Albiensem sedem translatus 26. Octobris, prouisus bullis Vrbani 8. summi Pontificis 1635. 5 Calend. Februarij, quo eodem 1635. anno Episcopus assistens ab Vrbano creatur 3 Iulij, possessionem accepit 17. Martij 1636 ac 20. Aprilis sacramentum hominij pro temporali profitetur: solemni autem apparatu Ecclesiam suam inuehitur 9. Martij 1637. sub eius Pontificatu Moniales Visitationis 25. Martij 1638. Albigæ, Capucini verò apud Cordes 27. Augusti 1642. stabiliuntur. Feliciter demum ipso annitente Henricus Borbonius Marchio de Malause, hæreticæ prauitati nuncium remittens, Orthodoxæ fidei nomen ante obitum adiunxit 1647. 3. Octobris 1647. in Ecclesiâ de las Greces suæ diœcesis Albiensis.

ALECTEN-

ALECTENSES EPISCOPI ET COMITES.

NARBONENSIS primæ ciuitas Alecta, siue Electa, huius Metropolis suffraganea, sub Parlamento Tolosano, flumine Atace alluitur auctore Bernardo Guidone. Id oppidum in pago & Comitatu Reddensi situm, aliud est ab Alesio diœcesis Nemausensis, & Aletho in Aremoricâ, nunc Episcopali Sede Sancti Maclouij. Iste verò Episcopatus à Ioanne XXII. summo Pontifice Limosij vicina vrbe primùm designatus 1317. & à Metropoli Narbonensi diuulsus, quà quidem diœcesi & Mirapicensi, necnon Comitatibus Fuxi & Ruscinonis circumcingitur. At è Limosio Alectam transfertur Cathedra Episcopalis anno 1319 in antiquum Monasterium S. Benedicti, cuius loci Regulares sæculari togâ induuntur an. 1530. Cathedralis templum dicatum est Mariæ Virgini; quod fragmento crucis Dominicæ decorabatur, vt patet ex veteri documento Berengarij Vicecomitis Narbonensis. In diœcesi hæc duntaxat reperitur Abbatia.

IVCVNDENSIS.

Iocon Ordinis Benedictini.

Episcopi sequentes primùm luce donantur ex varijs monumentis nostrâ industriâ reperti, nullis in hoc Alectensis Ecclesiæ tabularijs adiuti, quos præcipuè ex registris Vaticani, Actibúsque Consistorialibus deprompsimus.

1318. 1. BARTHOLOMAEVS eligitur die 8. Iulij an. 1318. ex libris Solutionum Prælatorum Curiæ Romanæ.

2. GVILLELMVS I. Episcopatum administrabat 1332. 26. Aug. ex libro Obligationum Vaticani.

1348. 3. GVILLELMVS II. renunciatur Antistes 1348. 26. Maij ex eodem codice.

VILLARIO. 4. ARNALDVS DE VILLARIO ex Episcopo Mirapicensi hùc translatus 1363. 13. Iulij. Synodo Vaurensi interfuit 1368. vt obseruat Catellus in Occitanicis. 1363.

5. PETRVS I. anno 1373. posteà Carpentoractensis Præsul.

6. ROBERTVS 1386. die 6. Aug. ex citato codice Obligationum.

1390. 7. HENRICVS anno 1390. 8. Iunij.

8. PETRVS ASSALBITVS II. Lemouix Ordinis Sancti Augustini Religiosus, Pœnitentiarius, Sacrista, & Bibliothecarius Romanorum Pontificum creatus 1395. post Petrum Appamiensem: fuit Episcopus Alectensis anno 1400. obijt 1440.

1446. 9. ANTONIVS floruit in Episcopatu Alectensi an. 1446.

10. PETRVS III. viuere desijt an. 1448.

POMPADOVR. 11. HELIAS DE POMPADOVR ex nobili stirpe de Pompadorio in Lemouicibus, Ioannem huius nominis primum dominum de Pompadorio, & Magdalenam de Ventadorio parentes habuit; nepotes verò ex fratre Gulferio Gofridum Petragoricensem & Antonium Condomiensem Episcopos. Is ex Archidiacono Carcassonensi electus 1448. 18. Februarij, Senator in supremâ Tolosatum Curiâ, sæpe memoratur ab Alano Quadrigario in Historiâ Caroli VII. cuius nomine legationem obiuit ad Felicem V. Antipapam: translatus est ad Viuariensem Episcopatum an. 1454. 3. Calend. Decemb. vt habent Acta Consistorialia. 1448.

D'azur à trois tours d'argent maçon ées de sab. 2. & 1. en chef, 1. en pointe.

1454. 12. LVDOVICVS ex Priore Villædei creatus an. 1454. pridie Nonas Decemb. ex ijsdem Actis Consistorialibus Vaticani.

PETIT. 13. DVRANDVS PETIT, de quo Guilelmus Catellus in catalogo Episcoporum Alectensium.

1510. 14. PETRVS-RAIMVNDVS DE GVRCIO anno 1510.

15. GVILELMVS DE IOYEVSE III. frater Ludouici Sancti Flori in Aruerniâ Episcopi, vterque erat filius Guillelmi Vicecomitis de Ioyosâ & Annæ de Balsac, præerat an. 1540.

IOYEVSE. 16 GVILLELMVS DE IOYEVSE

IV. nepos Guillelmi, Ioannis Viceco-mitis & Franciscæ de Voisins filius, Alectensis Episcopatus sedem obtinebat
1550. anno Christi 1550. sed nedum inauguratus cessit: posteà Marescallus Franciæ & Prorex Occitaniæ, ex connubio Mariæ de Batarnay parens fuit Annæ Ducis de Ioyosâ, Francisci Cardinalis, & Henrici Ducis, Comitis du Bouchage.

17. Franciscus de Ioyeuse Episcopus Alectensis anno 1570.
1570. Tolosanus, Narbonensis, & Rotomagensis Archiepiscopus, Sanctæq; Rom. Ecclesiæ Cardinalis, de quo plura superius.

L'Estang. 18. Christophorus de L'Estang Abbas Vsarchiæ & Montisolivi, Briuensis, Stephani in Curiâ Præsidiali Briuatensi filius, frater verò Iacobi de l'Estang in Senatu Tolosano Præsidis; Episcopus Lodouensis con-
1578. secratur 1578. inde Alectensis ex superioris resignatione, ac tandem Carcassonensis 1604. obijt an. 1621.

Polverel. *Ecartelé au 1. & 4. de gueulle à 3. bandes d'or; Au 2. & 3. d'azur à deux poissons d'argent posez en fasse.*

19. Stephanus de Polverel Reginæ matris Mariæ Mediceæ Magnus Eleemosynarius, parentes habuit Guillelmum dominum de Trebeyret, & Antonietam de l'Estang sororem Christophori: primò militiam sequutus, posteà Episcopus Alectensis,
1616. anno 1616. Magister Capellæ Regiæ, Ludouico Decimo tertio. Interfuit ac subscripsit codicillis Cleri Gallicani in Comitiis generalibus Parisiensibus anno 1625. 1. Septembris, mortuus an. 1637. sepelitur in Cathedrali Alectensi. Ex quibusdam tabulis discitur Petrum Poluerel Stephani fratrem, priùs de Episcopatu prouisum fuisse, ac Romam in comitatu Cardinalis de Ioyosâ profectum ibi fato cessisse anno ætatis trigesimo, humatúmque in basilicâ S. Mariæ de Monte: Stephanum autem Carcassonensis Præsulis auunculi beneficio, regiam schedulam Episcopatus obtinuisse, cum bellicis artibus tunc deditus esset.

Pavillon. 20. Nicolaus Pavillon Parisiensis, Stephani in Camerâ Rationum Regiarum Lutetiæ Auditoris filius, ad hanc Ecclesiam assumptus est à Rege Ludouico XIII. anno 1637. Viuit adhuc, spectatâ laudis virtutis, ac vitæ exemplo, assiduâ, indefessâque curâ, Episcopali oneri administrando inuigilat. 1637.

AMBIANENSES EPISCOPI

B SAMAROBRIVA Ambianorum clarissima ciuitas, & totius Picardiæ primaria, Remensis Metropolis. Suffraganea Sedes in Parlamento Parisiensi, Summâ fluuio alluitur, quem Fortunatus Suminam, ac vita S. Oportunæ Somonam vocant. Eius antiquitatem sanè attestantur Ptolemæus lib. 2. cap. de Celtogalatiâ Belgicâ: Post hos, inquit, similiter Ambiani, & ciuitas ipsorum Samarobriga, quam opinionem amplectuntur Iosephus Scaliger, Becanus in Atuaticis, Petrus Diuæus, & Simlerus: Ambianos in Asiam Galatiam gentem suam dedu-
C xisse Plinius asserit l. 5. c. 32. & Solinus c. 43. Galatiam primis sæculis prisca Gallorum gentes occupauerunt, inter quas Ambiani. Fortitudo autem Ambianensium apparuit, cùm pro patriæ libertate decertantes, Cæsarisq; iugum detrectantes, Remenses, qui eius partibus sese addixerant bello vicerunt, vt probatur ex Cæsaris l. 8. c. 2. & lib. 5. ibi Cæsarem Comitia Galliæ habuisse, armamentarium, & plurima quæ ad belli apparatum spectant: vnde in Notitiâ Imperij hic erat fabrica armorum Scutaria, & Spataria: Legionem quoque XIII. Romanorum iuxta ipsam
D diu habitasse, & l. 2. c. 1. decem millia militum Ambianensium enumerat. Ammianus quoque Marcellinus l. 15. in secundâ Belgicâ Ambianum eminere scribit; quibus argumentis vrbem & bello exercitam fuisse constat. Debellata à Romanis, aucta est & illustrata ab Imperat. Antonino Pio, & filio Aurelio, non autem condita, vt placet Sigeberto; nam certum est ex Cæsaris libris longè antiquiorem extitisse, & Ambiani nomen in vsu fuisse ante Antoninum, quem vult ita hanc ciuitatē

Amiens. en Picardie, sur la Some.

nominasse ab ambitu fluminum; eum errorem posteà sequuti sunt Flodoardus, Rigordus, & alij; denique ex diplomate Philippi Valesij 1347. ipsa suburbia fossis & mœnibus cingi cœpta sunt, contra Anglorum incursiones, quod tamen opus non est absolutum nisi regnante Ludouico XI. Et quia loco multùm commodo & aëre salubri posita est hæc ciuitas, ipsam sæpius Imperatores Romani incoluêre, „ quos refert Petrus Diueus: Constan„ tius, inquit, Ambiani quod peruetus „ est oppidum, & Picardorum in Arte„ siæ finibus Metropolitanum, domici„ lium collocat, quod minimè posteà „ fuit aspernati Constantinus, Constan„ tius, Iulianus, Valentinianus, Valens, „ Gratianus, Theodosius: Quin etiam iuxta Hieronymum in Chronico Gratianus Valentiniani filius, Ambianis fasces imperij accepit: quapropter in codice Theodosiano lib. 8. tit. 7. reperiuntur aliquæ Constitutiones Valentiniani, Valentis, & Gratiani, Ambiani datæ. Tradit Rorico Samarobriuam electam fuisse Regiam Chlodionis, Merouei, & Childerici: ex Regibus autem nostris, stirpis Capetinorum, nullus est ferè qui eam non inuiserit. Carolus autem V. VI. & VII. ac Ludouicus XI. Ecclesiam Cathedralem donis affecerunt. Hostium furore sæpe direpta est post Romanos, ab Alanis & Vandalis expugnata teste Hieronymo, à Normannis, & nostris temporibus ab Archiduce Belgij Prorege vt occupata stratagemate, sic virtute militari Henrici 4. æternæ memoriæ Regis an. 1597. recepta est, Paulòq; post structa in parte vrbis eminentiore arx propugnaculis & vallo munitissima. Præterea hoc oppidum, quod suo ortu nobilitarunt percele„ bres Medici, Siluius, Fernelius, Riolanus, & Tagautius, suos quondam habuit Comites, & Vicedominos ex nobili gente Piquenij, de cuius administratione loquens Chopinus lib. 3. de Domanio Coronæ, t. 20. num. 5. Ambianos Philippus 2. exornauit tribunitio plebis Collegio an 1209. cui Philippus 4. adiecit egregias politiæ, seu curationis rerum ciuilium prærogatiuas, sub Henrico autem IV. vrbe ab Hispanorum inuasione liberatâ, gubernatio translata est ad moderatorem vrbis à Rege commissum. Ecclesia Cathedralis B. Virgini sacra, inter

A primas totius Galliæ ob insignem & elegantissimam structuram censetur, à quadringentis annis ædificata sub in Episcopis Eurardo, Godofrido & Arnulpho, se extendit ad longitudinem exteriorem 366. pedum, latitudo interior crucis 183. hoc est media pars longitudinis, latitudo pronai & Chori 42. pedum, hoc est fermè quarta pars latitudinis, crucis altitudo 132. pedum, id est ferè triplicata latitudo Chori, quæ simetria partium apud architectos multùm probatur. Tradunt verò eam basilicam sitam fuisse aliàs

B vbi nunc Abbatia Beati Archeoli, si fides cartæ Roriconis Episcopi datæ anno. 1085. Ecclesia tantæ antiquita„ tis, quam B. Firminus Coofessor dum „ primitus hanc vrbem à cultu dæmo„ niacæ seruitutis erueret, in honore „ Sanctæ & perpetuæ Virginis Mariæ „ fundauit, posteà à Sanctis Martyribus „ Acheo & Acheolo antiquitatis nostræ „ tempore sibi nomen aptauit. Cum autem in eâ constet multos Episcopos esse sepultos, ex hoc probabile est fuisse Cathedralem, addit enim Rorico in prædictâ cartâ: sed quia vt præ„ fati sumus Ecclesiâ hæc Dei Genitrici „

C dicata fuerat, & huius Cathedræ Pon„ tificum puluis sacer in eâ diu latuerat, „ Canonicorum B. Mariæ, & almi Mar„ tyris Firmini, quorum priùs fuerat, „ ditioni tantùm committatur. Translata „ est porrò sedes Pontificia in eum ferè locum in quo nunc sita est, sed incendio concrematâ, Eurardus Episcopus fundamenta iecit, & erigere cœpit eam quæ nunc apparet. Ecclesia Decanatum habet, duos Archidiaconatus Ambianensem & Pontiuensem cuius caput Abbatisuilla, cum aliis dignitatibus & præbendis ad collationem Episcopi, in cuius diœcesi hæ

D reperiuntur Abbatiæ.

S. Martini ad Gemellos,

Saint Martin aux Iumeaux d'Amiens

Ordinis Aug.

S. Acheoli O A.

Saint Acheul lez Amiens

S. Ioannis O P.

Saint Iean d'Amiens

Gorbeiae *Corbie* O B.

Forestimonasterii O B.

Foresmontier.

S. Fusciani *S. Fuscian* OB.

S. Iodoci *S. Iosse sur mer* OB.

de Morolio *de Moreuil* OB.

S. Richarii *S. Riquier* OB.

S. Salvii de Monstrolo OB. *S. Saulue de Monstroell.*

S. Valerici *S. Valery* OB.

Visignolii OB.

S. Austrebertae *fem.* OB. *S. Austreberte de Monstroell.*

Dulendii *Dourlans* OB.

Visignolii OA.

Clarifageti *Clairfay* OA.

Caricampi *Chercamp* OC.

Gardi *du Gard* OC.

Locidei *Lieu Dieu* OC.

de Valloriis *Valoires* OC.

Bertaldicvriae *femin. Bertaucourt* OC.

Hispaniae *Espagne* OC.

Paracleti *Paraclit* OC.

S. Iodoci *S. Iosse* OP.

Selincvrtis *Selincourt* OP.

Siriaci *Sery* OP.

Ceterùm Antistites qui in eâ Ecclesiâ floruerunt, ex varijs monumentis & auctoribus collecti sunt, de quibus prolixè scripsit Adrianus de la Morlieré Cathedralis Canonicus, in libro Gallicè edito de Antiquitatibus vrbis Ambianensis, ex quo nonnulla hausimus in hoc conficiendo catalogo.

1. S Firminvs Pompelonensis ciuis, patre Firmino, matre Eugeniâ, Pompelonæ Nauarræ regionis incolis natus, is à S. Saturnino Christi religione initiatur, ab Honorato autem Tolosano Antistite Pontifex ordinatus, Decij & Valeriani Imperatorum ætate præclarâ sanctitatis opinione claruit; in Galliam verò gratiâ fidei Christi propagandæ secessit, atque Agennensibus, Aruernis, Andegauensibus, Bellouacensibus, & Ambiani populis eâ promulgatâ, decreto Valerij Sebastiani Præsidis in Ambianensi ciuitate extremo supplicio affectus, beatorum fastis meruit adscribi, vt narrant acta Firmini manuscripta.

2. Evlogivs Concilio Coloniæ Agrippinæ interfuit an. 346. in quo accusantibus quatuordecim Galliarum Præsulibus, Euphratas Agrippinensis ab Episcopatu amotus, vt falsus doctor, & legis subuersor, quòd Iesum Christum Deum negare ausus esset. 346.

3. S. Firminvs ii. ex genere Senatorio, Faustini à B. Firmino martyre baptisati filius, auctor esse creditur Ecclesiæ S. Acheoli extra portam vrbis: Eius memoria agitur Cal. Sept. in Additionibus ad Vsuardum.

4. Leodardvs Firminum consequitur, non Honoratus longè posterior, quamquam in quibusdam catalogis post S. Firminum Beatus Honoratus, S. Saluius, & Berhardus adscribantur, prætermissis Leodardo, Audoeno, & alijs; quod credimus accidisse, ex eo quòd hi catalogi magnâ ex parte decerpti sunt è Litanijs & martyrologijs Ecclesiæ Ambianensis, in quibus notati essent ordine Episcopi vrbis, qui sanctitate floruerant, omissis ceteris quorum non ita esset memoria venerabilis: probabile est ergo ducentorum annorum interuallo aliquot Episcoporum nomina excidisse, quin & diptycha in multis manca fuisse conijcitur, maximè primis quinque sæculis, siuè iniuriâ bellorum, & præcipuè tempore Vandalorum, qui circa annum 416. Gallias depopulati sunt, ac Ambianum incendio vastarunt: siue etiam aliquando negligentiâ Sacerdotum, qui aut Ecclesiæ suæ monimenta condere, aut condita tutò conseruare non curabant.

5. Avdoenvs

6. Edibivs adfuit Concilio 1. Aurelianensi anno Christi 511. 511.

7. Beatvs in Synodo Aurelianensi 5. anno 549. subsignauit tomo 1. Concil. Gall. 549.

8. Bercvndvs Sancti Valerici Abbatis synchronus erat, qui vixit ætate Chlotarij 2. Regis, vt loquitur vita Valerici apud Quercetanum tomo 1. Historicorum Franciæ Scriptorum,

Præfatus Rex vna cum consensu Pontificis Ambianensis, beato Vualarico iuxta petitionem ipsius locum secretum & remotiorem, qui Leuconaus antiquo vocabulo dicebatur, concessit, in quo beatus Pontifex Ambianensis vocabulo BERCVNDVS *diebus Quadragesimæ solebat contemplationi diuinæ insistere. Ibi autem se beatus Vualaricus in quadam Cellulâ segregatus à fratribus inclusit, cæteri verò fratres construxerant sibi Cellulas, viuebantque; de eleemosynâ Regis.* Porrò Chlotarius II. è viuis exemptus
628. est anno 628. ex quâ epochâ licebit colligere æram Pontificatus Bercundi.

9. BERTEFRIDVS subscribit Synodo Cabilonensi an. 650. & dedicationem Monasterij Corbeiensis celebrauit
662. adstantibus tredecim Episcopis an. 662. cui priuilegium immunitatis à iurisdictione Episcopali impertitur sub an. 664.

10 S. HONORATVS in vico Portuensi pagi Pontiuensis natus, vir sanctimoniâ insignis, cuius cum elogio meminêre Vincentius Bellouacensis, Petrus de Natalibus, & Surius, viuebat ætate Theodorici I. Francorum Regis qui Gallis imperabat an. 667. vel vt
677. alij volunt 677. æra Pontificatus sui debetur fragmento vitæ S. Saluij successoris: quiescit in loco natali, vbi sepulchrum visitur.

11. S. SALVIVS post Honoratum Cathedram Ambianensem administrandam inijt sub Theodorico, ita enim docet vetus auctor vitæ S. Saluij his verbis. *Audiens Theodoricus Rex Francorum S. Honoratum migrasse Episcopum à sæculo, legatos suos direxit ad vrbem Ambianicam, sanctum scilicet Hautgarium Nouiomensis Ecclesiæ Pontificem, & intimans, vt vrbani dignum Deo sibique salutiferum eligerent Episcopum. Vnde alacres effecti, & præ nimiâ exultatione gauisi, Deo immensas terratenus reddentes gratias, quod suam dignaretur visitare plebem. Ac per omnes Ecclesiastici viri triduanum indixere ieiunium, quatinus diuina gratia ostendere dignaretur, quis eorum vocaretur Episcopus. Triduano namque peracto ieiunio, diuino munere responsum audiere,* SALVIVM *à me sciatis electum, & vobis Antistitem datum. Quocirca omnes penè in vnum conglobati, ad Cellulam, in quâ vir Domini latitabat, conuenientes, humili deuotione, ac prece supplici deprecantes dicebant: Ad tuam paternitatem venimus, Domine, iam ex itinere defatigati, hos exiguos non despicias famulos, quia es à Deo electus, & nobis feliciter datus. Quod vir Dei renuens, dicens se indignum esse præsulari dignitate. Violentia ergo aduenientium sua abstractus à Cellulâ, cœlestique est electione ad dignitatem sortitus Pontificalem. Is autem venerabilis Præsul Saluius pabulo sanctæ prædicationis corda populorum assiduâ perfectione reficiebat: Ecclesiam denique, quæ necdum in loco erat, digno opere construxit, & in Principis Apostolorum B. Petri honore, necnon & Doctoris gentium sacri Pauli reuerenter beauit.* Iste transtulit corpus B. Firmini in Cathedralem. Neque verò perperam confundendus est Saluius Ambianensis, cum Saluio Albiensi, aut cum altero Saluio qui Valentianis colitur 26. Iunij, martyrium passus tempore Caroli Magni, quâ de re Sigebertus ad an. 801. noster autem sub Theodorico floruit, & Albiensis sub Chilperico Rege. Legendus Volaterranus lib. 3. Petrus de Natalibus l. 2. Vincentius l. 24. & ex eo Antoninus tit. 4. cap. 4. cæteriue alij. Vltimum diem clausit Monstrolij, cùm eam vrbem visitaret, humatus in Abbatiâ S. Benedicti eius nomini consecratâ, quæ adhuc reliquias religiosè veneratur.

12. THEODEFREDVS Monachus Luxouiensis, ex Abbate S. Petri Corbeiensis effectus est Præsul Ambianorum, vt adnotat vita S. Bathildis apud Surium: Eius nomen recensetur quoque in præcepto Theodorici Regis confirmantis electionem Erembetti Abbatis Corbeiæ: *De sacro sancto*, inquit, *Monasterio Corbirâ in pago Ambianense constructo, Monachi serenitatis nostræ clementiæ auribus suggesserunt, vt dum Chrodegarius Abba, secundum consuetudinem humanæ fragilitatis, de hac luce ad Dominum migrasse dignoscitur: quem Apostolicus vir Domnus & pater noster* THEODEFREDVS *Episcopus, dum & ille onus pontificale meruit accipere, per nostram voluntatem & præceptionem, ad regendum ac dominandum monasterio suprascripto constituit.*

13. DEODATVS ex vetustissimo Martyrologio Ecclesiæ Ambianensis.

14. DADO.

15. BERTMANNVS.

16 DOMINICVS interest translationi S. Lamberti apud Leodium an. 709. cui adfuêre Anno Coloniensis At- 709.

chiepiscopus, Vindicianus Attrebatensis, Garulfus Tornacensis, Erkembaudus Morinensis, & Vilibrordus Traiectensis Antistites, ex manuscripto, & Ioannis Roberti Historia S. Huberti.

17. CHRISTIANVS sedit circa
720. annum 720. vt constat ex cartophilacio Cathedralis.

18. RAIMBERTVS Abbas S. Valerici, tempore Childerici 3. Regis an.
744. 744. memoratur in epistolâ Zachariæ Papæ, quam inscribit dilectissimis Reginfrido Rotomagensi, & alijs Episcopis Galliæ ac Germaniæ; hortatur eos Pontifex vt collaborent Euangelio Christi, vnà cum Bonifacio Archiepiscopo sedis Apostolicæ Vicario.

19. VITVLPHVS, qui Ayulphus scribitur in vulgatis Episcoporum elenchis.

20. GREGORIVS, in breuiario Historiæ Abbatiæ S. Richarij vocatur „ Georgius: Interea, ait, surgunt prædi„ cti S. Richarij, eeu Centulensis Mo„ nasterij ædificia, & tres tandem illic „ erectæ Ecclesiæ, à duodecim venerabi„ libus Episcopis dedicatæ sunt, Megin„ hardo scilicet Rotomagensi Episcopo, Georgio, &c. contigit hæc celebritas
800. circa an. Christi 800.

21. IESSE vir ingenio præditus, vt conijcitur ex varijs legationibus, in quibus obeundis sollertia & industria emicuit, iam ab an. Christi 800. Episcopus erat, nam tempore Leonis 3. Papæ in eius epistolâ nominatur: à Carolo Magno
802. Imp. deinde mittitur an. 802. vti Annales Francorum Fuldenses, vita Caroli incerto auctore, & Eginhardus testantur, ad Irenem Imperatricem Constantinopolitanum, cum Heingaudo Comite pro conciliandâ pace, vel anno 803. quemadmodum produnt Annales Francorum; dum autem abesset, scripsit ad sacerdotes suæ diœcesis, quos docet quomodo se gerere debeant erga Neophytos & cathecumenos, Epistolam eathechisticam habes à Ioanne Cordesio editam post Hincmari opuscula. Porrò legatione alterâ functus est cum Bernario Vormatiensi Antistite, & Adalardo Abbate 809. Missus Imp. ad Leonem 3. Papam, vt constat ex vitâ Caroli, in quæstione processionis Spiritus sancti Eginhardus asserit illum præsentem fuisse ordinationi testamenti Caroli Magni an. 811. Synodo prouinciali 811.
Vulfarij Archiepiscopi Remensis Nouioduni adfuit, vt refert Flodoardus lib. 2. Hist. cap. 18. an. 814. fauit participibus filiorum Ludouici Pij Imp. qui bellum patri indixerant cum alijs multis Episcopis: ipsum postea in Conuentu Nouiomagensi Antistitum iudicio ab Episcopatu eiectum tradit Theganus opere de gestis Lud. Pij c. 37. qui cum inter magnates Palatij Imp. cum Hilduino Archicapellano nominat. Ex hac vitâ migrauit Iesse an. 835. vt 835.
docet vita Ludou. Pij incerto auctore istiusmodi verbis: *Eâ tempestate quanta lues mortalis populum, qui Lotharium secutus est, inuaserit, miserabile est dictu. In breui enim, id est à Calend. Septemb. vsque ad missam S. Martini, hi primores eius vitâ excesserunt: IESSE olim Ambianensis Episcopus, Helias Trecassinæ vrbis Episcopus, Vuala Corbeiensis Monasterij Abbas, Matfridus, Hugo, Lambertus, Godofridus, Albertus Comes Pertensis, Burgaretus quondam Præfectus venatoribus regalibus. Hi enim erant, quorum decessu dicebatur Francia nobilitate orbata, fortitudine quasi neruis succisis eneruata, prudentia his obeuntibus annulata.*

22. RAGENARIVS I. subscribit Synodo Bellouacensi an. 845. Parisiensi 846. & Conuentui Carisiacensi interest in causâ Gothescalci 848. auctore Hincmaro. 845.

23. HILMERADVS præsens in Synodo prouinciali Turonensi quam Landrannus Metropolitanus conuocauerat sub Carolo Caluo contra Nomenoium Britannicæ gentis Ducē an. 849. necnon Suessionensi 853. eodem anno Vermeriensi ad Isaram olim regio palatio: paulò post apud Siluacum villam, in pago Laudunensi, vt patet ex Capitul. Caroli Calui: denique in Tusiacensi villâ an. 860. 853.

24. RAGENARIVS II in diplomate Odonis Bellouacensis Antistitis an. 875. quo statuitur mensam Capituli Bellouacensis, separati à bonis Episcopi, & quinquagenarius Canonicorum numerus. 875.

25. GEROLDVS Concilio Pontigonensi cum cæteris, Episcopis subscripsit an. 876. cuius tempore 882. vrbs à Normannis diripitur apud Flodoardum in Chronico. 876.

26. OTGARIVS, seu OTGERVS, in Pancartâ Nigrâ Turonensi Orgerius nuncupatur, ex Canonico Ambianensi Episcopus postulatur, hanc Sedem
893. gubernabat anno 893. quo largitus est Ecclesiæ S. Quintini corpus Victoris martyris quiescentis in eadem Ecclesia, sic enim vetus fragmentum de rebus Ludouici 3. & Carlomanni Regum, inquit: Præfatus martyr Christi Victoricus Taruanensi populo vnâ cum beato prædicauit Fusciano: quorum corpora cum B. Genciani carpento sepulta, per multorum curricula temporum Ambianensis seruauit patria: donec disponente populo à quodam venerabilis vitæ pridem eiusdem loci Canonico, tunc autem Ambianensis Ecclesiæ Episcopo, nomine Orgero sollicitè quæsita, & sagaciter sunt inuenta: Is ergo Episcopus pro amore diuino, & suæ benignæ deuotionis studio, membra prædicti martyris Victorici hûc cum magno honore deuexit, & iuxta gloriosi restis Christi pignora collocauit. Consecrationi Heriuei Archiepiscopi
900. Remensis adfuit anno 900. pridie Non. Iulij in chronico Cameracensi Baldrici, tum in Concilio prouinciali apud Trosleium vicum pagi Suessionici 909. centenario major è viuis exemptus an. 928. vt refert Flodoardus in Chronico: *Otgarius Ambianensium Præsul vir sanctus & plenus dierum obijt: cuius vita vsque ad annos centum & ampliùs prolata refertur.*

27. DEROLDVS ex medico corporum, fit Pastor animarum anno 929. testis idem Flodoardus in chronico Deroldum vocans, memoratur ab eodem lib. 4. Hist. Remensis cap. 35.
946. fato functus est 946.

28. TETBALDVS Suessionensis Ecclesiæ Archidiaconus, ab Hugone Viromanduensi Archiepiscopo Remensi, sed Pontificatu pulso, annitente auunculo Hugone consecratur anno
947. 947. auctore Flodoardo in chronico, & lib. 4. Hist. cap. 33. sed cùm ciuibus acceptus non esset, quia communione priuatus erat, & defacto cum Iuone Episcopo Siluanectensi mulctatus est, idcirco ab aliquibus Pseudoëpiscopus tantùm censetur, nec inter Antistites legitimum locum obtinet.

29. RAGEMBALDVS ex monacho Attebatensi in Tetbaldi locum ab Ambianensibus expetitur, quo faciunt verba Flodoardi in Chronico sub annũ 949. *Ambianenses Tetbaldum, quem tis Hugo constituerat Episcopum, exosi, castrum Arnulfo Comiti produnt: qui aduocans Regem Ludouicum, oppidum ipsum cæpit, Tetbaldum expulit, Ragembaldum illùc Attrebatensem quemdam monachum, quem ydem Ambianenses priùs sibi delegerant, introduxit. Quique Remos à Rege perductus, ordinatur Episcopus ab Artoldo Archiepiscopo.* Manuscripta S. Valerici inter suos Abbates ipsum annumerant, & volunt capsam ac relliquias S. Valerici Arnoldo vendidisse, à quo in Episcopum fuerat restitutus: verumtamen in chronico Hannoniæ legitur ob frequentes incursiones Normannorum, has relliquias, & S. Richarij apud B. Bertinum Audomari fuisse translatas, sed posteà restitutas ex mandato Arnoldi iunioris. 949.

30. ALMANNVS, vel ALVIANVS.

31. GOTESMANNVS, seu GODESMANNVS, Brunonis Episcopi Lingonensis, & Arnulfi Remensis Archiepiscopi consanguineus. Gerbertus recenset illum inter Episcopos qui Synodo Remensi adfuêre in basilicâ S. Basoli xv. Cal. Iulij 991. contra Metropolitam Arnulfum. 991.

32. FVLCO D'AMIENS I, Vualtheri 2. Comitis Ambianorum, Vulcassini, Pontisaræ, ac Meduntæ, Vexelliferi Franciæ, ex Alcide Crespeiâ natus, proauos è Caroli Magni cognatione prognatos habuisse testatur Ordericus Vitalis lib. 7. Hist. Gerberti Metropolitæ Remensis Pontificatu Ambianensis Episcopus erat, ad quem scribit epistolam 47. eum incusans quòd motum leuitate pondus sacerdotale necdum ferre didicisset, ac res Ecclesiæ diripuisset. Fulconis enim parentes Corbeiensi Abbatiæ, bona aliqua concesserant, verumtamen anno AXIIXI.
997. sub Maingardo Abbate, Galterus Vicecomitatum, & omnem tribunitiariam Corbeiæ potestatem inuasit, Fulco verò eius filius Ambianis iam tunc Episcopus, similiter in iustitiam Religiosorum irrepsit, sed tamen resipuit, nam hunc Pontifex authoritate suâ repressit, Donationi Roberti Regis subscripsit 996. quo an. intereſt Synodo Calensi. Cùm autem in 997.

aulâ Regis gratiâ polleret, per vim eiecto Dauide Episcopo Morinensi à Balduino Comite Flandriæ, Gerardus Episcopus Cameracensis rescribit Fulconi, & vestram, inquit, caritatem imploramus humiliter, vt Domino Archiepiscopo vnâ cum fratribus cæteris conuocatis, ad suffragium fratris Regem fortiter excitetis: nomen etiam apposuit donationi Varini Bellouacensis Episcopi in gratiam Abbatiæ S. Vedasti Attrebatensis, Compen-
1032. dij an. 1023. & alteri 1024. Interim verò indictâ per Papam Leonem IX. Synodo Remensi anno 1049. vt grassanti in Galliâ simoniæ mederetur, plures in aulâ vt se à publicâ reprehensione liberarent, Henrico Regi suaserunt, vt hanc Synodum authoritate regiâ impediret, quasi contrariam libertati Ecclesiæ Gallicanæ, Pontifex verò priuauit Communione eos omnes qui adesse concilio neglexerunt, & hos inter Ambianensem Præsulem referente Baronio, qui cùm esset Regi acceptus, ab eo priuilegia restituta sunt pro Ambianensi Ecclesiâ, quæ bello Normannorum, & ciuitatis vastatione amissa fuerant, re-
1057. gali præcepto an. 1057. Quocirca, inquit, cernentes quædam loca sancta, perditis eorum per iniuriam priuilegijs violenter impeti, maximéque Ecclesiam quæ est Ambianis, iam olim Normannis insistentibus, & vsque ad solum eam perdentibus, non solùm priuilegia, sed & terras, & cætera quæ illius fuerant amisisse, operæ prætium duximus adhortante nos Fulcone Episcopo Ambianensi, & Galtero Comite, ad quem Ambianicæ ciuitatis administratio pertinebat, concedente, sicut per redditam pacem plurima prædicta teparauerat, eam instaurare priuilegia.

AMIENS. Semé de France à vn lambel d'hermines.

33. GVIDO D'AMIENS primi Fulconis Episcopi frater, vt asserit chronicum Corbeiense, eligitur ex Canonico Ambianensi, interest sacro Phi-
lippi I. Regis an. 1059. cum cæteris
1059. Episcopis. Subscribit & fundationi Prioratus S. Martini à Campis 1066. quo anno basilicam D. Martini in castro de Piqueny ab antiquo ædificatam, Canonicorum Collegio & priuilegiis nobilitauit, fundatoribus tribus fratribus aut agnatis, quos carta appellat Pinconij Pares. Magnas lites mouit iste Episcopus Fulconi Abbati Corbeiæ, cùm minimè ferre posset eius immunitates, quæ authoritatem Episcopalem deprimebant, vnde ipsum Fulconem excomunicationis fulmine percussit, quia talia priuilegia dissentiebant Ecclesiastico Canoni, sed Alexander 2. Pontifex cùm multoties hac de re ad Geruasium & Manassem Remenses Præsules scripsisset, ipse Guido eorum precibus ab incoeptis destitit. Recensetur in fundatione S. Mar-
tini ad Gemellos 1073. & in dedicatione 1073.
S. Quintini 1074. vbi Præsul & Procurator Reipublicæ Ambianensis appellatur, quòd significat Comitem. Chorum Abbatiæ S. Martini Ambianensis ex integro renouauit, & Clericorum Congregationem canonicè viuentium ibi constituit, eorúmq; victui prouidens, omniom noualium Episcopalium decimas largitus est. Capitulo autem suo molendina quæ sanc iuris erant Comitum attribuit pro obituarij fundatione, vt liquet ex Ecclesiæ Martyrologio. Virum fuisse poëseos amantem eius opera testantur, Vuilelmus enim Gemmeticensis l. 7. hist. c. 44. elucubrasse dicit de expugnatione Angliæ à Guilelmo Conquestore Normanniæ Duce opus non contemnendum heroico metro exaratum: & Ordericus Vit. lib. 3. Hist. *Guido metricum carmen edidit, quo Maronem & Papinium gesta Heroum pangentes imitatus, Senlacium bellum descripsit, Heraldum vituperans & condemnans, Guillelmum verò collaudans & magnificans.*

34. FVLCO D'AMIENS II. superioris nepos, ex Drogonis huius nominis primi Comitis Ambiani, & Vulcassini connubio cum Edithâ Anglicâ S. Eduardi sorore ortus erat, Epi-
scopus autem designatus an. 1076. vt 1076.
conuincitur ex cartâ donationis Gaufredi Aquitanorum Ducis, Abbatiæ Monasterij Noui Pictauensis, subscriptis eodem Gaufredo, qui priuilegium à Rege fieri rogauerat, Hugone Magno fratre Philippi Regis, Fulcone in Ambianensem Episcopatum tunc electo, non consecrato, Raginaldo S. Martini Thesauratio, Pictauis Idib. Octob. 1076.

35. RAOVLFVS, de eo fit mentio in titulis Abbatiæ S. Martini circa
an. 1078. Gregorius VII. Papa ad eum 1078.
scribit in negotio Roberti Frisij Ecclesias vexantis.

36. Rorico in Concilio Mel-
1080. densi an. 1080. qui apud Ecclesiam S. Acheoli Canonicos Regulares deputauit, cum consensu totius Senatus, hoc est Capituli, vt paret ex duabus cartis Ecclesiæ Cathedralis.

37. Gervinvs Abbas S. Richarij Centulensis circa an. 1071. Geruini viri sancti successor & nepos, vt vult Morlierius, ipsi tamen planè dissimilis; nam eum non admodum sanæ mentis fuisse refert Nicolaus Suessionensis monachus in vitâ S. Goffridi. Confirmauit omnia quæ Rorico in gratiam S. Acheoli concesserat, & superaddidit præbendam Ecclesiæ B. Mariæ, ita tamen vt tenerentur Clerici S. Acheoli & ipse Prior pro vicibus suis hebdomadam implere in Ecclesiâ B. Virginis. Facta est hæc constitutio in Capitulo Ambianensi voto & assensu Senato-
1093. rum Ecclesiæ, vt memorat an. 1093. Biennio post Synodo Remensi adfuit sub Reginaldo Archiepiscopo. Ad ipsum dirigit S. Anselmus 32. epistolam lib. 3. ipse verò ad Lambertum Attrebatensem Episcopum, duas scripsit, quæ extant; alterâ ipsum rogat, vt S. Fusciani relliquias & sociorum in nobiliorum capsam reponat. Geruinus iste obituarium fundauit, ac propterea Capitulo dedit altare de Stellâ; sed postmodum refert Surius ex Nicolao monacho, qui-
» busdam rebus vexatus sedem planè
» deseruit, ita vt Ecclesia illa aliquan-
» diu Pastore careret, quòd cùm sine
» periculo vacare non posset, indictum
» est totâ diœcesi ieiunium, misericor-
» diæ operibus & precibus atque litanijs
» diuinâ pulsatâ clementiâ, tandem
» electus est Godefridus. Notandum autem sub eius Præsulatu floruisse Petrum Eremitam Episcopatus Ambianensis indigenam, qui vt loquitur Vuillelmus Archiepiscopus Tyrius lib.
» 1. de Bello sacro c. 11. erat staturâ pu-
» sillus, quantum ad exteriorem homi-
» nem persona contemptibilis, sed ma-
» jor in exiguo regnabat corpore virtus,
» viuacis enim erat ingenij: Hierosolymam profectus, & habito congressu cum Patriarchâ Simeone de Sepulchro Domini, & locis sanctis ab infidelibus Turcis profanatis, reuersus, litteras ad Vrbanum 2. Pontificem & Christianos Principes detulit, quibus periclitanti Orientali Ecclesiæ auxilium conferretur; & ipse quidem diuino quodam spiritu afflatus, promotor fuit celebris illius expeditionis quæ in Terram Sanctam indicta est anno Christi 1095. mortuus exantlatis pro Ecclesiâ laboribus an. 1115. 8. Idus Iulij. 1095.

38. S. Godefridvs Diui Quintini apud Peronam primùm monachus inde Abbas S. Mariæ de Nouigento, vt Guibertus successor prodit lib. 2. c. 2. de vitâ suâ, postquam Sedes Ambianensis per biennium circiter vacasset, & sic quemadmodum idem Nicolaus Monachus Suessionensis obser- »
uat, tandem electus Pontifex, vt qui »
iam bonus erat odor Christi in omni lo- »
co, & sanctitatis suæ famâ etiam illas »
partes compleuerat, missa est quoque »
legatio ad Philippum Francorum Re- »
gem: qui vbi comperit Godefridum «
electum, ingentes Deo gratias egit: Electio autem promulgata est in Concil. 1104.
Trecensi 1104. consecratus à Manasse Metropolitâ Remensi, assistentibus Lamberto Attrebatensi, & Ioanne Morinensi Episcopis. Hoc anno memoratur in cartâ Philippo regnante Consule Ambianensi Ingerrano, Episcopatus Goffridi anno primo? Confestim scripsit epistolam ad Episcopum Nouiomensem, quam visum est hîc subijcere. Dilecto *Confratri Balderico Nouiomensi Episcopo, Geofridus Ambianensis Episc. salutem in Domino. Me indignum ad hanc Pastoris curam euexit Deus, vt quod dignum deuotione gregis est, faciam: cum itaq; in hac diœcesi perantiquæ sint Eccl. fundationes, & iam incuriâ hominum diruta pleraque claustra, vt ea obliuioni perpetuæ non tradantur, sed piorum locorum recordatio subleuet fidelium animos, ad deuotionem propagandi cultus diuini, & vt multis intercessoribus Deus, super malitiâ nostrâ fiat placabilis, & misericordiam largiatur, precor obnixè in Domino, vt te labori pio accingens, aut potiùs in eò labore perseuerans, nostræ diœcesis & Ecclesiæ fias exscriptor, scriptor sicut in Ecclesiis Camer. & Morin. fuisti fidelis calamus scribæ velociter scribentis, non abscondas talentum in terrâ, ac benefaciens noli deficere. Salutat te Petrus Archidiaconus, & ego tuus conseruus in ouili Christi, in quo vale: scripsi ad S. Quintinum meas delicias iuxta Peronæ villam an. 1108. in Maio.* Ex quo satis compertum est, dignam esse rem Episcopali sollicitu- 1108.

dine, Ecclesiarum origines & monumenta perquirere, & ijs quasi vitam restituere, quos & mortis, ac temporum calamitas obliuioni damnarat. Eodem anno accersitur à familiari suo Baldrico Episcopo Nouiomensi, cum Odo Hamensis castelli dominus ei concessit dominium Ecclesiæ Hamenses. Postverò vt ait Guibertus l. 3. c. 13. Episcopatui renunciauit, ac Cluniaci aliquandiu, tum Carthusiæ extra conuentum in cellulâ commoratus est, iubente autem Archiepiscopo Remensi ad sedem suam iterum remeauit, & cum aliis Episcopis dedicationi basilicæ Laudunensis quæ combusta fuerat in-
1114. terfuit 1114. tum an. 1118. Ecclesiam S. Dionysii de Poix benedixit, confirmans ei quæcumque bona hactenus donata fuerant. Sanctitate inclytus in vitâ B. Hugonis Abbatis Cluniacensis, & in epistolâ Hugonis item monachi ad Pontium Abbatem, prædicatur, decus Pontificum, doctrinâ præclarus, sanctitate perspicuus, ac degens Papiæ in Italiâ, cum beatus Hugo vitâ defungitur. Transiit ad Christum anno
1118. 1118. in Monasterio S. Crispini Suessionensis. De eius vitâ fusiùs vide Nicolaum monachum Suessionensem, qui res ab eo præclarè gestas, quas conspexit, aut accipere potuit ab eis qui viderunt, fideliter contexuit; Surium in vita Godefridi l. 1. c. 30. & Molanum in Natalibus Sanctorum Belgicorum. Magnum sanè apparuit eius pietatis exemplum, & venerationis quâ eum populi colebant, cùm in Natali Domini sacris operatus, oblationes eorum noluit accipere, qui more muliercularum promissos capillos gestabant, nam illi ne Pontificis sui gratiâ & benedictione priuarentur, statim arreptis cultellis capillitium sibi amputarunt.

39. Ingelrannvs sedit an.
1118. 1118. ex eartulario S. Martini de Campis, qui à nonnullis dicitur filius Ingelranni, & frater Roberti Ambiani Comitum, ex illustri familiâ de Boues; nihilominus in veteribus monimentis Abbatiæ S. Fusciani, in quibus Radulfo Abbati concedit quasdam Ecclesias, nihil de suâ origine, nec de parente Ingelranno Abbatiæ huius fundatore. Ex schedis S. Martini ad Gemellos liquet huic monasterio cessisse Prioratum de Passu sub Regulâ Augustinianâ administrandum.

A Testantur autem tabulæ Ambianensis Ecclesiæ ipsum ex consensu Capituli conuocati accepisse fidei sacramentum à Radulfo Balgensis castelli domino, & ex schedula S. Quintini Bellouacensis dicitur interfuisse Synodo Remensi sub Radulfo Metropolitano. Diem postremum obijt anno Incarnationis 1127.

40. Gvarinvs, seu Vvarinvs Episcopus deligitur 1127. ipso 1127.
annuente, & Cælestino Pontifice Prioratus S. Ioannis Ambianensis,
B dictus S. Firminus in Valle ad Abbatiæ titulum sublimatur: confirmat annis 1131. & 1139. quæcumque dona huic Ecclesiæ collata erant: adfuit & dedicationi Ecclesiæ Teroanensis 1133. quo anno eius mentio habetur in archiuijs Abbatiæ S. Petri de Selincourt, vbi nominatur Præsul & Procurator totius Reipublicæ Ambianensis. Subscribit quoque 1138. fundationi Prioratus de Encrâ cum Gausleno Suessionensi, & Gaufrido Catalaunensi Præsulibus; nominatúrque adhuc 1142. in cartulario Corbeiensi. Fuit verò inter Cluniacenses benefactores non minimus, ad quem scri-
C bit epistolam 14. lib. 4. Petrus Venerabilis Cluniacensis Abbas eius præcordialis amicus, vt ait, quâ de singulari aliquo beneficio accepto summas gratias agit: vsque ad an. 1144. 1144.
vixisse constat ex tabulis Abbatiæ S. Ioannis Ambianensis.

41. Theodoricvs, ex Monacho S. Nicolai diœcesis Laudunensis, Abbas Diui Eligij Nouiomensis, consecratúsque à Samsone Archiepiscopo Remensi, vti affirmat Hermannus monachus cap. 26. lib. 3. de miraculis S. Mariæ Laudunensis. Eius tempore Prioratus S. Martini & S.
D Acheoli eriguntur in Abbatias anno primo Episcopatus 1145. Duas au- 1145.
tem ad Sugerium Abbatem Dionysianum epistolas scripsit, quarum alterâ videtur se excusare ne Ludouicum VII. comitetur in expeditione maritimâ: Obsecro, ait, mi Domine de « le me de libro tuo quem scripsisti, si « quidem scripsisti mihi super expeditione « regiâ, ad quam nullatenus sufficere « valeo, veritatem dico amico meo, « non mentior, vnde parcat mihi « Dominus meus, etenim tam « Domini Papæ, quàm Domini «

„ Regis seruitium valde tenuem me „ fecerunt : ex quâ coniicimus virum fuisse gerendis negotiis aptum, vt qui Pontifici & Regi inseruijsset, sed suis impensis, de quo satis cautè conqueritur. Alterâ epistolâ monet de reformatione Monasterij S. Richarij Centulensis; sed ipse Sugerius ad eum etiam scribit in causâ Roberti de Bouâ famosi apostatæ, quem in Ecclesiâ suâ susceperat. Anno autem
1148. 1148. donauit consensu Capituli sui præbendam in Ecclesiâ B. Mariæ monasterio S. Martini, in manu Theobaldi Abbatis. Sequenti verò Thesaurarij dignitatem mensæ Episcopali adiunxit, quòd posteà Hadrianus 4. Pontifex confirmauit. Recensetur & in tabulario Corbeiensi 1155. cum Nicolao Cameracensi Episcopo, & in cartis S. Martini Parisiensis 1158. superiore anno interfuerat tralationi reliquiarum S. Eligij per Balduinum Antistitem Nouiomensem, factæ; denique vitam produxit ad annum vsque
1163. 1163. vt liquet ex actis Capitularibus.

42. Robertvs I. in membranis monasterij S. Ioannis pactum subsignat inter Abbatiam & Communiam ciuitatis an. 1166. confirmatum
1166. sigillo Abbatiæ, Communiæ Ambianensis, necnon chirographo Roberti Præsulis, in cuius præsentiâ conuentio ista recognita est : ex quo apparet in more fuisse positum, vt ferè omnes pactiones publicæ, quæ aliquatenus ad Ecclesias pertinebant, coram Episcopis fierent, aut saltem ab eis confirmarentur. Roberto sedente Alexander 3. bullâ quam Honorius 3. ratam habuit, consuetudinem hactenus in Ecclesiâ Ambianensi seruatam, vt nullus in eadem nisi sit de legitimo matrimonio natus, in Canonicum ordinetur, præcipit strictè obseruari.

43. Theobaldvs illustri familiâ natus, vt qui cognationis vinculo iungebatur Guillelmo de Campaniâ Cardinali Albimano, Archiepiscopo Remensi, auunculo Regis Philippi Augusti, quemadmodum testantur acta Capitularia Ambiani, vnde probabile est huius Guillelmi ope & gratiâ, Theobaldum Episcopatum obtinuisse: ante quidem erat Archidiaconus Am-
1167. bianensis an. 1167. vt probat carta Capituli, non multò post eligitur

A Episcopus, nam ab anno 1170. reperitur Pontificalibus infulis condecoratus: Intercedente ipso Guillelmo Remensi Præsule an. 1178. concessit vt Abbatia S. Martini non modò frueretur sicut anteà annatis, vt vocant, cuiuslibet Canonici defuncti, sed quolibet modo vacaret Canonicatus eodem iure potiretur. Tum Synodo Lateranensi interfuit 1179. Circa hoc tempus ad eum diriguntur ab Alexandro 3. Pont. c. Ad hæc de Decimis, „ c. Sanè de Regularibus, c. porrò de „ priuilegijs; Cælestinus 3. c. Vnicum „
B de Clericis peregrin. & Innocentius „ 3. an. 1199. ad eum scribit, ex quibus liquet virum fuisse commendabilem : nam & Vrbanus 3. anno 1187. 1187.
ei mandat vt Ecclesiam Canonicorum S. Saluatoris in castello S. Pauli sitam, visitet, & ordinet quæcumque deprauata erant; secum autem sollicitudinis huius participem aduocauit Desiderium Episcopum Teroanensem, referente Chronico Belgico. Vtque Ecclesiæ suæ bonum promoueret, quia tunc pauci erant Presbyteri auctore
C Corbeiensi chronico anno 1190. ex vnâ præbendâ sacerdotali duas fecit, quas & auxit suâ liberalitate. Anno verò 1193. Ingeburgis Daniæ Regis 1193.
filia, Philippo Augusto desponsatur & coronatur apud Ecclesiam Ambianensem in peruigilio Assumptionis, à Guillelmo Archiepiscopo Remensi, Petro Attrebatensi, Ioanne Cameracensi, Lamberto Teruanensi, Stephano Tornacensi cum Theobaldo præsentibus. Sed paulò post à Rege repudium passa Ingeburgis ad Capitulum Ambianense rescribit, se commendans precibus, vt significat sequens
D Epistola : *Dilectis in Christo amicis Decano & Capitulo Ambianensi, Ingeburgis Dei gratiâ Francorum Regina humilis in Domino salutem. Incognitum vobis esse non credimus, quod penè toti notum est orbi, quanta perpessæ sumus incommoda, postquàm Regiæ dignitatis vnctionem adeptæ sumus, pariter & Coronam, propter quæ tanto temporis interstitio sumus præpeditæ, vt Ecclesiam vestram, cui ex eo speciali debito & deuotione sumus obnoxiæ; Quod in eâ, licet flebili auspicio, plenitudinem tamen honoris nostri & dignitatis suscepimus, prout voluimus, nondum valuimus, muneris obsequio honorare. Nunc autem ei planetam vnam transmittimus, supplicantes vt in orationibus vestris nos*

*colligatis, & intuitu dilectionis & deuo-
tionis, quam ad vos & Ecclesiam ve-
stram gerimus, specialiter gerere volumus,
Officiorum & beneficiorum quæ in ea fiunt
nos participes faciatis; scituri pro certo,
quòd si Dominus, gratiam suam nobis
adauxerit, & pacem nobis reddiderit,
nos dilectionem nostram erga vos & Ec-
clesiam vestram manifestabimus certiori-
bus signis & indicijs. Licet verò Capsula,
quam vobis mittimus, non sit quantùm ad
æstimationem seu apparentiam multùm
pretiosa, obtinere tamen apud vos cupimus,
vt in B. V. solemnitatibus solemnia Missarum
in eâ celebrare faciatis.* Cum per triginta
quatuor & ampliùs annos sedem
1204. tenuisset moritur Theobaldus 1204.
honorificè sepelitur ad S. Martinum
de Gemellis in choro à dextris: tu-
mulo superponitur tabula ex ære Co-
rinthio cùm eius effigie, Pontificijs
vestibus affabrè indutâ quatuor leun-
culis subnixâ.

GERBEROY. 44. RICHARDVS DE GERBEROY
ex militari stirpe de Gerboredo, patre
Eustachio, & Ermentrudâ genitus,
patruos Geruasium & Guillelmum
milites habuit, Adelaidem autem
auiam, de quibus in necrologio Ambia-
nensi, in quo Richardus multis virtu-
tibus ornatus memoratur. Iste ex De-
1205. cano deligitur Antistes, nam an. 1205.
honorariâ arbitrorum sententiâ permisit
Decanum Ecclesiæ Collegiatæ S. Flo-
rentij de Royâ, omnimodâ iurisdictio-
ne supra Canonicos gaudere. Ad eum
misit c. de Adulterijs Innocentius III.
defunctus est idem probabiliter anno
1210. aut paulò post, nam mense Aprili
1211. anni 1211. iam sedes vacabat, vt patet
ex actu Capituli de ordinatione distri-
butionum quotidianarum per Archi-
episcopum Remensem. Iacet in Diuo
Martino ad Gemellos, cum hac epi-
graphe, insectâ muro à læuâ portæ
Chori.

*Hîc situs est Præsul RICHARDVS
Præsule dignus,
Cuius lex vitæ, lectio, vita fuit.
Iustitiæ speculum, contemptor muneris, ore
Parcus, mente pius, largus honoris apex.*

45. EVRARDVS, aut GERARDVS
1212. floruit an. 1212. ex documentis Capi-
tuli. Innocentius 3. in eius gratiam
bullam dedit: Honorius 3. ad illum
dirigit c. de vitâ & honestate Clerico-
rum: sed an. 1216. cùm lis mota esset
A inter ipsum & Capitulum, quod no-
lebat frui iure excommunicationis, per
Stephanum Cantuariensem Archi-
episcopum Pontifex rem absoluit.
Idem Episcopus auxit numerum Di-
gnitatum Præcentoriâ, cùm ante
vnus esset Cantor totius chori dire-
ctor, Scholasticâ, & Pœnitentiariâ,
consentiente Capitulo 1218. vigiliâ 1218.
Paschatis, quo anno constat ex actis
publicis Piquinii Baronem & Vicedo-
minum hominium reddidisse Epis-
copo, de toparchijs ab eo penden-
tibus: necnon vigiliâ Natalis Domini
B rogante Simone Aquicinctensi Abbate
eius nouam Ecclesiam consecrat. Cum
autem vir esset admodum pius, &
Basilicæ maioris amantissimus, quin-
etiam diuitiis pollens, vt liquet ex va-
rijs eius fundationibus, nouam Eccle-
siam ex integro condendam aggressus
est, eâ formâ quâ nunc spectatur, sed
quæ deinde magis ornata fuerit, cum
enim fundamenta totius operis abso-
luisset, etiam muros erigere cœperat,
at fato præuentus an. 1223. sepelitur in 1223.
medio nauis, ex cupro eius effigie ap-
paret, quæ sex leunculis fulcitur, cir-
ca laminam cupream in quâ iacet le-
C guntur hi versus.

*Qui populum pauit, qui fundamenta locauit
Huius structuræ, cuius fuit vrbs data curæ,
Hîc redolens nardus fama requiescit EV-
RARDVS.
Vir pius afflictis, viduæ tutela, relictis
Custos, quos poterat recreabat munere,
verbis,
Mitibus agnus erat, timidis leo, lima su-
perbis.*

46. GAVFRIDVS D'EV, II. à patriâ D'EV.
de Augo sic nominatus, vt innuit eius
Epitaphium: fit Episcopus an. 1223.
nam Rigordus de gestis Philippi Au-
D gusti refert ipsum multis cum alijs Epis-
copis interfuisse ipsius exequijs: quo
eodem anno fundauit Capellanias in
parochiâ S. Ioannis de Pratis Abba-
tisvillæ, mense Februario, ex cartu-
lario S. Vulfranni. De ipso sæpe mentio
habetur in tabulis Capituli 1224. Et 1223.
quia pauperum sollicitudo spectat ma-
ximè ad Episcopum, curauit an. 1233.
Ptochotrophium Ambianense optimis
legibus ordinari, institutis octo soro-
ribus sub Regulâ diui Augustini vi-
uentibus, ad subsidium ægrotorum,
idque probauit posteà Innocentius IV.
in Lugdunensi concilio generali. Tum

1235. an. 1235. prouinciali Synodo sub Henrico de Branâ Remensi Metropolitâ interfuit Siluanecti. Inchoatum basilicæ B. Virginis ædificium amplianit toto sedis tempore: iuxta decessorem tumulo mandatur ijsdem ferè ornamentis sub eo epitaphio.

Ecce premunt humile GAVFRIDI membra cubile,
Seu minus aut simile nobis parat omnibus ille,
Quem laurus gemina decorauerat in medicinâ,
Legéque diuinâ, decuerunt cornua bina:
Clare vir Augensis, quo sedes Ambianensis
Creuit in immensis, in cœlis auctus, amen, sis.

47. ARNVLPHVS Ambiani oriundus, priuignus Rogerii de Furniualle medici Ludouici 8. & S. Ludouici Regum; Theobaldi Archiepiscopi Rotomagensis consanguineum fuisse etiam probatur ex necrologio. Hic defuncto Gaufrido successit, auctore Alberico in Chronico, non 1238. cùm
1237. recenseatur iam Episcopus 1237. in vigiliâ S Trinitatis: testis in tabulâ cessionis dotalitij Pauiæ vxoris Bernardi de Morolio. Regnante Diuo Ludouico, cùm Ecclesiastici ordinis corrupti mores ad meliorem frugem essent reuocandi, conuenrus habitus est Parisijs apud Franciscanos 1227. cui titulo Doctoris Theologi interfuit iste Episcopus, in quo, vt paret ex vitâ Gregorij IX. in Concilijs generalibus, Theologi Parisienses post longam disputationem diffinierunt, sine peccato mortali neminem posse habere duo beneficia, quorum alterum ad sustentationem est sufficiens, ei tamen opinioni contrarius fuit Arnulphus idem, vt volunt Dionysius Carthusianus, arti. VII. de pluralitate beneficiorum, & Cantipratanus Arnaldum vocans. Sanè tunc temporis corruptissimos Cleri mores arguunt Concilia Oxoniense in Angliâ pro reformatione Ecclesiæ an. 1222. Germanicum contra concubinarios 1225. & Londinense 1237. Porrò cùm Franciscanorum & Dominicanorum Ordo vbique propagaretur an. 1243. Ambiani Prædicatores admittuntur, sequenti verò Franciscani, & ijdem posteà Royæ in
1250. hac diœcesi 1250. quo anno in transmarinâ expeditione cum S. Ludouico, Odone Sedis Apostolicæ Legato, & Episcopo Suessionensi Damiatæ morabatur, vt indicat Mathæus Paris. At verò cùm adhuc Episcopalis iurisdictio magnum pondus & authoritatem haberet an. 1244. Gaufridum de Meilliaco Ambianensem Bailliuum grauissimâ sententiâ multauit, quòd Clericos quinque capitali iudicio damnasset incompetenter, & non seruatis regulis iuris: habes hanc litem fusiùs apud Morlierium in eius vitâ. Is Præsul ferè imposuit coronidem operi ædificij cui sedulò incubuit, ac creditur sepultus post chorum & altare maius, tumulo ex marmore nigro.

48. GERARDVS DE COVCY è stemmate de Couciaco, in cartularijs Ambianensi & S. Fusciani 1252. nominatur, tum in actu compositionis 1253. & 1255. hortante Vermundo de Buxeriâ Episcopo Nouiomensi, cum Radulpho Motinensi, capsam aperuit S. Eligij vt ab eâ cartas excerperet, quibus vteretur contra Abbatem & monachos S. Eligij, quibuscum litem habebat de reliquijs huius Sancti: ab Alexandro autem 4. Pont. index deligitur huius negotij cum Odone Rotomagensi, & Niuelone Snessionensi Episcopis: Eiusdem gentis Radulphus Episcopus Nouiomensis. COVCY. 1253.

49. ALERMVS DE NVEILLY in necrologio Capituli, perperam Anselmus de Malliaco apud Demochares & Gazetum nuncupatus. Concessit Collegiatæ basilicæ de Fouilloy nominationem Cappellæ fundatæ ab Enguetrano de Heilly Canonico Ambianensi 1258. NVEILLY. 1258.

50. BERNARDVS D'ABBEVILLE ex nobili prosapiâ domus Abbatisuillæ, consanguineus Ioannis de Abbatisuillâ Decani Ecclesiæ, refert chronicum Hannoniæ 1260. præfuisse ceremonijs depositionis reliquiarum collatarum Guillelmo Abbati Aquicinctino; sequente anno cum Guillelmo Bellouacensi & Roberto Siluanectensi transtulit sacra ossa Luciani & aliorum martyrum, quibus ornatiores capsulas aptauerat Ioannes Diui Luciani Abbas, præsentibus Ludouico Galliæ, Theobaldo Nauarræ Regibus, & alijs Principibus. Anno 1262. duo millia librarum Parisiensium ab vrbe accepit instituendis quatuor Capellanijs, quibus multatus fuerat ab Arnulpho ABBEVILLE. D'argent à trois escussons de gueulles. 1260. 1262.

Episcopo Gaufridus de Meilliaco ob iniustam Clericorum damnationem. Tandem ipse magnificum Ecclesiæ Ambianensis opus absoluit, perfecit-
1269. que 1269. & 1270. Compendij in Synodo prouinciali Remensi sub Ioanne Archiepiscopo adfuit: denique an. 1277. recensetur recognitio censûs Capellaniæ S. Pauli facta per eumdem Bernardum Episcopum.

MASCON. D'or fretté de sable, à vne fasce d'azur chargée de trois fleurs de lis d'or.

51. GVILLELMVS DE MASCON patria erat Matisconensis, non è prosapiâ Comitum oriundus, vt tamen ex necrologio, magni consilij & magnæ scientiæ, cuius fama toto regno Franciæ fuit mirabiliter dilatata. Non ille fuit Archidiaconus, vt vult Gazetus, sed ipsius nepos cognominis. Certè Regibus acceptum extitisse constat cùm in Sanctius Consistorium allectus fuerit 1296. iste au-
1279. tem 1279. authoritate Nicolaj 3. Pont. ex quatuor Canonicatibus octo instituit semipræbendas; tum anno sequente cum Petro Remensi Metropolitâ, sigillo suo muniuit pactum inter Reginaldum de Nantolio Episcopum Bellouacensem & Capitulum, de electione Decani à Canonicis faciendâ; inde obtinuit à magistratu Carolo VI. posteà firmante 1391. vt pauperes Ambianenses sustentandæ familiæ gratiâ liberè piscarentur vbique per Somonam. Testatur Tilius anno
1283. 1283. ipsum adfuisse cùm Philippus 3. Rex sententiam tulit in Carolum Siciliæ Regem patruum suum, ob Comitatum Pictauiensem & Aruerniæ dominia: tum an. 1287. ad Prouincialem synodum Remensem vocatus est; ei verò fidem clientelæ præstitit 1291. Ioanna Castellionea Blesensis & Alenconii Comitissa de feudis Vindocinensibus: constat & ipsum confirmasse Abbatem S. Vedasti de Morolio 1292. quin etiam Regi Philippo à consilijs sanctioribus, interfuit Parisiis cùm aulæ suæ proceres conuocauit acceptis litteris à Comite Flandriæ, quibus pacem & fœdus cum Rege
1296. detrectabat 1296. & deinde 1303. cùm de præcipuis regni negotiis ageretur. Plures Capellanias instituit, maximè in honorem S. Honorati Carthusianorum cœnobinm condidit Abbatissillæ, emitque propterea agrum ab Equitibus Templariis, quam domum annuo censu dotatam, sacro capite S. Honorati ornauit. Tandem multorum annorum senex vitam morte commutauit 1308. funeratus in sacello D. 1308.
Margaritæ totius Ecclesiæ Ambianensis ornatissimo, cœnotaphio ex cupro elaborato; iuxta ipsum in plano tumulatur sub marmore nigro eius nepos: Guillelmi autem hoc est Epitaphium.

Matisconensis ortu, post Ambianensis
Factus Prælatus, iacet hic GVILLELMVS humatus,
Qui prius Artista, Doctor fuit & Canonista,
Summé famosus, facundus, & ingeniosus,
Clericus angelici fuit hic Regis Ludouici.
Gregorio deno coniunctus corde sereno,
Post cursum talem, consedit Pontificalem
Sedem, cui cura fuit Ecclesiastica iura
Integra seruare, seruatáque multiplicare.
Flos Prælatorum, Rector pius inferiorum,
Præsul ter denis fuit annis, clarus arenis.
M. C. ter & tetra bis Christi viuat in æthra.

FOVILLOY.

52. ROBERTVS DE FOVILLOYII. ex stirpe nobili de Folliaco ortus, nominatur 1309. die sacro Assumptionis, & 1310. in titulis Capituli ac 1309.
S. Martini Gemellorum: anno 1317. interfuit Senatusconsulto dato in fauorem Mathildis Comitissæ aduersus Robertum Attrebatensem Comitem, necnon synodo celebratæ eodem anno Siluanecti à Roberto Corteneo Metropolitano Remensi. Sublatus est è medio 1320. in sacello Primæ sepelitur à dextris ianuæ, adscriptis tumulo his versibus. 1320.

Hic iacet egregius ROBERTVS FOLLIACENSIS
M. C. ter hic anno vigeno, mensèque Marci
In ternâ senâ feriâ terrena reliquit.

GOVCAME. D'or à la bande d'azur.

53. SIMON DE GOVCAME Bisonticensis, postquam sedes per aliquot menses vacasset, quemadmodum testantur litteræ publicæ Officialis Curiæ Ambianensis, ex monacho Corbeiæ, vt volunt eius monasterii tabulæ creatur Episcopus 1321. 29. Nouembris. In cartis Episcopatus memoratur 1324. & conuenit cum vrbe de quibusdam litibus. Vltimum diem clausit 3. Decembris 1325. humatus in eodem 1325.
sacello quo decessor à læuâ altaris in muro; verba epitaphij hæc tantùm supersunt SIMON decessit Præsul.

CHERCHEMONT.

54. IOANNES DE CHERCHEMONT I. nobilis Pictauensis, nepos

De.. à trois pals de . . à vne bande fasc'ée de six pieces.

ex fratre Ioannis Equitis Domini de A Venours Franciæ Cancellarij : fit Episcopus anno 1325. ex lib. iuramenti Pontificum in solemni ingressu : apparet ipsum vrbem suam inuectum non
1327. fuisse nisi anno 1327. 16. Augusti, cuius tempore, inquit, Tilius 6. Maij 1329. in Ecclesiâ Ambianensi Eduardus Angliæ Rex hominium facit Philippo Valesio Franciæ Regi, de Ducatu Aquitaniæ, & Comitatu Pontiuij. Pactum init cum Capitulo de omnibus controuersijs 1331. interest & synodo prouinciali in vrbe Nouiomensi 1344. inde transigit 1369. de iure codicillorum ciuium Ambianensium. Post B
1372. sedem annorum 47. obijt 1372. cuius tumulus in sacello Cathedralis S. Sebastiani eo condecoratur epitaphio.

Moribus excellens iacet hîc immunda repellens,
Vir benè famosus, mitis, castus, generosus,
Sobrius & lenis, largifluus, atque quietus:
Ille IOANNES erat vocitatus, dignus honore,
Cognomen fuerat CHERCHEMONT patris amore;
Hic Pictauensis, Præsul fuit Ambianensis, C
Annis quaternis, decies, septémque paternis:
Anno milleno trecenteno duodeno,
Et sexageno, cessit mundo nece pleno,
Vigesimâ sextâ feriâ iam quoque plenâ
Lethi præcessit, circa nonámq; recessit,
Gaudeat in cælis, exoret quisque fidelis.

Circa eius imaginem hi versus leguntur.

Qui me calce premis exemplar sum tibi magnum,
Cur non corde fremis? mundo nichil est nisi stragnum,
Ad mortem properans, ignorans tempus & horam: D
Hac miser accelerans cognoscere, quod male noram,
Ad Christum pro me deuota precamina prome,
Vt me suscipiat post mortem, dicito, fiat.

LA GRANGE. De gueules à trois merlettes d'argent, au canton d'hermines.

55. IOANNES DE LA GRANGE II. Cardinalis Ambianensis, tituli Sancti Marcelli, Stephani à Grangiâ Præsidis in Senatu Parisiensi frater, patriâ Lugdunensis, magnâ prudentiæ & auctoritatis opinione versatus in aulâ Caroli v. cui erat addictissimus, ab eo Præses Iuuaminum Lutetiæ creatur anno 1370. quem & fuisse auctorem Carolo Ioannes Iuuenalis Vrsinus in Historiâ censet vectigalium, quibus populus tunc temporis grauabatur, & inde ditiorem factum. Is ex Decretorum Doctore, Monachus & Abbas Fiscannensis, quo nomine comes legationis Guidonis Cardinalis de Boloniâ ascitus pro pace sanciendâ inter Castellæ & Arragoniæ Reges. Cùm igitur operam B suam in eo munere nauasset, vir ingenio & rerum agendarum vsu præditus, in aulâ primus Minister diligitur : insuper ad Episcopatum Ambianensem euocatur 1372. in quâ Ec- 1372.
clesiâ Synodum coegit 1373. xv. Decemb. Destinatus à Carolo v. cum Ducibus Andegauensi, Burgundiæ, cæterisve delegatis, fœdus cum Angliæ Rege conciliauit. Inde nominatur Cardinalis S. Marcelli à Gregorio xi. Auenione 1375. factúsq; Episcopus Tusculanus 1379. quo tempore 1379.
iam desertâ Sede Ambianensi illi subrogatus Ioannes Rolandi, solemni in- C gressu eam inuisit eodem an. 2. Augusti. Defuncto Carolo v. eius filius Rex Carolus vi. de eo conquestus cùm Sauoisio Aerarij Thesaurario, quòd tandem huius Sacerdotis Ambianensis potestate liber esset, testimonio Vrsini, sed iam ante fortassis, cùm iunioris Principis animum sibi offensum præsentiret, Auenionem aufugit apud Gregorium xi. à quo in Etruriam legatus mittitur, vt pacem inter Pontificem & Florentinos stabiliret ; qui cùm Romam reuertens post legationem, Pontificis morte auditâ creatum in locum eiùs Vrbanum vi. reperisset, eum Pontificem verum D consalutauit, posteà ab eo deficiens, quia malè ab ipso acceptus, & auaritiæ crimine insimulatus, cum alijs Cardinalibus Gallis Româ egressus Fundum se recepit, ac Clementem vii. Pseudopontificem eligendum curauit an. 1378. proximo die Dominico Cal. Nouemb. cui Galli & Hispani fauebant contra Vrbanum vi. ab illo igitur humaniter exceptus, ipsum Episcopum Tusculanum creauit an. 1379. defuncto Aegidio Cardinali. Auenione per aliquot annos

commotatus, ibi præclara pietatis monimenta Ioannes reliquit in Ecclesiâ S. Marcelli, vti & Ambiani Sanctorum Ioannis Baptistæ & Euangelistæ sacella condidisse probat Morlierius: cùm verò Carolum v. impensiùs dilexisset, pro ipso quolibet mense preces aliquas & pro se fundauit. Post excessum Clementis, Benedicto XIII. Antipapæ adhæsit, cuius Co-
1394. mitiis adfuit 1394. Auenione, vbi tandem iste Cardinalis mortalitatem expleuit an. 1402. in Diui Martialis æde humatus, vnde Ambiani cadauer translatum, in Ecclesiâ Cathedrali Deiparæ tumulatur cum hoc epitaphio. *Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus, Dominus IOANNES DE GRANGIA Abbas Fiscanensis, deinde Episcopus Ambianensis, postremò verò Sanctæ Rom. Eccles. Cardinalis Tusculanus, qui obijt anno Domini* MCCCCII.
1402. *die* XXIV. *mensis Aprilis. Orate Deum pro eo, vt requiescat in pace in paradiso.* Auenione autem fato cessisse compertum est, ex exemplari testamenti quod è Registro Parlamenti Parisiensis publici iuris fecit in obseruationibus suis ad Historiam Regis Caroli VI. auctore Ioanne Iuuenali Vrsino vir cl. Dionysius Gedefroy Regis Historiographus, Theondori doctissimi viri filius. Hisce codicillis, sepulturam ordinat Cardinalis noster in Ecclesiâ Cathedrali Ambianensi à parte sinistrâ majoris altaris, si migraret Auenione, carnem & viscera in æde Collegij S. Martialis Auenionensis cœnotaphio ibidem à se erecto, ossa verò Ambianum deportanda præcipit: pro memoriâ Caroli v. Regis missarum anniuersaria solemnia statuit, pluribus Abbatijs, Ecclesijs, & Conuentibus Religiosorum donat; testamenti curatores nominat Petrum Cardinalem de Tureyo, Ioannem Viuariensem, Petrum Aniciensem, Guillelmum de Vergeyo Cardinales, Franciscum Archiepiscopum Narbonensem, Ioannem de Boysiaco Ambianensem, & Ioannem Filleti Aptensem Episcopos nepotes suos, cæterósvein apographo recensitos, dato Auenione apud palatium Cardinalis Ambianensis an. 1402. iodict. 10. 12. Aprilis.

ROLAND. 56. IOANNES ROLAND III. Cardinalis creatus à Clemente VII. Antipapâ an. 1485. 4 Idus Iulij vt notat Ciaconius: ex Claromontensi diœcesi in Aruernis natus, per decessoris Ioannis de Grangiâ resignationem Episcopatum adeptus ingreditur vrbem 2. Aug. 1379. solemni apparatu ingressus, ciues splendido conuiuio, & multos Præsules ac nobiles ipse excepit, vt testantur vrbis documenta. Matrimonio iunxit in Cathedrali Carolum VI. Regem cum Elisabethâ Bauarâ 17. Iulij 1385. præsentibus regiæ stirpis, necnon multis Germaniæ Principibus. Mortales exuuias deserit an. 1388. perperam vt aliqui asserunt in obedientiâ Benedicti XIII. qui in Sedem Apostolicam tantùm intrusus anno 1394. & certè epitaphium eius Cardinalatus nullam habet mentionem; quod visitur in Cathedralis sacello D. Ioannis Baptistæ post chorum, tumulo è nigro marmore ornato ære, figuris & stemmatibus familiæ distincto, vbi legentibus prostat sequens epigraphe.

D'azur au haches d'argent vico é de sable & lié de gueulle.

1379.

1388.

HIC IACET

Recolendæ memoriæ Dominus IOANNES ROLLANDI quondam Ambianensis Episcopus, Doctor Legum famosissimus, Præsulum decus eximium, pater celsi ingenij, verecundus, sobrius, castus, mansuetus, cultor pietatis, & totius virtutis thalamus, ac Christicolarum pauperum suæ diœcesis adiutor largifluus quos suorum bonorum hæredes instituit, & obijt anno Domini 1388. *suiq; regiminis* 1388.
huius Ecclesiæ decimo tertio, mensis Decembris decimo septimo. Orate pro eo.

57. IOANNES DE BOISY IV. Cardinalis de Grangiâ nepos, at frater Imberti de Boisiaco Præsidis in Senatu Parisiensi, viri nobilis ac prudentis Regis Consiliarij, vt memoratur in obituario. Ex Matisconensi Episcopatu mense Ianuario 1389. ad 1389.
hanc sedem euocatur, teste publico vrbis tabulario, cum quâ mutari permisit ius Episcopi à quolibet defuncto aut nubente, duas vt vocant, cannas vini percipientis, in annuam summam quindecim librarum, quæ posteà redempta est an. 1391. Litem gessit cum monachis Corbeiæ 1393. relatam à Ioanne Gallo qu. 306. super ordinibus faciendis de monachis per Episcopum præfatum, & de non præstando

BOISY. Cinq points d'arges equipollez a quatre de gueulle

præstando loco foraneo Episcopo, alijs capitibus allegatis. Cælestinos in vrbem admisit, & extinctus
1410. an. 1410. iuxta auunculum iacet, cui & sibi vt apparet monumentum condiderat ex lapide, habens imaginem circa quam legitur: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus IOANNES de BOISIACO, Legum Professor eximius, Lugdunensis diœcesis, miseratione diuinâ primò Matisconensis, & post Ambianensis Episcopus, nepos domini Ambianensis Cardinalis hic supra iacentis, qui præfuit Ecclesiæ Ambianensi XXII. annis, mensibus sex & diebus septem, & obyt anno Domini MCCCCX. die quartâ mensis Septembris. Orate Deum pro eo, amen.*

CHEVENON. Dargent à la fasce de gueulle à trois quintefeuilles de mesme.

58. BERNARDVS DE CHEVENON II. anno 1411. cum Capitulo conuenit de modo iudicandi generales processiones: eodem anno nominatur à Monstrelero Regi à secretioribus Consilijs: posteà Episcopus Bellouacensis.

DE SAVLX. D'azur au lion d'or.

59. PHILIBERTVS DE SAVLX frater Ioannis Burgundiæ Cancellarij, ex nobili Burgundiæ familiâ de Salione, primò Canonicus Eduensis, Præpositus S. Amati Duaci, Archidiaconus Belnensis, inde Episcopus Cabilonensis, ad Ambianensem Cathedram denique translatus nominatur in libro compositionum Capituli an.
1416. 1416. Bonus Episcopus dicebatur ex populi traditione, qui ne mortuus quidem à grege voluit separari, sed in medio cœmeterij S. Dionysij sine monumento terræ mandari. Circa an. 1500. cùm tumulus effoderetur, repertum eius corpus integris adhuc vestibus Pontificalibus, ex quo factum, vt in erecto tumulo hoc loco Episcopi imago cum vestibus insculpta sit.

HARCOVR. De gueulle à deux fasces d'or.

60. IOANNES DE HARCOVR V. Iacobo dynastâ de Montgommery & Ioannâ d'Enghien parentibus editus: diuinâ celebrauit in iustis, quæ soluebat Burgundiæ Duci Ioanni patri suo Philippus Bonus apud Attre-
1419. bates 1419. in æde Vedastinâ, quâ de re Monstreletus; inde Episcopus Tornacensis, tandem Narbonensis Archiepiscopus, & Patriarcha Antiochenus.

LE IEVNE. De gueulle fretté d'argent semée de fleurs de lys d'or.

61. IOANNES LE IEVNE VI. Cardinalis tit. S. Laurentij in Luciná, Picardus, Roberti Iuuenis Ballini Ambianensis, Attrebatum Gubernatoris filius, & frater Guillelmi domini de Contay, ad Eugenium IV. Pontif. Philippi Burgundiæ Ducis Orator, cuius Principis fauore Cardinalis creatus est Ioannes an. 1439. XV. Cal. Ianuarij 1439.
in Synodo generali Florentinâ, cui interfuit Ducis Legatus; post excessum Eugenij Romæ galero condecoratus, cum alijs Cardinalibus elegit Nicolaum V. Eugenij successorem, cuius vitam exarauit iste Cardinalis teste Locrio. Electo Nicolao missus est Ferrariam an. 1447. pacis compo- 1447.
nendæ gratiâ. Translato autem Ioanne de Haricuriâ ad Tornacensem Præsulatum, hanc Cathedram adeptus est, ex quâ euocatus ad Morinensem an. 1437. vt censet Gazetus, Romæ obijt ætatis anno 40. omnium sui sæculi Purpuratorum Patrum ditissimus, teste Monstreleto in chron. parúmq; abfuit, quin defuncto Eugenio in Summum Pontificem postulatus sit: Sepultus in titulo suo Diui Laurentij in Lucinâ cum eâ epigraphe. *Hîc iacet corpus Reuerendi Patris & Domini, Dom. IOANNIS titulo S. Laurenty in Lucinâ, Sanctæ Rom. Eccl Presbyteri Cardinalis, Morinensis nuncupati, qui obijt an. 1451. die IX. mensis Septembris. Miserere mei Deus quia in te sperauit anima mea.*

AVANTAGE. D'azur à trois testes de licorne d'argent.

62. IOANNES AVANTAGE VII. Burgundiæ Ducis Philippi Archiater, ad Srapulas maritimum Picardiæ oppidum natus, ex Præposito Collegialis Ecclesiæ S. Petri Insulensis, fauente Duce, ac meritorum præstantiâ, quibus admodum fulgebat, dignum virtus & scientia fecêre, vt Ambianensium Episcopus legeretur an. 1437. inquit 1437.
Buzelinus c. 6. lib. 1. Galloflandriæ. Admisit in vrbem 1443. Clarissas moniales, intetfuitq; Synodo proüinciali Remensi 1455. mortuus an. 1456. 26. Nouemb. sub finem vitæ plura fundauit in 1455.
commodum Capellanorum Ecclesiæ, in quorum sacello eius tumulus ex laminis æreis, cui sculpta inscriptio laudes sic pangit.

Dictus AVANTAGII iacet hâc tellure
IOANNES,
Et cinis in cinerem soluitur ipse suum.
Quem Stapuli genitum septenis artibus actis,
Monspessulanus, Parhisiusq; regunt,
Illic imbutum tanquam scia mater alumnum
In gremio fouit hunc medicina suo,
Hac illustris eum meritâ pro laude Philippus
Dux Burgundorum suscipit in Medicum:
Sed prius hic Marthæ sublimi dum volat alâ,
Ambianis meruit Pontificale decus.
Hoc ibi viginti rexit paulò minus annis,
Moribus & meritis se perhibendo patrem.

M. semel & quater quinquageno quoque sexto,
Vicenâ sextâ luce Nouembris obit.
Te rogo qui transis, cui fata simillima restant,
Dicito defuncti spiritus alma petat.

63. FERRICVS DE BEAVVOIR, Ioannis toparchæ de Beauuoir ex Ludouicâ de Mailly filius, Philippo Burgundiæ Duce commendante, cui tunc Ambianum parebat, electus suffragijs Capituli ex Canonico mense Ianuario 1456 post aliquot dies solemni inaugurationis pompâ vrbem ingressus est 28. Maij anni sequentis, ex tabulis publicis ciuitatis, in quibus nominatur 1461. quo interfuit sacro Ludouici XI. Hoc eodem anno orationem habuit in Ecclesia S. Bertini Audomarensis, cum Philippus Dux Velleris Aurei Equites vltimâ vice crearet. Sequente autem anno, Ambiani peste grassante, pia societas Diui Sebastiani instituta est, vt ciuitas ab hoc flagello protegeretur: nec multò post cùm inter Galliæ Regem & Burgundiæ Ducem graue bellum exarsisset, huius partibus sese addixit Ferricus, à quo Episcopatus beneficium acceperat, vnde cum Ludouicus XI. Ambianum Burgundo eripuisset an. 1470. cuncta bona Episcopi fisco deputata sunt: sequenti anno ædem monialium S. Francisci Abbatisvillæ benedixit. Ipse verò Monstrolium se recepit, quo vltimum diem expleuit & sepultus 1472. posteà Ambianum delatus vt testantur hæc carmina.

BEAVVOIR. Au premier & quatre d'argent à deux bandes de gueulle. Au 2. & 3. d'or à trois mailles de gueulle.

1461.

1472.

Hic Pastor rexit FERRICVS bis datus vrnæ,
Monsteroli primùm rursus & Ambianis.
Quo me Præpositus idemq; nepos Adrianus,
Vexit & ornauit Martyris historiâ.
Exorate meus quondam grex Ambianensis,
Prosit vt hoc celebri me iacuisse loco.
Obijt anno Domini 1472. vltimâ Februarij, hic translatus 1489. octauâ Martij.

64. IOANNES DE GAVCOVRT, VIII. Caroli domini de Gaucourt, Magni Franciæ Oeconomi, Lutetiæ Proregis filius, qui cum optimis litteris esset institutus à Petro Burro, vnà cum fratre Ludouico, & patrem ac patruum Radulphum haberet Regi acceptos propter obsequia plurima, non dubium quin eius gratiâ vterque Sedem obtinuerit: & quidem iure Commendæ, vt vocant, nam neuter vsquam residebat; sed quis prior, variant monimenta, præcessisse Ludouicum probat præfatio quam Badius Ascensius præfixit operibus Petri Burri vulgatis 1505. quo mortuus est Burrus, sic ait, à Domino de Gaucourt eo tempore Magistro Militum apud Parisios assumitur, ad liberos illius ingenuè erudiendos, quorum duo Ludouicus & Ioannes fuerunt alter post alterum sine intermediatore Episcopi Ambianenses: quippe quos ipse Burrus noster ita instituerat & erudierat, vt primaria Franciæ luminaria à cunctis censerentur: sed vt solent ingentia ingenia citò extincti sunt, vnde ille dolenter vt erat acri ingenio, nomina rebus aptare volens, eos meritò de Gaucourt, id est de gaudio curto & breui interpretatus est, nihilominus post obitum Ioannis qui minor natu fratri Ludouico successor erat, ab eodem Canonicatu Ambianensi donatus. Tamen acta publica vrbis aliter; nam in epistolâ Caroli vtriúsq; Episcopi patris datâ 9. Febr. 1473. scribit quòd procuratorem mitrit causâ adipiscendæ possessionis Episcopatus Ambianensis, iuxta transcriptum Bullæ Sixti IV. quâ dicitur collatus Episcopatus morte Ioannis de Gaucourt Clerici Ambianensis, in vigesimo secundo ętatis suæ anno constituti. Sed his contradicit, quòd extet epistola subsignata nomine Ioãnis, gratias agẽtis vrbi de adeptâ possessione 5. Martij 1473. eodem anno; vndeminus fideliter exscripta bulla iudicatur: habentur & instrumenta in titulis societatis S. Sebastiani, quibus an. 1474. sedisse Ioannem apparet, & 1477. Ludouicum.

GAVCOVRT. D'hermines à deux bars adossez de gueulle.

1473

1477.

65. LVDOVICVS DE GAVCOVRT frater Ioannis 1477. Regi Lud. XI. à consilijs, Administrator Episcopatus Ambianensis, cuius vice Ioannes Bethlemitanus Præsul Vicarius generalis in spiritualibus ritu sacro inaugurauit Ecclesiam D. Andreæ 27. Martij 1478. ex codicibus mss. de cuius Pontificatu suprà narrauimus, breui autem sedisse constat ex vulgatis Episcoporum elenchis.

GAVCOVRT

66. PETRVS VERSE' Burgundus Poliniacensis, Abbas S. Petri Cabilonensis, gratiâ Petri Coctier auunculi sui medici Ludou. XI. ad Episcopatum gradum fecit teste Comminio, an. 1482. 7. Sept. ex Actis Consistorialibus, tum circa 8. diem Maij, an. sequenti, vt probant tabulæ vrbis eam solemniter ingreditur: Ecclesiæ suæ cuncta legauit, & Contij feodum Capitulo, cuius tamen dominium ad toparchiam Episcopalem pertinet. Morte correptus an. 1500. vltimâ Februarij humatur à dextris quà chorus clauditur, cum his versibus.

VERSE'. Desable à l'orangers d'or.

1482.

1500.

PETRUS hîc est VERSE' Burgundia quem sibi natum,
Ex Poligniaco vexit ad Ambianos.
Hic Præsul statuit cantari Virginis horas,
Multáq; largifluus contulit Ecclesiæ.

CLEVES. 67. PHILIPPUS DE CLEVES, ex Principibus Cliuiæ Ioanne Duce & Elisabethâ Burgundâ parentibus satus: qui cùm Ludouico XII. sanguinis vinculo esset coniunctus, per amitam Matiam de Cleues Ludouici matrem, opima beneficia facilè obtinuit, nam S. Vuandregisili, & S. Martini Abbas, ad sedem Ambianensem eue- B
1500. ctus est an. 1500. tum Niuernensis, denique Eduensis Episcopus.

HALLUVIN. D'argent à trois lions de fable, lampassés de gueulle, armés d'or, à.2. 68. FRANCISCUS DE HALLUVIN I. Abbas Compendiensis, & de Gardo, Ludouici Equitis Torquati, toparchæ de Piennes, Proregis Picardiæ, & Ioannæ de Guistelle dominæ d'Esclebecg filius: viginti tantùm annos natus ab Alexandro VI. Papâ bullis datis an. 1502. 5. Augusti creatur Episcopus, eodémq; anno Septemb. 29. Andreas dominus de Rambures cui Francisci soror nupserat, pro ipso possessionem adipi- C
1507. scitur, ipse posteà 12. Sept. 1507. vrbem solemniter ingressus est, cùm interim Administrator Suffraganeos habuisset Nicolaum de la Cousture, & Nicolaum Lagrené Ebronenses Episcopos. Anno 1516. 21. Octob. postulante Francisco I. cum Fucaldo de Longueual Episcopo Suessionensi, aperuit capsulam auream Compendij, quæ sacrum Domini Iesu Sudarium recondebat. Sequenti anno 14. Martij, Ecclesiam Franciscanorum Montisdesiderij dedicauit, cuius altaria iam ab an. 1512. 10. Iulij sa- D
1537. crauerat. Mortem oppetijt 1537. splendidum quidem Mausolæum Ambiani in æde Virginis sibi parauerat, nihilominus in Abbatiâ de Gardo cuius erat Commendatarius tumulo conditus est.

HEMARD. 69. CAROLUS DE HEMARD Cardinalis Matisconensis tituli S. Mathæi, ex dominis de Denonuille in Belsiâ ortus, Petro Hemardo Denonuillæ toparchâ & Ioannâ Fremiere. Is Abbas beati Albini Andegauensis, & S. Petri Cartonensis, fauore Francisci I. cui à consilijs extitit, & in Curiâ Rom. ad summum Pontif. A Orator, Pontificatum Matisconensem inijt: à Paulo 3. 1536. sacro Purpuratorum Collegio aggregatur; tum ad Sedem Ambianensem traducitur 1538. quo anno solemniter exceptus est in Cathedrali 9. Decembris. Confestim lites plurimas quæ intercesserant cum Episcopis & Capitulo breui composuit. Legationibus clarus moritur Ambiani 23. Aug. 1540. vnde allucinantur, qui in funere Francisci Regis ipsum peroraſſe dictitant: quiescit in æde B. Mariæ effigie marmoreâ cum his versibus. 1540.

DEO. OPT. MAX.

Et memoriæ CAROLI HEMARDI Cardinalis Matisconensis & AMBIANENSIS EPISCOPI.
Quem nunc iacentem Carolum Hemardum vides
Non stemma, opésve, at bona, virtus & labor
Pedetentim ad vsque summa vexit munia;
A Consiliis primum ille Regiis, paululum
Post Romam ipsum summum Pontificem, sui
Negotia vt Regis fideliter gerat,
Legatus, adeò se vtrique fideliter præstitit,
Vt Cardinalium numerum atque in ordinem
Asciret iste, ille Ambianæ Ecclesiæ
Præficeret, in quâ consepultis litibus;
Vt pacis arrham perpetuam corpus suum,
Animam Deo linquens, sepeliendum dedit.
Obijt 23. Augusti 1540. suæ verò ætatis 47. anima quiescat in pace. Amen.

LONGVY. D'azur à vne bande d'or. 70. CLAUDIUS DE LONGUY, Cardinalis de Giury, ex Matisconensi, Lingonensis, necnon Pictauiensis Episcopus, Abbas & S. Benigni, D. Stephani Diuionensis, & Pulteriarum; erat Administrator Ambianensis anno 1545. Suffraganeo vsus est Iacobo le Doulx Episcopo Ebronensi. 1545.

PISSELEV. D'argent à trois lions de gueulle. 71. FRANCISCUS DE PISSELEU II. Abbas beati Cornelij de Compendio, Guillelmi Domini de Heilly in Picardiâ filius, frater Caroli Episcopi Condomiensis, qui postquam in suâ Cathedrali exceptus fuisset, statuta edidit synodalia 1546. 1546.

PELLEVE. 72. NICOLAUS DE PELLEVE' Caroli Domini de Iouy, & Helenæ de Fay filius, ex libellorum supplicum Magistro, Præsul Ambianensis 1553. iucundum ingressum celebrauit 15. Augusti festo Assumptionis Virginis adeptâ possessione; cessit Episcopatum 1553.

1561. factus posteà Archiepiscopus Senonensis, Cardinalis, & Remensis Metropolitanus, vbi plura de ipso retulimus.

CREQVY.
D'or au Crequier de gueule.

73. ANTONIVS DE CREQVY, Cardinalis tituli S. Tryphonis, Abbas S. Iuliani Turonensis, de Selincurte, & de Valloriis, Cancellarius Militiæ S. Michaelis, ac hæreditario iure clarissimæ domus suæ toparcha, ex matrimonio nempe Ioannis Domini de Crequy, & de Canaples, Principis de Poix, ac Mariæ d'Assigny è primariâ nobilitate Aremoricâ oriundus. Primò Episcopus Monensis, pro Nannetensij
1561. sede, & Abbatiâ D. Iuliani Turonensis Pontificatum Ambianensem permutatione obtinuit 1561 vrbem suam inuectus ineunte anno 1564. die Circumcisionis Domini, summâ festiuitatis pompâ exceptus, & cùm Carolo IX. à Consiliis esset, eo poscente apud Pium IV. Pont. an. 1565. 12. Martij in Cardinalium Collegium assumptus est. Post hæc verò Episcopatui suo Abbatiam D. Martini de Gemellis vniuit, vtque amplissimam consequutus erat hæreditatem extinctis fratribus, sic & pias in basilicâ suâ fundationes ordi-
1574. nauit. Demum Ambiani decessit 1574. 20. Iunij, tumulatus in Cathedrali Ecclesiâ, postquam eum funebri oratione laudasset Iacobus Seguierius, Canonicus & Cancellarius Ambianensis.

LA MARTHONIE.
De gueulle au lion d'or.

74. GOFRIDVS DE LA MARTHONIE frater Henrici, & patruus Raimundi Lemouicensium Episcoporum, nepos autem Mondoti de la Martonie ex primo Præside Burdigalensi, Senatus Parisiensis Principis. Hic in foro Burdegalensi Senator, Archidiaconus & Canonicus ædis Metropolitanæ S. Andreæ, inauguratus Episcopus Ambiani excipitur 1577. die festo Annunciationis S. Virginis, post aliquot
1577. annorum sedis vacationem. Erat Gofrido quæ ad vigilantissimum spectat Pastorem sollicitudo diœcesana, Concilio prouinciali Remensi interfuit an. 1585. eoque sedente Capucini 1598. Carmelinæ 1606. Patres Soc. Iesu 1608. Ambiani recipiuntur. Ipse autem S Georgij 1583. & B. Andreæ Abbatisuillæ basilicas dicat 2. Iulij 1608. Quinetiam post vrgentem & acrem sex mensium obsidionem, Henricus 4. vrbem suam recepit 1597. quæ 11. Martij fuerat ab Hispanis fraude intercepta,

A Mortalitatem exuit 17. Decemb. an. 1617. regiminis anno 40. sepultus in Cathedralis Capellâ S. Petri iuxta fratrem dominum de Puiguillier. 1617.

LE FEVRE CAVMARTIN,
D'azur à cinq burelles d'argent.

75. FRANCISCVS LE FEVRE DE CAVMARTIN, III. Abbas Sancti Quintini de Insulâ, Regalis Ecclesiæ diui Quintini Viromandensis Decanus, Regi à sanctioribus Consiliis, è Fabrorum antiquâ nobilique familiâ prognatus, patrem habuit Ludouicum Fabrum Caumartinum, Sacri Sigilli Custodem, eo honoris fastigio sanè dignissimum, matrem Mariam Miron,
B sororem Caroli Miron Episcopi Andegauensis, tum Lugdunensis Archiepiscopi & Galliarum Primatis, inter præcipuos regni Præsules eruditione & facundiâ insignis. Franciscus autem à
Rege Ludouico XIII. anno 1617. de- 1617.
signatus Antistes Ambianensis, viuente Godefrido de la Marthonie decessore, eodem anno Romam profectus, à Paulo V. humanissimè exceptus, ipsum Hierapoleos Episcopum creauit, nec multò post Gofrido fatis functo à Pontifice bullas obtinuit, & Lutetiam reuersus apud Dominicanos consecratur à Cardinale Guidone Bentiuolio, tunc
C Apostolico Nuncio apud Regem Christianissimum, assistentibus Alfonso de la Croix Episcopo & Principe Gratianopolitano, & Ioanne Cardinali Bonsio Episcopo Biterrensi; tum solemni pompâ ab vniuersis ciuitatis suæ ordinibus excipitur Dominicâ 1. Iulij
1618. mense Maio 1625. ad comitia Cleri 1618.
generalia Parisijs delegatur; decennio post apud sacros Patres querelam exponit, quòd ipso diœcesim visitante, Monstrolij ciues spretâ quæ debetur Pontificibus reuerentiâ & honore, in ipsum populum furentem concitassent, in
D discrimen vitam adduxissent, & comitantibus Sacerdotibus ac Clericis violentas manus attulissent, cùm vt ciuium oppidi de Ruâ precibus obsequeretur, partem reliquiarum corporis S. Vulphlagij Confessoris vrbis patroni, quod apud monasterium S. Saluij depositum erat, ipsis tradere statuisset; multatâ ergo vrbe interdicto ob tantum probrum, tum suæ, tum Cleri personis illatum, ipsum nihilominus suspendit, misericordiâ erga populum commotus, donec res tota Vrbano 8. Pont. max. innotesceret. Rege etiam facinus indignum per Cleri publicam delegationem audiente, præcipua huius tumultus ca-

pita per iudices ad id commissos plecti iubet, pijssimus tamen Episcopus iniuriarum immemor, patronum sese potiùs exhibere voluit quàm vindicem: ne tamen Pontificia majestas quidquam ex hoc detrimenti perciperet, mortem aliquâ pecuniariâ mulctâ commutari Rex voluit, & tabulâ marmoreâ Episcopi clementiam aduersus perfidos memoriæ perpetuæ tradi. Interim Victor Bouthillier Turonensis Coadiutor commissus est, vt publicam à Monstrolij incolis satisfactionem exciperet, quibus interdicto liberatis relliquias S. Confessoris transtulit in Ecclesias tum Ambianensem, tum de Ruâ. Ipso sedente plures in diœcesi religiosæ familiæ propagantur 19. Iunij 1618. sanctæ Vrsulæ mo-
1620. niales, & Fulienses 1620. Ambiani admittuntur, 22. Octob. 1621. Capucini Monstrolij, Oratorij Sacerdotes Ambiani 1624. Vrsulinæ apud Montemdesiderij 9. Augusti 1623. Sanctimoniales B. Virginis Sanctæ Spei, Ordinis S. Saluatoris dicti S. Brigittæ, apud Alchiacum castrum 19. Martij 1627. ex Fontebraldensi verò familiâ Religiosæ quæ Moriaucurti degebant Ambianum transferuntur 5. Nouemb. 1636. ibidem domus Visitationis fundatur an. 1639. Bertaldicuriæ Benedictinæ ex Abbatiâ in
1641. vrbem Abbatisuillæ commigrant 4. Septemb. 1641. & 19. Iulij Franciscanæ ex pago de Brayo, aggregantur familiæ & domui Annunciatarum vrbis de Roya, vt ijsdem bonis & priuilegijs quibus ipsæ gauderent, vltimo Iulij anno 1649. Abbatisuillæ Visitationis Congregatio, & 3. Martij 1650. prochotrophium Dullendij stabilitur. Tandem cum vigili curâ præfuisset Ecclesiæ Ambianensi per 36. annos, & Ecclesiasticæ disciplinæ sedulò incubuisset, necnon variis pro Clero Gallicano negotijs egregiè per-
1652. functus esset, vltimum diem clausit an. 1652. & in Ecclesiâ Cathedrali tumulo mandatur. Francisci Præsulis frater Libellorum Supplicum in Regiâ Magister, parens fuit v. cl. Ludouici Francisci Fabri Caumartini, qui & ipse Libellorum Præfecturâ & honestioribus litterarum studijs conspicuus, auitum quoque nunc familiæ splendorem dignissimè tuetur.

FAVRE. 76. FRANCISCVS FAVRE, IV. Engolismensis, Ordinis Minorum, Sacræ Theologiæ Doctor Sorbonicus, Regi à sanctioribus Consilijs, & Annæ Augustæ Reginæ à Concionibus, Lutetiæ in alma Facultate cum Doctoris insignia excepisset, Regiâ nominatione Ludouici XIV. ad Glandatensem Pontificatum promotus est 6. Martij anni 1651. pro cuius temporali hominium fidelitatis præstitit eodem 1651.
anno Parisijs die 24. Aug. ac Dominicâ primâ Septembris sequentis, solemni ritu consecratur apud Franciscanos ab Hardoino de Perefixe de Beaumont Episcopo & Comite Ruthenensi, assistentibus Præsulibus Petro Bedacier Augustensi, Suffraganeo Metensi, & Henrico de Laual de Boisdauphin Leonensi Episcopo itidem & Comite. Ecclesiam suam nondum inuiserat, cum à Rege ad hunc Episcopatum Ambianensem sublimatur an. 1653. & adhuc superstes commissam 1653.
sibi diœcesim administrat.

AMBIANENSES
DECANI.

SERIEM Decanorum Ecclesiæ Ambianensis è variis cartularijs congestam subjicimus ex schedis dom. du Fresne de Cangé.

Guido circa an. 1065. & 1095. sub 1065.
Guidone & Gernino Episcopis.

Rogerus 1105. & 1121.

Andreas 1137. 1138. cartularium 1158.
S. Fusciani.

Radulphus 1138. ad an. 1177.

Ingelrannus 1180. ad an. 1189.

Richardus de Gerberoy ab anno 1191. ad an. 1204. posteà Episcopus Ambianensis.

Simon I. ab anno 1205. ad 1211. 1205.

Ioannes de Abbatisuilla I. ab an. 1219. ad annum 1225. exinde Archiepiscopus Bisontinus & Cardinalis.

Simon d'Arcy II. 1232.

Iacobus de Abbatisuilla Mathæi de Abbatisuillâ Canonici & Ioannis Cardinalis frater 1233, 1234. 1233.

Girardus 1238. ad an. 1243.

H. Decanus anno 1261.

1270. *Ioannes de Friscans* 2. circa an. 1270. fit mentio in Necrologio Ambianensis Ecclesiæ dom. Ioannis de Friscans Bailliui Regis 13. Cal. Augusti.

Ioannes de Bours 3. 1294.

1320. *Guillelmus* 1320.

Robertus de Croy 1. nepos Roberti de Folliaco Episcopi Ambianensis, Decanus circa an. 1330.

Robertus de Fontanis 2. in Iure Canonico Licentiatus, Ecclesiæ Parisiensis Canonicus, illustrissimi Principis Caroli Regis Franciæ Requestarum Ma-
1452. gister, Decanus 1452, 1460.

Ferricus de Clugny.

Adrianus de Henencourt 1. Henencurij toparcha, Iuris vtriusque Doctor, Archidiaconus Nouiomensis, Decanus & anteà Præpositus Ambianensis,
1531 nepos Episcopi Ferrici de Beauuoir obijt 5. Ianuarij 1531. sub cuius imagine adscripti leguntur hi versus.

Flete senes, plorate viri, lugete puellæ,
Vester Henencourius nunc Adrianus abest.
Ille Decanus erat populi pater, vrbis amator
Huic templo cultum religione dedit.
Vixerat vt tandem moreretur, mortuus hic est,
Vt viuat, virtus sic modo morte viret.

Adrianus de Lameth dictus *de Henencourt*, pronepos Hadriani, Commendatarius B. Mariæ de Camerafonte, Archidiaconus & Canonicus Noniomensis, Eleemosynarius Regis, dynasta de Henencourt, & Decanus
1553. Ambianensis. Obijt 29. Augusti 1553.

Franciscus Rose in Iuribus Licentiatus, Officialis & Decanus Ambianensis 1594.

Claudius de Saissenal Ambianensis, Regis Eleemosynarius, interijt 9. Octo-
1627. bris 1627.

Petrus de Louuencourt Decanus hoc anno 1654

Præter Decanos prædictos reperiuntur & alij sine æra Incarnationis inscripti Martyrologio Cathedralis, quos

A conijcitur sedisse post annum 1300. & notatur tantùm dies quo quilibet è vità migrauit.

Eustachius dominus de Longo, Canonicus, Præcentor, ac etiam per longum tempus vitæ suæ Decanus.

Guillelmus des Planques Canonicus & Decanus Ambiani, filius domini Guillelmi de Plancâ Militis, domini de Henchin, & Aelidis, 4. Cal. Martias, 13. Cal. Octobris, 4. Nonas Decembris.

B *Ioannes de Abbatisuilla*, posteà Archidiaconus Rotomagensis 10. Cal. Iunij, cuius Ioannis Achidiaconi fit mentio in cartulario Ambianensi sub an. 1225.

Laurentius de Albello Cal. Iulij & 12. Cal. Septemb.

Rodulphus de Helliaco 18. Cal. Iulij.

Guillelmus de Molains 1. 9. Cal. Augusti.

Bernardus de Muneriis, Nonis Augusti.

C *Guillermus de Longueual* Non. Septemb.

Henricus de Fley, 8. Cal. Octobris.

Ingelrannus de Helliaco 8. Idus Nouemb.

Petrus de Bours, 5. Idus Decemb.

Simon de Alteia.

D ANDEGAVENSES EPISCOPI.

VLIOMAGVS Andicauorum Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Andegauorum Plinio, Andium, Andegaua, & Andegauis ciuitas Greg. Turon. cuius populi Andes Cæsari, Tacito Andegaui, totius prouinciæ caput ad Meduanam flumen quo interluitur, nec longè à Ligeri fœlicissimè sita est. Arabs Nubiensis vocat venustam, grandem, populosam, territorio locupletem, vineis, hortisque conspicuam, eiusque ciues opulentos, de quâ Guillelmus

ANGERS. en Anjou, sur la Mayenne. De gueulle à vne clef d'argent au chef d'azur à deux fleurs de lys d'or.

mus Brito Philippidos lib. x. hos versus scribit.

Vrbs quâ diuitior vix aut ornatior vsquam
Esse potest, clari vel clarior vbere Bacchi:
Quam Liger argento prælucens ambit ab Austro,
A Boreâ rubens mediam Meduana perrat.
Qui suus inde fluens quasi per duo millia lapsus,
In Ligerim nomen perdit, mutátque colorem.
Et sic tres vnus Ligeris, Meduana, Vigenna,
Efficitur fluuius, qui rura Britannica multâ
Fertilitate iuuans, naualibus oppida ditat.

Theodulphus Aurelianensis Episcopus in carminibus eam quoque celebrat his verbis.

Quam Meduana morans fouet, & Liger aureus ornat,
Quam rate cum leni Sarta decora iuuat.
Fruge, ope, nundinis, pulchris & rebus abundans,
Obsita seu sanctis est benè tota locis.

Ciuitatis antiquitatem attestantur rudera extra vrbem amphitreatri à Romanis extructi, ruinas quidam arbitrantur: nunc vrbs arce munitur fortissimâ, decem & octo turribus quadratis in edito loco: ponte decorabatur lapideo, quem nuper impetus aquarum disiecit. Gaudet Vniuersitate celebri à Ludouico II. Andium Duce institutâ an. 1398. Sede Præsidiali, Bailliuatu, aliisq; iurisdictionibus. Majorem habet annuum cum viginti quatuor Scabinis perpetuis, ad quos spectat politia. Primùm quidem eam ciuitatem & Andium prouinciam Rex Childericus obtinuit, cùm occiso Paulo Comite Romanorum Andegauum cœpit, quo die, inquit Greg. Turon. l. 2. magno incendio domus Ecclesiæ cremata est, & huc vsque regni terminos dilatauit, vt asserit Aimoinus præfatione de gestis Francorum c. 7. Inde Carolus Caluus Robertum dictum Fortem Ducem & Marchionem Franciæ, Regij sanguinis Principem, Comitem Andegauensem summâ cùm auctoritate constituit, vt Normannos has plagas inuadentes compesceret: cui

A successit Hugo Conradi Ducis Burgundiæ frater, tum Odo Rex: & quidem bipartito Comitatu Andegauorum, vt docet Thomas Lochensis in gestis MS. Consulum Andegauensium, Ingelgerio Tertulli Comitis Vastinensis filio concessus est à Rege dimidius Comitatus Andegauis, quia vltra Meduanam alter prouinciæ præfectus erat, vtráque parte territorij per Normannos & Britones in solitudinem cum vrbe redactâ. Ingelgerij filius Fulco Comitatum integrum Regis dono assequutus est, ex quo longâ serie propagati sunt clari nomi-
B nis Comites Andegauenses, recensiti à Thomâ de Lochis, videlicet memoratus Fulco cognominatus Rufus, Fulco Iunior dictus Bonus, Godefridus Grisagonella, qui & Grisatunica Regis Dapifer, Fulco Nerra, Goffridus Martellus, Goffridus Barbatus, Fulco Rechinus, Goffridus Martellus 2. Fulco qui & Hierosolymorum Rex, Goffridus Mathildis Anglicæ maritus, parens Henrici II. Regis Angliæ, Ducis Normanniæ, Comitis Andegauorum, ex cuius connubio Richardus Rex nuncupatus Cor Leonis, ac Gaufridus Dux Bri-
C tanniæ, pater Arturi Ducis Aremoricæ, Comitis Andegauensis, qui à Ioanne Angliæ Rege patruo inhumaniter occisus, ac Philippus Augustus propterea cum vt suum vassallum cùm in ius citasset, ipseq; non sisteret, vt reus damnatus, omnes eius prouinciæ fisco Regis adiudicatæ sunt, vnde Philippus Rex Andegauum armis recuperauit & Coronæ adiunxit. S. Ludouicus IX. Carolo fratri titulo apennagij eam cessit an. 1256. tum translatus est Comitatus Carolo Comiti Valesij, Margaretæ Siculæ sponso, propter renunciationem iuris re-
D gnorum Valentiæ & Arragoniæ 1290. vt patet ex cartophylacio Regio Parisiensi. Ceterùm Ioannes Rex hanc prouinciam ad Ducatus fastigium euexit codicillis datis Caleti an. 1360. in gratiam Ludouici filij minoris posteà Siciliæ Regis, cuius posteri fruuntur vsque ad Ludouicum XI. Galliæ Regem, sub quò iterum Coronæ adiungitur. Carolus IX. Henrico 3. Regi, denique Ludouicus XIV. fœliciter regnans Philippo fratri titulo appennagij concessit. Andegauum autem Turonensi Archiepiscopo & Parlamento

Parisiensi subjicitur, Cathedralis basilica Diuo Mauritio dicata est, templum insigne, in quo visuntur sepulturæ Ludouici I. Regis Siciliæ, Mariæ Britannæ coniugis, Lodouici II. Regis eorum filij, & Iolandis Arragonicæ sponsæ, Renati Hierosolymitani & Siciliæ Regis, Andium Comitis, & Elisabethæ Lotharingæ vxoris. Capitulum verò constat Decano, Archidiacono Majore, Thesaurario, Cantore, Thesaurarijs duobus, Vltraligerensi & Transmeduanæ, Scholastico, Pœnitentiario, viginti nouem Canonicatibus, pluribus parochijs & Abbatijs, quarum elenchus infra descriptus habetur.

S. ALBINI *in vrbe* O B.

Saint Aubin d'Angers.

S. NICOLAI *Andegauensis* O B.

S. Nicolas lez Angers.

SANCTORVM SERGII & BACCHI O B.

S. Serge lez Angers.

RONCERET *Ronceray fœm.* O B.

S. FLORENTII O B.

S. Florent prez Saumur.

BVRGVLII *Bourgueil* O B.

S. MAVRI *S. Maur sur Loire* O B.

ASNERIAEBELLAII *Asnieresbellay* O B.

NIDIAVIS *Nioyseau fœm.* O B.

S. GEORGII *ad Ligerim* O A.

S. Georges sur Loire.

OMNIVM-SANCTORVM *Toussains* O A.

MELINENSIS *Melinais* O A.

ROTAE *la Roue* O A.

BVXERIAE *la Boissiere* O C.

CHALOCHEI *Chaloché* O C.

ORATORII *Loroux* O C.

PONTISOTRANDI *Pontron* O C.

PORRETI *le Perray aux Nonains* O C.

Nunc Episcoporum Andegauensium Catalogum exordimur, quem ex scriptis Dom. Arthaudi Andegauensis Ecclesiæ Canonici, & Claudij Menardi eruimus, tum etiam ex alijs monimentis ac tabularijs, quâ potuimus diligentiâ in hunc modum concinnauimus.

1. DEFENSOR primus inter Præsules Andegauenses in omnibus vulgatis indicibus reperitur, & credibile est prorsus eum esse Deffensorem Antistitem qui apud Sulpitium Seuerum libro de vitâ S. Martini cap. 7. interfuisse electioni Sancti Martini Turonensis scribitur: *Inter Episcopos qui affuerunt præcipuè Deffensor quidam nomine dicitur restitisse*, & Fortunatus: *æmulus vnus erat Deffensor Episcopus obstans.* Eius missionem quidam assignant ad tempora Lidorij Turonensis Episcopi, qui potuit illum Andegauos mittere, vt Christianam fidem promulgaret, & Ecclesiam in eâ vrbe constitueret: quin etiam in catalogis Metropolis Turonicæ, nullus alius Deffensor Episcopus comparet, præter Andegauensem, qui iuxta Canones Ecclesiasticos debuit in electione & consecratione S. Martini Metropolitani vocari. Quapropter Sulpitij & Fortunati auctoritas videtur anteponi fragmento vitæ S. Iuliani Episcoporum Cenomanensium primi, vbi ab eo conuersus asseritur, ac post eiusdem Iuliani mortem tantùm Andegaui fidem prædicasse memoratur. Præterea minimè standum est calculo Burdinei & cæterorum, qui Cathedræ Andegauensis initia constituunt ad annum æræ Christianæ 68. Non colitur Deffensor ab Andegauensi Ecclesiâ vt Sanctus, tametsi eum Chopinus lib. 1. de Sacrâ Politiâ hoc nomine insignuerit: traditione creditur eius corpus depositum sub altari majore S. Maurilij Andegauensis olim extra vrbem. In aliquibus verò elenchis mendosè inferitur Auxilius successor Deffensoris, de quo in tabulis Mauricianis, Sanctorúmq; Albini & Sergij nulla extat mentio, neque in melioris notæ indicibus, rectiùs enim in nonnullis exemplaribus pro Auxilio, quòd imperitè scriptum, legendum est Maurilio.

2. S. APOTHEMIVS, quem omnes

omnes catalogi Deffensori sufficiunt, à sola sanctitatis famâ cognitus, cuius festum sub ritu duplici quotannis celebratur 20. Nouembris.

3. PROSPER qui nomine tenus tabulis Ecclesiasticis inscriptus.

4. S. MAVRILIVS Mediolanensis, à Diuo Ambrosio Lectoris officio initiatus & à Martino Turonensi Præsule Sacerdos effectus, Calonnam vicum in agro Andegauensi multis clarus miraculis incoluit. Deinde verò per eundem Martinum electus de consensu populi, vacuâ sede de Andegauensi per Prosperi obitum ordinatus est Episcopus huius Ecclesiæ; vixit longæuus ad annum vs-
431. que 431. alijs 427. cuius festum colitur cum Octauâ die 13. Septemb. De Maurilio vide Breuiarium Andegauense, ac vitam eiusdem sancti, quæ an Fortunati sit, an etiam deprauata, per Gregorium Turonensem emendata fuerit, controuertitur.

5. S. RENATVS, sic dictus quod à Beato Maurilio septimo post obitum anno suscitatus, quasi bis natus fuerit; ab eo, quemadmodum proditur eius vita, in Clerum Andegauensem allectus, decedenti Maurilio subrogatur anno, vt aiunt, 431. qui profectus in Italiam Surrenti Episcopus decesserit an. 460. vt notant cartophylacia Ecclesiæ. Festum eius tota diœcesis Andegauensis quotannis celebrat 12. Nouembris sub ritu duplici, atque inter patronos Ecclesiæ Cathedralis vnà cum S. Mauricio, & beatissimâ Virgine recensetur. Ceterùm animaduertendum historiam miraculosi ortus Diui Renati, & acta ab aliquibus in dubium reuocari, propterea quod, vti obijciunt, beati Maurilij Episcopi vita non sit opus Gregorij Turonensis, sed nec Fortunati Gregorij æqualis: quòd Vsuardus, cæterique Martyrologiorum auctores, Theodulphus, Martyrologium Romanum, & alij non meminerint Renati, quem idcirco neque vnquam fuisse, neque Andegauorum Antistitem esse potuisse affirmant: tametsi scriptor vitæ Maurilij, Magnobodus & Vlgerius Episcopi in eius vitâ, Marbodus in vitâ Licinij, Petrus Blesensis, Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis epistolâ aduersus Petrobrusianos, S. Antoninus Chronici parte 2. tit. 10. cap. 13. antiqua diœcesis Andegauensis Breuiaria, Necrologia, tabulæque omnes diœcesanæ, fastis Ecclesiasticis Renati historiam, eiúsque in sede Andegauensi Pontificatum suis monumentis consignauerint. De hac quæstione quid sentiendum sit, suâ dissertatione explicauit Ioannes de Launoy Theologus Parisiensis; aduersùs quem prodijt in publicum anno 1650. Apologia Capituli Ecclesiæ Andegauensis pro sancto Renato Episcopo suo, ex quibus opusculis veritatis asserendæ indicia lectori discutienda relinquimus.

6. TALASIVS in Synodo Andegauensi ordinatus an. 453. celebrata 4. Nonas Octob. Leone, Eustochio, Chariatone, & alijs Episcopis assidentibus. Iste subscripsit Concilio Turonico 1. licet absens anno 461. est autem subscriptio hac formâ: *Talasius peccator hanc definitionem Dominorum meorum Episcoporum ab ipsis ad me transmissam, in ciuitatulâ meâ relegi, subscripsi, & consensi*: Hoc eodem anno Epistolam Lupi Tricassini, & Euphronij Augustodunensis Episcoporum suscepit, de solemnitatibus & bigamis clericis, vbi beatissimus illorum frater nuncupatur. 453.

7. FVMERIVS circiter annum 477. ex diptychis Ecclesiasticis, præposterus enim est ordo, quo tertius statuitur. 477.

8. EVSTOCHIVS interfuit Concilio Aurelianensi 1. anno 511.

9. ADELPHIVS.

10. S. ALBINVS ex Abbate Tincillacensi in Britanniâ magni nominis apud Andegauenses Episcopus, legitur subscriptus inter Præsules Concilij Aurelianensis 3. an. 538. & per Sapaudum Abbatem 538.

delegatum in Synodo Aurelianensi A
549. 5. an. 549. Transijt à sæculo initi Pontificatus an. 20. circa annum salutis 550. adeo vt hallucinentur Vincentius Bellouacensis, & cum eo Trithemius qui sedis Albinianæ epocham producunt ad an. 760. De eo Gregor. Turon. cap. 96. de Gloriâ Confessorum, & Fortunatus Pictauiensis. Est porrò insignis in vrbe Andegauensi Abbatia Ordinis Benedictini, ei dicata.

11. Evtropivs vir sanctissimus in vitâ B. Mauri Abbatis per Faustum appellatur, quæ apud Surium extat tomo 1. promotus ad Episcopatum circiter an. 551. illum Diui Albini codex præponit Albino, cui opinioni adstipulantur nonnulli, & Miræus in Annalibus Belgicis Domitianum facit successorem Albini: verùm cùm omnes alij indices repugnent, possitque assignari tempus Eutropio ab obitu Albini ad an. 559. quo præfuit Domitianus, non credimus recedendum esse à sententiâ communi: dedicauit an. 551. monasterium Glannafolij in suâ diœcesi à S. Mauro Abbate ædificatum octauo anno ab eius aduentu in Gallias, vt legere est apud Faustum Cassinensem discipulum.
551.

12. Domitianvs successor Albini ex tabulis Abbatiarum S. Sergij & S. Albini, interfuit Synodo Turonensi 2 an. 567. necnon epistolæ Antistitum prouinciæ Turonicæ post Synodum ad plebem missam subscribit. Recenset Fortunatus iter suum Andegauense ad solemnitatem B. Albini pœm. 24. lib. 11. quem & pariter compellat Sidonius Apollinaris carmine itinerario in vrbem Andegauensem his D verbis.
567.

Hinc sacer Antistes rapuit me Domitianus,
Ad Sancti Albini gaudia festa trahens.

Et Fortunatus libro 3. capite 4. eum adfuisse scribit dedicationi Ecclesiæ Nanneticæ cum alijs Episcopis Metropoleos Turonicæ, vbi ait.

Domitianus item, Victorius, ambo columnæ
Spes in vtrisque manens pro regionis ope.

Alius est iste Episcopus à Domitiano quem Christophorus Brouuerus in notis ad Fortunatum, putat Catalaunensem Episcopum.

13. Bavdegisivs, vel Bavdegisilvs.

14. Avdoinvs in tabulis S Mauricij, Audoenus in cartulario Sanctorum Sergij & Bacchi, apud Greg. Turon. Audouæus appellatur, huius B enim meminit lib. 10. Hist. cap. 14. « Erat tunc temporis Theodulfus Diaconus vrbis Parisiacæ, qui sibi videbatur in aliquo sciolus. Hic autem de Parisius vrbe abscedens, Andegauis venit, & se Audoueo Episcopo subdidit, propter antiquam amicitiam, quam simul Parisius commorantes habuerant. Vnde & à Ragnemodo Parisiacæ vrbis Episcopo, sæpius excommunicatus est, quòd ad Ecclesiam suam, in quâ Diaconus ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tantâ familiaritate cum præfato Andegauæ vrbis Episcopo adhæserat, vt non se posset ab C eius importunitate discutere, pro eo quod bonis moribus & adfectu pio erat. Factum est autem vt ædificaret super muros vrbis solarium, de quo cœnæ epulo perfuncto descendens, manum super Diaconum sustentabat, qui in tantùm erat crapulatus à vino, vt vix vel figere gressum valeret, pueróq; qui præibat cum lumine, nescio quid commotus, pugno ceruicem ferit. Quo impulso, hic cum se continere non potuisset, cum ipso impetu de muro præcipitatur, sudarium Episcopi quod baltheo dependebar, accipiens: cùm quo penè dilapsus fuerat, nisi pedes Episcopi Abbas velociter amplexus fuisset. Qui ruens super lapidem, confractis ossibus & crate pectoris, sanguinem cum felle disrupto euomens, spiritum exhalauit. »

15. S. Licinivs ex Comite & Duce Andegauensi, ac Palatij Regis Francorum procere cui cognatione iunctus erat, ad Episcopatum ascendit, vt habetur in lectionibus Breuiarij Andeg. circa anno 600. ad 600.
hunc extat epist. 52. lib. 9. Greg. Magni Papæ 1. an. 601. aliúsque est à Licinio

Turonensis, quidquid dicat doctissimus Card. Baronius in suis notis ad Martyrologium. Ædificauit Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ Collegio Canonicorum cohonestatam, vbi telliquiæ conduntur; quem & vrbis Academia panegyricis orationibus tanquam patronum colit. Huius porrò tumuli fragmentum seruat adhuc Ecclesia ante aram majorem sub eo lemmate.

Vas habet hoc fracti senio fragmenta sepulchri,
Licinij sancti quo gleba beata quieuit.

Vita eius in membranis manuscriptis per Marbodum vt creditur elucubrata est, festúmq; sub ritu duplici celebratur die 13. Februarij.

16. CARDVLFVS cuius solum nomen in fastis Ecclesiasticis superest.

17. MAGNOBODVS, annum promotionis suæ decimum indicat anno 33. Chlotarij Regis, vt liquet ex præfatione quam appofuit vitæ B. Maurilij decessoris. *In Christi nomine ego Magnobodus Episcopus ac si peccator, Ecclesiæ Andegauæ, secundum titulos iusti presbyteri, vitam S. Maurilij Episcopi & Confessoris vt rusticitas mea compos fuit, simpliciter planéq; quantum potui, explicaui, in anno decimo ordinationis meæ, & in anno trigesimo tertio Principis Domini nostri Chlotarii Regis, cum fidelitate paternâ & amore fraterno.* Interfuit Concilio Remensi sub Sonnatio an 630. apud Flodoardum: construxit autem Ecclesiam sui nominis nuncupatam, in quâ est Collegium Canonicorum. Eius festum quotannis venerantur sub ritu duplici in diœcesi Andegauensi xv. Octobris.

630.

18. NIVLPHVS in Mauricianis indicibus & S. Sergij nominatur.

19. GOBERTVS.

20. AGLIBERTVS qui cum superiore in Abbatiâ Sanctorum Sergij & Bacchi vt beati coluntur officio duplici, mense Martio, vtriúsq; corporibus thecis auratis in majore arâ reconditis.

21. GARIACVS.

22. BOSO.

23. COLLATOBVS.

24. BENIGNVS.

25. BOTVS.

26. SACRIVS.

27. MAVRIOLVS obtinuit à Carolo Magno Rege præceptum de immunitate rerum S. Mauricij, quod ex vetustissimo tabulario Ecclesiæ Andegauensis nunc primùm euulgatur.

KAROLVS gratiâ Dei Rex Francorum. Viris iustis omnibus agentibus, tam præsentibus quàm futuris cognoscatis. Tunc celsitudo fundamenta sui culminis corroborat, quanto petitionibus Sacerdotum & seruorum Dei, quod pro eorum quiete vel iuuamine pertinet, obaudimus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomen pertinere confidimus: Ideóque cognoscat magnitudo seu vtilitas vestra Apostolicus vir MAVRIOLVS Episcopus Andegauensium ciuitatis, qui monasterio S. Stephani, qui est sub vrbe ipsius ciuitatis propè murum constructus, nobis suggessit, vt dum antecessores Reges ipso monasteriolo ad ipsius lumen Ecclesiæ S. Mauricij concessit, & nos modò per mercedis nostræ augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, vt in locella ipsius monasterij in quibuscumque pagis, vel territoriis libet ea videtur habere, nullus Iudex publicus, nec ad causas audiendum, nec ad infrendas, nec freda exigendum, nec hostilitatem, nec mansiones aut paratas faciendas, nec vllas redibiciones requirendas, quod fiscus à longo tempore fuit consuetudo exactandi, pro nostro augmento sub emunitatis nomine in luminaribus S. Mauricij gloriosi martyris concedere deberemus: Quod ita & fecimus. Quapropter per præsentem præceptionem decernimus & omnino iubemus, vt nec nos, nec iuniores nostri, nec successores eorum, nec quislibet de partibus Iudicum fisci nostri, in quibuscunque pagis ac territorijs ipsâ cella S. Stephani locella tenere videtur, sicut superiùs diximus, nec infrendas nec freda exigendum, nec hostilitatis, nec mansionis, nec paratas faciendas, nec vllas redibiciones requirendas, ei nec ad iuniores suos

„ exactare nec offerre penitùs non requiratur, nec vt diximus, pro mercedis nostræ augmento in luminaribus ipsius S. Mauricij sub emunitatis nomine, vbi ipse Mauriolus Episcopus custos esse videtur, & proficiat in augmentum. Et vt hæc præceptio firmior habeatur, & melius per tempora conseruetur, manu propriâ subscriptionibus subter eam decreuimus roborare. Signum Karoli gloriosissimi Regis: Hirhro recognouit. Data mense Martio anno 2. regni nostri. Actum Aristalio palatio publico fideliter amen.

28. GENTIANVS.

29. S. BENEDICTVS Ludouico Pio imperante hanc sedem rexit, à quo priuilegium obtinuit trium nauigiorum super Ligerim, cuius donationis sequens asseruatur exemplar in Cathedralis cartophylacio. *IN NOMINE Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ Imperator Augustus. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quædam conferimus beneficia, & necessitates Ecclesiasticas ad petitionem sacerdotum nostro releuamus iuuamine, atque imperiali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternam fœliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Nouerit intereà sagacitas seu vtilitas omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm & futurorum, quia vir venerabilis* BENEDICTVS *Andegauensium ciuitatis Præsul, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis seu naualem euectionis domini & genitoris nostri bonæ memoriæ Karoli pijssimi Augusti, in quâ continebatur insertum, quod non solum idem genitor noster, verùm etiam prædecessores eius Reges videlicet Francorum, Ecclesiam S. Mauricij cui authore Deo ipse Episcopus præest, sub suo nomine & defensione cum monasterijs & cellulis sibi subiectis, & rebus vel hominibus ad se pertinentibus, vel aspicientibus consistere fecerant, & eorum immunitatum auctoritatibus, seu etiam tres naues quæ per alueum Ligeris, vel per alia flumina quæ in Ligerim confluunt, discurrere videntur, hactenus ab inquietudine iudiciariæ potestatis eadem munita atque deffensa fuisset Ecclesia, sed pro rei firmitate postulauit nobis præfatus Benedictus Episcopus, vt paternum, seu prædecessorum nostrorum*

A *Regum morem sequentes, huiusmodi nostræ emunitatis præceptum ob amorem Dei, & reuerentiam B. Mauricij martyris, cuius nomine & honore ipsa dicata est Ecclesia, fieri censeremus. Cuius petitioni libenter assensum præbuimus, & hoc nostræ authoritatis præceptum erga ipsam Ecclesiam, immunitatis atque tuitionis gratiâ pro diuini cultus amore, & animæ nostræ remedio fieri decreuimus, per quod præcepimus atque iubemus, vt nullus Iudex publicus, vel quislibet, ex iudiciariâ potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros*

B *seu supradictas naues, vel reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperij nostri iustè & legaliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, vel ea quæ deincepsin iura ipsius Ecclesiæ voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ distringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris vel futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ supra memorata sunt penitus exigere præsumat. Sed*

C *liceat memorato Præsuli suisque successoribus, res prædictæ Ecclesiæ S. Mauricij cum omnibus sibi subiectis, & rebus vel hominibus ad se aspicientibus, vel pertinentibus, seu supradictis tribus nauibus, sub tuitionibus, atque immunitatis nostræ defensione, remotâ totius iudiciariæ potestatis inquietudine, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate nostrâ, coniugis & prolis, seu etiam totius imperij à Deo nobis collati, & eius clementissimâ miseratione per immensum conseruandi, vnâ cum Clero & populo sibi subiecto, Dei immensam clementiam iugiter exorare: Et quidquid de præfatæ rebus Ecclesiæ ius fisci exi-*

D *gere poterat, in integrum eidem concessimus Ecclesiæ, scilicet & perpetuo tempore ad peragendum Dei seruitium, augmentum, & supplementum fiat. Hanc itaque auctoritatem vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris, & veriùs credatur, & diligentiùs conseruetur eam manu propriâ subter firmauimus, & anuli nostri impressione signari iussimus. Signum Ludouici Serenissimi Imp. Durandus Diaconus ad vicem Elisachar recognouit. Data x. Calen. Nouemb. anno Christo propicio, imperij dom. Hludouici serenissimi Imp. indict. 10. actum Salmunciaco palatio in Dei nomine fœliciter. Sancti-*

tas Benedicti sub ritu duplici die 15. Iulij recolitur, eiúsq; aliquot relliquiæ extant in Collegiatâ B. Maurilij.

30. FLODEGARIVS, asseruatur in archiuio Capitulari Andegauensi exemplar commutationis mancipiorum inter Flodegarium Antistitem & Vuinneradum militem, Hludouico & Hlothario Imp. datum anno Christo propicio XV Imperij Hludouici Aug. & Hlotharij 7. indict. 7. decessit 1. Idus Iulias ex Calendario Mauriciano.

31. ARGLEARIVS, præfuit Andegauensi Ecclesiæ anno 23. regni Ludouici Pij.

32. DODO Episcopus ordinatur eodem anno, vt patet ex notitiâ litterarum Pipini Regis datâ 23. regni
837. Hludouici, & decimo sexto Pipini pro possessione decimarum per laicos possessarum, quas Ecclesiæ Diui Mauricij restituit, in quâ Dodo appellatur vrbis Andegauensis futurus Antistes in cartophilacio Cathedralis, ex quo huiusmodi originale confirmationis de immunitate telonei accepit in » hunc modum: PIPINVS ordinante di» uinæ Maiestatis gratiâ Aquitanorum » Rex. Si enim iustis & rationabilibus » seruorum Dei suggestionibus aurem » libenter accommodauerimus, & pe» titiones eorum quas nobis insinuaue» rint, ad effectum perducimus, non » solum in hæc regiam exercemus con» suetudinem, sed etiam ad æternæ re» tributionis mercedem nobis talia facta » profutura confidimus. Ideò cunctis » fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris » Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Co» mitibus, domesticis, vicariis, cente» narijs, seu & omnibus de palatio no» stro Missis discurrentibus. Notum » fore volumus, quia quidam venera» bilis vir Dodo Andegauis sedis Epi» scopus adiens celsitudini nostræ osten» dit se manibus habere præceptum aui » genitoris nostri, per quod comperi» mus medietatem de omnibus thelo» neis tam de Andecauis ciuitate, quàm » & de alijs mercatibus, seu portubus, » omnibúsque rebus quam genitoris no» stri prædictæ Ecclesiæ S. Mauricij con» firmasse. Quapropter petiit clemen» tiæ nostræ vt denuò præceptionis no» stræ auctoritatem memoratæ Ecclesiæ » S. Mauricij sibi, successoribúsque eius» dem confirmare medietatem de omnibus theloneis tam de Andecauis ci- » uitate, quàm & de alijs mercatibus » seu portibus atque nauigijs studuisse- » mus, quibus ad præsens iustè & ratio- » nabiliter memoratam Ecclesiam vesti- » tam esse dignoscitur. Nos verò petitio- » ni illius assensum præbentes, sicut idem » prædictus Dodo venerabilis Episco- » pus precatus est, fieri non abnuimus: » sed hoc nostræ auctoritatis præce- » ptum ita illi concessisse, & in omni- » bus confirmasse cognoscire: præci- » pientes ergo iubemus, vt nullus ex » præmemoratis fidelibus nostris præsen- » tibus scilicet & futuris, supradicto Epi- » scopo eiúsque successoribus ex jamdi- » ctâ medietate omnis thelonei Ande- » cauis ciuitate & de aliis mercatibus » seu portis atque nauigijs, vel etiam » de omnibus rebus quas ad prædictam » Ecclesiam manifestum est pertinere, » vllam inquietudinem aut calumniam » facere non præsumat, sed liceat præ- » memorato Episcopo & successoribus » eiusdem, congregationique in eodem » monasterio Deo seruienti, prædictam » medietatem ordine legitimo, quietè » absque vllius potestatis interpellatio- » ne possidere, vt eos pro nobis, no- » stráque progenie & fidelibus nostris » Dei omnipotentis misericordiam me- » lius exorare delectet. Et vt auctori- » tatis nostræ confirmatio in Dei nomi- » ne pleniorem obtineat vigorem, & à » cunctis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, » nostrisque meliùs credatur, & per » cuncta annorum curricula diligentiùs » conseruetur, manu propriâ subterfir- » mauimus, & de annulo nostro subter- » sigillare iussimus. Signum Pipini glo- » riosissimi Regis: Isaac Clericus ad vi- » cem Hermoldi recognouit. Datâ 5. » Calend. Aprilis, indictione 1. anno » Christo propicio XXIII. regnante » domino Hludouico serenissimo Au- » gusto & 16. regni nostri. Actum Ca- » remptas in Dei nomine feliciter amen. »

Memoratur & in tabulâ Rorigonis Comitis quâ cessit monasterio D. Mauri ad Ligerim alodum suum in pago Andegauensi, apud Abbatiam Glannæ anno 839. conuenit ad Synodum 839. Turonensem 849. præsidente Landranno Turonorum Metropolitano, de quâ Lupus Abbas Ferrariensis epistolâ Synodicâ 84. ad Nomenoium Ducem: interfuit quoque Concilijs Suessionensi 2. 853. ac Tuciacensi 860. quin & epistola Ioannis VIII.

Papæ 121. ad eum & diuersos Episco-
pos regni inscripta est contra inua-
sores rerum S. Martini Turonensis Ec-
clesiæ; ordinat verò Goslinum pres-
868. byterum Abbatem S. Mauri anno 868.
cuius fit mentio libri Miraculorum S.
Mauri cap. 6. In eius gratiam Caro-
lus Ecclesiæ D. Mauricij res ac villas
præcepto regali confirmauit, vt ex
subiecto diplomate perspici potest,
quod ex eodem Cathedralis tabulario
exprompsimus.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Karolus Dei gratiâ Rex: quandocunque locis speciali conditione diuinis cultibus mancipatis, quoddam muniminis seu beneficij conferimus vel confirmamus, quandoque necessitates Ecclesiasticas ad petitiones sacerdotum regiâ virtute sustolimus, oraculorum diuinorum monitis obedimus, re verâ & eorum nobis Sanctorum apud pyssimum Iudicem Dominum nostrum Iesum Christum suffragia suppeditari, quorum reuerentiâ & amore hoc ipsum consuescimus, & ad præsentem cum felicitate vitam degendam, & ad sempiternam beatitudinem capescendam liquidò credimus: ideóque nouerit sagacitas siue vtilitas omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, atque nostrorum tam præsentium quàm futurorum, qualiter DODO Andegauensium supernâ ordinatione venerabilis Presul, excellentiæ nostræ properans ad fastigia Regum, sanctæque memoriæ laudibus recolendorum proaui & aui, genitorisque nostri Pipini siquidem, nec non & Karoli glorisissimi Cæsaris, ac Hludouici Augusti Imperatoris obtutibus serenitatis nostræ auctoritatem detulit scripti, quâ suæ sedi matri itaque Ecclesiæ sub honore scilicet reuerendi martyris Mauricij structæ, quædam res, tam in vsibus, vtilitatibus, & necessitatibus, seu stipendijs eiusdem loci, rectorum quoque fratrum inibi Deo infinita per tempora famulantium fuerunt datæ, seu dicatæ vel confirmatæ, cui etiam inditum habebatur, quòd non solum idem proauus, auus & genitor noster priùs hoc egerint, verùm etiam prædecessores eorum Reges videlicet Francorum, id ipsum Ecclesiæ S. Mauricij, cui namque auctore Deo prænominatus præest Episcopus, studio diuini amoris manifestum fuerit fecisse; sed pro integrâ res firmitate postulauit præfatus iamdictæ Sedis Episcopus mansuetudinis nostræ pietatem, vt easdem res prædecessorum nostrorum Regum morem sequentes, per nostræ auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reuerentiam gloriosi martyris Mauricij crebrò dictæ confirmare studeremus Ecclesiæ. Eius igitur deprecationi libenter assensum prabuimus, atque auctoritatis hoc nostræ scriptum fieri iubentes, easdémque res cum omni integritate sæpenominatæ Ecclesiæ delegando confirmantes perpetuò mansurum esse volumus. Vt autem quantitatis siue integritatis earumdem rerum omnis propaletur ambiguitas, earum nomina inserere huic iussimus scripto. Quæ sunt villa Moredena cum omnibus appendicijs & omni integritate, villa Iucundiacum cum omnibus appendiciis & omni integritate, villa Spinacia cum omnibus appendiciis & omni integritate, medietas villæ quæ vocatur Cragracius cum propriâ integritate, villa Scubillacus cum omnibus appendiciis & omni integritate, Cella quæ vocatur Camlliatus cum omnibus appendiciis & omni integritate, villa quæ vocatur Carnona sita scilicet supra flumen Ligeris cum omnibus appendiciis & omni integritate: Cella Calonna similiter sita supra idem flumen cum omnibus appendiciis, & omni integritate: Cella B. Maurilij eiusdem sedis quondam Presulis cum omnibus appendiciis & omni integritate; Cella Beatæ Genouefæ Virginis cum omnibus appendiciis & omni integritate: Cella B. Stephani cum omnibus appendiciis & omni integritate: quarum duæ propè, tertia verò infra murum ipsius ciuitatis habetur molita, hasdémque res cum omnibus appendiciis & omni integritate atq; soliditate prememoratæ delegando confirmamus Ecclesiæ, veluti præmissum est nostris, futurisque temporibus mansurum esse volumus. Vt autem eædem supratæxatæ res sub nostræ tuitionis mundeburdo, vel immunitatis defensione valeant consistere, atque eidem plerúmque nominatæ Ecclesiæ Rectores, siue fratres inibi Deo famulantes eisdem queant liberiùs perfrui. Volumus prætereâ atque iubemus, vt nullus Iudex publicus, vel quislibet ex iudiciariâ potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iustè & legaliter memorata tenet, vel possidet Ecclesia, vel ea quæ deinceps in iure ipsius Ecclesiæ voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores, tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ distringendos, aut vllas redibuciones, aut illicitas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ suprememorata sunt, penitùs exigere præsumat, sed liceat memorato Presuli, suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ S.

Mauricij cum omnibus sibi subiectis rebus vel hominibus ad se pertinentibus, vel aspicientibus sub tuitionis atque immunitatis nostræ defensione, remotâ totius iudiciariæ potestatis inquietudine, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate nostrâ, coniugis ac prolis, seu etiam totius regni à Deo nobis collati, & eius clementissimâ miseratione per immensum conseruandâ vnà cum Clero & populo sibi subiecto Dei immensam clementiam iugiter exorare: Et quicquid de præfatæ rebus Ecclesiæ ius fisci exigere poterat, totum & ad integrum eidem concessimus Ecclesiæ, scilicet vt perpetuo tempore eis ad peragendum Dei seruitium in augmentum & supplementum fiat. Hæc itaque auctoritas vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris verius credatur, & diligentiùs obseruetur, manu nostrâ eam subterfirmauimus, & de anulo nostro sigillari fecimus; Signum Karoli glorisiosissimi Regis, Aeneas Notarius ad vicem Hludouici recognouit Datâ 6. Idus Februarij Indictione 6. anno 4. regni præstantissimi Regis Karoli. Actum in Limouicas ciuitate in Dei nomine feliciter amen

Aliud Imperator concessit Dodoni pro Ecclesiâ Andegauensi priuilegium, ab eodem tabulario nunc primùm etiam exscriptum. IN NOMINE Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Karolus Dei gratiâ Rex. Si seruorum Dei petitionibus quas pro Ecclesiarum sibi commissarum, subditorúmque Regum vtilitatibus ac necessitatibus nostris &c. Quapropter notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris tam præsentibus quàm & futuris, quia pro peccatorum nostrorum absolutione complacuit clementiæ nostræ sublimitati, Sanctæ Dei Andegauis ciuitatis, in honore glotiosi maityris Christi Mauricij, & sociorum eius fundatæ, cui etiam authore Deo honorandus vir DODO Pontifex præesse videtur, quandam villam prædij nostri in pago Basgamensi sitam nomine Gomimiacum, cum omnibus ad se pertinentibus rebus conferendo delegare, & contradendo conferre. Vnde siquidem præcellentiæ nostræ præceptum hoc cessionis & traditionis fieri iussimus, per quod sicut dictum est memoratam villam cum omni integritate, cum familiâ vtriúsque sexus, & aliarum rerum omnium plenitudine eâ integritate, quâ pleniùs quondam temporibus gloriosæ memoriæ domini genitoris nostri Augusti H'udouici fuisse probatur, præmissæ S. matri Ecclesiæ Andegauis vrbis delegando conferimus, & subijciendo adiungimus, videlicet cum exitibus, & regressibus, cum siluis, terris & pratis, aquis aquarúmve decursibus, molendinis, cultis & incultis, & cum quæsitis & acquirendis omnibus, ipsi plerúmque sanctæ matri Ecclesiæ cedimus, tradimus, & de nostro iure in ipsius ius & potestatem eâ plenitudine sicut superius insertum est, iure Ecclesiastico donando redigimus, videlicet vt sicut aliæ res & facultates eidem Sanctæ matri supratAxatæ Ecclesiæ, ita eadem villa cum omnibus suis appenditijs iuri & dominationi eiusdem subiuncta & adiuncta consistat, & ordinationi atque administrationi prænominati Reuerendi Præsulis Dodonis, & successorum eius perpetuâ & æternâ lege subjaceat, nullique liceat Christianam professionem censentium ex eadem supradictâ villâ, aut aliquid ex sibi pertinentibus, absque voluntate & consensu præfatæ vrbis Episcoporum in quoslibet vsus proprios retorquere, aut cuilibet alij habendam quomodolibet conferre. Quod denique factum Dei omnipotentis est voluntati resistere, qui potiùs pœnitentiâ & fidelium oblationibus de beneficijs à se largitis est omnino placandus. Praeterea præcipiendo constituimus, vt memorata eadem villa cum omni integritatis plenitudine deinceps per æterna tempora sub tali immunitatis mundeburdo consistat, sicut aliæ res sæpe dictæ matris Ecclesiæ temporibus aui & genitoris nostri exrirefle probantur. Vt autem hæc altitudinis nostræ pro delictorum nostrorum relaxatione manifestata collatio nostris & futuris temporibus inuiolabilem obtineat firmitatem, manu nostrâ eandem subterfirmauimus, & bullâ nostrâ insigniri iussimus. Signum Caroli gloriosissimi Regis, Gammo Notarius ad vicem Gosleni recognouit. Datâ XVI. Cal. Maij Indict. 5. anno XXXII. regnante Karolo gloriosissimo Rege. Actum monasterio S. Dionysij in Dei nomine fœliciter Amen. Moritur Dodo v. Idus Nou. ex Calendario Ecclesiæ Andegauensis 880. anno Christi 880.

33. RAINO patriâ Aurelianensis frater Adalardi Archiepiscopi Turonensis, ex Abbate Sanctorum Sergij

& Bacchi Andegauensis, Ecclesiam administrabat anno 905. qui erat ordinationis suæ 25. vt obseruatur in vitâ S. Maurilij auctore Archanaldo Diacono, in veteribus membranis MS. *Raino quondam S. Martini quotidianus discipulus, & semper Canonicus, ac postmodum sanctæ Andegauensis Ecclesiæ ex initio Christianitatis trigesimus tertius humilis Episcopus, ob honorem omnipotentis Dei, necnon & eiusdem S. Maurilij, atque remissionem peccaminum animæ suæ anno Incarnat.*
905. *Dominicæ 905. & ordinationis Episcopatus sui 25. vitam B. Maurilij scribere ac requirere iussit. Archanaldus S. Martini discipulus, & Diaconus, iussu præfati* B *Domini Rainonis scripsit & requisiuit.* Quamobrem aut expungendus videtur è catalogo Niulphus, qui in quibusdam indicibus non reperitur, vel infra reijciendus S. Lupus vt contendit in suis obseruationibus Claudius Menardus. Eiusdem verò Rainonis mentio fit in pancartæ nigræ Turonensis priuilegio Roberti Abbatis S. Martini, dato Idibus Septemb. Turonis anno 3. post obitum Odouis Regis; de quo in archiuis S. Laudi Andegauensis, & litteræ Alani Ducis ita
„ memorant: In nomine Dei ego
„ Alanus gratiâ Dei pius & pacificus
„ Rex Britanniæ. Comperiat omnium C
„ Britonum fidelium Sanctæ Dei Eccle-
„ siæ nostrorúmque præsentium ac fu-
„ turorum sollertia, quia dilectus ami-
„ cus nobis venerabilis Raino Ande-
„ gauensis Ecclesiæ humilis Episcopus,
„ ad nostram accedens celsitudinem, po-
„ stulauit vt nostrâ munificentiâ quan-
„ dam Abbatiam nuncupatam Sancti
„ Sergij in pago Andegauensi propè ci-
„ uitatem, ei cunctis vitæ suæ diebus
„ & successoribus suis Beato Mauricio
„ militantibus, firmiter habendam ac
„ securè possidendam per auctoritatis
„ nostræ præceptum largiremur, ac lat-
„ giendo confirmatemus cuius rationa- D
„ bili petitioni pro eius benemeritis fa-
„ mulatibus assensum præbuimus, & hoc
„ magnitudinis nostræ præceptum fieri,
„ illique dari iussimus, pro temedio ani-
„ mæ Caroli & filiorum meorum, per
„ quod præfatam Abbatiam cum omni
„ integritate, id est cum campis, vineis,
„ siluis, pratis, pascuis, & etiam villis,
„ iuste & legaliter ibi pertinentibus, ei
„ & omnibus successoribus suis cunctis
„ vitæ suæ temporibus habendam con-
„ cedimus, atque confirmamus, &c. Da-
A ta sexto Calendas Decembris, Re- „
gnante Alano in Britanniâ. Actum „
Sejo castro in Dei nomine feliciter. „
Neque hîc omittenda videtur vetus membrana, quâ Rex Odo Canonicis S. Mauricij quædam dona indulsit, prout constat ex his literis. *IN NOMINE Domini, Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi Odo clementiâ Dei Rex &c. Igitur omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque tam præsentium quam & futurorum solertia nouerit. Quia accedens ad nostræ serenitatis præsentiam venerabilis RAINO Sanctæ Andegauensium Sedis Episcopus, humiliter* B *nostram celsitudinem postulauit, quatenus villam nomine Sepmatum ad stipendia Fratrum inibi Deo & S. Mauricio militantium concederemus; fauentes itaque libentissimè precibus iam fati Episcopi Rainonis, ac fidelis nostri concedimus prædictæ Congregationi prænominatam villam ob remedium animæ nostræ cum omni integritate, ac terris cultis & incultis, vineis, pratis, pascuis, ac mancipijs vtriúsque sexus ad ipsam villam pertinentibus, eâ scilicet ratione, vt ab hodiernâ die & deinceps memoratam villam Congregatio S Mauricij rebúsque acquisitis, ac iuste & legaliter acquirendis, teneat & possideat, vel quidquid exinde agendum decreuerit, liberam* C *ac firmissimam habeat potestatem faciendi. Et vt hoc authoritatis nostræ præceptum vigorem obtineat perpetuitatis, manu propriâ subterfirmauimus, nostríque impressione annuli insigniri rogauimus. Signum Odonis gloriosissimi Regis, Herueus Notarius ad vicem Gualteri recognouit, & subscripsit. Dominus Rex fieri iussit, data 11. Idus Iulij, indictione 13. anno 8. regnante Odone gloriosissimo Rege. Actum Turonis ciuitate in Christi nomine feliciter amen.*

54. S. Lvpvs, cuius vitæ acta perierunt, sola sanctitatis fama superstes ad Andegauenses peruenit, & ti- D tu duplici eius festum celebratur 17. Octob. Obseruandum hoc loco in ordinem suum restituendum esse Lupum, non autem post Niulphum collocandum, neque veriùs post Dodonem, cui Rainonem successisse immediatè liquet ex plurimis tabulis originalibus cartophylacij Mauriciani. Postponi igitur debet Rainoni; hallucinandi occasionem præbuit malè intellecta Odonis Cluniacensis assertio, qui in historiâ reuersionis corporis S. Martini de Burgundiæ partibus an. 887. apud chronicum

chronicum S. Martini Turonensis re- A latâ, S. Lupum Andegauensem Episcopum cum aliis præsentem interfuisse prodit: quod quidem verum est, sed tum necdum erat Episcopus, cum hoc eodem an. 887. Raino Præsulatum teneret, nec erat beatorum fastis adscriptus Lupus cùm nondum è viuis excessisset. Odo autem Cluniacensis illum vocat sanctum & Episcopum, quia tempore quo scripsit an. 947. rogatu Fulconis Comitis Andegauensis, tunc beatus erat declaratus post eius obitum, & fuerat Episcopus: B nuncupat ergo eum nomine & dignitate Antistitem, non quâ tunc anno 887. potiebatur, sed quâ posteà cohonestatus est. Iacuit diu gleba corporis sub suggrundario Ecclesiæ B. Martini Andegauensis ad annum vsque 1012. Huberto Præsule, qui corpus extrahi loco indecenti curauit, & thecâ argenteâ compositum populis exhiberi voluit honorandum, prout declarat membrana, quam è tumulo ipsius extractam reperêre Canonici.

35. ROTHARDVS cui mendosè assignat C Ioannes Burdineus annum sedis MXII. quo tempore præerat Ecclesiæ Andegauensi Hubertus. Defunctus traditur in veteri obituario 15. Calend. Februarij.

36. HERVEVS subscribit donationi curtis Chiriaci B. Albini monasterio factæ per Fulconem, vt ex hac originali cartulâ tabularij S. Albini patet. IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi, ego Fulco Andecauorum Comes, Abbas quoque S. Albini, Sanctique Licinij, nec non & vxor mea Roscilla, & filij mei Vuido & Fulco nullius cogentis imperium, sed nostrâ plenissimâ voluntate fatemur nos pro D Dei amore, & pro remedio animæ meæ, vel animæ Ingelgerio genitori meo, & vxori suæ Tescendæ, vt pius Dominus de peccatis nostris indulgentiam habere dignaretur. Curti Chiriaci cum syluis vel pratis totum ad integrum inquisitum, quantumcumque in ipso loco in meâ viderur esse potestate vobis trado atque firmo, vt ab hac die deinceps teneatis, possideatis nemine contradicente: Est autem præfata curtis super alueum Ligeris, &c. Signum Fulconis Comitis, sig. Fulconis Comitis filij sui, S. Heruei Episcopi. Actum Andecauis ciuitate regnante Rodulpho Rege anno VII. Iste Episcopus pœnitentiam excepit Fulco- A nis Comitis in extremis agentis, quemadmodum indicant verba hæc veteris codicis MS. de Gestis Comitum Andegauensium: *Rufus Fulco ad senilem ætatem perductus, iam infestatione Normannorum sedatâ, cùm lumine visus imminuto sibi appropinquare sentiret mortem, de excessibus in quibus offenderat compunctus, & pœnitens, nam in libidinis petulantiam vitiosus fuisse narratur, per dominum Herueum Andegauorum Episcopum virum religiosum & timentem Deum, emendationem suarum culparum Deo obtulit: B qui pro redemptione earum suum thesaurum totum pauperibus erogauit, & monasterijs S. Albini & Licinij, in quibus vtrisque tunc temporis Clerici degebant, Curtem Chiriaci super alueum Ligeris positam in eleemosynam eis in perpetuũ tradidit.* Sepultus hic Comes in B. Martino Turon.

37. AYMO.

38. NEFINGVS vixit sub Lothario Rege, & Canonicos de Ecclesiâ B. Albini, quæ & S. Stephani, eiecit, C monachis introductis an. *966.* 13. Cal. 966.
Iulias; curante Gaufrido Grisagonellâ Andegauensium Comite, & Harduino Turonensi Archiepiscopo consentiente: eius pontificatus probatur etiam ex cattâ notitiæ Rupefortis datâ mense Februario 969. in vrbe Andegauensi an. XVI. regnante Lothario: Huius & meminêre tabulæ S. Albini, quas inter vna extat Gaufridi Comitis, Vuidone Abbate scripta Andegauis mense Martio anno 12. regnante Lothario, & altera Gaufredi eiusdem, cuius tenor è tabulario Albiniano excerptus, inter cætera sic fatur: *Loca quæ quondam Reges, Ducésque ac Principes in Franciâ positi, pace Deo dicauerunt; hæc nunc heu!* D *exusta, atque ad ferarum habitacula, potiùs quàm hominum esse conspicimus. Nobis verò quibus pro animâ res est, nec non ad aliud vacamus, satagendum est, vt quod Deus nostro dominatui subdiderit, alleuare pro posse studeamus. Quamobrem ego in Dei nomine Gaufridus Andegauorum Comes in præsentiâ* NEFINGI ANDEGAVENSIS *Episcopi, vel etiam nobilium personarum, nostrorúmq; fidelium, pro remedio videlicet animæ patris nostri Fulconis, & matris nostræ Gerbergæ, seu etiam pro reliquorum parentum nostrorum requie, delegamus Abbatem in Monasterio S. Albini nomine Albertũ, saluâ voluntate monachorum ibidem degentium, eísque licentiam concedimus, talem vt post obitum eius, quemcum-*

que melius voluerint Abbatem eligendi habeant potestatem. Concedimus quoque eis vt nulla in eorum terrâ vicaricia dominetur potestas nisi de homicidio aut furto vel incendio, &c. Signum NEFINDVS *Episcopus S. Gaufridus Comes.* Obijt anno 973. quamquã S. Florentij Salmurensis chronicum eius transitum referat ad an. 974.

39. RAINALDVS I. Episcopus ordi-
973. natur 973. ex codice S. Albini, quo an. Adela Comitissa præsentibus Gaufrido Grisagonellâ marito, & Harduino Turonorũ Metropolitano ac eodẽ Rainaldo, dedit in eleemosynã S. Albino Vndaris villam & insulam. Subscriptus reperitur fundationi Abbatiæ S. Petri Doratensis 987. & 994. in tabulario Salmu-
1001. riensi. Anno 1001. Spinacium & Dulcias quæ parentes sui olim abstulerant, restituit Capitulo Andegauensi ordinationis suæ 29. quamobrem statutum seuerum ordinauit aduersus eos, qui bona Ecclesiæ vsurpabant, sub pœnâ anathematis, exemplar hunc in modum se habet in cartophylacio Albiniano. IN EXORDIO nascentis Ecclesiæ, cùm auctor omnium I. Deus, Apostolis suis præcepisset, dicens: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ: & illi iuxta authoris vocem præcepta complerent: cœpit fides augeri, & crescere. Ex eo tempore, viri religiosi, relinquentes sua, eidem auctori Deo, & cœnobia construentes, & hæreditates suas ibidem derelinquentes, quatenus in locis illis monachi, siue Clerici, seu ancillæ Dei, Deo deseruientes, haberent victualia: Nonnulli etiam comam capitis abscindentes; Christo Domino colla tradentes, atque ita factum est, vt maxima pars huius sæculi, in hæreditatem, sanctis Dei sit tradita. Sed inardescente inuidiâ sæculi huius, & cupiditate grassante, Reges, qui vestigia virorum religiosorum sequi deberent, cœperunt easdem hæreditates vendere: Episcopis, Episcopatus, Abbatibus, Abbatias, atque ipsi Episcopi, seu Abbates à monasterijs abstrahere, cùm deberent augere magis quàm minuere, & hominibus secularibus in hæreditatem tradere: vnde vsque hodie mos inoleuit, vt eas in hæreditatibus habere videantur. Quapropter ego RAINALDVS ANDECAVORVM Episcopus, Ecclesias, quas quondam in Episcopatu S. Mauricij, & S. Maurilij habere dinoscor, anno ab Incarnatione Domini 1001. fratribus nostris Canonicis ibidem Deo deseruientibus, integras restituo. Atque ab hac die, vsque in finem sæculi, non præsumat aliquis eas abstrahere, nec vendere. Si autem ego ipse, aut successor meus, siue Comes, siue Episcopus, eas abstrahere præsumpserit, anathema sit, & cum Dathan & Abyron, & Iudâ proditore pœnas sociatus luat, & Ecclesijs, quas diximus, in victualibus fratrum remaneant: quorum hæc sunt nomina, Ecclesia Spinacij, & Ecclesia Dauleiæ. Ego Rainaldus qui hãc feci restitutionẽ, manu propriâ firmaui eam, an. 1001. Indictione 14. Actum Andecauis. Ab eodem Antistitẽ Abbatia S. Sergij quædã prædia & Ecclesias dono accepit, vt in sequẽti priuilegio notatur, quod è Monasterij tabulario exscribendum curauimus.

IN NOMINE summi & æterni Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, Robertus gratia ipsius Francorum Rex. Regalis excellentiæ sublimitas est Ecclesiis Dei quoque locorum positis deuotionis exhibere frequentiam, & proficui honoris competenter tribuere affluentiam, & reddere perdita, & conseruare recenta. Noscant igitur regiæ cohortes & phalanges, & omnium sanctæ Domini Ecclesiæ concionis præsentes, & futuræ per tempora, quoniam adiens præsentiam nostræ serenitatis RAINOLDVS ANDEGAVENSIS *Episcopus, humiliter nostram deprecatus est celsitudinem, vt quod tribuebat de proprijs prædijs monachis Sanctorum Sergij & Bachi, & quicquid reddebat eis retrahens de peruasorio episcopali stipendio, quatenus id perpetualiter possiderent: per preceptum regiæ firmitatis corroboraret nostra celsitudo. Quod quidem & fecit. Est autem Andegauis Abbatia distans à ciuitate miliario semis orientem versus, in honore Sanctorum Sergij & Bachi dedicata, in quâ misit monachos Rainoldus præfatæ ciuitatis Episcopus, amator religionis & inuestigator restaurationis, pro animâ suâ & patris sui equiuoci, & matris suæ Richildis, & fratris sui Hugonis, & Gaufridi Comitis, & Fulconis filij sui, & pro animabus suorum successorum Episcoporum robur & vigorẽ huius auctoritatis conseruantium. Præfatus autem Rainoldus Episcopus monachis iniam dictâ Abbatiâ Domino militantibus, de suis hereditatibus tribuit hæc. dimidiam Ecclesiam S. Remigij cum omnibus quæ ad ipsam dimidia pertinent, & de rebus Ecclesiæ suæ duas quartas de terrâ quæ est de potestate quæ vocatur Ioniniacus; soluant tantùm Canonicis S. Mariæ & S. Mauricij in censu solidos duos. Et reddidit de ipso peruasorio Episcopali stipendio quod pertinebat ad*

ipsâ Abbatiam, villam baschittum ex integro, A
& dimidiam villam Confluentis, & dimi-
dium portum de Sartâ eiusdem villæ, &
piscarias, & prata cum mancipiis, &
omnibus ad hæc pertinentibus, & Alberis
villam dimidiam, & piscariam, quæ di-
citur Turris quaschitta, & villam Campi-
niacum cum adiacentiis & integro. Et
duas Ecclesias Celsum & Taurniacum in-
ter Sartam & Meduanam, & Ecclesiam
de Buxitto. Et Ecclesiam S. Melani vltra
Ligerim, cum omni terrâ quæ ad eam per-
tinet. Et quicquid habent Sancti Sergius
& Bacchus in Chelgeio. Vt autem hoc
B *nostræ largitionis præceptum per succedentia*
tempora vigorem obtineat, manu propriâ
illud firmauimus ac sigilli nostri impressio-
ne insigniri iussimus. Signum Roberti glo-
riosi Regis. Hic autem testamenti co-
dicillis Ecclesiam suam bonorum fe-
1000. cit hæredem; anno verò Christi 1000.
à Fulcone Comite obtinuit donatio-
nem medij telonei, quod super Me-
duanâ percipiebatur de rebus ad Eccle-
siam pertinentibus, & 1003. Fulco
Nerra eximit claustra S. Maurilij: ere-
xit Ecclesiam apud villam Saiacum,
C quòd docet excerptum tabulæ Albi-
nianæ: *Anno 7. regnante Roberto Rege,*
Episcopatúmq; obtinente 30. annum, optimo
viro Rainaldo Episcopo, Abbate Vmberto
anno 3. constructa & dedicata est à Rai-
naldo Episc. in honorem Saluatoris & B.
Mariæ & S. Albini Ecclesia super ripam
Ligeris in villâ Saiaco. Actum sub manu
Fulconis Comitis, fratrísq; eius Mauricij,
Comite Fulcone ipso anno Hierusalem pro-
perante. Decessit Rainaldus sacrâ pe-
regrinatione ad sepulchrum Domini
susceptâ, apud vrbem Ebredunensem
1010. in comitatu Fulconis an. 1010. die S.
Barnabæ, prout constat ex actis auten-
ticis, & sepelitur in æde S. Marcellini.
D Quinquennio ante reponit eius obitum
1005. chronicum S. Florentij; nec
minus fallitur Burdineus hunc Præsu-
lem inter Rotaldum & Heriueum col-
locans ordine diptychorum inuerso.

VANDOSME ANCIEN 40. HVBERTVS DE VENDOS-
ME, Huberto Comite Vindocinensi
& Hamelinâ parentibus ortus, Ande-
1010. gauensi Ecclesiæ præficitur anno 1010.
non 1006. vt fertur in chronico S.
Florentij memorato. Sub eius Pon-
tificatu Abbatiæ S. Nicolai 1020. Ron-
cerei 1028. conduntur, & Monaste-
rium Omnium Sanctorum Andega-
uense inchoatur à Girardo Precento-
re Ecclesiæ iuxta murum ciuitatis, cu-
ius basilicam dicauit Hubertus 13. Ca-
lend. April. celebritati adstante Gofrido
Comite, qui multa cœnobio largitus
est. Interest dedicationi S. Leonardi
de Belismo in Pertico, tum etiam Fri-
dericum Abbatem S. Florentij Salmu-
riensis benedixit 1020. ac Roncerei 1020.
Monasterium Parthenonum, ædifica-
tum à Fulcone Nerrâ Comite & Hil-
degardi consecrauit an. 1028. die Iu-
lij 14. At verò Ecclesiam Mauricianam
vetustate nutabundam à fundamentis
instaurauit eâ formâ quâ hodie spe-
ctatur, eámq; bonis & possessionibus
locupletatam solemniter diuino cul-
tui inaugurauit 17. Aug. 1030. qui 1030.
erat ordinationis suæ 20. vt constat ex
cartularij tabulâ. Præsens memoratur
Hubertus in sacro Monasterij Vindo-
cinensis: insuper plurimis beneficijs
Cathedralis suæ Canonicos auxit &
dotauit, vt & monasterium Sancto-
rum Sergij & Bacchi: Sed præstat ex-
promere diploma fundationis Mona-
sterij de Aquariâ Andegauensis, pro-
vt illud ex archetypis tabulis nunc pri-
mùm eruimus tali tenore.

IN NOMINE Dei omnipotentis
Patris & Filij & Spiritus Sancti. Ego Gof-
fridus Comes Andecauorum paritérque Co-
mitissa Agnes mea dilectissima vxor, pro
redemptione animarum nostrarum paren-
túmque nostrorum, desiderantes aliquid non
facere abolendum, eleemosynæ votum Deo
omnium bonorum creatori & largitori hu-
mili deuotione offerre, ad honorem & no-
men summæ Trinitatis Deificæ, Monaste-
rium à nouo fundauimus, & iuxta possi-
bilitatem nostram rebus propriis extruximus,
monachorúmq; regulam Deo suffragante ibi-
dem constituimus, priùs quidem apud Ca-
strum Vindocinum in parochiâ Carnotensis
Episcopatus, viuente adhuc in carne geni-
tore meo piæ recordationis Fulcone illustris-
simo Comite. Postmodum verò illo iam ter-
renis rebus exempto etiam apud Andecauam
ciuitatem, vbi & locus quietior, & hono-
ris mei caput esse dinoscitur alterum mona-
sterium priori consimile tam consecrationis
titulo quàm operis magnitudine superædifi-
care curauimus, quo videlicet seruis Dei
non singularis habitationis statione conten-
tis, sed duorum locorum commodâ positione
fretis contra multimodas incursantium ca-
suum inquietudines per succedentium muta-
mina temporum duplex posset esse refugium,
ac per hoc ipsius eleemosynæ nostræ perseue-
rabile firmamentum. Et ne aliquando qui-

buslibet successorum nostrorum cupiditate cæcatis, seu nobis etiam aliquid de rebus ibi Deo oblatis liceret auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, siue etiam in vsus proprios retorquere, seu aliquas consuetudines contra votum nostrum imprimere: ambo illa monasteria B. Petro Apostolorum Principi & regni cœlestis Clauigero in alodum offerre decreuimus, quatinus sub tutelâ & defensione Apostolicæ sedis, sicut sua propria omni tempore consisterent. Itaque hæc monasteria studio bonæ voluntatis fundata, tam ANDECAVENSE videlicet quam Vindocinense, & possessiones eorum vniuersas ab omni consuetudine, siue exactione liberas, siue cuiusquam hominum retractatione B. Principi Apostolorum Petro, & Sanctæ eius Romanæ Ecclesiæ in ius proprium obtulimus, per manum scilicet & authoritatem Domni Victoris viri religiosi tunc temporis Papæ. Summa igitur rerum vt certiùs sciatur hic subscripta est: in prædicto Vindocinensi pago donamus Ecclesiam de Ferrariâ cum totâ integritate suâ quæ constructa est in honore S. Nicolai Confessoris, medietatem Ecclesiæ S. Mariæ apud villam Episcopi, & terram veterem quam ibi pridem habere dinoscimur, pariterque cum noualibus & examplationibus, quæ postmodum ibi factæ sunt apud stagnum Ecclesiæ S. Stephani portiones tres, & terram de monte Holdonis, & de Trapeiâ cum examplationibus de monte Hadelingis, curtem de Balneolis cum omnibus appenditiis suis, mansile de Quinciaco, & terram de villâ Peis, manufirma de Villaris in quâ est vnus mansus terræ cum octo arpennis pratorum, & area molendini in alodiis de vineris, ea omnia quæ iam comparauimus vel comparabimus de futuro, & quæ villani iam dederunt vel deinceps dabunt. In saltu Vuastinæ Ecclesiam quæ dicitur heremitarum cum duobus mansis terræ, medietatem syluæ de castellano, apud villam Manram vnum mansum terræ, mansum item de Spineto, in curte de Danziaco mansus Rainulphi Bociardi, manufirmam de Ciconiola, apud Bociam manufirmam quam dedit Sulpicius & Gelduinus, apud Plaxicium Ordrici duos mansos, alodium quoque Guitberti de Cosdreio. Regerius presbyter de alodio suo terræ arpennos septem; in pago Cœnomanico hæc sunt quæ concedimus. Apud villam Dei Ecclesiam S. Mariæ cum integritate suâ cum terris cultis & incultis, cum aquis & aquarum decursibus, syluis, pascuis & exitibus, & redditibus, & vicariâ cum vniuersis consuetudinibus, syluam de Hul-

A feto totam ad extirpandum & colendum quietè cum vicariâ, & omnium redituum suorum plenitudine, medietatem Ecclesiæ de Thoreio cum omnibus ad ipsam pertinentibus, apud Hispaniacum de terrâ mansos quatuor cum toto terragio & decimis, medietatem denariorum de pasnagio totius forestis Guastine, & totam ceram eiusdem syluæ profuturam videlicet in lumina Ecclesiæ. In pago Sanctonico S. Trinitati ista delegamus: boscum S. Aniani, & boscum de Columbariis cum omnibus vtilitatibus suis, salinis aquis, molendinum piscationibus totum & ad integrum quicquid diuisione accingitur quam nobis ibi fecimus, ibi scilicet æstimentur de terrâ centum mansi, medietatem quoque terræ cultæ de foreste

B quæ nominatur Maritima, & Ecclesias eiusdem syluæ, hic etiam centum mansi terræ computantur, medietatem nostræ partis de censibus sepiarum per vniuersum pagum Sanctonicum. In eodem pago ego Agnes fauente filio meo Vuillelmo Comite Pictauorum, monasterio S. Trinitatis concedo Ecclesiam de Podiorebelli, cum omnibus ad eam pertinentibus terris cultis & incultis, vineis, pratis & vtilitatibus vniuersis, meam quoque partem Ecclesiæ de Ponte Sanctonico. In Episcopatu Andecauensium Ecclesiam S. Saturnini super flumen Ligeris,

C & curtem totam & syluam quæ dicitur Later, & vineas, & prata quæ sunt super alueum Ligeris. Item ex alterâ ripâ eiusdem fluminis Ecclesiam Maziaci in honore S. Petri & curtem totam: Ecclesiam S. Clementis apud Castrum Credonense cum integritate suâ, Ecclesias vici Meduanilis & curtem totam, Ecclesiam Cauiriaci & curtem vniuersam, & in ipsâ curte terram mansilis Mulnati. In territorio Pictauensi Ecclesiam Olonne, quam adhuc Comitissa Agnes retinebat in manu suâ. Apud Andecauensem ciuitatem vinearum arpennos viginti, & in ipso suburbio vnam mansionem & vnum furnile, & in angulatà terram vnius carrucæ in possessione mo-

D nasterij noui S. Trinitatis iuxta ipsum locum citra Meduanæ decursum, sub rupe cui nomen Vilesta, pratorum arpennos triginta rursus subtus monasterium ipsum, intercurrente tamen Meduanâ flumine, altera similiter pagina pratorum circiter arpennos decem in suburbio ciuitatis ipsius, Ecclesiam in honore omnium Sanctorum, & vniuersas res ad ipsam pertinentes, item in suburbio S. Crucis domum vnam apu dmonasterium S. Florentij quod nominatur Vetus, super Ligeris alueum partem telonei tertiam, item alibi in Comitatu Andecauo in villâ

quæ dicitur Broch duas quartas terræ non longè à ciuitate ipsâ, in flumine Ligeris du-ctile vnum molendinorum. habet etiam monasterium S. Trinitatis molendina ad pontem Castri Vindocini duo, ante portam suburbij duo, in claustro ipso vnum subter motam Guanterij, vnum apud Toreiam dimidium, apud Cacharmiacum vnum, apud Naurlium duo, super riuum Vosde vnum, apud Pe-fossum vnum, in riuulo cui nomen est dimidia vnum quod Infernale dicitur. Has igitur res omnes subscriptas, in diuersis pagis sitas, sicuti à nobis constat esse possessas vel comparatas, à die præsenti in speciales vsus monachorum cœnobij S. Trinitatis remotâ prorsus omnium hominum consuetudine, vel exactione delegamus atque transfundimus, quatinus cum his quæ deinceps adquirere potuerint, absque vllâ diminutione aut contrarietate teneant, possideant, & quicquid pro vtilitate monasterij agere decreuerint, liberam & firmissimam in omnibus licentiam habeant. Si verò ab hodiernâ die ex heredibus vel successoribus nostris, siue quælibet subintromissa persona contra hanc donationem legitimè factam aliquibus adinuentionibus calumniam inferre tentauerit, maledictionem Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti habeat, & S. Dei genitricis semper Virginis Mariæ iram incurrat, & B. Petrum Apostolorum Principem in hoc mundo contrarium sentiat: insuper etiam partibus monasterij auri libras centum iudicio cogendo persoluat. Et nostra præsens donatio Apostolicâ authoritate, fideliúmque nostrorum & nobilium virorum assensu roborata, firma imperpetuum perseueret. Signum Goffridi Comitis Andegauorum, Sig. Agnetis Comitissæ coniugis suæ, S. Vuillelmi Ducis Aquitanorum, S. Guillelmi Andium Comitis, S. Erfredi Vicecomitis, S. Heruei Vicecomitis de Bleso, S. Isembardi, S. Guillelmi Vicecomitis, S. Aimerici de Rancone, S. Goffredi de Prulliaco, S. Tedbaldi de Blazone, S. Rainardi, S. Ingelbaldi, S. Alberici de Monte Ioannis, S. Ioscelini de S. Maurâ, S. Petri de Chamiliaco, S. Salomonis de Lauarzino, S. Nihardi de Monte aureo, S. Leonis de Ambaziaco, S. Landrici de Belgenciaco, S. Odonis Dolensis, S. Gisleberti, S. Heliæ de Volueato, S. Berlari, S. Nademari Malè capsè, S. Hildeberti de Rupe machidis, S. Guillelmi Chabocij, S. Petri Abbatis, S. Petri de Rupe, S. Rainulphi Rabioli, S. Guillelmi de Partheniaco, S. Constantini de Mello, S. Goscelini Caua grauum, S. Petri [illegible]isnade, S. Manassæ fratris Episcopi, S. Simonis de Varrucâ, S. Stephani de Memaco, S. Guillelmi fratris Geruasij Episcopi, S. Harduini de Rupibus, S. Ninellonis de Fractâ valle, S. Alberici de Firmitate araum S. Huberti de Montorio. Actum Vindocini castro anno ab Incarnat. Domini MXL. *Indict.* 7. *regnante Henrico Francorum Rege, anno* IX. In archiuio S. Nicolai habetur etiam subscriptus Hubertus instrumento Goffridi Comitis, quo eiusdem Ecclesiæ dotem ac possessiones beneficijs auxit, & tenorem iuuat hîc quoque adscribere. EGO GAVFRIDVS Andegauensium Comes, transfundere in omnem posteritatem per litteras volui, quod suggessit mihi mater mea Hildegardis Comitissa, vt Ecclesiæ quam instituerat pater meus in memoriam summi Patroni B. Confessoris Nicolai, defuncto ipso patre meo Fulcone impensiùs quàm fecerat, ipse aliquid donarem propter meam & ipsius salutem. Ad suggestionem ergo matris meæ Hildegardis Comitissæ adauxi prædictæ Ecclesiæ, ad sufficientiorem fratribus qui in loco Deo dignè viuere instituissent exterioribus in rebus victum, totientem Brionellum super quod sita est ipsa Ecclesia; concessique licentiam faciendi molendinos in exitu ipsius viuarij, quod in concessum habuerant in vitâ patris mei. Terram quoque quam pater meus bubus proprijs excolebat, & dicebatur culturæ Comitis, reliquorum etiam quæ priùs Ecclesia possidebat; paternam côcessionem meâ quoque concessione roboraui, & omni immunitate sublimaui, & donaui quoque vinagium suatum omnium vinearum Deo & S. Nicolao, & inibi degenti monachorum collegio. Adauxi etiam ad sustentationem eorumdem Seruorum Dei nouem arpennos pratorum in Labello iuxta illa quæ pater meus anteà donauerat, & duodecim in Longua Insla. Concessi etiam eis vt omnia quæ habent vel habituri sunt sine retinaculo vllius meæ cosdumæ quitta habeant. Testes HVBERTVS Præsul, VVillelmus & Gaufredus Comites Pictaui, Herbertus Comes Cenomagnis, & Hugo nepos eius, Lancelinus Balgenciaco, Corolinus Vicecomes Britanniæ, Suardus de Credonio, Goffredus de Prulliaco, Albericus de Monte Iohannis, Raginaldus de Castrogonterio cum Adelardo filio suo. Costolinus de Sanctâ Maurâ. Geraldus de

Faio, Bernardus de Cantosciaco, Odri-
cus bibit vinum, Burcardus Thesaura-
rius, Rainerius de Turris, Radul-
phus Vicecomes, Raginaldus filius
Drogonis, Gauffredus Turonis. Ad
firmitudinem perpetuam facti Goffre-
dus Comes signum hoc Sanctæ Cru-
cis manu suâ impressit. Signum Ful-
conis iunioris, S. Philippi Regis Franco-
rum. Regina B. illis testibus, Amal-
rico filio Beraldi, Arnulfo Bulzerio,
Goffrido Ridel, VVilelmo Conerio
Vnnano piscatore regio. Denique sub-
scribit Hubertus fundationi Prioratus
Brioleti anno 1047. quemadmodum
ex authentico documento videre li-
cet: In nomine Sanctæ & indiui-
duæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus
Sancti. Ego Burchardus Clericus &
Thesaurarius S. Mauricij matris Ecclesiæ
Andecauensis, sed & beneficium laica-
le possidens per paternam hæreditatem,
ex dono senioris mei Goffridi filij
Fulconis inclyti Comitis, ac per hoc
sub iisdem bellicosissimis Principibus
multis defatigatus bellorum & labo-
rum negotiis. Tandem per diuinam
clementiam concessâ regioni nostræ
aliquantulâ tranquillitate pacis, tra-
ctaui apud me inspirante Deo salura-
ris solicitudinem consilij quippiam Deo
placitum facere, quo possim multi-
modis excessibus & ignorantiis meis C
quantulamcunque redemptionem per
eleemosynæ exhibitionem prouidere.
Dedi igitur seruis Domini monachis
sanctorum martyrum Sergij & Bachi,
perpetuò habendam & ad cultum Dei
reuerentiùs procurandam Ecclesiam
Sancti Marcelli apud castellum meum
Brioledum liberam, & ab omnibus
consuetudinibus quietam, sicuti eam
tenuisse dinoscor pridem à Fulcone
Comite, & nunc à filio illius Goffri-
do, necnon & à domino Hvcberto D
Andecauensium Episcopo. Dedi etiam
eidem venerabili Sanctorum Christi
martyrum Sergij & Bachi Monasterio,
& monachis ibidem perenniter famu-
lantibus, omnem terram quæ est dex-
trorsum à Castello vsque ad monaste-
rium per viam publicam gradientibus,
cum dimidiâ aquâ fluminis Sartæ, vs-
que in busciam. Similiter dedi omne
mercatum quod venerit ad Ecclesiam
S. Marcelli. Dedi etiam terram de
Puteolis, terram scilicet arabilem quæ
est in meo dominio, & dimidium mo-
lendinum de Nouiento quod est com-

A mune cum Luone milite. Et dimi-
dium molendinum de Berâ, & sex
arpennos prati in busciâ, & omnia
prata quæ sunt in longuâ Insulâ, om-
nem quoque decimam de piscaturis
meis & de molendinis excepto cena-
tico meo. De seruis etiam meis Og-
gerium cum filiis & filiabus suis, &
clausum vinearum quæ sunt apud Vi-
triniacum, cum terrâ quam clausarius
tenet & vbi manet. Dedi & omnem
syluam meam ad omnes vsus neces-
sarios fratrum, exceptis quercubus
tantùm viridibus: sed & ipsas ad fa-
bricam Ecclesiæ & officinarum. Dedi
B etiam pasnaticum S. Sergio de cen-
tum porcis, & S. Marcello de omni-
bus suis quotquot habuerunt. Dedi
verò & terram arabilem totam, ab
illo buuo, vbi conueniunt via de ca-
stello & via de cruce vsque ad Lidum.
Præter hæc quicunque de hominibus
meis dederit aliquid S Marcello, siue
miles, siue seruus, siue coliberus, si-
ne vllâ emptione, aut maliuolentiâ
omnium talium donationum auctori-
tatem & fauorem concessi sancto lo-
co. Harum omnium rerum dona-
tiones libenti animo feci Domino &
S. Marcello, Sanctoque Sergio, per
manum domini Hutberti Abbatis &
monachorum eius, auctoritate facti
C impetratâ à dominis meis Goffrido
Comite, & Hvcberto Pontifice
ob amorem Dei, & remissionem pec-
catorum meorum, ac spem supernæ
retributionis, tali conuentione, vt
omnia hæc & illa quæ postmodum fi-
delibus viris ad hæc augmentare pla-
cuerit. Monachi S. Sergii perpetuali-
ter teneant, & quieta ab omnibus
consuetudinibus; ita vt nec ego ipse,
nec quisquam hæredum meorum, sed
nec vllus omnino homo noster, vel
D extraneus quicquam accipere audeat
in totâ terrâ monachorum sine iussu
eorum. Testium verò nomina qui ad
hanc conuentionem audiendam pro-
ducti fuerunt, subtus notata sunt:
Burchardi qui hoc donum dedit, &
Iudith vxoris eius, Ingelgerii fratris
eius: Iuonis filij Vuidonis de Cim-
briaco: Nihardi de Lauacrino: Raginaldi
filij Drogonis, Hucberti Episcopi: Gauf-
fridi Comitis: Hildegardis Comitissæ
matris eius: Agnetis Comitissæ vxo-
ris eius. Lucis vsuram amisit Huber-
tus anno 1047. VI. Non. Martias, vt 1047.
scribit chronicum Vindocinense, ac

sepulturæ mandatur in Abbatiâ Sancti
Florentij Salmuriensis.

BRVNON. 41. EVSEBIVS BRVNO suffectus
est Andegauensis Ecclesiæ Pontifex
1047. 6. Decemb. ex chron. Vindocin.
quo anno ædem B. Martini de Bello-
prato consecrat, vt aiunt tabulæ S.
Laudi. Concilio Remensi interfuit
1049. 1049. túncq; donationi Ecclesiæ Om-
nium Sanctorum à Goffrido Martel-
lo monachis Vindocinensibus factæ
subscripsit: circiter verò an. 1053. tran-
segit cum Abbate Frederico Salmurien-
si, pro Ecclesijs territorij S. Florentij
Veteris: paulò post adstitit inaugura-
tioni basilicæ S. Ioannis Angeriacensis
in Santonibus 1058. nominatúrque in
cartâ Goffridi Comitis quâ cessit Ma-
1059. iorimonasterio Montemhidulphi 1059.
anno 1062. 2. Nonas Aprilis dicauit
Monasterium nouum Andegaui, & in
notitiâ Vindocinensis Abbatiæ S. Tri-
nitatis de Ecclesiâ Vetulicampi datâ
apud Credonum castrum 1067. Ponti-
ficatus sui designat annum decimum
nonum: chirographo posteà firmauit
1074. mense Augusto membranam
Vindocinensis Abbatiæ, & 1077 in-
strumentum Goffridi Comitis scriptum
apud Calmontem pro Ecclesiâ Colle-
giatâ Fayæ: hoc eodem anno pactum
inijt cum monachis S. Albini de pen-
sionibus Ecclesiarum quæ ab ipsis pen-
debant. Idem Eusebius ædem B. Mau-
rilij per R. Castriguntherij dominum
manu laicâ possessam redemit, ac tu-
lit sententiam inter Gofridum Can-
torem & Marbodum Scholasticum Ec-
clesiæ Andegauensis, posteà Redonen-
1081. sem Præsulem 1081. quo anno diem
vltimum clausit 27. Aug. vt notat
chronic. Vindocinense & carta S. Mar-
tini Turonensis fidelem Dei virum cle-
ricalis Ordinis amicum appellat. Iste
Eusebius fuit notatus prauæ opinionis
de Sacramento altaris, quâ etiam in-
famatus hoc tempore hæresiarcha Be-
rengarius, Archidiaconus Andegauen-
sis & Archiclauis, qui adolescens Ful-
berti Præsulis doctissimi auditor in A-
cademiâ Carnotensi, in errorem lapsus,
negabat veritatem corporis Christi in
Eucharistiâ, affirmare ausus, vmbram
& figuram esse tantùm Corporis Do-
minici, quod libertiùs vt promulgaret,
aiunt Brunonem Andegauensem An-
tistitem in suum errorem perduxisse.
Damnatus ergo in Synodis Romanâ,

A Vercellensi, & Turonensi vbi hæresim
eiurauit, rursus eam propugnare ar-
roganter molitus est, ac toties rela-
psus, pœnitens tandem eam abiura-
uit. Anno 1060. de eo sic Chronicum
Turonense, *Clarebat Berengarius Gram-
maticus Andegauensis Archidiaconus &
Thesaurarius, necnon Magister Scholarum
& Camerarius S. Martini, in Gramma-
ticâ & Philosophiâ clarissimus, & in Neo-
mantiâ peritissimus, à Româ discedens Tu-
ronis venit, ibique in insulâ qua S. Cos-
mæ dicitur, sæculi pompis abrenuncians, fide
per viginti octo annos assiduè Domino mi-
litauit, alijq, plures Canonici B. Martini
B sancto Spiritu, necnon salutari eius admo-
nitione mutatis vestibus, sese ad illam in-
sulam contulerunt.* Tandem mortuus est
die Epiphaniæ nonagenarius 1088. ac 1088.
Turonis in claustro S. Martini parte
læuâ sepultus, cui epitaphium scripsit
Hildebertus posteà Episcopus Ceno-
manensis, magnæ eruditionis, & san-
ctitatis inter Præsules Gallicanos: lau-
datus etiam hócce encomio à Baldrico
Burguliensi Abbate in carminibus hi-
storicis.

Tota Latinorum facundia marcida floret
Dum Berengario Turoni viguère Ma-
gistro.
C *Porro Latinorum facundia florida marcet,*
Inuida sors Turonis vbi tantum lumen
ademit.
Clauditur in Iano tibi Doctor ianua
vitæ,
Vel magis in Iano patuit tibi ianua
vitæ.
En tua magne senex iacet hoc sub for-
nice gleba
Ad reditum propriæ suspirans conditionis,
Promittátque licet veniam tibi spes me-
ritorum,
Hanc tamen acceleret lector pia vota
vouendo.

Eusebius igitur insimulatus affectu
nimio Berengarij, eius hæresi si non
adhæsisse omnino, saltem indormijsse
D negligenter creditus est, donec pesti-
lentissimam hæresim, quam extingue-
re nascentem potuerat, epistolâ tan-
dem ad hæresiarcham scriptâ tentauit
abolere, & famam suam purgare; quam
primus è membranis MS eruit, & in
publicum euulgauit dom. Cl. Menar-
dus Andegauensis. Lege Notas erudi-
tionis plenas Ioannis Picardi ad librum
S. Anselmi Cantuariensis de Sacra-
mento Altaris. Vnde facilè colliges
deceptos fuisse eos, qui epistolam con-

rra Brunonem Episcopum Andegauensem, & Berengatium tribuunt Durando Episcopo Leodiensi; quæ auctori suo legitimo restituenda est, Deoduino itidem Episcopo Leodiensi, errore nato ex literâ D. singulati, vtriúsque nominis initiali, quod non aduertit Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, & Historiæ Ecclesiasticæ parentem illustrissimum fugit, eam epistolam nomine Durandi ad annum Christi 1035. referentem, quæ etiam habetur tomo 3. Bibliothecæ Patrum, in quâ Auctores editi tom. VI. qui contra Berengarium scripserunt, Lanfrancus Cantuariensis, Adelmannus Brixiensis, Algerus Corbiensis, & Guitmundus Auersanus, quâ de re quoque consulendum est Sigeberti Chronicum ad an. 1051. Legendus etiam Vincentius lib. 25. cap. 30. & ex eo S. Antoninus tit. 16. cap. 1 Bellarminus tom. 2. lib. 1. de Eucharistiâ cap. 1. & lib. 3. cap. 8. Baron. anno 1088 vbi de morte Berengarij agitur, & de epitaphio seu epicedio, quod Hildebertus amico Berengario apposuit.

DE TOVRS.

42. GOFFRIDVS I. TVRONENSIS nuncupatus, quia fuerat olim eiusdem Cathedralis S. Mauricij, seu Diui Gatiani Decanus, & Cantor S. Martini, ad Episcopatum sublima-
1081. tur 1081. 8. Idus Aug. die Dominicâ, auctore chronico Vindocinensi: consecratur an. 1082. & ipso inaugurationis die benedixit Girardum Abbatem S. Albini, eodémque anno composuit cum Fulcone Comite de adulterijs & fœneratoribus indict. 5. mense Septembri; subscriptus quoque legitur in tabulâ Prioratus Chametiaci 1083. ornauit maiorem aram capsâ S. Maurilij, atque inter viuos esse de-
1093. sijt 10. Octobris 1093. ex archiuis S. Laudi, aut 1094. 9 Octob. vti asserit Calendarium S. Mauricij: perperam illum omittit Burdineus in Andium Historiâ, & Marbodus Redonensis Antistes hoc illi sequens epitaphium cecinit, quod huic loco inserendum selegimus.

BRVNO pater iocunde senex mitissime Præsul
Cuius cor pietas lingua, mel & lac erat.
Si tibi culpa fuit, quòd nullum lædere velles
Quale tuum meritum cum bona culpa fuit.
Quid tibi care pater, Clerus populúsque precemur
Vt quod tu nobis, hoc tibi sit Dominus.
Hîc iacet Andegauæ GAVFRIDVS Episcopus vrbis
Si caro Pontificis mortua nomen habet.
At si Spiritui magis hoc aptare velimus
Non iacet hîc Præsul, sed super astra sedet.
Quòd si corporeis tantum situs est tribuendus,
Nec stat, nec recubat, nec super astra sedet.
Gloria carnalis pernicibus euolat alis
Quæ mundum paret gloria, fine caret.
Cantor Gaufridus, Cantorum nobile sydus,
Diues agris, domibus, seruitijs, opibus.
Prudens, famosus, probus, impiger: ingeniosus
Transijt vt fumus, hac in humo fit humus.
Actio causarum ciuilis dictio Iuris.
In quibus ingenio fixerat & studium.

MAYENNE.

43. GOFFRIDVS DE MAYENNE II. Hugonis domini de Meduanâ clarissimâ in stirpe Cenomanis, ac Beatricis filius, eligitur Episcopus ante diem 6. Aprilis anni 1094. quod ex dona-
tione Radulfi Vicecomitis de Ecclesiâ 1094.
S. Nicolai compertum est. Consecratus fuit in vigiliâ S. Ioannis Baptistæ 1096. ac post ordinationem suam Canonicis Andegaui licentiam contulit decem Præbendas ordinare, vt augeretur quadragenarius Canonicatuum numerus. Interfuit Concilio Santonensi 1096. & dedicationi S. Nicolai ab Vrbano 2. Papâ factæ. Illi verò & successoribus Episcopis Fulco Richinus Comes cessit quidquid habebat in insulâ Calonhæ, vt tabulæ ad verbum docent nunc primùm ex spicilegijs nostris & antiquo codice MS. depromptæ.

IN NOMINE Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Fulco Andegauensis Comes. Inter alia suæ sollicitudinis studia quibus peccatorum sibi prouidere remedia humanam miseriam oportet, illud non postremum est, si iuxta Domini nostri Iesu Christi salutare monitum dando eleemosynam de transitoriis huius mundi rebus lucra facere perennia satagamus: & quidem id multis misericordiæ itineribus adiri posse videtur, sed hæc compendiosior esse via existimatur, si per Ecclesiæ sacrosanctæ vniuersorum fidelium matris manum terrenæ facultatis temporalis possessio in æternam transferatur possessionem, ita proculdubio & iugibus Dei laudibus pariter & pauperum Christi vsibus collatura subsidium. Quæ profectò res hoc potissimum tempore magni potest

esse & exempli & meriti, cum mundo A *iam vehementer in maligna prolapso instant tempora periculosa, & sunt homines nequam seipsos vt arbitrantur amantes, sed re verâ odientes, ac si Dei direptores parati sunt innumeri, sustentatores verò vix inueniuntur paucissimi. Igitur in nomine Dei Saluatoris mundi, ego Fulco diuinâ dispensante clementiâ Andegauensis Comes de creatoris nostri misericordiâ non desperans, notum fore cupio tam præsentibus quàm futuris ad quorum notitiam pertinere videbitur, quoniam aliquid Deo placente & S. Mauricio & S. Maurilio eorúmque seruitoribus constituere diutinâ deliberatione desiderauit, ac demum ad effectum Deo propitiante & filijs meis Gaufrido scilicet & Fulconello, & filiâ meâ Ermin-* B *garde concedentibus & confirmantibus produxi. Dono ergo Deo & S. Mauritio, matri Eccl. Andegauensi, cui dominus* GAVFRIDVS DE MEDVANA *Deo ordinante praeest Episcopus, totum quod habeo in insulâ Calonnæ solutum & quietum sicut habeo in perpetuum habendum, tenendum, vendendum, seu donandum cui voluerit, vel successores eius, sed & aquam iuxta decurrentem de parto Septent. quæ vocatur Meduanilis totam sicut habeo cum omni integritate, & omnibus quæ ad ipsam insulam vel aquam pertinene excepto quod si fortè* C *homines mei per eandem aquam transeuntes inter se seditionem quoquomodo fecerine, forisfactum erit meum, quòd si homines Episcopi inter se seditionem fecerint, forisfactum erit Episcopi, si verò homines mei cum hominibus Episcopi, vel homines Episcopi cum meis seditionem fecerint, inter me & Episcopum erit forisfactum, sed Episcopus distringet eos vel præpositus eius & accipiet de districtione* II. *solidos & dimidium. Itaque sicut supradictum est donamus & firmam fore hanc donationem in perpetuum volumus tam ego, quàm filij & filia, acceptis tamen quinquies mille solidis Andegauensis monetæ ab ipso Episcopo Gauffrido. Et vt hæc donatio & concessio firmum & inuiolabile in* D *perpetuum robur habeat, aduocatis tam de parte meâ, quàm de parte Episcopi & videntibus & audientibus legalibus ac probabilibus personis, quorum nomina subscripta sunt, propriâ manu donum per cultellum super altare Dominicum fecimus & scribi iussimus, & signo S. Crucis hanc cartam subter firmauimus. Quòd si quis successorum vel heredum meorum, quòd absit, aut vi, aut malo confisus ingenio hanc cartam aliquando cassare tentauerit, centum libras auri purissimi damnatus pre-*

A *soluat, & conatus eius effectum non habeat, & ante tribunal Christi rationem redditurus assistat, & Iudæ Iscariotis, vel omnium qui impias manus in Dominum iniecerunt socius perpetuo & indissolubili anathemate condemnetur. Actum Andegauis in camerâ Episcopi 9. Cal Iulij vigiliâ S. Ioannis Baptistæ anno Domini* MXCVI. *Indictione 4. Epactâ* XXIII. 1096.
anno quo innumerabilis populus ibat in Hierusalem ad depellendam Pincenatorum perfidiæ persecutionem, scilicet secundo anno quo Vrbanus Papa Andegauum visitauit, Philippo regnante super Francos, Fulcone Iuniore dominante super Andegauinos, anno dominationis ipsius XXIX. *sub Gaufrido de Meduanâ Andegauorum Epis-* B *copo anno* I. *ordinationis ipsius, quod viderunt præsentes & audierunt isti Canonici & clerici, de parte Episcopi Gosbertus Decanus, Hubertus Cantor, Bernardus Abbas S. Sergij, Petrus monachus, Guillelmus Transligerensis Archidiaconus, Guarnerius Transmeduanensis Archidiac. Eudo Archipresbiter, Goffridus Girbanei, Vuillelmus de S. Laudo, Radulphus de Valle, Richaldus, Gaufridus Guid Gedeon, Vuillelmus Musca, Bernerius Macoardus, Canonicus Cellarij, Alberius Capellanus Episcopi, Vuillelmus de Camiliaco, Iubellus,* C *Goffridus de Castrogonterij, Benedictus presbiter, Gosbertus S. Maurilij Canonicus, Laurentius S. Maurilij Canon. Goffridus Cosin, Radulphus Clericus, Martinus presbyter, Roscelinus presbyter, Ioannes de Ramorforti Canonicus S. Ioannis, & isti laici Goffridus filius Eudonis de Calonnâ, Paganus frater eius, Eudo filius eius, Americus clericus: de parte Comitis Libo de Brioledo, Fulco filius Vrsonis, Segebrandus Comes stabuli, Petrus Rubiscallus, Giraldus Præpositus, Cericus filius eius, Herueus Rosondelli, Richardus de S. Quintino, Gauffridus Treuis, Hugo de Vado, Ranulfus de Credone. Signum Fulconis Comitis S. Gofridi filij eius, Ful-* D *conis filij eius, Ermingardis filiæ.* Nec verò extra rem putamus, si priuilegium ex scrinijs Abbatiæ S. Sergij proponatur his verbis: « Ego Fvlco ex hereditario iure Andegauorum Comes, Gauffridi egregij Comitis auunculi mei, & procerum suorum & meorum memoriam faciens, quorum aliqua pars in cimiterio beatorum martyrum Sergij & Bachi condita resurrectionem beatam expectat, per filij mei Gaufridi & magnatum meorum consilium monachis memo-

ratorum martyrum dedi de forestâ meâ Verreriâ partem non magnam mihi damnosam, sed vt credidi quia infra terras eorum erat ejs sufficientet congruam, placuitque mihi & filio meo quod Domino offerebam vndique circumeundo coram multis testibus, per nosmetipsos ostendece ne post decessum nostcum nobis successuri conarentur eleemosinæ nostræ metas restringere. Forestam igitur, id est boscum & totam terram quam venientes Andecauem de Durostallo ad dexteram relinquunt dedimus eis totam sicut tunc erat. Fecimúsque metam quæ non deficiet callem calcatum à poncello Priscinniaci, vsque ad crucem quæ supereminec terræ supradictorum monachorum de boschito & in circuitu vsque ad terram Ansaldi, & ad terram de Bosono, & ad terram Seteniotum & vsque ad pontem memoratum quo metiri incepimus. Hanc autem forestam dedimus solidam, quietam ab omni consuetudine præter medietatem decimarum earum segetum tantum quas terra protulerit, quas Canonicis sancti Laudi retinuimus. Primitias verò & offerendas & cæteras Ecclesiæ exhibitiones S. Sergio cum terrâ donauimus. Ne autem otiosa & sine fructu posteris nostris videatur, sciant supradictos monachos nobis obtulisse & cum gratiarum actione pro mercede recepisse propter commune beneficium loci sui, vt quandiu monasterium S. Sergij durauerit, quemdam pauperem in eleemosinâ suâ pascant sufficienter, & missam vnam in vnâ quaque hebdomadâ Domino Deo offerant pro absolutione peccatorum nostrorum, & Gauffridi egregij Comitis, & Fulconis, & aliorum parentum nostrorum viuorum & defunctorum & eorum omnium qui huic eleemosinæ assensum & auxilium præbuerint, contradicentes verò huius beneficij participes esse non concedimus, & ad hereditatem parentum nostrorum tenendam degeneres & infames pronunciamus. Ex hac igitur occasione venimus ante Gaufridum tunc temporis Electum, & coram eo, & Clero eius & plurimâ virorum nostrorum militum & burgensium attestatione cum fauore omnium donum suprascriptum in manu Domini Bernardi Abbatis fecimus. Deinde in capitulum Sanctorum Martyrum Sergij venimus & in conuentu de paupere & missâ cum oblatione conuentionem nostram firmauimus. Ac propter hoc cum hilaritate pro magnis parua retribuentes, donum de supradictâ terrâ super altare portauimus, & sic cum gaudio discessimus. Facta est autem hæc donatio anno ab Incarnatione Domini MXCV. Indict. 3. die Sabbati, Lunâ XXV. Vrbano Apostolico, Radulpho Turonensium Metropolitano, GAVFRIDO Andecauorum Episcopo, Deo gratias Amen. Testes Gaufridus electus, Gaufridus Martinus, Marbodus Archidiaconus, Gaufridus Girbaudus, Gaufridus Carphas, Benedictus de sancto Laudo, Gausbercus de Sancto Maurilio, Fulco Comes, Gaufridus filius eius, Gaufridus Fulcredus, Abbonus de Brioledo, Acchardus, Petrus Rubiscallus, Lelius frater Clarembaldi, Radulphus Toaret, Mauritius de Escharbot, Haimericus Auallum, Rainaldus de Vuluent, &c.

Hoc eodem anno 2. Idus Februarij chirographo firmauit fundationem Abbatiæ B. Mariæ de Rotâ, Andegauis factam annuente Episcopo, & alijs cegni Præsulibus, & recensetur in cartâ Reginaldi Credonensis anno primo ordinationis Goffridi Iunioris Episcopi: sequenti anno Aprilis 25. benedixit cemeterium Abbatiæ de Rotâ, & altare ad honocem S. Ioannis Euangelistæ ex membranis Abbatiæ de Rotâ: fundatur eo sedente ab Huberto de Campaniâ & vxore hærede de Mathafelone Prioratus S. Leonardi iuxta Durestalium; eique scribit Goffridus Vindocinensis l. 3. epist. 1. in negotio consecrationis Abbatis Bellilocensis. At verò post septem annos à promotione, querelis Romam perlatis de huius ordinatione tanquam iunioris & illiterati, monente summo Pontifice, suspensionis decreto in eum promulgato, dimissâ sede factus est Cluniacensis monachus, ac viuis excessit 21. Ianuarij. Hic tamen præmonemus commisceri Gaufridos vtrósque à Burdineo, Roberto, Chenutio & alijs, de solo vltimo factâ mentione; ambo enim notantur in elenchis B. Mauricij, & Abbatiæ S. Sergij.

44. RAINALDVS DE MARTIGNE' II. Briendio genitus patre è nobili prosapiâ Martiniaci in cartulario de Rotâ, falsò à nonnullis genti MARTI. XXI.

Meduanæ adſcriptus, cedente Gaufrido cathedram aſcendit, conſecratus Andegaui pridie Idus Ianuarij anno 1102. huius electionem turbauêre plu-
1102. res, & in his Goffridus Vindocinenſis Abbas ſæculi ſui litteratiſſimus, qui l. 3. epiſt. 11. ad eum ſic ſcribit: *Dixiſtis me vobis in electione veſtrâ fuiſſe infeſtum, ſic magnitudini veſtræ loqui placuit, meæ tamen paruitati ſatis diſplicuit, quòd Canonum regulis & Sanctorum conſtitutionibus Patrum ibi noui eſſe contrarium. Nam vbi vidi vnicum & ſingulare ſanctæ Eccleſiæ oſtium claudi, & aliud aliunde, per quod qui intrant, fures ſunt & latrones, oſtium aperiri, Apoſtolicam violari doctrinam, ſanctum Euangelium penitus contemni, ſi mihi placuiſſet, Chriſti ſeruus non eſſem ſed Diaboli. At mihi ſoli pro crimine non debet adſcribi, quòd Stephano Decano veſtro, & perſonis quæ affuerunt, poteſt potiùs imputari. Omnes vtique contradixerunt illam, quam veſtram fuiſſe dicitis electionem, & reprobauerunt. Nec immeritò, nam illis inuitis & non petentibus, arreptus fuiſti à vulgo: & quod ibi factum eſt, hoc præſumptuoſa & pernicioſa fecit ſeditio. Nos autem quæ vidimus & audiuimus, nec poſſumus, nec debemus non loqui. In illâ ſiquidem actione, immò vulgi conſpiratione, quam pro electione reputatis, lex velut inter arma ſiluit, vox diuina locum non habuit. Totum ibi leuitas vindicauit & vanitas, vbi mima quædam & mulier publica quæ vos garruliter acclamabat, amplius potuit, quam plebis maturitas, vel clericalis honeſtas potuerit. Hinc Ildebertus vir religioſus, qui poſt Metropolitanum in prouinciâ primus erat Epiſcopus, non tacuit: qui à veſtrâ conſecratione, licet à ſuo Metropolitano vocatus, ſeipſum abſentauit, & execrationem eſſe potiùs quàm conſecrationem, Apoſtolicâ & Euangelicâ veritate prædicauit. Bonus Mauricius, quem veſtrum prædeceſſorem fuiſſe gloriamini, beato eligente Martino & præſignante Spiritu ſancto electus eſt & conſecratus. Vos autem vulgo furente, & ſpretâ canonicâ electione eſtis creatus.* Parte alterâ ſtetit Marbodus, & agitata Romæ maximis contentionibus cauſâ vicit Rainaldus, cathedram ſortitus Pontificalem, ſub quo inducuntur apud Eccleſiam Omnium Sanctorum Andega-
1108. uenſium 1108. Canonici Regulares. Sequenti anno Idib. April. Fulco Richinus Comes donauit Eccl. Mauricianæ Pleſſeum Grammatici, ſollicitante id Ermengardi filiâ Britanniæ Comitiſſâ. Memoratur in cartâ Burgulienſi cum Rainaldo Turonenſi Metropolitano 1112. & firmat concordiam 1112.
Eccleſiæ Fontebraldi cum S. Laudo 1116. Adfuit porrò exequiis Roberti Arbreſellenſis 1117. ſubſcriptúſq; habetur inſtrumento dedicationis baſilicæ B. Mariæ de Charitate, dictæ de Roncerejo 1119. Ceterùm Adelardi de Caſtrogunretij ceſſionem decimarum & portus ſui Sancto Albino, ſigillo muniuit, vt docent tabulæ huiuſmodi in antiquo cartophylacio S. Albini, ex Notis Gaufridi Vindocinenſis deſumptæ. RAINALDVS Andegauorum Epiſcopus, donum quod Adelardus Caſtrigunretij dominus per manum noſtram S. Albino de decimâ portus Caſtelli ſui fecit, literis mandare curauit, quod factum eſt hoc modo. Anno Incarnationis Domini MCXXIII. Indict. 1. Calend. Martij, feria 5. ipsâ ſcilicet die, quâ celeberrima B. Albini ſolemnitas agitur; veni ad Eccleſiam eiuſdem ſancti, & rogatu D. Hamelini Abbatis & monachorum eius, cum multis illuſtribus Clericorum & laicorum perſonis ingreſſus ſum eorum Capitulum, vbi veniens Adelardus Caſtrigunretij dominus, decimam portus Caſtelli ſui de vino, de quâ paucis ante diebus Hamelinum Abbatem apud Caſtellum ſuum, concedente hoc Matilde vxore ſuâ, & filio ſuo Adelardo teueſtierat, tunc etiam in manus noſtras in libro regulæ miſit, & per nos ſupradictum Abbatem & monachos S. Albini reueſtiuit, ipſúmque librum regulæ, quem in manus meas miſerat, ſuper altare eiuſdem Sancti detulit. Et quia idem Adelardus hanc eleemoſynam benignè faciebat, dedit ei prædictus Abbas ſub nomine caritatis XXVI. libras denariorum & decem ſolidos, ac filio eius quinque. In teſtimonium huius conceſſionis decreuimus, aut propter auctoritatem & inuiolabilem iſtius rei firmitatem, vt noſtro ſigillo, & ſigillo Abbatis, atque ſigillo eiuſdem Adelardi præſens pagina firmaretur præſentibus; Petrus Abbas S. Georgij, Daniel Abbas S. Mariæ Ebronenſis, Ranulphus Abbas S. Mauri & plures alij. Rainaldus idem pluribus epiſtolis Goffridi Vindocinenſis l. 3. quibus præcordialis amicus, excellens, magnus, glorioſus Epiſcopus, & vi-

tæ laudabilis celebratur, epist. 2. eum A
" ita affatur. Scimus Episcopum non
" esse, qui timet exilium, dolorem, vel
" mortem: nolite in deffensione S. Ec-
" clesiæ deficere, nolite consilijs eorum
" qui carnaliter viuere volunt autem cor-
" dis inclinare: Defectione vestrâ Eccle-
" sia Dei, quæ casta & libera vobis com-
" missa dinoscitur, meretrix efficietur &
" ancilla. Si autem constanter egeritis, si
" inceptam iustè iustitiam optimo fine cō-
" summaueritis, totius fortitudinis & san-
" ctitatis exemplum relinquetis vestris
" successoribus. Ad hunc scribit Iuo ep.
272. & Marbodus Episcopus Redonen-
sis apud Hildebertum 80. & 200. estq; B
illius altera ep. ad Sugerium Abbatem.
1124. Exinde transfertur an. 1124. ad Archi-
episcopatum Remensem, humatus 1137.
in Abbatiâ Igniaci quam condiderat.

45. VLGERIVS in Ecclesiâ Ande-
gauensi à puero educatus, primũ Cano-
nicus, exinde Scholasticus, posteà Ar-
chidiaconus Transligerensis, ac tandem
1125. electus Andegauensis Antistes conse-
cratur an. 1125. ex tabulis Mauricianis,
quamuis promotionem eius codex S.
Albini, & Ordericus Vitalis lib. 12. desi-
gnent 1124. his verbis. *Post Rainaldum
Andegauorum Episcopum Ecclesiæ regimen
Vlgerius suscepit, cuius vita, & religione
& scientiâ cluens, populis lumen veritatis* C
suggerit. Multa pietatis ac pastoralis
curæ in Ecclesiam suam extant moni-
menta; nimirum plures Ecclesias lai-
câ manu possessas vel redemit pretio,
vel recepit, basilicam S. Magnobodi
quæ S. Saturnini Abbatia dicitur à Cris-
pino, filio Tetbaldo, & Fulcone de
Landeio recuperauit, testibus Richar-
do Decano, Boamundo, Radulpho,
& Normanno Archidiaconis: Beati
Ioannis Euangelistæ & S. Licinij in su-
burbio Andegauensi basilicas resti-
tuente Goffrido Comite, positis, vt
mos erat, super altare B. Mauricij cla- D
uibus cum martyrologio, Normanno
Decano, Tetbaudo Thesaurario, Guil-
lelmo de Chamiliaco, & alijs adstanti-
bus; pro quâ largitione cessit Vlgerius
Goffrido mille solidos Andegauenses,
& totidem Tetbaldo de Blazone. San-
cti quoque Iusti Ecclesiam apud Gon-
terij castrum, quam reddidit Adelar-
dus castri dominus vxore Exiliâ, Rai-
naudo, & Adelardo filijs probantibus,
factâ inuestiturâ cum baculo pastora-
li, & osculo Episcopi. S. Petri Abba-
tiam in suburbio Andegauensi per Ab-

A bonem de Rochaforti, vxore Agne-
te, Petro filio & Burguna sponsâ,
Robertóq; Petri filio restituentibus. S.
Leonardi de Chamilliaco & alias plu-
res iuris laici, patronis cedentibus Ca-
thedræ suæ acquisiuit, basilicam de
Bulliaco, Preciniacum, & de Corme-
rijs. Quia verò vt doctissimus Sir-
mondus notis suis ad Goffridi Vindo-
cinensis epistol. XII. lib. 1. scriptam
Vlgerio adnotauit: iure Canonum "
Ecclesiæ omnes in Episcoporum sunt "
ordinatione & potestate, Synodi Au- "
rel. 1. c. 19. Cabilonensis c. 10. & pas- "
sim plerique Ecclesias vel à se condi- "
B tas, vel iuris sui monasterijs olim of- "
ferebant, vt in eorum essent potesta- "
te. Quod quia sine Episcoporum con- "
sensu fieri non poterat, Episcopi non- "
nunquam Ecclesias monachis hac lege "
permittebant, vt statis annis, quo- "
tiescunque illorum vicarij mutaren- "
tur, certam pecuniam Episcopo pen- "
derent, quæ Redemptio altarium di- "
cebatur. Hanc vt nefariam & simo- "
niacam interdixit Vrbanus in Synodo "
Aruernensi. Post Synodum verò fue- "
runt Episcopi qui pro redemptione "
illâ quæ multorum annorum interual- "
lis fiebat, annui census pensitationem "
exigerent. Quo è numero Vlgerius "
C Andegauensis, Iuo Carnotensis, ac "
Ranulfus Santonensis, quos eo nomi- "
ne redarguit Paschalis II. decreto illo "
quod ad calcem obseruationum exhi- "
bet Sirmondus. Apparet ex cartâ Fon- "
tebraldensi quæ est de dono Galuanij
Camilliacensis Vlgerium limina Apo-
stolorum inuisisse; nam & eo pacto
concessa dicitur, vt exinde firmaretur
in manu Vlgerij venerabilis Andega-
uorum Episcopi, postquam Româ læ-
tus redijsset, Ludouico Rege Franco-
rum, Fulcone Andegauensi Comite:
& in eodem cartophylacio legitur ab
D ipso Præsule pacificata querela Sacer-
dotis de Vernolio aduersùs Ecclesiam
Fontis Ebraldi, super primitijs obe-
dientiæ de Losgis, testibus Goffrido
de Linerijs, & Rainaudo de Medua-
nâ: memoratur & in cartâ Gaufridi
Andegauorum Comitis Abbatissæ Fon-
tebraldensi omnes consuetudines mo-
lendinorum donantis in fluuio Lige-
ris anno 1135. Diuus autem Bernardus 1125.
epist 200. & pluribus alijs ipsum acriùs
increpat, quòd aduersùs Abbatissam
Fontisebraldi de iurisdictione litibus
contenderet. Item Vindocinensis lib.

3. epist. 12. ad eumdem queritur de præfatâ redemptione altarium sæculo illo frequentatâ, quâ de re controuersia Vindocinensis monasterij cum Episcopo Andegauensi de oblationibus ante ipsum Vlgerium exorta, tandémque inter ipsum & Fromondum Abbatem composita est rescripto Innocentij II. Confirmauit porrò Ecclesias Roberto Abbati Omnium Sanctorum Andegauensium, ipsóq; sedente vt conijcitur fundatum fuit Capitulum S. Laudi secus vrbem Andegauam, nec pigebit si ex originali autographo codicis manuscripti qui penes nos extat, tabula hîc proponatur.

IN NOMINE Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, & veneratione Genitricis eius semper Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum. Ego Goffridus Comes quamuis bellorum turbinibus semper inquietus, & multis modis mundialium curarum impedimentis innexus, non tamen omnino Ecclesiæ Dei cultum aut honestatem negligens. Factu dignum & honorificum iudicaui Capellam Beatæ Genouefæ Virginis intra muros ciuitatis Andegauæ, ante fores videlicet comitalis ante positam, vbi sacrum corpus S. Laudi Confessoris & aliæ plurimæ Sanctorum relliquiæ positæ sunt, aliquo emeliorationis studio prouehere, & Collegio Clericorum ibidem constituto ad Dei seruitium aptius ordinare, quod videlicet antecessores mei. Comites negligentius retractâ ætate omiserant, solo singulorum, aut vt magnum duorum, siue trium Capellanorum famulatu contenti. Igitur ibidem de rebus possessionis meæ diuersis temporibus, prout opportunitas fuit donationes feci, quarum summam per nomina sua computatam in cartulâ istâ, ob perpetuam commemorationem & firmitudinem subnotari rogaui. Dedi itaque die consecrationis eiusdem Ecclesiæ hæc omnia cum omnibus consuetudinibus ad me pertinentibus, etiam fodrium, dimidium pascuaticum, quod dominium habeo in foreste Vitreariâ, & boscum ad coquinam, & pistrinium, & vineas, vinearum arpennos octo in allodio pelucardi qui fuerunt Theobaldi Aurelianensis, & nouum in Angulariâ in terrâ S. Gemmæ, & consuetudines ceterarum vinearum si quas Clerici comparauerint vel ad vsum Ecclesiæ, vel ad suum, tali tamen conditione, si vineas illas quas proprias tenuerint post decessum suum Ecclesiæ dimiserint. Item supra flumen Meduanæ iuxta prata aquariæ, vineæ quartarios quinque, qui fuerunt Galterij Garnerij, ad buceam Meduanæ terram quæ fuit Gosberti de Maliaco cum aquis & pratis & molinis, absque vllâ consuetudine, & de bosco ipsius Gosberti dimidiam partem, hoc est totius bosci qui dicitur Communialis octauam. Item in aquâ S. Albini subtus pontem Sigei vnum locum molini, & alium locum inter areas prædicti pontis; decimum denarium de monetâ Andegauensi in castellariâ Losdunensi, ad villam quæ dicitur Muca octo arpennos terræ arabilis ad censum soluendum, & pratorum arpennos duos & dimidium, & vineæ arpennos tres allodiales, & ibidem operam vnam ad censum, in suburbio ipsius Castelli vnam mansionem. Item in eadem Castellariâ terrulas quas per concambium commutaui ab Huberto milite meo de Campaniâ quarum hæc sunt nomina, Angularis, Trio, & Valleta. Item in alijs locis quatuor mediatarios, in villâ quæ dicitur Burra Meduanæ in pago Andegauo: Ecclesia in honore S. Symphoriani Martyris cum villâ & terris & pratis ad eam pertinentibus, & cum vicariâ & fœbio, & omnibus consuetudinibus terræ & fluminis à rupe Collubraris vsque ad ductum: à ducto verò vsque ad vallam quæ terminat prædictam terram, à rupe illâ quæ dicitur Becherella. Dedi similiter omnes consuetudines terræ & fluminis, Vicariam de illis forfactis quæ in ripâ contiguâ terræ illi facta erunt, & de manibus tam maioribus quàm minoribus vnam minam salis, & dimidiam partem commendationis in loco qui dicitur Gothia, ipsum boscum & terram, & iterum terram quæ dicitur Auframacus, simul cum pratis ad eam pertinentibus in foreste meâ cui nomen est Camberis, exarita, quæ dicuntur ad illum bragum, & simul decimas de totâ terrâ forestarij mei Goffridi cognomento boschiti, & propè ipsum locum exemplationem quam permisit facere Ioannem Clericum meum in eadem foreste, absque vllâ consuetudine in parrochiâ quæ dicitur Brainus, donaui S. Lamberto vicarias & alias consuetudines meas de terris quas comparauerant, vel deinceps comparabunt ibi, vel alijs locis prædictæ Ecclesiæ Clerici. Dedi iterum modium ordei quem de liberandis colibertis habebam vbicunque liberabam, siquidem ex Clericis Ecclesiæ adesset in Angulariâ iuxta ciuitatem Andegauensem loco Genestullio, terram quæ fuit Vrsionis militis de Calurico, cum vicariâ de Vnagio, & in censu vinearum, & fodrio pro quo Ioannes magnum ciphum bi-

bit vini, quem Vuaringus Cellerarius mihi pratulerat in flumine Ligeris, dictum vinum cum piscariâ, & omni consuetudine & molinis duobus de præsenti, & quatuor aliis post obitum Theobaldi Aurelianensis, & simul vnum septem quarteriys qui sunt iuxta Spattas, in loco qui dicitur Lupellus pratorum arpennos septem & totidem in villâ quam nominant fossas, & quatuor in Insulâ longâ: audientibus istis Adebacio Abbate, & Magistro Raynaldo; & Gosberto Capellano, & Cantore Geraldo, & Roberto Præposito, Roberto Burgundione. Ego Goffridus Comes firmitatem facti huius sanctæ Crucis impressione roboraui, Artaldo, Huberto, Rogato, Israel, Garino, Giraldo. Cellerariis, Reginaldo, Garnerio Camerariis. Canonici Ecclesiæ S. Laudi hoc etiam priuilegio donati sunt, cuius tenor in archiuio talis est. EGO Gausfridus Dux Normanniæ & Comes Andegauiæ, filius Fulconis Regis Ierusalem volo notum fieri tam futuris quàm præsentibus, me dedisse & concessisse & præsenti cartâ confirmasse Clericis meis de Sancto Laudo Andegauis, omnes possessiones & omnia dona, & tenementa quæ antecessores mei Comites Ecclesiæ Sancti Laudi, & eis dederunt, & omnia quæ ipsi ad opus Ecclesiæ acquirere poterunt cum omni libertate, & omni quietanciâ, sine aliquâ costumâ alicui reddendâ cum sanguine & latrone, cum incendio & raptu, & multio, & cum omni damno integrè & cum omni honore, & etiam cum fodeio meo, & cum vinagio illarum vinearum omnium quæ remanebunt ad vsum Clericorum in Ecclesiâ illâ deseruientium. Hæc inquam dono Ecclesiæ S. Laudi & Clericis in feodo & testamento, sicut ego meliùs & liberiùs teneo terram meam cum hominibus & villis, & terris, & vineis, & pratis, & aquis, & molendinis, cum bosco & plano, cum viis & semitis, & cheminis. Quare volo & præcipio quod dicti Canonici nulli respondeant de possessionibus suis nisi in præsentiâ meâ, aut in præsentiâ Comitum Andegauensium mihi succedentium. Ecclesia enim S. Laudi supra omnes alias mei iuris interest, & antecessorum meorum, & ad Andegauos Comites hæreditario iure attinet, & Comites Andegauenses sunt Domini & Abbates illius, & specialiter est Comitum, sicut illa cuius bona temporalia in vitâ, & spiritualia etiam post mortem sine fine possidebunt. Actum apud Andegauem in thalamo meo: testes Fulco & Candrio, Rainaldus de Castrogunterij, Rainaldus Ruffus, Gauffridus & Huo, & Fulco de Clerijs, Gorranus & Fulco Camerarij, Pipinus de Turone, & Ioslemus de Turone: De Canonicis verò Ecclesiæ Normannus Decanus, Huo de Caruoto, Goffridus & plures alij. Priusquàm verò migraret à sæculo Vlgerius vltimæ voluntatis codicillos dictauit, quorum tale fragmentũ è MS.

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi. VLGERIUS Episcoporum minimus, Ricardo Decano Ecclesiæ B. Mauricij Andegauensis, & toti Conuentui eius in perpetuum. Patientiâ misericordis Dei in prouidentiâ sedis Andegauensis contra mores & vitam nostram constituti, licet grauitate exilij, & alys multis 1094. *incommoditatibus impediti, nonnulla supra vires enitentes, Dei gratiâ acquisiuimus quasdam Eccl. & vicos, laborantes ædificauimus sanè non modicè, qualitate & quantitate peccatorum nostrorum, quæ sæpe ad memoriam reuocabamus perterriti. Trahente nos illâ sententiâ: date & dabitur vobis, eligimus dare Ecclesiæ B. Mauricij, de cuius visceribus & medullis processerant expensæ quæ ad hoc fuerant necessariæ & efficaces, & nobis & successoribus nostris illa quæ superscripsimus: Furnum Calomnæ quem dedit nobis in eleemosynam Turpinus de Ramoforti, & vxor eius Villana, & molendinum quod est in excluso Roberti de. Et census qui sunt in portâ Andegauensi, qui fuerunt Helenoti, & Legenarium de transmeduanâ, & dimidiam Ecclesiam S. Clementis de Plateâ, & Ecclesiam S. Mauricij de Bosco iuxta Bellamnoam, & Ecclesiam & vicum S. Philippi cum pertinentiys suis, & dominium Ecclesiæ Grugy quod dedit nobis Philippus de Sauconay, & impositionem ipsius Sacerdotis, & Ecclesiam de Castello, præter partem illam quam habet Abbatia S. Albini, & Ecclesiam S. Quintini cum capellâ suâ, & terram quam ibi habemus in nouo vico de Samonaco, & Ecclesiam de Loigniaco, & vicum S. Egidij cum Ecclesiâ post mortem Radulphi Archidiaconi, Ecclesiam de Pommellis, Ecclesiam de Alencenio & de Chemerario, Ecclesiam de Montebohery, Eccl. de Solemniis, Eccl. S. Martini de Bosco. Damus insuper Ecclesiam de Ialliâ & capellam quæ est proxima, & quod habebamus in Ecclesiâ Parisiaco. Præ-*

» *tereà Ecclesiam* S. *Petri de Priscinniaco, dimidiam Eccl. de Valleio, & de Laigniaco, & de Chineiaco, & de Dissseio, & quod habebamus in Eccl. S. Symphoriani. Hæc omnia damus vobis saluo iure Archidiaconorum & Archipresbyterorum. Præterea damus quidquid habemus in castello nouo, & in Helonu, & in Chyreio, & medietariam quæ est apud Saluiniacum, quæ Benedicamus Domino nuncupatur & Burgensem vnum apud quinque solidos, apud Columam de Alberto, & quindecim solidos de Philippo de Gresollâ, & quindecim de Gauterio Cœnomanensi, &c.* reliqua membranæ verba exciderunt. Vitam cum meliore commutauit 17. Octob. 1149. ad portam quæ claustro S. Mauricij patet, visitur affixum cœnotaphium parieti ex cupro deaurato, ante aram B. Maturinj ad dextram nauis intrantibus, & Vlgerij imago sacrificantis habitu cum hac breui epigraphe quæ legi potuit.

1149.

Hic iacet VLGERIVS *teneris consuetus ab annis*
Linguâ, mente, manu, fructificare Deo.
Huius opus multis prodesse, monere, docere
Flentem solari, nudum vestire, superbum
Frangere, nec quemquam lædere, recta sequi.

Dove'

46. NORMANNVS DE DOVE' ex Archidiacono in Episcopum assumitur ordinatus fuit 6. Martij 1149. in chronico S. Albini, qui de naui Ecclesiæ Andegauensis trabibus præ vetustate ruinam minitantibus ablatis, fornices lapideos ædificare cœpit, in quo opere octingentas libras de suo expendit, ex calendario Eccl. Andeg. Eius fit mentio in cartulario Fontebraldensi, in cartâ pacis inter Ecclesiam Fontebraldi & S. Mariæ de Buceriâ: morte eripitur 4. Maij an. 1153. vacauit sedes pontificia post Normandum duobus annis.

47. MATHAEVS de castro Laudduno oriundus, qui litteraturâ & sanctimoniâ clarebat, ex Abbate S. Florentij propè Salmurum factus est Præsul anno 1155. exigente id meritorum prærogatiuâ, quâ & pastorali officio cohonestatus est: apud Oratorium 4. Idus Martij ex Calendario Andegauensi vitâ defungitur 1161. ibidemque sepelitur 13. die Martij. Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum eius obitum denotat anno 1162.

1155.

48. GAVFFRIDVS LA MOVSCHE 111. ex Decano S. Mauricij Antistes subrogatur 1162. teste eodem Roberto de Monte, qui eum Sagiensem Decanum & Clericum Regis Angliæ appellat, consecratur hoc eodem anno apud chronicum Albinianum. Synodo Turonensi coactæ per Alexandrum 3. Papam iste interfuit. Memoratur in pancartâ maioris tabularij Fontebraldensis vbi Abbatissa Audeburgis, & Americus Abbas de Burgolio conuenerunt Andegaui propter querelam quam habebant inter se de nemore & terrâ de Logijs, ante Henricum Regem Angliæ, qui iussit Stephano de Marchaio Senescallo suo, vt hanc querelam pacificaret, existente anno ab Incarnatione 1169. Gaufrido Moschet Episcopo Andegauensi præsidente, inquit tabula, factum hoc in domo de Logijs 4. Calend. Iunij. Largitus est Ecclesiæ suæ basilicam Diui Dionysij Andegauensis, pro luminari capsæ S. Maurilij. Vitam finijt an. 1177. 18. Ianuarij. Eo sedente Hugo de Samblancayo Cantor Andegauensis fenestras nauis ædis Mauricianæ vitro adornauit; Omnino autem aberrant ij, qui post Gaufridum Ecclesiasticis tabulis Eugenium superinducunt, cùm in Andegauensibus, & Sergianis nullâ de ipso extet memoria.

La Mouche. 1162. 1169. 1177.

49. RADVLFVS DE BEAVMONT I. ex clarâ stirpe Vicecomitum de Bellomonte, Richardi nempe ex filiâ naturali Henrici I. Regis Angliæ filius, & alterius Richardi Vicecomitis frater, Pontificatum conscendit 1178. quo inauguratus est, vt docet carta confirmationis fundationis Abbatiæ Melinensis. Eius ordinationem indicat auctor Appendicis ad Sigebertum 1179. quo anno interfuit Concilio Lateranensi indicto per Alexandrum 3. Papam. Iste cum Capitulo suo ex vnâ parte transegit cum Abbate & Religiosis S. Albini coram Bartholomæo Archiepiscopo Turonensi pro iure visitationis dictæ Abbatiæ, & officio diuino, quod prædicti Religiosi diebus festis S. Maurilij & B. Andreæ in Ecclesiâ Cathedrali celebrare tenentur, litteris datis mense

Beavmont. Semé de France au lion d'or. 1178.

Augusto 1180. Confirmauit & possessiones Abbatiæ S. Ioannis Melinensis 24. Octob. 1183. quam Abbatiam per Vicecomitem Bellimontis constructam benedixit, vti & Monasterium de Bellabrancâ Ord. Cisterciensis anno 1200. cœnobium B. Georgij ad Ligerim per Mathæum de Plessiaco constructum
1180.
1184. item dicauit, necnon 1184. benedixit Eleemosynariam Andegauensem, quã Rex Anglorum Henricus condiderat Dominicã ante Pentecostem, sub moderamine Canonicorum Regularium Diui Augustini. Episcopales domos quotiescumque Andegauenses Præsules obire contingeret, à tyrannicá dispoliatione vasorum, totiúsque suppellectilis, insuper auri & argenti, ac nummorum vini & annonæ si ab Episcopis viuentibus erogara non fuerint, in perpetuum liberauit, vt docet Martyrologium B. Mauricij Andegauensis. Huius meminit Rogerius Houedenus, ad quem etiam scribit epist. 69. Petrus Blesensis. Mortalitati debitum persoluit 3. Martij.

CHEMILLE'. D'or au canton de gueulle, à vne ocle de 9. merlettes de mesme.

50. GVILLELMVS DE CHEMILLE' I. ex vetustâ familiâ dynastarum de Chamiliaco in Andibus erat prognatus, qni ex Canonico S. Mauricij ad Episcopatum sublectus est; Rogerius Houedenus in Historiâ ipsum à Ricardo Rege Angliæ delegatum fuisse pro electione Imperatoris in Germaniam scribit, & ex S. Albini tabulario controuersiam pacificauit Religiosorum huius Monasterij, cùm Capitulo S. Maurilij. Decessit 25. Maij anno 1202. ex Calendario Ecclesiæ An-
1202. degauensis.

BEAVMONT.

51. GVILLELMVS DE BEAVMONT II. nepos Radulfi, creatur Episcopus 1202. vir magnificus, ac generosi sanguinis, sub cuius Pontificatu variæ Synodi prouinciales celebratæ sunt, apud Vallemguidonis 1216. Castrumguntherij 1221. & 1231. Turonis 1233. & 1239. priùs reformatâ Ecclesiâ Andegauensi per Odonem Le-
1215. gatum Sedis Apostolicæ 1215. chorum templi maioris cum tabulâ altaris argenteâ suis expensis fieri curauit, & exequijs interest Michaelis S. Floren-
1220. tij Abbatis 1220. Sequenti anno Regi profitetur hominium, quod in veteri Andegauensi atque Cenomaniæ cartophilacio ita scriptum reperitur.

GVILLELMVS Dei gratiâ Andegauensis Episcopus. Vniuersis præsentes literas inspecturis. Nouerit vniuersitas vestra quod nos carissimo Domino nostro Ludouico Dei gratiâ illustri Regi Franciæ fecimus sacramentum fidelitatis sicut alij Episcopi regni Franciæ ipsi faciunt, & ipse nobis recognouit, quòd non tenemur ire in exercitum, aut equitatum eius in propriâ personâ nostrà, vel mittere aliquem ad sumptus nostros, nec occasione istius sacramenti fidelitatis vllum onus aut grauamen imponetur nobis aut Ecclesiæ nostræ, sed nos & Ecclesia nostra manebimus in illis libertatibus quas habuimus tempore felicis memoriæ Philippi quondam Regis Franciæ patris sui, & Regum Angliæ Henrici & Richardi. Item recognouit nobis quòd cùm electus Andegauensis erit confirmatus à Metropolitano, vel ab eo qui potestatem habebit confirmandi, ipse reddet ei regalia sua per nuncios, patentes literas deferentes confirmationis ipsius. Ipse tandem electus tenebitur bonâ fide adire Dominum Regem si fuerit in regno infra XL. dies post susceptionem Regalium, & eidem fidelitatis sacramentum præstare, & si infra quadraginta dies ad dominum Regem sicut dictum est, non venerit, dominus Rex poterit saisire Regalia sua, & ea tandiu tenere quousque Regi fidelitatem suam fecerit. Et sciendum quòd si Comitatus Andegauensis separetur à regno, non teneremur facere Comiti Andegauensi huiusmodi sacramentum. Actum anno Domini MCCXXIII. mense Nouembris. 1223.

Vniuit autem Archidiaconatui Transmeduanensi, & Archiprebyteratibus ac Decanatibus ruralibus diœcesis Andegauensis Ecclesias parochiales, seque in hoc decreto anni 1224. nominat LIII. Episcopum, quod quomodo fieri possit, non videmus. Accipit verò sub annuâ censûs pensitatione 1231. à Capitulo Diui Maurilij quamdam terræ portionem exædificandæ Franciscanorum Ecclesiæ, Dominicanos etiam stabiliuit in vrbe 1236. apud basilicam Recuperatæ : hoc eodem anno palatij Episcopalis portionem largitus est pro condendâ Capellâ, quæ nunc Ioannis Michaelis vocitatur. Subscriptus habetur & cartæ Abbatiæ S. Iacobi Montisfortis in Armoricâ 1237. vbi confirmat Prioratui de Berè decimas quasdam à Gofrido Barone Castribrientij concessas. Ad meliorem vitam migrauit 2. Septembris 1240. 1231. 1240.
Sepultus iacet in choro Ecclesiæ Andega-

degauensis, vbi effigies visitur ac le- A gentibus hoc epitaphium prostat.

Bellimontensis *Guillelmus & Andegauensis*

Præsul in hac tumbâ tumulatur vera columba,
Cuius erat pietas sibi nescia ponere metas.
Si numeres numeris quater X. *cum mille ducentis,*
Scire obitum poteris tumulo præsente iacentis.
Si septem lustris annum des ter replicatum,
Tot pater illustris hunc rexit Pontificatum, B
Quem cum viceno quintóque cœperat anno,
Lux Cleri præclare pater qui per tua secla,
Noster eras Moyses, nunc modicus cinis es,
Ore colende satis in tempore posteritatis;
Qui nondum natis exemplar eris pietatis.
O decus Ecclesiæ veteri conformis Heliæ
Prætendens specie mentis aroma piæ,
Andegauis plora mortem Pastoris, & ora, C
Vt locus aptus ei detur in aulâ Dei.
Vrbs desolata pio Pastore viduata,
Guillelmi fata doleas nimis accelerata;
Dat se diuinis per lustra quater duo rebus,
Sublatis binis annis tredecimque diebus.

Villoyseav. 52. Michael de Villoyseav Episcopatum adeptus est anno 1240. pactum iniit 1250. de iurisdi- 1250. ctione cum Capitulo S. Martini, & Ecclesiæ suæ pro pane Capitulari concessit decimas de Valleiâ 1260. eo sedente coacta est Synodus prouincialis D Turonis 1242. Salmuri 1252. obijt an. 1260. ordinationis suæ 20. dotator Dominicanorum, in quorum Ecclesiæ choro medio quiescit sub magnifico tumulo, vt tabellæ æneæ adscripti versus indicant. *Epitaphium Domini* Michaelis *huius Ecclesiæ fundatoris, & quondam Ecclesiæ Andegauensis Episcopi, & Rectoris.*

Villa *creauit* Avis Michaelem *sic tumulatum,*
Et dedit Andegauis Dominus sibi Pontificatum.
Doctrinâ clarus cunctis dulcedine carus,
Ecclesiæ tutor, clerum probitate sequitur.
Summe Deus cæli qui læsus cuspide teli,
Clamasti ter Heli, veniam des huic Michaelis.
Funus Auis Villæ Michaelis sic cape mille,
Misce bis centum triginta quinque bis vnum.

Post eius migrationem Canonici Andegauenses ad Regem scripsêre, postulantes licentiam eligendi Antistitem, hoc documento, cuius tenorem è tabulario exscripsimus in hunc modum: "Excellentissimo Domino Dei gratiâ Regi Franciæ illustri. Guillelmus Decanus & humile Capitulum Andegauensis Ecclesiæ salutem. Et sic regnum regere temporale, quòd regnum consequi valeat sempiternum. Vestræ regiæ Maiestati per venerabiles viros Magistrum Nicolaum Archidiaconum Transmeduanensem in Ecclesiâ nostra, & Magistrum Egidium de Valletortâ Concanonicum nostrum exhibitores præsentium quos ad hoc specialiter destinamus, & pro quolibet ipsorum dolentes denunciamus venerabilem quondam patrem & pastorem nostrum bonæ memoriæ Michaelem viam esse vniuersæ carnis ingressum, dantes eisdem & cuilibet eorum in solidum potestatem & mandatum petendi à vestrâ regiâ maiestate licentiam eligendi. Benè & diu valeat vestra regia Maiestas in omni bonâ prosperitate. 1260. Datum mense Decembri MCCLX. Die Veneris in vigiliâ Natiuitatis Domini apud Meledunum his litteris oblatis, Rex annuit electionis suffragia."

53. Nicolavs Geslant Capellanus Guillelmi Bellimontis decessoris, ad hanc dignitatim vocatur anno 1260. quo tempore contractum fecit cùm Abbate & monachis S. Albini de pensionibus & procurationibus debitis à quibusdam Prioratibus huius Abbatiæ: & eodem anno mense Februario quasdam conuentiones cùm Rege ordinauit, in quarum originali vocatur Electus Andegauensis. Confirmauit & Sabatho post Trinitatem 1263. donum decimarum & noualium 1263. de Valleiâ, factum Capitulo Andegauensi à Michaele decessore; iste decreta edidit statuendo quâ ratione Archidiaconi approbarent Presbyteros qui munia sacerdotalia in illorum di- Geslant.

ſtrictù exercere præſumebant, eorúm- A que loca & miniſtros iuriſdictionis ordinauit. Summo autem apparatu benedixit Margaritam de Poccjo in æde Abbatiali Fonrebraldenſi, & 1276. firmauit donum Fulconis Andegauorum Comitis Huberto S. Albini Abbati, pro conſuerudinibus Monaſterij ſui.
1290. Deceſſit 1. Februarij 1290. anno ordinationis ſuæ 30. conditus ſepulturæ in choro Eccleſiæ Andegauenſis ad pedes Guillelmi de Bellomonte quondam domini ſui, exequias celebrante in æde Mauricianâ Henrico Nannetenſi Præſule; eius memoriæ appoſitum huiuſmodi epitaphium. B

Andegauis natus & ibidem Pontificatus,
Mundo ſublatus iacet hîc NICOLAVS *humatus.*
Hic quem tumba tegit, viuens bona multa peregit,
Hic oculus cæco, pes claudo, linguáque muto,
Hic veſtis nudo, menditis eſca, pupillo
Tutor, vir viduis, pia viſcera geſſit egenis,
Hic pius, & mundus, mitis fuit atque C *iocundus,*
Hunc luget mundus, ſua mors illi graue pondus.
Andegauis plora Paſtorem, nec minus ora,
Vt Deus abſque morâ trahat ipſum voce ſonorâ,
Et prece ſis ſupplex monet hoc affectio duplex,
Filius atque pater fuit hic, tu filia, mater,
Hunc ſanctum flamen capiat? dicat chorus annum.

LE MAIRE. 54. GVILLELMVS LE MAIRE III. Capellanus Nicolaj, vir doctiſ- D ſimus, ex Pœnitentiario in Epiſcopum Andegauenſem ſuffragiis Canonicorum deligitur Dominicâ ante Paſcha 1290. inauguratus Pontifex Dominicâ ante feſtum Aſcenſionis menſe Maio 1291. Vincennis ad eius petitionem litteras Regiæ confirmationis
1296. obtinet. Anno 1296. tria altaria in choro Cathedralis conſecrauit ex cartâ S. Laudi Andegauenſis: conquæſtus eſt apud Regem anno 1299. de oppreſſione Eccleſiaſticorum per iudices laicos, atque interfuit Concilio Viennenſi anno 1311. vbi eaſdem querelas contra laicam iuriſdictionem repetiit. Per hæc tempora celebratæ ſunt Synodi prouinciales duæ 1294. & 1300. Caſtrogunterij 1295. & Belloforti 1296. Eccleſiam conuentualium Religioſorum dicauit Andegauis 1294. Alienoram Britannicam Ioannis Ducis Armoricæ filiam, Fontebraldenſem Abbatiſſam cùm licentiâ Gualteri de Brugis Epiſcopi Pictauenſis benedixit Dominicâ ante feſtum S. Martini hiemalis 1304. & Mauritium de Credone ex illuſtriſſimâ proſapiâ Andium 1304. ſacro latice rinxit 1309. Mortem oppetijt anno 1314. 13. Maij.

ODARD. D'or à la croix de gueulle.

55. HVGO ODARD vetuſtâ & nobili proſapiâ editus, Guillelmo Odardo parente Domino de Verrieres, de Mons, de Baſſou, & de Chandoiſeau, quæ toparchia in Iuliodunenſi pago ad familiam Sanmarthanorum nunc ſpectat; priùs erat Canonicus S. Quintini Viromanduenſis circiter annum 1300. huius verò Eccleſiæ Pontifex aſſumitur 1314. Nonis Octobris, 1314. conſecratus 2. Octob. 1316. in templo Abbatiæ S. Albini: confeſtim ad Eccleſiarum ſuæ diœceſis viſitationem animum intendit, tametſi in regijs codicillis apud Giſortium 1317 12. Septembris vocetur Electus. Ei Philippus Francorum Rex menſe Februario 1320. confirmauit quaſdam res patrimonij ſitas in Caſtellaniâ de Baugè ſub hominio regio, cùm facultate eas largiendi monaſterio S. Mauri ad Ligerim, ex veteri regiſtro: Obijt 1323. 5. Idus Decembris, funeratúſque in naui 1323. Eccleſiæ ſub tumulo marmoreo ante altare S. Sereni. Cuius gentis Odardæ florebat anno 1304. Guillelmus Officialis Andegauenſis.

MATHEFELON. D'or à ſix eculſons de gueulle 3.2.1.

56. FVLCO DE MATHEFELON ex antiquâ ſtirpe Baronum de Mathefelone, Fulcone & Eliſabethâ prognatus, ex Theſaurario Eccleſiæ Andegauenſis Pontifex ordinatus, ſolemnitérque receptus fuit 17. Iunij 1324. Mouit lites aduersùs Capitulum, 1324. vniuit Decanatum de Camiliaco Scholaſteriæ Eccleſiæ Andegauenſis, & impetrauit à Clemente VI. anno 1352. vnionem præbendæ & Canonicatus Eccleſiæ Andegauenſis cùm Abbatiâ Omnium Sanctorum. Huic ſcribit epiſtolam Ioannes XXII. anno 1330. humatur Fulco in Cathedrali ſub tumulo marmoreo retrò majus altare D.

Mauritij, vbi spectatur eius effigies cum eâ inscriptione. *Hic iacet Dominus FULCO DE MATHEFELON staturâ decorus, linguâ facundus, Legum Doctor, multis scientijs preuidus, & in agibilibus circumspectus, hospitij decus, honoris titulus, zelator iustitiæ, pugil Ecclesiæ, Episcopus Andegauensis per XXXII. annos & amplius, & obijt die Martis ante Natiuitatem Domini anno eiusdem*
1355. MCCCLV. Fratrem habuit Hugonem, sorores verò Catharinam & Philippam Abbatissas D. Georgij Redonensis; hæc autem nobilis familia desijt, extinctis Honore de Mathefelone quæ sponsum Vicecomitem Rupiscauardi, & Ioannâ Guillelmum Archiepiscopum, Baronem de Parthenaico in Pictonibus sortitæ sunt.

MACHECOVL. D'argent à trois cheurons de gueulle.

57. RADVLPHVS DE MACHECOVL filius Gerardi ex vetusta gente de Machecolio, domino de la Benaste, de Bourgneuf en Rais, & insulæ de Bouin, mater illi fuit Vressa Chabot ex lineâ toparcharum de Rais, ex quâ etiam prodijt Gerardus 2. Altenordis Toarcensis maritus; ex Decano Ecclesiæ creatus ab Innocentio anno 4. Pontificatus Antistes Andegauensis 1355. 2 Martij receptus fuit in æde Mauritianâ die 3. Aprilis se-
1358. quentis. Obiit anno 1358 mense Aprili, vt constat ex veteri documento asseruato in archiuis Capituli.

TVRPIN. Losengé d'argent & de gueulle.

58. GVILLELMVS TVRPIN IV. Guidonis Viherarum & de Crisseio domini, petantiquâ & Equestris Ordinis prosapiâ in Andibus ortus erat, quæ per Barones & Comites de Crissè, longâ serie propagata est: ingres-
1359. sum fecit 13. Martij 1359. sub quo synodus prouincialis Andegauensis congregatur Simone Metropolitâ 1365. ad meliorem vitam migrauit penultimâ Ianuarij 1370. ex Calendario Ecclesiæ Andegauensis.

DE DORMANS. D'azur à 3. testes de Leopard d'or lampassees de gueulle.

59. MILO DES DORMANS Guillelmi Franciæ Procancellarij primogenitus, Archiepiscopi Senonensis frater, vix per biennium cathedram tenuit 1371. fuitque ferè semper ab-
1371. sens, translatus ad Baionensem Præsulatum vt notant Acta Consistorialia Vaticani; fuit & Franciæ Sigillorum custos, ac Lutetiæ fundator Collegij Bellouacensis vbi sepelitur 1387.

cuius Ecclesiæ Pontificatum obtinuit vt dicemus.

DE BVEIL. D'azur au croissant d'argent accompagné de six croix d'or recroissetées, au pied long.

60. HARDVINVS DE BVEIL filius Ioannis domini de Bueil, ex quo illustris familia Comitum Sacricæsaris, toparcha de Chasteaux & de Valioyeux, diutius pontificiam sedem impleuit, nimirum per sexaginta sex annos: in Ecclesiâ Psalletam dotauit, cui eius assensu vnita est præbenda, lites aduersùs Capitulum per decessores motas sopiuit, ac multa bona ei contulit, decimas nempe de Vouutay in agro Turonensi, ac terras & prædia vallis de Moliherne in suâ diœcesi, pro fundatione missæ B. Mariæ Sabatho cantandæ, & dynastiam de Gattecuisse, terras autem de Champignè, la Raiace & Chanpuant pretio septem millium librarum Regi Siciliæ, Andegauorum Duci diuendidit codicillis 25. Februarij 1372. Concilium prouin- 1372.
ciale in vrbe sub Amelio Archiepiscopo Turonensi mense Februario congregatum est 1399. fundauit Collegium sui nominis in Academiâ Andeg. quæ sub ipso legibus constituta 1373. destructóq; bis iussu Iolandis Reginæ castello villæ Episcopi, totidem vicibus refecit, castrum Calomnæ à fundamentis erexit, domum de Vallegaudioso in syluâ territorij Andegauensis de Chasteaux construxit, & Episcopium propriis impensis tegi curauit lapide sectili quem ardesiam vocant, vbi & Episcopalis ædis aulam magnam exstruxit. Multis tandem gestis clarus nonagenario major obdormiuit 18. Ianuarij 1438. sepultus in 1438.
Capellâ Ioannis Michaelis. Ex eadem gente Franciscus de Bueil Archiepiscopus Bituricensis.

MICHEL. D'or à trois cloux de sable, & vne estoile d'azur en cœur.

61. IOANNES MICHEL I. Bellouaci natus, Ludouici II. Regis Siciliæ, Andegauensis Ducis, & Iolandis Artagoniæ eius viduæ à Secretis & Epistolis, qui ex Canonico Aquensi in Prouinciâ per permutationem factus 1428. Canonicus Andegauensis, cùm per decennium eximiæ pietatis ac sanctimoniæ specimina edidisset, defuncto Harduino electus Episcopus Andegauensis die 20. Februarij anni 1438. inuitus & latitans ad Pontifica- 1438.
tum euehitur. Interim promotionem eius, suffragijs capitularibus factam Ioanni renunciauit Decanus, quem

tum in Ecclesiâ S. Laudi iuxta altare B. Genouefæ orantem repetit, ipse verò electus Ioannes Michael, vt obseruatur in diario capitulari Ecclesiæ Andegauensis, flentibus admodum oculis in se paulisper reticens, tandem ex humilitate etiam precibus & instantiâ dicti Decani, & aliorum eligentium deuictus dixit: quod licet dubitaret se ad tantum regimen & administrationem minùs sufficientem & idoneum esse, veruntamen nolens diuinæ resistere voluntati, à quâ sperabat electionem huiusmodi processisse, electioni prædictæ consensum præbebat, & præbere se dixit, atque consensit. Confestim ad ædem D. Mauricij deductus, cathedram Episcopalem conscendit, exinde electio illius confirmatur à Vicarijs Philippi Archi-

1438. episcopi Turonensis 21. Martij 1438. porrò in epistolâ Canonicorum Andegauensis Ecclesiæ eo condecoratur elogio. *In ipsum Ioannem Michaelis fratrem nostrum & Concanonicum, Regis & Reginæ Siciliæ Secretarium, & Consiliarium, absentem, virum prouidum, discretum, vitæ sanctitate, morum honestate, litterarúmque scientiâ multifariè commendatum, in sacerdotali ordine, & ætate legitimâ constitutum, & de legitimo matrimonio progenitum, in spiritualibus & temporalibus quamplurimis circumspectum, quasi Spiritus Sancti gratiâ inflammati, seu inspirati, vt firmiter credimus, tanquam in nostrum & dictæ Ecclesiæ futurum Pastorem & Episcopum, nemine contradicente, consensimus, & consensum præbuimus.* Receptus igitur fuit solemniter die 4. Maij sequentis. Interim vt notant regesta Capituli, turbauit Antistitis electionem qui eius suffragijs interfuerat Guillelmus d'Estouteuille Transligerensis Archidiaconus, quem idcirco perpetam vocat Onuphrius Episcopum Andegauensem: is enim 24. Aprilis 1439. per procuratorem exhi-

1439. buit in Capitulo bullam prouisionis de Episcopatu Andegauensi pro dicto Guillelmo, qui biduo post repulsam patitur, & Capitulum prouocat à dictâ Bullâ ad sanctam Synodum. Guillelmus iste receptus fuerat primò Canonicus, tum Archidiaconus 1435. sed turbatus in limine possessionis, 14. Iulij 1438. admissus fuit tanquam pacificus, & 22. Iunij 1442. Ioannes de Laille præbendam obtinuit per eius resignationem, vti & Pregentius Militis ad

A Archidiaconatum Transligerensem 1. Iulij 1445. per resignationem dicti d'Estouteuille Cardinalis S. Martini in Montibus. Præualuit ergo electi sanctitas, ac contra Pragmaticam facta est nominatio. Die autem Martis 12. Septemb. 1447. migrauit ad Dominum Ioannes Michel circa medium noctis, cuius cadauer eadem die, manè Collegiis & Conuentibus vrbis de mandato Capituli Ecclesiæ Andegauensis conuocatis, delatum in eandem basilicam, ibique custoditum vsque ad sequentem diem, quâ traditus est sepulturæ in Capellâ sui nominis, sub lapideo tumulo, clarus & ipse miraculis post mortem editis, quorum acta seruantur in gazophilacio Mauriciano. Reges Franciæ, ac pariter Renatus Rex Siciliæ, & Andegauorum Dux, sæpius egerunt cum summo Pontifice pro illius canonizatione; de hac re sic rescripsit ad Capitulum Andegauense Ioannes Balue Cardinalis Andegauensis per Ioannem Bellanger Cantorem Ecclesiæ, quem ad illum finem Capitulum Romam miserat, Idem quoque, inquit, agemus circa canonizationem bonæ memoriæ Ioannis Michaelis olim Episcopi Andegauensis, cuius merita sunt nobis notissima, datum Romæ 1. Maij 1492. Videndus de illo Guido Papæ decisione 84. Gilbertus Genebrardus, Renatus Chopinus doctissimus Iurisconsultus, Commentario in leges municipales Andium, Antonius Loisel in Historiâ Bellouacensi, & Chronica Andegauensia. Cæterùm die 27. Octobris 1447. Capitulum remisit negotium electionis Episcopi Andegauensis ad Papam, cui expositum Ioannem de Beauuau Canonicum Andegauensem postulari in Episcopum per septem alios Canonicos, vt continetur fusiùs in actis capitularibus.

62. Ioannes de Beavvau II. Abbas Fontisdanielis, & Montismaioris, Arelatensis Archiepiscopatus Administrator, Renati Regis Siciliæ Cancellarius, Bertrandi de Beauuau Baronis de Precigny ex clarâ stirpe in Andibus, tertius natu filius, & Ioannæ de la Tourlandry primæ coniugis. Ad Episcopatum eligitur mortuo Ioanne Michaele 1447. gratiâ & commendatione Caroli VII. Regis, cuius nominationem Canonici Nicolao

Beavvav. Au premier de gueulle au rais d'escarboucle pommeté d'or, qui sont les anciennes armes d'Anjou, au 2. d'argent à 4. lions cantonez de gueulle armez lampassez & couronez d'or brisé d'vne estoille d'azur en cœur qui est Beav-

dey. Au 4. de Mal'chelon. v A v Preci- pay Au 5. de la Tourlan-

v. summo Pont. detulerant; ingressus
est personaliter Ecclesiam suam Domi-
nicâ 26. Septemb. 1451. rixas habuit
1451. posteà cum Capitulo suo, nam an-
no 1465. Capellanum Ecclesiæ Ande-
gauensis puniendum carceri cùm man-
cipasset, Canonici qui ab eius iurisdi-
ctione se exemptos asserebant, ante
Archiepiscopum Turonensem ei litem
mouent, à quo excommunicatur ob
contumaciam, & talis publicatur 13.
1465. Nouemb. 1465. exhibito in Capitulo
suspensionis rescripto, cuius virtute
13. Aprilis 1466. Capitulum confert
præbendas & alia beneficia propter
suspensionem Episcopi sui, quòd &
Paulus Papa II. significauit litteris Ca-
pitulo oblatis 25. Iunij 1467. & 29.
eiusdem mensis Canonici epistolam
accepêre à Rege, quâ monebat Ioan-
nem de Bellaualle priuatum fuisse E-
piscopatu, eadémque die instituti sunt
Officiarij pro exercendâ iurisdictione
spirituali, prout fieri solet sede va-
cante. Iste Episcopus varijs iactatus
temporum procellis, per Baluam Pon-
tificali sede eiectus est, qui iam Ebroi-
censis Episcopus, Andegauensem se-
dem quoque intoleranter ambiendò
concupiuit; cùm enim apud Regem
auctoritate omnia posset, & vir poli-
ticus in hac statione positus contra
Britanniæ Ducem cùm Rege dissiden-
tem faciliùs Ludouici XI. negotijs pro-
desset, aut potiùs suis, Pontificatum
extorbato per falsas criminationes an-
tiquo domino impetrauit: & quidem
summâ ingratitudine; vt enim Ioan-
nes Burdineus refert in Historiâ An-
degauensi, Balua Ioannem de Bellaual-
le dominum habuerat, eiúsque patro-
cinio factus fuerat Vicarius generalis
& Canonicus, exinde ad Ludouici XI.
famulatum admissus, à quo bonis cu-
mulatus est, sed hic, vt qui obscurâ
natus origine, tot beneficiorum à Ioan-
ne de Bellaualle acceptorum imme-
nor, ipsum fraudibus aulicis & ca-
lumnijs apud Regem insimulauit, qua-
si contra ipsum coniurasset, qui hac
in re incautius Baluæ nimiùm credens,
per Paulum II. Pontificem Bellauallen-
sem Episcopatu spoliari curat, & omni-
bus alijs beneficiis, ac Baluam in eius
locum subrogari: mandatum deposi-
1467. tionis profertur 5 Iunij 1467. cuius
» hæc summa. Omnibus per Bernar-
» dum Cardinalem inspectis, præfatum
» Ioannem Episcopum pluribus excom-
municationum sententijs irretitum, & »
nefandis facinoribus publicè diffama- »
tum, rebellem sanctorum Canonum »
& sanctæ sedis authoritati, de quibus »
ad partem, plurium Prælatorum te- »
stimonio extitit, &c. eundem Ioan- »
nem olim Episcopum, excommunica- »
tionis, suspensionis & interdicti, & »
priuationis Ecclesiæ Andegauensis & »
beneficiorum obtentorum, & inhabi- »
litatis ad obtinenda censuras & pœnas »
incurrisse declaramus &c. eundémque »
Ioannem ad motas trahendum in mo- »
nasterio Casæ Dei S. Benedicti Cla- »
romontensis, ad agendum pœniten- »
tiam condemnamus. Sententia signi- »
ficatur iubente Rege Capitulo 25 Iu-
nij, instante autem Baluensi bullâ
pontificiâ in depositi locum suffectus,
quòd Rex se ratam habere declarauit.
Ioannes autem de Bellaualle cùm sa-
tis intelligeret res aulicas sæpius tem-
pore mutari, ad Aquitaniæ Ducem
confugit, cuius se se tutelæ commisit,
nec multò post iste Cardinalis incidit
in foueam quam fecerat Bellauallensi,
nam crimine læsæ maiestatis accusa-
tus, quòd cùm Duce Burgundiæ ho-
ste Regis infensissimo pactum secre-
tum iniisset, iubente Ludouico carceri
mancipatur. Hac occasione vsus est
Ioannes de Bellaualle vt se à calum-
nioso crimine purgaret; interuenien-
te ergo Aquitaniæ Duce diploma à
Rege accepit, quo XI. Octobris 1469. 1469.
restituitur ei vsusfructus dominij Epis-
copalis. Cùm autem 5. Augusti 1471.
alio Ludouici diplomate tentasset
etiam spiritualem iurisdictionem re-
staurari, Capitulum literis ad Regem
datis postulat sententiam à Pontifice
latam in Ioannem anteà rescindi, tum
alijs epistolis petit quid placeat hac in
re fieri Archiepiscopo Turonensi, qui
auctor fuit, nec Ioanni de Bellaualle,
nec eius Vicarijs obediri posse, pro-
pter Pontificis in eum condemnatio-
nem; & quidem hoc in negotio, Tu-
ronensis ex præscripto summi Pont. sic
se gerebat, nam Sixtus IV. ad eum
scripserat, vt Ludouico suaderet absti-
nere se à redintegratione Bellauallen-
sis, & quòd si Vicarij Baluæ Regi
suspecti sunt, alios substituat: ipsi
quoque Regi eodem tempore mittit
epistolam Nonis Decemb. 1471. quâ 1471.
hortatur ne permittat auctoritate suæ
Maiestatis, iusto iudicio Episcopatu
priuatum Bellauallem redintegrare

in ſpiritualibus, tum in temporalibus A
brachio ſæculari. Nihilominus Rex
contra Baluam infenſiſſimus, Adamum Fumeum Libellorum ſupplicum
Magiſtrum Andegauum mittit, vt curet Bellauallem in legitimum Paſtorem excipi; cui Canonici reſponſum
fecêre 30. Ianuarij ſe paratiſſimos Regi obſequi, modò Pontifex conſentiret. Verumtamen Ioannes 2. Aprilis
1472. 1472. Epiſcopalia exercuit, & in Capitulo declarauit ſe à cenſuris Pontificiis ad cautelam abſolutionem conſequutum, quæ tamen non apparuit
niſi quadriennio poſt die 29. Martij
1476. quo bullas protulit obtentas à B
Sixto IV. tum approbationis eorum
omnium quæ ab ipſo poſt latam ſententiam priuationis facta fuerant, tum
reſtitutionis ad Epiſcopatum Andegauenſem, ſiuè potiùs creationis in Epiſcopum Eccleſiæ vniuerſalis cùm
commiſſione adminiſtrandi Andegauenſem, ac etiam abſolutionis à pœnâ ſibi iniunctâ per ſententiam priuationis, quæ quomodo geſta ſint, fusè
narratur in carrophilacijs Capitularibus. Denique Ioannes Bellauallis cùm
vitam multis turbinibus agitatam exegiſſet, ad meliora tranſijt fato fun-
1479. ctus die Veneris 23. Aprilis 1479. in C
baſilicæ ſuæ ſacello Ioannis Michaelis
legitur eius epitaphium. *Hic iacet generoſus vir reuerendus in Chriſto pater & dominus, dominus* IOANNES DE BEAVVAV, *huius inſignis Eccleſiæ quondam Paſtor egregius, omnium ſcientiarum, ac bonarum literarum peritiſſimùs, adeò decorus, vt ſuæ nobilitatis vigorem, ac calidi acumen ingenij etiam facie præferret. Obijt autem anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono, die 23. Aprilis: Cuius anima in pace quieſcat.* De eo mentionem fecêre Ioan- D
nes Burdineus & Hiretius in Hiſt. Andium, Sammarthani fratres gemini in
Hiſt. Genealogicâ domus Bellæuallis.
Defuncto autem Ioanne Epiſcopo, &
Cardinali Andegauenſi Baluâ detento in vinculis, Ludouicus Rex iubet
pluribus literis Andegauenſi Capitulo,
etiam cùm minis ni faceret, eligi in
Antiſtitem AVGERIVM DE BRIE
nobilem Andegauenſem, Ioannis roparchiæ Serrani & Eliſabethæ Malliacæ
Brezeæ filium, Libellorum ſupplicum
Magiſtrum, quæ litteræ acceptæ fuerunt in Capitulo diebus 28. Aprilis.
3. & 19. Maij anni 1479. Id poſtulant
Rector & Vniuerſitas Andegauenſis
28. Iunij, idem efflagitant Maior &
Scabini eadem die, ac tandem 1. Iulij
1479. Augerius Præſul renunciatur.
Verùm electionem confirmare renuit
Turonenſis Metropolita, quemadmodum liquet ex concluſione capitulari
diei 18. Auguſti, quòd diceret non
ceſſare deceſſu Bellauallenſis ſedem
Pontificiam, dum viueret Balua licet
captiuus; tamen nominatione Augerij vt prædictum eſt factâ, & à Rege
probatâ, perſtitit in ſententiâ Archiepiſcopus, ac nominatus Augerius repulſam paſſus, Lugdunum appellationem mittit, vbi dum in diem trahitur expeditio, bullas meruit Adminiſtrationis Augerius die Iduum
Iuniarum eiuſdem anni 1479. demùmque reddito libertati Baluâ, &
pendente inter illum & Briam Senatus
arbitrio, conqueſtus eſt 26. Iulij 1484. 1484.
in Capitulo de electione iſtius Augerij, quam Decanus nomine Capituli,
vi & metu Ludouici XI. Regis factam
fuiſſe declarauit. Interim pax conuenit vtriſque ſub an. Domini 1490.
ceſſitque iuribus ſuis Augerius pro
penſione annuâ 1500. librarum & demiſſione Abbatiæ S. Petri de Latiniaco
quam reſignauit Briæ Balua, vt produnt eius Cardinalis literæ anni 1490.
15. Septemb. Româ ad Capitulum ſcriptæ, quarum exemplaria extant in regiſtris Cathedralis. Obſeruandum verò Abbatiæ Montismaioris, & Arelatenſis Archiepiſcopatus adminiſtratione potitum fuiſſe Ioannem Bellauallenſem, dum honoribus priuatus domi
ſe contineret Ludouicus Cardinalis
Alamandus, quæ beneficia poſſedit
eo titulo per annos fermè quatuor ad
an. ſcilicet 1449. námque in tabulis publicis Montismaioris inſcribitur ſedis
Apoſtolicæ Prothonotarius, ſanctæ
Arelatenſis Eccleſiæ Adminiſtrator, &
Commendatarius perpetuus Montismajoris; temporales Eccleſiæ Arelatenſis & Abbatiæ huius prouentus conduxerat Magiſter Robertus Epiſcopus
Tiberiadenſis, cui vices etiam ſuas in
ſpiritualibus commiſit idem Ioannes,
vt docent litteræ ſcriptæ Andegaui
die 11. Nouemb. 1446.

63. IOANNES BALVE III. Cardinalis ANDEGAVENSIS tituli Sanctæ Suſannæ, Epiſcopus Albanenſis & Præneſtinus, Abbas Fiſcanni & Bec-

BALVE. D'argent au cheuron de ſable, accompagné de trois teſtes de lion

de gueslle 2. & 3. censis, Cancellarius Caroli Normanniæ Ducis, tot & tantis dignitatum titulis ingenij sagacitate potiùs quàm originis nobilitate sibi gradum fecit. Is enim fortunæ instabilis ludus fuit, ab infimo statu ad supremos ferè euectus, inde præceps ruit in carcerem, à quo post ingentes ærumnas liber ad maiora euolauit. A primâ ergo iuuentute Ecclesiæ nomen dedit, & in famulatum Iacobi Iuuenalis des Vrsins Pictauensis Episcopi ascitus, sic illius animum sibi conciliauit astu obsequij, vt negotijs omnibus præpositus, eius arbitrio omnia familiæ suæ negotia transigerentur: denique testamenti executor nominaretur defuncto Episcopo, quam tamen administrationem non ita fideliter impleuit, quin plurima in suum commodum flecteret. Vnde ditior factus, & ad Ioannis de Bellaualle Præsulis Andegauensis nouum famulatum transiens, cùm beneuolentiam captasset, Vicarius generalis ab ipso institutus est: Commendante etiam Carolo de Meleduno Ludouico XI. in primis caro, Quæstor ærarij publici, tum ab intimis secretis regius Scriba deligitur, quo in munere tantâ industriâ versatus est, vt Ludouici animum facilè occuparit, eiúsque gratiâ sibi ad potiora viam parauerit. Clericali igitur professioni addictus & Regis Eleemosynarius, varia subinde sacerdotia impetrauit, nam Canonicus Andegauensis receptus 14. Octobris 1461. præbendam breui eiurauit, aliámque habuit 1. Septemb. an. 1462. missus in possessionem Thesaurariæ 10. Aprilis 1464. notántq. acta Capituli illum tum fuisse Senatorem in Curiâ Parlamenti, hanc verò dignitatem anno sequenti cùm electus fuisset Ebroicensis, abdicauit in fauorem Goffridi Siroy, qui admissus fuit 10. Iulij 1465. posteà Fiscanni opulenti in Neustriâ cœnobij Abbas Commendatarius, ad sedem Ebroicensem pro-

1465. mouetur 1465. cuius possessione nomine procuratoris acceptâ, Parisijs anno eodem 4. Aug. consecratur Antistes. Interim Ludouici fauore pollens ab eo Lutetiam mittitur, vt Parisienses Regis obsequio contineret, inter varios belli æstus quibus Francia vexabatur, & aliarum vrbium defectiones, Galliæ Principibus cùm Burgundo in Ludouicum coniurantibus. Ille ergo tum nuperrimè Ebroicensis Episcopus factus,

A militis & Ducis potiùs quàm Antistitis munia obiens, indutus tamen Sacerdotali veste, ac mulæ insidens, armatas Parisiensium cohortes extra vrbem sub vexillis recensebat, cùm teste Gaguino Comes Danmartini insignis bellator, eum argutè irridens, petijt à Rege delegationem vt proficisceretur Ebroicas ad examen faciendum ordinandorum sacerdotum, quandoquidē ipse, quod erat sui muneris, milites ad bellum exercebat. Cùm eius ambitioni supremis honoribus regijque ministerij dispensatione non esset factum satis, quâ ratione adductus, nescitur, Andegauensem sedem imporenter etiam ambiuit: certum

B enim ex fide historiæ summâ animi ingratitudine fraudibus eius & maleuolâ conspiratione Ioannem de Bellaualle in crimen adductum, tum apud Regem, apud quem proditionis reus accusatur, tum apud Roman. Pontificem Paulum II. cui factione suâ imposuit ea crimina Bellauallensi, ob quæ ab eodem Pontifice Iunij 5. 1467. in ipsum sententia damnationis pronunciatur, vt superiùs dictum est, quâ per eius priuationem Balua Regis commendatione, ab Ecclesiâ Ebroicensi

C ad Andegauensem eo modo vacantem traducitur; nec mora id Capitulo significatur 27. Iunij; quæ tanta diligentia in exequendo Pontificis rescripto Baluæ in Bellauallem sæuissimum animum demonstrat; vt tamen vir subdolus fucum faceret tantum, XI. Februarij 1467. possessionem adipiscitur, prolatis à Pontifice & Rege commendatitiis epistolis, vt pacificam administrationem obtineret. Ita se gessit vir ingratissimus cùm benefactore suo Ioanne, nec minus perfidè cùm Meledunensi egit; nam eo auctore, vt ferunt, à Rege ad mortem fuit damnatus. Interim quoque astutior ipso 1467.

D Rege, cùm agitata esset quæstio de reuocatione Pragmaticæ Sanctionis quam Pontifex plurimùm metuebat, siue ipse Balua ex intentione hunc lapidem mouisset, siue aliunde, ita egit cùm Pontifice vt purpureum galerum obtineret, suadendo Regi Ludouico vt ab hoc proposito desisteret; ipso ergo requirente Rege admittitur à Paulo 2. tituli S. Susannæ 18. Septemb. 1467. Cardinalis, non multò postquam Episcopatum Andegauensem est adeptus. Hoc in dignita-

tum apice constitutus, inde quasi ex- A cutiens, pr ceps ruere cœpit; nam cùm Regi auctor fuisset, vt Peronam Burgundiæ Ducem conueniret pro fœdere pacis ineundo, paucis comitatus, Carolus Dux numero fortior, Regem vi adegit vt iniquas pacis conditiones subiret. Quare infensissimus Cardinali Ludouicus cùm id arte ipsius factum suspicaretur, ipsum à se ablegauit, nec eo ampliùs vti sustinuit: his in angustiis cùm Carolo Duce Aquitaniæ Regis fratre societatem iniit, cui adiunxit Episcopum Virdunensem Guillelmum de Haraucourt. Cùm autem etiam Burgundum Ducem in partem vocarent, & per legatos cùm Britone fuissent collocuti, id resciens Ludo- B uicus per interceptum nuncium qui comprehensus fuerat, obstupefactus ingratâ animi molitione, & machinatione, Cardinalem acciri iubet & Episcopum, ac exprobratâ eorum perfidiâ, summaque animi obliuione beneficiorum acceptorum, eos carceri inclusit, iniectis Episcopo catenis, qui detentus est per totos quatuordecim annos, in ferreâ quadam caueâ altitudinis staturæ humanæ, quam referente Comminio l. 6. c. 12. adinuenerat: Cardinalis propter dignitatem apud Montembasonem in Turonibus custodiæ traditur. Commissi autem à Re- C ge iudices Petrus Auriola Ærarij Præfectus, & Tanneguidus du Chastel nobilis Armoricus, aliique causas machinationis Cardinalis retulerunt, hoc est erga Regem perfidiam, imminutæ dignitatis dolorem, & plura capita quæ fusiùs historia Ludouici describit. Quibus intellectis Rex bona Baluæ fisco damnauit, uasa argentea eius commodo cessêre, peristromata obtinuit dominus Castellensis, bibliothecam Auriola, dynasta Crussolij cæteram supellectilem magni pretij, quemadmo- D dum constat ex Inuentario quod in Camerâ Computorum Parisiis asseruatur, à nobis perlustrato. Continuò Ludouicus mittit Romam vt Pontifici Cardinalis detentionem nunciaret, & probatam faceret, Ioannem verò de Bellaualle suæ Ecclesiæ restitui permitteret. At Pontifex Max. Regem summoperè hortatur epistolâ data No-
1471. nis Decemb. 1471. quòd & si more hominum excesserit Balua, & non eandem apud Regis Majestatem obtineat gratiam, non est tamen quod Bellauallensis pristinam sedem recuperet, & rogat, vt hac de re ausculter Archiepiscopum Turonensem ad quem scripserat. Verùm cùm Ludouicus Baluam captiuum custodite, & propterea Bellamuallem Ecclesiæ suæ restituere abstinetet, Pontifex post multas in sacro Consistorio disceptationes, delegatos misit in Gallias, qui de Cardinalis causâ iudicarent, nempe Alphonsum Ciuitensis Ecclesiæ in Hispaniâ Præsulem, Nicolaum Vbaldum Rotæ Auditorem, Tuscanellam, & alios, quam rem prolixiùs expressit Cardinalis Papiensis, suis in Commentariis, qui optimè nouit Baluam. Sed cùm eo tempore belli tempestas desæuiret, Rex lentiùs iudicium procedere voluit, vnde miserimus ille Cardinalis per annos plures teterrimi carceris calamitatem sanè ignominiosam pertulit: tandem cùm Iulianus de Ruuere Sixti IV. Legatus in Gallias venisset, ipso orante captiuus exire permissus est circa an. 1484. Constat enim ex actis Capituli 29. Maij 1484. quod paulò ante Balua solutus erat à carcere. Defuncto Ludouico ipse qui nuper fortunæ ludibrium fuerat, clarior suis cladibus in Galliam Legatus à Pontifice demandatur anno 1484. 1484.
ueruntamen Ioannes de Nanterre tunc Regius in Parlamento Parisiensi Cognitor, huius legationis diplomati Pontificio sese opposuit, nec minùs Andegauum profectus, Episcopatus vsufructum adipiscitur, solemni pompâ ibi exceptus die Dominicâ 25. Iulij, Legati summi Pontificis titulo cohonestatur, vti expresè habet excerptum tabularii Ecclesiæ Andegauensis, quod adscribere consentaneum videtur. *IN NOMINE Dei anno* MCCCCLXXXIV. *25. Iulij Reuerend. Ioannes Episcopus Albanensis Sanctæ Eccl. Card. & Episcopus Andegauensis; cùm pompis solemnibus & ceremoniis personaliter in dictâ Ecclesiâ receptus fuisset, iuramentáque in talibus præstari solita iuxta laudabilem obseruantiam eiusdem Ecclesiæ Andegauensis solemniter præstitisset. Adueniente die Lunæ* XXV. *eiusdem mensis, venerabilibus dominis Ioanne de la Vignole Decano &c. & Canonicis præbendatis in Capitulo, vt moris est, congregatis, præfatus R. in Capitulum intrauit qui ibi per temporis spatium existens, eósque amicabilibus verbis & fraternis alloquens, conquestus est apud eosdem dominos de quadam electione per eos factâ ad Ecclesiam Andegauensem de personâ*

sonâ Domini Augerij de Briâ per obitum Ioannis de Bellaualle, & in præiudicium eiusdem reuerendi, electionemque ipsius multis rationibus non esse canonicam arguendo. Vnde eidem Cardinali Andegauensi responderunt, non eorum liberâ voluntate ad electionem processisse, quin imò ducti impressionibus domini Regis Ludouici defuncti, & metuendissimi ad hoc compulsente, de huiusque electione vi & metu & impressionibus præfatis factâ & de nullitate electionis eiusdem domini R. dixerunt & asseruerunt se & præfatum Ioannem de la Vignole Decanum tam suo nomine quàm Capituli & Notario & testibus protestatum fuisse, insuper declarando quod electionem huiusmodi pro causis prædictis reuocabant, prout reuocarunt. Ad hæc inter reuocationibus aliàs per ipsos factis, demptis tamen prædictis Ioanne de Bellaualle & Mathurino Leuand, qui de Bellaualle asseruit se in dictâ electione minimè præsentem fuisse, & de quibus præmissis R. Card. Andegauensis petyt à Brisgaudo Laillier Capituli Notario fieri instrumentum. Acta fuerunt in dicto Capitulo die, mense, & anno prædictis, præsentibus, &c. In Italiam reuersus creatur Episcopus Cardinalis Albanus, ad Prænestinum translatus 1491. 13. Martij, tum Piceni Legatus, & Protector Militum S. Ioannis Hierosolymitani; denique ætate iam prouectior Anconæ finem imposuit vitæ varijs fortunæ
1491. casibus agitatæ an. 1491. mense Octobri, cuius mors Andegauensi Capitulo declaratur 15. eiusdem mensis; defunctum corpus sepulturæ traditur Romæ apud templum S. Praxedis cum hâc epigraphe. *DEO OPT. MAX. IOANNI ANDEGAVENSI, Episcopo Albanensi: hic heros prosperâ, & aduersâ variâ vsus fortunâ, in Piceno sub Innocentio* VIII. *Legatum agens septuagenarius gloriosè obijt, instabilitatis humanæ exemplum memorabile. Antonius Episcopus veteris amicitiæ memor posuit.* De eo scriptis suis mentionem fecêre Cardinal. Papiensis, Philippus Cominius, Rob. Gaguinus, Supplementum Monstreleti, Paulus Emilius, Spondanus in Annalibus, Ciaconius, Vghellus tom. 1. Italiæ sacræ, Frizonus, & Auberius in Historiâ Cardinalium, quam nuper disertè scripsit, acta vitæ huius fusè narrauit.

RELY. D'or à trois cheurons d'azur.

64. IOANNES DE RELY IV. Attrebatensis, Balduini de Rely & Ioannæ de Brioys filius, Francisci Balduini celeberrimi Iurisconsulti auunculus maior, ac Doctor Theologus Facultatis Parisiensis, Decanus S. Martini Turonensis, Carolo 8. Regi à Confessionibus & Concionibus, petente sæpius Rege per litteras, per nuncios, per Cancellarium, per Episcopum Albiensem, tametsi Augerius de Brie à Capitulo, Cardinalis autem Carretanus per obitum Baluæ in ditione Pontificiâ per Papam destinaretur, Caroli præualente iussu electus est Episcopus Andegauensis die 1. Decemb. 1491. eius procurator missus est in possessionem 1491.
die 4. Ianuarij, sed ipse ingressum solemnem distulit in diem Dominicam 14. Octobris 1492. Iste Antistes coram Carolo 8. in Comitijs regni Turonensibus nomine trium Ordinum Franciæ 1483. ante adeptum Episcopatum perorauerat, ac eumdem Regem ad expeditionem Neapolitanam comitatus, cùm Lugduni ageret, benedixit primarium lapidem Conuentus Obseruantiæ 25. Martij 1494. necnon superiori anno die Ianuarij 11. Catharinam de Laual Roncerei Abbatissam, & Ecclesiam S. Crucis de Viridario 1494. Profectus ergo in Italiam, & sæpius negotiorum tractandorum 1494.
causâ ad Pontificem Alexandrum VI. destinatus, summam laudis gratiam retulit. Interim fatis functo Carolo, eius in funere apud templum Sandionysianum anno 1498. funebri sermone parentauit. Gregi inuigilans, Synodis, visitationibus, verbóque Dei 1498.
prædicando intentus moritur Salmuri ad Ligerim ex apoplexiâ 27. Martij 1498. elatum corpus Andegaui sepelitur in Cathedralis capellâ Antistitum, insculpto hoc epitaphio. *IOANNES DE RELY Attrebatensis, nobilis genere, nobilior totius vitæ sanctimoniâ, philosophorum, Theologorúmque ætatis meæ longè primus, cum concionandi admiratione in me omnes conuertissem, conspirante Regij sanguinis procerum mente, pubescenti Carolo Regi* VIII. *Confessor lectus, Decanus Diui Martini, mox Episcopus Andegauensis creatus sanctissimi Regis pectus effeci vitijs curialibus impenetrabile, in pauperes, Ecclesiasque liberalissimus, mihi parens immemor senectutis, memor Christi ardenter gregi meo euangeliso, morbo correptus obdormio anno Domini 1498. Martij 27.* Hunc ei tumulum curauit Ve-

dastus Brioys eius nepos S. Martini Turonensis Decanus, Archidiaconus Transligerensis & Canonicus in Ecclesiâ Andegauensi. Philippus Cominius in Historiâ lib. 8. c. 18. mentionem facit Ioannis de Rely Regi à Confessionibus quem magni nominis Præsulem indigitat, aitque interfuisse Ambasiæ dum Rex Carolus Octauus animam reddidit; memoratur & à Ioanne Sangelasio in Ludouico XII. Supplemento Monstreleti, & à Iacobo Fabro Stapulensi Doctore Sorbonico eruditissimo viro, cùm ei dicat Commentarios in Moralem Aristotelis, & Ioannes Franciscus Picus Princeps Mirandulanus scribit ad eum epistol. 9. lib. 3. Edidit verò sermonem panegyricum ad Carolum VIII. Regem, & orationem in Comitiis Turonensibus cùm actis rerum, Lutetiæ typis mandatam.

ROHAN. De gueulles à neuf macle d'or posees en pal. 3. 3. 3.

65. FRANCISCVS DE ROHAN Petro de Rohano domino de Giè, Franciæ Marescallo, & Franciscâ de Penhoet parentibus, illustrissimâ totius Armoricæ æquè ac vetustissimâ prosapiâ de Rohano exortus, Abbas S. Albini, & Diui Medardi Suessionensis; post excessum Ioannis de Rely, produnt acta Capitularia die 1.
1499. Aprilis 1499. lectas fuisse in Capitulo Regis litteras, quibus petit eumdem Franciscum licet iuuenem circiter 19. annorum in Episcopum Andegauensem promoueri; quapropter 24. Maij sequentis Canonicorum definitione Capitulum commisit electionem summo Pontifici, ob ætatis defectum: tum verò die 19. Iunij 1499. exhibitæ sunt in Capitulo Bullæ prouisionis Episcopatus Andegauensis ab Alexandro VI. pro eodem Francisco, qui illius Sedis Administrator designatus vsque ad vigesimum quintum ætatis annum, exinde factus est Episcopus Andegauensis. Renunciatur postea Lugdunensis Metropolita 1501. ac distulit ingressum solemnem Andegaui vsque ad diem Dominicam 7. Sep-
1505. temb. anni 1505. cùm superiori anno die 15. Iunij consecratus fuisset in Ecclesiâ Sanctæ Crucis castri gentilitij du Verger in Andibus, vbi visitur eius effigies ad viuum expressa. Die 9. Martij 1524. per Curiæ senatusconsultum ordinatum est, quòd Episcopus Andegauensis nominabit vnum aut duos Vicarios pro exercendâ iurisdictione, quódque concedet litteras ad deseruiendum in Ecclesijs parochialibus habituatis Eccl. Andegau. mediante summâ sex assium & trium denariorum, Vicariósque prædictos præsentatos recipiet, nisi in promptu constet ipsi de eorum incapacitate; prohibitum insuper fuit ei quidquam accipere pro collationibus & ordinibus; tenebitúrque vocare duos viros probos & notabiles cùm suo secretario in conficiendis collationibus, de quibus fiet registrum. Prætereà excepit Franciscus 1527. mense Augusto, 1527.
nomine Francisci I. Regis Cardinalem Eboracensem Henrici 8. Regis Angliæ Legatum, ac Suffraganeo vsus est in spiritualibus Andegaui MDIII. Ioanne Prestoris Episcopo Sidoniensi. Sublatus è viuis anno 1536. Lugduni, vbi tumulo reconditus in basilicâ maiore.

OLIVIER. D'azur à six besans d'or, 3. 2. 1. au chef d'argent chargé d'un lyon naissant de sable armé & lampassé de gueulle.

65. IOANNES OLIVIER V. Iacobi domini de Leuuille, Senatus Parisiensis Principis frater; patruus Antonij Episcopi Lombariensis, ac Francisci Oliuarij Franciæ Cancellarij. Monachus primò Benedictinus S. Dionysij in Franciâ, tum maior Abbatiæ Eleemosynarius & Vicarius Generalis, Abbas & Sanctorum Medardi, Crispini Maioris, & Crispini Minoris Suessionensis, postulatur Archimandrita eiusdem B. Dionysij inter Regulares vltimus, at cessit Rege volente, primo Abbate Commendatario designato Ludouico Cardinali Borbonio: pro Abbatiâ autem S. Medardi quam resignauit Francisco de Rohan, permutationis causâ hunc Episcopatum obtinuit; & exhibitis bullis prouisionis in Capitulo die 10. Septembris receptus fuit solemniter Dominicâ 10. Nouemb. 1532. Funda- 1532.
menta celebris basilicæ B. Virginis Ardilliensis Salmurij eo Antistite iacta sunt die 1. Augusti 1534. ex voto & communi ære Magistr. populiq; Salmur. inde consecratur Ecclesia à Gabriele Bouuery 30. Iulij 1553. Hisce verò carminibus eum laudat Nicolaus Borbonius Vandoperanus celebris pœta lib 6. carm. 16.

Est aliquid in te præstantius omnibus vnum,
Nempe animus verâ religione pius.
Doctrinam taceo, quam summam & Præsule dignam,
Inter Pontifices temporis huius habes.

Lusit heroico poëmate Pandoram & epitaphium Ludouici 12. extátq; Ode ad Salmonium Macrinum; Chronica Francisci 1. Regis ipsum exarasse auctor est Doubletus in Historiâ Sandionysianâ. Mortalitatem expleuit die
1540. 12. Aprilis 1540. Pontifex, inquit Scæuola Sanmarthanus in elogio Francisci Oliuarij Cancellarij, " omni liberali doctrinâ politissimus, idémque " magni nominis poëta, cuius effigies " cum latino epitaphio quod argutè & " eleganter sibi fecit, apud Andes in " æde Mauricianâ conspicitur in Capellâ " nempe Ioannis Michaëlis. Ex multis epitaphijs, tumulo quem viuens sibi curauit apponi, affixa est marmori sub statuâ huiusmodi inscriptio:

IANVS OLIVERIVS iaceo hîc sub marmore duro,
Istius ædis eram Præsul & immeritus.
Peccaui fateor! quis enim offendisse negauit?
At venia in Christo spes mihi firma fuit,
Qui nostrum gratis aspersit morte reatum,
Et nos non nostris iustificat meritis.

Incisa tabellæ cupreæ, in quâ Oliuariæ generis stemmata spectantur, hæc epigraphe: *Reuerendiss. Domini Patris IOANNIS OLIVARII Andium Pontificis epitaphium, quod ipse de seipso ante mortem conscripsit.*

Inquiris hospes quis siem, non sum amplius,
Quid agam? putresco & vermium greges alo,
Qui fuerim? ineptus IANVS OLIVARIVS,
Peccator vnus omnium præmaximus
Vnde? vrbe natus nobili Lutetiâ.
Quo functus olim munere in Republicâ?
Primùm Archiabbas, Andium post Pontifex.
Quæ otia? Sacratas paginas euoluere
Quid hîc in vrnâ superat? ossua & cinis.
At quo animus? hospes contine, scire hoc nefas.
Arcana Diuûm non decet scrutarier
Neu quid negotij sit Ioui cum manibus,
Satis supérque nosse erit fidelium
Post fata mentes non mori, at quiescere
Donec resurgant in priori corpore
Augustiore quàm antea fœliciùs
Victuræ in æuum cum beatis omnibus.
Iam nosti abundè qui fuerim, at altissimus.

A *Quando in tenebris nequeo nunc te agnoscere*
Saltem hospes vnum hoc tete vt agnoscas rogo,
Oréque veram mortuis pacem omnibus.

66. GABRIEL BOVVERY Andinus, S. Nicolai in vrbe & B. Cypriani Pictauiensis Abbas, Guillelmi Poyeti Franciæ Cancellarij ex sorore nepos, frater Nicolai Libellorum Supplicum in Regiâ Magistri; assumptus fuit ad suæ patriæ Episcopatum fauore auunculi, & beneficio Francisci 1. recipitur per procuratorem 15. Iunij 1540. & ingressum solemnem celebrauit Do-
B minicâ mense Iunio 1542. die 19. Aprilis 1545. viuere desijt Ioannes de Bourdignè Iurium Doctor & Canonicus Andegauensis, qui edidit Annales Andium; Ioannes Bodinus & ipse Andegauensis vir doctus Gabrieli dicauit 1555. Appiani de Venatione libros 4. quos è Græco Latinè interpretatus erat. At die 6. Aprilis 1562. Nouatores inuadunt & occupant Ecclesiam Andegauensem vsque ad 19. eiusdem mensis, interim Canonici celebrant Officium diuinum in templo Dominicanorum. Porrò interfuit Sy-
C nodo Tridentinæ, etenim die 14. Septemb. 1562. idem Episcopus, vt notant registra Capitularia, ad Concilium profecturus Canonicis suam diœcesim commendauit. Hic verò edocendæ plebi regulam scripsit, & directionem parochorum; Gallicè quoque transtulit B. Gregorij librum de officio boni Pastoris. Morte corripitur 10. Februarij 1572. Tumuli inscriptio breuis cum effigie visitur in Capellâ Ioannis Michaëlis in basilicâ S. Mauricij. *GABRIEL BOVVERY cùm in Pontificali dignitate vixisset annos 32. obijt*
D *anno Domini 1572. ætatis 66.*

BOVVERY. Ecartelé au 1. & 4. d'argent à trois bandes de sable: Au 2. & 3. d'azur à trois colomnes d'or qui est Poyet.

1542.

1572.

Hospes quid sit vides,
Quid fuerit cognosti,
Quid futurus sis ipse cogita.

67. GVILLELMVS RVZE' V. Parisiensis, Carolo IX. & Henrico 3. à Confessionibus & Eleemosynis, Theologus Parisiensis è Regiâ domo Nauarrâ, Guillelmi Ruzæi domini Belliloci ex Mariâ Testu, filius, germanus autem Martini Ruzæi dynastæ de Belliloco, de Chilly, & de Longiumeau propè Lutetiam, sacri Consistorij Consiliarij, & primi Quatuot-

RVZE'. De gueulle au cheuron ondé d'argent & d'azur, accompagné de trois Lionceaux d'or, deux en chef & vn en pointe.

A uiri Regijs Epistolis ac diplomatibus perscribendis. Ordinatus fuit Episcopus à Nicolao Fumæo Bellouacensi Episcopo & Comite die Dominicâ festo S. Bartholomæi, Parisijs in Capellâ S. Mariæ Ægyptiacæ 24. Au-
1572. gusti 1572. admissus per procuratorem 29. Augusti eiusdem anni, personaliter autem exceptus 22. Septembris; verè pius pastor, mansuetus, quique vixit cùm Capitulo non vt dominus, sed vt frater, & Concanonicus. Eodem anno 1572. adfuit Comitijs Cleri Gallicani Blesensibus, & Synodus prouincialis Turonis cele-
1583. brari cœpta an. salut. 1583. post actiones aliquot translata Andegaui, rursúmque perfecta est Turonis sub Archiepiscopo Simone de Maillé, ac probata summi Pontificis decreto. Commonitorium Vincentij Lirinensis Gallico sermone donauit, & typis edidit. Hunc Scæuola Sammarthanus piorum Canticorum lucubrationes dicans an-
1587. no 1587. meritò his laudibus cohonestauit.

Cui donem potiùs sacras, Ruzæe, Camœnas,
Quàm tibi, sacrorum, Pieridúmque decus?
Nec mea quòd paucis niteant variata figuris
Carmina, & externâ sermo sit arte carens.
Crediderim idcircò minùs ista futura legenti
Grata tibi, istorum si modo lector eris.

Fato functus est Guillelmus die 28.
1587. Septembris 1587. Sepelitur in Ecclesiâ S. Pauli Lutetiæ apud monumentum gentilitium: at cor eius defertur ad Ecclesiam Andegauensem, quam summè dilexerat.

MIRON. De gueulles à vn miroir rond, garny à lantique en pointes perlées d'argent.

68. CAROLVS MIRON Aureæuallis Abbas, Comes Consistorianus, Marci Mironi domini de Lermitage, Archiatri Regis Henrici 3. ex Mariâ Gentian filius, spectatæ virtutis adolescens, ac scientiâ sacrarum litterarum egregiè imbutus, nominatur ad Ecclesiam Andegauensem natus octodecim annis, inde Clerus ac Capitulum Andegauense prouocat tanquam de abusu ab impetratione bullarum die 18.
1588. Nouembris 1588. & interim vrbem suam solemni inaugurationis pompâ ingressus 25. Aprilis 1589. mense Iu-

nio eiusdem anni Capitulum renunciauit dictæ appellationi. Egregij concionatoris suâ ætate partes impleuit, & magnâ eloquentiâ vir, ait Thuanus, funebri oratione laudauit Henricum Magnum in æde S. Dionysii, interfuitque Comitijs Parisiensibus regni an. 1615. mense Maio 1616. priuilegiorum 1616.
Ecclesiæ suæ propugnator egregius, ob graues cùm Capitulo lites in controuersiâ exemptionis à iurisdictione Pontificiâ, dimisit Episcopatum causâ permutationis cum Guillelmo Fouqueto.

FOVQVET. De gueulle à vn lecurier passant d'argét, au collier d'azur semé de fleurs de lis d'or.

B 69. GVILLELMVS FOVQVET VI. Abbas Athanatensis, S. Benedicti Floriacensis ad Ligerim, D. Nicolai Andegauensis, B. Lupi Trecensis, & Prior de Aquariâ, patre natus Guillelmo Fouqueto domino de la Varenne, Torquati Ordinis S. Michaelis Equite, vrbis & castri Andegauensis Præfecto. Iste à teneris Ecclesiam auspicatus, prærogatiuam natalium iure sibi debitam cessit fratri S. Susannæ Marchioni; ac primò quidem Senator Parisiensis, dein Libellorum Supplicum in Regiâ Magister, ad Episcopatum Andegauensem sublectus est re-
C signatione spontaneâ Caroli Miron, tanquam Antistes basilicam Mauricianam ingressus die 10. Nouemb. 1616. 1616.
Anno sequenti S. Vrsulæ Moniales Andegaui excipiuntur, Benedictinæ de Caluariâ, & Oratorij Dom. Iesu Sacerdotes 1619. qui à Rege Ludouico 13. Ecclesiâ B. Virginis Ardiliensis donati, vndique confluentium populorum pietate illustri, die 29. Martii eiusdē anni per Leonorium d'Estampes posteà Remensem Archiepiscopum, adipiscuntur possessionem Guillelmi Episcopi Andegauensis mandato, qui Ecclesiam sibi creditam summâ solli-
D citudine administrauit, dum collapsam diœcesim restituit visitationibus eam assiduè lustrando, saluberrimis editis constitutionibus, & Ecclesiasticis regulis, quæ disciplinam Episcopalem, & antiquæ probitatis pastorem spectare viderentur; virginum cœnobiis septem religiosè institutis, aut ad meliorem normam reductis, in ipso ætatis flore Ecclesiam suam ex asse faciens heredem, cuius procuratione, facto funere ad introitum chori sub crucis titulo, ex codicillis vltimæ voluntatis reliquiæ sunt compositæ. Ad meliorem vitam migrauit Guillelmus Andegaui Do-

1621. minicâ 10. Ianuarij 1621. exactis ætatis annis 35. mensibus 11. diebus 15. absque epitaphio humatur in ingressu chori Ecclesiæ S. Mauricij.

MIRON. 70. CAROLVS MIRON nominatus est iterum ad Episcopatum mortuo decessore, non per regressum, sed per nouam Regis nominationem & Pontificis institutionem, quod significauit litteris acceptis in Capitulo die 22. Ianuarij 1621. quibus se fore pacificum pollicitus est: eius ingressus notatur ad diem 23. Aprilis 1622. [1622.] anno insequenti interest Comitijs Cleri Parisiensibus, & die 1. Maij Oratorij Presbyteri ab eo fundantur Andegaui, tum posteà 1624 Collegium eorum administrationi cõmittitur, quo titulo gaudent priuilegijs Vniuersitatis. 19. Ianuarij 1626. Carmelitæ moniales Discalceatæ, procurante Mariâ Mediceâ Regina admittuntur, fundatrice Mariâ Mironiâ Comitissâ Carauacensi, Caroli nostri cõsanguineâ, qui translatus est ad Archiepiscopatum Lugdunensem 2. Decembris 1626. cessit Andegauensi

1627. Præsulatu mense Februario an. 1627. & Lugduni morte sublatus est 6. Augusti 1628. vt diximus tomo Archiepiscoporum.

RVEIL. D'or à trois Aigles eployées de gueulle au franc quartier d'azur, chargé d'vn lion d'or.

71. CLAVDIVS DE RVEIL Guillelmi Ruzæi antecessoris consobrinus, patre Monetalis Curiæ Parisijs Præside, matre autem genitus, filiâ Aymonis Boucherati supremi Senatus Fisci patroni, qui vxorem duxerat Mariam Ruzæam Guillelmi Præsulis sororem. Hac igitur cognationis accessione, & plurimis animi dotibus instructus, ad primos Ecclesiæ honores aditum sibi aperuit, prosperóq; cursu ad Episcopalem gradum ascendit. Fuerat Canonicus Carnotensis, inde Cleri Gallicani Syndicus, Regum Henrici 4. & Ludouici 13. Eleemosynarius, ac Cõcionator, posteà Archidiaconus maior Turonensis, postremò ad Episcopatum Baionensem nominatus inauguratur à Francisco Cardinali Rupifucaldio, adstantibus Antonio de la Rochefoucaud Episcopo Engolismensi, & Iacobo Camus de Pontcarrè Sagiensi 1622. mense Ianuario in maiori sacello S. Genouefæ: Comitijs Cleri 1625. & Conuentui Notabilium Parisiensi interest 1626. demum à Præsulatu Bajonensi ad hunc Andegauensem translatus,

1628. inijt possessionem 6. Iulij 1628. Eo sedente Andegaui admittuntur Benedictinæ moniales, dictæ B. Mariæ de Bono Consilio, nec non S. Catharinæ, Visitationis quoque, arctioris regulæ Religiosi Benedictini apud Abbatias Sanctorum Sergij, Florentii, & Burgulij instituuntur, Capucini Flexiæ, & ex Ordine Fontebraldensi domus, in Castroguntherio Vrsulinæ. Tandem postquam quietissimè cum Capitulo suo vixisset, naturæ debitum soluit Andegaui 20. Ianuarij 1649. mor- 1649.
tuum luxit diœcesis tota, veluti carissimo Præsule orbata, ac post funeris pompam, supremo sodalitatis Mauricianæ officio tumulatur. Canonici huius Antistitis beneficiorum memores, illi sumptuosum cœnotaphium in Capellâ Episcoporum Ioannis Michaelis erexêre, cui hæc incisa elogia, sub eiusdem effigie in imo tumuli legitur: *CLAVDIVS DE RVEIL Episcop. And. omnia omnibus, orate pro eo.* Ad latus dextrum versùs Episcopale palatium perspicitur imago cum eâ epigraphe: *Guillelmus Ruzé Episc. And. carus omnibus, orate pro eo.* ad latus sinistrum prostat hæc inscriptio. *Martinus Ruzé à Secretioribus Consilijs Consiliarius, Regiorum mandatorum Secretarius, necnon Ordinum supremus Quæstor magnus, in regno Regi fidelis, orate pro eo.* Infrà tres tabellas hic visitur titulus. *Morare viator, & mirare, hoc in sepulchro expertem sepulchri memoriam Reuerendissimi Dom. CLAVDII DE RVEIL Episcopi Andium, anno* MDCXLIX. *Ianuarij* XX. *ætat.* LXXIV. *vixit qui mori non debuit, nisi vt immortalis viueret, vnius in lucro iacturam omnium luge, si Andegauus es, luge.* E regione dextrâ Episcopalis domus tabulæ marmoreæ insculpta hæc verba:

PIIS MANIBVS

Pontificis sui Capitulum Ecclesiæ Andegauensis, hoc grati animi monumentum posuit. Sta viator, vbi stetit illustrissimus Præsul CLAVDIVS DE RVEIL, communem vitæ terminum adeptus, haud communi viâ Lutetiæ Parisiorum natus, ac primis annis orbatus vtróque parente, in Andegauensi Academiâ enutritus, in Carnotensi Ecclesiâ Canonicatum, in Turonensi Archidiaconatum gessit. Henrici IV. *post Eleemosynarius, à Ludouico demum Tertio decimo Baionæ creatus Antistes. Aulam regiam sine illecebrâ & morâ deseruit, omnium illecebram & moram Baionâ euocatus Andegauum, suæ mansue-*

tudinis & prudentiæ fructum, publicam Ecclesiæ postliminio restituit annos iam plures exulem. Guillelmo Rusæo alteri auunculo, factus in pontificatu ex interuallo successor eius, hic recondi voluit, vt cui Episcopali solio diuinâ sorte iunctus fuerat, eidem & tumulo iure propinquitatis sociaretur: alteri Martino Rusæo, longâ regni administratione & publicis consiliis claro, sacratâ in imagine memoriâ, vicem beneficiorum gratus nepos reddidit, dum rebus sacris, & ouium saluti pastor inuigilat, Ecclesiæ suæ iura magno animo vindicauit, ædes deciduas instaurauit, ac splendidiùs instruxit: domesticâ quiete diues, basilicam hanc sacrâ supellectile & veste ornatam, ne quid Deo non redderet, etiam testamento de asse heredem reliquit. Fato functus est anno ætatis septuagesimo quarto, salutis humanæ circiter MDCXLIX.
1649. *Ianuarii die vigesimâ, tot beneficiis perpetuam fraternæ caritatis memoriam promeritus, preces pro pace animæ à te quisquis hæc legis postulat, requiescat in pace.*
Ad latus sinistrum marmori inscriptum his verbis infra subiectis spectatur aliud epitaphium.

Continuus ibat Præsulis sancti labor,
Nullam quietis pro grege alternans vicem,
Deus quietem, pacis auctori dedit,
Sibique habere voluit, vt dederat gregi
Præsagus ergò lucis extremæ, Deum
Mente haurit auidâ, captat extremam domum,
Vicinus astris, patriam qualis subit
Redux, ouátque, talis extremo migrat
Oliuo iunctus, & sacro pastus cibo,
Moritúrque penus, vixit vt plenus Deo
Et totus vni, cuius est, animus redit,
Suo Senatu coram, & in cœtu sacro,
Natorum vt ægros inter amplexus parens
Lacrymásque, gaudens vnus, impertit suis
Cœleste munus, vltimum dicens benè
Valésque, stant mœsti, omnium heredes licet
Ex asse linquat, nempe thesaurum sibi
Plus æstimabant ære, plus auro virum
Cor hospitale viuus & moriens dedit,
Iunctásque cordi tradidit cunctas opes,
Thesaurus & cor vinculo affectant pari
Commune factum, pro tot acceptis bonis
Diuine Præsul, munus hoc Andes ferunt,
Sacros in æde quos Senatores habes,
Tuus perenni marmore impressus fauor.
Tuique amoris hic amor noster memor
Stabit, columnis quandiu hæc stabit domus,
Cum quâ cadente, non tamen gratus cadet
Animus tuorum, viuum amori vindicat,
Amore viues semper in nostro recens,
Dum marmore saxo corpus ornatur tuæ
Memor quotannis ara stans animæ frequens,
Pacem orat, & tu perge pacato gregi
Orare; quod nos principi pacis decet.

Requiescat in pace.

Ante sepulchrum legitur etiam breuis hæc epigraphe.

Hic sacer Antistes iacet Illustrissimus D. Claudius de Rueil. Per quem sacra pax, quæ iacebat, stetit, stabitque, tantæ illo meliùs pacificatori suo Andes Canonici sacro in marmore æterna ponunt terminalia, requiescat in pace.

72. HENRICVS ARNAVLD sancti Nicolai Andegauensis Abbas, ex nobili stirpe Aruernâ 1597. Lutetiæ nascitur patre Antonio Arnaldo toparchâ d'Andilly, Reginæ Catharinæ Mediceæ Procuratore generali, viro clariss. & omnium consensu in Senatu Parisiensi eloquentissimo, matrem habuit Catharinam, Simonis Marion celeberrimi quoque Regii Patroni filiam. Duxit ab vtróque parente Henricus ingenii vim rebus humanis gerendis non mediocrem, sed eam virtibus ornauit & auxit, quâ diuinis etiam meliùs consuleret; deuotus igitur Christi altaribus, primùm S. Nicolai Abbas instituitur, defuncto Guillelmo Fouqueto Episcopo Andegauensi, fœlix sanè omen, quod eius sacris infulis ætate prouectior esset successurus; vt ergo tanto muneri par esset, à minoribus tirocinium fecit, quæ multis etiam maxima videntur; nam à Rege Ludouico XIV. in Italiam delegatus, ibi per triennium cum Ducibus Parmensi & Mutinensi, aliísque Principibus Italiæ, Gallicani regni negotia prudenter gessit, necnon cùm Innocentio X. de Rainaldi Cardinalis Estensis Franciæ Protectoris in pristinam dignitatem restitutione conuenit. Tum posteà in Gallias reuersus, vt Rex testaretur quam fidelem operam pro bono publico nauasset, Andegauensem Episcopum nominauit 30. Ian-

ARNAVLD. D'azur au cheuron d'or acompagné en chef de deux branches ou rainseaux de palme, & d'vne montagne en pointe de mesme.

uarij 1649. tum acceptis bullis dono
1649. gratuito à summo Pontifice, cui eius erat perspecta virtus & prudentia, Regi fidelitatis iuramentum exhibuit 12. Maij 1650. nec multò post 29. Iunij inauguratur Antistes festo Sanctorum Petri & Pauli à Metropolità suo Turonensi Victore Bourillier, assistentibus Gaspardo de Daillon Albiensi, & Ferdinando de Neufuille Macloviensi Episcopis, Lutetiæ in Ecclesiâ sanctimonialium Portus Regis Cisterciensis Ordinis. Suscitans autem gratiam quæ ei data fuerat per impositionem manuum, magnis honoribus Andegaui
1650. 1650. exceptus 15. Nouemb. anni eiusdē, statim officio pastorali ita sedulò incubuit, vt nullà ratione potuerit ab Ecclesiâ suâ fidelis sponsus amoueri, sed perpetuà curâ omnibus negotijs diœcesis inuigilans, venisse adimplet Apostoli præceptum, qui præest in solicitudine, in omnibus se præbens exemplum bonorum operum. Sed cùm virtus asperis rebus augeatur, eius quoque hominum inuidiæ flatibus exagitata inde magis effloruit, nam dum an. 1652. ciuili bellorum incendio Gallia vndique flagraret, Andegaui quoque flamma discordiarum exarsit. Sed cùm Antistes noster, quà prudentiâ & moderatione potuit, ciues ad Regis obsequium reuocare studuisset, inde aliquorum exasperato magis animo, cùm remedia tanto morbo vix prodesse sensisset, & alienum iudicaret à vero Sacerdote Regi fidem datam frangere, ab vrbe secedens, Ludouicum XIV. Salmurij tunc agentem conuenit, cuius iratum animum ita mitigauit, vt plebem deceptam faciliùs in gratiam reciperet. Nec minus ipse zelatus pro domo Domini, cùm sensisset quàm graue damnum paterentur illæ parochiæ quæ pastore suo carebant, cùm quidam Canonici fructus earum percipientes, priuilegijs quibusdam crederent se ad residentiam minimè teneri, Senatusconsulto celeberrimo dato
1654. Parisijs anno 1654. mense Iulio euicit, vt alterutro beneficio carerent, & intra sex menses optarent. Benedixit Anthoniam du Puy Roncerei Abbatissam 29. Ianuarij 1651. consecrauit sacellum Benedictinarum Caluarij Andegauensis, & eo sedente institiuitur domus claudendis mulieribus impudicitiâ corruptis, & ad pœnitentiam reuocandis 1652. denique visitationem diœcesis non sine magnis laboribus absoluit.

ANDEGAVENSIS ECCLESIÆ DECANI.

IN Ecclesiâ Andegauensi Deo, Beatæ Virgini, Sanctóq; Mauricio dicatâ, præter dignitatem Episcopalem sunt octo aliæ Dignitates, videlicet Decanus, Archidiaconus Major, Thesaurarius, Cantor, Archidiaconus Transligerensis, Archidiaconus Transmeduanensis, Scholasticus, & Pœnitentiarius. Sunt etiam 29. Canonicatus seu Præbendæ, erant olim triginta, sed vna præbenda fuit vnita Psalletæ per Hardouinum de Bueil Episcopum Andegauensem pro nutriendis pueris Symphoniacis. Omnes Dignitates sunt in collatione pleno iure Episcopi, sicut & præbendæ, demptis Decanatu qui est electiuus per Capitulum, & confirmatiuus per Archiepiscopum Turonensem; & tribus præbendis, quarum vna annexa est Abbatiæ Omnium Sanctorum, ita vt Abbas residendo, sicut alij Canonici faciunt residentiam, & non aliàs percipiat fructus suæ præbendæ, nec vllà præeminentià super cæteros Concanonicos gaudet: alteram confert pleno iure Abbas Sanctorum Sergij & Bacchi, tertia confertur à Capitulo Andegauensi ad nominationem, & præsentationem Canonici hebdomadarij, vocatúrq; præbenda sacerdotalis, cui munia extraordinaria, & continua residentia incumbunt. Sunt insuper quatuordecim officia beneficia in collatione pleno iure Capituli, videlicet quatuor, Corbiculariæ, duæ Succentoriæ, quatuor maiores Capellaniæ, & quatuor Diaconiæ; excipias tamen Succentoriam dextri lateris, cuius præsentatio pertinet ad Cantorem, collatio ad Capitulum. Sunt deniq; centum viginti circiter Capellaniæ, octo pueri Symphoniaci & duo bidelli, potéstque quilibet Canonicus habere secum Clericum, qui interessendo diuinis officijs Ecclesiæ Cathedralis cùm pannis chori, illius retributiones, quæ communiter gagna-

gia nuncupantur, percipiat. Hi omnes Ecclesiæ Andegauensis habituati, si Præsulem demas, subijciuntur legi diœcesanæ & iurisdictioni Capituli, quod subest immediatè Archiepiscopo Turonensi, vt fuit pronunciatum per iudices arbitros inter Carolum Miron Episcopum Andegauensem & Capitulum Andegauense, die 12. Octobris anni 1613. quorum sententia confirmata fuit placito Curiæ Parlamenti die 19. Martij an. 1616. ac etiam altero Senatusconsulto die 15. Iunij an. 1617. Archidiaconus Maior habet infra se quatuor Archipresbyteros, scilicet Andegauensem, Burguliensem, de Fixâ seu Flexiensem, & de Ludo seu Ludiensem. Archidiaconus Transligerensis complectitur Archipresbyteratum de Salmuro, & Decanatus de Camiliaco, & de Maugiâ. Archidiaconatus Transmeduanensis continet tres Decanatus Rurales, videlicet de inter Sartam & Meduanam, de Credonio, & de Candeio. Cleri Andegauensis S. Mauricij hæc est summa. Nunc autem sequitur Decanorum Catalogus, quem ex Ms. monumentis contexuit, & nobis humanissimè exhibuit Guido Arthaud Doctor Theologus, Archidiaconus & Canonicus præbendatus Ecclesiæ Andegauensis, necnon sancti Bartholomæi Parisiensis Prior Commendatarius anno 1654.

1 *Boso*, sub Rainone Episcopo Andegauensi, in exemplari notitiæ de areis S. Saluatoris Promiacensis monasterij, ex cartulario Eccl. Andegau.

2. *Adalardus* sub Heriueo Antistite in documento donationis curtis Chiriaci B. Albino à Fulcone Comite an.
929. 929.

3. *Ischarius* in præfatâ cartâ dicitur Diaconus, & posteà fuisse Decanus,
940. forsan circiter an. 940.

4. *Ernulfus* in exemplari manusfirmæ, de alodio vbi situm est castellum Rupisfortis Nefingo Episcopo
969. circa an. 969 in tabulario Ecclesiæ Andegau. anno XVI. regante Hlotario Rege, mense Februario.

5. *Ansaldus* in exemplari remissionis consuetudinum de terris Canonicorum ab Huberto Præsule 17. Cal. Septembris anno 1030. ex cartulario Cathedralis.

6. *Gostenus* in cartâ doni Goffridi Comitis de Ecclesiâ Omnium Sanctorum Monachis Vindocinensibus, die 8. Idus Ianuarij, hoc est in sacratissimo Epiphaniorum die 1049. ex cartulario Eccles. Andegau. vbi obseruandum est Ecclesiam Omnium Sanctorum ædificatam fuisse à Girardo Cantore, Ecclesiæ Andegauensis, ac inibi constitutum fuisse Presbyterum qui pauperes exciperet, eósque mortuos in cœmeterio vicino sepeliret; datam fuisse posteà monachis Vindocinensibus, ac ab his derelictam fuisse Canonicis Regularibus S. Augustini, cùm illi Ecclesiam S. Trinitatis in suburbio Andegauensi obtinuerunt, quæ nunc dicitur Prioratus de Aquariâ. 1049.

7. *Rainardus* in cartâ conuenientiæ inter Canonicos B. Mauricij, & Marbodum Scholasticum circa annum 1067. sub Eusebio Episcopo ex cartâ ædis Cathedralis, itémque an. 1077. in schedâ compositionis inter Eusebium & monachos S. Albini ex eodem cartulario, necnon 1092. in cartâ Gaufridi de Capellâ. 1067.

8. *Hubertus* in membranâ de cambio monetæ quod dedit Fulco Comes iunior Canonicis an. 1093. ac pariter 8. Idus Aprilis 1095. in cartâ de parochianis S. Syluini in terrâ de Longocampo manentibus: cartularium Andegauense. 1093.

9. *Goffridus Martini* in tabulâ doni Radulfi Vicecomitis de Ecclesiâ S. Nicolai 17. Cal. Augusti 1095.

10. *Gosbertus* testis in instrumento doni Fulconis Comitis de insulâ Calonnæ Episcopo Andegauensi 1096. 1096.

11. *Gosfridus* recensetur in documento de altari Crucifixi, quòd calumniatus est Odo Thesaurarius 1095.

12. *Stephanus* 1100. & 1102. in electione Rainaldi de Martigniaco Episcopi, cui scripta est epistola 5. in libri 5. Goffridi Abbatis Vindocinensis, & Marbodus Redonensis mentionem fecit illius in negotio electionis eiusdem Rainaldi.

13. *Albericus* in cartâ emptionis Buccæbelli, ac dono Ecclesiæ Iarziaci 1103. 1103.

14. *Richardus*

14. *Richardus* memoratur in titulo A calumniæ Gauffridi de Ecclesiis Mello Martis 6. Idus Octobris 1104. & in notitiâ de Eccl. S. Mariæ Minoris Montis Rebellis 1109.

15. *Guillelmus* Decanus & Archidiaconus Transligerensis 4. Nonas
1113. Decembr. annó 1113. in cartâ concordiæ de Ecclesiâ Cantoscisci: &
12. Calend. Ianuarij anno 1116. in cartâ de progenie Colibertorum quam Berlaius calumniabatur Cannnicis.

16. *Normannus de Doné*, in actu calumniæ Berlay super terrâ de B
1120. Quartis 11. Calend. Maij anno 1120.
& in dono decimæ Maigniaci, eodem anno; tum etiam in documento Heruei heremitæ.

17. *Richardus* 2. sub Vlgerio Episcopo nominatur in tabulâ de Bucâ-Becij, & de arpento vineæ Guillelmi Bucherij, in quibus carus non notatur annus; & in actu concessio-
1129. nis Ramifortis per Gaufridum Comitem Andegauensem filium Fulconis Regis Hierusalem, vbi annus non designatur, sed conucitur adscribendam hanc cartam anno 1129. C

18. *Goffridus de Engria* 2. in schedâ de Plaissiaco Grammatici, sine epochâ anni. De eo cartularium Ecclesiæ Andegauensis circa an. 1130. & conuentio de 19. solidis Iuncariarum anno 1131.

19. *Radulfus* 1. præfuit Capitulo
1135. sub Vlgerio circa an. 1135. aut 1140.
memoratur in cartâ doni Roberti de Busenciaco, de Solumnâ & Chireio: tum etiam de Ecclesiâ sancti Petri an. 1140.

20. *Hugo* sub Normanno Episcopo 1151. in dono insulæ Merderiæ facto Abbatiæ S. Albini. D

1160. 21. *Gaufridus la Mousche* 4. an. 1160.
in titulo concordiæ de terminis parochiarum S. Mauricij & S. Petri: inde fit Episcopus.

22. *Matthæus* anno 1162 in cartâ de Maioriâ Daulciarum in parochiâ diœcesis Andegauensis exterminatâ.

1177. 23. *Stephanus de Ternac* 2. an. 1177.
in concessione Ecclesiæ de Audardo per Gaufridum Muscam Episcopum Andegauensem Capitulo S. Mauricij: nominatur 1180. in cartis Burguliensibus.

24. *Guillelmus* testis recensetur cum Herberto Archidiacono, Gilberto
Præcentore, & aliis S. Mauricij Ca- 1183.
nonicis in tabulâ confirmationis Abbatiæ Mellinensis 1183.

25. *Ægidius* 1. in cartâ Prioratus de Raillon Abbatiæ S. Albini 1208. & 1218. in concessione fabricæ Ecclesiæ Andegauensis 60 librarum per Guillelmum de Bellomonte Episcopum Andegauensem super fructibus Thesaurariæ Andegauensis.

26. G. Decanus anno 1262. in qua- 1262.
dam cartâ pro Prioratu de Chambellay, ex Abbatiâ S. Albini dependente.

27. *Eudo* annis 1267. & 1269. tempore Nicolai Geslent Præsulis Andegauensis.

28. *Ægidius* 2. 1295. ex archiuis Ec- 1295.
clesiæ Andegauensis *Ægidius de Cerizey* Decanus obiit die xi. Calend. Februarij non notato anno, ex Calendario Ecclesiæ Andegauensis.

29. *Thomas d'Ansé* posteà Episcopus Corisopitensis.

30. *Giraldus de Labeslouri* annis 1325. 1325.
& 1332. ex antiquo registro conclusionum Capituli Eccl. Andegau.

31. *Radulphus de Machecoul* 2. ex Decano creatur Episcopus post obitum Fulconis de Mathefelon 1355.

32. *Petrus de Corzeio* 1370. & forsan 1370.
ante & longè post, illo enim anno vnà cum duobus aliis electus fuit à Capitulo Andegau. & nominatus Papæ pro obtinendo Episcopatu Andegauensi, de quo Milo des Dormans prouisus fuit: testis memoratur in inquisitione de vitâ & miraculis Caroli Blesensis Ducis Britanniæ 1371.

33. *Ioannes de Cherbée* 1. dominus temporalis d'Ardenne, Iuris vtriúsque Professor eximius, Decanus ab anno 1381. vsque ad an. 1412. quo obiit die 25. Augusti.

34. *Ioannes de Tegulâ* 2. Iuris vtriúsque Doctor moritur 1415. 1415.

35. *Guillelmus de Montegaudio* receptus fuit die 23. Septemb. 1415.

36. *Nicolaus Perig.tuli* electus anno 1421. defecit Neapoli circa an. 1432.

37. *Ioannes de Vailly* 3. receptus die
1432. 18. Septemb. anni 1432. posteà fuit Decanus Aurelianensis.

38. *Reginaldus Cornillelli* Iuris vtriusque Doctor & Legum Professor, successit Ioanni de Valliaco 1445.

39. *Petrus de Laual* electus die 3. Se-
1462. ptembris an. 1462. post obitum Cornillelli, fuitque posteà Archiepiscopus Remensis, & Abbas S. Albini ac S. Nicolai.

40. *Ioannes de la Vignole* 4. in Curiâ Parlamenti Consiliarius sufficitur an. 1464. in locnm Petri Lauallensis, Decanus item S. Laudi.

41. *Ioannes Louet* 5. Legum Professor eligirur post obitum præcedentis
1495. anno 1495. Sepultus in Capellâ Ioannis Michaëlis Episcopi Andegauensis sub tumulo æneo.

42. *Franciscus de Chateaubriant* electus post obitum Ioannis Louet anno 1516. plurima Ecclesiæ bona dedit, mortuus 1535. iacet coram altari B. Mariæ.

43. *Ioannes du Mas* 6. Dominus & Baro de Durostallo & de Mathefelon, Renati & Mariæ de la Iaille fi-
1535. lius eligitur 1535. inde Episcopus Dolensis, conditur sub magnifico sepulchro in Ecclesiâ Andegauensi in Capellâ Equitum Ordiuis de Crescente: obiit 12. Septemb. 1557.

44. *Philippus du Bec* anno 1552 Abbas Pontis Otrandi, posteà Episcopus Venetensis, Nannetensis, ac tandem Archiepiscopus Remensis.

1558. 45. *Ioannes Hector* 7. an. 1558. die 5. Octobris electus.

46. *Ioannes Pierres* 8. ex familiâ du Plessis Baudouin in parochiâ de Ioüe diœcesis Andegauensis, renunciatur anno 1575. obiit die 11. Februarij 1585.

47. *Adamus de la Barre* ex maiore Archidiacono electus in Decanum
1585. die 14. Februarij 1585. item Vicarius generalis.

48. *Georgius Louet* in Curiâ Parlamenti Consiliarius & Canonicus B. Mariæ, Arestorum Compilator circa an. 1600. obiit 1608. iacet in æde S. Mauricij. 1608.

49. *Renatus Fouquier* ex Cantore & Canonico electus in Decanum 1608. die 22 Octobris, decessit anno 1621.

50. *Daniel de la Motte du Plessis* electus die 18. Augusti anni 1621. posteà Episcopus Mimatensis Comes Gabalitanus 1625.

51. *Gabriel Constantin* in Curiâ Parlamenti Redonensis Consiliarius, receprus fuit in Decanum die 1[illegible]. Martij anni 1625. Abbas S. Ioannis Carnotensis, viuit hodie anno 1654. De- 1654.
canus totius Parlamenti Britanniæ.

ANTVERPIENSES
EPISCOPI.

ANtverpia ad Scaldim fluuium in Brabantiâ, emporium toto orbe celeberrimum, vrbs vrbium à Lipsio nuncupata, olim Cameracensis diœcesis, at anno 1559. à Paulo 4. Episcopali Sede ornata sub Archiepiscopatu Machliniensi: ex Antuerpo dicta, cuius initia primùm arx, auxit deinde pomœrium Henricus Dux Brabantiæ anno 1207. iterùm Ioannes 3. Dux 1314. & crescente populo & fortunâ illius terminos produxit Carolus v. Imp. anno 1543. Philippus 2. Hispaniæ Rex castrum cum planitie suâ extrui iussit an. 1567. Huius vrbis mœnia nullis totâ Europâ comparanda, suprema planities procurrit in pedes centum & decem perpetuis arboribus consita; vrbis portæ opere omnes Dorico, fossæ patentes; reliquam ciuitatis partem latissimum flumen tutatur, ædes tredecim millia & quinquaginta, plateas supra ducentas, nihil persimile huic Europa tota, seu viarum laxitatem, seu augustam ędium amplitudinem intuearis, quas non tam priuatorum, quàm Principum arbitreris vsibus destinatas. Accedunt ad hæc supra sex & viginti fora vario mercatu celebrata.

Anvers. en Brabant sur l'Escaut

Vrbem incolunt familiæ variarum A gentium quæ domicilium hîc delegerunt, plurimæ. In eâque maximus Germanorum, Gallorum, Hispanorum, Lusitanorum, Anglorum, Italorum concursus: Ædificia sacra multa, D. Virginis Basilica quę ante Collegiata fuit Ecclesia transiit in Cathedralem adlaborante Philippo 2. Hispaniarum Rege, cœnobia & loca religiosa plurima. Præmonstratenses in hanc vrbem venerunt anno 1124. duces Norberto: Dominicani ab Argentinâ euocati, à Senatu domum recipiunt, quâ relictâ in eam quam etiã- B num inhabitant liberalitate Henrici 3. Brabantiæ Ducis 1256. transierunt. Franciscani an. 1467. Carmelitæ 1485. Augustiniani 1514. Capucini 1585. Patres Soc. Iesu 1562. qui templum insigne habent, cuius intus omnia marmore Asiatico nitent: columnæ 36. à pauimento marmoreo surgunt ad fornicem, & picturæ excellentes morantur accedentem, accessere deinde Carmelitæ Discalceati, Minimi, Carthusiani, & plurima alia fœminarum monasteria ac pauperum xenodochia; nec omittendum, inter alia turris D. Virginis nobilissimum opus, in ingentem surgit altitudinem, C pedum nempe 420. cubitorum nimirum 488. mirâ superstantium mutuò columnarum varietate ornatur; ædificari cœpta 1422. ac 96. annis ære publico extructa. Curia siue Senatoria domus vario marmoreo opere Tuscano, Dorico, Ionico, Corinthio splendet condita anno 1560. Domus Hansæ Teutonicæ, Bursa, Arx munitissima, & alia huius vrbis ornamenta visuntur, de quâ nihil est quod dicamus post Ludouicum Guicciardinum in descriptione Belgij, Georgium Brunum tomo 1. ciuitatum orbis, Carolum Scribanium Bruxellen- D sem, qui de eâ librum integrum scripsit, Franciscum Suuertium in monumentis Brabantiæ, ac Laurentium Beyerlynk in vitâ trium Apostolorum Antuerpiensium, scilicet sanctorum Eligij, Vuilibrordi & Norberti, Petrum Diuæum rerum Brabantinarum lib. 1. cap. 7. & Ioannem Baptistam Gramayum. Fuêre autem huius nouæ diœcesis Præsules sequentes.

Sonnius. 1. FRANCISCVS SONNIVS dictus de Campo, ex Campaniæ Brabanticæ vico, cui Son nomen est, ortum habuit, vnde & Sonni cognomen sortitus est; Is cum Siluæducis & Vltraiecti litteris operam dedisset, Philosophiæ Louanij vacauit, Collegij pauperum Standonici alumnus; exinde sacris studiis se dedit, factúsque Parochus S. Iacobi in eadem vrbe, ex Doctore Theologo Louaniensi & Canonico Vltraiectino, Romam ad Paulum IV. missus orator Philippi 2. nomine, de Episcopis per Belgium creandis negotium egit; hinc redux apud Siluæducenses Episcopus constituitur, tum ad Ecclesiam Antuerpiensem transfertur, fatis functo PHILIPPO NIGRI Ordinis Aurei Velleris Cancellario, Bononiensi, Iuris vtriúsque Doctore, in Diuæ Gudulæ Bruxellis Decano, Cancellario & Primo Præside Consilij Regis Hispaniæ, qui Carolo V. Imper. gratus & huius Episcopatus primus Antistes designatus, ante inaugurationem viuere desiit 4. Ianuarij 1562. Præfuit verò Sonnius annis sex, vir quidem pusilli corporis, sed viuidæ mentis ac præalti ingenij: in Tridentinâ Synodo cui adfuit, specimen doctrinæ exhibuit: editis insuper quatuor libris de Religionis Christianæ demonstrationibus ex Verbo Dei, & septem Sacramentis, de confutatione Caluinianæ Confessionis, & Cathechismo seu institutione vitę Christianę. Transiit ad meliorem vitam Antuerpiæ pridie Calend. Quintiles 1576. sepul- 1576. tus in D. Mariæ choro ad cornu Euangelij, tumulo marmoreo cùm hoc epitaphio:

DEO. OPT. MAX.

A Sole nomen mutuatus hic cecidit FRANCISCVS SONNIVS, *qui ab humili ortu, & per sacri studij gradus, summosque honores apud Siluaducenses annis quatuor, dein huic vrbi primus Antistes illuxit, vtque plures per Belgium Antistites darentur Legatus effecit. Vim doctam mentis & styli hæresei senserunt, & Vormatiense colloquium pependit ab ore docentis. Louan. Siluad. & vrbis huius populus. At sortem iniquam! vixit annos sex hic Præsul, dum ætate & meritis grauis, à Principe pastorum euocatus decessit anno salutis* MDLXXVI. *æternum vt viuat, lector precare.*

Torrentius. 2. LÆVINVS TORRENTIVS A Gandanensis, ex Archidiacono & Leodiensis Principis Vicario generali, Antuerpiensis Episcopus, posteà Machliniensis Archipræsul, litteris ac legationibus domi forisque summâ laude perfunctus, Bruxellæ diem

1595. obiit 6. Calend. Maias anno 1595. Vide Archiepiscopos Machlinienses vbi plura de eo.

Bergues. 3. GVILLELMVS DE BERGVES ex Decano S. Lamberti Leodiensis

1598. consecratur 1598. 29. Martij: post hæc euehitur ad sedem Cameracensem. B

Le Myre. 4. IOANNES LE MYRE, I. Bruxellensis, patruus Auberti Miræi Cathedralis huius Decani, viri docti & historiæ patriæ poligraphi, Philosophiæ Louanij operam dedit, inde laureâ Theologiæ donatus Bruxellæ in basilicâ D. Iacobi iuxta Principis palatium Pastor deligitur, mox S. Gudulæ in eadem vrbe Canonicus, tandem Antuerpiæ Præsul designatur solemni pompâ Ecclesiam ingressus

1604. 1604. ei scribit Iustus Lipsius epistolis 90. & 96. centuriâ 5. de quo etiam consulendus Franciscus Suuertius in C Athenis Belgicis, & Valerius Andreas in suâ Bibliothecâ: animam exhalauit magno patriæ luctu Bruxellæ an. 1611. 12. Ianuarij, sepultus Antuerpiæ in æde primariâ B. Mariæ hoc epitaphio.

D. O. M. S.

IOANNES MIRÆVS *Episcopus* ANTVERPIENSIS *quartus H.S.E. qui oblatam sibi famâ virtutis dignitatem cùm diu recusasset, sic vt cogendus foret, eâ vigilantiâ, magnanimitate, integritate, benignitate, ac prudentiâ gessit, vt virum muneri non munus viro datum appareret, sed heu fidem sortis humanæ! vix* D *dum septimam turbidis tempestatibus messem hoc colono perindustrio Antuerpia gustaueras, cum serenato per inducias tandem Respubl. cœlo infelice catarrhosæ guttulæ defluxu tu spe vberioris frugis, ipse vitâ, excidistis, Ianuarij die* XII. *anno Sal.* CIↃ IↃCXI *suo* LII. *ineunte, omnibus, etiam hostibus luctuosus. Pius vt manibus sit quies, quisquis hæc legis Deum venerans precare.* De vitâ rebúsque gestis à Miræo legi possunt orationes funebres Ioannis Delrio Decani in eius exequiis, Ioannis à S. Laurentio, & parentalia Laurentij Beyerlinckh. Scripsit autem statuta synodi diœcesanæ an. 1610. celebratæ, orationem ad Clerum, aliáue opuscula. Huius Antistitis laudes inscriptio in Seminario ab eodem Antuerpiæ instituto visitur, quam hoc loco etiam adiicere consentaneum est.

IOANNIS MIRÆI

« Bruxellensis IV. Antuerpiensium Episcopi, vultum hîc vides spectator. Neque enim heroicam ipsius mentem, quâ semper alta complexus, exigua tabella ceperit.

Ille, ille est, cuius in Deum religio & pietas;
Erga homines adfectus, & benignitas;
In priuatâ vitâ candor & integritas;
In publicâ splendor & dignitas;
In agendo prudentia & sedulitas;
Morum facilitas domi forisque;
Quæ virtutes vnà cùm eruditione, summæ in illo fuerunt,
Apud nos, posterosque perenni elogio celebrabitur.
Huius industriâ & labore diœcesis Antuerpiensis multum collapsa,
Pristinum, & pristino ampliorem splendorem recepit.
Surrexit eius auspiciis hoc Seminarium Clericorum,
Quod viuens fouit, & moriens opibus cumulauit;
E quo mox missi in omnem vineam operarij.
Ecclesiarum visitationes hoc speculatore resumptæ:
Virginum cœnobia optimis institutis stabilita:
Et ceremoniarum sacrarum introductæ formulæ.
Summa est. Quòd olim vrbi æternæ Octauianus Cæsar,
Id præstitisse Antuerpiensi Ecclesiæ iure quis hunc dixerit:
Lateritiam primitus eam inuenisse,
Et non integro septennio quo præfuit, marmoream reliquisse.
Sed heu! meditantem maiora, catharri defluxus rapuit in patriâ.
Anno salutis humanæ MDCXI. *die* XII. *Ianuarij, postquam vixisset annos* LII. *meritorum plenus. Laurentius Beyerlinx S. T. L. Canonicus & Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis Antuerpiensis, ac primus huius Seminarij Præsidens, Antistiti opt. de se merito pos.*

MALDERVS. 5. IOANNES MALDERVS II. A Leeuwis Brabantiæ municipio altero à Bruxellis lapide ortum habuit: ex primario Doctore Theologo & Professore Academiæ Louaniensis, ac seminarij regij Præside, nominatur Antuerpiensis Præsul, inauguratus anno 1611. Idib. Augusti. Latinè scripsit de Virtutibus Theologicis, de iustitiâ & religione ad Albertum Principem Belgarum, cuius exequiis interfuit an. 1621. Malderus verò sublatus è viuis
1633. 21. Octob. 1633. iacet iuxta Torrentium, cuius memoriæ Patres Soc. Iesu hoc dicaruot epitaphium. *Resiste musi marmoris vocem cape.* MALDERVS B *hic est vrbis Antistes, fuit, heu! quantum mutatus ab illo! O Antuerpia Belgium, orbis quantum lumen amisistis! minimè tu quidem terra Malderum habes, sed paruas magni Præsulis exuuias, mortale inquam corpus in quo animus immortalis tanquam in angusto vel hospitio vel ergastulo commoratus est. Viuit ille ac spirat mortis & fati victor post tumulum & cinerem superstes.*

NEMIVS. 6. GASPAR NEMIVS patriâ Brabantinus, ciuitate Silueducensis, anteà Pastor Virouiaci in Flandriâ. Ex celebri sacræ Theologiæ Professore in Academiâ Duacensi, ibidem ad S. Petrum Canonico; atque Seminarij regalis Preside per annos 20. fit Episcopus à Philippo IV. Hispaniarum
1634. Rege 1634. die 23. Maij, quam Ecclesiam rexit spatio 17. annorum, dein assumptus in Archiepiscopum & Ducem Cameracensem 1649. die 24. Augusti, iniit possessionem 1652. & etiamnum præest, vt diximus in Archiepiscopis Cameracensibus.

CAPELLO. D'argent à vn chapeau de Cardinal. 7. MARCVS AMBROSIVS A CAPELLO Religiosus Ordinis Prædicatorum, ex Episcopo Iprensi, à Philippo 4. Rege nominatur Antuerpiensis, in quâ vrbe consecratus fuit
1654. Dominicâ 13. Septemb. anni 1654. à Gaspare Nemio Archiepiscopo Cameracensi, assistentibus Antonio Triesto Gandauensi, & Andreâ Cruesen Rutemundensi Episcopis.

APPAMIENSES
EPISCOPI.

APPAMIÆ, frequentiùs plurali numero, magis nominantur, quàm singulari Apamia, vel vt alij scribũt Pamia, antiquitùs etiam Fredelacum dicta; vrbs est satis antiqua & nobilis in Fuxẽsi Comitatu, amœnissimo fertilissimóq; solo totius Occitaniæ, à Tolosâ amplissima, ab eaque distans octo tantummodò leucis patriis quæ vigintiquatuor circiter Romana milliaria constituunt; ad flumen Aurigeram sita, quam appellationem consequutum est, ab auro gerendo, quòd post rapidas inundationes, non pauca in eius arenis reperiantur auri puri grana & ramenta. Ferunt illam fuisse olim sedem Regis Fredelai, è Gothorum stemmate, fratris Theodorici Regis, qui Tholosam occupauit, cum Fredelai filius S. Antoninus martyr regnum cœleste terreno præferens, vitamque C monasticam amplectens, & sacros Ordines suscipiens, amore Christi patriam deserens vt patris ac patrui furori locum daret, multa loca sacra visitauit, varias eremos incoluit, & post peragratam multò tempore & miraculis illustratam omnem circa regionem, vrbem Romam, quò delatus, cæterámque Italiam (vbi adhuc insignis est eius memoria) in oppido Castrinoui duodecim circiter milliaribus Româ distante, vbi vti præcipuus patronus & loci & Ecclesiæ, magnâ religione ac veneratione colitur, atque etiam Galliam, aliásque regiones, ad suos pariter in fide D & pietate instruendos Tolosam, Appamiásq; reuersus, fide catholicâ populos instruens & prædicationem signis confirmans, ad extremum apud easdem Appamias, vnà cùm prædicationis sociis Ioanne & Almachio, gloriosissimum martyrium paulò post pro Christi fide suscepit, iussu eiusdem Principis ipsi sanguine coniũcti, & in frusta scissus, quæ ingentibus miraculis coruscarunt. Quo nomine in vetustissimo Romano Martyrologio, aliisque secundâ Septembris eius memoria quotannis recolitur, festúsque

PAMIÉS. sur l'Ariége.

eius dies non solùm Appamiis, sed etiam multis aliis locis tam Galliarum quàm Hispaniarum celebratur; Ecclesiámque ad quandam syluam Castronouo proximam vbi diutiùs habitauit, miraculis dicti Sancti depictam, vicini ipsi populi magnâ veneratione frequentant. Errarunt autem longè qui existimarunt, in eâ vrbe habitum fuisse Concilium Epaunense, quòd magis ad Burgundiam pertinere noscitur, cùm coactum dicatur sub Sigismundo Burgundiæ Rege. Censentur autem Appamiæ in Comitatu Fuxi, quamquam non ad illum pertineant, nec eius iurisdictioni subsint; sed propriam habeant & peculiarem communem Regi & Episcopo. Suberat olim oppidum Comiti Carcassonensi, qui id cùm pluribus aliis vicis & pagis donauit anno 788. Sulpitio tunc Abbati insignis monasterij Canonicorum Regularium S. Augustini, erecti in honorem S. Antonini; Principis quondam eius tractus ex genere Gothorum Tolosæ dominantium, vt dictum est. Cùm verò illic constructæ Abbatiæ Canonicorum Regularium assignata fuisset in dotem vrbs totúsque Appamiensis tractus, creuit ciuitas ab omni prorsus potestate libera, & præpotens hominum multitudine, & diuitiarum affluentiâ, non semel Comitibus Fuxi in quorum ditione sita videbatur, bellum pro libertate intulit. Et tamen tractu temporis Abbates vt se ab infestationibus magnatum & aliorum molestiis liberarent, in societatem dominatus suscepêre, sub onere tamen clientelaris fidei, quam vocant homagium, ac pensionis annuæ à Comite soluendæ Abbati. A quo tempore vrbe duorum potestati subiectâ, priuilegiis ab illis donata, aucta est in dies sicut fortunis, ita & vitiis. Quemadmodum enim Sodomæ ita *istius fuit iniquitas*, quòd ait Ezechiel Propheta 16. v. 49. *superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiorum eius*. Vnde & id demum assecuta est, quòd Moyses Deuteronomij 32. prædixerat de populo Israël, *& impinguata, dilatata, & incrassata recesserit à Deo salutari suo.* Nec sanè impunè, quandoquidem continuis dissidiis atque impietatibus sæpe irretita, in eas miserias dilapsa est, vt vix hodie vigesimam partem incolarum, quinquagesimam facultatum recensere possit. Dum autem maximè floreret, contigit anno 1295. vrbem & monasterium à Bonifacio VIII. Papâ in Episcopatum erigi, remanentibus tamen semper Canonicis sub regulâ S. Augustini vsque in hodiernam diem. Verùm quoniam publicatio constitutionis Pontificiæ non fuerit facta nisi anno sequenti 1296. Sabatho post Dominicam Lætare, per Ægidium Archiepiscopum Narbonensem, cuius Metropoli nouus Episcopatus suppositus fuit, æquè ac Tolosanus à quo euulsus fuerat, inde Bernardus Guidonis, Almaricus Augerij, & alij eius temporis Chronographi, nonnisi hoc ipso anno 1296. Appamiensis Episcopatus institutionem assignarunt. Euectâ præterea postea & ipsâ Tolosâ à Ioanne Papâ XXII. in Metropolim, Appamias ob proximitatem sub se recepit, eâ tamen honoris prærogatiuâ, vt cæteris eiusdem prouinciæ Suffraganeis erectionis antiquitate præferretur, etiamsi quoad Episcopos vetus sanctæ Ecclesiæ consuetudo absque vllâ controuersiâ in vniuersâ Galliâ vigeat, vt eum quisque locum in consessu obtineat, quem tempus consecrationis tenuerit. Bullam igitur erectionis Episcopatus Appamiarum quam pariter destinauerat Clemens 4. ex tabulario Ecclesiæ Tolosanæ censuimus apponere, cuius tenor est huiusmodi. 1296.

BONIFACIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex qui superna dispositionis arbitrio, in suprema dignitatis specula constitutus, Ecclesiarum omnium Rector agnoscitur, vineæque Dominicæ Custos Generalis & cultor, ac totius ouilis Catholici, pastorque omnium Summus pastor, de Apostolica plenitudine potestatis traditâ sibi à Domino, cuius nutui cuncta subseruiunt, obediunt singula, obtemperant vniuersa, interdum Cathedrales & alias vnit & annectit Ecclesias; Interdum verò ad Episcopatuum diuisiones procedere non omittit, cum temporis qualitas suggerit, causæ rationabiles persuadent. Vt omnia quæ Pontificali noscuntur officio imminere prudenter & solerter exerceat, ac salubri & prouidâ exequi studeat auctoritate. Sanè considerantes attentiùs & infra claustra pectoris meditatione sollicitâ reuoluentes, quòd Tolosana Ecclesia vsque adeò amplam & diffusam diœcesim obti-*

net, prout ex ipsâ facti evidentiâ innotescit, quòd Tolosanus Episcopus qui existit pro tempore, nequit ipsam ut decet & convenit visitare, non sine gravi animarum dispendio personarum degentium in eadem. Pensantes etiam quod Ecclesia ipsa in proventibus & redditibus annuis tam affluenter, támque magnificè abundare conspicitur, prout famæ veridicæ revelat assertio, & clara fide dignorum testimonia profitentur, quòd de ipsorum multitudine copiosa, non solùm duobus, sed pluribus etiam potest Episcopis iuxta suæ dignitatis decentiam annis singulis provideri; quodque propterea fœlicis recordationis Clemens Papa IV. *prædecessor noster animarum fidelium saluti prospiciens, & illarum partium notitiam plenam habens, ad divisionem eiusmodi Episcopatus Tolosani dum viveret, firmiter intendebat, certam ad hoc sicut asseritur diœcesim distinguendo: villam* APAMIARUM *pridem de dictà Tolosanâ diœcesi existentem, locum utique nobilem & insignem, multisque commoditatibus præditum, ad Dei laudem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & divini cultus augmentum, de fratrum nostrorum consilio & assensu, & potestatis plenitudine supradictæ, in civitatem ereximus, & vocabulo insignimus Civitatis; eam à iurisdictione qualibet Tolosani Episcopi penitus eximentes, auctoritate* C *sedis Apostolicæ decernendo, ut Beati Martini Confessoris Ecclesia eidem civitati vicina, in quâ corpus gloriosi Anthonini martyris, prout proponitur, requiescit, sit de cetero, & habeatur perpetuo prædictæ civitatis Ecclesia Cathedralis. Concessimus quoque ex nunc auctoritate prædictâ, & donavimus, deputavimus, ac etiam providimus futuro Apamiarum Episcopo, eiusque successoribus, qui pro tempore fuerint de redditibus & proventibus supradictis, septem millia librarum Turonensium parvorum, integrè percipienda anno quolibet ab eisdem. Ita quod idem Apamiarum Episcopus, & successores ipsius, habeant &* D *percipiant in huiusmodi redditibus annuatim decem millia librarum eiusdem monetæ, computatis in eis tribus millibus libris monetæ ipsius, ad quos redditus & proventus Ecclesiæ Apamiarum annis ascendere singulis dignoscuntur, prout in nostris super hoc confectis literis plenius, & seriosiùs continetur. Nos itaque ad huiusmodi executionem negotij, & distinctionem diœcesis faciendam procedere intendentes, castra, villas, terras, Ecclesias & loca omnia, quæ de loco Girpuci quantum Tolo-*

A *sanæ diœcesis versùs flumen Garounæ prætenditur, prout rectiùs fieri poterit per lineam transversalem; & de loco ipso Girpuci, usque ad flumen Azoti, sicut rectiùs similiter poterit fieri per lineam ipsam, usque ad fines Tolosanensis diœcesis, versus civitatem Apamiarum, seu meridiê consistere dignoscuntur, habita per testes idoneos & iuratos, quos in hac parte recipi fecimus, de huiusmodi confinibus certitudine pleniori; Ex nunc de Apamiarum dioecesi esse decernimus, & etiam ordinamus, ac Apamiarum Episcopo in spiritualibus & temporalibus, Quemadmodum Tolosano Episcopo antedictis tempo-* B *ribus existebant, perpetuo sint subiecta; sibique illa & habitatores eorum devotè intendere, ac humiliter obedire tanquam Episcopo ipsorum teneantur. Si vero annui redditus & proventus, quos infra huiusmodi confinia dudum percipiebat Episcopus Tolosanus, prædictam summā septem millium librarum excederent, volumus secundùm quantitatem excessus huiusmodi ex dictis confinibus subtrahi, de illâ videlicet parte ipsorum quæ minus necessaria fuerit Apamiarum Episcopo supradicto. Et si fortè iidem reditus & proventus ad eandem non attingerent quantitatem, illorum defectum suppleri percipimus de redditibus & proventibus reliquis Tolosanensis Episcopi* C *memorati, & prædicta confinia, prout eodem considerato defectu expedire videbitur, augmentari. Ceterùm proventus omnes & redditus quos Præpositus ac Capitulum Tolosanensis Eccl. infra confinia eadem obtinere noscuntur, ab omni iurisdictione Apamiarum Episc. eadem auctoritate prorsus eximimus & exempta fieri decernimus in futurū. Quia verò huiusmodi Apostolicæ sedis ordinationem laudabilem, providam & salubrem, perpetuis futuris temporibus esse volumus valituram, & robur obtinere incommutabilis firmitatis, auctoritate prædictâ districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscumq; præeminentiæ, ordinis, conditionis,* D *sive status, etiamsi Episcopalis, seu Archiep. seu regiâ præfulgeat dignitate huiusmodi ordinationem sedis eiusdem, quovis quæsito colore, ullo modo, sive causâ, vel occasione turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim ex tunc irritum decernimus & inane, si secus super hoc per quemcumque Apostolicâ, vel aliâ quavis auctoritate contigerit attentari; & nihilominus in eos qui ex certâ scientiâ contrarium quovismodo præsumpserint, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiam promulgamus, è quâ non nisi*

per Romanum Pontificem absolutionis beneficium valeat obtinere. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Datum Anagniæ XVI. *Calend. Octobris, Pontificatus nostri anno primo.*

Porrigitur diœcesis à Septentrione ad Meridiem, quà longior est, quadraginta milliaribus Romanis, ab Ortu ad Occasum, quà latior circiter viginti, habens in circuitu vicinas Riuensem & Mirapicensem eiusdem prouinciæ Tolosanæ, Conseranensem Occitaniæ, Electensem Narbonensis, & Vrgelitanam Tarraconensis in Hispaniâ, quibus omnibus aliquâ parte, quâ districtiori confinis est, montes habet præaltos, imò vnum nomine Tabo, & portentis quibusdam nobilem, quem omnium Pyrenæorum eminentissimum prædicant, cùm tamen Appamiæ, & tota circum regio grapissimâ planitie, æquè & fœcundissimâ gaudeat, nec desint aliæ, amœnæ ac frugiferæ montibus & collibus interiectæ valles, estque pars maxima diœcesis intra terminos Comitatus Fuxi, reliqua in ditione Marchionatûs Mirapicensis. Habet autem oppida multa præter ciuitatem Appamiensem, Varilios, (Fuxum caput totius Comitatus, à quo & denominationem sumpsit,) Tarasconem, (aliud à Tarascone Prouinciæ ad Rhodanum) Aquas, sita illa eodem ordine versùs flumen Aurigeram, Montemalrum, Montemferrarium, pagos amplos, Sauratum, Vicdessosium, Siguerium, Capanas, Pradas, San-Paulum, Rupemfissam & alios: comprehendit parochias in vniuersum circiter centum, seu verius parochos, aut Rectores parochiarum, cùm numerentur aliæ pleræque Ecclesiæ parochiales illis annexæ, quas Rectores per Vicarios amouibiles regunt, factis huiusmodi vnionibus, quò Rectores commodiùs viuerent, cùm sint alioquin tenuiores redditus. Quòd autem pleræque Ecclesiæ longè distent à domiciliis incolarum, qui dissitis ab inuicem casis & domibus habitant, ac ideò expositi sint latrociniis prædonum, indè fit vt in paucissimis seruetur sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta tutè seruari possint. Earum parochiarum maximâ parte præsentatio ad quosdam Abbates, Priores, & Capitula, tam intra diœcesim quàm extra existentia pertinet, institutio ad Episcopum, reliquarum omnimoda dispositio ad solum Antistitem, in quibus partitur fructus decimales cùm Rectoribus, sicuti prædicti Abbates, Priores, & Capitula, in iis quorum præsentationem habent: pendunt autem ij fructus quotannis Episcopo octo circiter millia scutorum Italicorum. Sunt in vniuersâ diœcesi duo tantùm Archipresbyteri, alter Montalti, Aquis alter, octóque suggestus Concionatorum quadragesimalium, præter conciones, quæ præcipuis locorum festiuitatibus fieri cōsueuerunt. Quòd verò Appamias, caput diœcesis spectat, erat olim monasterium S. Antonini Canonicorum Regularium, & Ecclesia Cathedralis extra mœnia vrbis quantum est tractus colubrinæ, amplitudine & munitione conspicuum, sed an. Domini 1546. florente adhuc ciuitate, translatio Capituli facta est intra illam commoditatis gratiâ, vt verisimile est: sed successu improspero, quamuis facta approbante Episcopo Ioanne de Luxemburgo qui tunc sedebat, & confirmante, vt volunt, Apostolicâ sede. Siquidem ab eo tempore Canonici desertâ communi habitatione & mensâ, promiscuámque sectantes cùm sæcularibus vitam, mores quoque eorum faciliùs imbiberunt foris, monasterium peramplum, & insignem Ecclesiam ruinæ ac perditioni, quæ mox secuta est, exposuerunt, intus modicâ Ecclesiâ parochiali B. Mariæ de Mercatali dictâ contenti, cùm esset in ea Parochus perpetuus, & collegium octo Presbyterorum, quos Obituarios vocant, inde parochiæ onera in se recipientes, eáque per Vicarium temporaneum, & ad nutum amouibilem exercentes, paulatim perduxerunt, vt nomina tantùm Obituariorum retinuerint.

Constat Capitulum duodecim omnino Canonicis, iisque vt dictum est Regularibus Ordinis S. Augustini, vt erant olim ante erectionem Episcopatus, & totidem præbendariis secularibus, qui in distributione fructuum dimidiam partem Canonicorum adipiscuntur: præter Subsacristas, pueros chori, & musicos. Dignitates in Capitulo sunt quatuor, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Sacristia, & Præcentoria, Officinæ duæ, Infirmaria,

maria, & Eleemosynaria. Prioratus A duo Riyerosij & Aruiniani, possidentúrque omnes à solis Canonicis, & in quatuor reliquis est Theologus; sed per tolerantiam secularis à quinquaginta & eò ampliùs annis, quibus ciuitas ab hæreticis occupata, contigit eis sæpe mutare sedes ob superuenientia bella. Prædictæ quatuor Dignitates adueniente vacatione conferuntur absolutè ab Episcopo, sed professis tantùm Canonicis, officinæ & Prioratus optioni Canonicorum subsunt, & optantes à solo Capitulo instituuntur. Canonicatus alternatiuè conferuntur ab Episcopo & Capi- B tulo, præbendarum præsentatio ad Canonicum hebdomadatium; institutio ad Capitulum pertinet. Est intra eandem ciuitatem aliud Capitulum collegiatum decem Canonicorum sæcularium sub vno Decano, & septem præbendariorum fundatum ab antecessoribus Episcopis in alterâ Ecclesiâ parochiali B. Mariæ de Campo dictâ, & confirmatum à sede Apostolicâ, erátque ea Ecclesia magnitudine & magnificentiâ, ædificiis, ac frequentiâ populi, nulli totius Occi- C taniæ secunda: sed ab initio hæresis diruta nunquam potuit restaurari, vnde contigit vt tam Canonici, quàm præbendarij ad egestatem propemodum redacti, vix suffecerint sacramentis administrandis, tantum abest vt officium horarum canonicarum resumere potuerint. Porrò quòd spectat ad Episcopi iurisdictionem & priuilegia, iis vtitur, quibus anteà Abbas monasterij, qui solius vrbis erat dominus tempor[illegible], & supremæ iustitiæ iure fruebatur, fidem clientelarem Comitis Fuxensis excipiebat, qui in pareagium aliàs aduocatus, D Custodiæ seu tutelæ nomine. Ius habet Episcopus ad creationem Magistratuum, ad publicas proclamationes, ad fidei sacramentum à Consulibus excipiendum, ad confirmationem statutorum; præest Comitiis prouinciæ Fuxensis, & Tolosanæ metropolis primus est Suffraganeus, pluribúsque aliis gaudet libertatibus. Fuerunt autem in eadem ciuitate ab ipsis Ordinis Mendicantium incunabulis, egregia Dominicanorum, Franciscanorum, Augustinianorum, & Carmelitarum cœnobia, sed quæ ab hæreticis excisa anno 1561. vnà cùm eius Ecclesiis hactenus iacent, sicuti domus ac collegium Religiosorum S. Bernardi, monasterium & Ecclesia Monialium S. Claræ, & duæ domus hospitales, adeò gens Caluiniana sæuiit, nec tantùm in illa, sed & in pleráque Catholicorum ædificia, & præcipuè Ecclesiasticorum, ac maximè palatij Episcopalis, velut sperans eos vrbis incolatu pauperie remouere, quorum successionem non posset gladio abolere. Ab ipsâ quoque Patrum Societatis Iesu admissione in Galliâ, recepti Appamias ab Episcopo Roberto Pelleuæo qui tum sedebat, collegium ibi instituerunt totius regni à primâ erectione secundum, sed post biennium calumniis & insidiis hæreticorum eiecti, Tolosanum ex ruinis Appamiensis fundarunt, nec vnquam postea vsque ad nuperam ciuitatis recuperationem restitui valuerunt, quamuis cæteris religiosis atque Ecclesiasticis tempore pacis ibi agere, & munia sua qualitercumque exercere daretur: extructa quoque duo monasteria monialium sanctæ Vrsulæ, & Carmelitarum Discalceatarum. Præcipuus Ecclesiæ ac ciuitatis patronus sanctus Antoninus est, quem diximus, cuius martyrium ipsa ciuitas, sicuti & Capitulum Cathedrale insignium loco gerit, cùm quo celebrantur sancti Ioannes & Almachius Antonini in prædicatione & passione socij, fitque continua eorum commemoratio in officio diuino, vt & Caij & Alexandri martyrum Apameæ Syriæ, quorum sacræ relliquiæ inde Appamias Galliæ Narbonensis, quadam expeditione sacrâ ab vno ex Comitibus Fuxi delatæ, ac thecis argenteis, gemmis ornatis inclusæ, in prædictâ Ecclesiâ B. Mariæ de Campo collocatæ fuerant, sed thecis direptis, relliquiæ ab hæreticis, quemadmodum & sancti Antonini, sociorúmque, necnon sanctæ Nataliæ Virginis & martyris Appamiensis igne crematæ sunt. Obseruat Spondanus tomo 1. Annalium ab Augustinianis inter suos beatos poni Antoninum martyrem, nec idcircò intelligendum volunt, vt autumat, quòd eorum vestem aliàs induerit, (quam opinionem destruunt testimonia Vincentij Beluacensis, & S.

Antonini, martyrium eius ad per- A ſecutionem Galerij & Maximini referentium, quâ nondum ſanctus Auguſtinus in viuis erat:) ſed quòd inſequenti tempore in loco Fredelaco ædificato monaſterio Canonicorum regularium, donatum fuerit caſtrum Fredelacenſe, ſiue Appamiæ, quo nomine Abbas cœnobij ibi conditi Fredelacenſis, & Canonici Fredelacenſes in veteribus membranis nuncupati vocantur. Inſigne hoc cœnobium propter loci commoditatem, & ditiſſimos redditus ſacrilegiis raptorum, ac præcipuè Fuxi Comitum inuaſione, qui multo tem- B pore vrbi Appamiarum inhiauerunt, vt pote in eorum diſtrictu poſitæ, cùm expoſitum eſſet monaſterium, Clemens 4. Papa ad querimoniam Abbatis & Canonicorum, S. Ludouico Regi tuenda cœnobij iura ad tempus, & beneplacitum ſedis Apoſtolicæ commiſit, epiſtolâ regiſtri Vaticani, quos defenſores ſeu cuſtodes, & aduocatos appellant, de quibus frequens in tabulis memoria, certámque portionem redditum tribuerat titulo gardiæ ſeu cuſtodiæ; C nihil tamen iuris Abbati vel cœnobio detrahens: poſt Ludouicum Philippus Audax filius eius pariter tuenda ſuſcipit iura, quæ moriens Philippo pulchro tranſmiſit, & iſte Pius regale in Comitem Fuxi transfudit, qui multa in præiudicium Abbatiæ tentauit, vt pluribus hiſtoria Fuxenſis proſequitur. Eſt item in oppido Fuxi inſignis Abbatia.

S. VOLVSIANI O.S.A.

Saint Volusian de Foix.

Qui olim in vrbe Turonicâ vbi Epiſcopum agebat, à Gothis in has partes abductus captiuus, martyrium ibi D conſummauit, quæ etiam Abbatia penè à ſectariis deſtructa fuit. Canonici regulares ſimiles Appamienſibus, cùm eo diſcrimine, quòd ij Priorem clauſtralem quotannis eligant, quamuis nulli ferè vſui præter inceſſus, & ſedis honorem, Appamienſes verò Canonici nullum habent ſuperiorem præter Epiſcopum. Eſt quoque extra oppidum Fuxi in colle ſita Capella, ſeu Eccleſia beatiſſimæ Virginis Montiſgaudij nomine, à Carolo Magno, cùm reuertens quondam ex Hiſpaniis illàc tranſiret, fundata, magno peregrinorum concurſu frequens, quæ ab hæreticis olim direpta & diruta, cœpit ab aliquot annis reſurgere. Eſt & cœnobium Capucinorum, nec vlla alia ſunt totâ diœceſi cœnobia, aut monaſteria virorum, fœminarúmve niſi S. Franciſci de Paulâ Taraſcone, cuius fabricam perfecit idem Antiſtes Spondanus. Quæ verò de Appamiis, & eius antiquitatibus ſuperiùs prolixè recenſuimus, deprompta ſunt è ſchedis & relatione hiſtoricâ, quam de Epiſcopatu ſuo ad Vrbanum VIII. Pont. Max. miſit 25. Iulij 1630. cuius copiam fecit humaniſſimè, & Epiſcoporum Appamienſium Catalogi, quorum geſta è manuſcriptis tabulis primùm eruit, & illuſtrauit variis monimentis, pietate æquè ac eruditione clariſſimus idem Spondanus infra recenſendus. Fuêre námque hactenus poſt Bernardum Sayſſeti primum Antiſtitem in Eccleſiâ Appamienſi plures Epiſcopi, quos inter quatuor Cardinales, ex eis vnus ſummus Pontifex videlicet Iacobus de Furno, Appamiis tranſlatus Mirapicum, qui purpurâ inſignitus à Ioanne 22. eidem ſucceſſit Pontifex nomine Benedicti XII. Cæteri Cardinales fuêre Pilusfortis ex Eccleſiâ Appamienſi ob ſimultates cùm Capitulo tranſlatus Riuos, Arnaldus Cardinalis S. Sixti, & Amaneus de Albreto Regis Nauarræ frater: fuerunt pariter in cæterorum numero non pauci magni nominis doctrinæ & potentiæ viri, vt dicemus.

BERNARDVS SAISSETI conſtitutus Saisseti. eſt primus Epiſcopus ciuitatis Appamienſis cùm eſſe[illegible]nc monaſterij S. Antonini Abbas, à Papâ Bonifacio VIII. remanentibus tamen monachis in antiquo ſtatu Canonicorum regularium, quem & hactenus retinet: quâ de re Bernardus Guidonis ſcribens, an. 1296. ait; Bonifacius erexit villam 1296.
Appamienſem in nouam ciuitatem, «
conſtituítque ibidem in Abbatiâ S. «
Antonini Canonicorum Regularium «
eſſe in perpetuum Eccleſiam Cathe- «
dralem, Bernardum Saiſſeti Abbatem, «
inſtituens primum Epiſcopum in ea- «
dem. Putat Spondanus tomo 1. Annalium, erectam ibi Cathedralis ſedem, non ſolùm quòd, inquit, in ſuo decreto Cõſtitutionis Bonifacius, eſſet vrbs inſignis, atq; omnib. commoditatibus prędita, ſed ſpeciatim propter iniurias

inferri solitas Abbatibus & Cœnobio, A quasi dignitate Episcopali augustior & tutior videretur aduersùs iniurias Comitum Fuxensium, qui vrbi inhiantes, eam sui iuris facere moliebantur: tum etiam in memorati Bernardi gratiam, quem intimâ familiaritate Bonifacio adhæsisse volunt; at mendosè illum hæreticus quidam auctor Historiæ Fuxensis Stephanum nomine & patriâ Arragonensem vocitat. Quoniam verò & Episcopatus erectio, & personæ vt scribit Nicolaus Gillius in Annalibus Francicis, haud gratæ fuissent Regi Philippo B Pulchro, isque propterea non permitteret Bernardum ibi Episcopum agere: idcirco

SICILE. ANIOV. D'azur semé de fleurs de lis d'or, au lambel de gueulle de quatre pieces. Party de Ierusalem, & de Hongrie.

1. S. LVDOVICVS DE SICILE, cognomento DE MARSEILLE, filius Caroli 2. Regis Siciliæ, & Mariæ de Hungaria, ipsiúsque Philippi Pulchri patruelis, omnium auctorum scriptis sanctimoniâ celebratissimus, qui ex Ordine Minorum quem profitebatur, creatus fuerat eodem propè tempore Episcopus Tolosanus (nondum enim tunc erat Tolosa in Metropolim erecta, quòd ei post contulit C Ioannes XXII.) eumdem Appamiensem Episcopatum, vt Walsinghamus
1297. Anglus scribit in Eduardo I. an. 1297. simul reunitum tenuit; seu, vt Nangius in Chronico habet, vtrúmque Episcopatum integraliter à Bonifacio consecutus est. Qui propterea primus Episcopus Appamiensis censeri debet: quandoquidem iam Episcopatus constitutus erat, & ipse primus eum administrarit vnà cùm Tolosano. Ipso autem non multò post defuncto, vt videre est in Tolosanâ Metropoli, tunc demum.

SAISETI.

2. BERNARDVS SAISSETI, D
1298. anno 1298. Episcopatum gerere permissus est à Rege, vt ex eodem Nangio, & aliis intelligitur; ideò secundus dicendus Episcopus ratione administrationis, quamquam primus ratione erectionis. Iste Episcopus rixarum & dissensionum vir cùm iam antè Regi odiosus, ipséque vicissim ex prædictis exulceratior in Regem factus, à Bonifacio & ipso in Regem malè affecto ad eum missus, odiosiora verba Bonifacij Pont. in Philippum Pulchrum insolenter protulisset, eorum occasione tot acerba mala in Pontificis caput à Ministris regiis deriuata sunt. Susceperat ergo legationem eiusdem Bonifacij ad Regem anno 1301. vt eum ad expeditionem 1301. sacram impelleret, vetarétque decimas in eos vsus collectas, & vacantium Ecclesiarum fructus, earúmque titulos inuito Pontifice conferre, quæ omnia cùm iste Episcopus nimis acriter exposuisset, Bonifacij nempe amicitiâ fretus, cuius fauore absque consensu Regio, vt prædictum est, ex Abbate institutus fuerat Episcopus, ob insolentes minas, multísque aliis de causis in custodiam aliquo tempore datus est Archiepiscopo Narbonensi Metropolitano suo, qui apud Regem erat. Quin etiam in archiuis regiis Lutetiæ, continentur acta peranitiqua, quibus constat Bernardum conspirasse in Regem, cui impotenter iactaret nihil se ei debere, solíque Romano Pontifici in temporalibus & & spiritualibus subiacere; ob quæ contumeliosa verba, custodiæ traditur iudicandus à Metropolitano cùm Præsulibus Prouinciæ suæ: accusationis capita habes fusiùs apud Spondanum tomo 1. Confestim Bonifacius acceptâ per nuncios Bernardi detentione, ad Regem misit Ioannem de Normandis Archidiaconum Narbonensem, qui nomine Pontificio libertatem Episcopi deposceret, & à Cleri immunitate vexandâ, vt aiebat, collatione, & vsufructu beneficiorum abstineret, ni faceret, regnum Franciæ anathemati subiiceret: nihilominus paulò post rebus cùm Sede Apostolicâ & Rege compositis, petenti enim Bonifacio restitutus, post eius obitum Episcopatum Appamiarum à Rege Bernardus obtinuit. Subindéque, ac fortè vt eius beneuolentiam aucuparetur anno 1309. vocauit eum 1309. in consortium ac societatem, seu vt vocant pariagium Alamanorum, (loci dicti) permultorúmque aliorum clientelarium fundorum, & bonorum temporalium Ecclesiæ Appamiensis, certis conditionibus, quæ non parum inde detrimenti, & quoad bona temporalia, & quoad auctoritatem accepit. Ita hactenus obseruatum, nisi quòd superuenientibus Lutheri & Caluini hæresibus, eámque regionem inficientibus, factum est siue absentiâ, siue impotentiâ Episcoporum, & ne-

gligentiâ Capituli, necnon aliena- A tione rerum temporalium ad bella hæreticis inferenda, vt ferè omnia huiusmodi bona Ecclesiastica distracta fuerint, aut vsurpata, seruatâ ægrè medietate dominij, ac iurium ciuitatis, & aliquot extra pagis. Bernardo defuncto successit.

RABASTENS palle de 4. pieces. 3. PILVS FORTIS DE RABASTENS diœcesis Albiensis ad Tarnem fluuium, filius Comitis S. Georgij, ex quâ familiâ de Rapistagno orti sunt Vicecomites de Paulin in Albigesio. Is in quadam transactione inter ipsum & Capitulum Ecclesiæ, de nonnullis B controuersiis inter eos vertentibus
1315. factâ anno 1315. nominatur electus & confirmatus: quâ conuentione statutum est, præbendas ab hebdomadario conferri, Episcopum gaudere collatione quatuor dignitatum Capitularium, Archidiaconi, Archypresbyteri, Sacristæ, & Præcentoris. Inde verò translatus Riuos, (Episcopatum à Tolosano pariter auulsum à Ioanne XXII.) factus est primus Episcopus eiusdem diœcesis, etiam ab eodem Ioanne Cardinalis anno 1320. vt Onuphrius ponit; qui malè eum de Capistrano nominat pro de Rapistagno. C

DV FOVR. 4. IACOBVS DV FOVR, dictus de Furno & Fornerius, monachus Ordinis Cisterciensis in monasterio Bolbonensi diœcesis Mirapicensis, Abbas Fontisfrigidi in territorio & diœcesi Narbonensi; Magister in Theologiâ, ex oppido Sauerduno olim diœcesis Tolosanæ, posteà Apmiensis, demúmque vt nunc est, Riuensis. Electus est Episcopus Appa-
1317. miensis an. 1317. ex lib. Obligationum: inuenitur autem in concessione Carnalagiorum factâ ante an. 1318. loco de Villanouâ: & in alio instrumento anni 1314. de terrâ Podij-anrioli. Fuit D verò an. 1325. Nuncius Ioannis XXII. & sequenti anno 1326. translatus est ad Ecclesiam Mirapicensem: factus ab eodem Cardinalis S. Priscæ 1327. successit demum in eius locum anno 1334. sub nomine Benedicti XII. Malè cognominatur in aliquibus catalogis de Nouelli, longè enim distat ab Arnaldo Nouelli Abbate Fontisfrigidi, qui à Clemente V. inter Cardinales adnumeratus est: Iacobus verò ex Abbate eiusdem Monasterij fit Episcopus Appamiensis.

GRENIER. 5. DOMINICVM GRENIER in Ecclesiâ Appamiensi successorem habuit Iacobus de Furno, 1326. 13. Martij ex eodem lib. registri Vaticani, erat 1326.
verò Ordinis Prædicatorum in Conuentu Tolosano: ad quem reperiuntur litteræ Ioannis 22 an. 1330. & Benedicti XII. anno 1335. Nicolaus Bertrandus in commentario de Gestis Tolosanorum, cap. de Doctoribus, monasterij Tolosani S. Dominici, ait fuisse Magistrum, & Doctorem in Theologiâ valdè nobilem, deinde Magistrum S. Palatij; posteà Episcopum Appamiensem, scientiâ & virtute magnũ, fecisse postillas multùm vtiles & solemnes super Pentateuchum, & super omnes libros historiales Bibliæ. Item fecisse construi capellam in maiori claustro conuentus Tolosani Dominicanorum, in quâ fratres illius conuentus sepelirentur, ad honorem S. Antonini martyris: necnon cameras hospitum & infirmorum prædicti conuentûs. Fuit autem consummata prædicta capella, vt legitur in eius inscriptione anno 1341. 1341.
die 7. Nouembris, ipso adhuc superstite cùm his versibus.

Frater Dominicus Domini cultor benedictus
Doctor mirificus & Episcopus Appamiensis,
Sumptibus immensis opus hoc fabrefecit amicus,
Inde Deo gratus regnet sine fine beatus.

Inuenitur & in instrumento confirmationis priuilegiorum ciuitatis Appamiensis anno 1342. in festo S. Barnabæ Apostoli, vnà cum Gastone Comite Fuxi Condomino prædictæ ciuitatis. Legendus Ioannes Michaël Pius Bononiensis p. 2. l. 2. de viris illustribus Ordinis Prædicatorum.

VILLEMVR. 6. PONTIVS DE VILLEMVR oppido ad fluuium Tarnem diœcesis Montalbanensis, patria Vasco, Dominico successit, Pontius enim disertè vocatur in vitâ Clementis VI. edit. Bosq. codice S. Victoris Paris. & aliis antiquis chronicis, qui apud Onuphrium, Ciaconium, & regestra Vaticani *Arnaldus de Villamuro* Cardinalis S. Xysti nominatur, sicuti & in archiuis Appamiensibus, vbi sedisse reperitur an. 1348. ex quibus eos qui Ar- 1348.
naldum nominant, corrigendos docet Spondanus & ipse Appamiarum

Præsul in Annalibus Ecclesiasticis: factus Episcopus ex Canonico Ordinis S. Augustini, & creatus à Clemente VI. anno 1350. Cardinalis, repentinâ morte obiit Auenione anno 1355. de quo Theodoricus à Niem in Innocentio VI.

Espagne. 7. GVILLELMVS D'ESPAGNE; Azemari domini de Montespan ex Margaretâ de la Barthe filius, successit Arnaldo de Villamoro an. 1351. 7. Februarij ex eodem lib. Obligat. Vaticani, interfuit Concilio Vaurēsi trium prouiciarum Narbonensis, Tolosanæ, & Auxitanæ, celebrato mense
1368. Iunio anno 1368. Nominatúrque in confirmatione statutorum Confraternitatis S. Eligij, fundatæ in Ecclesiâ S. Mariæ de Campo ciuitatis Appamiensis factâ eodem anno 1368 10. Decemb. Translatus ad Conuenensem Ecclesiam.

De Acono. 8. RAYMVNDVS DE ACONO,
1371. Ordinis S. Augustini subrogatur 1371. 4. Iulij ex memorato codice Obligat. Vaticani; quem in Chronico Ordinis Eremitarum S. Augustini Iosephus Pamphilus ait fuisse Appamiensem Theologum, & anno 1346. creatum Pœnitentiarium, Sacristam, & Bibliothecarium Romanorum Pontificum: Episcopum Foroiuliensem, indéque Appamiensem. Fuisse verò etiam Confessorem Vrbani v. & Gregorij XI. Pontificum, disertè traditur in epistolâ Philippi de Maseriis, de officio sacro præsentationis B. Mariæ Virginis oblato eidem Gregorio Auenione anno 1372. Vixitque adhuc anno 1378. constat ex archiuis ciuitatis Appamiensis.

D'Ornesan. 9. BERTRANDVS D'ORNESAN, I. creatur Episcopus 1380. 17. Martij à Clemente Antipapâ, vt habent regiſtra Vaticana: necessitudine cōiunctus Gastoni Phœbo Comiti Fuxensi, cùm quo tamen ei graue fuit dissidium, nam & de iuribus Ecclesiæ suæ cùm eo contendens, eum adeò exagitauit, vt coactus fuerit secedere Auenionem ad Clementem dictum VII. sedentem ibi in schismate Ecclesiæ Romanæ. Ibíque permansit vsque ad obitum Gastonis, qui contigit anno
1390. 1390. túncque rediit ad Sedem suam. Ita enim scribit Elias Appamiensis in Historiâ Comitum Fuxi, nomine tamen Episcopi tacito. Quod reperitur in Philippicâ, continente priuilegia ab ipso & Mathæo Comite Gastonis successore iunctim posteà ciuitatis condominis, eidem ciuitati Appamiensi anno 1391. 20. Augusti concessa. Vbi tamen non apponitur nisi tantùm nomen Bertrandi. Cognomen verò de Ornesano reperitur in instrumento Decimarum: inuenitúrque in aliis instrumentis annor. 1395. 1395.
& 1405. Et ex iis colligitur, vixisse vsque ad annum circiter 1410. qui & Synodos diœcesanas habuisse legitur annis 1382. 1. Maij & 1406. 27. Aprilis. Ex eadem familiâ Ornesanâ Iacobus-Claudius Baro d'Auradè, Metensis vrbis Præfectus Regius, parens Catharinæ quæ in matrimonium collocata est Antonio domino de Roquelaure Franciæ Marescallo.

10. IOANNES I. de quo videtur intelligendum quod Guillelmus de Champellis Episcopus Laudunensis in tabulis quæ extant in chartophylacio illius Ecclesiæ anno 1435 8. Septembris confitetur se quindecim annis abfuisse à suâ diœcesi, & in partibus Occitaniæ & Aquitaniæ iussu Regis degisse, vices interim Episcopales Ioanne Episcopo Appamiensi peragente. Quòd licet non parum debeat mirum videri, vt scilicet Episcopus Gallus non contemnendæ Ecclesiæ, tanto tempore absens ab eâ vices egerit alterius Episcopi: quoniam tamen non defuerunt etiam nostris temporibus alia eiusmodi exempla, haud putamus abiiciendum. Confirmat enim eius absentiam concordia inter Sacristam Ecclesiæ Appamiensis & Fratres S. Francisci conuentûs Appamiarum de sepulturis, facta anno 1427. Indict. 1427.
5. Pontificatus Martini Papæ v. anno 10. die 24. Martij: quâ partes conueniunt inter se de petendâ confirmatione suæ concordiæ à Ioanne Appamiensi Episcopo; qui sedit adhuc 1429.

11. GERARDVS, cuius extant duo præcipua instrumenta, seu acta publica, alterum anno 1436. die Lunæ 7. Maij, indictione 14. Pontificatus Eugenij Papæ IV. 6. de consueto homagio, & sacramento fidelitatis, præstito ipsi Gerardo Episcopo, à

Gastone Comite Fuxi, pro castro seu A arce Appamiensi, & medietate pro indiuiso meri & mixti imperij, & omnimodæ ordinariæ iurisdictionis, & eorum exercitij, ac omnium prouentuum & redditiuum eiusdem ciuitatis, quæ ab Episcopo eiúsque Ecclesiâ & Episcopis qui pro tempore forent, se tenere in feudum recognouit; præsentibus Rogerio Adurensi, & Iordano Mirapicensi Episcopis, & Mathæo de Fuxo Comite Conuenarum auunculo & tutore dicti Gastonis. Alterum eodem anno 1436. 8. Iunij, de 1436.
quadam controuersiâ inter præpositum ciuitatis ac ciues ortâ, de nonnullis iuribus olim eidem ciuitati ab Episcopo B Bertrando & Matthæo Comite concessis.

12. IOANNES II. cuius reperitur solemnis ingressus factus in ciuitatem anno 1438. 22. Iulij, extátque eius memoria in quamplurimis actis & instrumentis: atque inter cætera in quodam priuilegio 15. Aprilis 1453. ciuitati concesso vnà cùm prædicto Comite Gastone eius nominis 4. qui cœpit dominari anno 1436 aliísque actis publicis cùm eodem Comite gestis an-
1454. nis 1454. & 1457. Et alibi reperitur Synodum diœcesanam habuisse anno 1460. 29. Aprilis.

D'ARTIGVELOVBE.

13. BARTHOLOMÆVS DE ARTIGALVPA nobilis Bearnensis: qui erexit Capellanos Ecclesiæ B. Mariæ de Campo ciuitatis Appamiensis in Canonicos sæculares 1466. Idque confirmauit Sixtus Papa IV. an. 1480. Pontificatûs decimo. Fítque eiusdem mentio in actis electionis Infirmarij anno 1465. Pontificatûs Pauli II. primo; & in tabulâ fundationis & dotationis Archidiaconatûs Appamiensis;
1467. ac concordiæ de eâ re factæ an. 1467. ind. 15. Pontificatûs eiusdem Pauli II. an. 3. die 25. Iunij.

DE FOIX.

14. PASCHALIS DE FVRNO, creatus anno 1469. vt traditur in quodam veteri instrumento, & in alio anni item 1469. 16. Ianuarij (quod pertinet ad annum 1470. quandoquidem mos erat Gallorum annos computare ab Incarnatione, vel à Paschate) dicitur auctoritate Sedis Apostolicæ electus. Verùm Mathæus de Artigalupâ nepos prædicti Bartholomæi electus per Canonicos, & per Archiepiscopum Tolosanum confirmatus, obtinuit multa decreta Senatûs Tolosani contra Paschalem. In tantum vt scribat Elias in suâ Historiâ Fuxi, ipsum ope Ioânis Fuxensis Vicecomitis Narbonensis, qui vsurpare conabatur Comitatum Fuxi in præiudicium legitimæ Comitissæ, expulisse anno 1483. Paschalem ex Manso S. 1483.
Antonini, castro Episcopali extra ciuitatem; & Mathæum in Episcopatum intrusisse, quamuis bigamus esset. Nihilominùs mortuo Paschale, qui subscripserat codicillis testamenti Francisci Phœbi Nauarræ Regis in vrbe Pali die 29. Ianuarij 1482. suffectus est in eius locum.

DE CASTELBAIAC.

15. PETRVS DE CASTELBAIAC ex genere Baronum de Castrobaioco diœcesis Tarbiensis, qui opposuit se executioni decretorum in fauorem prædicti Mathæi latorum. Et variè cùm Mathæo de Artigalupâ colluctatus litibus & expulsionibus; subsistens tamen in loco Mansi secus Appamias nominatus reperitur anno 1494. 7. 1494.
Maij, vnà cùm Catharinâ Reginâ Nauarræ, & Comitissâ Fuxi, in concessione Consulatûs ciuitatis Appamiensis; & in alio instrumento anni C 1497. post eum sedit.

16. GERARDVS IOANNES creatus 1498. qui in quibusdam actis eiusdem anni 13. Augusti vocatur Nouus Episcopus, electus & confirmatus. Sub quo Ioannes Rex Nauarræ Comes Fuxi & Condominus Appamiarum ratione prædictæ Catharinæ, veræ, & hæreditariæ dicti regni, ac cæterorum Statuum dominæ anno 1499. die 9. Decembris, simile homa- 1499.
D gium per se ipsum præstitit in Ecclesiâ Cathedrali Appamiarum, quale vidimus Gastonem exhibuisse antiquiori Gerardo Episcopo: & quale consuetum erat fieri à singulis Comitibus Condominis. Idem autem Gerardus Ioannes reperitur in multis aliis actis & instrumentis vsque ad mensem Februarij anni 1502. à Natiuitate; quo & decessit, siquidem mense Martio sequenti.

ALBRET. de France escartele d'Albret qui est de gueule.

17. AMANEVS D'ALBRET, filius Alani de Alebreto & Franciscæ Britannæ, fraterque Ioannis Regis

Nauarræ, ex Generali Ordinis S. Ruf. A fi Valentinæ diœcesis creatus ab Ale-
1500. xandro Papa vi. anno 1500. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, Episcopatus administrationem obtinuit. Visitúrque in quibusdam actis cuiusdam Notarij Appamiensis » sic tempus notatum : Anno 1502. & » die vltimo mensis Martij, indictione » 5. Pontificatus. Domini Nostri Papæ » Alexandri vi. anno 10. & Domino » Ludouico Rege Francorum regnan- » te, & Domino Amaneo Cardinale « Dalebreto in Episcopum electo & « confirmato. Paritérque in erectione Confratriæ Appamiis anno 1505. 10. Nouembris. Idem dicitur Appamiarum Episcopus electus, & confirmatus, qui etiam fuit Commendatarius Episcopatuum Lascurrensis & Pampilonensis in Nauarrâ. Viuere desiit 4. Idus Decembris anno 1520. in oppido Belioioso, seu Castrogeloso, diœcesis Vasatensis; sepultúsque est ibidem in Ecclesiâ : vnde posteà hæretici Caluiniani eius ossa extraxerunt, & distraxerunt, dissiparunt, & combusserunt. Cæterum quamuis certissimè hæc ita se habeant, tamen uiuebat adhuc.

Artigaluba. 18. MATHÆVS DE ARTIGALVPA supradictus, qui per plurimos annos contra alios Episcopos in schismate fuerat, priùs consecratus à Bertrando de Rosergio Archiepiscopo Tolosano, vt obseruat Capella Tolos. in Decisionibus. Iste in vim cuiusdam decreti Senatus Parisiensis, solemniter ingressus est ciuitatem Appamiensem tanquam Episcopus & Condo-
1506. minus anno 1506. 16. Septembris. Extántque alia acta & instrumenta annorum sequentium 1507. 1508. 1513. 15. Ianuarij in institutione confraternitatis S. Luciæ Ecclesiæ Fuxensis in quibus nominatur vt verus Episcopus. Facitque egregiam eius mentionem Nicolaus Bertrandus de Gestis Tolosanorum ; dum narrat quomodò ille peroptimus & doctus senex (vt vocat) Reuerendus Pater in Christo Mathæus de Artigalupâ Appamiarum Episcopus officium diuinum peregerit magnâ deuotione, vti consueuerat, in eleuatione corporum SS. Apostolorum Simonis & Iudæ,
1511. factâ ibidem Tolosæ anno 1511. Vt ex prædictis omnino dicendum videatur, vel vicisse ipsum litem, vel cùm Amaneo concordasse : ac post eius obitum iterùm Amaneum administrationem Episcopatus recepisse ; quam tenuit vsque ad mortem : nam absente Amaneo munere Episcopali functus, nomen Præsulis Appamiensis quod anteà gesserat, semper retinuit.

19. BERTRANDVS DE LORDAT II. Lordat. ex nobili familiâ de Lordato Comitatus Fuxi, Abbas S. Volusiani in locum Mathæi electus est, quippe qui reperitur confirmasse statuta confraternitatis S. Luciæ Fuxi, Appamiis 11. Ianuarij 1520. indigitans se Episcopum Appamiensem electum & confirmatum : solemniter Appamias ingressus 14. Sept. 1524. Fuitque iste Bernardus vltimus qui per electionem obtinuit Episcopatum : veremur tamen fuisse aliquod breue schisma ; quandoquidē reperitur alicubi IOANNES quidam DE PVVLS creatus VI. Februarij eodem anno 1520. qui quidem vel citò mortuus fuerit, vel iure suo cesserit. Siquidem reperitur Bernardus anno 1522. Dominicâ Lætare interfuisse solemni ingressui Ioannis d'Orleans Archiepiscopi Tolosani cùm aliis tribus Suffraganeis. Ipse verò, vel fortè eiusdem schismatis causâ, vel aliis negotiis præpeditus, suum ingressum in ciuitatem Appamiensem distulit in annum 1524. 14. Septembris, quo illum solemni pompâ fecisse reperitur : & in eius actis dicitur electus, confirmatus, & consecratus. Et in statutis Confratriæ Blancheriorum (vt vocant ; hoc est Pellionum ciuitatis) quæ condita fuerunt anno 1536. 23. Martij, ita signatur tempus : Regnante Illustrissimo « Principe & Domino nostro Domino « Francisco Dei gratiâ Francorum Re- « ge ; ac illustrissimo Principe & domi- « no nostro Henrico eâdem gratiâ Re- » ge Nauarræ, Fuxique pariter ac Bi- « gorræ Comite feliciter dominante, « ac Reuerendo in Christo Patre & « Domino, Domino Bernardo de Lor- « dato Appamiarum Episcopo præsi- « dente, Episcopatu Appamiarum sub manu regiâ : ob quandam videlicet inconsiderantiam, quâ meruit interdici, & velut in custodiâ aliquot annis Parisiis detineri. Ita videtur nomen Bernardi Appamiensibus Episcopis velutì fatale ad infortunia. Re-

Margin years (right column): 1520. 1524.

ſtitutus aliquo adhuc tempore Ecclesiam & diœcesim rexit.

LVXEMBOVRG. 20 IOANNES DE LVXEMBOVRG III. Abbas S. Mauri, Iuriaci, & de Ripatorio, filius Caroli Briennæ Rocei, & Ligniaci, Comitis & Carlotæ d'Estouteuille, post Bernardum secundum Episcopatus administrationem suscepit per electionem vt habent Acta Consistorialia Vaticani 1520. 27. Decembris: qui in actis locationis
1540. fructuum Episcopatûs annorum 1540. & 1541. eius absentis nomine factis, cùm esset ipse Parisiis, vocatur tantummodò Administrator Episcopatûs Appamiensis. Qui anno 1547. nominatus dicitur Episcopus. Scripsit vitam Annæ Monmorancij Franciæ Constabularij versibus Gallicis, & opusculum de institutione Principis. Obiit autem Auenione 1548. sepultus apud Celestinos.

BARBANÇON. D'argent à trois lions de gueulle. 21. IOANNES DE BARBANÇON, IV. Abbas S. Eligij Nouiomensis, cuius patentes fuêre Michaël de Barbançon dominus de Cany & Perona de Pisseleu, Annæ Ducissæ Stamparum soror, Caroli Condomiensis, ac Francisci Ambianensis Episcoporum: post Ioannem sedit, & nominatus reperitur in quibusdam actis publicis
1550. anno 1550. & in libro recognitionum fundorum ac bonorum Ecclesiæ factorum anno 1551. Qui cùm recensitus inueniatur inter Episcopos de hæresi Lutheranâ seu Caluinianâ suspectos, quos Pius Papa IV. anno 1563. Romam citarit: dicendum inde est, abdicasse iam Episcopatum à multo tempore, sed nihilominùs eius titulo semper vocatum fuisse: siquidem qui per illius renunciationem eum adeptus est.

PELLEVÉ. 22. ROBERTVS DE PELLEVÉ ex antiquâ familiâ Normanniæ, frater Nicolai Cardinalis de Pelleué creati à Pio V. qui Appamias solem-
1557. niter ingressus est 24. Aprilis 1557. cùm iam aliquot antè annis creatus fuisset. Instituit ibi Collegium Patrum Societatis Iesu, secundum totius Galliæ à primo omnium Billomensi Aruerniæ, qui tamen ingruentibus bellis de religione, nequicquam renitente Episcopo, præualente hæresi, grassando in Ecclesias, eas ex-A pilando & prophanando, pulsi paulò post fuêre à ciuibus, qui hæresim Lutheranam & Caluinianam inter primos auidissimè imbiberunt, & obstinatissimè ac seditiosissimè ad nostra vsque tempora retinuerunt. Et ex Patribus inde fugatis, qui Tolosam se receperunt, datum est initium Collegio Tolosano eiusdem Societatis ex dilaceratione Appamiensis. Quando & exagitati pariter fuêre Religiosi quatuor Ordinum Mendicantium, qui singula singuli egregia ibi cœnobia habebant: necnon Canonici Ecclesiarum Cathedralis & collegiatæ: qui deinceps nonnisi per interualla B permissi sunt ad ciuitatem redire, exceptis Patribus Societatis; quâ de re Spondanus in Annalibus Eccles. ad an. 1561. Vixit Robertus (qui nominatur pius & patrum zelans religionem à Iulio Cæsare Bulengero lib. I. Hist. sui temporis) vsque ad annum Christi 1579. quo decessit; cùm biennio ante interfuisset Cœtui cleri Blesensi. 1579.

DV PARRON. 23. BERTRANDVS DV PARRON, siue DE PEYRON II. ex nobili familiâ in tractu Condomiensi, Roberto successit 1579. Eius sedes adeò infelix fuit ob hæreticorum totâ penè diœcesi grassationes, vt vix aliquando C curam animarũ exercere permissus sit, & precariò vitæ necessaria obtinere potuerit. Obiit autem in pace 18. Iunij 1604. sepultus in Ecclesiâ Beatæ Mariæ de Mercatalis: qui in editione Synodi Tolosanæ ab Eminentissimo Cardinale de Ioyosâ Archiepiscopo celebratæ anno 1590. per errorem nominatus reperitur Petrus, indéque grauiori mendo à nonnullis diuersus existimatus, qui vnum in duos diffecuerunt: cùm reuerà nullus fuerit Pe- D trus; sed ipsissimus Bertrandus ei Synodo interfuerit. 1604.

ESPARBES. D'argent à vne fasce de gueulle accompagnée de trois molettes de Sable. 24. IOSEPHVS D'ESPARBES DE LVSSAN Comes Consistorianus, è genere Marchionum Albæterræ prognatus, ex quo Franciscus d'Esparbes, Marchio d'Aubeterre, Franciæ Mareschallus; iste autem parentem habuit Iosephum d'Esparbes, Stipatorum Henrici 3. Regis Præfectum, Meduntæ in Vulcassino Gubernatorem, ac castrorum Mareschallum: post aliquot annorum vacationem nominatus ab Henrico IV. consecratur

secratur Episcopus mense Februario 1618. interfuit Comitiis generalibus Parisiensibus regni anno 1614. pro Statu Ecclesiastico prouinciæ Fuxi: & non leues ærumnas ab hæreticis Appamiensibus passus, decessit Tolosæ
1625. 5. Decembris 1625. humatus ibidem ad Protomartyris Stephani basilicam: quem aliqui Ioannem-Iosephum nominant.

SPONDE Au 1 & 4. d'azur a 2. truittes d'argent posées en fasce l'vne sur l'autre la teste d'vne a droite l'autre a gauche. Au 2 & 3 de gueulle a vne croix d'or posée sur vn tertre de mesme ayãt sur les trois branches vne courõne d'espine de sinople.

25. HENRICVS DE SPONDE, siue SPONDANVS, Mauleosolensis Aquitanus, an. 1568. in lucem editus die Ianuarij 6. Epiphaniæ Domini sacrâ, patre Eneco Spondano tunc à Secretis Ioannæ Nauarræ Reginæ, Antonij Borbonij coniuge, & Saluatâ de Hostâ matre Baionensi, Martini Pampilonensis filiâ; Parentes, vt regionis Benearnensis tum fata ferebant, hæresi Caluinianæ nomen dabant: Henricus autem in oppido S. Pelagij citerioris Nauarræ tribus à Malleone leucis distante, sacro fonte baptismi susceptus, sponsore Henrico Borbonio Principe, qui postea Rex Franciæ huius nominis IV. præclarè gestis Magnus meruit appellari, auúsque & progenitor fuit Principis Ludouici 14. qui hodiernâ die imperat Rex Christianissimus. Grandior factus Ortas in Benearnensi Principatu educandus, Grammatices elementis, atque humanioribus litteris imbuendus puer iste, maximâ præditus ingenij fœlicitate destinatur; Philosophicarum scientiarum emenso stadio Græcè ipse doctissimus euasit, ac fratris exemplo, studiosus peragrandi exteras nationes, mores hominum & vrbes lustrandi, Galliam deserit, & Scotiam in comitatu Guillelmi, Sallustij Bartasij Regis Nauarræ Legati profectus est; paucis diebus Scotorum idioma assequutus, cùm Iacobo Rege familiari colloquio sæpe vsus est. Londini quoque Elisabetham Reginam supra sexum Heroinam salutauit. Hisce peregrinationibus confectis, Iuri Pontificio, ac Cæsareo perdiscendo se addixit, adeò diligenter, vt omnes penè legum ciuilium libros euoluerit. Exinde Turonis vbi Senatus Parisiensis fuerat translatus, in officiis forensibus se præcipuè exercuit, & statim à Rege libellorum supplicum Magister admittitur. Quo tempore iuri non ita operam dabat, quin lectioni interdum animum intenderet, omnium controuersiarum de Religione, à Roberto Cardinali Bellarmino doctissimo editarum, quâ & exemplo Ioannis Spondani fratris, qui prior à Caluinianæ hæresis seductionibus extricatus, Catholicam professionem amplexus erat, non mediocriter commotus est ad ouile Romanum accedendi: quo ductu Spondanus illustratus luce gratiæ semitam Nouatorum deseruerit, expressit libello suo de Cœmeteriis sacris: nempe insignibus duobus sacrorum dogmatum Magistris, Roberto Bellarmino, & Iacobo Dauy Perronio Ebroicensi Præsule, qui ambo sacri Purpuratorum Collegij fuêre lumina. Anno igitur 1595. 11. Calend. Octobris Spondanus hæreseos absolutionem accepit; tum nouus Catholicæ religionis Athleta, totum se Ecclesiæ consecrans, anno sequenti typis mandauit opus suum contra Sectarios de Cœmeteriis sacris, inscriptum Claudio Angennæo Cenomanensium Antistiti, quod & ipse è Gallico deinde auctius multò Latinitate donauit: tum in Perronij Cardinalis familiaritatem allectus, sacris ordinibus initiari cùm summoperè aueret, Romam properare cogitauit, in comitatu Francisci d'Escoubleau Cardinalis Surdisij, dum celebraretur Iubilæi annus sæcularis, vbi post quædam annorum interualla, Presbyteratus caractere figuatur à Claudio Sozomeno Episcopo Polensi an. 1606. In eâ vrbe admissus in contubernium celeberrimi illius & immortali memoriâ dignissimi Cæsaris Cardinalis Baronij, Annalium Ecclesiasticorum conditoris, cœpit amorem eius sibi conciliare, qui cùm operosas Historiæ Ecclesiasticæ lucubrationes duodecim tomis comprehendisset, cogitauit Spondanus re priùs communicatâ Baronio, eiúsque beneplacito & consensu, eorum Epitomen ab Ortu Ecclesiæ indefesso labore conficere, adeò excellenter & accuratè, vt hoc opere, meliore quam à quopiam anteà ordine digesto, si non æquarit Baronium in hoc scribendi genere, ple-

rósque tamen ex iis superasse videatur, quotquot hactenus Baronianam historiam in compendium redegerunt. At in Gallias Româ reuersus, quantùm Epitomen approbauerit Baronius, patet ex ipsius luculento testimonio quod hîc è re fuerit apponere: *Admodum Reuerendo Domino D. Henrico Spondano, Cæsar tit. Sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Baronius. Quòd de Annalium nostrorum Epitome, operâ, & studio tuo elaboratâ significasti, non gratum mihi, acceptumque esse non potuit; etsi enim reuerà totum hoc breuiandi genus probare vix solemus, ratùmque sit, vt ex animi sententiâ lectoribus procedat, ea tamen de prudentiâ, fide, ac diligentiâ tuâ nostra est fiducia, vt quod abs te profectum sit, id omnibus placere posse arbitremur. Quare quod ad Epitomes tuæ editionem spectat, ne mora sit sedis Apostolicæ decretum, quo cautum est, ne quid eiusmodi nisi permissu nostro exeat in lucem, plenam tibi, liberamque potestatem damus, eiúsque indices ac testes has literas esse volumus. Vale Romæ pridie Calend. Septembris* M D C V I. *vti frater amantissimus Cæsar Cardinalis Baronius.*

Eo igitur fatis functo typis mandatur Epitome sua anno 1612. quam dicauit Ecclesiæ Gallicanæ, quæ suo calculo opus approbauit & beneficus probauit & vniuersus orbis, ad quem illud est delatum; quod abundè testantur frequentes eius editiones, & translationes in alias linguas. Porrò cùm propensâ esset in eum beneuolentiâ Paulus V. summus Pontifex, Spondanum qui præfuerat Romæ gubernandæ Ecclesiæ & domui sancti Ludouici nationis Gallicæ, præfecit recensendis diplomatibus Tribunalis Pœnitentiarij; at propter res Curiæ Romanæ illi apprimè notas, summo in pretio apud Christianissimum Regem, Oratores Regios, cæterósque Consistorij Comites habebatur. Ille autem cùm omni repetendæ Lutetiæ voluntate depositâ, Romæ domicilium fixisset, nihil eiusmodi cogitans, nominatus fuit à Rege Christianissimo Ludouico Iusto ad prædictam Ecclesiam Appamiensem initio anni 1626. ob præclara pietatis

1626.

A & literaturæ testimonia: sed ipse onus Episcopale acceptare renuens, iussus est etiam alterâ epistolâ Ludouici die 5. Idus Martias, & ab Vrbano VIII Papâ eam acceptare, « videlicet vocatus, vt aiebat, tanquam Aaron: ac propter Catholicæ « religionis zelum, literarum scientiam, necnon alia insignium virtutum dona, vti loquitur idem Vrbanus in Breui pontificio ad Spondanum. Eam Ecclesiam suscepit anno salutis 1626. ætatis 59. & ibidem Romæ consecratus fuit in Episcopum Appamiarum ab Eminentissimo Cardinali Marquemontio Archiepiscopo Lugdunensi, B assistentibus Attilio Amalteo Athenarum Antistite, & Antonio Prouanâ Archiantistite Dyrrachij, coram consessu augusto quatuor & viginti Purpuratorum, in æde sacrâ sancti Ludouici, die Dominicâ 17. Calendis Septembris, mense vno priusquàm ex hâc vitâ decederet Marquemontius. Confestim nouus Præsul in Gallias remeauit, ac Lutetiæ à Rege Ludouico humanissimè exceptus, Idibus Decembris Dominicâ 3. Aduentus in sacello Borbonico solitum iureiurandi sacramentum exhibuit. Appamias verò gregémque suum inuisere C cupiens, Tolosæ primò Magistratus municipalis Appamiensis legationem accepit, vrbem ingressus solemniter an. subsequenti 1627. 23. Maij, in vigiliâ Pentecostes, magnâ ciuium frequentiâ, & Cleri paucis abhinc diebus in vrbem reuersi celebritate exceptus. Intereà vigilantissimi Pastoris curâ plures hæreticam labem eiurarunt, congregatísque pro more Comitiis Prouinciæ Fuxensis, iis præfuit Spondanus ex D iure Appamiensibus Episcopis attributo, in quibus multa pro Ecclesiâ, & pro Republicâ ad felicem exitum perduxit: tum etiam disceptantes Franciscanos dictos de Obseruantiâ Aquitanicæ Prouinciæ, ex delegatione Apostolicâ prudenter composuit. Hoc anno cùm diœcesis perlustratione inchoaret impigrè in arduis montium cacuminibus penè inaccessis, feruente visitatione, hæreticorum superueniente totâ Galliâ rebellione, & Henrico Duce Rohanensi Nouatorum præcipuo capite in ciuitatem

1627.

die 13. Nouemb. eiusdem anni 1627. A
proditoriè introducto, prouidâ Dei
benignitate præter omnem expecta-
tionem, vix potuit Episcopus per
muri quoddam foramen euadere,
translato in oppidum Fuxense Ca-
thedralis Ecclesiæ Collegio. Sequen-
1628. ti anno 1628. ciuitate obsidione captâ
ab Henrico Borbonio Principe Con-
dæo 10. Martij, hæretici ciuitate pul-
si sunt, nisi qui Romanam fidem am-
plecti voluerunt: Episcopus cùm Ca-
tholicis restitutus, qui subinde Col-
legium Cathedrale & Collegiatum, B
Ordines Mendicantes, & Collegium
Soc. Iesu longo postliminio in ciuita-
tem reuocarit. Accepto autem ab Vr-
bano post tot clades & ærumnas Pon-
tificis Appamiensis ad Ecclesiam suam
regressu, has gratulatorias meruit lit-
teras accipere. VRBANVS *Papa* VIII.
*Venerabilis frater salutem, & Apostoli-
cam benedictionem. Qui paterni amoris
commiseratione fraternitatem tuam pro-
sequebamur extorrem, atque impiorum
furore agitatam, nunc ingenti lætitiâ te
comitamur ad sacræ tuæ sponsæ amplexus
reuertentem. Nos dum ciuitas Apamien-
sis exultat sui Præsulis aspectu, misericor-
diarum Domino gratias agimus, qui* C
*tuum reditum insigni hæreticorum clade
voluit illustrare. Sanè exoptatissimo gau-
dio Pontificias sollicitudines cumulauit
numerus ille resipiscentium, quo fidelem
gregem auctum esse nunciarunt fraternita-
tis tuæ litteræ. Pastorem sempiternum nos
enixè semper rogabimus, vt vota & cona-
tus tuæ pietatis tueat, tibique benedictio-
nem nostram peramanter impertimur. Da-
tum Romæ apud sanctam Mariam Ma-
iorem sub annulo Piscatoris die 26. Maij
MDCXXVIII. anno Pontificatus nostri
quinto. Ioannes Ciampolus.*

Diœcesi interim perlustratâ, multâ
salubriter in eâ constituit pro deli-
gendis sacerdoribus, & eorum pro- D
motione ad Ordines sacros; frequen-
tibus synodis, ac visitationibus dis-
ciplinam valdè labefactatam in me-
liorem statum redegit: mille circiter
ac trecentis vtriúsque sexûs homini-
bus totâ diœcesi abiuratâ hæresi ad
fidem catholicam reductis, institutâ
Congregatione virorum Ecclesiasti-
corum, pietate & eruditione claro-
rum, qui sæpe pro rebus diœcesanis
in ipso palatio Episcopali conueniret,
quod summis impensis à fundamento
extruxerat, fundo aliàs in vsus exter-
nos distracto & abalienato, mensæ
Episcopali in perpetuum addicto.
Tandem annis grauis & laboribus fra-
ctus, obtento priùs Coadiutore cùm
futurâ successione Ioanne filio fratris
sui, quò posset liberiùs vacare editio-
ni librorum à se compositorum, cuius
causâ Lutetiam se contulit, obtentâ
missione à Rege & à Summo Pontifi-
ce, demum integrum Episcopatus
onus refudit in prædictum suum ne-
potem anno 1639. ac Lutetiam se con- 1639.
tinuit vacaturus Continuationi An-
nalium Ecclesiasticorum quam sum-
mo Pontifici, ac Sedi Apostolicæ cùm
nuncupasset, illam approbauit, hoc
elogio Breuis Apostolici. VENERA- «
BILI fratri Henrico Episcopo Ap- «
pamiensi. Vrbanus Papa VIII. Vene- «
rabilis frater salutem & Apostolicam «
benedictionem. Conciliauerant iam- «
pridem fraternitati tuæ existimatio- «
nem simúlque beneuolentiam no- «
stram lucubrationes, quæ cùm om- «
nium manibus terantur, præclaram «
tibi famam pepererunt. Paternæ au- «
tem erga te caritatis nostræ cumulus «
adiectus est, cùm recensâ te editum «
volumen acceperimus, quod non si- «
ne pietatis tuæ significatione Nobis «
& Apostolicæ Sedi dicatum voluisti. «
In eo historiam è sacris petitam mo- «
numentis cùm diligentissimé prose- «
quaris, speramus fore vt inde par vo- «
luptati vtilitas percipiatur. Nos, «
quamuis in eius lectione diu immo- «
rari hactenùs non potuerimus, vbi per «
negotia licuerit, eruditum opus li- «
benter percurremus. Interim hásce «
literas non minùs propensæ erga te «
voluntatis nostræ, quàm virtutum «
tuarum testes extare volumus, qui- «
bus & felicitatis affluentiam ab Altis- «
simo bonorum largitore fraternitati «
tuæ postulamus, & pontificiam be- «
nedictionem ex animo impertimur. «
Datum Romæ apud Sanctam Mariam «
Maiorem sub annulo Piscatoris die 9. «
Iulij MDCXXXIX. Pontificatus nostri «
16. Scripsit autem Annales Sacros ab «
Orbe condito ad eius per Christum
reparationem vno volumine; Epito-
men Annalium Eminentissimi Car-
dinalis Baronij, à Christo vsque ad
Pontificatum Innocentij III. duobus;
& Continuationem eorumdem Anna-
lium à fine Baronianæ ad exitum anni
MDCXL. tribus: grandi, vt ait ipse, « 1640.
planè conatu, necdum ab vllo alio «

„ hactenus tentato, saltem non viso, A „ vt scilicet ab vno calamo res habeas „ ab orbis condito continuâ serie, quan- „ tùm per temporum monumenta li- „ cuit, ad hanc quâ viuimus ætatem. Necnon Cœmeteriorum sacrorum opus, primo vernaculè, deinde Latino idiomate, variâ doctrinâ, & gratâ æquè ac vtili refertissimum, præter omnium Ecclesiæ Conciliorum Historiam M S. non absolutam, aliáue nonnulla, quæ de controuersiis religionis cõtra hæreticos linguâ Gallicâ edidit: cui & Franciscus Bosquetus nunc Lodouensis Episcopus suam dicauit historiam Pontificum Romanorum qui in Galliâ sederunt. Tolosam
1642. reuersus anno 1642. vno ante obitum, mortem sibi esse vicinam auguratus est, quâ & spiritum Creatori exhalauit die Maij 18 anni 1643. post biduum corpus in basilicâ Tolosanâ Protomartyris Stephani sepulturæ illatum est, Episcopali pompâ, sacris exequiis operante Ioanne-Ludouico Berterio Riuensi Pontifice, vnus autem è Patribus Societatis Iesu in eius funere perorauit, recensuítque dignas Antistitis laudes 24. Maij sequentis in æde Metropolitanâ. Paucis ante transitum diebus codicillis testamenti Tolosanos Patres S. Francisci de Paulâ hæredes amplissimæ Bibliothecæ nominauit, conditâ etiam hâc sibi epigraphe sepulchrali. *Hic iacet corpus Henrici Spondani quondam Episcopi Appamiarum, cuius anima requiescat in pace*; at grati animi memor Frizonius ei familiaris mausoleũ perenni memoriæ excitandum curauit, quod in æde Tolosanâ S. Stephani, ad latus maioris aræ extra chorum, visitur cùm hoc epitaphio.

D. O. M.

ÆTERNÆQVE MEMORIÆ.

Vixit, viuit, æternúmque viuet HENRICVS DE SPONDE APPAMIENSIS *Episcopus, genere illustris, pietate & doctrinâ illustrior, Pontificiâ dignitate illustrissimus. Primùm Henrico* IV. *Magno à Libellis Supplicibus, tum Romæ Clementi* VIII. *Pontifici Maximo ob singulares animi dotes plurimùm dilectus, eidem ab expiationibus, & Cæsari Baronio Cardinali Bibliothecæ Vaticanæ Præposito socius adlectus: quorum par laus in Ecclesiasticis Annalibus condendis; tanta quippe ingenij ac studiorum vtriúsque similitudo, vt Baronium fato functum Spondanus superstes induisse videretur: totius opus imperfectum vnus perfecit, & ad nostra tempora, regnúmque Ludouici* XIII. *Iusti feliciter perduxit: quo ad curâ & vigilantiâ incredibili, Appamiarum atque vniuersa diœcesis Caluinianis hæreticis aut ad catholicos reuocatis, aut omnino profligatis, fractus annis, diuturnisque lucubrationibus exhaustus, animam Deo acceptam volens lubénsque Tolosæ reddidit humanæ salutis restitutæ anno 1643.* 1643.
Maij die 18. & ætatis 75. Cæterum omnia quæ breuiter à nobis relata sunt B de Spondano, fusiùs tractantur in eius vitâ, quâ idem Petrus Frizonius Theologus Parisiensis prolixâ dissertatione natales, educationem, studia litterarum, res gestas, virtutes, mortem, & scriptorum monimenta contexuit, ex quo pleráque exscripsimus.

26. IOANNES DE SPONDE, V. prædicti Henrici nepos ex fratre eius maiori Ioanne itidem dicto, Magistro Libellorum supplicum Regis Christianissimi à longo tempore defuncto: qui nominis claritatem adeptus tum præclaris scriptis vulgari linguâ contra hæreticos, in quorum castris iuuenis militauerat, exaratis; tum doctissimis commentariis in Homerum, quem primus Latinorum illustrauit: sicuti & Hesiodum & nonnullos alios auctores tam Græcos quàm Latinos; cùm esset vtriúsque linguæ peritissimus. Prædictus autem Ioannes Episcopus eius filius abdicante patruo ætatis anno 40. admissus in Coadiutorem titulo Episcopi Megarensis consecratus fuit Lutetiæ in Ecclesiâ Clarissarum dictâ Aue Maria 2. die Iulij 1634. ab Alexandro Cardinali Bichio, Victore Bouthillier Bononiensi D Præsule posteà Turonensi Archiepiscopo, & Leonorio d'Estampes de Valancay tunc Carnotensi Antistite, dein Remensi. Susceptâ ergo plenâ diœcesis Appamiensis administratione operi incubuit cùm laude, sed anno Christi 1643. Appamiis mortuus est 1643. vltimâ Martij.

SPONDE.

27. HENRICVS SPONDANVS Abbas S. Leonardi de Corbiniaco, post mortem nepotis à Rege iterum nominatus 1643. diu non superuixit, etenim ipse fato functus est 18. Maij

eiusdem anni, vt superiùs diximus.

Monrovga

28. IACOBVS DE MONROVGEII. Parisiensis, ex Eleemosynario Annæ Austriacæ matris Ludouici 14. Regnique Regentis, & Parisiensi Theologo è regiâ domo Nauarrâ, nominatur Appamiensis, sed non consecratus fit posteà Episcopus S. Flori.

C[illegible] De [illegible] a vn lion, .. & vn[illegible] ta ce chargée de trois estoilles.

29. FRANCISCVS-STEPHANVS DE CAVLET Tolosanus, Præsidis Quæstorum Tolosanorum filius, qui factus Abbas S. Volusiani Fuxensis ætatis anno decimo septimo, Christi 1627. reformationem sui monasterij procurare studuit, inde beneficio Ludouici XIV ad Appamiensem Episcopatum euectus, inter Gallicanos Præsules à Papâ Innocentio X. primùs admittitur in Consistorio ad

1644. Episcopalem curam suscipiendam anno 1644. consecratus Lutetiæ in æde parochiali S. Sulpitij suburbij S. Germani de Pratis anno 1645. qui etiamnum pastorali officio inuigilat.

APTENSES EPISCOPI.

Apt. en Prouence sur le Coulon.

APTA IVLIA Vulgientium apud Plinium lib. 3. cap. 4. in Galliâ Narbonensi, ab Aquis Sextiis suâ Metropoli & sede Parlamenti, versùs Occasum, & Auenione, versùs Ortum medio itinere sita inter Druentiam & Rhodanum; sicut olim nobilibus Prouinciæ oppidis annumerabatur, eumdem nunc inter ciuitates ordinem tenet, malè Athensium dicta, pro Aptensium in quadam Notitiâ Prouinciarum. A Iulio Cæsare in tantum amplificata fuit, vt muris adhuc Romani operis cincta sit, & Imperator faciem mutarit ac originem, cuius vrbis vti & Romani Imperij fundator dici voluerit, idcirco ei proprium nomen ad dignitatem, & patriam ad coloniam communem fecit. Episcopatus autem Aptensis inter clarissimos Prouinciæ semper est habitus, si volueris spectare originis vetustatem, vel dignitatis amplitudinem, præter id quod cùm cæteris habet commune, primus in

A ordine suæ Metropolis Suffraganeus est, & Principis cognomen præfert, quod Fredericus & Carolus IV. Imperatores publicis illi diplomatibus sanxêre, & probauit æreæ monetæ fabrica, quam cruce & mithrâ expressam aliàs ad vulgare commercium cudi iusserat, cuius etiam hodie numisma videre est. Quod testatur etiam multis beneficiario iure dominis, quos è potioribus duarum prouinciarum familiis sub se habuit, cùm in ditione teneret Aptam in parte, castrum Sauionis in toto, & Rocasuræ, necnon Baroniam S. Martini,

B Castillionis, & quorum aliqnos adhuc retinet cùm castris S. Martini, Turritarum, Clarimontis, & Auribelli in parte. Si sanctitatis prærogatiuam consideres, quinque ex suis Episcopis exhibet, nimirum beatos Auspicium, Quintinum, Castorem Prætextatum, & Stephanum; Abbatem vnum puritate vitæ & miraculis præcipuum S. Martinum, præter Diuos Elzearium & Delphinam, pluresque alios, quorum ignota corpora possidet in cryptâ inferiori altaris maioris Ecclesiæ, & ad summum omnium, quemadmodum tradunt, beatissimam

C Annam Sanctissimæ Virginis matrem nunc Patronam Cathedralis, cùm olim B. Virginem agnosceret tutelarem: in eâ diœcesi sunt Abbatiæ.

S. EVSEBII *S. Eusebe* O B.

VALLISCELLÆ *Vaucelle* O B.

VALLISSANCTÆ *Valsainte* O C.

S. CATHARINÆ *fæm.* O A. *Sainte Catherine d'Apt.*

S. CRVCIS APTENSIS O C. *Sainte Croix d'Apt.*

D Præsules Aptenses quos modò exhibemus, nunc primùm integri exeunt in lucem, cùm nullus scriptor ex professo huius Ecclesiæ Antistitum Annales huc vsque confecerit: eos autem nobis scribentibus transmisit illustriss. Episcopus Modestus de Villanouâ, postquam seriem istam discussis antiquioribus monumentis & reuolutis suæ Ecclesiæ, aliisue Capituli, cartulariis, è tenebris antiquitatis ex fide & accurarè omnino concinnatam deprompserunt, nobisque huma-

niter communicarunt, Ioannes Iacobus Prouuensal Aptensis, sacræ Theol. Doctor, & Aptensis Ecclesiæ Clericus Præbendatus: necnon Marcus-Antoninus Groffy item Aptensis sacræ Theol. Licentiatus, ac Prior S. Romani de Lieus eiusdem diœcesis.

1. S. AVSPICIVS primus Aptensis Episcopus, ordinis senatorij inter Romanos ciues, & B. Flauiæ Domitillæ Domitiani Imp. neptis educator dicitur, Sanctorum Nerei & Achillei in fide discipulus fuit, ex Breuiario Romano 12. Maij, quorum sepultis corporibus, Aptæ Iuliæ Christi Euangelium prædicasse fertur, qui demum martyrio fidem quam promulgauerat obsignauit, vt habet Breuiarium Aptense: ex actis Conciliorum Romanus Presbyter, & Victor Exorcista de ciuitate Aptensium interfuêre Concilio Arelatensi 1. anno 314.

400. 2. S QVINTINVS, anno Christi 400. Aptensi præfuit Ecclesiæ in Martyrologio Gallicano, ei S. Castor successit, & nominatur in illius vitâ 21. Septemb. in Breuiariis Aptensi & Massiliensi S. Victoris.

419. 3. S. CASTOR anno 419. Pontifex assumitur, qui patriâ Nemausensis, & Abbas monasterij quod in suo prædio construxerat, Ecclesiæ factus Pontifex eam tam sancto regimine gubernauit, tot illustrauit miraculis, tã sancto fine beauit, vt pro magno sui desiderio qnod moriens reliquit, non tantùm eius corpus, sed nomen etiam Ecclesia Aptensis retinnerit per multa sęcula, qnibus decurrentibus basilica S. Mariæ & S. Castoris est nuncupata ex Breuiario Aptensi & archino Capituli.

431. 4. SILLVCIVS, anno 431.

5. ASCLEPIVS populis Aptæ ĉus diuinum dixit an. 439.

509. 6. S. PRÆTEXTATVS 509. adfuit & subscripsit Concilio Epaonensi an 517. Arelatensi 4. 524. Arausicano 2. 529. Aurelianensi 4. 541. de eo meminit Vigilij Papę epistola ad Auxanium Arelatensem.

7. EVSEBIVS an. 546. ex tabulario Ecclesiæ Aptensis.

8. CLEMENTINVS Synodo Aurelianensi 5. signum apposuit an. 549. 549.
Arelatensi 5 554. Parisiensi 2. 555. Parisiensi 4. 573. & in epistolâ eiusdem Synodicâ ad Sigebertum Regem.

9. PAPPVS subscripsit constitutionibus Concilij Matisconensis 1. 581. Valentinensis 2. 584. & Matisconensis 2. per missum Episcopalem 585. post 585.
quem plurimorum Antistitum nomina in diptychis Ecclesiasticis exciderunt.

10. MAGNERICVS annis 787, & 788. pręsens Concilio Narbonensi contra Fœlicem Vrgelitanum cùm aliis Præsulibus. Id ferè temporis an. 792. Dominicâ in Albis corpus beatissimę Annæ matris sanctissimæ Dei 792.
Genitricis, Aptę euidenti miraculo inuentum fertur: celebritati annuę Inuentionis locum dedit, quæ cùm magno populi concursu Aptæ qnotannis habetur, ex Breuiario Ecclesiæ.

11. SENDARDVS anno 835. eius 835.
operâ Milo Montanus Comes Aptensis castrum S. Martini Ecclesiæ Cathedrali B. Mariæ donauit, ex tabulis Capitularibus.

12. PAVLVS in Concilio Nemausensi in villâ Portus an. 886. & in vitâ S. Theodardi Narbonensis memoratur 888. vti & 890. Nouembris 16.

13. TEVTBERTVS anno 896. di- 896.
plomate concesso Ecclesiæ Aptensi ab Infidelibus diuexatę, quendam locum acquirit monasteriolum vocatum, Ecclesiis S. Petri & S Martini ibidem constitutis, ac mancipus, terrisque ad eas pertinentibus.

14. ARNVLPHVS anno 972. 13. Calendas Maij.

15. NARTOLDVS annis 982. & 983. dat Ecclesiæ Aptensi Prioratum 983.
S. Saturnini, B. Stephani, & D. Petri de Aquanâ; & 986. castrum Saniouis in feudum mancipauit Alberto & Vuarraco fratribus ex tabulario Capituli.

16. TEVDERICVS anno 991. & 4. Nonas Augusti de voluntate Guillelmi Principis Prouincię, Annonis

Arelatenſis, Almarici Aquenſis Archiepiſcoporum, Ingilrani Caualicenſis Epiſcopi, fundat in ſua Cathedrali duodecim Canonicos ſub communi viuendi ratione, ad quam ſufficientes decimas aſſignans, illos in maiorem numerum augeri poſſe vetauit; qui tamen excreuit non multo poſt tempore, à quo Capitulum Aptenſe conſtat tredecim Canonicis Præpoſito computato, & 13. Clericis præbendatis, ex archiuo Capituli.

17. S. STEPHANVS I. Agathæ in Occitaniâ natus, Epiſcopus creatur
1010. anno 1010. in quo munere omnes meritiſſimi Pontificis partes impleuit. In ſecundâ quam pietatis nomine ad loca ſancta Ieruſalem inſtituit peregrinatione, morbo valde ancipiti per viam correptus, præter omnem ſpem officioſo aditu ſanctiſſimæ Dei Genitricis, & Sanctarum Virginum Agnetis & Luciæ derepente ſaluti priſtinæ reſtitutus eſt, & in patriam rediens, de B. Virginis mandato, reædificandæ ſui Epiſcopij Eccleſiæ à barbaris dirutæ, ſub eius titulo omnem curam adhibuit 1040. aſſiſtens fuit cùm aliis XXII. Epiſcopis Benedicto 9. Eccleſiam S. Victoris Maſſilienſis ſecundùm conſecranti. Teſtis recenſetur in tabulâ indict. 12. Hen-
1044. rico Rege 1044. & in donatione Bertrandi Comitis & Marchionis Prouinciæ factâ S. Victori Maſſilienſi, de Eccleſiâ S. Promaſij in territorio caſtri Forcalcherienſis ex cartulario Maſſil. Demum bonis operibus plenus, miraculis clarus, immortalitatis coronam adeptus eſt 1046. 8. Idus Nouembris, & in Eccleſiâ quam conſtruxerat, tertiâ ſuæ mortis die ſepultus eſt. Ex tabulario Capituli.

18. LEODEGARIVS I. vel LAVGERIVS, anno 1046. cuius extat memoria in archiuis Cathedralis.

19. ELIFANTVS, Guillelmi & Roſtagni Aptæ Principum frater, origine & ſacrâ literaturâ clariſſimus, pio ad Deum famulatu quem illi ſub infulis exhibuit, adhuc illuſtrior fuit
1048. 1048. in ſchedâ Raiambaldi Arelatenſis Antiſtitis: ſuæ Cathedrali Eccleſiam Iocaſſij donauit cùm ſuis iuribus, eique deprauatorum vexationibus conſternatæ villam in territorio

A Turrigarum conceſſit an. 1056. 6. Cal. Iulij; & huic inſuper dono addidit gratâ fratrum ſuorum largitione Eccleſias S. Mariæ & S. Petri Caſtellionis cùm Raiambaldo Arelatenſi Præſule, & Hugone Senecenſi: Eccleſiam caſtri S. Saturnini ſuæ diœceſis 3. Maij conſecrauit, vt conſtat ex epigraphe è regione altaris lapidi inſculptâ; adfuit etiam Concilio Toloſano 1056. 1056.

20. LEODEGARIVS II. vel LAVGERIVS D'AGOVLT ex illuſtriſſimâ dynaſtarum Saltus familiâ oriundus ſedit an. 1103. in ipſo Pontificatus ingreſſu Eccleſiam S. Mariæ de Vlmatis annexo Prioratu Caſanouæ dedit ordini Cluniacenſi, & Prioratum B. Mariæ parochialis caſtri Cæſariſtæ, & S. Saluatoris caſtri de Bouilis monaſterio S. Victoris Maſſilienſis; caſtra Sauionis & S. Martini quæ erant ex antiquo Aptenſis Eccleſiæ dominio, ſuâ illi reſtituit induſtriâ, factum comprobante Paſchali 2. Summo Pontif. diplomate dato Laterani Idibus Ianuarij anni 1115. quo Aptenſi Eccleſiæ dicta caſtra confirmat, & illius Capitulo facultatem concedit eligendi & nominandi in poſterum pleno iure Epiſcopos Aptenſes Laugerio ſucceſſores, ex tabulis Epiſcopatus & Capituli: at nominatur Laugerius 1. in donatione S. Symphoriani per Pontium Faraldi factâ in tabulario Maſſilienſi.

AGOVLT. D'or au loup rampant d'azur armé & lampaſſé de gueulles. 1103.

21. GVILLELMVS ASTRA I. anno 1158. ſolemnes literas ab Adriano Papâ 4. recipit, confirmantes menſæ Pontificiæ burgum Epiſcopalem, & alia eius bona infra ciuitatem, & Prioratus in diœceſi; inſtituit feſtum B. Caſtoris, & obiit 8. Idus Aprilis ex necrologio Capituli. Nec fortaſſis ſuperfluum fuerit vetus documentum ex archetypis tabulis recenſere his verbis. ANNO ab Incarnatione «
tione MCLX. ego GVILLELMVS « 1161.
ſolius Dei gratiâ Aptenſis Epiſcopus «
conſilio Eccleſiæ noſtræ, dono & «
laudo & concedo Fratri Pontio Abbati S. Andreæ Montis Andeonis, ac «
fratribus Deo ibidem ſeruientibus «
tam præſentibus quàm futuris, Ec- «
cleſias quas prædictum Monaſterium »
ante tempus noſtrum, vel in tempo- «
re noſtro tenuerat, vel habuerat in «

ASTRA.

» Episcopatu nostro. Dono inquam &
» concedo, vt eas sicut nunc possident,
» & in futuro quietè habeant, & ad ser-
» uitium Dei teneant, cùm omnibus
» quæ ad easdem Ecclesias pertinent,
» vel spectant. Ita scilicet vt si quis
» molestiam eis aliquam vel calum-
» niam, seu quæstionem inferre præ-
» sumpserit, nullatenus contra eos ob-
» tineat, sed improbus cùm improbita-
» te suâ, non impetrato quod calum-
» niatur abscedat, & ipsi obtineant, &
» quòd priùs tenuerant quietè sicut
» nunc possident, teneant perpetuò.
» Hæ sunt autem Ecclesiæ quas prædi-
» ctis fratribus in pace concedimus, Ec-
» clesiam S. Christophori & S. Nicolai
» cùm decimis suis, & quartam deci-
» mæ laudo & concedo eis quam præ-
» decessor noster Laugerius priùs do-
» nauit & concessit, & Ecclesiam S Ma-
» riæ de la Gardâ, & S. Petri de Bai-
» nols, & Ecclesias S. Petri & S. Mi-
» chaëlis de Simianâ, & S. Andreæ, &
» S. Mariæ & Ecclesiam S. Ferreoli, &
» S. Hilarij de Venis, & S. Ioannis, &
» Ecclesias S. Saluatoris de Cederestâ,
» & S. Martini & Ecclesiam S. Crucis
» de Rossillone, & interpellationem,
» & ius quod in aliis Ecclesiis de Castro
» habuere, & Ecclesiam S. Andreæ de
» Arnauis, & Ecclesiam S. Martini de
» Rosainas. Facta fuit hæc donatio vel
» confirmatio in vrbe Aptensi, in do-
» mo Episcopali, istis videntibus & au-
» dientibus, Raimundo de Lauduno,
» Martino, Bertrando Molnerij Prio-
» re de Costâ monachis. Petro de san-
» cto Paulo eiusdem Ecclesiæ Præposi-
» to, Rainoardo Canonico, Guillelmo
» Pagani &c. Bertrando de Insulâ mi-
» lite, Gordone, Bernardo de Rupe ar-
» migeris, Bertrando Guiramandi.

1173. 22. PETRVS I. anno 1173. 5. Martii ex veteri codice Abbatiæ S. Eusebij, vbi dicitur vnà cùm Hugone Archiepiscopo Aquensi auctor permutationis iniendæ cùm Petro Massiliensi, & Bernardo S. Eusebij Abbatibus de Ecclesiâ S. Mariæ de Auellone: an. autem 1178. Fridericum Imp. adiit, & clientelari professione regalia quæ de antiquo iure habebat, & habiturus erat, per possessionis traditionem ab eo recepit, scilicet Burgum Episcopalem Aptæ, castra Sauionis, S. Martini, Turritarum, & Claromontis, quæ Imperator illi confirmat, & sub suo collocat præsidio diplomate dato in palatio Vapincensi 15. Calend. Augusti eiusdem anni, ex tabulario Capituli: interfuisse legitur Concilio Lateranensi an. 1179. 1179. obiit verò 3. Idus Nouemb. ex citato Necrologio.

23. GVIRANVS DE VIENS, vel DE APTA, filius magnifici domini Imberti de Viens. toparchæ eiusdem loci, & de Aptâ in parte 1186. 1186. pro iisdem bonis client lare mu us cùm sacramento professus est Henrico Romanorum Regi, & ab eo inuestituram & tuitionem Regiam retulit, in campo Eugubij Idibus Augusti eiusdem anni, cùm eandem gratiam iam assecutus fuisset à Frederico Imp. diplomate dato Taurini, quo eum cium Concilio Aptensi, vt Principem suum commendat 1193. partem qu m Aptæ pater eius Imbertus habebat sub nomine breuis mediani, seu dominorum de Viens, per eius concessionem mensæ Episcopali acquisiuit, & illius inuestituram recepit ab Henrico apud Lyceriam 6. Nonas Iunij eiusdem anni; viuere desiit 13. Calend. Nouembris ex archiuo Capitulari. Viens.

24. PETRVS DE SANCTO PAVLO II. anteà erat Præpositus Capituli Aptensis & 1209. Berengarij Prouinciæ Comitis familiaris, de quo historia Prouinciæ Nostradami parte 2. iste nominatur etiam in conuentu Guillelmi Comitis Forcalquerij, adhuc sub tutelâ auiæ pro statuto exclusiuæ successionis filiorum, cùm Guillelmo Ebredunensi Archiepisc. & Gregorio Vapincensi, ex cartulario Durbonis. S. Paul. 1209

25. GAVFREDVS D'APT, I. ex Preposito Capituli Aptensis 1211. obiit 10. Calend. Martias ex Necrologio Capituli

26. GAVFRIDVS II. an. 1221 6. Idus Apr. controuersiam habuit cùm Rostagno de Agouto, & nepotes suos filios Guirandi de Simianâ pro castro S. Martini, quæ composita est consilio Aptensis Capituli ac Guillelmi Præpositi quemadmodum notat originale Aptense: legitur quoque præsens 1238. in fidelitatis sacramento Ioannis Arelatensis Antistitis. Anno 1246. excommunicauit Bertrandum Rayam. 1221.

Rayambaldum de Simianâ, nobilem A
toparcham, cui anno sequenti gre-
n ... aperuit Sanctæ Matris Ecclesię
Aptensis, eique tradidit in feudum
breuia ciuitatis, & castrum S. Marti-
ni sub annuo censu, fideiussoribus Rai-
none de Caslario, & Vuilelmo de
Malotortello. Formula autem digna
est quæ ex schedis Pereskianis de-
prompta, hîc integra apponatur eo
tenore verborum ex originali & actis
eiusdem Ecclesiæ.

ANNO *Domini* MCCXLVI. 9. *Cal.* B
*Aprilis omnipotentis nomine inuocato Pa-
tris, Filij & Spiritus Sancti Amen. Pa-
teat cunctis præsentibus & futuris, quod
nos G. Dei gratiâ sanctæ Aptensis matris
Ecclesiæ dictus Episcopus, gaudens, &
animo lætanti aperimus gremium sanctæ
prædictæ matris Ecclesiæ nobili viro Ber-
trando Raybaudo deuiato ad ipsum gre-
mium redire cupienti: & quia de iis in qui-
bus commisit contra supradictam sanctam
matrem Ecclesiam, nobis idoneas præsti-
tit cautiones, & est etiam alias præstitu-
rus. Idcirco coram vobis omnibus et vo-
lumus beneficium absolutionis indulgere,
secundùm formam & mandatum sanctæ
matris Ecclesiæ, & nostrum, quo facto ad* C
*nostra proferenda mandamenta procedi-
mus in hunc modum. Primum mandamen-
tum proferimus, vt pro complendis & at-
tendendis Sanctæ matris Ecclesiæ & nostris
mandamentis, det nobis in fideiussorem
& principalem, & totam suam terram
obligantem supradictæ Ecclesiæ & nobis,
dominum Rainonem, & quod nos si con-
tingeret, quod absit, quòd dictus nobilis Ber-
trandus Raybaudi aliquo tempore contra
nostra mandamenta possemus excommuni-
care personã, & terram interdicere, & velut
obligatam nobis nomine supradictæ Eccle-
siæ auctoritate propriâ capere, seu occu-
pare, & de rebus sese innouentibus ipsum
& modo supradicto pignorare. Ad quod* D
*idem faciendum mandamus nomine quo
supra, vt sub eadem formâ detur nobis
Dominus Villelmus de Malotortello. Ad
hæc omnia Dominus Rainonus, & Domi-
nus Villelmus de Malotortello fideiussores
nobis extiterunt sub eâ formâ sub quâ supra
à nobis fuerant postulati. Præcipientes ei-
dem Bertrando Raibaudo sub virtute præ-
stiti iuramenti, quòd nullo tempore similia
attentet, neque in Ecclesijs, neque in perso-
nis Ecclesiasticis, neque in alijs personis reli-
giosis, & eorum domibus, atque rebus ac-
quisitis & acquirendis, sed eos debere ser-*

A *uare, & custodire pro posse suo in rebus &
personis, & priuilegia dictæ Aptensis Ec-
clesiæ in omnibus obseruare, quæ omnia
supradicta approbauit expresse dictus Do-
minus Raybaudus. Secundum mandamen-
tum tale facimus nomine supradictæ matris
Ecclesiæ, & nostro; breue Episcopale de
bocaria ciuitatis Aptensis, & breue quod
quondam fuit dominorum de Vsens, secun-
dùm quod in priuilegiis Imperatorum con-
cessis supradictæ Ecclesiæ continentur; &
secundùm quòd illa duo petita fuerunt co-
ram venerabili bonæ memoriæ quondam
Guidone de Soleriis Præposito Barjolensi*
B *iudice delegato à Domino Zoen Dei gra-
tiâ Auenionensi Episcopo, Apostolicæ Se-
dis Legato, tunc temporis officio Legatio-
nis fungente in Prouinciâ, & Domino
Raymundo Berengario Dei gratiâ il-
lustrissimo Comite Prouinciæ & Marchio-
ne, & Comite Forcalquerij, & adiudi-
cata nobis nomine dictæ Ecclesiæ damus
pertinentia ad nos, & ad supradictam
matrem Aptensem Ecclesiam, ipsi nobili
Bertrando Raybaudo in feudum. Ita ta-
men vt ipse inde teneatur nobis nomine su-
pradictæ Ecclesiæ homagium facere, & fi-
delitatem, & quod teneatur recognoscere
ipse & successores sui, & homagium face-*
C *re nomine dictæ Ecclesiæ ipsi Episcopo, qui
erit pro tempore quandocumque requiratur.
Et specialiter cùm contigerit in Aptensi
Ecclesiâ Episcopum eligi, siue de nouo crea-
ri, vel assumi. Iurantes nomine supradictæ
concessionis, nobis nomine nostro & Episco-
patus, & Ecclesiæ, seruare Ecclesiam cùm
suis seruitoribus secundùm fidelitatis for-
mam, quæ continet tutum, incolume, hone-
stum, vtile, facile, possibile, adiicientes
quod in recognitionem dominij dictorum
breuium, seruiat annuatim in festo beatis-
simi Auspicij Martyris & Aptensis quon-
dam Episcopi, vnum cas bonis, scilicet
quatuor carteria valentia 50. solidos Vil-
lelmenses. Item quòd quandocunque ali-*
D *quid per preconem ipsorum Dominorum
præconisabitur per dicta breuia, semper
& perpetuò preponatur nomen Domini
Episcopi qui erit pro tempore, & postea
dominorum. Item quòd quandocunque
contigerit quòd homines dictorum breuium
litigauerint sub examine Iudicis & Baiuli
ipsorum dominorum, sentientes se grauari
ante sententiam, vel post, vel qualiter-
cumque appellauerint, appellare valeant
ad dominum Episcopum tanquam ad ma-
iorem, & sub examine dictæ Ecclesiæ ven-
tilari, appellare dico indistinctè. Tertium
mandamentum est de castro S. Martini,*

quod fuit & est adiudicatum supradictæ S. Aptensi Ecclesiæ, vt commissum & adiudicatum per supradictum Iudicem. De quo castro sic ordinamus & facimus. De nouo concedimus & donamus ipsi Nobili Bertrando Raybaudo dictum castrum in feudum, & inuestituram sub eadem formà quà dictum est suprà, de breuibus ciuitatis Aptensis, excepto quod censum de dicto castro, siue canonem qui erat vnius sterlingi permutamus in vnum multonem viuum, qui valeat octo solidos Villelmenses, quem seruiat dictus nobilis vir B. Raybaudi annuatim in vigilià B. Martini. Quartum mandamentum sic facimus & ordinamus super facto Castellionis, quia in causa quæ ventilata fuit coram supradicto iudice delegata petitum fuit, & relictum à Raybaudo Guirano quondam, ita remaneant Ecclesia S. Petri de Castilione, & Ecclesia Aptensi, & Ferrago, quam Dominus Ripertus Aptensis quondam Præpositus Ecclesia reliquit ad eius anniuersarium, cùm Bezennarius restituat S. Aptensi Ecclesiæ, & eorum casamenta, & quod in eis de cetero nullam exactionem faciat. Quintum mandamensum super facto Sanionis, & super destructione castri Mediani. Primò sic dicimus & mandamus, quòd nobilis vir B. Raybaudus reficiat, siue reficifaciat dictum castrum cùm domibus circumpositis. Quæ domus erant Aycardi de Sagnione, & reficiatur siue reficifaciat dictum castrum, & dictas domos, secundùm quòd erat vetus forma, secundùm latitudinem, profunditatem, longitudinem & altitudinem. Et hæc facta sint vsque ad tres annos. Ita videlicet quòd infra primum annum reedificata sint omnes supradictæ domus. Turris verò infra duos annos sequentes, & hæc omnia readificentur ad arbitrium trium vel quatuor probatorum virorum à nobis electorum. Restituendis loricis, balistis, & cayrellis, & sceptris, & possessionibus, & munimentis aliis quæ de dicto castro tempore captionis fuerunt abstracta, si quæ de prædictis coram nobis probata extiterint. Pannis insuper & vestimentis, si qui, vel si quæ coram nobis probabuntur esse abstracta tempore supradicto. Cassantes omnes venditiones, siue alias alienationes quæ factæ sunt de dicto castro nobis irrequisitis. Item præcipimus & mandamus, quòd nobilis vir B. Raybaudus absoluat omnes illos à quibus recepit fidelitatis sacramentum, & coegit præstare. Item quod renunciet donationi quartæ partis Consulatus ipsius castri quia per eam infringitur libertas dicti castri & dominium Aptensis Episcopi, & quod Consulatus se habeat secundùm veterem formam & antiquam in quà se habebat antequam Dom. B. Raybaudus haberet Rupem dicti castri: cassantes & annullantes omnes alienationes, venditiones, & empsiones, permutationes, & alios actus per quos transfertur dominium, factas nobis irrequisitis à dicto Bertrando Raybaudo, & omnes inuasiones, licet per eas non transferatur dominium in castro supra dicto, & eius territorio præterquam de Rupe. Præcipientes eidem vt eis omnibus si quæ sunt, renuntiet. Sextum mandamentum tale facimus; quia in prosecutione dictarum causarum motarum contra dictum D. Raybaudum, & ventilatarum coram prædicto iudice delegato scilicet domino Præposito Bariolensi, & in Curia Romana multas fecimus expensas, & dictus B. Raybaudus in XX. & vnum millibus & quingentos vltra solidos condemnatus extitit: quæ summa ferè ascendit vsque ad 30. millia solidorum, omnem illam summam ei ex parte Omnipotentis & nostræ sanctæ Matris Aptensis Ecclesiæ, & per consensum Capituli remittimus, quantùm ad interesse nostrum & donamus, & animam eius ex damnis & iniuriis illatis Ecclesiis nostris, Episcopatus, & nomine quorum actum fuit cùm dicto Bertrando liberamus, quantum ad interesse nostrum, exceptis centum libris Villelm. quas præcipimus & mandamus vt eas nobis det, & soluat infra quatuor annos quolibet anno XXVI. lib. dictæ monetæ, & ita sit pax & finis inter ipsum & nos, & nostram sanctam matrem Aptensem Ecclesiam, & omnes Canonicos & Clericos dictæ Ecclesiæ. Et hæc omnia supradicta mandata volumus & mandamus singula & vniuersa, quod ipse nobilis vir B. Raybaudus siue sint in faciendo, siue in remittendo, siue omittendo, siue quolibet alio modo approbet, acceptet, & firma & rata habeat in futurum per se, & per suos omni tempore vitæ suæ, & quod præsens charta diuidatur per alphabetum, factis duabus chartis sigillatis cùm suo sigillo, & cùm nostro. Lata sunt hæc mandamenta anno & die quo supra præsente toto populo, vel maiori parte ciuitatis Aptensis, vocato ad benedictionem ramis Palmarum. Anno Domini MCCXLVII. 8. Kalendas Aprilis, scilicet 2. die proximè sequenti à ramis palmarum. Nos G. Aptensis Episcopus ad preces & instantiam nobiliũ virorum Domini Villelmi de Malotortello & domini Haine, necnõ & militũ

& multorum procerum, temperauimus canonem ante statutum in dictis breuibus ciuitatis Aptensis, & in castro S. Martini, reducente in quartam partem vnius Cas bouis valentem xij. solidos Villelmenses pro breuibus ante dictis faciendam in festo B. Auspicij, & insuper remittentes preconisationem & appellationem prout in precedenti die datum fuerat in mandatis, & L. Iuratores, & censum siue canonē castri S. Martini reducimus in agnum vnum: & valentem tres solidos Villelm. esse dandum in festo S. Martini. Omnibus aliis mandamentis siue pro dictis vel de dictis breuibus, siue pro castris Sagnionis, vel B *eiusdem tenemento, siue de dicto castro Sagnionis vel eius tenemento, vel de castro Castillionis & eius territorio, data fuissent mandamenta remanentibus in suo robore & firmitate. Et iis peractis B. Raybaudi nobilis vir de Simiana gratus & hilaris, à nobis suscepit in feudum dicta breuia ciuitatis Aptensis & castrum S. Martini. Et corporale nobis fecit homagium, suscipientibus per nos & successores nostros, ponendo manus proprias infra nostras, & promittens iureiurando supra sancta Dei Euangelia fidelitatem nobis seruare, prout in forma fidelitatis exprimitur, videlicet incolume, tutum, vtile, honestum, facile, possibile. Preterire tamen nolumus quòd per nos &* C *successores nostros promittimus nobili viro B. Raybaudo dicta breuia saluare, & deffendere ab omni inquietante, vel controuersias mouente in iure, & secundùm ius cùm nostris sumptibus & expensis. Post hac omnia mandamenta dicta superius nobilis B. acceptauit, & mandauit vt inde fierent dua carta sui sigilli & nostri munimine roborate. Acta fuerunt hac in sala G. Aptensis Episcopi, prasentibus P. Aptensi Preposito, Riperto Archidiacono, Isnardo Sacrista, S. Precentore, R. Artaudo Operario, R. de Relaniâ, Audeberto & Gaunterio Canonicis Aptensibus. Guillelmo Priore S. Saturnini,* Obiit verò iste Gaufridus ex obituario Aptensi 5. Ca- D lend. Septembris.

Centulio. 27 Gvillelmvs Centvlio II. Præpositus Apteosis ordinatur eius-
1155. dem Ecclesiæ Pontifex 1255 decessit 7. Calend. Februarij ex necrologio Capituli.

Baivli. 28. Petrvs Baivlvs, III. ex Præposito item Aptensi ad sedem Episcopalem euehitur 1256. 3. Id. Nouembris ex tabulario Capitulari, cui A anno sequenti Idibus Augusti, Consules Aptenses ciuili Senatu assistente professionem clientelarem cùm sacramenti dictione pro Consulatu Aptensi præstiterunt in aulâ Palatij Pontificij
1257. & 4. Nonas Iunij Ecclesiam Tur- 1257.
titarum, & S. Saturnini vniuit mensæ Episcopali de consensu Capituli: è vitâ excessit Massiliæ pridie Cal. Iunij ex necrologio Capituli.

29. Rippertvs de Viens Viens.
Aptensis Præpositus, infulis condeco-
ratur 1268. Calend. Februarij denasci- 1268.
tur, & iacet io Cathedralis Capellâ B S. Spiritus, subtus Diuæ Annæ sacellum in tumulo Episcoporum, ex necrologio Capituli; sub id ferè temporis Conuentus Fratrum Minorum Aptensium gloriosis sanctorum coniugum Elzearij & Delphinæ corporibus illustris, à clarissimâ domo Simianâ fundatur.

30 Raimvndvs Centvllio, I. Centvllio
ex Canonico Aptensi Pontifex renunciatur anno 1171. Iunij 21. & 1275. ordinauit festum Sanctæ Crucis, ac pro eius celebratione distributiones Capitulo auxit de propriis bonis; fato
C absumptus 6. Idus Iulij 1275. ex Ne- 1275.
crologio Capituli, conditus in tumulo Episcoporum superiùs expresso.

31. Raimvndvs Botti, II. Botti.
Aptensis, dominns de Rupesaleriâ, & Condominus Sanlouis, Archidiaconus Ecclesiæ Aptensis, Pontifex designatur 1275. Nonis Septembris. clientelæ professionem recepit in festo S. Auspicij primi Aptæ Præsulis, 1276. à magnificis domino Bertrando Raybaudo, filio Rostagni d'Agoult, & Bertrando Raybaudo filio Guidonis de Simianâ, præsente G. Archie-
piscopo Aquensi, & 1281. à Bertran- 1281.
D do Raybaudo, & Guirano de Simianâ, cùm obligatione vectigalis annui medij cas bouis, id est duorum dissecti bouis quadrantum, aut 25. solidorum Guillaumensium, & agni albi pro castro S. Martini 13. Nouembris. Eodem an. adfuit inuentiooi & translationi relliquiarum B. Mariæ Magdalenæ 1285. & 1289. mense Octob. testis fuit pacis Ildefonsi Regis cùm Booifacio de Castellanâ ex veteri Registro: subscripsit Concilio Regiensi sub Rostagno Metropolitano Aquen-

De gueulle a vn Chasteau qui est de Bot: escartelé d'vne Croix qui est d'Isoard.

si, ac 1296. 10. Calend. Decemb. vices tenuit cùm Durando Massiliensi pro Bertrando Nemausensi Antistite in compositione inter Episcopum Vapincensem & Senescallum Regium.
1299. 1299. monasterium Virginum Canonicarum ad numerum 50. tantùm sub titulo S. Catharinæ, & Regulâ B. Augustini suis sumptibus in domo paternâ construxit, annuisque redditibus auxit de propriis bonis, & 14. Virginibus vnâ die sacro velamine initiatis Aicardam Botti consanguineam Abbatissam præfecit: 1296. ad supplicem Patrum Carmelitarum petitionem, ipsorum Oratorij consecrationi & cœmeterij extra muros siti benedictioni consentit: obiit 1303. 11. Calend. Septembris, & sepultus est in tertiâ Cathedralis Ecclesiæ cellâ à latere altaris S. Angeli custodis.

Botti. 32. HVGO BOTTI germanus Raymundi, ex Operario Capituli fra-
1303. tri suo in Episcopatu suffectus 1303. idem munus clientelare recepit vt prædecessor an. 1306. à magnifico domino Bertrando & Guiraudo de Simianâ, & 1310. ab illustribus fœminis Rosiâ & Mabiliâ de Simiane sororibus, & hæredibus supradicti Bertrandi: benedictionem Rostagno de Salices Abbati monasterij S. Eusebij denegat 25. Ianuarij 1307. eò quòd suæ electionis confirmationem non petierat, vt secundùm morem tenebatur, cuius controuersiæ dirimendæ iudicium, Durando Massiliensi Episcopo pari consensu defertur: 11. Aprilis eiusdem anni monasterio B. Eusebij pœnam interdictionis denuntiat, si ratam partem impendiorum suæ consecrationis non exoluant, cui iure vsuario tenebantur. Sub id temporis tertium Ecclesiæ Cathedralis proanon quod est à latere Septentrionis, ære proprio constructum absoluit, & in eo cùm fratre sepultus est, vti patet ex gentilitiis tesseris in fornicum tholis & parietibus eiusdem Cellæ impositis: ad extremum vitâ orbatur 5. Calend.
1318. Februarij 1318.

Botti. Au 1. & 4. de Botti; au 2. d'or à vn Lyon de sable armé & lampassé de gueulle; au 33. RAIMVNDVS BOTTI, III. Operarius Ecclesiæ Aptensis, Raimundi & Hugonis nepos, quemadmodum iis sanguine proximus, sic & dignitatis successor fuit: caput extantis operis argenteum S. Castoris, reponendo eius brauio ære proprio erectum, primâ Dominicâ Maij solemni ritu dedicauit an. 1320. vt constat ex membranulâ in eo inclusâ, & ex gentili symbolo circa imaginem expresso; instituit verò festum reuelationis Sanctorum Auspicij, Castoris & Martiani, eadem die ab Aptensi Ecclesiâ celebrandum Augusti vltimâ: consecrauit assistente Capitulo oratorium Carmelitarum situm extra muros propè sacellum D. Pauli. 1323. Clericales præbendas inter ipsos Capituli Clericos diuisit: 1324. Septemb. 25 composuit Aptam & Capitulum pro ratione decimarum. 1327. exeunte Octobri apud Minoritas Aptenses S. Elzeario Comiti Ariano inferias soluit, cuius deinde canonizationem anno sequenti 5. Nonas Maij, supplici codicillo ex parte Cleri & populi Aptensis à Ioanne XXII. postulauit ex cartophilacio Conuentus fratrum Minorum: iacet in maiori Ecclesiâ, ex tabulis Episcopatus & Capituli. 3. equipollé d'or de 5 pieces à 4. de gueulle. 1323.

34. GERARDVS I. vel GIRAVDVS electus 1330. ex libro solutionum Prælatorum Romanæ Curiæ in Reg. Vaticani. 1330.

Acciaoli. 35. BERTRANDVS ACCIAOLI, I. Leonis filius, nobilis Florentinus è gente Acciaiolâ, quem alij Bertrandum nuncupant, Angeli Cardinalis affinis, electus est Aptensis Episcopus 1331. Iulij 7. ex reg. Vaticani lib. Obligationum: 1332. Nonis Iunij, Bononiensem Ecclesiam obtinuit vsque ad an. 1340. quo Niuernensis Episcopus ordinatur auctore Carolo Sigonio de Episcopis Bononiensibus, & Vghello Abbate tomo 2. Italiæ Sacræ.

Audebert. 36. GVILLELMVS AVDEBERTI III. Carnotensis, Ordinis Minorum Bertrandum excepit in Episcopatu 1332. Maij 22. ex citato Codice obligationum 1337. Decembris 3. adfuit & subscripsit Concilio Auenionensi, & 1338. pro decimarum exactione conuenit cùm Aptensi Synodo tam de suo quâ Capituli iure, vti de pecuariâ pastione ciuium Aptæ in Turritarum agro, ex archiuis communitatis Aptensis, obiit 8. Idus Aprilis, prout scribitur in necrologio Capituli. 1332.

37. GVILLELMVS IV. 1341. in

eodem Registro Vaticani, vocatur Electus Aptensis, posteà Patriarcha Hierosolymitanus, & perpetuus administrator Ecclesiæ Foroiuliensis; ac demum Cardinalis, in archiuo Capituli.

1344. 38. ARNALDVS 1344. Neapoli apud Comitem Prouinciæ, & 1345. Auenione apud Clementem 6. illìc pro dominij Episcopalis negotio, hìc pro Prioratu S. Saturnini in mensam Episcopalem reuocando multam impendit operam, & in eâ vitam cùm morte commutauit: recensetur in citato registro Vaticanò 1345. 15. Maij.

39. BERTRANDVS II. electus nominatur 1348. Septembris 17. ex codice Vaticani.

1351. 40. BERNARDVS II. 1351. quo anno Guiranus de Simianâ Baro de Casanouâ, dominus Aptæ in parte cùm Senecensi Episcopo à solemnibus Ordinum comitiis deputatus est, ad procurandam apud Clementem VI. Sancti Elzearij canonizationem; qui inquisitionem vitæ & miraculorum demandauit Episcopis Vticensi & Carpentoratensi: idem verò S. Eleazarus de Sabrano, Comes Ariani, ad Dominum migrauit Lutetiæ 27. Sept. 1323. & corpus humatur in Ecclesiâ Franciscanorum ciuitatis Aptæ, cuius sanctimoniæ hoc præconium est, quòd cùm Dalphinâ sponsâ, virginitatem eodem thalamo vtentes pari consensu coluerint, cuius vitæ acta extant in Bibliothecâ Vaticanâ.

MEISSENIER. 41. BERTRANDVS DE MEISSENESIO III. Ordinis Minorum Pon-
1353. tificatum suscepit 1353. B. Dalphinæ coniugi S. Elzearij valde familiaris fuit, cuius suasu amplum domesticorum famulatum dimisit, & strictiorem vitæ rationem amplexus, illum ab intimis & sanctioribus consiliis semper habuit, ex processu canonizationis B. Dalphinæ. Ordinationes edidit Aptensi Ecclesiæ & successorum regimini valdè salubres, quarum mentio
1354. fit in statutis Capituli 1354. Nuncius Apostolicæ Sedis ad partes regni Siciliæ legatus fuit ab Innocentio VI. ibique à Ioannâ Reginâ Ierusalem & Siciliæ, Comitissâ Prouinciæ, compensationem obtinuit dimidij iuris breuium Episcopalium Aptæ, necnon Sauionis ipsi Reginæ diuenditi, per dominas Raybaudam, Rosiam, & Mabiliam de Simiane sorores, super dominio regio Sauionis, & Aurribelli, vti ex tabulis communitatis Aptensis liquet: 1355. à Carolo 4. Imp. confir- 1355.
mationem recipit indultorum Aptensi Ecclesiæ à decessoribus suis concessorum, solemnibus litteris Pisis datis, in quibus eum Principis nuncupatione insigniuit. Easdem à Ludouico & Ioannâ Rege & Reginâ Siciliæ, & Prouinciæ Comitibus obtinuit eodem anno; demum Archiepiscopus Neapolitanus creatur.

42. ELZEARIVS DE PONTEVES è clarissimâ dominorum de Ponteues familiâ oriundus, Ordinis Minorum, Episcopus electus est 1357. Iunij 27. ex tab. Vaticani 1358. fidē recepit à Guiraudo de Simiane Aptæ Domino in parte 1360. funeralia reddidit B. Dalphinæ cōiugi S. Elzearij, cùm quo virginitatem in coniugio seruauerat, Philippo Cabassole Patriarchâ Ierosolymitano concionem habente, cuius vitam recens conscripsit Elzearius Borelli Sacræ Theologiæ Doctor Minorita Aptensis.

PONTEVES. De gueulle au pont d'or de 3. piliers maçoné de sable. 1357.

43. RAIMVNDVS BOTTI IV. 1362. procuratores præficit ad gerendam apud Vrbanum V. Summum Pontificem B. Dalphinæ canonizationem: caput integræ eminentiæ argenteum S. Auspicij primi Aptensis Episcopi, propriis sumptibus deponendo eius cranio erexit 1365. Synodum Prouincialem Aptæ habuit cui subscripsit, cùm tribus Archiepisc. Arelatensi, Ebredunensi, & Aquensi, 18. Episcopis eorum Suffraganeis, & duobus Abbatibus, necnon 22. Capitulorum procuratoribus, præsidente Philippo Patriarchâ Ierosolymitano, vt videre est in actis eiusdem synodi, quæ extant in archiuo Episcopali. Cùm Rostagno S. Eusebij Abbate conuenit pro agris decimalibus monasterij, & Prioratus Sauionensis, certo termino deffiniendis 1369. & 1372. monasterium Virginum sub titulo S. Crucis, Cisterciensis Ordinis, situm in territorio Aptensi ab Anglico Cardinali Albanensi Episcopo fratre Vrbani V. Summi Pont. intra muros Aptæ ædificatur, & statuta Aptensis Capituli conduntur à

BOTTI. Au 1. de Botti au 2. & 3. pallé d'argent & de gueulle de 4. pieces, au lambel de sable en chef de 4. pieces a 3. besans d'or. 1365.

Ioanne Sabateri Decretorum Docto-A re, Commissario à S. sede Apostolicâ deputato ad reformationem Ecclesiarum diœcesis Aptensis 1373. in Ecclesiastico officio versatissimus, missam pro vitandâ mortalitate ordinauit, quæ in Missali Romano inseritur inter missas ex voto; sepultus est in tertio Cathedralis Ecclesiæ proano, ab Hugone consanguineo & decessore constructo, iuxta eius tumulum.

1373.

SAVINE. De gueulle à vn bras armé issant d'vn saunier supportât vn glaiue: au chef d'azur chargé d'vne croix de Ierusalem d'or.

44. RAIMVNDVS SAVINE V. Cathedralis anteà Præpositus 1381. ex cautionis chirographo apud dominum Courtasse Libellionem & Secretarium Aptensis Episcopi. Eodem anno Iunij 19. caput extantis operis argenteum S. Elzearij Comitis Ariani, ab Anglico Cardinali, Pontificis deputato, in Conuentu fratrum Minorum solemni apparatu benedicitur.

45. GERALDVS II. 1383. Aprilis 28. fautor partium Clementis VII. Antipapæ ex registro Vaticani: 1385. Iunij 8. apud Mariam Reginam Ierusalem & Siciliæ matrem ac tutricem Ludouici Regis clientelares functiones professus est, & easdem ipse recepit 1388. Nouembris II. à Ludouico de Andusiâ Voutæ domino pro castro S. Martini, & 1390. pro parte Aptæ & Saiouis à Bertrando de Simianâ ex commentariis censualibus Episcopatus.

1388.

FILLETI.

46. IOANNES FILLETI, I. Forensis in diœcesi Claromontanâ, nepos Ioannis de Grangiâ Cardinalis Ambianensis, sedebat 1391. Ianuarij 7. ex registro Vaticano & anno 1396. die vltimâ Iunij Raimundus Riperti Sistaricensis Præpositus, ac Vicarius generalis Aptensis, eius Antistitis nomine recepit hominium Dalphinæ de Sabrano relictæ viri magnifici Guiraudi de Simianâ Aptæ, Casænouæ, & de Gordis domini, tutricis Guiraudeti, & Bertrandi Raymbaudi filiorum, flexis genibus, quia filij nondum erant milites, pro parte quam habebant in ciuitate Aptensi: datum Aptæ infra Ecclesiam B. Mariæ Episcopalis ante maiorem capellam ex originali tabulâ domus de Simiane. Eadem domina Delphina de Sabrano, relicta dicti Guiraudi de Simiane, testamento reliquit 100. florenos auti ad caput anaglyphum S. Annæ ex argento con-

1396.

flandum, pro cuius operis perfectione fidelium eleemosynas excitaturus Ioannes, Pontificias noxarum indulgentias concessit, ex matricibus tabulis: testamenti executor Ambianensis Episcopi auunculi anno 1402. diem clausit extremum 1410. Iunij 26. vt produnt codicilli recensionum censualium Episcopatus. 1410.

PRICAVDI.

47. PETRVS PRICAVDI IV. Episcopus assumitur 1410. ex commentariis supranominatis.

B 48. PEREGRINVS electus 1411. Martij 23. à Ioanne XXII. Pont. Max. ex Actis consistorialibus; fuit sacræ pœnitentiæ administer Serenissimo Principi Ludouico Ierusalem & Siciliæ Regi, Comiti Prouinciæ; fatis cessit extra vrbem mense Nouembri exeunte. 1411.

49. NICOLAVS 1414. fuit Legatus Caroli 3. Nauarræ Regis in Concilio Constantiensi; per id temporis Patres Carmelitæ Aptenses de consensu Capituli monasterium extruxerunt intra muros ciuitatis in palatio à Dominis de Voutâ eis ex gratiâ concesso. C 1414.

PERGVLA.

50. CONSTANTINVS DE PERGVLA Generalis Prouinciæ Collector, Curiæ Romanæ Referendarius, Prior B. Mariæ de Grausello, Vasionensis diœcesis, & Abbas monasterij S. Eusebij, Aptensis Episcopus creatur 1416. Maij 16. quo anno & 1417. ac 1426. consuetas clientelæ professiones accepit à dominis supra memoratis; Cardinalis Pisani Apostolicæ sedis Legati apud Regem Aragoniæ in comitatu fuit. 1426.

D 51. STEPHANVS Ludouici III. Regis Siciliæ, & Comitis Prouinciæ à confessionibus, electus 1431. Iulij 17.

52. PETRVS V. 1438. ex inuentariis censualibus Episcopatus, 1440. Renato Siciliæ Regi & Comiti Prouinciæ fidem clientelarem professus est: 1441. tabulas tutelares patrocinij à Senescallo Prouinciæ recepit, cùm pœnæ sanctione centum argenti marcarum. 1438.

53. PETRVS NASONDI, VI. NASONDI.

Sabienſis diœceſis, Canonicus Ap-
tenſis, & ſui anteceſſoris Vicarius ge-
neralis, Pontifex aſſumitur 1448. quo
anno adfuit eleuationi ſanctarum Ma-
riarum propè Arelatem 1449. Apri-
lis 3. apud eum ex clientelari formâ
profeſſus eſt dominus Iacobus de Si-
miane pro breuibus Aptæ & Sauione:
1457. 1457. interfuit Concilio Aueniononenſi
à Petro Cardinale de Fuxo celebrato:
animam reddidit 1. die Iulij ex necro-
logio S. Andreæ.

VRTICA. De gueulle à 5. beſans d'or en ſautour accompagnez de 4 eſtoiles d'argent.

54. IOANNES VRTICE II. Ap-
tenſis, ex Præpoſito creatur Antiſtes;
publico apparatu exceptus 1467. De-
cembris 6. 1468. clientis profeſſio-
nem emiſit Renato Regi Siciliæ &
ComitiProuinciæ: defunctus eſt 1482.
1482. ex actis Conſiſtorialibus.

PANISSA. D'azur à la bande d'argẽt accompagnée de ſix eſpics de bled, mis en orle, 3. en chef, 3. en pointe.

55. AGRICOLVS PANISSE
Aueniononenſis, Iuris vtriúſque Do-
ctor, electus 1482. Iulij 8. ex iiſdem
Actis Conſiſtorialibus Vaticani: quo
anno clientelam profeſſus eſt Renato
Regi Siciliæ 1485. Septemb. 20. litte-
ras ſolemnes Pontificias Conſeruato-
ris priuilegiorum monaſterij S. Ægi-
dij, & conuentuum ab ipſo depen-
1498. dentium accepit: 1489. vltimâ Maij
ſacellum familiæ Paniſſæorum in clau-
ſtro Patrum Prædicatorum Aueniono-
nenſium à germano conſtructum ſo-
lemni ritu dedicauit.

CHABROLES. De gueulle auec cheure d'argẽt.

56. IOANNES CHABROLES III.
Sacriſta Capituli Valentinenſis, &
Vicarius generalis Epiſcopi, initia-
tus eſt Aptenſis Pontifex 1490. menſe
Iulio, ex libris recenſionum cenſualis
1491. Epiſcopatus: & anno 1491. 14 No-
uemb. ex inſtrumento electionis Ioan-
nis d'Eſpinay in Epiſcopum Valenti-
nenſem; cui aderat Vicarius eius fuit
in ſpiritualibus 1493. quo anno con-
ſecrauit altare de Aureoli.

MONTAIGV. De gueulle à vne tour d'or poſée ſur vn terre de ſinople.

57. IOANNES DE MONTAIGV, IV.
Delphinas nobilis familiæ 1495. Sept.
3. Aptenſi Eccleſiæ datur: 1505. ortâ de
pecuario paſtu in agro Turritarum
cùm ciuibus & communitate Aptæ
controuerſiâ, pro talliæ ſolutione &
dominio etiam Turritarum, cùm illis
conuenit, ſecundùm capita tranſa-
ctionis actæ olim à Guillelmo ante-
1520. ceſſore ſuo. Decidit etiam 1510. cùm
fratre Carolo Ioanne de Pennis Equi-
te Hyeroſol. beneficiario de Iocaſſio,
& S. Ioannis de Roſſillione pro vicinis
dictorum Prioratuũ & caſtri Turrita-
rum fundis certo termino definiendis:
1508. ex conceſſione ſummi Pontificis
dedit ad accapitum & empbiteoſim
totam terram de Rocafurâ, & de eâ
muneris clientelaris profeſſionem ac-
cepit, vt pro caſtro S. Martini à Lu-
douico de Leuis Barone de Voutâ, &
caſtri S. Martini, 1516. ab Antonio
d'Oraiſon, Vicecomite de Cadenet,
pro villâ & territorio de Miles in agro
Turritarum, & 1509. à dominâ Pon-
tij d'Aſtoaud toparchæ de Murs pro
villâ de Murs in eodem agro ſitâ. De-
mum in amplificandis Epiſcopalis
menſæ bonis, & diuulſis eius ditioni
reſtituendis multam impendit ope-
ram, quouſque ſucceſſorum commo-
do prouidens, illis locum dedit 1524. 1524.
in ſuâ Cathedrali humatus.

NICOLAI.

58. IOANNES NICOLAI, V.
ad Epiſcopatum aſcendit 1524. die
Decembris 31. ex citato cartophila-
cio Courtaſſij 1532. Breuiarium pecu-
liare Eccleſiæ Cathedralis Aptenſis
ad meliorem formam reduxit; diem
vltimum clauſit 1533. menſe Martio 1533.
ex archiuis Capituli. Fuit porrò Iaco-
bi Sadoleri Carpentoratenſis Epiſco-
pi doctiſſimi amicus, vti ipſe teſtatur
lib. 6. epiſt. 9 Eius inquit, & Epiſcopo-
rum operâ, auctore Legato Aueniono- «
nenſi factum eſſe, vt Pauli epiſtola- «
rum volumen publicè explanaretur «
in eadem vrbe, atque vnà cùm aliis «
multis flagraſſe ſtudio litterarum ſa- «
crarum: hæc inſuper ſubiungit: *Te
verò, mi optime & iucundiſſime Ni-
colae quibus efferam laudibus, noui tuam
bonitatem, iuſtitiam, integritatem, ſenſus
tuos noui pleniſſimos pietatis, animum quo-
que optimis ſemper deditum & artibus &
litteris; quòd ſæpe miratus ſum. Atque eò
magis, quòd te ex maximis curis & occu-
pationibus quibus diſtinebare, aliquid
ſemper videbam ſurripientem temporis,
quod verioribus ſtudiis impartires. Vincit
tua virtus ſtudium meum, neque eſt noſtra
tuis laudibus facultas vllo pacto par. Ve-
rumtamen etſi tu neque nunc primùm, nec
vnquam mediocriter, ſed diu ante totus in
optimis ſtudiis fuiſti, hoc tamen recente tuo
facto, quod ſummi doctoris & preconis
magni Dei lectionem prouehere, atque il-
luſtrare pro tuâ parte conatus es, ſic me
tibi deuinxiſti, vt in vetere noſtrâ, mu-*

tuáque beneuolentiâ, meus in te amor quasi nouo igni inflammatior esse videatur. A ribus immunem declarauit, ex archiuo communitatis Aptæ.

TRIVVLCI.

59. CÆSAR TRIVVLCE priùs Comensis, dehinc Episcopus Aptensis assumitur 1534. Libellum supplicem Clementi VII. offert pro solemni Iubilæo in suâ Cathedrali, & eleemosynas à pio fidelium cœtu illius causâ erogatas, ad collabentem Ecclesiam tribus substratis fornicibus fulciendam, & ad conflanda organa impendit.
1534.

FORLIVIO. D'or au dauphin d'azur & 3. estoiles en chef.

60. PETRVS A FORLIVIO, VII. Auenionensis, Iuris vtriusque B Professor, nostræ de Domnis metropolis Auenionensis Præcentor, Ecclesiæ Aptensis Canonicus, Abbas monasterij S. Eusebij, & cœnobij de Sinanquâ diœcesis Cabellicensis, Episcopus Aptensis constituitur 1541. Decembr. 1. 1546. conuentionem habet cùm suo Capitulo. 1549. Maij 16. sacramentum & fidem clientelarem emisit Henrico 2. Galliarum Regi Comiti Prouinciæ. an. 1553. ortâ inter ipsum & Consules Aptenses ciuili contentione pro tributariis præstationibus de toto Turritarum agro ab Episcopo exsoluendis, tandem conuentum est sub certis pactionibus supremo Prouinciæ senatusconsulto confirmatis 1555. demum cœnobio de Sinanquâ cui præerat in multis refecto, ad meliorem vitam migrauit 5. Ianuarij anni 1559. iacet in sacello corporis Christi suę Cathedralis à latere Euangelij.
1541.
1559.

SIMIANE, GORDES. D'or semé de tours & de fleurs de lis d'azur.

61. IOANNES-BAPTISTA DE SIMIANE, è Simianensi familiâ originem duxit, quæ in Gallo prouinciâ nobilitatis commendatione ab æuo antiquo celebris est: iste filius Bertrandi Raimbaudi domini de Gordes & Perrotæ de Ponteues anno 1560. meritò huius vrbis regimini præficitur, quæ patrum suorum dominio subiecta fuerat. Anno autem 1561. die Iunij 21. fidem clientelarem professus est Carolo IX. Regi Galliarum. 1565. motâ denuò tributariç functionis cōtrouersiâ pro agro Turritarum, à parte Consilij Aptensis, tandem ciuilis Senatus prioris clientelæ non immemor, quam illius patribus exhibuerat, hanc in personâ successoris agnoscere voluit, & illum à publicis mune-
1561.

SIMIANE.

62. FRANCISCVS DE SIMIANE, seu DE CASANOVA, Abbas S. Saturnini Tolosæ, è Religioso Cartusiæ Auenionensis, Villænouæ & Bonipassus Priore ad Episcopatum vocatus, Baptistæ fratri successit 1571. & ingenti lætitiâ exceptus est à populo Aptensi 1572. fidem hominij reddidit Carolo IX. Regi & 1585. adfuit synodo Prouinciali Aquensi. Suscitatâ iterum tributariæ pecuniæ exsoluendæ contentione pro toto Turritarum agro, parem fratri suo conuentionem cùm ciuibus iniit, qui prædiarium tributum quod eius maioribus ipsi penderant, à successore exigere noluerunt: imm ò illam immunitatem maiore gratitudinis augmento subsecuturo Pontifici produxeruut, si è Simianensi familiâ assumeretur. Donauit Capitulo S. Saturnini ius præsentandi decem præbendas in eadem Ecclesiâ fundatas 1580 die 4. Februarij: diœcesanas lustrationes quamdiu per ætatem licuit pedes absoluit, C vt ostenderet eo incessu satis se ipso ferri ad animarum salutem & ad oues suas. Tandem largitionibus in pauperes frequens, vigilantiâ super gregem præcipuus, omnes digni Pontificis partes impleuit vsq; ad obitum 1587. 1587.
sepultus in memorato Simianensi tumulo suæ Cathedralis; habet anniuersarium in eadem Ecclesiâ S. Saturnini die 4. Februarij.
1572.

PERILLI. D'azur a vn beuf d'or & vne fleur de lis, d'or posée sur vne mer de pourpre, le beuf ayant vne estoile aussy d'or sur le dos. Au chef d'argent chargé de 3 pommes de gueulle auec leurs feuilles celle du milieu ornée d'vne fleur de lis d'or.

63. POMPEIVS PERILLVS è Susâ in Pedemontio oriundus, insignis Theologus Ordinis Minorum, singularis doctrinæ fuit, nam in medicinâ versatissimus inter Ordinis primarij Theologos & concionatores D ætatis suæ adscriptus, meritò ab vtrísque Pompeij magni nomen accepit. Henrico Engolismensi Magno Franciæ Priori Gallo Prouinciæ Proregi à concionibus fuit, post cuius obitum ab Henrico 3. Galliarum Rege euocatus est, qui regij spiritus semen pro fratre mortuo exsuscitans, debitam meritis mercedem rependit, illum Aptensem Episcopum designans 1587. an. 1594. Maij 6. decimam quam nomine Episcopatus Aptæ & eius territorio excipiebat, commutauit pro Prioratu Nostræ Dominæ de Claromonte

monte cùm suo Aptensi Capitulo: de
1594. quo videndus Cæsar Nostradamus in Historiâ Prouinciæ. Nusquam à diuini verbi præconio destitit, imò oculis captus triennio ante obitum, non minùs æternæ veritatis lumen ouibus suis licet exsors lucis explicauit: mortuus 1607. iacet in Cathedrali à latere Euangelij altaris confraternitatis B. Annæ.

PELLISSIER. D'azur à 3. esguieres d'or au chef de gueulle chargé d'vn pelican qui s'ouure la poictrine sur ses petits.

64. IOANNES PELISSIER VI. Benedictinus S. Andreæ secus Auenionem, Prior Simianæ à quâ oriundus erat, Pompeio successit 1607. & 30. Nouembris in vrbem aduentans, à populo solemni pompâ exceptus est. Aptensem Diui Francisci familiam duabus aliis auxit, regularis Obseruantiæ Patribus Aptam euocatis, & in Boulli castro suæ diœcesis receptis, necnon Capucinis Patribus admissis 1612. quorum deinde Ecclesiam solemni ritu consecrauit 1617. Iunij 18. quod munus iterum obiit in suâ parochiali Simianensi anno 1620. 5. Cal. Nouemb. 1621. Turritarum controuersiam sæpiùs apud iudices agitatam Senatusconsulto decidit, quam mutuâ deinde pactione confirmans, extinctóque litis fomite, qui iam per 68. annos vrbem & Episcopum vexauerat, gloriam assequutus est pastorem ouibus conciliasse. 1629. ex-
1629. eunte Nouembri moriens pontificalis cathedræ circulum eodem Aduentus tempore quo incœperat, absoluit. Iacet in Cathedrali propè antecessoris tumulum, ex tabulario Episcopali.

VILLENEVVE. De gueulle semé de lances brisées & faux escus d'or, chargé en cœur d'vne fleur de lis d'or dans vn escu d'azur.

64. MODESTVS DE VILLENEVVE DES ARCS Arnaldi de Villanouâ Marchionis des Arcs, & Isabellis de Haluin de Pienes filius, frater natu maior Antonij Marchionis des Arcs & de Trans, dynastæ ac Baronis d'Allemagne, è nobilissimâ & vetustissimâ Villanouæ gente ortum ducit, quæ primo Prouinciæ, & secundo Galliæ Marchionatu illustris floret, suósque inter proceres iam à plurimis sæculis numerat Hellionem à Villanouâ III. Rhodiensium Equitû Præfectum, cognomento bonum, Hugonem Franciscani Ordinis Doctorem, Elzearium Diniæ Episcopum miræ sanctitatis Præsulem, & bearam Rosselinam Carthusiani Ordinis Virginem, cùm eorum consanguineis D. Elzeario Comite Ariani & B. Dalphinâ eius coniuge castissimâ. Tot clarus maioribus Modestus, Ordinem Patrum strictioris Obseruantiæ ingressus, duorum Marchionatuum & totidem toparchiarum iure primi nati successor legitimus, eas reliquit, seruire Deo pluris æstimans, quàm hominibus dominari. Exinde autem à Ludouico 13. Pontifex Aptæ designatur regiâ schedulâ anni 1629. consi- 1629.
gnatâ Idibus Aprilis, consecratus Foroiulij ab vrbis Antistite Barrholomæo Camelin, assistentibus Petro Camelino Philadelphiæ Præsule eius nepote & Coadiutore, necnon Ludouico du Chaine Senecensi Episcopo: solemnem in Aptam ingressum celebrauit vltimâ Maij eiusdem anni, quâ populus nouum Episcopum publico apparatu & lætitiâ excepit. In sede Pontificiâ positus, nec vitæ priorisac religionis immemor, Recollectos Patres à decessore suo in vrbem vocatos, stabiliuit ad Episcopalis oneris subsidium. Moniales sacras Visitationis sub Sanctæ Mariæ vulgari nuncupatione, B. Francisci de Sales Episcopi Gebennensis filias 1631. Iulij 5. in 1631.
vrbe recepit, & 1637. Ianuarij penultimâ Virgines Præsentationis sub B. Vrsulæ appellatione A nouorum Parthenonum institutione ad veterum regimen transiit an. 1638. & in Cisterciensi S. Crucis monasterio Carlotam de Chauuigny de Blot Abbatissam electam secundâ Dominicâ Adventus benedixit. Nec minorem exitum sortitus est in Canonicarum S. Catharinæ monasterio, in quo remittentem S. Augustini disciplinam Pontificiæ lustrationis sententiâ restituit, euocatis Vellauorum Ruessio tribus eiusdem instituti Virginibus, quæ obseruantiam regulæ pristinæ reddiderunt integritati, secundùm Præsulis propositum: qui an. 1642. Dominicâ Pas- 16
sionis anaglyphum B. Dalphinç caput argenteum conseruando eius cranio apud Minoritas Aptenses benedixit: tum etiam in suâ Cathedrali similem extantis operis imaginem argenteam S. Martini Ordinis S. Benedicti Abbatis & fundatoris monasterij B. Eusebij cultui sacro inaugurauit. Quam etiam operam impendit anno 1652. Claræ Franciscæ de Theney de saint Christophle, in prædicto S. Crucis

cœnobio electæ Coadiutrici Carlotæ de Chauuigny Abbatissæ, cui 10. Calend. Octob. benedictionem impertitus est, ac Pontificio muneri hoc anno etiamnum vacat.

PRÆPOSITI APTENSIS ECCLESIÆ.

1103. 1. Pontius Capituli Aptensis Præpositus 1103. ex tabulis eiusdem basilicæ.

2. *Rodulphus* 1121.

3. *Gaufredus de Apta* 1191. posteà Episcopus Aptensis.

1209. 4. *Petrus de S Paulo* 1. deinde Episcopus Aptensis. 1209.

5 *Guillelmus Centulio* 1211. Episcopus item Aptensis.

6. *Rippertus de Viens* 1. 1231.

7. *Raymundus* 1. 1238.

1244. 8. *Petrus* 2. 1244.

9. *B.* 1247.

10. *Guillelmus de Viens* 1. 1248. obiit 14. Calend. Aprilis; iacet in Ecclesiâ maiori.

1250. 11. *Petrus Baiuli* 3. 1250. Episcopus item Aptensis.

12. *Rippertus de Viens* 2. posteà Episcopus Aptensis.

1277. 13. *Rostagnus de Porta maiori* ex Operario Capituli 1270. obiit pridie Calend. Maij 1277. sepelitur in Cathedrali.

14. *Bertrandus Botti* 1277. mortuus 3. Nonas Octob. 1283.

15. *Gaufridus de Lioncello* an. 1283. 4. Nonas Nouembris, posteà Vapincensis Episcopus.

1293. 16. *Laudo*, mortalitatẽ expleuit 1293

17. *Raimundus de Apta* 2. electus 1293.

18. *Guillelmus Agardi* 2. 1297. Præpositus etiam Aquensis.

19. *Pontius Augeri* ex illustri familiâ Comitum de Forcalquier.

20. *Ademarus de la Voute* ex nobili & vetustâ stirpe dominorũ de Voutâ.

21. *Artaudus de Bastida Rolandi* 1317. 1327.

22. *Raimundus Saumi* 3. 1349.

23. *Stephanus de Sanitate* 1362.

24. *Durandus Andreæ* Doctor Medicus & Confessor B. Dalphinæ coniugis S. Elzearij 1364. Obiit Romæ 1369. iacet in Ecclesiâ monasterij S. Crucis Aptensis vbi translatus ex vltimâ voluntate. 1364.

25. *Geraldus de Dompnis* 1382.

26. *Guillelmus de Ortolano* 1384.

27. *Ricardus de Bassonvilla* vel *de Bonauilla* 1400. interiit 1405. 4. Cal. Februarij. 1400.

28. *Oliuarius de Solerio* 1405.

29. *Ludouicus Fillets* 1. 1408. desiit viuere 1413.

30. *Petrus Alphanti* 4. in legibus Licentiatus electus 1413. 6. Cal. Maij. 1413.

31. *Franciscus Angeli* aliàs *de Senis* 1414.

32. *Philippus Meyer* 1420. Iuris vtriusque Doctor, Canonicus Cabellicensis, & Vicarius generalis Constantini & Stephani Aptensium Episcoporum.

33. *Colinus Rocheni* ex Clerico præbendato 1451. Idibus Augusti. 1451.

34. *Ioannes Vrtice* 1. 1455.

35. *Ludouicus Saluinhi* 2. 1459.

36. *Ioannes Vrtice* 2. 1461. posteà Episcopus 1467. 1467.

37. *Guillelmus Vrtice* 3. 1468.

38. *Guigo* vel *Guigonetus Matheroni* Vicarius generalis Agricoli Aptensis Præsulis & sanctæ Rom. Eccl. Protonotarius sedit an. 1481. & 1508.

39. *Augerius Matheroni* 1518. 1518.

40. *Petrus Richardi* 5. 1523.

41. *Ioannes Bernardi* 3. 1529.

42. *Claudius Bernardi* 1574. 1574

43. *Antonius Bernardi* 1578.

44. *Antonius Seigneures* 1611.

45. *Ioannes-Stephanus Seigneuret* 1613. 1613.

46. *Leo de Bermond* sacræ Theologiæ Doctor, Prior & Condominus de Vachieres.

AQVENSES EPISCOPI.

Acqs sur l'Adour.

Civitas Aquarum Tarbellicarum, Aquensium dicta in Notitiâ Prouinciarum, Aquæ Augustæ vocantur Ptolemæo, Tarbellicæ auctori Itinerarij Antonini, & Scaligero lib. 1. Auson. lect. cap. 6. Tarbellâ, Vibio, Sequestro, & Aquis in tabulâ Peutingeri; ad flumen Aiyrum sita est, quam hoc sanè nomine Aquas appellari memorant, ab aquis calidis quæ eò loci scaturiebant, quásque etiam Romanorum ætate celebres fuisse apparet ex vetustissimis marmoribus; ex hoc etymo putat deriuatum nomen Vinetus, vbi de Aquarum vrbe sic loquitur: „ In eo medio „ fons calidus, perpetuò feruens, aquam „ multam in propinquum Arurrum „ emittens. Ex quibus aquis calidis, „ Latini homines qui eas frequenta„ bant, non dubito, quin locum illum iam tum Aquas appellare cœperint. Fuisse Romanorum opus illud oppidum inter cætera testantur structuræ, » vetustatémque, ait Oihenartus, in » mœnibus non paruam ostentat, aliá» que antiquitatis vestigia hactenus ex» tantia: supersunt enim in suburbano » trans Aturrum, quâ ad Diui Pauli ba» basilicam itur, reliquiæ veteris aquæ» ductus, nec procul inde in quodam » sacello antiquus lapis, Romanis lit» teris inscriptus: in ipsâ etiam vrbe, in margine fontis aquarum calidarum folia marmorea: extra ciuitatem verò balnea habet: munita est sed non ampla, in Nouempopulaniâ sub Parlamento Burdegalensi & Archiepiscopatu Auxitano; quamuis enim à Greg. Turon. in Hist. Metropoli Burdigalensi subiici videatur, tamen ab omni æuo sub Ausciensi Metropoli constituta inuenitur ista Sedes Episcopalis, & in Notitiis Prouinciarum Galliæ inter Nouempopulanas ciuitates ad-

A numeratur. Habet item Curiæ Præsidialis Sedem, ad quam ex toto Landarum tractu iuridicis licet appellare; Maiorem vrbis perpetuum, Iuratos, & huiusmodi alios vrbicos Magistratus. Caput est porrò regionis satis amplæ, & Præfecturæ, seu Senescalliæ Landarum, vnde in eo Gubernator domicilium instituit. At verò sub Regum nostrorum primâ dynastiâ, Aquensi vrbi præfuit Comes proprius teste Gregorio Turon. sub tertiâ autem cessit dominio Vicecomitum Aquensium, qui fuêre Reguli vsque ad Ricardum Pictonum Comitem, &
B Aquitaniæ Ducem: is námque Petrum Vicecomitem vltimum stirpis anno 1177. sibi rebellem edomuit, expugnatâ ciuitate quam Vicecomiti eripuit, reliquâ ditione cùm agro in potestatem Vicecomitis manente, cuius filia Nauarra eumdem Vicecomitatum in Tartassiensem familiam detulit. Patronam habet Ecclesia Cathedralis Deiparam Virginem. Capituli primæuam originem à Regibus Galliæ repetunt, hâc coniecturâ, quòd iure & priuilegio Regalis fundationis in supremis Galliæ Curiis semper gauisum fuisse certum sit: tempus autem illius institutionis, si-
C cut & Sedis Episcopalis huc vsque in fastis Aquensibus est ignotum, quod eius antiquitatis validum argumentum est, sicut etiam testantur lilia Gallica, quæ in antiquo ædis primariæ delubro vndique sculpta, & picta promicant. Tot verò sæculorum spatio, multa incrementa, tum decrementa passum est; illius enim circiter à tribus sæculis status huiusmodi desumptus est è veteri codice statutorum Capituli ipsius Cathedralis, cuius hæc verba sunt 2. Articulo. *Hac in Ecclesiâ Cathedrali Aquensi decem sunt Canonici tantummodo Capitulum facientes;*
D *inter illos nullæ sunt Dignitates ac Præpositura, ideo in omnibus pares, dispares tamen ratione promotionis, cuius tempus & gradum seruant inconcussè, siue sacerdotes alij sint, siue non, aut licet aliquis eorum Vicarius generalis sit, Abbas, aut fulgeat aliâ dignitate, In Capitulo præest absente Domino Episcopo antiquior Canonicus: debet cauere ne quid committatur à cæteris Canonicis capitulantibus, contra statuta, dignitatémque Capituli: solet proponere res quæ cadunt sub deliberationem, exquirere voces ac opiniones vniuscuiusque*

Canonici, eásque colligere iuxta earum numerum, ac pluralitatem, proferre iudicium tuce Capituli, cuius tantùm nomine decernuntur cuncta seu quæ spectant ad morum correctionem, ex casibus de iure communi ad Episcopum non pertinentibus, sine ad curam administrationémque tam Ecclesiæ Cathedralis quàm censûs ac mensæ Capituli. Inter præcipua iura quibus gloriatur Capitulum Aquense, hæc sunt: Canonicatus omnes pleno iure confert; & ipso præsente Episcopo duas voces quarum altera adhuc sub iudice est, dante titulum tamen collationis nomine Capituli, nullâ factâ Episcopi mentione: Octoginta circiter Capellaniæ, seu Prabendæ institutæ sunt in Ecclesiâ Cathedrali: hæ omnes conferunt Canonici Aquenses in suis turnis seu vicibus, & Episcopus qui duas vices; Parochia Aquensis vulgò Capellania maioris collatio & prouisio ad Capitulum pertinet, sicut etiam nominatio Parochialium Ecclesiarum de Pontoux, Soston, de Magescq, de S.Girons, Ducamp, & de Lest, de Tarnos, & Izosse. Ius autem singulare Capituli Aquensis in totâ Galliâ est circa Noualia, quibus in totâ diœcesi in locis vbi quartam antiquorum fructuum percipit, fruitur post superatas mille lites. Constat igitur Capitulnm decem Canonicis, & societate Capellanôrum, sed caret Decano, ac dignitatibus: duo sunt quoq; Canonicorum Collegia in diœcesi, sancti Spiritus iuxta Baionam, & Vidachi Grandimontanę familię Comitatus: diuiditur in XVII. Archipresbyteratus, nempe de Gresin, Orthe, Pouillon, Riuiere Lüy, Riuiere fleuue, & Riuiere Gaue, Chalosse, Auribat, la Nescq, Marensin, Maremne, Gosse, Seignanx, Mixe apud Bigerrones, Bearn, Brassenx, les Canaux, ou Lanes: qui 194. parochias continent. Oppidum Aquense habet etiam Franciscanos arctiores, Capucinos, Carmelitas, & Barnabitas Gymnasij moderatores: necnon societatem Pœnitentium Cæruleorum Ordinis S. Hieronymi, moniales S. Claræ extra vrbem, & aliud monasterium apud Tartassium: Baionæ in suburbiis S. Spiritus cœnobium Vrsulanarum, & Religiosas Diui Bernardi item Baionensis. Præcipuæ vrbes diœcesis sunt, Aquæ, Tartassium, Ortesium, Bastida in Benearnio, Vidachium, Ilastingues, Caputbritonis, & Peirehorade: hæ autem Abbatiæ numerantur.

A B C D

CAIGNOTA O S B. *Nostre Dame de Caignotte.*

SORDA *Sorde* O B.

ARTONA *Artous* O P.

VILLADEI *Danielle* O P.

Nunc modò restat vt seriem Episcoporum explicemus, quorum indiculum suæ Notitiæ inseruit Oihenartus: eorum etiam catalogum è vetustis Aquensis Ecclesiæ monumentis, & tabulariis ad nostram vsque ætatem deductum, subministrauit Capitulum Aquense per dom. eius Syndicum, operâ item ac studio Ioannis sancti Martini, Aquensis Canonici.

1. B. VINCENTIVS Martyr creditur fuisse primus huius urbis Antistes, cuius ædes sacra visitur in suburbano, magno superioribus sæculis religionis cultu frequentata: is in Proprio peculiari & officio Sanctorum Ecclesiæ Aquensis dicitur cùm Læto socio Christi fidem Aquensibus prædicasse, quam & glorioso agone consummauerit; eiúsque nomini per totam Aquitaniam dicatæ sunt basilicæ, & memoria recolitur die 1. Septembris: quâ ætate vixerit, silent Ecclesiasticæ tabulæ. Post ipsum autem desiderantur plurimi sequentes Episcopi spatio quatuor æuorum, aut vltra, cuius rei iucusamus temporum iniuriam, bellorum his in locis frequentium casus, persecutiones sub Imperatoribus, potissimùm verò in Ecclesiasticas res; paganorum sæuitiam à quibus basilica Vincentij deuastata, res sacræ direptæ, vasculum in quo pars cinerum seruabatnr in fluuium Atyrim proiectum; tandem verò eiusdem Sedis adlectus Antistes.

2. GRATIANVS I. qui interfuit Concilio Agathensi anno 506. Breuiarium antiquum Aquense notat, 506. redditâ tandem pace Ecclesiæ Gratianum pulsis infidelibus totum se conuertisse ad instaurandam B. Vincentij ædem superstitionibus paganorum fœdatam, quam reconciliauit, & omnibus ad Dei cultum & religionem pertinentibus instruxit.

3. ILLIDIVS Episcopus Aquensis in Nouempopulaniâ, si fides Breuia-

rio; qui eximiâ sanctitate commendatur: eo sedente Maxima Aquensis virgo, per reuelationem à B. Vincentio edocta est genus ac locum eius martyrij, & ipsum agonis diem eò vsque incognitum; vnde Illidius sanciuit festum S. Vincentij Cal. Sept. celebrari in posterum per totam diœcesim, ex eodem Breuiario.

4. CARTERIVS subscripsit Aurelian.
541. Concilio 4. an. 541. ob huius electionem vehementer commota fuit plebs Aquensis, quia non vocata pro more, vnde exant hæc verba in tabulario antiquo: Carterius sine consensu populi factus Episcopus Aquen- B
sis, populum renuentem & installationem non approbantem vidit; contendebat enim de electione decretis contrariâ.

5. LIBERIVS alteri Synodo Au-
549. relian. adfuit an. 549. de eo Sirmondus tomo 1. Concil. his verbis: maxima orta est contentio in ciuitate Bigerronum, inter Liberium Episcopum Aquensem, & Aletium Episcopum Lectorensem: opponebatur à Liberio Episcopatus Aquensis antiquitas, alius primus consecratione primas prætendebat & tandem maiori Epis- C
coporum suffragio prefertur Liberius.

6. FAVSTIANVS Presbyter auctoritate Gundobaldi Principis institutus fuit Episcopus, sed posteà eiectus: Gregorius Turon. lib. 7. hist. c. 31. de eo sic inquit: *Dum autem in hac Vrbe morarentur, Faustianum Presbyterum Aquensi vrbi Episcopum ordinari praecipiunt. Nuper enim in Aquensi vrbe Episcopus obierat, & Nicetius Comes loci illius germanus Rustici Vicijuliensis Episcopi, praeceptionem ab Chilperico elicuerat, vt tonsuratus ciuitati illi Sacerdos daretur. Sed Gundobaldus destruere nitens eius de-* D
creta, conuocatis Episcopis iussit eum benedici. Berchtramnus autem Episcopus, qui erat Metropolis, cauens futura, Palladium Sanctonicum iniungit, qui eum benediceret. Fuit autem ad hanc ordinationem & Orestes Vasatensis Episcopus sed negauit hoc coram Rege. Iste enim Palladius coram Præsulibus & optimatibus Regni, Faustianum eũdem Aquis Episcopum ad præceptionem Gundobaldi ordinasse memorat, quia per Bertcramnum Metropolitanum eò loci inuitus, ab eo adductus fuerat, spoliatus & contemptus, nec potuisse aliud facere, nisi quæ ille, qui omnem principatum Galliarum se testabatur accipere, imperabat, prout testatur idem Greg. lib. 8. c. 2.

7. NICETIVS Comes Aquensis mortuo eiusdem sedis Antistite successor designatur à Rege Chilperico circa an. 584. confirmatúrque anno 588. deiecto Faustiano; idem Gregor. 588.
lib. 8. c. 20. *Faustianus qui ex iussu Gundobaldi Aquensis Vrbis Episc. ordinatus fuerat eâ conditione remouetur, vt eum Bertcramnus, Orestésque, siue Palladius qui eũ benedixerant vicibus pascerent, centenosq; ei aureos annis singulis ministrarent. Nicetius tamen ex laico qui priùs ab Chilperico Rege praeceptum elicuerat, in ipsâ vrbe Episcopatum adeptus est.*

8. OLTHERIVS præfuit huic Episcopatui an. 898. ex cartulario Ab- 898.
batiæ de Caignotâ, quod incipit Saluator mundi: de quo nulla mentio apud Oihenartum. Trium porrò sæculorum spatio incomperta sunt nomina Pontificum Aquensium, vt videtur, propter bella Wisigothorum & Saracenorum.

9. GVMBALDVS DE GASCOGNE, Guillelmi Sanctij Ducis Vasconiæ frater, Aquensem anno 960. & cæteras 660.
Ecclesias Nouempopulaniæ, tum etiã Aginnensem administrauit, beneficus erga Condomensem & Regulam Abbatias, ex cartulario S. Seueri: Archiepiscopus item fuit Burdegalensis.

10. ARSIVS Pontificium suscepit an. 982. omnes Vasconiæ Ecclesias 982.
tenuit, Abbatiæ S. Seueri fundationi interfuit, Guillelmo Sanctio Duce Vasconiæ, & Odone Archiepiscopo Auxitano vixit.

11. RAIMVNDVS I. Vasatensis & Aquensis Antistes sedit anno 1050. 1050.
is etiam Oloronensem, Adurensem, Lascurrensem, & secundùm cartas Aquenses, omnes alias Nouempopulaniæ Ecclesias rexit. Tolosano Concilio item adfuit, sed ibi tantùm sedit vt Episcopus Vasatensis, veritus Concilij censuram, si aliarum Ecclesiarum titulo vti præsumpsisset: apud

Romanum Pont. delatus exuitur omnibus Ecclesiis quas regebat, solâ Lascurrensi sibi relictâ, vt patet ex cartulario huius Cathedralis. Hic Raymundus & non Raymundus Vasatensis 1. transtulit sedem Episcopalem è basilicâ S. Vincentij intra muros ciuitatis, cùm anteà esset in suburbano, opitulante Guidone D. Aquitaniæ, quemadmodum habetur expressis verbis in libro rubro Aquensi. Quod autem scribitur de Collegio Sacerdotum ibi instituto, quod in corpus Canonicorum creuit sub regimine Decani Arnaldi Bolio, aliter intelligendum; enimuero in codice Aquensi dicto Rubro fit mentio cuiusdam Clericorum Congregationis nobilium Aquensium, & ipsius Episcopi auctoritate institutæ, sed longè ante præcesserat Capitulum Aquense, cui hæc Clericorum cōgregatio adiuncta fuit ad ipsius Capituli leuamen, in seruitio chori, & ad onus diuinorum officiorum sustinendum, quæ quidem congregatio sic & prædicto modo instituta constans quibusdam Clericis tanquam mansionariis, viguit ducentorum annorum spatio, donec variis Capellaniis in Ecclesiâ Cathedrali institutis, titularij dictarum Capellaniarum in præfatorum mansionariorum locum suffecti sunt, seruatis vsquè adhuc eiusdem congregationis nomine & ordine.

12. GREGORIVS ex Abbate S. Seueri anno 1060. vir singularis virtu-
1060. tis, qui Episcopatum Aquensem suscepit rogante & suadente Austindo Archiepiscopo Auxitano: notatus est tamen defuisse pastorali officio ob plurium Ecclesiarum curam assumptam, ad quod compulsus est propter nominis claritatem: vnde passus est Stephanum Episcopum Oloronensem inuasisse territorium de Soule, sic causam dedit magnarum litium posteris. Pius ille Antistes S. Seueri monasterium flammis vastatum instaurauit, & cùm quasdam auxiliares copias in Hispaniam ad Principes Christianos traduxisset contra Saracenos, senio confectus & meritis clarus obdormiuit in Domino.

13. BERNARDVS I. adfuit Con-
1068 cilio Tolosano anno 1068. sub Hugone Cardinale Præside, Hugone Auxitano, & Aymone Biruricensi Archiepiscopis, Duranno Tolosano, Geraldo Cadurcensi, Godemaro Santonensi, Gregorio Lascurrensi, Petro Adurensi, Guillelmo Conuenensi, Raimundo Lactorensi, Bernardo Conseranensi Episcopis, vt refert Catellus in memoriis Occitaniæ.

14. RAIMVNDVS Vasatensis II. superioris Raymundi fratris filius an- 1070.
no 1070.

15. MACARIVS duobus tantùm annis hanc Ecclesiam administrauit, conditus in Ecclesiâ S. Vincentij extra muros vrbis, cuius corpus posteà delatum in ædem Cathedralem, solemni pompâ sepultum anno 1566. ex cartulario Aquensi, & ex relatione translationis eius cinerum per Canonicum Ecclesiæ factâ.

16. BERNARDVS DE MVGVE- MVGRON.
RONT I. ex nobili familiâ de Mucronio, nepos Dauriol & frater Alani de Mugron: sedit annis 24. in Episcopatu, quem rexit 1080. in rebus Eccle- 1080.
siæ tuendis multùm remissus & mollis, nam Amato Oloronensi Episcoporerritorium de Soule sibi ablatum, non solùm spontè cessit, sed scripto etiam confirmauit, quod iniquè ferens Raimundus eius Archidiaconus, qui tunc in aulâ Regis Aragoniæ agebat, prouocauit ad Episcopos Vasconiæ conuocatos à Ricardo in Abbatiâ de Regulâ apud Benearnenses, & post magnam litis contestationem Bernardus causâ cecidit, ac supradictum territorium Aquensi Ecclesiæ decreto Concilij adiudicatum est: litem aliam contra eundem Bernardum intentauit Abbas de Regulâ, ob Prioratum de Pontons an. 1084. quem restituit Florio: ac consecrationi monasterij S. Petri Generensis an. 1096. interfuit: mortuus 1107. ex cartulario 1107.
Generensi, & libro rubro Aquensi. De eo ita meminit carta Aquensis. *Successit proprius Aquensi Ecclesiæ Episcopus nomine B. vir miræ abstinentiæ, sed mollis & timidus in iuris sui defensione. In huius Bernardi regimine in Agarecum & Resenellum Aquensis diœcesis, Olorenses prædictis artibus subintroierunt. Vixit iste B. xx. & circa 55. annos. Post Bernardum Raimundus successit. Obiit autem 18. sui Episcopatus anno: post Raimundum presens Guillelmus.*

Sentes. 17. RAIMVNDVS DE SENTES III. A anno 1102. pontificium munus gessit 18. annis: fratres habuit Stephanum & Rogerium Vasatensem & Oloronensem Episcopos: fortiter se gessit in bonis Ecclesiæ suæ alienatis recuperandis. Præsuli Oloronensi territorium de Mixe occupare conanti viriliter restitit, vnde Pontificem Romanum adiit, à quo rescriptum pro recuperando territorio de Soule obtinuit, Gerardo Episcopo Engolismensi huius controuersiæ iudice constituto. De hoc registrum Cathedralis vulgò liber Ruber dictum, qui eo sedente cœpit conscribi, sic loquitur: B
» Raimundus de Sentes vir dignæ ma-
» gnæque memoriæ. Eo Pontificante Gasto Bearnensis Vicecomes donauit Eccl. Aquensi basilicam in Castello monte Guiscardi, ex cartario Aquensi regnante Philippo, ind. 15.

Felgar. 18. GVILLELMVS FALGARIENSIS I.
1135 sedit anno 1135 obiit 9. Calend. Augusti cùm Româ rediret in vico Aquæpendentis. Vir fuit liberalis & erga Ecclesiam munificus, quam variis in locis multis redditibus auxit, dominium parochiæ Felgariensis, seu de Heugas à Bernardo cognato pecuniis emptum Ecclesiæ Cathedrali dono C attribuit. Romam se contulit, & inde rediens, morbo in itinere correptus, humilitatis & paupertatis christianæ præclarum daturus documentum, in hospitali domo Aquæpendentis mori elegit.

Sortensis 19. ARNALDVS DE SORT, I. Guilelmo Arnaldo domino Sortensi, & Ioannâ de Rostain parentibus procreatus, idem fortè cùm eo qui *Arnaldus Guillelmi* in quibusdam monumentis nuncupatur. Pontificatum ad- D
1143. eptus est anno 1143. viuebat adhuc 1167. qui bona Ecclesiæ alienata magno animo contendit repetere, eorum inuasores ad restitutionem compulit censurarum Ecclesiasticarum metu, inter quos nobilem dynastam Bernardum de Heugas, qui sponte bona Ecclesiæ occupata in suâ parochiâ dimisit: sed omnia sibi licere in bona Ecclesiastica ratus, suum Capitulum aduersarium habuit.

Baionne. 20. GVILLELMVS-BERTRANDI DE BAIONE filius Bertrandi Vicecomitis Baionensis, cœpit administrare Ecclesiam anno 1168. Lateranensi Concilio interfuit, viuebat ad- 1168.
hucanno 1193. Bertrandi Vicecomitis Baionensis filius Abbas de Cagnotâ, diuisionem boni temporalis inter Bernardum de Mugueron & Capitulum iam anteà factam confirmauit; cùm Abbate & religiosis de Regulâ transegit. Eo sedente tres nobiles Benearnenses Ecclesiæ Cathedrali decimam de Castettarbe dono dederunt, ex tabulario monasterij de Regulâ, & libro Capituli.

21. IOANNES DE CAVNAR I. Caunar.
anno 1197. à grege diu abfuit, quippe 1197.
in bello sancto sub Richardo Angliæ Rege detentus, ex cartulario Aquensi, & Rogerio Houedeno in vitâ Richardi.

22. FORTANERIVS DE MAVLEON Mauleon.
annis 1200. & 1212. qui vitam cùm morte commutauit Februarij 13. vt notat antiquum martyrologium basilicæ S. Saturnini Tolosæ. Iste Antistes Regi Aragoniæ multùm carus, effecit vt in Ducem Vasconiæ ab Aquensibus reciperetur, Eleonoris vxoris iure, vnde Rex Ecclesiæ Cathedrali quædam feuda largitus est, vt patet ex instrumento cartarij Aquensis dato apud S. Sebastianum in Hispaniâ cuius is tenor lib. 6. Historiæ Benearnij. NOTVM *sit tam præsentibus quàm futuris, quòd ego Adelfonsus Dei gratiâ Rex Castellæ & Toleti, dominus Vasconiæ, vnà cùm vxore meâ Alienor Reginâ, & cùm filiis meis Ferrando, & Henrico, pro animabus parentum meorum, & salute propriâ, ac pro delictorum meorum veniâ consequendâ, libenti animo & voluntate spontaneâ, hac cartâ donationis, concessionis, & stabilitatis do Deo, & Cathedrali Ecclesiæ Aquensi S. Mariæ, & vobis domino* FORTANERIO *eiusdem instanti Episcopo dilecto amico meo, vestrisque successoribus, perenniter valiturâ. Dono igitur vobis illos quindecim Villanos, quos habeo in Angonne, & in Sa cùm omnibus iuribus, quibus mihi tenebantur iure hæreditario, vt in perpetuum habendos, & irreuocabiliter possidendos. Si quis verò hanc cartam infringere præsumpserit, iram Dei omnipotentis plenariè incurrat, & regiæ parti mille aureos in canto persoluat, & damnum quod super hoc vobis, aut successoribus vestris intulerit duplicatum resti-*

tuat. Facta carta apud S. Sebastianum A
1204. *Erâ* MCCXL. *secundâ.* VII. *Calend. Nouembris. Et ego Rex Alfonsus regnans in Castellâ & Toleto, & in Vasconiâ, hanc cartam quam fieri iussi roboro & confirmo. Martinus Toletanæ sedis Archiepiscopus, Hispaniarum Primas confirmat. Bernardus .... Archiepiscopus confirmat. Ferrandus Burgensis Episcopus, Rodericus Segouiæ Episcopus, Aldericus Palentinus Episcopus, Gundissaluus Segobiensis Episcopus, Iulianus .. Episcopus, Didacus ... Episcopus, Bernardus Baionensis Episcopus, Galardus Vasatensis Episcopus, Gasto Vicecomes Bearnij, Aluarus ..- Munij, Giraldus Comes Armaniacensis, Rodericus ..- Dias, Arnaldus Raimundi* B *Vicecomes Tartaix. Lupus .... Sancij, Lupus Garciæ Vicecomes Aortensis, Gregorius Dias, Min. Regis in Castellâ.* Cessit è vitâ Fortanerius 1215. ex cartulario Aquensi.

23. GAILLARDVS, vel GVALARDVS Pontificium gerebat annis
1215. 1215. & 1217. Ecclesiam de Caignotâ sumptibus Raymundi Arnaldi Vicecomitis d'Orte instauratam consecrauit: sub eius auspicus tres ciues Aquenses Brum Dardre, Petrus Dandrè, & Bernardus de la Torte, xenodochium seu hospitale S. Spiritus propè muros huius vrbis instituerunt, ex C rabulario monasterij de Caignotâ, & ex alio seruato apud Patres Barnabitas in hac vrbe.

SALINIVS. 24. GVILLELMVS SALINIVS II.
1228. sedebat annis 1228. & 1234. edidit quamdam constitutionem cùm Capitulo de Canonicis residentibus, & non residentibus.

TARTAS. 25. ARNALDVS RAIMVNDVS DE TARTAS ex nobili Vicecomi- D tum Tartassij familiâ, vt memorant tabularia Ecclesiæ, electus 1234. Eo sedente Fortanerius dominus Saltanus Cathedrali ditionem territorij loci dono dedit; idem Arnaldus decimam parochiæ S. Vincentij ex conuentione cùm Capitulo partitus est.

1240. 26. GRATIANVS II. 1240. fretus auctoritate Amaneui Archiepiscopi Auxitani, Vicecomitem de Maremne compulit restituere Ecclesiæ quasdam decimas quas in terris sibi subditis vi occupauerat, In iudicium vocauit Abbatem Deiuillæ ob ius supulturarum, sed litem composuit Amaneus.

27. NAVARRVS DE MIOSSENS, MIOSSENS. cuius cognominis militaris prosapia dominorum de Millesanctis, an 1243. 1273. vsque ad an. 1272. qui testamentum condidit die Dominicâ ante festum Omnium Sanctorum: recensetur in cartâ venditionis castri de Saltu Eduardo Regis Angliæ primogenito 1261. die 3 Nouembr. post huius mortem aliquot annis Ecclesia Aquensis Pontifice destituta fuit, nemine in eius locum suffecto, vt patet ex veteribus cartis an. 1273. 7. Aug. 1274 7. Martij & 1281. Cæterum eo Pontificâte anno 1268 Senescallus Vasconiæ, populum nouis tributis specie decimarum grauare præsumpsit, vnde tumultuante plebe Durandus Vic eius amicus, & harum nouitatum auctor creditus, occisus est intra Ecclesiæ Cathedralis ambitum, & simul quædam ædes Canonicorum dirutæ, quòd Henricum Regem Angliæ mouit in banc vrbem venire, vt præsens tanto malo mederetur, quod feliciter assequutus est, conuentione ex vtrâque parte factâ, Aquensibus in pœnam rebellionis multatis, & corpore Durandi occisi solemni pompâ in honestiori loco sepulto. Eodem anno grauis controuersia orta est inter Capitulum Aquense, & parochias diœcesis: agebatur de Noualibus, Episcopus Pompeiopolitanus ex rescripto Romani Pontificis inter partes dissidentes querelam diremit, causámque Capitulo adiudicauit. Sub eodem Nauarro Bernardus de Poyanne partem decimæ d'Onard Ecclesiæ Cathedrali obtulit, & Maria de Montolis suas decimas in parochiâ de Baylonque similiter. Hic Episcopus Capellaniam in Ecclesiâ Cathedrali instituit, eámque dotauit decimis quas in parochiis S. Gиruntij, & Estiualium possidebat. Tandem eo sedente Nicolaus d'Ast Ecclesiæ Cathedralis Capellanus, vir insignis virtutis Hierosolymam profectus est, vnde multorum sanctorum, & ipsius Crucis Domini sacras relliquias asportauit in hanc vrbem, ex libro nigro, & aliis cartis Aquensibus.

28. ARNALDVS DE VILLA II. DE VILLA.
sedebat

sedebat anno 1278. Constitutiones A
1278. promulgat 1283. Is Capitulum Aquense magnoperè vexauit, cuius decimas propriis impensis redemptas vi occupauit, regnante Edoardo Rege Angliæ; oppressum Capitulum ad sedem Romanam confugit, duobus ad causam prosequendam de gremio delegatis Canonicis, qui promissis & munerib. corrupti, ius Capituli prodiderunt, pace cũ illo initâ maximè iniquis conditionibus. Idẽ Arnaldus in Conc. prouinciali coacto in loco Nugarolij apud Armaniacum ad restitutionem quorumdam bonorum Ecclesiasticorum quæ diu possederat, cõpulsus est, B Canonico Aquensi fortiter agente.

29. Arnaldvs de Cavpene III. ex nobili familiâ Caupenâ an. 1295. Aquensem obtinuit Episcopatum.

Cavpene. 30. Garsias-Arnaldi de
1301. Cavpene 1301. quo anno nouas constitutiones Ecclesiasticas promulgauit. Iacobus de Ossâ, postea Auenionensis, ac tandem Papa Ioannes XXII hîc à nonnullis interseritur anno 1316. reclamant tamen historiæ C Aquenses contra tale commentum, cùm toto cœlo noster Garsias Arnal. differat à Ioanne 22. Pontifice. eius pater multùm beneficus erga Ecclesiam Cathedralem, & benemeritus de Rege Galliæ Philippo Pulchro, cuius partes fortiter amplexus est contra Bonifacium 8. in hac vrbe. Garsias Arnaldi cùm consensu Capituli hospitali duraneo cessit mediam partem decimæ de la Bastide & de Villefranque, petente Margaritâ Comitissâ Fuxi, Vicecomitissâ Benearnensi; cùm eodem transegit Capitulum Aquen-
1326. se anno 1326. eique pro iure duarum portionum canonicalium quartam D Aquensem, quartas de Poillon, Gaas, & Heugas ad vitam tantùm assignauit; hoc ex antiquis documentis domus de Caupene, & libro nigro vrbis Aquensis, ac variis cartis Capitularibus.

31. Bertrandvs III. electus 1327. 31. Ianuarij in lib. Obligationum,
1351. & 1351. constitutiones nouas edidit eius mentio adhuc 1355. de hoc etiam in veteri instrumento scriptum reperitur his verbis. *Post mortem Garsiæ Arnaldi de Caupene, Canonici elegerunt Arnaldum Guillelmum de Podialto eius nepotem Canonicum & Archidiaconum Aquensem, & cùm propè esset vt confirmaretur à Guillelmo Archiepiscopo Auxitano, prohibitus est à Ioanne XXII qui Episcopatum contulit Bernardo.* Porrò Armandus ille Aquensis Episcopus, qui litteras Petri Regis Aragoniæ datas Barcinone 1344. ad Papam Clementem VI. detulit, cuius contextus legitur tomo 2. Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, erat Aquensis in Prouinciâ, non Episcopus Aquensis in Nouempopulaniâ: reuerâ enim nulla huius extat mentio in tabulario Aquensi.

32. Mathævs ex Abbate Carrofensi eligitur in Episcopum 1358. 1358.
Cõcilio Prouinciali adfuit sub Alberto Auxitano Archiepiscopo, vbi iuris alios Suffraganeos præcedendi fuit constans assertor. In prædicti Concilij constitutionibus editis Archimandrita nominatur, hoc est Abbas Carrofensis, liquet id ex cartulario Aquensi & ex domino de Marca lib. 1. cap. 5.

33. Petrvs Iterii, I. Presbyter Cardinalis Aquensis dictus, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum ab Innocentio VI. creatus anno 1361. die 17. Septembris anno superiore erat Præsul Aquensis, inde Albanus Talayrando Petragoricensi successit 1364. cuius Cardinalis testamenti executor nominatus 1260. sedebat in Cathedrâ Aquensi: mortuus Auenione anno 1367. 29. Maij; tumulatus in Prædicatorum æde & sacello à se condito cùm epitaphio. *In præsenti Capellâ iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Petrus Iterij Episcopus Albanensis Cardinalis Aquensis, Doctor Legum egregius, qui obiit sub die mensis Maij 19. anno Domini 1367. post recessum Domini Vrbani 5.*

Iterii. Vne bande de & vne estoille en chef, trois besans en pointe. 1361.

34. Ioannes Bavffes II. Bavffes.
patriâ Normannus Ebroicensis, sedit anno 1363. Februarij 4. vt habent 1363.
lib. Obligat. Vaticani: fuit Caroli 2. Regis Nauarræ Consiliarius, quo assentiente fundauit capellas duas cùm Ioanne Bauffesio, Bailliuo & Capitaneo Ebroicensi agnato suo, in Ecclesiâ parochiali S. Petri Ebroicis pro salute animæ suæ & prædecessorũ 1377. Iulij 19. ex autographo cartæ originalis: fuit autem posteà Episcopus Oscensis in Hispaniâ.

Gvitard.

35. Ioannes Gvitardvs iii. A successerat iam anno 1374. 17. Iulij ex reg. Vaticano. fuit traductus ad Episcoparum Vlyssiponēsem in Lusitaniâ. Eius Pontificatus commendatur ob duas transactiones, primâ pactus est cùm Capitulo de formâ titulorum in vacatione Canonicatuum: alterâ conuenit cùm huius vrbis Magistratibus, inter cætera, Clericos non posse gaudere priuilegijs Ecclesiasticis, nisi coronam & habitum gestarent; habentur instrumenta in archiuis publicis vrbis & Capituli: Præerat adhuc Ec-
1389. clesiæ Aquensi 1389. B

De Bosco.

36. Petrvs de Bosco ii. ex Canonico Ecclesiæ S. Andreæ Burdegalensis assumptus est ad sedem Aquensem an. 1397. exinde nomine Legati Pontificis Maximi Angliæ Regem adijt, teste Valsinghamo in Richardo 2 huius Præsulis elogium scripsit his verbis Gabriel Lurbeus Burdegalensis in opusculo de illustribus Aquitaniæ viris: *Petrus de Bosco Aquitanus, Burdegalensis Ecclesiæ Canonicus fuit, vt tempora ferebant humanitatis studijs deditus, & literarum sacrarum non ignarus, & ob eam rem in Episcopum Aquensem electus est. Quo in munere ita se gessit, vt pauperum alumnus vocitatus sit. Ecclesiam Burdigalensem maximè coluit, quam & dominatu Vertullij in Medullis, & pluribus alijs muneribus donauit. Illius nomen extat hodie insculptum in insignibus vitrarijs, quibus eiusdem Ecclesiæ delubrum ornauit: moriens insignis pietatis & sanctimoniæ exemplum successoribus reliquit:* C
1405. huc vsque Lurbeus. Petrus verò 1405. nominatur præsens dedicationi Capellæ Bituricensis. Hic forsan est qui *Petrus de la Colta* Episcopus Aquensis vocatur in quibusdam Ecclesiæ Burdegal. monumentis. Addimus tantùm eo sedente grauem disceptationem inter Capellanum maiorem huius vrbis & Franciscanos de iure sepulturarum & funeralium fuisse diremptam, & quoad Petrum de la Colta inuenimus alium à supradicto de Bosco, fuit enim. D

Castelnav.

37. Petrvs de Castetnav, iii. ex Abbate S. Ioannis de Castellâ, ad Episcopatum Aquensem euectus, viuebat regnante Henrico Rege Angliæ, & Arnaldo de Baylenx Prætore
1410. huius vrbis anno 1410.

38. Nicolavs Caroli 3 Regis Nauarræ cùm Guillelmo Arnaldi Baionensi Orator fuit in Concilio Constantiensi, Sessione 26. annis 1416. 1421.
& 1421.

La Plaigne.

39. Bernardvs la Plaigne iv. Cardinalis Presbyter tit. Sanctorum Nerei & Achillei, ex monacho Benedictino nominatus & confirmatus in Concilio Basileensi 1427. vnus fuit ex electoribus ad Pseudopontificatum Felicis iv. dicti v. anno 1439. à 1439.
quo 1440. 4. Idus Octob. Basileæ inter Pseudocardinales allectus est auctores quidam mendosè eum Archiepiscopum Aquensem nominant. Bernardus autem iste Laplanhius suo Capitulo infensus tantoperè sæuiit, vt re ad Romanum Pontificem per Canonicos delegatos delatâ, ab eius potestate & omnimodâ iurisdictione sit exemptum, & Episcopo Baionensi addictum, sicuti continet bulla Romani Pontificis.

Sega.

48. Garsias Arnaldvs de Sega, translatus ad Baionensem Episcopatum an. 1444. 5. Idus Decemb. vt no- 1444.
tant Acta Consistorialia Vaticani.

41. Gvillelmvs Arnaldvs Episcopus Baionensis ad hanc Ecclesiam traducitur eodem die & anno, quemadmodum affirmant eadē Acta Consistorialia: præfuit 1445. & 1447.

De Lavr.

42. Ioannes de Lavr, iv. ortus fuit ex nobili familiâ de Castetnau, relictâ sede Aquensi accepit Baionensem, & præbendarum de Genne in honorem S. Trinitatis institutor fuit, quod liquet ex instrumento fundationis Baionæ.

43. Petrvs de Foix, iv. Cardinalis Episcopus Albanensis, Administrator perpetuus Ecclesiæ Aquensis an. 1455. de quo plura Ciaconius & 1455.
alij in Historiâ Cardinalium.

44. Ioannes de Foix, v. annis 1460. & 1464.

De Foix.

45. Petrvs de Foix, v. Cardinalis nepos Petri superioris sedebat anno 1481. Prædia quædam ex bono 1481.
Amati de la Borde Gubernatoris & Prætoris huius vrbis exemit in gratiā fratrum Carmelitarum huius oppidi, nonnullas Ecclesias cùm Aquensi

administrauit, & etiam Abbatias, inter quas erat Sorda: fuit Princeps disertissimus, carus Sixto 4. à quo creatur Cardinalis Diaconus tit. Sanct. Cosmæ & Damiani: missus Neapolim nomine Innocentij 8. post plures legationes obiit Romæ an. 1490.

DE LA BORIA. 46. BERTRANDVS DE BORIA ex nobili familiâ de Poy in eadem diœcesi, adfuit coronationi Ioannis Albreti & Catharinæ de Fuxo Regis & Reginæ Nauarræ Pompelonæ 1.
1494. Ianuarij 1494. viuebat adhuc 1497. Eo sedente recrudnit controuersia Franciscanorum cùm Capellano maiori propter ius sepulturarum vsque ad sanguinem & cædes, hac de causâ Bertrandus de Boriâ apud Pontificem Max. delatus, inuocens probatus est; munificus fuit erga Ecclesiam Cathedralem cuius delubrum insignibus vitrariis magnis sumptibus exornauit. Eius tempore Ludouicus 12. Rex Galliæ Collegialem Ecclesiam S. Spiritus propè Baionam in hac diœcesi instituit.

LA BORIE. 47. ARNALDVS DE LA BORIE, IV nepos antecessoris sui Bertrandi de Boriâ ab anno 1506. ad 1514. 1506.
vel circa: sanciuit beneficia nonnisi diœcesanis esse conferenda, auctor & fuit insignis imaginis B. Mariæ in Cathedrali Ecclesiâ, summâ religione nostris temporibus cultæ: construxit ædiculam in eiusdem Virginis Deiparæ honorem in formam conopæj, apud oratorium quod in præsens extat in suburbano vrbis dicto Sablar. Canonicorum inter quos grauissimi tunc temporis erant viri consilio semper vsus: in his autem Canonicis fuit Ioannes de Podialto, qui celebri apologiâ Ioannem Regem Nauarræ & Albreti toparcham propugnauit, quâ de causâ Episcopus Condomiensis creatus, prouisionem obtinere nequiuit: id reperitur in instrumentis nobilis domus de Hinx.

LA MARTHONIE. 48. IOANNES DE LA MARTHONIE VI. Stephano Senatore Burdegalensi patre genitus, frater erat Mondoti de la Marthonie Burdegalensis Senatus, supremæque Parisiorum Curiæ Principis: cui regni Gallici administrationem cùm Ludouicâ Sabaudâ matre Rex Franciscus 1.

Tomus II.

commisit, dum contra Heluetios pugnaturus in Italiam profectus est. Huic autem sedi Aquensi præficitur circa annum 1516. quem Mœcenatem 1516.
suum Blasius Madronetus Securiacus in opusculo Gastoni fratri scripto ob virtutes summoperè laudat, eúmque paulò ante obitum qui accidit 1519. successorem suum in Episcopatum Regis gratiâ cooptasse memorat. Abbas fuit Pertitiæ; eidem commissa est cura constitutiones & mores populi Aquensis ad meliorem formam reducendi.

LA MARTHONIE. 49. GASTO DE LA MARTHONIE ex Coadiutore Ioannis fratris ad hanc Cathedram ascendit, liberalibus studiis à puero eruditus, tum Iurisprudentiam in Academiâ Pictauiensi interpretandam suscepit, vt & in Tolosanâ & Cadurcensi publicè eamdem operam feliciter impendit: posteà Theologiæ se dedit, ac germani Pontificatum iniit: à Rege autem Francisco 1. Senator Burdegalensis nominatus fuerat, propter eruditionem & aliarum rerum cognitionem cùm Iurisprudentiæ studiis coniunctam, indéque Aquensis Episcopus 1519. obiit 1519.
anno 1555. ineunte mense Octobri. A suâ Ecclesiâ diu abfuit, quo tempore Prorex Aquitaniæ à Francisco 1. mandatum accepit hanc vrbem vndique vallandi, & rebus bellicis muniendi ob periculum obsidionis: ædes Canonicorum mœnibus imminentes dirutæ fuerunt, quod damnum posteà Rex vt resarciret, dedit Capitulo Aquensi ius repetendi 1200. lib. à Quæstore ærarij Burdigalæ, sed vsque modò non fuit satisfactum. Eidem verò Antistiti Madronetus dicat libellum ex historiis sacris, exteris Latinis & Gallicis conflatum, seu quot & quàm ex cruentissimis prælijs pullulant incommoda. Fratres quoque habuit Gasto Robertum Marthoniacum Regiæ domus Oeconomum, Bonnensem toparcham, legatione Francisci 1. ad Ducem Gueldriæ functum: & alterum item Burdegalensem Archidiaconum Sanctioris Consistorij Assessorem.

NOAILLES. 50. FRANCISCVS DE NOAILLES Prior S. Caprasij apud Aginnates, ex vetustâ & nobili stirpe Lemouicinâ, De gueulle à la bande d'or.
parentibus satus Ludouico domino

de Noailles, & Catharinâ de Pierre-
buffiere. Epiſcopatus poſſeſſionem
1580. adipiſcitur anno 1580. peragratâ Italiâ
vir iſte politices & rerum agendarum
peritiſſimus, Legatus Regis Caroli IX.
mittitur ad Selimum 2. Turcorum
Imperatorem, vbi res Francicas an.
1572. egregiè tutatus eſt; quâ de re
Florim. Raimundus c. 34. lib. de Anti-
chriſto, & Michael Baudier lib. 12. hiſt.
Turcicæ. Apud Henricum III. & Ca-
tharinam Mediceam acceptus erat
propter ingenij vim & prudentiam,
anno enim 1585. de bello in Belgium
aduersùs Hiſpanos transferendo Re- B
gi ſuaſit, & arcanum conſilium ha-
buit, quod ſcribit doctiſſimus Præſes
Thuanus in Hiſt. Franciſcum fuiſſe
» prædicans, præter nobilitatem gene-
» ris, prudentiâ inſitâ, & vſu rerum,
» quem Anglicanâ, Venetâ, & recenti
» Byzantinâ Legatione magnâ cùm
» laude obitâ contraxerat, præſtantem:
cuius etiam breue elogium his verbis
complexus eſt Lurbeeus, in ſuis Illu-
ſtribus Aquitaniæ viris. FRANCISCVS
NOAILLIVS *illuſtri apud Lemoui-
cenſes familiâ, ingenuè & liberaliter à pa-
rentibus educatus, omnes vndique floſcu-
los elegantiæ & polita doctrina conquiſi-
uit, & beatas diuina & immortalis cu-* C
*iuſdam eloquentia dotes, quibus ille omnes
ſuæ ætatis viros ſuperauit, mirâ ſolertiâ,
& expeditâ, in rebus agendis induſtriâ cu-
mulauit. Ex quo apud Proceres omnes, &
aulicos gratiſſimus fuit, & ab Henrico
ſecundo in Epiſcopatu Aquenſi apud A-
quitanos ſuffectus; & in ſanctiori Conſilio
indigitatus, primùm in Britanniam, inde
Venetias, poſtremò Conſtantinopolim
Legatus miſſus eſt. Quo in munere Chri-
ſtiana Reipublica ſalutem & concordiam,
& Imperij Francici dignitatem procura-
uit, totámque Syriam & Ægyptum Le-
gatus peragrauit. Inde plurimis in Chri-
ſtianos apud Turcas agentes beneficijs col-* D
*latis in Gallias reuerſus, à Francis Regi-
bus cultus & laudatus eſt, & ab iiſdem
ſæpe in Prouincias delegatus; vir certè &
rerum experientiâ & conſilio nemini ſuo-
rum temporum ſecundus.* His legationib.
fœliciter confectis, Eccleſiam ſuam
inuiſere cupiens ab aulâ ſeceſſit, ibi-
que per aliquot annos paſtorali curæ
vacauit; interim calculari morbo ve-
xatus, ad aquas de Cambo propè Ba-
ionam ſanitatis gratiâ diuertit; vbi do-
loris grauitudine preſſus Baionæ 16.
1585. Septemb. 1585. teſtamentum dictauit;

A ſequenti die codicillos adiecit, & ibi-
dem longæuus deceſſit 19. eiuſdem
menſis: cor ſepulturæ illatum in Ec-
cleſiâ Collegiatâ de Noailles apud Le-
mouices; corpus autem eius præſcri-
pto tumulari ordinauit in æde Cathe-
drali Aquenſi.

51. ÆGIDIVS DE NOAILLES ex Abbate S. Petri Inſulæ diœceſis Burdigalenſis, Franciſci frater, & Antonij prouinciæ vrbiſque Burdegalenſis Maioris ac Præfecti Regij, ex quo orti ſunt Comites de Noailles: tam in ſede Aquenſi, quàm in Legatione Conſtantinopolitanâ ſucceſſor fuit. Subſcriptus porrò reperitur an. 1573. die 13 Septemb. cùm Principibus viris, Prælatis, & proceribus regni, diplomati celeberrimo, quo Epiſcopus Poſnaniæ, cæterique alij Poloniæ Legati promulgarunt Henrico Duci Andegauenſi decretum electionis ſuæ in Regem Sarmatiæ tradidiſſe. Eccleſiam Aquenſem diu tenuit, ac rexit ſemper abſens; Epiſcopatu tandem ſe apud Regem abdicauit in gratiam Ioannis Iacobi Saltani, & viuere deſiit anno 1600. 1600.

NOAILLES.

52. IOANNES-IACOBVS DV SAVLT ex nobili familiâ Burdigalenſi, Iacobi in Parlamento huius vrbis Aduocati regij & Annæ Godin filius. Decanus S. Seuerini in ſuburbano eiuſdem vrbis, & ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarius, nominatur Epiſcopus ab Henrico Magno Franciæ & Nauarræ Rege anno 1600. Intereſt Comitiis generalibus Pariſienſibus anno 1614. Sub eo Patres Capucini 1614.
Aquis conſtituuntur, pariterque Pœnitentium Cæruleorum celebris ſocietas. Cùm Capitulo poſt multas rixas tranſegit de collationibus & permutationibus Canonicatuum, præbendarum, & aliorum beneficiorum: erga Cathedralem beneficus Eccleſiam quam inſtaurauit, præcipuè altare magnum auxit quibuſdam fundationibus, & pretioſis veſtibus ornauit. Mortuus Aquis anno 1623. ſepultus ante maius altare Eccleſiæ.

DV SAVLT. De sab'e a vn Aigle eployé d'argent a deux teſtes couroné.

53. PHILIBERTVS DV SAVLT filius Caroli domini de l'Eſpine, anteceſſoris ſui fratris, hic à Rege Ludouico 13. patrui Coadiutor deſignatus conſecratur Antiſtes Aurienſis in

DV SAVLT.

basilicâ Aquensi sanctæ Mariæ ab Episcopis Baionensi, Aquensi, & Tarbensi: possessionem adipiscitur anno
1623. 1623. sub eo Patres Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, vulgò Barnabitæ instituti fuerunt, in Collegio huius vrbis, quibusdam beneficiis Curatis eis annexis. Sub eo etiam Ecclesia Cathedralis insignis & antiquissimæ structuræ cœpit collabi, vnde pius Præsul magno mœrore confectus fuit. Hanc enim singulariter coluit; pro matutinis horis in eâ decantandis tria millia librarum dono dedit, & tali exemplo Capitulum suum ad similis pecuniæ donum B prouocauit. Multas vestes sacerdotales, easque pretiosas largitus est, sed præcipuè splendidus fuit in munere lampadis argenteæ, octo candelabrorum raræ sculpturæ, & præstantis magnitudinis, itémque crucis argenteæ summi ponderis: in pauperes & egenos liberalissimus fatis fungitur
1638. anno 1638. 11. Nouembris, iacet in Ecclesiâ suâ propè patruum.

DESCLAVX. 54. IACOBVS DESCLAVX, de Mucronio, nominatur Episcopus die 25. Aprilis anni 1639. à Rege Ludouico XIII. apud eum commendatus ab Armando-Ioanne du Plessis, C Cardinali & Duce Richelio, cui carus ob animi dotes, tum quòd frater erat Petri Desclaux Canonici Burdigalensis, qui tanto viro admodum acceptus in Confessarij munere quoad vixit, adhæsit. Consecratur autem Antistes Parisiis eodem anno in Ecclesiâ S. Lazari ab Episcopo Calcedonensi, assistentibus Francisco Fouquet Baionensi, & Claudio-Francisco d'Abra de Raconis Vaurensi Episcopis, vrbem Aquensem ingressus 20. Sep-
1639. tembris eiusdem anni 1639. cùm prius 3. Iulij sacramentum clientelæ exhibuisset Regi apud Ambianum. Sub D eius Pontificatu Ecclesia Cathedralis penitùs corruit, ipsius & Capituli studio curisque instauratur. Apud Tartassium Franciscanorum monasterium sub eodem conditum est: populo Aquensi qui ob nona tributa rebellauerat Ludouicum 14. pacatum, Reginámque matrem conciliauit profectus Lutetiam Parisiorum. Cùm Capitulo suo ab ipso Pontificatu graues habuit controuersias, & tandem de consilio & operâ Episcoporum

A Adurensis, & Vasatensis eas composuit, initâ transactione de omnibus ferè iuribus tum Episcopalibus, tum Capitularibus. Denique statuta tum chori, tum etiam Capituli instaurata, & aucta confirmauit, & subscripsit: necnon Officium Sanctorum Cathedralis Ecclesiæ ad formam Breuiarij Romani redactum, eius auctoritate & consensu item Capituli editum est 1651.
Burdigalæ 1651.

ARAVSICANI EPISCOPI.

ARAVSIO Canarum à populis qui hanc regionem tenuerunt, Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Straboni lib. 4. cap. 4. Plinio lib. 3. cap. 4. Melæ lib. 2. cap. 5. Arausio Secundanorum quæ erat colonia, Arausica ciuitas in Conciliis, Arausionensis vrbs Sidonio Apoll. lib. 6. epist. 12. quæ malè Auraica nuncupatur: olim erat in Prouinciâ Viennensi primâ, nunc sub Arelatensi Archiepiscopatu, non procul Auenione. Eius originem aliqui educunt à Phocæorum Græcorum coloniâ, qui Massiliâ conditâ postmodum Arausionem struxêre; sed ista tantùm ex suspicione. Tempore Plinij iam fuisse illustrem certò probatur, quòd asserat ibi secundam legionem habitasse; & Mela inter opulentissimas recenset: id verò in primis antiqua monimenta ostentant, quæ hoc sæculo tantùm euersa sunt. Theatrum nempè quod emicyclo constat muro, qui diametrum secat, in cuius extremis duæ quadratæ domus assurgunt, in quibus homines & animalia spectaculis deuota manebant: sedilia ex gradibus lapideis in emicyclo adhuc integra supersunt, ferè omnia in radice montis quò arx sita est versùs meridiem. Arcus triumphalis olim muro vrbis claudebatur, Caio Mario erectus est victis Ambronibus & Teutonibus: totum opus constabat duodecim columnis Corinthiis in quadro positis, tropheis, sculptis imaginibus, arcu maiore, duobúsque minoribus egregio opere elaboratis; arenam quoque habuit oualis figuræ quâ gladiatores exerce-

ORANGE, en sa Principauté, près d'Aigues

bantur ad pugnam ferarum : aquæ-A ductus etiam apparent vestigia, qui à quatuor leucis per varios circuitus, hoc est nouem horarum iter deducebarur in vrbem; quæ sanè eius magnificentiam singularem attestantur, & ingens turris thermis commoda, quæ posteà Principum domus fuit per aliquot annos. Porrò ciuitas oportuno loco sita à Rhodano leucâ distat, fluuioli d'Aigues & de Meine hanc alluunt, nunc inter munitissimas recensetur Europæ vrbes, præcipuè ob arcem quæ in colle posita vrbi dominatur, quam Mauricius Princeps Arau- B sicanus vndecim propugnaculis cinxit anno 1622. planities vndique camporum feracissima vino, frumento, sericisque filis. Arausiensis autem Principatus Christianissimi Regis finibus inclusus, dynastas habuit proprios, seu Principes, quorum primus fuit Guillelmus cognominatus Buccina, eius prosapia ad Raimbaldum huius nominis 4. Principatu potitur, qui deuoluitur ad clarissimam familiam de Bancio, per matrimonium Bertrandi 1. cùm Tiburgâ Arausicanâ hærede, cuius filius Guillelmus v. ditionem obtinuit, & eius successores vsque ad Raimundum v. eo mortuo C 1393. relictâ vnicâ filiâ hærede Mariâ, Ioannis Cabilonensis è stirpe Comitum Burgundiæ coniuge, hæc familia ad Philibertum vsque toparchiâ fruitur, qui extinctus 1530. relicto hærede Renato ex illustrissimâ gente Nassouiâ, nepote ex sorore vnicâ Claudiâ, euius sanguis vsque dum Arausiæ principatur in familiâ Nassouiorum. Vniuersitate gaudet ciuitas à Raimundo 5. Principe institutâ 1365. 27. Maij. & Parlamento per Guillelmum Cabilonensem 1470. adinstar Senatus Gratianopolitani stabilito. Basilica maior B. Virgini & Omnibus Sanctis sacra est, sub Guillelmo 2. Præsule D renouata & consecrata anno 1208. ab hæreticis direpta, imaginibus viduata est, Canonicis expulsis an. 1561. & aliæ Ecclesiæ, aut in templum conuersæ aut dirutæ munitionibus construendis. Præterea insigne hospitium S. Ioannis Hierosolymitani habuit, quod aliquando mediam vrbis partem iure dominij obtinebat : fuit & Ecclesia S. Entropij, S. Florentij, S. Martini, S. Petri, & celebris basilica Franciscanorum, in quâ Principum multorum sepulchra iacebant. incenditur à Nouatoribus, Dominicanorum, Carmelitarum, Princeps nihilominus Capucinos admisit, 1614. monialium quoque domus extitêre. Vnam Abbatiam citat historia Arausicana Sancti Petri Putei Arausiæ, cuius Abbatissa Gabrielis de Borne incipiente hæresi 1547. cùm monialibus & thesauris Ecclesię Geneuam perfidè confugit. Hanc autem ciuitatem nobilitanr inter cætera celeberrimæ Synodi Præsulum Gallicanorum in eâ celebratæ. Episcoporum catalogum excepimus ab historiâ Arausicanâ auctore Iosepho de la Pise, cui magis debuissemus si ferè duo sæcula non omisisset, & hoc vltimum, aliáue ex veterum scripturarum fide, & monimentorum prolixiùs edidisset : sequentes autem sparsim ex archiuis Ecclesiæ Arausicanæ, & Actis Consistorialibus Vaticani in hanc seriem digessimus, auctiorem eâ quæ hactenus inlucem prodiit.

1. Constantius vir sui sæculi insignis vt ferunt Concilia Galliæ Sirmondi, & Regiæ editionis, non Constantinus; qui cùm Proculo Massiliensi Episcopo ex Prouinciâ Narbonensi Legatus adfuit Concilio Aquileiensi anno 381. vbi Episcopus Arausicus vocatur, & sententiam cùm aliis Episcopis Gallicanis aduersùs Palladium Arianum pronunciauit. Anteà ex iisdem Actis Conciliorum Faustinus Presbyter, de ciuitate Arausicorum è prouinciâ Viennensi, ad Arelatensem primam synodum conuenerat anno 314. 381.

2. S. Evtropivs ad quem extat Sidonij epist. 6. lib. 6. cui & aliis Episcopis Hilarus Papa scribit circiter 467. in causâ Mamerti Antistitis: de quo Martyrologium Romanum Vsuardi ad diem v i. Calend. Iunias, vbi ait : *in Galliis ciuitate Arausicâ Sancti Eutropij Episcopi, cuius vitam Verus Episcopus conscripsit.* Anno autem 441. celebrata est synodus Arausicana in Ecclesiâ Iustinianensi territorij Arausici, vbi actum est de disciplinâ Ecclesiasticâ, & de recipiendis variorum generum pœnitentibus. 467.

3. Vervs, auctor fuit vitæ eiusdem Sancti Eutropij, vt Baronius

Ferrarius notant post Sigebertum.

4. S. FLORENTIVS, non FLORENTINVS, subscripsit Concilio
517. Epaonensi an. 517. eius memoria celebris habetur in Ecclesiâ Placentinâ, & in Proprio festorum die 17 Octob. cuius reliquiæ maximo in honore habentur in oppido Florentiolæ Placentinæ diœcesis, in templo eius nomini dicato. At vitæ fragmentum adiicere placet. *Florentius apud Turonenses in Galliâ natus eximiâ vir sanctitate fuit: hic à primâ ætate optime institutus,* B *postquam in Clericorum numerum adscriptus est, in abditâ quadam cellulâ piis meditationibus egregiè exculto animo, Romam ad Apostolorum limina religionis causâ proficiscitur. In eo itinere incidit fortè in latrones, à quibus post multa probra, & contumelias vbi etiam caput suum peti stricto gladio videt, ille nihil nisi Deo spiritum commendat suum, cùm ecce tibi ô rem miram? suspensum in aere latronis hæret brachium irrito conatu: hoc miraculo cùm perterrefacti pessimi homines Sanctum virum rogare cæpissent, Deum ipsis vt propitiaret, illicò impetratâ illis à Domino misericordiâ percussores suos impunè ac bonâ cùm veniâ dimisit. Vicus est in agro* C *Placentino haud ignobilis, Florentiolam hodie vocant, eò cùm posteà peruenisset, atque ante omnia more suo sacram ædem precum causâ adiisset, puellam ibi, quæ ad sepulturam forté deferebatur, à mortuis excitat. Hoc tanto miraculo cùm loci Princeps qui puellæ erat pater, tùm etiam incolæ pro se quisque Florentium inuiture, amore, ac beneuolentia complecti, omnia ei sua deferre: aliquot post annis vbi eum in cœlestem patriam migrasse allatus est nuncius, eumdem B. Florentium tutelarem & perpetuum pagi patronum sumendum omnes censuerunt. Itaque eodem illo in loco, vbi puella ad vitam fuerat reuocata ad ipsius sancti honorem templum iidem* D *amplificandum curant, quod posteà elegantiore etiam opere, & structurâ auctum hodie piè visitur & frequentatur. Nec vnius pagi angustiis tanti viri cultus se continuit, sed etiam Romæ, Venetiis, Mediolani vbi cæco lumen, mortuo vitam restituit, aliis præterea in locis magno in honore fuit, & miraculorum gloriâ illustris. In suâ Galliâ cùm populo vniuerso tum ipsi etiam Regi percarus, Arausicanæ Ecclesiæ Pontifex creatus, multa tum doctrinæ, tum etiam pietatis egregia dedit argumenta, optimi Pastoris, & parentis of-* A *ficia, muneráque omnia diligentissimè exequens, sanctissimam vitam sanctissima consecuta est mors, 16. Calend. Nouemb. Sepultus in illâ vrbe est, vt talem virum decuit: è sacris eius ossibus insigniora aliquot Dionysij Placentini Antistitis operâ Florentiolam, ad illud quod diximus Templum delata, honorificentissiméque excepta sunt, ibique & multis persæpe miraculis floruerunt, & in summâ apud omnes veneratione habentur, cuius etiam translationis dies ibidem 14. Calend. Aprilis anniuersariâ memoriâ recolitur.* Hæc ibi præfatum Placentinæ Ecclesiæ Proprium.

5. VINDEMIALIS Concilio Carpentoratensi nomen adscripsit an. 527. 527.
& epistolæ synodicæ ad Agrœcium Præsulem Antipolitanum. Synodo Arausicanæ 2. anno 529. in quâ lacer conuentus Episcoporum habitus est, famosus propter canones de gratiâ & libero arbitrio in eo sancitos. Item Vasensi eodem anno, Aurelianensi 4. 541. & 5. 549. per Petrum Presbyterum ab ipso ad hanc synodum directum.

C 6. TRAPIDIVS subscripsit Concilio Valentino 2. 584. & Matisconen- 584.
si 2. 585. vbi vocatur Trapecius, & in priori Trapidius. Post eum desunt plures Episcopi.

7. SALICVS anno 788. in Con- 788
cilio Narbonensi cùm Daniele Metropolitano, Elifanto Arelatensi, & aliis Præsulibus apud Catellum in Memoriis Occitaniæ.

8. BONIFACIVS I.

9. LAVDO à Clero & populo
electus an. 839. Calend. Martij vt fert 839.
vetus instrumentum electionis latino D idiomate, cui adfuêre Hugo Marchio, & Rorgo Comes Arausicani fratres, ius patronatus obtendentes.

10. PONTIVS I. post an. circiter 850. à Canonicis designatur, & proclamatur à populo eadem formâ electionis quâ decessor.

11. BONIFACIVS II. in locum Pontij suffectus.

12. GEMARDVS in Concilio Mantalensi pro electione Bosonis

Regis subscripsit cùm aliis Arelaten- A
879. sis regni Episcopis anno 879. vbi Germardus vocitatur.

13. Bonaricvs ex tabulis Arausicanæ Ecclesiæ. Circiter an. 910. sub Raimbaldo 1. Comite Arausiæ Episcopatus vnitur Sedi Sancti Pauli Tricastinensis vsque ad Geraldum Ademarum, sub quo restituitur.

14 Ebroinvs ex tabulario Cathedralis malè apud Pisam Ebraomus nuncupatur: qui infirmus Coadiutorem sibi asciuit, & Episcopatui nuncium remisit in fauorem sequentis.

15. Pontivs ii. ex Coadiutore B instituitur Episcopus annuente Bosone, conuocato Clero & populo in Ecclesiâ S. Florentij.

16, Vdalricvs, de quo men-
1068. tio ad annum 1068.

17. Gvillelmvs i. ex Priore S. Ruffi circiter an. 1084. euehitur ad hanc Sedem, postquam Geraldus Ademarus Princeps Arausicanus à summo Pontifice Gregorio 7. separationem Episcopatus à Tricastino obtinuisset; & ideò delegasset Præsulem Albanensem, vt hoc negotium absolueret cùm consilio Archiepiscopi Arelatensis, & Viuanensis Antistitis, conuocatis ad Pontem Sorgiæ non longè ab Arausione, adstantibus Principe, Clero & populo sententia lata est. Guillelmus autem electus confirmatur posteà ab Hugone Archiepiscopo Lugdunensi Pontificio Legato, tum consecratur à Narbonensi Archipræsule & Magalonensi Episcopo. Denique bullâ Victoris 3. Summi Pont. totum id corroboratur, verumtamen multæ Ecclesiæ ab A- D rausicano separantur Episcopatu: nam Carpentoratensi annectuntur Tuleta, S. Cecilia, S. Andreas de Nouestier, S. Cosmas & Damianus de Gigondas, & Auenionensi, Ecclesia de Barbaras. Cùm autem expeditio Hierosolymitana aduersùs infideles in Terrâ sanctam decreta esset, Guillelmus Principem Arausicæ Rambaudum comi-
1096. tatur an. 1096. iuxta hæc verba Matthæi Paris in hist. Angl. sub Henrico 2. *Subsequuti sunt peregrinos prædictos Comes Tolosanus Raimundus, & Episcopus Podiensis Aimarus, in negotium Crucifixi: erant autem cùm eis in gente suâ viri generis præclari, Vuillelmus Arausiensis Episcopus & Comes Raimbaldus, Gastus de Bediers, Girardus de Rosillo, Vuillelmus de Montepessulano, Vuillelmus Comes Forensis, Raimundus Pelez, Gentonius de Barr, Vuillelmus Amaneu:* Moritur in oppugnatione ciuitatis Marræ à Christianis 11. die Decemb. anni 1098. vir religiosus, iustus, ac 1098.
timens Deum, vt docent iidem Paris, & Albericus in Chronico, Aimaro Podiensi Antistiti in eâ expeditione socio fuerat summâ amicitiæ necessitudine deuinctus. Quem etiam Vuillelmus Tyrensis Archiepiscopus lib. 3. memorat in eâdem Cruciatâ Raymundo Comiti Tolosano graui cor- «
repto ægritudine, & quasi morituro «
fidelium animabus debita impendisse «
obsequia. «

18. Berengarivs ex Monacho S. Ruffi genere Hispanus, vt notat eius epitaphium iuxta Thesaurariam, Cleri nominatione, Tiburgâ Principe Arausicanâ assumitur ad Episcopatum an. 1115. & à vicinis Epis- 1115.
copis inauguratur; cuius electionem C confirmat Paschalis 2. Calend. Ianuar. Canonicos S. Augustini regulæ adstrixit, quam seruauêre ad an. 1615. quo à Paulo v. sæculares facti sunt; iste formam admittendi Canonicos quæ vsque nunc seruatur, instituit. Romam profectus, toto tempore quo abfuit, prouentus Episcopatus concessit Ecclesiæ Cathedrali construendæ; à Paschali autem ii Legatus in Orientem mittitur eodem anno 1115. vt sententiam ferret in Arnulfum Archidiaconum Hierosolymitanum, quem propterea deposuit quòd Pontificiam sedem inuaserat, sic enim loquitur Vuillermus Tyrensis Archiepiscopus Hist. lib. 11. c. 26 *Eodem anno Dominus Papa auditis enormitatibus Arnulfi Patriarchæ, & de eius immundâ conuersatione plenius edoctus, Legatum dirigit ad partes Syriæ, quendam virum venerabilem, & multâ religione conspicuum, Aurasicensem Episcopum, qui ad partes nostras perueniens, conuocato vniuersi regni Episcoporum concilio, prædictum Arnulfum coram se astare præcepit: tandémque meritis exigentibus auctoritate Sedis Apostolicæ ab officio Pontificali deposuit. Ille verò adhuc fiduciam habens in suis præstigiis, quibus penè vniuersorum subuertebat*

ſubuertebat animos, transfretare coactus ad Romanam perrexit Eccleſiam, vbi domini Papæ & totius Eccleſiæ blandis verbis, & largâ munerum profuſione, religionem circumueniens, cùm gratiâ ſedis Apoſtolicæ remeauit ad propria, ſedem obtinens Hieroſolymitanam eadem viuendi licentiâ, quâ priùs meruerat depoſitionem. Legatiooe autem perfunctus, Arauſiooe vitam abſoluit. A

1129. 19. GERARDVS ſedebat an. 1129. voiuit Capitulo Prioratũ de Mornas.

20. GVILLELMVS II. ad quem ſcribit Petrus Venerabilis Abbas Cluniaceoſis lib. 2. epiſt. 31. ſic incipiente. B
» Cùm ſapientem & religioſum vos, &
» fuiſſe ſciam, & eſſe non diffidam: mi-
» rari non ſatis ſufficio, quòd primitias
» Præſulatus veſtri tanto ſtudio mona-
» chorum inſectationibus dedicaſtis.
» Quos enim religionis maior profeſſio
» religioſo magis Epiſcopo commenda-
» re debuiſſet: neſcio vode emergente
» occaſione duriorem, vt dicitur, præ
» cæteris experti ſunt hoſtem, qui præ
» aliis vos magis debuerant ſentire pa-
» rentem: ſed quòd mágis indecens, nè
» dicam, turpe eſt; non de grauibus, C
» vel leuibus vitiis, ſed de rebus pecu-
» niariis ioter ſanctum Epiſcopum & re-
» ligioſos monachos quæſtio verſatur:
» quia cùm cooſtet apud ooſtros, &
» forſitan veſtros, ne dicam apud vos,
» fratres de Podioleno Eccleſiam S.
» Martini, dono prædeceſſoris veſtri
» Auraſicenſis Epiſcopi, & concèſſione
» Vrbaoi Papæ, noo taotum iuris pro-
» prietate, ſed & corporali poſſeſſione,
» legali, quod ipſe noſtis, tempore poſ-
» ſediſſe: à vobis tamen nimiâ, ne dicam
» calumoioſâ vexatione, quod nun-
» quam hactenus fatigantur. In eadem
» epiſtolâ, diuinarum & humanarum
» legum Guillelmũ peritum vocat, cùm D
» quo aliquando, publicè & priuatim
» ſermonem habuiſſe ſcribit, & inuitat
» ab interdicti ſenteotiâ in Eccleſias
» promulgatâ reuocatione.

Eccleſia autem iſta Podioleni erat Prioratus Ordinis Cluniacenſis in Arauſicenſi diœceſi, dicatus Beato Ioanni Baptiſtæ. At quàm mendosè aberrent ij, nemo non videt, qui putant Petrum Venerabilem ad primom Guillelmum Epiſcopum ſcribere hanc epiſtolam, cùm deceſſerit Marræ an. 1098. vt dictum eſt, antequàm Petrus Cluniaceoſibus præficeretur.

20. BERNARDVS fuit collega Guillelmi Arelatenſis Archiepiſcopi Sedis Apoſtolicæ Legati in diſſidio Canonicorum Arelatenſium cùm monachis Maſſilienſibus 1141. ex ar- 1141.
chiois Eccleſiæ Arelatenſis. Iſte anno 1150 adfuit teſtamento Tiburgis quæ ſepelitur in Eccleſiâ S. Florentij paucis ab annis dirutâ: præſens quoque erat 4. Cal. Ianuarij 1152. tranſlationi ſancti Trophimi ab Eccleſiâ D. Honorati ad Cathedralem, Raimundo Arelatenſi Archiepiſcopo, Vualfrido Aueniooenſi, Berengario Vaſionenſi, & Petro Maſſilienſi Epiſcopis.

21. PETRVS I. ſubrogatur Bernardo, qui nominatur in codicillis teſtamenti Rambaudi Principis Arauſicani.

22. ARNVLFVS ſubſcriptus habetur originali autographo maioris Cartuſiæ quod ſic habet: *Notum ſit omnibus, quòd ego Bertrandus de Baucio cùm conſilio & voluntate noſtræ matris Auraſicæ, donamus Monaſterio Cartuſienſi in perpetuum viginti ſaumatas ſalis annuales in villâ Berrâ, quales illorum beſtiæ deferre poterunt; hoc intuitu pietatis & amore Dei pro ablutione peccatorum noſtrorum, & pro animarum noſtrarum conſequendâ ſalute. Adhuc etiam præfato tribuimus Monaſterio & eiuſdem Monaſterij Prioratibus, & Prioratuum confratribus, vt ipſi & eorum iumenta cùm omnibus quæ ſecum tulerint, liberam habeant facultatem eundi & redeundi per terram noſtram, vt nec in pedagio, nec in aliquo alio vſatico moleſtiam patiantur; ſed ſint totius exactionis immunes, nec etiam in portu pro nauibus pretia ſoluant. Hanc autem donationem facimus Cartuſienſi Monaſterio & Confratribus in Monaſterio S. Andreæ ex ipſius ordine pendente in præſentiâ noſtræ matris T. Auraſicæ; & ARNVLPHI Auraſicenſis Epiſcopi & omnium Confratrum ſupradicti monaſterij. Anno Incarnat.* MCLXXXII. 1182.
Iſte Epiſcopus cùm leprâ infeſtaretur, mandante Pontifice Innocentio 3. Clero, Conſulibus, & Principe ciuitatis petentibus, per Archiepiſcopum Arelatenſem Coadiutorem accepit, qui eius officio functus eſt. pone. decreti verba hîc adiicere viſum eſt, c. ex parte Ext. de Clericis Ægrot. vel «
debilibus quod habetur in 3. Colle- «
ctione: Epiſcopo, ait, qui propter «
morbum incurabilem paſtorale offi- «

" cium exercere non potest, dandus est A Coadiutor, nec afflicto afflictio est " addenda, imò potiùs ipsius miseriæ " miserendum. Ipse vero morbosus Antistes rus concessit, duabus leucis ab Arausione in loco suburbano, inter loca Montis Dragonis & Mornasse, ibique domum extruxit, vt reliquum vitæ exigeret, quæ in heremum versa est S. Lupi.

Elie 1300. 23 Gvillelmvs Helie, iii. ex Coadiutore anno 1300. plenam obtinuit possessionem sub Guillelmo v. Principe Arausiæ: transigit eodem anno cùm Guillelmo de Sabrano, pro territorio castri de Darboux; B consecrauit Ecclesiam suam Cathedralem sub inuocatione Deiparæ Virginis, & Omnium Sanctorum, astantibus Tolosano & S. Pauli Præsulibus, ex delegatione Archiepiscopi Arelatensis, quam Princeps Guillelmus suæ tutelæ commisit: sed cùm ius patronatus ambiret, hoc est Episcoporum nominationem, Innocentius 3. per Legatum suum Milonem, à Guillelmo iuramentum accepit, se non ampliùs hoc ius occupaturum, nec de vlla Cleri electione se immissurum. C Interfuit autem Concilio Vaurensi

1221. 1212. ac vitam cùm meliore commutauit 1221. vti notat Albericus virum honestum & religiosum Guillelmum Eliam vocans, quippe erat monachus Cisterciensis, teste Vghello doctissimo Abbate, ex chronico ms. eiusdem Ordinis apud se.

24. Hvgo Florentivs i. compositionem fecit cùm Priore S. Saturnini de Portu, ac Præceptorem & fratres Militiæ de Richarenchas ex veteri registro.

1129. 25. Amicvs anno 1129. die 9. Calend. Ianuar. probat conuentionem à D decessore Hugone factam pro S. Saturnini Priore, ex autographo dato consensu partium apud Arausicam in domo Episcopali, præsente Nemausensi Antistite. Eo Præsule interueniente & magno Priore S. Ægidij, cùm plebs rebellasset, supplicibus vrbis Syndicis, & vniuersitate conuocatis, genuflexis ante sacram hostiam iurauêre fidem Principibus Arausicanis, & veniam petiêre quòd fidelitatem fregissent, à quo periurio absol-

1247. uuntur ab Amico 1. Iunij 1247. quo etiam rogante Arelatenses Reguli Canunicis Arausicensibus restituunt 1257. pretium multorum dominiorum quæ ipsis abstulerant, quòd ea inscius Principibus acquisiuissent.

26. Petrvs ii. præsens nominatur in sacramentali dominorum Arnaudi Pontij & Raimundi de Montedraconis, ac Rixendis vxoris pro iis quæ habebant in castro Montisdraconis 1263 5. Februarij ex originali Arelatensis Ecclesiæ. 1263.

27. Iosselinvs ex Ordine Minorum à Capitulo eligitur Cal. Maij 1272. confirmatur & consecratur à Bertrando de Maleferrato Arelatensi Metropolitâ; vniuit Capitulo Prioratum de Vacacieras, defunctus an. 1282.

28. Gvillelmvs Despinovse iv. ad sedem Pontificiam promotus suffragiis Capitularibus 1282 3. Decemb. per triennium sedit. Espinouse. 1282.

29. Gvillelmvs, v. suffectus à Capitulo per Arelatensem Antistitem inauguratur tempore Raimundi 3. Principis Arausicæ; is est Episcopus fortè qui anno 1293, 12. Martij Bertrando 3. Principi Arausicæ fidem clientelæ iurauit pro temporali.

29. Rostagnvs i. eligitur 1317. ex lib. Obligationum, & an. 1310. Nouemb. 26. fit permutatio inter Episcopum & Raimundum de Baucio pro iuribus territorij & castri de Darboux ex tabulis familiæ Montisdraconis. 1317.

30. Hvgo anno 1328.

31. Petrvs iii. 1329. & 1337. Concilio Auenionensi celebrato in monasterio S. Rufi interfuit tempore Benedicti Papæ xii. an. 3. vbi primus post Archiepiscopos signat ex autographo ms. 1337.

31. Ioannes Renoly, i. Ordinis Dominicanorū Religiosus, nominatur in statutis Delphinatus 1349. 16. Iulij. Renoly.

33. Gvillelmvs vi.

34. Ioannes ii. 1356.

35. Bertrandvs ii. inuenitur an. 1370. in tabulis eiusdem Ecclesiæ.

36. Franciscvs de Caritate 1373. instituit vt mane & sero ad sonitum campanæ B. Maria Virgo salutaretur. 1373.

37. PETRVS IV. Pontificatum A gessit sub Ioanne I. Principe Aurangio Comite Cabilonensi: vitam morte commutauit 1412. 29. Iunij sepultus in Capellâ S. Vincentij Ecclesiæ Cathedralis.

DE GRANO. 38. GEORGIVS DE GRANO in eius locum sufficitur 1413. vltimâ Iulij cùm ante Sedes aliquandiu vacasset; interim Amos Martinus Infirmarius sub interpontificio fuit Vicarius generalis in spiritualibus:moritur verò circiter an. 1414. 1414.

TARASCON. 39. BERTRANDVS DE TARASCON III. breui Pontificatum rexit, B extinctus est in vrbe Insulâ Comitatus Venaisini 1416. 8. Iulij.

DE GRAS. 40. RAIMVNDVS DE GRAS suffragiis Canonicorum subrogatur 1416. 1416. 11. Iulij, Ioanne I. Principe Aurangio: quo sedente Capitulum delegat procuratorem ad Concilium Constantiense.

41. GVILLELMVS VII. Archidiaconus Laudunensis Capellanus Summi Pontif. ac Romæ Palatij Apostolici Auditor, non electione Capituli, sed fauore Pontificio ad hanc C Sedem euehitur cui præerat ad annũ 1430. 1430. mediator extitit concordiæ vnà cùm Archiepiscopo Narbonensi inter Ludouicum Cabilonensem Principem Arausicanum & Dominum de Gaucurte Delphinatus Proregem; expugnata enim fuerat vrbs à Gaucurio, & eodem anno 1430. à ciuibus recuperata, certis quibusdam initis pactionibus.

42. ANTONIVS sedebat ex cartulario Ecclesiæ an. 1445. vniuit Prio- 1445. ratum de Moruas Præposituræ, sublatus è viuis anno 1454. vt indicant D Acta Consistorialia.

PAYER. 43. IOANNES PAYER III. Præpositus Ecclesiæ Carpentoratensis eligitur Arausicanus Epis. 1454. Idibus Septembris ex iisdem Actis Consistorialibus; interfuit quoque Synodo Auenionensi à Petro Cardinali de Fuxo celebratâ an. 1457. obiit 1469. sub annum 1469.

ADHEMAR. 44. GVYOTVS ADHEMAR ex Prothonotario Apostolico, vir multis titulis commendandus vixit ad annum 1469.

GOMBERT. 45. IOANNES GOMBERT, IV. seu GONDRET, Principi Guillelmo 8. fidei sacramentum obtulit, anno autem Dom. 1470. Iacobus Ludouici Cabilonensis Principis Arausiæ nothus, Episcopo subiratus, eò impietatis deuenit, vt illum violentis manibus percuteret, spretâ quæ debetur Pontificibus reuerentiâ, vnde Sixtus IV. apud Principem grauiter conquestus est, tum quòd etiam in publicâ supplicatione dum S. Eutropij sacræ reliquiæ publicè à Sacerdotibus deferrentur, ipse vi armatâ eas rapuisset, nec restituere voluisset nisi acceptâ pecuniâ. Ioanne sedente instituitur Parlamentum Arausicæ 1470. 6. Februarij: vltimum diem clausit is Præsul apud Aruernos circa an. 1476. 1470. 1476.

SVPRA ILL. 46. PETRVS DE SVPRAVILLE, V. Auenionensis, in vtróque Iure legum Professor electione Capituli creatur Episcopus 1476. 8. Martij.

ALEMAN. 47. LAVRENTIVS ALEMAN Episcopus Gratianopolitanus, huc translatus est anno 1484. 8. Martij: cuius Episcopi nomina debetur actis Consistorialibus Vaticani, de hoc enim nulla mentio apud Pisanum, cæteróśue Scriptores.

QVARRE'. Datur au chcuró d'or & trois carreaux d'argent vn en chef, deux en pointe. 48. PETRVS QVARRE', VI. Albæcuriæ Abbas diœcesis Carnotensis, Ordinis Dominicanorum, vbi fuerat Prior tẽpore Ioãnis Ducis Borbonij, cui erat à sacris confessionibus; anteà Regius almæ Vniuersitatis Bituricensis Professor, & Caroli VIII. Regis ad Summum Pontificem Orator, sedit Aurasiæ an. 1491. mortalitatem verò expleuit circa an. 1510. Necrologium Ecclesiæ Bituricensis eius anniuersarium designat 5. Ianuarij; Habet autem hoc epitaphium apud Prædicatores Bituricenses ad cornu Euangelij in pariete. 1491.

Petra sub hac petrâ AVRAICENSIS *condita, Præsul*
Cognomen QVADRVM *cui benè finxit opus.*
Quadratis solidus semper virtute fuisti,
Conuentus ideo dum Prior huius eras.
Nouit Ioannes qui Dux Borbonius olim

Extabat, quantus Praco salutis eras.
Cui abstergenda tibi pendebant crimina Patri
O fœlix tali Dux benedicte viro,
O quàm Theologo resonabas dogmate Doctor,
O nitido quantus flabat ab ore lepos.
Theolora te norunt Romana palatia clarum
Regia cùm Carolo dicta volente dares.
Hic vbi pro summo celebrasti Antistite missam
Pro meritis cuius gratia multa fuit.
Propterea Auraicum merito diadema tulisti,
Quamuis maiori dignus honore fores,
Adde quod Alba suum te Abbatem Curia fecit,
Tanta relucebant pectoris acta tui.
Mens fruitur cœlis, hic ossa & membra quiescunt
Perpetuant nomen terra, polúsque tuum.
Hic Prior, Antistes, Abbas, Confessor & orans
O Petre Quadre sacra Doctor in arte iaces,

Pelissier.

49. GVILLELMVS PELISSIER VIII. Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, defuncto Petro à Capitulo eligitur. Pontifex verò Ioannem le Franc designauit Antistitem, qui cùm possessionem vendicare tentaret, à Philibertâ de Luxemburgo matre & tutrice Principis Philiberti Aurasiæ prohibetur. Interdicto propterea vrbem plectit, per decem & octo menses inter duos competitores magna altercatio; Philiberta enim Senatusconsulto Parlamenti temporalem Episcopatus possessionem curat committi sub auctoritate Principis, scribit ad Pontificem, qui tandem saluo suo & incolumi iure Guillelmum confirmat, assignatâ nihilominus pensione quadringento-
1532. rum ducatorum Ioanni le Franc. Quem sanè credibile est ita passum hoc negotium definiri, cùm sciret se minimè esse gratum tum Principi, tum Capitulo Canonicorum: vitæ terminum exegit Guillelmus 1532.

50. LVDOVICVS PELISSIER superioris nepos procurante patruo institutus est Episcopus, animam reddidit 1543.

La Baume. D'or à trois chevrons de sable au chef d'azur chargé d'un lion naissant d'or.

51. ROSTAGNVS DE LA BAVME II. ex claro & nobili genere dominorũ de Suse, Petri & Franciscę Aloys filius, ex monacho & Abbate Mansiadæ diœcesis Viuariensis an. 1543. 18. Iunij Ludouici sedem obtinuit, solemni pompâ exceptus omnium applausu pluri- 1543.
bus nobilibus viris comitãtibus. Cùm eius tempore Lutheri hæresis serperet, & contra fidem Ecclesiæ Franciscanus quidam prædicasset apud S. Cæciliam diœceseos villam, fabulam esse purgatorium, aquam benedictam, & confessionis sacramentum nihili prodesse, damnatur perpetuæ custodiæ, & impia dogmata cogitur abnegare: mortuus est Rostagnus 24.
Iulij 1555. Eiusdem gentis viuit Ludo- 1555.
uicus-Franciscus de la Baume de Suse Episcopus Viuariensis.

La Chambre.

52. PHILIPPVS DE LA CHAMBRE ex illustri Camerariorum Comitum in Sabaudiâ stirpe, filius nempe Ioannis Comitis à Camerâ, Vicecomitis Maurienæ, & Barbaræ de Ambasiâ, frater Ioannis item Comitis; qui quod à Pontifice Episcopatus inuestituram impetrasset, Guillelmus IX. Princeps Aurasiæ, fructus Episcopales sibi vendicat, cogitúrque ab ipso Principe Philippus nominationem accipere
quam obtinet 1562. apud quem ta- 1562.
men se excusat epistolâ 5. Febru. datâ, quòd illatâ violentiâ Ecclesiasticis nuper ab hæreticis Ecclesias Aurasiæ inuadentibus à residentiâ ipsum prohibeat; Et re verà summa calamitas his temporibus ferè vniuersam Ecclesiam, sed maximè Arausicanã afflixit: nam hæretici fractis imaginibus, incensis templis, eiectis Clericis, & Canonicis Cathedralis qui Auenionem confugêre, prophanatâ Crucifixi imagine, deprædatis thesauris Ecclesiæ, etiam Sanctorum Florentij & Eutropij relliquias argento ornatas vendidêre, vt antiquæ auorum suorum pietatis monimenta in belli sanguineos vsus conuerterent; sed paulò post, hoc scelus Deus vlciscitur, nam Arausia vi expugnatur, deprædatur, incenditur: Princeps autem vt his tumultibus mederetur pacificationis
edictum vulgauit anno 1563. quo inter 1563.
plurima statuit omnia bona Ecclesiasticorum, Cathedralis & Religiosorum per commissos à se regi, & iis Clericis etiamnum concedi absentibus, qui officio diuino sicut anteà fungerentur: hoc edictum specie tenus Ecclesię aliquatenus gratiosumneò

tendebat, vt eam bonis omnibus ſpoliaret: Philippus autem quantùm per temporis calamitatem licuit, religionem Catholicam ſermone propugnauit, vti aſſerit auctor martyrologij
1565. hæreticorum: ſedebat adhuc Philippus 1565.

Tvlles. D'argent à vn pal de gueulle chargé de 3. papillons d'argent.

53. Ioannes de Tvlles V. ex familiâ nobili Tullorum in Prouinciâ Abbas S. Euſebij Aptenſis, Philippi de la Chambre defuncti Cathedram adminiſtrandam accepit: Iſte Eccleſiam penitùs à Nouatoribus dirutam, domum Epiſcopalem, & Canonicorum Collegium Cathedralis quod ab vrbe exulabat, vnà cùm religione catholicâ reſtitui curauit, primúſque ſacris Euchariſtiæ operatus eſt, quæ per tot annos ceſſauerant, Arauſiâ carente altari, templo, Sacrificio. Rexit & gubernauit Comitatum Venaiſſini per quinquennium Pontifice Clemente 8. grauia negotia tum pro Catholicâ religione, tum pro Sixto 5. & Henrico 3. Rege ad-
1608. miniſtrauit. Mortalitati tandem debitum perſoluit menſe Auguſto 1608.

Tvlles.

54. Ioannes de Tvlles VI. Abbas beatæ Mariæ de Longis diœceſis Baiocenſis, & S. Euſebij Aptenſis, ſuperioris nepos titulo Epiſcopatus Troiani Coadiutor admittitur Romæ, vbi conſecratur Paulo V Summo Pont quo præſente examini ſubiectus, (nominatio enim Epiſcopatus ad ſedem Apoſtolicam ſpectat) ita ſtrenuè reſpondit, vt ab eo laudes mereretur. Nec minùs fortiter curas & labores impendit reuocandæ religionis Romanæ apud Auraſiam, pro cuius tutamine plura ab ipſo Principe Arauſicano, & à Nouatoribus incommoda pertulit, propter Eccleſiæ ſuæ diſciplinam reſarciendam, bellorum & hæreticorum vitio collapſam; Canonicos ergo ex regularibus S. Auguſtini à Paulo V. ſæculares inſtitui permiſit, & ad meliorem normam reuocari, à Principe autem Guillelmo domum Epiſcopi pretio redemit quam occupauerat; à Mariâ Medicæâ Regente delegatur vt de regni negotiis Romæ ageret, & Ludouico XIII. Regi, à quo Abbatiis S. Euſebij & de Longis donatus eſt, in multis fidelem operam nauauit; nam cùm Sectarij in Galliis rebellaſſent, Auraſienſes partim auctoritate ſuâ & induſtriâ auertit, ne cùm iis fœdus inirent; tantâ quippe vigilantiâ & ſollicitudine diœceſim adminiſtrauit; vt ipſi religionis hoſtes eum zelatorem nuncuparent, eiúſque probitatem & doctrinam venerarentur. Eccleſiaſticos curauit in poſſeſſionem bonorum ſuorum redire, Capucinos item in vrbe admitti, quorum Eccleſiæ ædificandæ crucem impoſuit 24. Octob anni 1610. plenus meritis animam exhalauit 3. Octobris 1640. 1640.

De Tvlles.

55. Ioannes-Vincentivs de Tvlles Abbas S. Euſebij, & B. Mariæ de Longis, deceſſoris nepos ab an. 1637. patruo Coadiutor allectus, Romæ in baſilicâ S. Petri ſecundâ feſtiuitate Paſchæ eodem anno inauguratur Epiſcopus Diocleanus Vrbano VIII. Pontifice, quo præſente examinatus laudibus quoque afficitur. Iſte magno animo hæreticorum factionibus an. 1641. cùm reſtitiſſet, ab 1641.
eis in vitæ periculum adductus, proptereà non factus ſegnior, ſed ſollicitus ouium ſibi commiſſarum, plures quæ Auraſiam venerant, vtà fide catholicâ deficerent, à viâ prauâ reuocauit; tum poſtquam Epiſcopale munus per ſexennium laudabiliter adminiſtraſſet, deſinente anno 1646. ad ſedem Vaurenſem transfertur.

Ceroni. D'azur au lyon d'argẽt armé & lampaſſé de meſme, ſciãt d'vne ſcie d'argent vn rocher de meſme à l'eſtoile d'argent en chef.

56. Hyacinthvs Ceroni Romanus, frater Religioſus Ordinis Dominicanorum, Epiſcopali habitu induitur 28. Maij, & 4. die Iunij in Eccleſiâ Fratrum Prædicatorum Mineruæ conſecratur Epiſcopus Romæ anno 1647. à Mario Cardinale Theodoli, aſſiſtentibus Scanarolâ Epiſcopo Sidoniæ, & Cæſare Argelli Antiſtite Auenionenſi. 1647.

ARGENTORATENSES EPISCOPI.

Strasbovrg en Alſace, ſur l'Ill.

ARgentoratvm caput inferioris Alſatiæ, clariſſima ciuitas & Imperialis, quæ nunc Republicâ, ſcholâ, ac nobili Epiſcopatu floret: quam Ptolemæus & Ammianus vocant Argentoratum,

ciuitatem Argentoratensium Notitia Prouinciarum, Tribocorum Tacitus de moribus Germanorum, vel Tribocum Cæsar lib.1 c.12. Strasburgum Regino, Nitardus, & Germani hodie, Itali & Hispani Argentinam. Vrbs sita est in agro fœcundissimo, & ferace vini ac frumenti, cuius Ecclesia Cathedralis B. Mariæ consecrata turrim habet miri artificij altam pedes 574. monasteria virorum 7. fœminarum 11. & plures Abbatias in diœcesi quæ Metropoli Moguntinæ subest. Canonicorum autem Collegium primariæ Ecclesiæ Mollesheimi aut Tabernis residet, vbi domiciliũ & Curia Argentinensis Episcopi, eiectâ religione Catholicâ à segregibus Lutheranis anno 1529. Præter Cathedralem quatuor erant alia Collegia Canonicorum; & totidem Ecclesiæ parochiales, vt notat Franciscus Guillimannus in Commentario quem accuratè scripsit de Argentinensibus Episcopis, de quibus Vuymphelingus in suo Catalogo, Bruschius de Episcopis Germaniæ, & alij auctores. In eâ diœcesi plures Abbatiæ fundatæ fuerunt, inter quas celebriores hæ recensentur.

ALTORFUM O B.

GEGEMBAC O B.

HUGONISCURIA O B.

NOVÆVILLÆ O B.

NOVIENTUM O B.

SALSENTIO O B.

SCUTTHERANUM O B.

SCUUARTZBACH O B.

S. VALSPURGIS O B.

WISSEMBURGUM O B.

MARBACH O S A.

TRAUTTHENAUSA O A.

Præsules autem huic sedi præfuerunt ex Guillimanno, Henschenio & aliis auctoribus collecti.

1. S. AMANDUS primus fidei apud Argentinenses institutor & Episc. an.
346. 346. interfuit cùm aliis Antistibus synodo Agrippinensi: qui longè alius est à S. Amando Aquitano Episcopo Traiectensi, quem tribus fermè sæculis præcessit, iste enim Aquitanus nunquam sedem illam occupauit, cùm nec Acta eius apud Surium, nec alia apud Philippum Bonæ Spei Abbatem scripta, nec Herigerus, aut vetustus alius scriptor id dicant. In Argentinensi cathedrâ ei proximè successerunt.

2. IUSTUS, siue IUSTINUS, qui memoratur in actis vitæ S. Deicoli Lutrensis in Burgundiâ Abbatis, vbi circiter anum 965. de primis Episcopis Argentoratensibus cap 1. sic loquitur: *ciuitas Argentina quæ vulgarico vocabulo Strasburch vocatur, exceptis relliquiis principalibus, proprios se gaudet habere patronos, quos à Domino suscepit veræ fidei fundatores, & diuini verbi prodigos seminatores, id est Amandum, Iustinum, Arbogastum, Florentium, & alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo superna illa regio sine fine tenet coaxata.*

3. MAXIMINUS.

4. VALENTINUS: hos quatuor Godefridus Henschenius in Diatribâ de tribus Dagobertis Francorum Regibus eo ordine recenseri à Wymphelingo notat, qui addit sanctos nuncupari, & credi inter Diuos receptos esse.

5. SOLARIUS à Bruschio item sanctus nominatur.

6. BIULFUS vel GIULPHUS: sequentes Episcopi hoc fermè ordine memorantur à Vuymphelingo, Bruschio, & Guillimanno.

7. MAGNUS de insigni & nobilissimâ prosapiâ ortus.

8. GAROINUS, qui & Garrinus, Garinus, & Baroinus vocatur.

9. LANDEBERTUS.

10. RODOBALDUS siue Rathboldus.

11. MAGNEBERTUS vel Magnobertus.

12. LABYOLUS, qui & Laybolus, Layblinus, Vbyolus, seu Vbelinus dicitur.

13. GONDOALDUS dictus & Gundoldus, aut Sundersholdus.

14. ALDUS tempore Heraclij Imperatoris, id est, ait Vuymphelingus ætate Chlotarij 2.

15. GANDO fortassis B. Amandus (Episcopus Traiectensis creditus) » vir clari ingenij, inquit Vuymphelingus, vel vt Bruschius, vir eximiè doctus & sapiens.

16. VTO, siue OTHO, de quo & superioribus nihil fermè de patriâ, vitâ, & morte offendere potuisse notat idem Vuymphelingus.

17. ANSOALDUS qui in catalogo Bruschij à Rege Childerico constitutus Episcopus traditur.

18. ROTHARIUS seu RODTHARIUS, » Ducali origine & stemmate ortus; & » ex regiæ curæ Magistro ac strenuo » Equestris Ordinis viro Episcopus allectus, tempore Childerici Regis Austrasiæ; & Dagoberti 2. in Alsatiâ regnantis floruit.

19. S. ARBOGASTUS à Dagoberto 2. Rege filio S. Sigeberti ad Episcopatus Argentinensis apicem assumptus, S. Deodati Mediani Monasterij fundatoris socius, de cuius vitâ in actis Deodati plura: qui quòd cùm Florentio beatorum dypticis inscriptus sit, in quibusdam catalogis, primis Episcopis qui & sancti coluntur, adiecti sunt magnâ ætatis quibus reliqui claruêre, factâ perturbatione, vt disserit Henschenius lib. 4. cap. 4. de tribus Dagobertis. Eius promotionem ad Cathedram Argentinensem subindicat auctor vitæ Deoflati, in quâ hæc leguntur: *Præ cæteris comites S. Deodato adhæsisse feruntur Arbogastes & Florentius, quorum prior in sacro nemore quod Theutonico idiomate Heiligsforst vocitatur, heremiticâ vitâ est functus, indéque ad Episcopatum Argentinæ ciuitatis raptus: cui decedenti alterù solitudine Hasale abstractus, successor est datus:* & in actis MSS. eiusdem Arbogasti: *Tradunt S. Arbogastum in temporibus Dagoberti Regis de Aquitaniâ progressum, diuino nutu, quod posteà signis testantibus patuit, Argentinensis Ecclesiæ cathedram consedisse; susceptúmque culmen regiminis fœlici gubernatione diu rexisse. Qui beatus Christi sacerdos præfato Regi amicâ familiaritate adeò est innexus, vt eo intra regalem aulam adsisto, illius alloquio quasi mellis dulcedine degustatâ, delectaretur, & consilio vteretur.* Porrò tradit auctor fragmenti historici chronico Alberti Argentinensis apud Vrstitium præfixi, B. Arbogastum & Florentium circiter an. Incarnationis 673. claruisse, nempe cùm apud Au- 673.
strasios regnaret Childericus, & apud Francos Rhenanos Dagobertus filius S. Sigiberti. Dicitur autem filium Dagoberti 2. equi calcibus miserrimè protritum, ad vitam reuocasse, ex actis eius MS. quæ addunt Regem ob id munificentissimè Argentinensem basilicam pluribus donis locupletasse; quin & ipse Rex ad Argentinensem Ecclesiam se Dei Genitrici seruitutum contradidit; quò fit vt hæc Ecclesia à Dagoberto 2. multis prædiis dotata fuerit, cuius aliqua diplomata recitat Iodocus Coccius in suo Dagoberto Rege Argentinensis Episcopatus fundatore, quæ eius auo Dagoberto 1. tribuit; contra quòd sentit Henschenius, demonstrátque esse Dagobertum 2. S. Sigiberti filium. Idem Arbogastus, teste Vuymphelingo, Dagoberto Regi persuasit, vt monasterio Schutterano curtem in pago Herlinsheim Basileensis diœcesis donaret. Eius relliquias Suraburgi, quod Heilegenforst ab eo conditum olim monasterium dixerunt, in arcâ affabrè factâ recondi scribit Coccius cap. 19.

20 S. FLORENTIUS Arbogasti successor, cui & vitæ heremiticæ, ac monasticæ socius, atque amicus anteà fuerat, de quo in actis eius vitæ, quæ asseruantur in scriniis MS. Bodecensis Canonicorum regularium in Vuestphaliâ cœnobij, & in vetusto Breuiario Argentinensis Ecclesiæ 7. Nouemb. hæc referuntur. *Temporibus illustris Francorum Regis Dagoberti præclarus Pater Florentius ineffabili tam odore quàm decore virtutum florens, adscitis sibi eiusdem sancti propositi sociis, Arbogasto videlicet, Theodato, atque Hildolfo, fines attigit Alsatiæ, & eò locorum vbi riuulus qui ab incolis Hazelac nuncupatur, Vosago terminum ponens, fluuio cui nomen Bruscha est illabitur, manendi sibi requiem elegit.* Creatus

autem Episcopus Argentinæ sub finem circiter sæculi VII. claruit: fragmentum historicum Bodecense, & aliud Coloniense tradunt Dagoberti 2. Regis filiam eius patrocinio ad Deum, visum & loquelam recepisse, cui vt grates suas rependeret liberali munificentiâ, contulit Kirchemium & nonnulla alia loca Haselacensi monasterio per Dagobertum fundato, vbi in codicillis regiis doni fit mentio Florentij: qui etiam in veteribus actis » Scotorum indigena, & de Scotiâ ve» nisse memoratur. Ioannes Leslæus lib. 4. rerum Scotorum in Eugenio VI. Rege 57. de eo ita loquitur: *Hoc tempore Scotia Ecclesiæ edidit acerrimum propugnatorem, Florentium quemdam, præclaris natalibus illustrem. Hic peregrè profectus multos paganismi tenebris oppletos, Christi splendore impleuit. Vitam austeram in intimis densissimæ syluæ recessibus non procul à Bruschio celeberrimo Alsatiæ fluuio egit. Monasterium peregregiũ ad suos (qui ex Scotiâ ad illum frequentes religionis ergò confluebãt) excipiendos erexit. Hunc Argentinenses posteà suum Episcopum Rothario mortuo crearunt. Tumulatur in monasterio quod Scotis peregrinis eum extruxisse diximus.* Prætereà Guilimannus in Episcopis Argentinensibus hæc subdit. » Eius operâ & auctoritate constructum Argentinæ Scotis monachis & peregrinis primò diuersorium, siuè hospitale (vt vocant vetera monumenta legum) post etiam templum in honorem D. Thomæ Apostoli, quod postremò in Collegium Canonicorum conuersum, multis viris egregiis quondam refertum, & vnde nonnulli Episcopi sumpti. Sepultus est S. Florentius in Haselacensi cœnobio.

21. VVICGERNVS, qui & Gaspari Bruschio Vuicgerus dicitur. Iste » inquit Heddo in suo testamento, monasteriolum in Nigra Syluâ in Marchâ Etinheim, in loco nuncupante Monachorum Cellâ, super fluuiolo Vndusâ, de nouo suo opere ædificanit in honore S. Mariæ semper Virginis, & monachos ibidem congregauit, & dedit ad ipsum locum aliquid de rebus S. Mariæ.

22. VVANDELFRIDVS successor Vuicgerni, de quo Wymphelingus, taxatur quòd præfatum monasteriolum eius & antecessorum negligentiâ fuerit desolatum, ex iisdem Heddonis codicillis.

23. HIDOLPHVS ponitur à Guillimanno post Vuandelfridum, quem alij omittunt, fortè ex testamento Heddonis mendosè inductus in serie, nisi sit iste *Aulidulphus*, qui à Vuymphelingo & Bruschio memoratus, 23. Episcopus esse deberet.

24. HEDDO seu veriùs ETHO,
aut Ethico, non Operti filius sed Ethiconis Comitis Alsatiæ, fratris S. Odiliæ Virginis, nati parente Adalrico seu Athicone, & genitrice Beresuindâ sorore Reginæ Bilechildis vxoris Regis Childerici, vt habetur in actis S. Othiliæ. Hic autem Hetto constitutus est Argentoratensis Episcopus
anno 734. Zacharias I. Pont. Max. in 734
epistolâ 6. ad Episcopos Galliæ & Germaniæ Heddum Strateburgensem vocat, quam ad an. 744. scriptam coniicit Sirmondus, anno verò 747. Baronius & alij. Testamentum edidit 3. Idus Martij regnante Pipino an. XI. Christi 760. quod integrum publici iuris fecit Guillimannus. Obiit anno 779 Martij 8. sepultúsque in Cellâ Monasterio, quod ab ipso renouatum, Eddonis cœnobium dicitur.

25. REMIGIVS, seu Remedius, fundator magnifici cœnobij Eschoüani:
defunctus an. 803. 13. Cal. Aprilis, 803
sepultus Aschaugiæ.

26. RATTO.

27. VTHO.

28. HERLEVALDVS, siue Vrleualdus.

29. ADALOCHVS.

30. BERNALTVS, anno vt conie-
ctura est 817. ei sanctissimo in Chri- 817
sto fratri, summâque dulcedine amplectendo scribit Vuolfeo Constantiensis Episcopus.

31. RATALDVS, Argentariensis Episcopus in Concilio Tullensi anno 859. Tusiacensi 860. vbi appellatur Straburgensis, & Ratoldus in Aquisgranensi 862.

32. GRIMOLDVS, vel Brimoldus.

33. Regenardvs.

34. Baltrannvs, in Concilio Triburiensi 895. de quo Regino scribit in Chronico: *Per id tempus Baltrannus Strasbergensis, & Luidhelmus Tullensis Ecclesiæ Præsules migrauerunt à sæculo, quibus successerunt in Pontificali dignitate Otbertus in Strasburgensi ciuitate, & Drogo in Tullensi.* 895.

35. Otbertvs, Luitardi Albergensis filius eligitur 906. trucidatur 913. ex Continuatore Reginonis.

36. Godefridvs, præfuit per annum: migrauit è vitâ 4. Nouembris 933. quo anno suffectus in sede. 933.

37. Richvvinvs, sacrarum litterarum peritus, virtutibus illustris creatur an. 913. qui Collegium S. Thomæ dotauit:

38. Rothardvs obiit 950.

39. Vtho Episcopus ordinatur anno 950. interfuit Synodo Augustanæ 952. & in consecratione Othonis Magni 962. diem clausit 965. ab eo scriptam esse vitam S. Arbogasti Argentoratensis Præsulis ferunt Eisengrenius, Posseuinus, Vossius & alij. 950.

40. Archamboldvs, consecrator 17. Præsulum: inauguratur ipse à Guillelmo Archiepiscopo Coloniensi: desiit viuere 5. Idus Octobris.

41. Baldvs.

42. Wilderaldvs quem Bruschius Wilderolfum vocitat, sicuti refert his verbis. Wilderolfus » subrogatur Episcopo Baldo; præfuit » annis 17 etsi sint qui duobus tantùm » præfuisse scribant: errant autem isti: » nam præfuit iste Episcopus verè cùm » Otho 2. anno 980. in Italiam proficisceretur., qui tum isti Episcopo » commeodauit Alsatiam gubernandam; posteà anno 985. consecrauit » monasterium Seltziense ad Rhenum. Deuoratus est à muribus, arcano, sed tamen iusto Dei iudicio » anno 997. 12. Iulij: sepelitur in Ebersheimmunster, cœnobio plurimùm 980.

A à se adamato. Ab aliis Scriptoribus traditur mortuus in Italiâ anno 1000. & nuncupatur Videraldus à Sancto Odilone in vitâ Beatæ Adalheidæ in Bibliothecâ Cluniacensi, vbi benedixit cœnobium Salsa ab ipsâ Adelaide Imperatrice conditum.

43. Alevicvs ex Abbate Augiensi ordinatur Argentinensis Præsul apud Hermannum Contractum in Chronico an. 1000. obiit 1003. 1000.

44. Wernervs d'Altembovrg, seu Werinarivs, B filius Landzelini Comitis de Altemburg, in diuinis & sæcularibus officiis studiosus Vuipponi in vitâ Conradi Salici Imper. construxit cœnobium Murense anno 1017 & interest dedicationi ædis sacræ Basileensis 1019. benedixit Ecclesiam eiusdem cœnobij Murensis in honorem S. Martini in diœcesi Constantiensi 1027. construxit Habspurgum castrum non procul Altemburgo, vnde domus Austriaca originem ducit: defunctus 1029 Constantinopoli, ibique sepul- C tus 28. Octob. missus ab Imperatore Conrado Legatus, de quo sic Wippo in vitâ Conradi Salici Imperat. *Werinharius dum causâ orationis Hierosolymam pergere se fingeret, iudicio Dei mirabiliter prohibitus. Nam dum magnum comitatum hominum maiorem quoque animalium secum educeret, perueniens in Vngariam à Rege Stephano contradicta est sibi via, inde reuersus per Baioariam, Italiam intrauit, & multum circa fines Veronæ moratus, tandem cùm maximo labore per Venetiam mare Adriaticum ingressus, nauigio calamitoso Constantinopolim venit, cùmque ab Imper. Græcorum honorificè susceptus esset, secumque satis familiariter conuersaretur, desi- D derare cœpit vt Imperatoris auxilio Hierosolymam adiret, quo desiderio nunquam potiri valuit, sequente verò tempore obiit & sepultus est in eadem vrbe.* Vide Origines Murenses. A. lemborg. 1019.

45. Vvilelmvs de Baviere, I. Othonis Bauariæ Ducis filius, Othonis I. Imperatoris pronepos, Gregorij V. frater, Argentinensis Ecclesiæ Canonicus successit ex Wippone in vitâ Conradi: mortuus 1047. 7. Idus Maias. Bavière. 1147.

46. HECELO, obiit 1065. 18. Calend. Februarias teste Lamberto Scafnaburgensi in Chronico de gestis Germanorum.

47. VVERNHERVS II. propinpinquus Werheri Comitis apud Lambertum Schafnaburg. filius Berzonis Habsburgensis & Altbergensis Comitis, erexit Ecclesiam eâ formâ quâ nunc visitur. Eique scribit Gregorius 7.lib.1. epist.77. & lib 7. epist.14.
1074. 1074. meminit illius Baronius in Annal. 1069. defunctus 1079.

48. THEOBALDVS, vitam cùm morte commutauit an.1084.

VEIBLINGEN. 49. OTHO DE VEIBLINGEN Sueuus. filius Friderici Baronis Veiblingen ex Agnete Henrici 4. filiâ.
1100. anno 1100. reuersus Ierosolymis animam reddidit.

50. BALDVINVS, vix duobus mensibus præfuit.

1123. 51. CVNO, fatis cessit an.1123.

52. BRVNO subscripsit cartæ Henrici v. Imper.1125. depositus 1131. apud Dodechinum, in Concilio Moguntino, præsentibus Augustensi, Wirzeburgensi, Spirensi, & Wormatiensi Episcopis.

53. EBERARDVS, viuente Brunone deposito.

54. GEBRARDVS, qui annos ex-
1141. egit 1141.

55. BVRCARDVS I. subscripsit cartæ Conradi Imp.1144. defecit 1162.

56. RVDOLPHVS, deponitur
1179. ab Alexandro 3.1179. in Concilio Lateranensi.

57. CONRADVS, I. ex hac vitâ emigrauit 1180.

ALTEMBERG. 58. HENRICVS AB ALTEMBERG I. quo Præsule fundatur cœnobium Trautthenausium ad pedem
1190. montis S. Odilæ. Obiit 1190. die 25. Martij, in quem festum Annunciationis, & Resurrectionis Dominicæ incidebat.

59. CONRADVS II memoratur 1193. fato absumptus 1202.

60. HENRICVS DE VERINGHEM II. vir bonus, & religiosus, Cleri defensor consecratur 1206. à Petro de Cor- 1206.
bolio Senonensi Archiepiscopo, teste Guillimanno. Fato suo functus est an. 1225. 5. Idus Martij. sepultus in sacello S. Andreæ ad Cathedralem, in quâ sedit an.21.

61. BERTHOLDVS, vir prudens, & strenuus Ecclesiæ protector, in quo denique omnes fuêre virtutes quæ ab optimo Præsule sperari & optari possunt: ei scribit Gregorius IX. capit. 2. de conuersione Infidelium: Eodem Antistite edita Decretalis Gregorij 9. in cap. Venerabilis 37. de Præbendis, in quâ recensetur nobilitas illustris, & scientia eminens in Canonicis Argentinensibus requisita, sed intempestiuè eam refert Gulimannus ad Bertholdum 2. Vitam fi- 1244.
nijt an. 1244.

62 HENRICVS III. sub eo Præsule dedicata est Ecclesia Dominicanorum Argentinæ: decessit 1260.

63. VALTHERVS GEROLZECHIVS, seu Valdentzlius, vigilia Palmarum 1260. confirmatur à Vernero Archiepiscopo 1261. mortuus 1263. pridie Idus Februarias.

64. HENRICVS IV. doctorum amator, & fautor. Suscepit Augustinianos in vrbe. Vitam cùm morte commutauit an. 1273. 1273.

65. CONRADVS DE LIECHTEMBERG III interfuit Concilio LIECHTEMBERG.
Lugdunensi 1274. pace bonus, & bello strenuus. Defunctus 1299. 24. Iulij, iacet in sacello S. Ioannis Baptistæ ad maiorem basilicam Dorolsheimij.

66 FRIDERICVS DE LIECHTEMBERG, I. consecratur à Gerlaco Moguntino, bonorum societate, & amicitiâ tantùm delectatus, osor concubinariorum, præsertim Sacerdotum: Obiit 1306. 20 Decembris, 1306.
sepultus propè fratrem Conradum in sacello S. Ioannis Baptistæ. Cuius tempore turris Ecclesiæ inter miracula recensenda absoluitur, de quâ supra in principio.

67. IOANNES, I. recepit Carmelitas in vrbem; extinctus 1328. sepultus Molshemi, in Xenodochio quod fundauerat, nulli superiorum inferior. A
1328.

Bvchegk. 68. BERTHOLDVS A BVGHIGK, II. vel Buchegk, Latinè Boica, ex Spirensi, fato suo functus an. 1353. 25. Decembris die S. Catharinæ sacra, quâ natus & electus. Eius gesta scripsit Albertus Argentinensis.

Liechtemberg. 69. IOANNES LIECHTEMBERG II. diuinorum curator, & osor pompæ, ex Cancellario Caroli 4. Imperatoris B 1352. cuius vitæ vt socia virtus, sic mortis comes gloria 1363. 14. Septembris iacet in Cathedrali. Sacra non Suffraganeis commisit, sed ipse perficit summo studio, & gaudio. Landgrauiatum Alsatiæ emit, & Ecclesiæ dedit, 1351 Dachenstenium cœnobium Ordinis S. Aug. fundauit.
1363.

Luxembovrg. 70. IOANNES DE LVXEMBOVRG III. Caroli 4. nepos, Comes sancti Pauli, inde 1371. factus Archiepiscopus Moguntinus, cultu, & apparatu mollior, & effeminatior. Obiit 1373. pridie Nonas Aprilis, sepultus Erbalchij, quod est nobile Monasterium Rhingrauiæ. C
1373.

71. LAMBERTVS, ex Abbate Gembacensi fit Brixiensis, inde Spirensis Episcopus: vnde ad hanc sedem tralatus, ac posteà ad Bambergensem.

Blanchenan. 72. FRIDERICVS DE BLANCHENEN, II posteà Vltraiectinus 1393. dirus in Clerum, & plebem exactor, ac pulmonius, cognomen inde referens, quod nouo, peruerso, & impio more, per Dei pulmonem iuraret: vnà erat Administrator Basileensis 1391. D
1393.

Lutzeltein. 73. BVRCHARDVS DE LVTZELSTEIN, II. ex Præposito electus 1394. sed cedens Guillelmo sequenti Pontifice dispensante vxorem duxit, ac tandem exul mortuus vltimus suæ familiæ.

De Diest. 74. GVILLELMVS Comes DIESTENSIS II. obiit 6. Octobris 1439. sepultus Molshemi, post 44.
1439.

annorum sedem, quod ante ipsum nemo alius, sed inquietè, & miserè, iniurias sacerdotibus, & pauperibus illatas negligendo. Episcopi enim debent esse tutores pauperum & Sacerdotum.

75. CONRADVS IV. obiit 1471. die 12. Martij.

76. ROBERTVS DE BAVIERE Comes Palatinus Rheni, & Bauariæ Dux; filius Stephani Bipontini, & Annæ Veldensis, frater verò Ioannis Archiepiscopi Magdeburgensis patruus Roberti Ratisbonensis: ad eum scribit Trithemius epist. 29. moritur 1478. Octob. 17. Episcopatus an 30. 1478. Baviere.

77. ALBERTVS DE BAVIERE Othonis Bauariæ Ducis filius, electus 1478. animam emisit 1506. 26. Augusti, sepultus Tabernis. Fratrem habuit Ioannem huius Ecclesiæ Præpositum & Robertum Episcopum Ratisponensem.

76. GVILLELMVS DE HONSTEIN III Ernesti Comitis Honsteinij & Margaretæ de Gerâ filius: ex Custode Eccl. Metropolitanæ Moguntinæ & Argentinensi Canonico electus 7. Idus Octobris 1506. consecratur ab Ernesto Archiepiscopo Magdeburgensi, Germaniæ Primate. Solebat dicere se malle vno seruo contentum esse, quam propter collectas, concubinatum Cleri dissimulare, vel tolerare. Hoc verò Præsule Argentinenses veram, & veterem Religionem Catholicam & Romanam impiè deseruerunt 1529. 10. Calend. Martij. Obiit autem Guillelmus Tabernis 1541. 3. Calend. Iulij feriâ 4. vbi & sepultus in Ecclesiâ Collegiatâ. Vir prudens, grauis, doctus, ac beneficus in pauperes. Honstain.

79. ERASMVS DE LIMBOVRG ex illustri Pincernarum de Limburgo familiâ progenitus eligitur 1541. Concilio Tridentino interfuit. Malebat subditos, quàm se ipsum esse opulentos. Obiit 1568. 5. Calend. Decembris feriâ 2. post Deiparæ Præsentationem. Limbovrg. 1541.

80. IOANNES DE MANDERSCHEIT IV. ex Comitibus Man- Manderschaix.

derscheitiis, ex Coloniensi & Argentinensi Canonico electus 1569. Collegiũ Patribus Societatis Iesu Molshemi instituit, mortuus Tabernis in Alsat. à 6. Nonas Maij 1592.

Lorraine. 81. Carolvs de Lorraine Cardinalis, post obitum Ioannis scisso in varias factiones Collegio pro electione Pontificis, Protestantes Argentinæ elegerunt Ioannem Georgium Brandeburgicum Electoris nepotem; Catholici Tabernis Carolum Cardinalem, Moguntinæ Ecclesiæ
1592. Canonicum 9. Iunij 1592. Antistitem nominarunt, quapropter bellum inter vtrásque partes acre oritur, donec totius dissidij decisio ad Rodulphum Cæsarem definienda remittitur: obiit Nanceij 1607. 24. Nouembris.

Austriche 82. Leopoldvs d'Avstriche Archidux Austriæ, Caroli 2 Ducis Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ, ex Mariâ Bauarâ filius, Ferdinandi 2. Imperatoris frater, & Caroli Vratislauiensis Episcopi, ex Passauiensi An-
1607. tistite 1607. posteà abdicauit & vxorem duxit Claudiam Mediceam, quæ parens fuit Ferdinandi Caroli Archiducis, Alsatiæ Laudgrauij, Comitísque Tirolis: fato functus anno 1632.

Austriche 83. Leopoldvs-Gvilielmvs d'Avstriche Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Witembergæ, Administrator generalis militiæ Hierosolymitanæ, Ordinis Theutonici B. Mariæ in Prussiâ, magnus Magister in Germaniâ, & Italiâ; Episcopus Argentinensis, Halberstadensis, Passauiensis, & Olmucensis in Morauiâ; Administrator Principatuum & Abbatiarum Hirchsfeldensis, Murbacēsis & Lutræ, Comes Tyrolis ac Goriciæ, Eques Velleris aurei Belgij, & Burgundiæ Gubernator Philippo 4. Hispaniæ Rege; nascitur ex coniugio Ferdinandi 2. Romanorum Imperat. Hungariæ & Bohemiæ Regis, ex Annâ-Mariâ Bauarâ primâ vxore Neustadij 6. Ianuarij 1614. ad Argentinensem sedem promotus 1627. eius admi-
1655. nistratione etiamnum potitur.

ATREBATENSES
EPISCOPI.

Arras. Atrebatvm Metropolis Artesiæ, antiquitate & nobilitate inter primas locum tenet, Ptolēmæo Rigiacum, tempore Iulij Cæsaris magni admodum tractus caput fuit, quin imperante Carolo Caluo, & sequentibus aliquot sæclis Metropolim eam agnouit
B tota Flandria; cuius populi Atrebates Iulio Cæsari noti, Ambianis & Morinis finitimi sunt, hodiéque in ambitu suo Cameracesij, Picardiæ, Hannoniæ, & Flandriæ fines ad mare vsque Oceanum tangunt. Fuit quondam Francici dominij hoc oppidum, imò & Atrebatensis prouincia, postquam data in dotem Iudithæ Caroli Calui Regis filiæ vxori Balduini Ferrei Comitis, túmque Flandrici Comitatus caput constitutum legitur; rursùs ab eo distractum contractis nuptiis Isabellis Hanoniæ cùm Philippo Galliarum Rege, quæ Atrebatum cùm Artesio & aliis oppidis ab
C auunculo Philippo Elsatio dono accepit. Hanc prouinciam nobilitant primi Artesiæ Comites à Roberto S. Ludouici Franciæ Regis germano longâ serie propagati; sub quâ numerantur oppida, Audomaropolis, Aria, Hesdinum, Lensium, Bethunia, Bapalma, Fanum S. Pauli, Lillerium, & Pernæ. Vrbs duplex, vna Episcopalis vulgò ciuitas, altera vrbs, seu Atrebatum, in quo nobilissimum & opulentissimum cœnobium D. Vedasti, hâc Abbatiâ non alia in vniuerso Belgio ditior, cuius reditus annui vicena ferè millia scutorum & ampliùs
D excedunt: sita est propè Scarpam fluuium, amœna, propugnaculis latis, profundísque fossis communita, adeò vt Flandriæ Occidentalis scutum, vallum, & murum nominet Meierus in Flandriæ Annalibus: antiquissimam verò, potentissimam, plenámque diuitiis Guillelmus Brito Philippidos 2. Est in hâc ciuitate pulcherrimum D. Virginis templum Cathedrale sub Metropoli Remēsi aliàs, nunc Cameracensi, in quo Canonici 40. Capellani 52. & per diœcesim

Decani rurales duodecim. Episcopus A politicus simul & Ecclesiasticus est toparcha ciuitatis, cui non iura minus quàm magistratus attribuit, superiorem tamen agnoscens Artesiæ Comitem, penes quem est ipsius electio. Seruatur in basilicâ D. Mariæ magnâ in primis religione, certum genus mannæ, lanæ propémodum speciem referentis, quam pluisse in hac regione suâ ætate memorat in epistolâ D. Hieronymus: ea populo magnâ solemnitate exhibetur spectanda, maximè cùm post longas siccitates tellus arida pluuiam desiderat; in hoc item B oppido & sacello minori religiosè admodum custoditur, tanquam Palladium, candela quædam cœlitùs olim vti memorant, delapsa. Quomodo autem Atrebatensis & Cameracensis Ecclesiæ vnum eundémque Antistitem diutiùs habuerint supra retulimus tomo Archiepiscoporum. Vrbanus 2. tandem proprium Atrebatensibus Episcopum habere annuit anno
1093. 1093. hoc rescripto: VRBANVS *Episcopus, seruus seruorum Dei, Clero & populo Atrebatensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Atrebatensis Ecclesia, vna ex nobilioribus Ecclesiis compronincialibus Remensis Metropolis solemnibus canonum monumentis freta, olim principalis Sedes Episcopatus fuit, proprium Pontificem habuit, suam diœcesim, & cetera pontificalia iura firmis antiquitate rationum instrumentis obtinuit. Volumus itaque, & Apostolicâ auctoritate præcipimus, vt iugo Cameracensis subiectionis ab Ecclesia vestrà excusso & receptà dignitate primis temporibus rationabili firmitate possessâ, Cardinalem Episcopum vobis & Ecclesia vestræ vtilem eligere, & electum per manum Metropolitani vestri consecrare, & Ecclesiæ vestræ incardinare studeatis. Ei verò, qui Canonico consensu Cleri & populi electus fuerit, Apo-* D *stolicâ auctoritate interdicimus, ne impositam ipsi electionem dissimulatione aliquâ huius nouæ ordinationis subterfugiat, solet enim fieri, vt Ecclesia persecutionis tempore, suis ordinibus, suis populis, subsidiis etiam temporalibus destituta, aliis temporaliter committantur Ecclesiis. Postquam vero, iis quibus imminutæ fuerant, domino donante, abundare cœperunt, pristinam recipiant dignitatem. Data Romæ.* Abbatiæ in hâc diœcesi reperiuntur.

S. VEDASTI *S. Wast d'Arras* O B.

AQVICINCTI *Anchin* O B.

HASNONII *Hasnon.*

DE MARCENNIS *Marchienes* O B.

AVENNENSIS *Auesnes fœm.* O B.

DENANIVM *Denain* O B.

STRVMENSIS *d'Estrun* O B.

MONTIS SANCTI ELIGII O A. *Mont saint Eloy.*

AROASIÆ *Aroüaise* O A.

AQVÆCVRTENSIS *Eaucourt* O A.

BELLILOCI *fœm. Beaulieu* O A.

MAREOLI *Mareuil* O A.

FLINARVM *Flines fœmin.* O C.

DE PRATIS *des Pres* O C.

VIVARII *Vivier* O C.

VICONIÆ *Vicoigne* O P.

Episcopi verò Atrebatenses proprij sequentes exhibentur ex Guillelmo Gazæo, Locrio, Buzelino, Arnoldo C Raissio, & aliis scriptoribus.

1. LAMBERTVS Cantor primò Ecclesiæ Guisnensis, inde Archidiaconus Teroanensis, & Canonicus Insulanus, magnâ vir sanctitate præditus à Clero Atrebatensi deligitur Antistes, consecratus Romæ ab Vrbano II. Papâ 1093. quo anno regimen Episcopatus sumpsit ex cartâ 1093.
Remensi. Ab eodem Pontifice Legatus institutus Remensis prouinciæ, omnia vigilantissimi Præsulis munia adimpleuit. Synodum celebrauit in Ecclesiâ S. Mariæ vbi diuisio parochiarum statuta est: benedixit Odonem Abbatem Aquiscinctensem 1101. Calend. Nouembr. Ei porrò vices Apostolicas Pontifex Maximus demandat in absolutione Philippi I. Galliæ Regis ob incestuosas nuptias cùm Bertradâ Andegauensi, cuius rei notitia eruitur è codice Igniacensis Abbatiæ in Remensi prouinciâ, his verbis. PHILIPPVS Dei gratiâ Fran- « corum Rex, Lamberto Atrebaten- « sium Episcopo fideli & amico nostro « salutem, & gratiam nostram. Quia « dominus Papa per Tetbaldum Oui- «

» dium missum nostrum, Archiepisco- A
» pis & Episcopis nostris, & tibi ipsi li-
» teras modo nouiter misit, de absolu-
» tione nostrâ, vt nos absoluerent, sicut
» tu ipse videbis in literis Papæ; tibique
» inter illos eiusdem absolutionis ex no-
» mine vicem commisit, mandamus ti-
» bi, & precamur, quatenus in crasti-
» no festiuitatis S. Andreæ ad hoc ne-
» gotium præcipuè tibi commissum ad-
» sis cùm Archiepiscopis & Episcopis
» nostris, qui ibi aderunt, tum ex præ-
» cepto Papæ, tum ex fide quam mihi
» debes, commonitus, posthabitâ om-
» ni occasione. Valo. Epistola autem B

Atrebatensis Episcopi ita legitur. R**EVERENTISSIMO** *domino, & Patri Patrum Paschali Papæ, Lambertus Dei miseratione Atrebatensis Episcopus debitam cùm orationibus subiectionem. Conuenientes Parisius ex vestrâ auctoritate Archiepiscopi, dominus Daimbertus Senonensis, Rodulfus Turonensis, Episcopi quoque Iuo Carnotensis, Ioannes Aurelianensis, Humbaldus Autissiodorensis, Gualo Parisiensis, Manasses Meldensis, Baldricus Nouiomensis, Hubertus Siluanectensis fecerunt recitare literas à vestrâ Sede pro satisfactione & absolutione Regis missas. Literis itaque lectis & intellectis, miserunt ad Regem Ioannem* C *Aurelianensem, & Gualonem Parisiensem Episcopos sciscitantes, si Rex iuxta tenorem literarum vestrarum satisfaceret, & carnalis, & illicitæ copulæ peccatum abiurare decreuisset. Quibus benignè respondens ait, se Deo, & S. Romanæ Ecclesiæ libenter velle satisfacere, & Apostolicæ sedis præcepto, Archiepiscop. quoque & Episcop. præsentium acquiescere consilio: Igitur in præsentiâ prædictorum Episcop. necnon & Abbatum Adam Parisiensis de tit. S. Dionysij, Rainaldi de tit. S. Germani Paris. vl. Paris. de titulo S. Maglorij, item R. Stampensis de titulo S. Trinitatis, Archidiaconorum etiam quàmplurimorum, & honorabilium Clericorum, & Laico-* D *rum circumstantium aduenit Rex satis deuotè multúmque humiliter nudis pedibus, peccato renuncians, & excommunicationem emendans; & sic ex vestrâ auctoritate absolutionem suscipere meruit. His ita gestis, tactis Sacrosanctis Euangeliis, abiurauit copulam & flagitium illicitæ con-*

» *iunctionis in hæc verba*: Audias tu Lam-
» berte Epis. Atrebatensis, qui hîc Apo-
» stolicâ vicefungeris: audiant Archie-
» pisc. & præsentes Episcopi, quòd ego
» Philippus Rex Francorum peccatum
& consuetudinem carnalis & illicitæ «
copulæ, quam hactenus cùm Ber- «
tradâ exercui, vlteriùs non exercebo: «
sed peccatum istud & flagitium peni- «
tùs & sine omni retractione abiuro. «
Cùm eadem quoque fœminâ mu- «
tuum colloquium & contubernium, «
nisi sub testimonio personarum mini- «
mè suspectarum non habebo. Hæc «
omnia sicut literæ Papæ dicunt, & «
vos intelligitis, sine omni malo inge- «
nio obseruabo. Sic me Deus adiuuet, «
& hæc Sacrosancta Iesu Christi Euan- «
gelia. *Similiter & Bertrada, cùm excommunicationis vinculo solueretur, tactis Sacrosanctis Euangeliis, in personâ suâ hoc idem iurauit sacramentum.* Sancta Trini- «
tas Deus noster sanctitatem vestram «
pro Ecclesiâ Catholicâ laborantem, «
& orantem diutiùs custodiat incolu- «
mem, & quia cum sanctâ Romanâ Ec- «
clesiâ in iudicio & iustitiâ nobiscum «
stetistis, retribuatur vobis in resurre- «
ctione iustorum. Actum Parisius an- «
no Dei Christi M C V. 4. Nonas De- « 1105.
cembres, anno Pontificatus Pascha- «
lis Papæ 2. quinto. Pius Antistes pa- «

storali munere summâ laude perfunctus, ad Christum migrauit 16. Iunij anno 1115. tumulatur in Cathedrali C Atrebatensi, vbi epitaphium marmoreum visitur ad parietem Chori hâc inscriptione: *Anno Domini* M C X V. 16. *Cal. Iunij obiit beatæ memoriæ Lambertus huius Atrebatensis sedis Cardinalis Episcopus. Per hunc restituta est dignitas huius Episcopatus, quæ per multa tempora Cameracensi Episcopo fuerat commendata. Huic Episcopo, & duobus Iaculatoribus, Itherio, & Normanno beata Maria in hac Ecclesiâ apparuit, dans eis candelam per quam sanantur ardentes igne malo.* 1115. Chronographus S. Bertini aliam profert his carminibus.

Vedastus proprius fuit huius Episcopus Vrbis,
D *Post cuius obitum proprio sine Præsule languens,*
Hæc sedes fleuit subiecta diù Cameraco:
Donec Lambertum tumulo qui clauditur isto
Moribus egregium, sapientem, religiosum
Romæ sacrauit Vrbanus Papa secundus,
Et proprium Sedi Pastorem reddidit isti.
Mundo decessit, cùm Maius ab Idibus exit.
Præstet ei requiem Dominus sine fine manentem.

De Lamberto plura Meyerus, Locrius, Supplementum Roberti ad

Sigebertum, Aubertus Miræus in Annalibus, Fastis Belgicis, Codice Donationum piarum, ac Notitia Ecclesiarum Belgij, Buzelinus in Gallo-flandriâ, & Gazæus in Historiâ Ecclesiasticâ.

2. Robertus i. Atrebatensis Archidiaconus anno 1115. primus horas canonicas Dei Genitricis in conuentu Canonicorum cantari curauit:
1131. diem extremũ obijt 1131. 10. Cal. Maij iacet in capellâ B. Mariæ de Floribus.

3. Alvisus natione Belga, sancti Bertini Audomarensis Religiosus, tum Abbatiæ Vedastinæ magnus Prior, inde Abbas Aquicinctinus, tandem euehitur ad Episcopatum. Interest dedicationi Teroanensis Ecclesiæ 1133. & S. Winoci Bergensis cùm Milone Teroanensi, & Simone Nouiomensi Episcopis: benedixit Ecclesiam Viconiensem Præmonstratensis Ordinis 1139 interfuitque translationi B. Martyrum apud S. Dionysium ex libro Sugerij Abbatis, qui Aluisus in chronico Mauriniacensi amplæ famæ persona, morte autem correptus di-
1148. citur anno 1148. apud Philoppopolim contra Saracenos: *Famosiores*, inquit idem chronicum, *qui cùm Rege huius itineris angustiam subierunt, fuerunt ij. Alamannorum Imperator Henricus, Robertus frater Regis, Meldensis Comes Henricus, Comes Flandriæ Theodoricus, Aluisus Episcopus Atrabatensis, Giraudus Episcopus Lingonensis, Gaucherius de Monte Gaij, Comes de Varenâ, Rainaldus Tornodorensis, Manasses de Bullis, Eurardus de Bretolio*: vide epistolam D. Bernardi 317. Supplementum Sigeberti, Auctuarium Molani, cæteròsque.

4. Godescalcvs Montis S. Eligij Abbas, adfuit Concilio Remensi 1148. ob senium & inualetudi-
1164. nem resignauit Episcopatum 1164. teste Lucrio in Chronico Belgico, secesserat in Monte S. Martini, vbi professus Monachum, diem extremum clausit anno 1170. vide Miræum, Auctuarium Aquicinctense, & lib. 5. Annal. Gallo flandriæ.

5. Andreas Parisiensis, Abbas Vallium Sarnaij Cisterciensis Ordi-
1171. nis, decessit 1171. in Auctnario Aquicinctensi, & Annalibus Meyeri.

A 6. Robertvs ii Atiensis Præpositus perijt miserè occisus an. 1171. 1171.
ex chronico Alberici, Episcopus item Cameracensis.

7. Frvmoldvs Ostreuanensis Archidiaconus, de quo Auctuarium Aquicinctense: ad eum scribit Alexander 3. mortuus anno 1180. iacet in 1180.
choro suæ Cathedralis.

8. Petrvs i. Abbas Cistercij consecratur à suo Metropolitâ Guillelmo Cardinali circa annum 1184. in Ecclesiâ S. Zenonis martyris Veronæ, cùm illic vt Abbas Cistercij Synodo
B interesset. Nominatur in cartâ sancti Martini Parisiensis 1191. interfuitque nuptiis Ingeburgis Reginæ Philippi Augusti vxoris 1193. Extat inter antiqua Thesauri Regij Parisiensis cartarum instrumenta, documentum Petri, quòd hîc inserere haud inutile fore existimauimus: Petrvs diuinâ « clementiâ Atrebatensis Ecclesiæ Mi- « nister, omnibus Christi fidelibus qui- « bus istas videre contigerit in perpe- « tuum. Vniuersitati præsenti paginâ « declaramus, quòd bonæ memoriæ «
C Philippus quondam Flandriæ Comes « dedit, & in perpetuam eleemosynam « concessit Deo, & Ecclesiæ nostræ « Atrebatensi in manu nostrâ, quic- « quid habebat Atrebati in districtu no- « stro, sibi tamen de assensu nostro re- « tinuit in vitâ suâ, in parte districti quæ « dicitur strata, exercitum, caualthe- « am, talliam, altam iustitiam, por- « tam, & calceiam in portâ, quæ tamen « omnia post decessum Comitis vel in- « fra decessum suum, si ea relinquere « noluisset, in manum & ius nostrum re- « uertentur, à nobis & successoribus « nostris Atrebatensibus Episc. quietè «
D & libere perpetuò possidenda. Quod « si Comes prolem de femore suo, & de « legitimâ vxore suâ, & ipsa proles & « Comes in vitâ suâ tam supradicta quæ « tunc ipse tenebat, quàm omnia alia « quæ habebamus à portâ stratæ vsque « ad Pontroard, sibi retinere voluisset, « villam quæ dicitur Tampous, cùm « omnibus appendicijs, & pertinentiis « suis nobis in concambio daretur, cùm « omni libertate & quietè nobis & suc- « cessoribus nostris Atrebatensibus « Episcopis perpetuò possidendam. « Porrò cariss. Dominus noster Philip- « pus illustris Francorum Rex, ad no- «

„ ſtram & prædicti Comitis petitionem A
„ præfatam eleemoſinam & conuentio-
„ nes benignè conceſſit, & in manu ce-
„ pit, quòd eas inconcuſsè faceret ob-
„ ſeruari. Iſtud tamen ſibi in hâc parte
„ retinuit, quòd ſi fortè contigerit ter-
„ ram Comitis in manum ſuam venire,
„ de illo concambio faciendo in eodem
„ ſtatu eſſet ſi ei placeret, in quo proles
„ Comitis, & ſi ipſe Comes prolem de
„ vxore legitimâ habuiſſet. Si verò con-
„ cambium vel à Comite, vel à prole
„ ſuâ, vel à prædicto Domino Rege fa-
„ ctum eſſet, villa quæ in concambium
„ daretur de regali eſſet. ſicut & cætera
„ quæ à Domino Rege tenemus. Poſt B
„ deceſſum autem Comitis, cùm præ-
„ dictam iuſtitiam poſſideremus liberè
„ & quietè, ſicut à Comite conceſſum
„ fuerat, placuit domino Regi con-
„ cambium illud facere, & illud fecit
„ nobiſcum, & iu concambium dedit
„ nobis atque conceſſit villam quæ di-
„ citur Victreium cùm omnibus appen-
„ ditiis & pertinentiis ſuis, & ſucceſſo-
„ ribus noſtris liberè & quietè perpetuò
„ poſſidendam; voluit quod de regali
„ ſuo eſſet, ſicuti & cætera quæ ab ipſo
„ tenemus. Vt igitur factum iſtud debi-
„ tam obtineat firmitatem, ſigilli noſtri C
„ teſtimonio fecimus roborari. Datum
1194. „ an. Incarnationis Dominicæ MCXCIV.
menſe Nouembri. Fatis conceſſit Pe-
trus anno 1203. ex chronico Alberici.
Ei inſcribit Petrus Bleſenſis tracta-
tum de Transfiguratione Domini.

NEVVILLE. 1203. 9. RODVLFVS DE NEVFVILLE ex Archidiacono 1203. Eccleſiam ſuam variâ ſupellectili honeſtauit. Mortuus 1220. ſepelitur in Eccleſiâ B. Mariæ, vbi tumulo æneo adſcripti ſunt hi verſus

Quem ſculptum premit Præſul Regale redemit,
Non facit Antiſtes diſcretos mors tua triſtes,
Nam cœli ciuis meritorum pondere viuis.

De eius Cardinalatu nulla apud Ciaconium mentio, quam ſolus aſſerit Frizonus.

10. PONTIVS ex Archidiacono
1220. creatur Epiſcopus 1220. intereſt exequiis Philippi Auguſti Regis 1223 Cathedralem vario veſtium ornatu, aliiſque muneribus ditauit, reditus Eccleſiæ auxit, capellam Epiſcopalem exſtruxit, & alia multa largitus eſt; ſtrenuus inſuper iuris Epiſcopalis propugnator. Eo ſedente admiſſi in vrbem Minoritæ & Filiæ Dei, dictæ Auguſtinianæ: de eo Buzelinus lib. 6. Annal. Galloflandriæ. Obiit 1231. in 1231.
cuius ſepulchro laminâ æreâ tecto hoc habetur epitaphium.

Quem modò mors neſcit hic PONTIVS *ille quieſcit,*
Qui minimis parcens, arcendos fortiter arcens,
Atrebatum rexit, hunc nulla potentia flexit,
Mens pia, munda caro quod habent nunc ſecula rarò
Iugu ei munus det vita Trinus & vnus.

11. AZO, anteà erat Archidiaconus Oſtreuanenſis natus in vico de Dieual diœceſis Atrebatenſis, conſecratur Epiſcopus defuncto Pontio 1231. ex chronico Alberici, egregius verbi diuini enunciator contra Albigenſes; Capellanis Eccleſiæ ſuæ quædam pro celebratione diuini officij impertitur; fratrem verò habuit Decanum B. Mariæ; ad meliorem vitam tranſiit 1245. conditus in Cathedrali 1245.
ad dextram maioris aræ ſub tumulo marmoreo.

12. FVRSÆVS Epiſcopatum tenuit duobus circiter annis, fundator obituarij menſe Aprili; iacet cùm deceſſoribus ante altare maius Cathedralis, defunctus Cal. Aprilis 1247.

13. IACOBVS DE DINANT DINANT.
1247. extruxit baſilicam D. Nicaſij in 1247.
vrbe quam benedixit 1254. morte corripitur 1260. humatus in choro Eccleſiæ.

14. PETRVS II. Nouiomenſis, D ſedit annis 20 Eccleſiæ ſacrarium pretioſis iocalibus decorauit, præſens dedicationi templi Morinenſis 1262. Epiſcopalem curam longæuus abdicat 1280. & in Montem S. Eligij Atrebatenſis ſe recipit.

15. GVILLELMVS DE ISIACO DE ISIACO.
ex Decano Aurelianenſi deſignatus à ſummo Pontifice, æmulum paſſus Stephanum Abbatem Montis S. Eligij, ſuperioris Petri nominatione, ſed iſte Pontificatu potitur; quaſdam ordinationes pro officio Eccleſiaſtico ſanciuit, ac diem vltimum tandem 1293.
obiit 1293.

16. IOANNES

16. IOANNES I. Cardinalis tituli Sanctorum Marcellini & Petri, qui promotus ad Purpuram, eò ipso vacauit Sedes Atrebatensis, vt constat ex registro Vaticano.

PIGALOTTI 17. GIRARDVS PIGALOTTI Italus, ex Episcopatu Anagnino 1291. 4. Nonas Maij ad Spoletanam Ecclesiam transiit, móxque ad Atrebacensem beneficio Papæ Bonifacij 8. tum vacantem per assumptionem Ioannis ad Cardinalatum, olim electi, & reiectâ nominatione Petri Serræ Canonici Cameracensis per Cælestinum v. factâ ex registro Vaticano epist. 64. anno 1. Bonifacij 8. 1294. teste Vghello in Episcopis Spoletinis: moritur 1304. sepultúsque in Ecclesiâ Dominicanorum.

1294.

18. BERTRANDVS eligitur 1316. ex libro Oblig. Vaticani, 1317. ad Synodum prouincialem Siluanecti delegatum misit, ex Meyero lib. XI. Annalium.

CHAPES. 19. PETRVS DE CHAPES III. anteà Senator Parisiensis, & Laudunensis Ecclesiæ Thesaurarius, creatur Atrebatensis Præsul anno 1321. 24. Ianuarij ex citato Obligationum codice; Episcopus inde Carnotensis.

1321.

PASTE'. 20. IOANNES PASTE' II. dictus de Mandeuille ad hanc sedem assumptus anno 1326. 24. Octobris, ex actis Consistorialibus. Fundauit obituarium mense Maio ex cartulario Atrebatensi; promotus ad Carnotensem Episcopatum 1328.

HERISSON. 21. THEODORICVS DE HERISSON, aliàs d'Ayre, patriâ Borbonius, diœcesis Bituricensis, ex Consiliario Comitis Atrebatensis & Præposito Ariensi hunc Episcopatum consequutus est an. 1328. vltimâ Februarij ex Actis Consistorialibus Vaticani; humatur apud Cartusianos de Gosnay quos fundauit iuxta Bethunam in valle Spiritus sancti, cùm vicino xenodochio 1328. mense Nouembri; in cuius Cartusiæ templo subiecta legitur inscriptio æri incisa: *In hâc Ecclesiâ iacet* M. THEODORICVS DE HERISSON *Præpositus Ariensis, qui fuit Clericus optimi Comitis Roberti Artesiensis II. huius nominis, & posteà Cancellarius & Gubernator terræ suæ: eo defuncto Comitissæ Mathildi filiæ operam suam pariter impendit; qui fundauit istam domum & Hospitale extra: posteà Episcopus Atrebatensis, decessit anno* 1328.

1328.

ROGER. 22. PETRVS ROGER, IV. Lemouix, ex Fiscannensi Abbate in Neustriâ, Archiepiscopus quoque Rotomagensis & Cardinalis, fit huius Ecclesiæ Episcopus 1329. 24. Ianuarij ex codice Obligationum Vaticani: erat in sæculari statu summè pomparicus apud Chronicum Belgicum, tamen côncionator egregius, sicuti notat Petrus in compendio chronicorum: tandem Pontifex Maximus euasit Clementis VI. nomine; de eo pleniùs in Archiepiscopis Rotomagensibus. 1329.

GHINI. 23. ANDREAS GHINI, II. nobilis Florentinus, ad eam sedem conscendit 1330. 31. Ianuarij ex libro Obligationum memorato, fundator Collegij Longobardorum Parisiis 1331. fuit & Episcopus Tornacensis. 1330.

24. IOANNES GALVANVS III. anno 1333. institutor Obituarij in suâ Cathedrali.

BERTRAND. 25. PETRVS BERTRAND V. designatur Episcopus 1339. 6. Aprilis ex iisdem Actis Consistorial. Cardinalis Episcopus Ostiensis. 1339.

26. IOANNES, IV. memoratur Electus Atrebatensis anno 1345. 8. Februarij ex codice Obligationum Vaticani. 1345.

27. AYMERICVS Atrebatensi Pontificatu honestatus est sub annum 1349. 3. Maij, ex citatis Codicibus Vaticani; diem extremum obiit 1361. iacet in choro Ecclesiæ cùm antecessoribus Episcopis. 1361.

DAINVILLE 28. GERARDVS DE DAINVILLE frater Ioannis Equiris & Michaëlis Archidiaconi Ostreuanensis, Attrebatum solemni pompâ inuehitur 1362. 26. Iulij. Collegij Damuillæ fundator Parisiis anno 1380. posteà

Morinensis, & Cameracensis Episcopus.

1371. 29 STEPHANVS anno 1371. 20. Iunij recensetur in Actis Consistorialibus.

MASVERIL. 30. PETRVS MASVERIVS, VI. Doctor Legum & Archidiaconus Antuerpiensis in Ecclesiâ Cameracensi pedagogus Gregorij XI. Papæ, Episcopus autem anno 1373. ex codice Vaticano; vir eruditus interiit 1391. sepultus in Odeo sui templi: De eo sic loquitur Masuerius Iurisconsultus in Practicâ forensi titul. 28. de retractu & contractu resolu. *Idem tenuit quondam Dominus & patruus meus Petrus Masuerij, vtriusque Iuris Professor & Episcopus Atrebatensis, in quæstione quam publicè disputauit Aurelianis actu Regens.*

CANARD. 31. IOANNES CANARDV Philippi Burgundiæ Ducis, & Artesiæ Comitis Cancellarius, ex Religioso sancti Dionysij in Franciâ, nondum Episcopus Atrebatensis præsens fuit cùm multis Præsulibus, pactis matrimonialibus initis in castro Luparæ

1386. die 27. Ianuarij 1386. inter Ludouicum Ducem Turonensem posteà Aurelianensem, Regis fratrem, & Valentiam de Milan: fuerat in Consilio Caroli 6. Regis pro acceptatione Reipublicæ Genuensis in dominium Franciæ 1395. Ecclesiam suam imagine argenteâ Deiparæ Virginis, & vestibus sacris donauit, Episcopale palatium cùm turri Cathedralis variis structuris ornauit, sedilia Canonicorum perfecit, xenodochium extra vrbem erexit, alia munificentiæ signa ibidem edidit, hoc addito epitaphio sepelitur in choro Ecclesiæ: *Hic iacet Dominus* IOANNES CANARD, I. D *Episcopus Atrebatensis Consiliarius Domini Ducis Burgundiæ, Arthesiæ & Burgundiæ Comitis: qui obiit anno Domini*

1407. MCCCCVII. *mensis Octobris die* VII.

PORE'. 33. MARTINVS PORE', Dominicanus Theologiæ Doctor, Ioannis Principis Confessarius 1408. Adstitit eius Legatus Concilio Constantiensi session. 2. 11. & 30. missus in Angliam cùm Præposito S. Donatiani Brugensis. Obiit 6. Septembris 1426. conditúsque est in suâ Ecclesia tumulo cupreo, vbi spectantur insignia, cùm subiectâ epigraphe: *Hic iacet* MARTINVS PORE' *de Conuentu Senonensi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, olim Confessor illustriss. Principis Ioannis Ducis Burgundiæ, Flandriæ, Arthesiæ, & Burgundiæ Comitis; & deinde Atrebatensis Episcopus, qui obiit anno Domini* MCCCCXXVI. *die sextâ mensis Septembris* 1426.

CAYEV. 34. HVGO DE CAYEV toparcha loci de Cayeu, ex Audomarensi Præposito, ac regio Consiliario, eamdem Ecclesiam suscepit administrandam 1426. parentauit in exequiis Isabellæ Reginæ Franciæ coram Ducibus Burgundiæ & Borbonij 1436. Atrebati, ex cartâ originali Abbatiæ Vedastinæ. Sub eo Antistite habitus est in eadem æde S. Vedasti celeberrimus pacis componendæ Conuentus Atrebatensis, præcipuè inter Regem Carolum 7. Francorum, & Philippum Burgundiæ Ducem, cui interfuêre pro summo Pontifice Nicolaus Albergatus Cardinalis S. Crucis, pro Synodo Basileensi Hugo Card. Cyprius, pro Carolo Rege Dux Borbonij, Comites Richemundi, Vindocini, Archiepiscopus Remensis, dominus de Fayetâ & alij dynastæ, pro Henrico Rege Angliæ Cardinalis Wicestrensis, Archiepiscopus Eboracensis, ac quidam Comites: Dux autem Burgundiæ aderat vnà cùm multis Comitibus & Episcopis, necnon legati Sigismundi Imper. Regúmque Cypri, Lusitaniæ, Siciliæ, Hispaniæ, Nauarræ, Poloniæ, Daniæ, Ducum Britanniæ, & Mediolani, vti Monstreletus, Meyerus, ac diarium rerum ibi gestarum plenius enumerat. Tumulatur Hugo in choro templi maioris B Mariæ cùm eo epitaphio. 1436.

HIC IACET

Reuerendus in Christo Pater Dominus HVGO DE CAYEV, *Licentiatus in Iure Ciuili, & Præpositus S. Audomari & deinde Episcopus Atrebatensis, Consiliarius Regis, & Domini Ducis Burgundiæ, & dominus temporalis de Cayeu, Mailly, Vrsane & Semerpont, qui obiit* 13. *Ianuarij* 1438. *Orate Deum pro animâ eius.* 1438.

PLAISANCE. D'azur au chevron d'or chargé d'vne petite croix poténcée & 3. roses d'argent percées de gueulle & 1.

35. FORTIGARIVS DE PLAISANCE, ex Archidiacono & Præposito Insulæ, sanctæque Vualburgis Furnensis, & Vltraiectensis, Confessarius, Protocapellanus, Eleemosynarius & Consiliarius Philippi Burgundiæ & Brabantiæ Ducis, eligitur 26. Ianuarij 1439. ei vrbem ingredienti solemni
1439. pompâ obuiam progressus est vsque ad portam S. Michaëlis Philippus, carò & raro in Principibus fauoris in virtutem exemplo. Consecrauit autem duo altaria chori B. Mariæ, & Capellæ Vedastinæ, quam ornatissimè decorauit, vbi & sepulturam instituit; spectatúrque eius effigies habitu Pontificio cùm eâ epigraphe; *Hic iacet bonæ memoriæ Reuerendus in Christo Pater dominus* FORTIGARIVS *Episcopus Atrebatensis, de oppido Brügensi in Flandriâ oriundus, Philippi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ Consiliarius, qui anteà magnum Archidiaconatum Atrebatensem, & Ecclesiam S. Petri Insulensis rexit, & 26. die mensis Ianuarij anno* MCCCCXXXIX. *viâ Spiritus sancti à venerabilibus suis fratribus de Capitulo Atrebatensi vnanimiter fuit electus, & per sanctissimum Dominum Papam Eugenium* IV. *pronunciatus & confirmatus: & deinde S. Vualburgis Furnensis, ac etiam Vuestfrigiæ in Ecclesiâ Traiectensi Præposituras pacificè possidens, & Protocapellanus & Eleemosynarius prædicti Phi-*
1452. *lippi Ducis fuit. Obiit anno* 1452. *die* 21. *mensis Februarij.*

PORTVGAL. Escartelé de Portugal & d'Arragon.

36. IACOBVS DE PORTVGAL Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Porticu dictus DE COIMBRE, ex stirpe Regum Lusitaniæ, Philippi Ducis Coimbræ, & Isabellis Aragoniæ filius, frater Petri Lusitani electi Regis Aragonum; qui primò castra sequutus è sæculari militiâ transiit ad Ecclesiasticam, Romæ à Callisto 3. Papâ creatus Cardinalis S. Mariæ in Porticu 1456. adhuc iuuenis cùm in eo solidi ingenij, bonarum artium, & singularis animi signa elucerent; eligitur autem Atrebatensis Præsul an-
1453. no 1453. 10. Cal. Aprilis, vnde translatus ad Archiepiscopatum Vlyssipponensem eodem anno 12. Cal. Maij, vt Acta indicant Consistorialia. Obiit Florentiæ 16. Aprilis anno 1459. & in basilicâ S. Miniati Benedictinorum ibi sepultus: de eo Sanmarthani in stemmate Regio Lusitanico lib. 42.

37. IOANNES IOFFREDI, vulgò GEOFFROY, ex Abbate Luxouiensi & S. Dionysij in Franciâ Episcopus nominatur 1453. 12. Cal. Maij ex Registris Vaticani. Eius competitor fuerat Dionysius de Montmorency Decanus Tornacensis, Curiæ Parisiensis Senatusconsulto confirmatus: inde Albiensis Episcopus nominatur Ioannes, Cardinalis Presbyter sanctorum Siluestri & Martini in Montibus, decessit 4. Id. Decemb. 1473. de quo supra in Albiensibus. IOFFREDI.

RANCHICOVRT. D'argent au chevron de gueulle à 3. tourteaux de mesme.

38. PETRVS DE RANCHICOVRT, Ioannis domini de Ranchicourt Equitis, Ioannis Comitis Niuernensis Oeconomi filius, Protonotarius Apostolicus de numero Participantium, & Cancellarius Ambianensis, Romæ à Pont. Max. sacratur Antistes, templum de Ranchicurte opus suum 1473. & Ecclesiam Atrebatensem benedixit 1484. sepelitur ante altare B. Virginis sub cupreâ tumbâ, hâc breui inscriptione. *Hic iacet corpus Reuerendi in Christo Patris & domini Petri de Ranchicourt Atrebatensis Episcopi, qui expletis in Episcopatu 36. annis obiit 26. Augusti anno Domini 1499. Orate pro eo.* 1473.

39. NICOLAVS LE RVYSTRE, ex Præposito B. Petri Louaniensis, Canonico Teneræmundæ, & Archidiacono Bruxellæ in Ecclesiâ Cameracensi successit Petro. Vir omnibus ornatus virtutibus quæ Præsulem decebant, quemadmodum fidem faciunt variæ fundationes quibus Ecclesiam, & sacrarium pretiosâ supellectili dotauit: Collegium in Vniuersitate Louaniensi dictum Atrebatense extruxit, Carthusianis Louanij benefecit, ac postquam suum ouile summâ prudentiâ moderatus fuisset, decessit è vitâ 1509. tumulatur in æde S. 1509. RVYSTRE.
Petri Louaniensis cùm sequenti inscriptione æri incisâ. *Hoc saxo tegitur pientissimus Pater Nicolaus Ruystre de Luxemburgo, Episcopus Atrebatensis, domus Burgundiæ Consiliarius & seruitor fidelis, insignis huius Ecclesiæ Præpositus, & Vniuersitatis Cancellarius, Collegij Atrebatensis in hoc oppido fundator magnificus, qui obiit Mechliniæ anno Domini 1509. mensis Nouembris die 5. requiescat in pace.*

Melun. 40. Franciscvs de Melvn, I. Ioannis Melodunensis Vicecomitis Gandaui, & Mariæ de Sarebruche
1510. filius anno 1510. fuerat anteà Insulæ & S. Audomari Præpositus, posteà Morinensis Episcopus.

Luxembourg. 41. Philippvs de Lvxembovrg Theobaldi domini de Fiennes ex Philippâ de Meloduno Francisci sorore natus, erat Atrebatensis Episcopus
1518. 1518. posteà Morinensis, Cenomanensis, & sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis, de quo consule Cenomanensium Antistitum catalogum.

Accolti. 42. Petrvs Accoltivs, viii. Cardinalis tit. S. Eusebij, vulgò dictus de Anconâ, quam Ecclesiam tenuit anno 1505. Atrebatensis autem factus est an. 1518. 10. Martij per cessionem Cardinalis de Luxemburgo, vti habent Acta Consistorialia; Episcopus & Malleacensis in Pictonibus, Cremonensis in Insubriâ, demùm Ar-
1524. chiepiscopus Rauennæ anno 1524. de quo Vghellus tom. 1. Italiæ Sacræ. Vicario generali vsus est Martino Asseto Abbate Diui Vedasti.

De Croy. 43. Evstachivs de Croy ex illustrissimâ familiâ Croyâ Federico domino de Reux, Equite Velleris Aurei ex Lambertâ de Brimeu genitus, qui ex Præposito Audomarensi, ob dotes animi ad Episcopatum promouetur: decessit in castro Episcopali de Marolio iuxta Atrebatum, mandatus sepulturæ in Ecclesiâ Audomarensi sepulchro marmoreo propè maiorem aram cùm hâc insculptâ epigraphe. *D. Opt. Max. & Reuerendo in Christo Patri, ac illustrissimo domino D. Eustachio de Croy Atrebatensi Episcopo, huius & Ariensis SS. ædis Præposito, piæ matris in filium officiosus dolor monumentum posuit: Obiit 5. Nonas Octobris anno*
1538. 1538. *ætatis suæ* 33.

Perrenot. 44. Antonivs Perrenot posteà Archiepiscopus Maclinensis & Bisontiensis, tandémque Cardinalis Granuellanus; successit in sede A-
1538. trebatensi 1538. vrbem ingressus 14. Decemb. 1545. de cuius vitâ scripsimus tomo Archiepiscoporum in Bisonticensibus.

Richardot. 45. Franciscvs Richardot II. Burgundus, Doctor Facultatis Parisiensis, insignis Theologus & Orator facundus; cùm in Academiâ Duacenâ Philippi 2. Catholici Regis auspicijs erectâ, sacram Scripturam etiam Episcopus interpretatus fuisset, ex Palatino Ecclesiaste Atrebatens. Præsul post Antonium Cardinalem Granuellanum renunciatus est, Antistes & ipse Nicopolitanus, Archiepiscopi Bisonticensis Suffraganeus, in vrbem suam inuehitur festo S. Martini 1562. 1562.
Tridentinæ synodo interfuit, & inter varia ingenij sui specimina reliquit funebres orationes habitas in exequiis Isabellæ à Franciâ, Philippi 2. Regis coniugis, & Caroli eius filij Hispaniarum Infantis; alteram Gandaui pronunciatit in funere Christianissimi Regis Henrici 2. denique in Concilio Tridentino, synodo Cameracensi, & Senatu Duacensi sæpius perorauit. Statuta synodalia, & ad diœceseos regimen alia confecit, bibliothecam Cathedralis varijs libris, gazophilacium Ecclesiæ pretiosis ornamentis instruxit. Fatis tandem concessit 1574. 1574.
cuius memoriæ hoc exaratum est epitaphium, insculptum marmori ad dexteram Chori.

D'azur à palmes d'or en sautoir accompagnées de 4. estoilles d'or.

Deo Opt. Max.

D. Francisco Richardoto Burgundo, Atrebatum Episcopo, viro in omni disciplinarum genere versatissimo, ac Concionatori eloquentissimo, qui ob singularem doctrinam, & præclaras animi dotes, omnibus vnicè charus, postquam hanc Ecclesiam periculosis temporibus ingenij dexteritate, & assiduis concionibus annis XIII. *feliciter rexisset, maximo sui relicto desiderio annum ætatis agens 67. è viuis excessit, Ioannes Richardotus inuictissimo Philippo Regi à rerum Status, secretisque Consiliis ac libellis, & Artesiæ Præses, auunculo optimo nepos mæstissimus posuit. Obiit 7. Calendas Augusti anno* 1574. Laudatus fuit oratione funebri à Thomâ Stapletonio Anglo erudito Theologo, cuius opera vtrâque linguâ enumerat Franciscus Suueertius in Athenis Belgicis, Valerius Andreas in Bibliothecâ; Miræus in Elogiis Belgicis, Buzelinus in Galloflandriâ, & alij Scriptores.

46. Mathævs Movllart Moullart
Artesiensis, ex Abbate & Principe S. Gisleni, iuuenis Louanij sacris li-

teris apprimè institutus, Professore Martino Rirouio postea Iprensi Præsule, inde creatur Episcopus & Atrebatum solemniter ingreditur 1. Octo-
1577. bris 1577. cùm priùs legatione Belgicâ ad Regem Catholicum functus fuisset. Tum ad munera Episcopalia animum addixit, lustratione diœcesis, benedictione Ecclesiarum, & monasteriorum visitatione. Consecrat Ecclesiam Capucinorum 1595. constructam impensis Francisci Saraceni Abbatis Vedastini, quos Patres primus in Belgium induxit Alexander Farnesius Princeps Parmensis. Eodem Pontifice Collegium Societatis Iesu stabilitur in vrbe 1599. Demum Bruxellæ terminum vitæ expleuit, cadauer Attebati elatum sepulchro conditur sub insigni mausoleo ad latus Chori cùm hoc epitaphio. *Deo Opt. Max. ad Reuerendissimi in Christo Patris ac Domini domini Mathæi Moullard quondam Atrebaten. Episcopi memoriam, ob sedulam Ecclesiarum administrationem, & præclara illius in Rempub. Christianam merita prudentiæ, pietatis, iustitiæ, caritatis & zeli incomparabilis dotes, hoc præsens grati animi monumentum hæredes*
1600. *posuere. Obiit 2. Iulij 1600. Iacet in medio huius Chori; grati estote Lectores.*

PLOICH. D'argent à 3. bandes d'azur.

47. IOANNES DV PLOICH, VII. Ariensis, ex Archidiacono Audomarensi & Vicario, pluribúsque grauissimis Ecclesiæ dignitatibus functo, per Archiduces Belgij Episcopus nominatur, & in æde Cathedrali Audomarensi inauguratur die sacro Epiphaniæ an. 1602. inuectus est Atrebatum 26. Ianuarij sequentis; qui cùm pastoralis curæ functiones adimplere satagit, rebus diœcesanis prouidendo morte correptus Calendis Iulij ani-
1602. mam reddidit 1602. in eius exequiis Iacobus Blazæus Episcopus Audomarensis orauit; corpus autem humatur in Choro B. Virginis ante Cathedram Pontificalem. Huius memoriam sequenti elogio celebrauit Gazæus in Historiâ Ecclesiasticâ.

DEO RESVSCITATORI

IOANNES DV PLOICH *Ariensis. Iuris Pontificij consult. natalibus, virtute, ingenio, moribus, prudentiâ, eruditione clarus, ex Cathedralis Ecclesiæ Audomarensis Archidiacono Decanus, inde* A *vniuersæ diœcesis Vicarius, à Philippo 2. Rege Catholico bello captis Ambianis 1596. caput eius vrbis Clero datus. Sæpiùs à Belgi Proceribus Episcopus dictus, at vt esse vellet non adductus: dum tandem Bruxellis General. Ordinum patriæ Comitiis à serenissimis Archiducibus Alberto & Isabellâ anno 1600. antiquissimæ huic Episcoporum Sedi designatus. Ac postremum 7. Id. Ianuarij 1602. Audomaropoli Episcopus inauguratus, denique 6. Cal. Februarij, magno Cleri populique applausu, vt optimus vrbis parens exceptus, moxque Calend. Quintilibus phthisico asthmate* B *vir magnus prematurè extinctus, summum sui apud omnes desiderium, ob raras animi dotes, Episcopalis officij solertiam, Synodique Tridentinæ zelum, reliquit ætat. suæ 47. ore, vitâ vsurpans, coram Deo.*

48. IOANNES RICHARDOT, VIII. RICHARDOT.
nepos Francisci Richardoti antecessoris & Prior Mortuæaquæ, Regi Catholico à sanctioribus Consiliis, per Belgij Archiduces ad summum Pontificem Max. susceptâ legatione nominatur Episcopus 1602. & Romæ consecratur, vrbem suam ingressus est cùm insigni nobilium comitatu 8.
Februarij 1604. Inde translatus ad 1604.
C Cameracensem Metropolim.

49. HERMANNVS ORTEMBERGVS ORTEMBERG.
Nouiomagi Geldris natus, Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis, & ibidem ad S. Cunibertum, & Moguntiæ ad S. Petrum Præpositus, sacri Palatij Apostolici causarum Auditor, & pro Principibus Belgij apud Sedem Apostolicam Orator. Ob summam integritatem & eximiam prudentiam, ac rerum Ecclesiasticarum notitiam ad hunc Episco-
patum promotus fuit anno 1610. Ro- 1610.
mæ consecratus, ad suam diœcesim
D accessit mense Februario 1611. quam rexit annis circiter quindecim, exactissimus canonicarum constitutionum obseruator, interfuit exequiis Alberti Archiducis 1621. obiit septuagenario maior 23. Maij 1626. potiore bonorum parte relictâ testamenti codicillis pro fundatione Congregationis Oratorij in oppido Duacensi.

50. PAVLVS BOVDOT Burgundus, Theologiæ Doctor Sorbonicus, à Ioanne Richardoto huius Ecclesiæ Episcopo Officialis, Cano- BOVDOT.

nicus, Pœnitentiarius, & Archidiaconus factus, etiam ad prædicandum verbum Dei adhibitus fuit: qui cùm esset literaturæ & facundiæ singularis, eius famâ commoti serenissimi Principes Belgij Albertus & Isabella, eum in Ecclesiastem suum ordinarium cooptarunt. Postmodum ab eodem Ioanne Richardoto hinc ad Ecclesiam Cameracensem translato, etiam ibidem Canonicus Archidiaconus, eiúsque Suffraganeus deligitur sub titulo Episcopatus Cardiensis. Demum anno 1618. ad Episcopatum Audomarensem promotus fuit, inde A
1626. translatus ad hanc sedem anno 1626. B
eius possessionem accepit insequente anno 20. Iunij, à quo tempore ita gregi suo bonus Pastor inuigilauit, tantósque labores infirmâ ferè semper valetudine suscepit, vt omnes suæ diœcesis Ecclesias accuratè visitauerit, Ecclesiasticam disciplinam verbo & exemplo stabilierit, pluráque ad fidelium fructum constituerit: vnde grauiori morbo correptus ipso S. Mar-
1635. tini festo anni 1635. ætatis suæ 64. decessit, moriénsque Ecclesiam quam matrem & sponsam habuerat, multa liberalitate dotauit. Vir fuit disertissimus, pacis studiosissimus, à pietate, modestiâ, humilitate, patientiâ, & in pauperes liberalitate maximè commendabilis, Principibúsque & populis gratissimus. C

Dv Fief. De sable à 3. croissans d'or 2, 1.

51. NICOLAVS DV FIEF ex Canonico & Officiali Ecclesiæ Tornacensis, Præfecto Collegiatæ Malbodiensis, & Assessore Consilij Supremi Mechliniensis, dein à Consilio Regio Priuato, Bruxellensi Vicepræside ac Procancellario, designatus fuit à Rege Philippo IV. post mortem Pauli Boudot, priusquàm Ludouicus XIII. ciuitatem ad deditionem coegisset 10.
1640. Aug. 1640. quæ & victricibus armis Ludouici 14. ab Hispanorum obsidione liberatur anno 1654. Obiit verò Bruxellæ 20. Octob. 1651. Rex Christianissimus ad hunc Episcopatum nominauerat Petrum Camus Episcopum Bellicensem, qui fatò extinctus ante expeditionem Bullarum; Rex autem Hispaniæ designauit Antistitem *Ladislaum Ionnart* Metropolitanæ Cameracensis Decanum. D

AVDOMARENSES

EPISCOPI.

FANVM Sancti Audomari, seu Audomaropolis à beato Audomaro Episcopo Morinensi condita anno circiter 660. nomen sortitur, S. Omer.
Fulco Abbas S. Bertini oppidum muris circumdare cœpit, Balduinus Caluus Comes Flandriæ opus absoluit anno 902. monasterio Sithiensi in vrbem admisso. Vrbs sita est ad fluuium Aginonem, ædificiis ac plebe satis frequens & spectabilis. Nonnulli Itium portum hîc fuisse volunt, cui sententiæ suffragatur Ortelius. Cæterùm Abbatia hæc S. Audomari ad dignitatem Episcopalem euecta est sub Cameracensi Archiepiscopatu, postquam ex Teruanæ Morinorum ruinis sæculo superiore deletæ, tres nouæ diœceses exortæ, Boloniensis in Franciæ regno, Iprensis in Flandriâ, & Audomarensis in Artesiâ extra regnum Galliæ. In hâc diœcesi Abbatiæ continentut:

S. BERTINI *in vrbe, S. Bertin* O B.

HANNENSIS *de Han* O B.

BVRBVRGI *Bourbourg* O B.

CHOQVENSIS *Choques* O A.

CLARIMARISCI *Clairmarets* O C.

VASTINA *l'Ostine* O C.

S. AVGVSTINI *propè Teroanam* O P.

Cæterùm D. Audomari Ecclesia ante dignitatis Cathedralis adeptionem, habuit Præfectos seu Præpositos qui tali serie referuntur à Philippo Locrio in Chronico Belgico.

A

PRÆPOSITI AVDOMARENSES.

1083. 1. *Rnulfus* 1. mortuus est an. 1083.

2. *Gerardus* 1084.

1113. 3. *Orgerus* 1113.

4. *Gerardus*, frater Balduini Morinensis & Petri Cameracensis Antistitum.

1170. 5. *Robertus* 1. 1170. inde ad Cameracensem sedem euocatus.

B

6. *Petrus de Collemedio* 1. 1130.

1256. 7. *Petrus* 2. Cardinalis *S. Suzannæ*, obiit 1256. iacet in claustro Audomarensis Ecclesiæ.

8. *Ioannes de Blesis* 1. 1258.

1269. 9. *Arnulphus* 1. 1269.

10. *Mathaus de Columna*.

11. *Nicolaus Capadox* defecit 1350.

C

1373. 12. *Stephanus de Columna*, interiit 1373.

13. *N. à Sancto Eustachio* Cardinalis.

14. *Carolus de Poitiers*, inde Episcopus Catalaunensis.

15. *Ioannes de Poitiers* 2. Caroli frater, Valentiæ Episcopus.

1403. 16. *Petrus de Matreuil* 3 Pictauiensis Antistes, Franciæ Cancellarius. Obiit 1403.

D

17. *Petrus Troussel* 4. 1406. posteà Pictauiensis Episcopus.

18. *Hugo de Cayeu*, inde Atrebatensis Præsul.

19. *Quintinus Menart*, Bisonticensis Archiepiscopus, obiit 1436.

20. *Simon de Luxembourg* 1439.

21. *Ioannes de Bourgogne* 3. 1480.

23. *Franciscus de Melun*, posteà Episcopus Atrebatensis.

23. *Eustachius de Croy*, etiam Episcopus Atrebati.

24. *Robertus de Croy* 2. 1538. 1538.

25. *Odardus Besatius*.

Guillelmus de Poitiers, Archidiaconus Campaniæ Ecclesiæ Leodiensis, primus huius Ecclesiæ Episcopus nominatus fuit, sed non consecratus vt scribit Arnoldus Raissius in Belgicâ Christianâ; de Episcopis item vide Gazæum in Histori Ecclesiasticâ Belgij.

AVDOMARENSES EPISCOPI.

1. GERARDVS DE HAMERICOVRT Leodiensis, monasterij S. Bertini Audomarensis Abbas, primúsque Episcopus renunciatur 1562. 13. Septemb. prouisus 17. Septembr. 1563. consecratur Bruxellis 12. Septembr. fit Canonicus maioris præbendæ 13. Augusti 1567. instituit Collegium Societatis Iesu, & in illorum sacello humatur, defunctúsque 17. Martij 1577. in eorum sacello humatur addita hâc inscriptione: *Reuerendissimus & piissimus D. D.* GERARDVS AB AMERICOVRT, *primus Episcopus Audomarensis, idémque Abbas incliti monasterij S. Bertini, atque fundator huius Collegij & templi Nominis Iesu, nec non pauperum studiosorum Collegij Bertiniani, sepeliendi sui corporis locum sacrum piè hic sibi elegit anno Domini* 1577. *mense Martio. Quem sacer Clerus & Religiosi Patres Bertiniani atque Collegij Societatis Iesu in hoc tumulo mœsti posuerunt, vt optimi fundatoris deuotioni ac munificentiæ satisfacerēt, pro cuius animæ sempiternâ quiete, Christiane lector, ora religiosè Christum Dominum nostrum.* HAMERICOVRT. 1562. 1577.

2. IOANNES SIX, 1. Insulanus, fit Canonicus S. Audomari 3. Decemb. 1571. Pœnitentiarius 1577. denique secundus Audomarensis Episcopus 23. Iulij 1581. consecratus Duaci, eam diœcesim nouiter institutam summâ sollicitudine administrauit, synodo diœcesanâ in vulgus editâ. SIX. 1581.

Cùm autem ad Concilium prouinciale Montes Hannoniæ proficiſceretur, naturæ debitum perſoluit 1586. tumulatus in S. Stephano Inſulis, at in æde Collegiatâ S. Petri eiuſdem vrbis, ante chorum à parte dextrâ, ſequens inſculpta epigraphe: *Reuerendiſſimo in Christo Patri domino* IOANNI SIX, *Philoſophiæ ac Theologiæ quondam Louanij magnâ cùm laude Profeſſori, dein in Paroch. Eccleſiâ D. Stephani huius oppidi aliquot annis Paſtori vigilantiſſimo, inde ob virtutem & merita ad Canonicatum Audomarenſem aſſumpto, poſteà Reuerendiſſimi domini Gerardi ab Hamericourt primi Epiſcopi Audomar. Vicario generali, ac tandem in Epiſcopatu ſucceſſori, dum hûc ad Synodum prouincialem fidei ac religionis ergo proficiſceretur, febri correpto, ac in hoc oppido, vbi vita acce-*
1586. *perat initium* IV. *Idus Octob.* MDLXXXVI. *ætatis verò ſuæ* LIII. *vitâ functo, & è regione chori tumulato, Iacobus Vuillant ex ſorore nepos, & huius Eccleſiæ Canonicus, auunculo opt. de ſe merito mœſtus poſuit.* Cor eius Audomaropolim translatum ad ingreſſum chori terræ mandatur ſub eâ epigraphe. IOANNES SIX *huius Eccleſiæ Epiſcopus* II. *frequentioribus Cleri & populi orationibus deſiderans eſſe commendatior, hunc ſibi viuens ſepulturæ locum elegit, qui dum iter faceret Montes Hannon. ad Concilium Epiſcoporum prouin. Inſulis Flandrorum in patriâ obdormiuit ætatis ſuæ anno* LIII. *Epiſcopatus* VI. *Salutis humanæ* MDLXXXVI. *Idus Octobris.*

De Pamele. 3. IACOBVS DE PAMELE, I. è nobili Baronum Pamelienſium genere natus Brugis, inſignis Theologus, præceptore vſus eſt Ruardo Tappero; fit primò Canonicus 2. Ianuarij 1581. inde 1583. inſtitutus Canonicus graduatus, Archidiaconatum obtinet 15. Ianuarij, Epiſcopus tandem deſi-
1587. gnatur 1587. Cùm ergo Bruxellas proficiſci cogitaret, Montibus Hannoniæ necdum confirmatus, è viuis exceſſit eodem anno, ſepultúſque in templo S. Waldetrudis retrò chorum hoc inſcripto epigraphio.

DEO OPT. MAX.

Nobili viro IACOBO PAMELIO *presbytero, ſummo Theologo, D. Saluatoris Vltraiectenſis Præpoſito, Eccleſiæ Audomaropolitan. Archidiacono, eiuſdem Eccleſiæ nominato Epiſcopo, multis in Cyprianum, Tertullianum, aliosque ſcriptores monumentis editis clariſſimo, intempeſtiuâ eheu morte abrepto, fratres mœſtiſſ. P. P. natus eſt anno 1536. mortuus eſt anno 1587. 13. Cal. Octobris.* Varia eruditionis monimenta exarauit, in linguarum ſacrarum, & hiſtoriæ cognitione verſatiſſimus, quæ recenſuit Suueertius in Athenis Belgicis, & Valerius Andreas in Bibliothecâ.

4. IOANNES DE VERNOIS II. Vernois. ex Prædicatorum familiâ, Doctor Sorbonicus, ac Ducis Parmæ Eccleſiaſtes aulicus, naſcitur Poliniaci in Comitatu Burgundiæ, Epiſcopus autem nominatur an. 1590. conſecratus 1590. menſe Octobri 1591 ſolemni pompâ vrbem inuehitur menſe Februario 1592. Palatium Epiſcopale reparauit, Capellam Pontificiam retrò chorum templi maioris vario ornatu illuſtrauit, ibidémque conditus 1599. mortuus 6. Ianuarij, cuius ſarcophago hæc addita inſcriptio. IOANNES A VERNOIS *Burgundio, Beati Dominici ſodalitio primo ætatis vere inſcribitur. Poſt emenſo monaſtices tyrocinio, ingenij pollens acumine à Patribus Lutetiam dirigitur. Ibi encyclopediam conſequutus, Sorbonicâ Doctorum in Cathedrâ Magiſtri noſtri titulo inſignitur: dein Ordini ſuo parit decus, tum apud ſuos, tum apud exteros ſuadelâ neruoſus & potens. Demum Parmæ Duci Farneſio Regis per Belgium Vicario, Bruxellæ à concionibus, mellifluo aulam demulcens eloquio, Audomarenſibus datur Epiſcopus* MDXC *vbi in Deum pietate, in gregem ſedulitate, in pauperes liberalitate, in omnes humanitate vireta cœli ſubiit vernantia perpetuò fruiturus vere: anno ſalutis* MDXCIX. *ætatis* LX. 1599. *Inſulæ* IX.

5. IACOBVS BLAZÆVS II. Blazevs. Brugenſis, Ordinis S. Franciſci de Obſeruantiâ Religioſus & Prouincialis, promotus fuit ad Epiſcopatum Namurcenſem, & ex dictâ ſede tranſlatus per Archiduces Belgij ad Audomarenſem 1600. eiuſdem accepit poſ- 1600. ſeſſionem per procuratorem 19. Aprilis anni 1601. Iucundum ſuum ingreſſum fecit vt Epiſcopus die 7. Maij eiuſdem anni. Vitâ defungitur 21. Martij 1618. ſepultúſque eſt in ſacello S. Ioannis Euangeliſtæ; ſuper tumulum eius qui laminâ æneâ tegitur, habentur verba ſequentia. *Hic iacet*

frater

frater Iacobvs Blazevs *quartus* A
Episcopus Audomarensis, qui obiit anno domini 1618. mensis Martij die 21. requiescat in pace.

Bovdot. 6. Pavlvs Bovdot ex Canonico & Archidiacono Cameracensi, Audomarensis Antistes, init posses-
1619. sionem die 6. Maij 1619. per procuratorem; vrbem ingressus 3. Iunij eiusdem anni, Episcopatum 26. Iunij 1627. dimittit, adepto Atrebatensi.

Pavnet. 7. Petrvs Pavnetivs Franciscanus, Episcopus designatus consecratur in festo sanctissimæ Trinitatis 1628. in possessionem immissus per B procuratorem 15. Iunij eiusdem anni, solemnem ingressum celebrat die 18. eiusdem mensis: moritur Audomari
1631. anno 1631. pridie Cal. Aprilis, sepultus est in sacello S. Petri retro chorum Ecclesiæ Cathedralis. Fuerat autem in Ordine Fratrum Minorum sacræ Theologiæ scholasticæ Professor per nouem annos, deinde in sua Flandriæ prouincia Iprensis, Gandauensis, atque Brugensis Conuentuum Guardianum ac Diffinitorem egit. Tum binas ad vrbem & in Hispaniam C expeditiones subiit, denique ex Rectore Conuentus Gandensis ad audiendas confessiones & conscientiæ directionem ab Hispaniarum Infante Isabellâ adhibitus, & ad Ecclesiæ Audomarensis Episcopatum promotus.

Morlet. 8. Christophorvs Morlet I. Bruxellensis, fit Officialis, deinde Canonicus 25. Ianu. 1616. tum Archidiaconus Flandriæ 1619. demum Ecclesiæ Audomarensis Decanus renunciatur mense Nouembri 1625. Episco-
1632. pus denique 18. Augusti 1632. quo die possessionem per procuratorem ac- D cepit. Consecratus fuit Hallis in Hannoniâ 26. Septembris eiusdem anni, & iucundum ingressum habet die 4. Octob. subsequentis. Naturæ concessit 25. Decemb. 1633. terræ traditus in templo Monialium Pœnitentium vulgò Capucinarum huius ciuitatis Audomarensis.

De France. Fascé d'argent & d'azur de 6. pieces, la 1. faite char. 9. Christophorvs de France II. Præsidis Consilij magni Machliniensis filius, ex Decano Cathedralis Ecclesiæ Atrebatensis creatur Episcopus 19. Maij 1635. quâ die immissus est in possessionem per procuratorem, inauguratus fuit Valencenis 15. Iulij sequentis, solemniter ciuitatem ingreditur 6. Augusti eiusdem anni. (gée de trois fleurs de lis de gueulle la 2 de deux fleurs de lis & la 3 d'vne fleur de lis de mesme.)

DECANI ECCLESIÆ AVDOMARENSIS.

Simon Bocheux 1. diem suum obiit 22. Septemb. 1462. 1462.

Iacobus de Croy postulatur Decanus 6. Decemb. 1462. confirmatus 9. Ianuarij anni sequentis.

Simon Godefroy 2. per resignationem Iacobi causâ permutationis ad illud munus assumitur 4. Sept. 1475. decessit 3. Iunij 1499.

Nicolaus Rembert iniit possessionem 9. Iul. 1494. cùm priùs decessor resignasset, deuixit 11. Ianuarij 1503. 1494.

Ioannes Canis I. electus 26. Ianuarij 1503. fatis concessit 17. Februarij 1512.

Sidrachus de Lalain in possessionem admissus 30. Martij 1513. moritur 28. Iunij 1533. 1513.

Natalis de Rosa ex Coadiutore successit 14. Iulij 1533. denascitur 23. Februarij 1541.

Philippe de Lengaigne, promotus 6. Iunij 1542. obiit 14. Maij 1555. 1555.

Carolus Piers sufficitur 26. Iunij 1555. in Etruriâ defunctus 26. Iunij 1595.

Ludouicus de Bersagnes prioris resignatione ab an. 1575. admittitur in Decanum 4. Ianuarij 1576. decessit 27. 1576. Decemb. 1595.

Ioannes du Ploich designatur 21. Maij 1597. inde Episcopus Atrebatensis 1602.

Franciscus Lucas Theologus Louaniensis vir linguarum sacrarum peritissimus, & Bibliorum editioni cùm Benedicto Ariâ Montano præfectus, inter alia huius opera quę commemorat Suueertius, Ioannem Six, Iacobum

Pamelium, & Iacobum Blasæum Audomarenses Præsules laudauit funebri sermone: moritur Audomaropoli, humatúsque in Cathedrali ante S. Dionysij sacellum cùm eo epitaphio: *Hic iacet Reuerend. Dom. Franciscus Lucas Brugensis, huius Ecclesiæ Theologus & Decanus, vitæ integritate, eruditione, linguarum peritiâ variisque ad S. Scripturæ lucem editis libris, qui se fidelium precibus commendat.*
1619. *Obiit anno 1619. die Februarij 19.*

Ioannes de Bersaigne apprebendit Decanatus dignitatem 29. Maij 1619.
1625. decessitque 2. Septemb. 1625.

Christophorus Morlet renunciatur Decanus 20. Nouemb. 1625. inde Episcopus Audomarensis.

Vualeranus de Herchone successit 9. Decemb. 1632. sublatus è viuis 25. Se-
1643. ptemb. 1645.

Ionnes-Maria de Marnix eligitur 18. Iunij 1647. decessit die 9. Februarij 1648.

AVGVSTENSES
EPISCOPI.

Aoste.

CIVITAS Augusta Prætoria sub Metropoli Tarantasiâ, iuxta fluuium Duriam ad geminas Alpium fauces Graias & Penninas sita est in vertice Augustanæ vallis in Pedemontano Principatu, vnde incipit Italia ad promontorium Leucopetrã: ab Italis Osta, seu Aosta, vltimus Italiæ terminus dicitur supra Eporediẽsem agrum confinis Burgundiæ & Longobardiæ apud Edinerum in vitâ S. Anselmi. Caput est Salassorum qui hodie ab illâ Augustani, at regio vallis Augustæ nuncupatur: ab Aquilone altissimis montibus Iouis, seu sancti Bernardi vallata in limitibus Sedunensis diœcesis, ab Occasu columnâ Iouis, qui vulgò mons Minor S. Bernardi dicitur, cùm terminis Tburen. comprehensa est: vrbs hæc vetustissima sicut monumenta Præpositurae Montis Iouis testantur, simul etiam plurimæ antiquitates vbique sparsæ, veluti columnæ marmoreæ, obelisci, pyramides, epitaphia, insigne palatium prætorium, amphiteatrum, & mirabilis fornices trophæi Alpium à Romanis deuictarum, de quo meminit Plinius lib. 3. hist. natur. cap. 20. & Bergom. lib. 6. cap. de ciuit August. cuius hæc sunt verba: Apud Augustam incisus fuit in marmore titulus ille pergrandis, populos enumerans quos Cæsar Aug. in eisdem Alpibus deuicit. Conditam aiunt ante Romanæ vrbis primordia à Cordello Statielli filio, Cordellámque dictam, necnon Turinonam; deinde Augustæ Prætoriæ nomen obtinuisse, nono Augusti Cæsaris Consulatu, cùm Terentius Varro Salassorum octo millibus hominum profligatis, Romani ibi Coloniam deduxêre, quæ cessit Prætorianis militibus. Dion Historicus lib. 3. Augustam Prætoriam vult hoc etymon sortiri, quòd fugatis Salassis populis & diuenditâ eorum iuuentute hanc Augustus Prætorianis militibus dederit, & Prætorem qui circumstanti regioni ius diceret, in eâ constituerit. Ostiliam Toromaceus appellat, veluti Italiæ ostium: Huius meminit Strabo, Antoninus, Ptolemæus aliique vetusti Scriptores. Fuit olim Ducatus titulo nobilitata sub Longobardorum Regibus, defunctóque Cleoph Rege, Clotario Gallorum Regi cessit, mox Burgundionum, nunc Sabaudiæ Ducum subiicitur imperio. Quo tempore Christi fidem susceperit, non constat: à priscis temporibus Episcopus, Mediolanẽsi Archiep. Suffraganeus fuit, â quo deinde iubente Pontifice diuulsus, Tarantasiensi Archiepisc. vnà cùm Maurianensi, Sedunensíq; Episcopis iussus est suffragari, vt videre est in Notitiâ Prouinciarum Imperij. Vetustam habet Cathedralem, sanctissimæ Deiparæ Virgini Assumptæ, beatóque Grato Episcopo tutelari consecratam, à Regibus Burgundiæ dotatam, ferentem in insignibus quatuor lilia argentea, in areâ cæruleâ, quam Regulares Canonici inseruiunt viginti duo, in quibus numerantur dignitates Præpositura scilicet, & Archidiaconatus, inter quos de præcedentiâ lis pendet: in reliquis Canonicis vnus est Theologus, perpetui Capellani 52. cùm iis sacris ministrant, & pueri sex quos Innocentes

appellant, in Collegio musicæ rudimentis instituuntur. Solent autem Capellani per singulas hebdomadas duodenas singulis diebus missas celebrare: festis verò diebus tenentur omnes sacris præsto esse. Sunt in eadem Basilicâ ex piorum legatis anniuersariæ certis diebus distributiones obsoniorum inter Canonicos, & inter pauperes ciuitatis, Capellanis verò, & Basilicanis omnib. solet epulũ dari. Officiarij porrò Canonici sunt ministeriales Capituli, magistri fabricæ Eccles. clauigeri archiuij Capituli, clauigeri arcæ Capituli, auditores computorum, & procuratores Collegij Innocentium, Officiarij verò Capellani, à Capitulo designari soliti sunt, Eleemosynarius Capituli, vulgò Panaterius dictus, custodes Ecclesiæ, lector Scripturæ sacræ in refectorio, qui & punctator est, & normator appellatur, & sacerdos seruitor magni altaris. Illud insuper annotandum ex Vghello, Capitulum Augustense, & Capitulum S. Vrsi extra muros habere ex concessione Sabaudiæ Ducum iurisdictionem in parochiâ Deriuæ, cuius familiæ diuisæ sunt in duas partes, & vnaquæque suum tribunal agnoscit. Officium autem diuinum quotidie in choro cantatur, non modo Romano, sed quodam proprio & peculiari more, & missæ illo ritu communiter celebrantur. Floruit in eâ B. Bernardus Archidiaconus Mentoniæ familiæ nobilis Ricardo patre natus, Vrso Episcopo viuente an. 966. Monasterij in honorem B Virginis & S. Nicolai, quod nunc S. Bernardi dicitur, in limitibus Augustanæ diœcesis ædificator, ac paternis, patruíque Bernardi opibus dotator, suísque Canonicis Regularibus colendum tradidit. Eius sacrum corpus Nouariæ iacet, illiúsque Acta recitat Carolus Basilicapetri in suâ Nouariâ. Sanctorum lipsana Grati, Iocundi Episcoporum, & Vrsi Presbyteri summâ veneratione coluntur in eadem Cathedrali. Duo alia Clericorum Collegia, vnum sæcularium SS. Petri & Viti, alterum Regularium extant ibidem, cùm monasteriis fratrum S. Francisci Conuentualium, & sanctimonialium B. Augustini. In ciuitate præter Cathedralem in quâ duo sunt parochi, distinctas parochias habentes, sunt parochiales Ecclesiæ tres.

A Vrbs quidem parua est, & inconditè extructa, diœcesis tamen satis ampla, in sex & septuaginta parochialibus Ecclesiis districta; quarum vna, quæ est in valle Siccidrâ vtitur linguâ Theutonicâ, in reliquis corruptum Gallicum idioma vsurpatur: oppida præcipua sunt Nuscum & Verecium. Populus in vniuersum religiosus ac pius. Recensentur tres Abbatiæ in Episcopatu, Monasterium quoque vetustum S. Vrsi Canonicorum Regular. insigne, à Montisferrati, seu Eporediensibus Marchionibus fundarum anno 985. cuius Prior Com-B mendatarius insigniis Pontificalibus vtitur, primúsque habetur post Episcopum. Tumulantur in eâ Ecclesiâ corpora B. Vrsi, Galli, Arnulphi, Petri, ac Bonifacij Episcopi, Augustini, & Herluini Tarantasiæ Archiepisc. Episcopus ius & dominium habet in valle Congiæ: in diœcesi extant duæ Præposituræ Montisiouis & Varasci, prima est nominatissima, habens Monasterium in iugo Alpium Peninarum, & duo xenodochia, vbi transeuntes omnes peregrini in Italiam ex Galliâ vltro citróque recipiuntur, & pascuntur gratis: primum iunctum est cœnobio, alterum est in C iugo Alpium Graiarum: secunda Præpositura est circa finem regionis à parte Italiæ in loco Varasci, vtráque habet sub se & Prioratus & parochias; Abbatiæ autem hæ recensentur.

SANCTI VITI O B.

ELVACENSIS *Helgan* O B.

S. NICOLAI MONTIS AVDEX O B.

Episcopos qui in Augustanâ floruerunt Ecclesiâ è variis monumentis tomo IV. Italiæ Sacræ Abbas Vghellus inseruit; de iis etiam scripsit Fran-D ciscus Augustinus ab Ecclesiâ Salutiensis Præsul in suâ Historiâ Chronologicâ Archiep. & Episcoporum regionis Pedemontanæ; Catalogus autem Vghelli ad verbũ fermè sic habet.

1. PROTASIVS primus inter Augustæ Prætoriæ Episcopos inuenitur an. 408. in tabulis eiusdem Ecclesiæ. 408.

2. EVSTATIVS vel Eustasius, cuius nomine Gratus Presbyter Mediolanensi Concilio interfuit anno 451. est

autem subscriptio hac formâ : *Ego Gratus Presbyter directus ab Episcopo meo Eustasio Ecclesiæ Augustanæ, vice ipsius, in omnia scripta consensi & subscripsi, anathema dicens iis qui de Incarnationis Dominicæ sacramento impia senserunt.*

3. Iocvndvs i. subscripsit 2. & 4. Concilio Romano annis 490. 501.
501. & 501. de quo in schedis mentio adhuc fit an. 503.

4. Lvpvs sedit in Cathedrâ Augustanâ anno 755.

5. S. Gratvs Lacedæmonensis Græcus & illustri genere satus, postquam Athenis liberaliter disciplinis fuit instructus, diuinarum rerum studio accensus Ephesum profectus, adhuc adolescens monasticum induit habitum, vbi breui ad regularis obseruantiæ, & doctrinæ perfectionem peruenit, vt cæteros virtutibus omnibus anteiret ac diuinarum Scripturarum interpres esset; ad Concilium, quod tunc in Græciâ celebrabatur vocatus, ob eruditionis præstantiam in eo Magni cognomen adeptus est. Ab eodem Concilio ad Carolum Magnum Imperatorem pro Ecclesiasticæ pacis reformatione legatus est, eâque fœliciter perfunctus, Romam ad Leonem III. Pont. se contulit. Obierat per id tempus Augustæ Prætoriæ Episcopus, quòd cùm Gratus in æde S. Mariæ ad Martyres orans didicisset, & Leoni narrasset, innitus ab eodem ad Episcopatus apicem assumitur; Augustam peruenit, populum in pluribus aberrantem doctrinâ & exemplo expurgauit, Ecclesiasticam disciplinam restituit, auxitque diuinum cultum. Sanctorum Martyrum Mauricij sociorúmque eius reliquias sordido in loco ad Rodani fluminis ripas iacentes, diuino monitu vnà cum sancto Theodulo Sedunensi Episcopo in Agaunensi cœnobio reposuit, partem aliquam Sedunum & Augustam detulit, ac in Cathedrali honorificè recondidit ad altare in eorum nomine erectum, adhibito perpetuo censu pro quatuor Sacerdotibus, vt in eo sacrum quotidie agerent. Tandem Gratus in vitâ & morte miraculis cōspicuus obdormiuit in Christo 7. Idus Sept. Illius nomine circumferuntur Acta legendæ eius vitæ vbi miranda quædam narrantur: meminit illius quoque Galesinius, Ferrarius in Catalogo, aliuque cùm Cabilonensi Episcopo in Topographiâ, quem pro Grato, Gracchum appellat.

6. S. Iocvndvs ii. superioris Pontificis discipulus extitit, qui ex Campo castro Augustensis agri, honestis & piis parentibus prognatus, à puero literis, moribúsque à S. Grato excultus, eidémque in Episcopatu successor lectus est circa annum 810. 810.
Suscepto pastorali munere, illud summâ vigilantiâ cœpit exercere, pauperum curæ, diuino cultui, gregi benè pascendo semper intentus. Multo tempore sanctè, & prudenter hanc rexit Ecclesiam, beatóque fine vitam expleuit 3. Cal. Ianuar. Corpus propè suum magistrum & decessorem Gratum sepulturæ traditum est multis coruscans miraculis. Solemni ritu dies eius celebratur apud Augustenses qui anno Domini MCCCCXLIX. 7. Aug. Iocundi capitis inspectione aquarum multitudinem euaserunt in valle apud ciuitatem iam penè absorpti. De eo mentio in vitâ S. Grati habetur, cuius etiã meminit Ferrarius in Catalogo. Iucundi socius & Grati item discipulus fuit S. Vrsus, quem nonnulli Augustensem Episcopum faciunt, cùm reuerà tantum Presbyter Regularis fuerit, de quo agitur in actis Sanctorum Theonesti & Albani: mendum enim est, nam hic Augustensis Confessor fuit; ille verò qui beatorum Theonesti & Albani socius, extitit Martyr.

7. Ratbornvs interfuit electioni Caroli Imper. ab Italici regni Episcopis & optimatibus Papiæ an. 876. vbi subscripsit Synodo Ticinensi. 876.

8. Gratvs ii. anno 880. adstitit reuelationi corporum S. Mauricij & Agaunensium Martyrum cùm Theodulo Sedunensi Antistite, vt docent tabulæ Agaunenses: de quo Præsule nulla apud Historiam Pedemonrij, neque Vghellum habetur mentio. 880.

9. S. Gallvs quem beatum appellant, de quo nullum aliud monumentum in scriniis Augustanæ Ecclesiæ extat præter ipsius corpus, eo loco quo Grati conditum in monasterio S. Vrsi habet huiusmodi epitaphium:

Hic requiescit in pace sanctæ memoriæ Gallus Episcopus qui vixit in Episcopatu annos 17. menses 11. dies XX. *D. P. sub D. 3. Nonas Octobris, Duodecies P. C. Paulini Iunior.* V C. *indict* 10.

10. HVGO, de eo mentio in tabulis eiusdem Ecclesiæ.

11. GRIPHO post Hugonem reperitur in dicto cartophilacio.

12. ANSERICVS habetur eius no-
920. men in membranis anni 920.

13. LVITTIFREDVS sub Vualperto Mediolanensi Archiepiscopo prouinciali Concilio interfuit an-
966. no 966.

14. BOSO I. anno 980. contemporaneus B. Bernardi de Menthonâ Archidiaconi Augustæ, fundaroris monasterij & xenodochiorum Alpium Penninarum & Graiarum; quo ad-
1008. huc viuente Bernardus obiit 1008.

15. ANSELMVS I. vixit anno 1014.

16. ANSELMVS II. Episcopatui Augustensi præpositus est, quem fortè cùm superiori eumdem esse putat Vghellus; subscripsit Concilio Ansæ non longè ab Arari celebrato à Burcardo Lugdunensi Archie-
1025. piscopo ann. 1025. quem ante adeptam Metropolim vult fuisse Episcopum Augustensem in suâ Chronologicâ Historiâ Saluciensis Episcopus; sed iste Augustanus Antistes Burcardus alius est à Lugdunensi, vt liquidò produnt verba Glabri Rodulphi lib. 5. cap. 4. vbi ait: mortuo Burcardo S. Odilonem Cluniaci Abbatem Lugdunensem Archiepiscopatum recusasse, vbi, & de altero Burcardo inuasore qui Pontificatum impotenter ambibat, verbis istis meminit: *Fuit dissensio permaxima post mortem Burchardi Lugdunensis Archiepiscopi, de Præsulatu ipsius, primus omnium prædicti Burchardi nepos, eiusdem æquiuocus, supra modum superbissimus, relictâ Sede propriâ Augustanæ ciuitatis procaciter Lugdunensem arripuit, qui post multas perpetratas nequitias captus à militibus Imperatoris perpetuò est condemnatus exilio.*

1040. 17. AVGVSTINVS, eo sedente anno 1040. Humbertus Comes Maurienæ, dono dedit sacello B. Mariæ Cathedralis Ecclesiæ dominium, merúmque imperium Lociæ Duliæ pro duabus partibus, pro alia verò parte cœnobio SS. Petri & Vrsi.

18. BOSO II. quem Augustinus ab Ecclesiâ refert vixisse an. 1086. & 1099.

19. GVILLELMVS DE SALA De Sala.
de Cheurier sedit circa an. 1126. hic 1126.
legauit Episcopali mensæ feudum nobile de la Palu.

20. ARNVLPHVS ex Priore S. Vrsi Canonicorum Regularium extra mœnia ciuitatis, Episcopus Augustensis creatur post an. 1133. aliis 1140. fuisse virum sanctissimum traditione affirmant, iacet in eodem suo Cœnobio.

21. HVGO præfuit an. 1146. 1146.

22. AYMO DE QVARTO, le- De Quarto.
gauit an. 1176. Cathedrali Ecclesiæ refectionem annualiter in die Cœnæ Domini, vt compertum est in tabulis.

23. VVALPERTVS 1186. cuius mentio extat in priuilegio concesso Augustanis ciuibus à Thomâ Maurianensi Comite an 1188. item in alio priuilegio Frederici I. Imp. Aymoni Ar-
chiepiscopo Tarantasiensi 1186. 1186.

24. GERMANVS anno 1189.

25. IACOBVS DE PORTIA I. hu- De Portia
ius Ecclesiæ Episcopus anno 1216. 1216.
Translatus deinde est ad Ecclesiam Astensem 1219. de quo Vghellus plura in suis Episcopis Astensibus.

26. BONIFACIVS DE VALPER- Valpergue.
GVE II. ex Comitibus Valpergiæ, Prior regularis S. Vrsi, Episcopus Augustensis electus, vitam duxit pasto-
re dignissimam. Obiit an 1213. cuius 1213.
corpus magnâ in veneratione habetur.

27. PETRVS DE BOGA I. vel Boga.
de Socolis, seu vt alij volunt de Palatio, tamen longè diuersus est ab isto; hic xenodochium Stapularum erexit,
ac dotauit, sedit an. 17. mortuus 1259. 1259.

28. PETRVS DE PALATIO II. suc- Palatio.
cessit cùm esset Prior Regularis S. Vrsi rexit an. 5. obiit 1272.

29. Simon, huius Ecclesiæ deli- A
1272. gitur Episcopus an. 1272. auctor generalis eleemosynæ 1278. quæ quotidie horâ primâ egentibus erogatur in Episcopali palatio, idcirco appellatus pater pauperum, decessit an 1283.

Bersato-ribus. 30. Nicolavs de Bersatoribvs i. Pinarolensis Pedemontanus, electus an. 1283. fundator Capellaniæ S. Mariæ Magdalenæ, sedit annis 19. & decessit an. 1301.

31. Aymericvs, siue Emericvs, qui & Limericus de Qvarto, B
1302. consecratus Bugellæ 1302. ex Priore S. Vrsi Canonicorum Regularium: ob vitæ probitatem inter beatos à Pennotto recensitus, mortalitatem expleuit anno 1303.

De quarto 32. Petrvs de Qvarto, iii. frater Aymerici, ei suffectus est eo-
1303. dem anno 1303. ex Præposito Cathedralis Ecclesiæ, defunctus anno 1308. quem post duos annos Iacobus de Quarto nobilis, & potens miles Aymerici & Petri parens insequutus est.

33. Fridvtivs dominus Pontis S. Martini, post Petrum fuit huius C Ecclesiæ Pontifex, quam per multos annos benè administrauit. Obiit verò 1326.

Bersato-ribus. 34. Nicolavs de Bersatoribvs ii. Nicolai superioris nepos, Fridutio vitâ defuncto Episco-
1327. pales infulas an. Christi 1327. suscepit, consecratus die 22. Septembris à Bertrando Archiepiscopo Tarantasiensi, assistentibus Palladio Eporediensi, & Guidone Taurinensi Episcopis, sacellum S. Thomæ Cantuariensis in palatio Episcopali fundauit, omnia mobilia sua Capitulo legauit, & refectionem quæ fit in solemnitate D Corporis Christi, perpetuò donauit. multas an. 1351. habuit contentiones cùm Officialibus Comitis Sabaudiæ, quem etiam hoc anno Vallem Augustam ingredientem solemniter excepit & in ædibus Episcopalibus hospitatus est. Qui etiam cùm sedi suæ laudabiliter annis plurimis præfuisset,
1361. moritur anno 1361.

Chalant 35. Bonifacivs de Chalant ii. Augustanus, patriæ Episcopus fuit, videtúrque longè diuersus ab alio Bonifacio Valpergio de quo supra: ortus erat ex dominis de Challant, Prior S. Vrsi viuebat, anno 1369. 1369.

36. Aymonettvs anno 1375.

37. Hvmbertvs de Chiverono ex Episcopo Augustensi, factus est Tarantasiensis Metropolita 1377. ex registris Vaticani, de quo nulla mentio apud Vghellum. Chivron.

38. Iacobvs Ferrandini, ii de sancto Marcellino, Prior S. Iacobi Regularis Augustensis iuxta mœnia, consecratur vltimâ die Maij 1377. sa- 1377.
celli Sanctorum Grati & Antonij in Cathedrali fundator ac dotator, Cathedralem Ecclesiam exornauit, magnam basilicæ crucem sacrauit anno 1397. die 10. Aug. pluráque sua bona eidem reliquit: ac postquam rexit annis 24. moritur 1399. Ferrandini.

39. Petrvs Sonarii iv. Camberiacensis, Ordinis Minorum insignis Theologus, electus est 1400. 1400.
eodem anno consecratus die Conuersionis S. Pauli Apostol. à Iacobo Vercellensi, & Bonifacio Eporediensi Episcopis. Minorum Camberiacense & Augustense monasteria, mirum in modum auxit, Ecclesiæ Cathedrali pastorale baculum argenteum donauit: synodum celebrauit, in quâ ne quis intra quadraginta passus circa Ecclesias suæ diœcesis ludos exerceret, indixit: solemnitatem sancti Grati constituit hoc edicto. *Nos frater Petrus Episcopus Augustensis inter cætera ordinamus, quòd meritis B. Grati Confessoris Patroni huius Ecclesiæ nostræ Cathedralis, cuius corpus in ipsâ Ecclesiâ existit canonicè, opinione communi fulgura repelluntur à territorio totius nostræ diœcesis Augusten. ordinamus quod festum ipsius sancti in qualibet Ecclesiâ nostræ diœcesis solemniter celebretur die 7. Septemb. quolibet anno, & ab omni opere similiter cessetur, an. 1407.* 1407.
die x. Maij. Hic Canonicos suos dispersos per ciuitatem ædificiis proprio ære aut emptis aut à fundamentis extructis in circuitu Ecclesiæ reduxit. Vndecim annis Pontificatui præfuit: mortuus an. 1410. Huius non meminit Lucas Wadingus in suis Minorum Annalibus; eiusdem tamen oblitus in lib. Oblig. Cam. Ioannis 22. Papæ habetur. Sonar.

Conflito. 40. Ogerivs vel Avgerivs de Confletto ex Archidiacono Augustensis Ecclesiæ, in aulâ Pontificiâ Referendario à Ioanne XXII. inauguratus Episcopus 2. Idus Ianua-
1411. rij 1411. ex libro promot. Prælat. hic ædificauit Sanctorum Ioannis Euang. & Christophori Capellaniam in Cathedrali. Partem ossium beat. Grati & Blasij Amedeo Sabaudiæ Comiti elargitus est anno 1429. translatus deinde ad Ecclesiam Maurianensem in Sabaudiâ anno 1433. in quâ obiit & sepultus est cùm hoc epitaphio. *Hic iacet in Christo Pater & Dominus, Dominus Augerius Episcopus Maurien. qui obiit 11. Ianu. MCCCCXL.*

Salucis. 41. Georgivs de Salvces ex Marchionibus Salutiarum, Eustachij domini vallis Granæ & Montis Oroxij filius, renunciatur Episcopus
1433. an. 1433. In Concilio Basileensi vnus ex electoribus pro Italicâ natione, & pro eodem ad Regem Siciliæ Legatus: fuit Ludouici Sabaudiæ Ducis Consiliarius, & ad Ecclesiam Lausanensem translatus.

Pingon. 42. Ioannes de Pingono, al. aliis de Pringin ex dominis Bringini & Graffiti, ac Episcopo Lausanensi permutationis gratiâ ad hanc
1444. Sedem translatus, archiuium confecit, curauitque fieri magnificum loculum argenteum S. Grati, cui stipem non contemnendam contulit: mortuúsque est an. 1444.

Christa 43. Iacobinvs de Christa de Donice, ex Canonico & Archidiacono Augustensi breuissimus huius Ecclesiæ fuit Pontifex, habuítque fratrem germanum Iacobum olim eiusdem Ecclesiæ Archidiaconum.

De Pras. 44. Antonivs de Pras, vel de Prato, successit Iacobino eodem anno 1444. cuius memoria habetur in concordiâ initâ inter Ludouicum Sabaudiæ Ducem, & Franciscum Sfortiam 1450. ipsémet transegit cùm eodem Ludouico in loco S. Genesij Augustensis 1452. sedit annis 19.
1463. defunctúsque est 1463.

45. Franciscvs de Praz Antonij prædecessoris ex fratre nepos, successit anno 1463. Capellaniam in honorem S. Gregorij Papæ in Cathedrali instituit è regione maioris altaris, in quâ anno Dom. 1511. tumulatur. 1511.

46. Hercvles Vberti filius, ex Marchionibus Ponzoni domini Azzelij, vir doctus, Episcopus electus anno 1511. in Concilio Lateranensi sess. 3. pro Carolo Sabaudiæ Duce Orator, cuius & Consiliarius fuit. Eporediæ moritur anno 1515. ibidem sepultus extra muros in Augustinianorum æde. 1515.

47. Amedevs Bervtvs de Montecalerio, Iuris vtriúsque peritissimus & egregiâ virtute præditus, vrbis Gubernator Leone X. Pontifice. Sub eodem iam Episcopus huius Ecclesiæ consecratus 1515. Lateranensi Concilio interfuit sess. 12. Ecclesiasticæ libertatis acerrimus propugnator, pro quâ non semel à suâ Ecclesiâ exulauit. Padaci Eporediensis diœcesis mortalitatem expleuit an. 1525, & in Augustinianorum æde propè prædecessorem sepultus est. Vacauit tunc sedes annis ferè tribus. Bervtiers. 1525.

48. Alvarvs Rodinvs electus Episcopus Augustensis, qui antequam inauguraretur liberè onus Pontificium excussit die 23. Ianuarij 1528. ita Acta Consistorialia.

49. Petrvs Gazonivs v. ciuis Vercellensis & Canonicus Lateranensis, magni animi vir, magna incommoda sustinuit postquam 1528. De Gazin. 1528.
die 23. Ianuarij ad hunc Episcopatum vocatus fuisset à Clemente VII. Papâ. Eo enim Præsule Heluetij Banniam Vaudi & Baylliuatum Callatij irrumpunt, quâ occasione Lausanensis & Gebennensis Ecclesiæ in Caluini errorem fuerunt seductæ, nec parùm detrimenti passa est Augustensis finitima diœcesis. Ad incendium accurrit Antonius de Leiuax de Camberiaco, Bailliuus Augustanæ Vallis, & Petrus Episcopus; ille turrem munitissimam exædificauit ad reprimendos peruagantes milites, hic verò Petrus diligentem instituit suæ diœcesis lustrationem verbo, exemplóue in Catholicâ doctrinâ confirmauit fideles, seductos expulsit, fugauitque à suâ ditione, Episcopatum rexit annos 28. 1556.
mortuus an 1556.

BOBBA. 50. MARCVS ANTONIVS BOBBA Alberti nobilis Patricij Casalensis filius, omnium scientiarum genere cultissimus, Taurinensis Senator ab Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce allectus, mox Pinarolij, Secusiæ, & Caramaniæ Abbas, à Paulo IV. defuncto Petro Augustensis Episcopus
1557. electus est an. 1557. die 7. Iunij. In Tridentinâ Synodo duplici munere Episcopi & Oratoris eiusdem Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis egregiè functus, orationem elegantissimam in eâ habuit, ac disputatione institutâ deuicit hæreticum quemdam doctissimum. Erat enim eloquentissimus, poëtices peritus, consilio, magnóque in rebus omnibus ingenio præditus. A Pio 4. in gratiam Sabaudiæ Ducis & ob egregia Marci Antonij merita anno 1565. Presbyter Cardinalis tit. S. Siluestri creatus. Augustensi præfuit Ecclesiæ annis 11 eámque anno 1568. resignauit. Migrat ex hoc seculo an. 1575. 15. Cal. April. Sepultus Romæ in Ecclesiâ S. Mariæ Angelorum non longè à Pij IV. monumento nullâ inscriptione sepulchrali. Cuius laudes vberrimè texuit Petramellarius, Filiuccius, & carmina quædam edita sunt tomo 2. Illustrium Poëtarum Italorum.

FERRAGATTA. 51. HIERONYMVS FERRAGATTA Ordinis Eremitarum S Augustini, ex Episcopo Viren. & Suffraganeo Montis Regalis, Episcopus Augustensis efficitur per dimissionem Cardinalis
1568. Bobbæ anno 1568. 30. Aprilis, præfuit annis 4. non integris tamen; obiit anno 1572.

GROMIS. 52. CÆSAR GROMIVS Taurinensis, Guillelmi Generalis Finantiarum Sabaudiæ filius, eligitur Augustensis Episcopus 1572. 19. Nouembris. Anno 1574. interest solemnibus exequiis Taurini Margaretæ Valesiæ vxoris Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ.

LASCARIS 53. HONORATVS LASCARVS ex Comitibus Vintimiliæ, & dominis Brigæ, inter huius Ecclesiæ Præsules collocatur ab Augustino ab Ecclesiâ
1582. post Cæsarem circiter annum 1582.

GOTTOFREDVS. 54. IOANNES GOTTOFREDVS ex dominis Ginodij in Valle Augustanâ, Decano tum Episcopo Bellicensi; ad hanc Ecclesiam translatus anno 1590. Hic relliquias S. Mauritij Thebanæ legionis Tribuni ex Agaunensi Abbatiâ, Sedunensis diœcesis, transtulit Augustâ, deinde Taurinum, & in Metropolitanâ Eccl. collocauit, Carolo Emanuele Duce mandante die 3. Ianuarij 1591. Caluinianam hæ- 1591.
resim in regione Augustanâ grassantem verbo, exemplo, & auctoritate extinxit. Sedit Ioannes in hac Ecclesiâ annis ferè quinque.

FERRERII. 55. BARTOLOMÆVS FERRERIVS, Thomæ filius, Montis-regalensis, in defuncti Ioannis locum electus Episcopus anno 1595. Huius meminit cùm laude Philippus Malabayla in historiâ imaginis B. Mariæ apud vicum Montis regalis, ex hac vitâ decessit anno
1608. sepultus in Cathedrali. Post 1608.
hunc habent, Franciscum Viualdam è Monte-regali fuisse huius Ecclesiæ Episcopum, sed in actis Consistorialibus habetur Bartholomæo successisse Ludouicum Martinum: iure ergo Franciscum Viualdam expungimus ab hac serie.

MARTINI. 56. LVDOVICVS MARTINVS Niciensis, vir doctus, linguarum peritissimus, bonísque moribus præditus, immediatè successit Bartholomæo, à Paulo V. creatus anno 1611. 1611.
vltimâ die Ianuarij: sub hoc Præsule corpus S. Iocundi Episcopi reconditum fuit in loculo argenteo miro opere fabrefacto; hic autem Patres Capucinos in regionem introduxit. Præfuit laudabiliter annis 13. Euocatus ex hac mortali vitâ anno 1624. 1624.

VERCELIN. Coupé d'argent & d'azur, chargé d'vne grenade au naturel.

57. IOANNES-BAPTISTA VERCELIN ciuis & Canonicus Vercellensis, Archiepiscopi Taurinensis Generalis Vicarius, successit Ludouico, ad hanc dignitatem vocatus ab Vrbano VIII. Pontif. Opt. Maximo anno 1624. Admisit Patres Societatis Iesu & Sorores Visitationis.

AVRE-

AVRELIANENSES EPISCOPI.

Orleans, sur la Loire.

EAVGDVNENSIS Quartæ Senoniæ vrbs insignis Aurelia ad Ligerim, sedes olim regia vbi Genabum fuit, cuius mentio in Commentariis Iulij Cæsaris de Bello Gallico, oppidum inquit, Carnutum Genabum, in cuius nominis inuestigatione qui Giemum interpretantur, multa habent opposita argumenta. Ciuitas Aurelianorum dicitur in plerisq; Notitiis Prouinciarum Galliæ, Aurelianis Idacio, quam Sidonius Apollinaris in Epistolis primus Aurelianensem vrbem dixit: Genabū vocat Aimoinus præfatione ad Gesta Francorum, & Herricus poëta ad Karolum; vnde in antiquis etiam codicibus Genabi Præsules appellantur: quamobrem haud temerè viri docti, Genabum quod à Cæsare expugnatum, direptum & incensum est, Aureliam affirmant, quam ab Aureliâ matre Cæsaris parùm verisimile est vocitatam fuisse, cùm Strabo de Aureliâ nihil loquatur, ab Aurel. Imperatore nuncupatam putat Otho Frisingensis lib. 4. cap. 41. id improbat Glaber Rodulphus c. 6.l.2. Hist. cùm ait: *Fuit Aurelia ciuitas antiquitùs, vt est in presentiarum Regum Francorum principalis sedes Regia, scilicet pro sui pulchritudine, ac populari frequentiâ, necnon & telluris vbertate, perspicuique irrigatione fluminis. Ex Ligeri quippe sibi congruo etiam flumine agnomen habet inditum, dicitúrque Aureliana, quasi ore Ligeriana, eo videlicet quod in ore eiusdem fluminis ripa sit constituta, non vt quidam minùs cauti existimant, ab Aureliano Augusto, quasi eam ipse ædificauit, sic vocitatam, quin potiùs ab amne, vt diximus, quòd rectiùs veriúsque illi congruit.* Porrò hæc ciuitas oportunissimo loco & diuite frumentis, vineis, syluis, sita iuxta nobilissimum Galliæ fluuium Ligerim, mirum in modum aucta est & decorata viis publicis lapide straris, vndequaque ad vrbem confluentibus, domibus & templis elegantibus, plateis speciosis, ambitu murorum amplo, in formam arcus, munitur turribus quadraginta, portis octo patet, ponte iungitur suburbiis, vbi erecta est Puellæ Aurelianensis Ioannæ d'Arçiæ effigies insignis ærea, quòd eam vrbem Anglis validâ obsidione vallatam liberauerit: portu gaudet tuto, vasto, amœno, merces à totâ ferè Galliâ accipit, & transmittit: ditescit præcipuè commercio, & transitu perpetuo externorum copioso, cùm ad eam vt centrum Galliæ, ex omnibus regionibus accedatur. Post Romanos paruit Gallis Principibus, ab Hunnis obsessa, per Childericum Francorum Regem expugnatur, Clodemirus Clodouei 1. filius Aurelianis regni sedem adeptus, tum Clotarius frater, & nepos Guntramnus Rex Burgundiæ, deinde Childebertus & eius filius Theodoricus apud Fredegarium Scholasticum: perpetuo autem Coronæ Gallicæ adiungirur, donec anno 1344. Rex Philippus Valesius natu minori Philippo Aureliæ Ducatum concessit, tùm verò à Regum fratribus ferè semper in appanagium, vt vocant, possessus est, quo etiamnunc fruitur Gasto Ioannes Bapista Dux Aurelianensis, Regis Ludouici 14. patruus. Quod spectat ad gubernationem, Præsidialis Tribunal habet, Quæstorum societatem, & Vniuersitate nobili pollet ab antiquo, è quâ viri eruditi in omni genere scientiarum prodière: eam frequentant Germani, tum vt scientiis incumbant, tum vt linguam Gallicam addiscant. Celebris est etiam Aurelia propter synodos quinque sexto sæculo à Patribus Gallicanis celebratas; viginti & duo parochias continet, præter alias quatuor, Collegiatis Ecclesiis annexas, Religiosæ familiæ virorum & Sanctimonialium plures institutæ in vrbe. Insignis autem est basilica maior S. Cruci dicata, Senonensis olim Archiepiscopatus Suffraganea, at nunc sub Metropoli & Parlamento Parisiensi: à primis sæculis templum celebre, quod Arnoldus Episcopus restaurauit magnificè, supersúntque adhuc eius rudera quæ magnam redolent vetustatem. Anno 1289. nouum eius ædificium cœptum est magnificâ certè arte elaborâtum; cuius tholus & fornices ex parte à Segregibus diruti sunt, Hen-

ricus 4. seruatis fundamentis rursùm regiâ liberalitate refici & restaurari curauit, & primum structuræ lapidem imposuit, vt constat ex tabulâ affixa. Columnæ assurgunt ad centum pedes, piramis autem plumbo aurato eminebat supra columnas, alta ducentis & viginti pedibus, quâ non altior extabat in Galliâ. Ludouicus XIII. opus inchoatum ab Henrico multùm promouit, & pyramis restaurata absoluitur ingentibus sumptibus. Eam basilicam nobilem S. B Bernardus vocat, Gregorius 7. Papa vnam ex nobilissimis Galliæ Ecclesiis, & Petrus Venerabilis lib. 1. epist. 11. ad Papam Innocentium his verbis scribit: *pro Aurelianensi Ecclesiâ paternam pietatem conuenio. Rogo vt amore Crucis Christi, cuius nomine & vexillo eadem Ecclesia singulariter gloriatur, eius calamitatibus subuenire dignemini: vt quæ passionibus Christi per patientiam secundùm Apostolicum communicans, duris & diutinis tribulationibus fatigatur, vestrâ piâ tandem prouisione releuetur.* Collegium Ecclesiæ Canonicatus habet 59. cùm dimidio, Dignitates 12. qua- C rum primicerius est Decanus electiuus à Capitulo, cæteræ autem sunt in omnimodâ collatione Episcopi, videlicet Subdecanus, Cantor, Archidiaconi Pithiuerensis, Belsiæ, Sigaloniæ, Balgenciaci & Solliaci, Scholasticus, Succentor, Pœnitentiarius, & Archipresbyter. Sub quibus Archidiaconatibus 272. parochiæ. Hoc autem priuilegio gaudet ab antiquo Episcopus, vt die solemnis ingressus in vrbem à Baronibus diœcesanis & feudatariis in cathedrâ deportetur: nempe d'Yeure le Chastel, de Sully, de Cheray, d'Acheres, & D de Rougemont, & captiuos quoscumque præter reos læsæ maiestatis ergastulis liberet. Antiquum illum morem indicat Iuo Carnotensis Episcopus ad Sanctionem Aurelianensem Episcopum scribens: *Audiui*, inquit, *quod Clericum illum in die vestri introitus secundùm morem vestræ ciuitatis nostrâ exhortatione de carcere liberastis.* Originem illius consuetudinis, in vitâ S. Aniani Episcopi, memoriæ proditam ferunt, quod priuilegium ad nostram vsque ætatem perpetuò Episcopi retinuerunt, Regúmque Francorum diplomatibus confirmatum ha-

A ctenus seruant in reos omnes, seu diœcesis, seu alterius prouinciæ, dummodo carceribus inclusi teneantur; nam vti memorat Papirius Massonus in Historiâ Calamitatum Galliæ, longiùs haud morem repetens an. 1502. Christophorus de Brillac solemni pompâ inuectus vrbem, reis hanc gratiam impertitur, vti ex actis publicis liquidò constat: tum à Germano de Ganayo successore, mox ab Antonio Sanguin Cardinale Meudonio, indéque à Ioanne Episcopis, qui mos item obseruatus in ingressu Alfonsi d'Elbene moderni Antistitis: Solent igitur Magistratus illo die solemni & Quæstores scelerum, solutos carceribus omnes reos ducere, venientique Episcopo obuiam ire, qui solemni pompâ ingressum vrbem præcedunt supplices, & quantâ possunt voce deprecantur vitam, deductúmque ad templum vrbis religiosissimum, ac inde in publicam Episcopalem domum comitantur; & conuiuio ab illo excepti, deinde verbo admoniti vt in posterum sapiant, indulgentiam obtinent, & restituuntur pristino honori, famæ, fortunisque omnibus, præstitâ tamen aduersariis ciuili æstimatione damni. Hactenus Massonus. Nunc recensendæ Abbatiæ quæ in eâ diœcesi reperiuntur:

S. Evvertii *in vrbe* O A.
Saint Euuerte.

Floriacensis O B.
S. Benoist de Fleury sur Loire.

Miciacensis O B.
S. Mesmin de Micy.

Balgenciaci *Baugency* O A.

Curiædei *La Cour Dieu* O C.

Locidei *fœm. Lieudieu* O C.

S. Lupi *S. Loup les Orleans* O C.

De Vicinis *de Voisines* O C.

Episcoporum Aurelianensium Annales Ecclesiasticos Carolus Saussеius Theologus Parisiensis & Decanus Aurelian. exarauit, hoc opere de

Ecclesiâ suâ & patriâ optimè meritus. De Præsulibus qui in eâ Sede floruerunt, déque aliis vrbis ac diœcesis antiquitatibus diffusam Historiam Gallicè edidit Symphorianus Guyon S. Victoris Aurelianensis Curatus, ex cuius ac Saussęij eruditis lucubrationibus, aliísue passim monimentis & Scriptoribus, nostra series quàm modò dabimus cumulata in lucem prodibit.

1. S. ALTINVS primus Aurelianensis Episcopus, Ecclesiasticis fastis inscribitur, de quo plura videre est apud eosdem Historiæ Ecclesiasticæ Aurelianensis auctores.

2. ALITVS, vel Alixitus, aut Alipitus.

3. AVSPICIVS.

4. DIOPETVS interfuit Conci-
346. lio Agrippinensi anno Christi 346.

5. DESINIANVS.

6. S. EVVRTIVS Romanus origine, vti tradunt veteres legendæ, de cuius vitâ prolixiùs lege Saussęium & Guyonium, apud quem dicitur migrasse ad Christum 7. Septemb. anno
390. 390. corpus conditur in æde S. Mariæ in agro Tetradij viri Præfectorij, nunc Abbatiâ S. Euurcij in vrbe.

7. S. ANIANVS ab Euurtio virtutum insignibus declaratur successor: nam quemadmodum de eo ait Greg. Turon. lib. 2. Hist. cap. 7. *Attila Chunorum Rex à Metensi vrbe egrediens Aurelianis adgreditur, eámque maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatissimus Anianus in supradictâ vrbe Episcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. Cúmque inclusi populi suo Pontifici quid agerent acclamarent, ille fisus in Deo, monet omnes in orationem prosterni, & cùm lachrymis præsens semper in necessitatibus Domini auxilium implorare. Denique his, vt præceperat, deprecantibus, ait sacerdos; aspicite de muro ciuitatis si Dei miseratio iam succurrat. Suspicabatur enim per Domini misericordiam Aëtium aduenire, ad quem & Arelatem abierat: intereà iam trementibus ab impetu arietum muris, iámque ruituris, ecce Aëtius; & Theudo Gothorum Rex, ac Thorismondus filius eius, cùm exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, aduersúmque hostem reiiciunt, repelluntque. Itaque liberatâ obtentu B. Antistitis ciuitate, Attilam fugant, qui Mauriacum campum adiens, se præcingit ad bellum.* Sanctus ergo Episcopus testimonio Gregorij vrbem Aurelianorum ab Attilæ Hunnorum Regis sæuitiâ liberauit, quòd passim ab omnibus Historicis, & in vitis Aniani celebratur; qui obdormiuit in Domino 17. Nouemb. an. 453. tumulatus in 453.
æde S. Petri Apostoli, nunc dictâ ab eius nomine Regalis Collegiata S. Aniani in vrbe.

8. S. PROSPER celebris sanctimoniâ vti testantur publicæ Ecclesiarum tabulæ, quibus præconium eius annis singulis 5. Calend. Augusti in Ecclesiâ decantatur; successisse autem Aniano an. 453. palam est ex epistolâ Sidonij Apollinaris lib. 8. ep 15. quæ sic habet: *Sidonius Domino Papæ Prospero salutem. Dum laudibus summis S. Anianum maximum, consummatissimúmque Pontificem, Lupo parem, Germanoque non imparem, vis celebrari, fideliúmque desideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: cui etiam illud non absque iustitiâ gloriæ datur, quòd te successore decessit: exegeras mihi vt promitterem tibi Attilæ bellum stilo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis vrbis obsidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio: & illa vulgata exaudiri cœlitus sacerdotis vaticinatio, continebatur. Cœperam scribere, sed operis arrepti fasce perspecto, taduit inchoasse, propter hoc nullis auribus credidi, quòd primùm me censore damnaueram. Dabitur vt prospero precatui tuo, & meritis Antistitis summi, quatenus præconio suo sub quacumque & quidem celeri occasione famulemur. Ceterùm tu creditor iustus, laudabiliter hoc imprudentiæ temerarij debitoris indulseris, vt quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur irrepossibile. Memor nostri esse dignare, domine Papa.*

9. MAGNVS, præter nomen in tabulis Aurelianensibus nihil habetur de illo explorati.

10. FEBATVS.

11. GRATIANVS.

12. S. MONITOR, de eo Martyrologia Bedæ ad Romanum, Appendix Heriberti Rosuueidi ad Martyrologium Adonis, & additiones Molani ad Vsuardi Martyrologium: cuius dies festus colitur 4. Idus Nouembris.

13. FLOSCVLVS, eius mentionem faciunt Vsuardus, Petrus de Natalibus lib. 2. Martyrologium Romanum, Baronius; cuius festiuitas item celebratur 3. Non. Februarij.

14. DAGO.

15. EVSEBIVS interfuit Conci-
511. lio 1. Aurelianensi an. 511. iussu Chlodouei 1. Regis celebrato, vbi actum est de rebus Ecclesiæ Gallicanæ in conuentu 32. Episcoporum. Ecclesiam Monasterij S. Maximini in honorem Dei & S. Stephani Protomartyris fundatam propè Aureliam, in agro Miciacensi iuxta locum amœnissimum, in quo Ligerulus fluuius in Ligerim influit, Eusebius consecrasse dicitur in Abbatiæ huius monumentis.

16. LEONTIVS chirographum
533. apposuit anno 533. Concilio 2. Aurelianensi, Childeberti fratrúmque Regum iussu celebrato 9. Kal. Iulias.

17. ANTONINVS subscripsit quoque Synodo Aurelianensi 3. an. 538. Nonis Maij.

541. 18. MARCVS viuebat anno 541. quo subscripsit Concilio Aurelianensi 4. qui falsis criminationibus Cathedrâ Pontificiâ eiectus, posteà innocens Sedi suæ restituitur, iuxta verba S. Greg. Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Apud Aurelianensem vrbem incriminato, ab iniquis Episc. Marco, & in exilium truso, magnus Episcoporum conuentus est aggregatus, Childeberto Rege* D *iubente, in quâ Synodo cognoscentes beati Episcopi, hoc esse vacuum quod contra eum fuerat mussitatum, eum ciuitati & Cathedræ restituunt.*

19. FELIX rexit S. Germano Parisiensi Episcopo.

20. TRECLATVS.

21. BAVDATVS.

22. RICOMERVS, cuius nomi- A ne Launoueus obseruatur subscriptus Canonibus Concilij Parisiensis 4. hoc chirographo: « Launoueus Presbyter in vicem Ricomeri Aurelianensium Episcopi constitutionem nostram subscripsi. »

23 NAMATIVS adfuit Concilijs Matisconensi 1. & 2. annis 581 & 581.
585. A Guntcramno Rege mittitur Legatus in minorem Britanniam cùm Cenomanesi Præsule, alijsque optimatibus, ad propellendas Britannorum incursiones, qui omnes Legatione obitâ reuersi sunt, præter Na-
B matium qui in territorio Andegauensi defunctus, sicuti notat Greg. Turon. lib. 9. Hist. cap. 18. *His auditis Rex dirigit illuc legationem, id est Namatium Aurelianensem, & Bertcramnum Cenomanensem Episcopum, cùm Comitibus & alijs viris magnificis. Adfuerunt etiam & de regno Chlotorij Chilperici Regis filij, viri magnifici, qui euntes in terminum Namneticum, locuti sunt cùm Vuaroco, & Vidimaclo omnia quæ Rex præceperat. At illi dixerunt, scimus & nos ciuitates istas Chlotarij Regis filiis redhiberi, & nos ipsis debere esse subiectos. His ita compositis, regressi sunt reliqui, & narraue-*
C *runt Regi quæ gesserant. Namatius verò Episcopus, dum receptis villis infra terminum Namneticæ vrbis, quas olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, pusulæ malæ ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valde confectus tædio, dum ad ciuitatem suam reuerti cuperet, infra Andegauensis territorij terminum spiritum exhalauit, corpusculum eius ad vrbem suam delatum, in basilicâ sancti Aniani Confessoris sepultum est.*

24. AVSTRINVS, Namatio suffectus apud Gregorium eodem loco, in cuius, ait, *Cathedram Austrinus Pastoris quondam filius subrogatur*; frater erat Aunarij Autissiodorensis
D Episcopi, ac inter claros Præsules annumeratur ætate Brunechildis Reginæ ab Aimoino lib. 4. Hist. Franc cap. 1. « Eâ cùm filio & nepotibus gubernante regnum, apud Gallias diuinæ virtutis gratiâ irradiati, fulserunt veluti luminaria, Etherius Lugdunensis Archiepiscopus, Siagrius Augustidunensis, Desiderius Viennensis, Aunarius Autissiodorensis, cùm fratre Austreno Aurelianensi, & Columbanus Abba: » nepotem habuit ex sorore Austregildi Lupum Seno-

num Antistitem, vt habet eius vita, A beatissimúsque Episcopus nuncupatur apud Fredegarium Scholasticum in chronico sub annum 8. Theodorici Regis, cùm scribit Bertoaldum eiusdem Maiorem Domus Aurelianis excepisse, qui à Landerico Chlotarij Regis item Palatij Magistro ad prælium inuitabatur.

25. LEODEGISILLVS.

26. LEODEGARIVS I. docet Audoenus in vitâ S. Eligij apud Surium cap 34. quod hæreticus quidam Monothelita Græcus cùm in Gallias venisset, ibique virus suum spargere cepisset, eâ occasione circiter annum
645. 645. Concilium quoddam Aurelianense celebratum est, in quo homo nequissimus à Saluio Episcopo confutatus damnatur. Sub Leodegario conditur Abbatia Floriacensis de quâ infra in Monasteriorum descriptione, & hîc Saussëius copiosè.

27. AVDO subscripsit Concilio
650. Cabilonensi anno 650.

28. GAVDO, cuius nudum nomen in dipthycis Aurelianensibus reperitur.

29. SIGOBERTVS, in membranis Abbatiæ S. Maximini Miciacensis, in priuilegio Imperatoris hæc de eo inserta sunt verba: Habet præ-
» fatus locus, ante S. Anianum Eccle-
» siam S. Maximini cùm Burgo & sibi
» pertinentibus villulis in Belsicâ, Se-
» leniaco, Gurgiâ, Montelimulio,
» quam Ecclesiam Sigobertus Episco-
» pus in agro iuris sui construens, præ-
» dicto Miciacensi loco dedit.

30. SEVERICVS.

31. BALDACVS in omnibus vulgatis Episcoporum elenchis ei suffectus annotatur.

32. ADAMARIVS seu Audematus.

33. LEODEGARIVS II. de quo dubitat Saussëius an idem sit cùm Leodegario primo.

34. LEODEBERTVS.

35. SVAVARICVS S. Eucherij patruus, cuius Pontificatum denotant acta S. Eucherij apud Surium tom. 1. his verbis: *Eo tempore Suauaricus Eucherij patruus, qui Aurelianensis Ecclesiæ populum Pontificali honore fultus regebat, ex hac luce migrauit.* Et infra: *qui missi erant ex ciuitate Aurelianensi ad Carolum Martellum super morte Suauarici, ita illum conueniunt. Domine & Princeps inclyte quæsumus, vt iis quæ plebs Aurelianensis tibi suggeri voluit, auditum clementer accommodes. Dominus & Pastor noster venerabilis Suauaricus vocante Domino de hoc mundo migrasse* B *cognoscitur.*

36. S. EVCHERIVS Aureliæ natus, auunculo successit, vti Acta eius vitæ ab Auctore coætaneo conscriptæ indicant: Obsecramus tuæ pie- "
tatis clementiam (Caroli Principis) "
vt nepotem eius Eucherium famulis "
tuis plebi Aurelianorum Pontificem "
iubeas constitui. Ille verò postula- "
tionem eorum benignè suscipiens, "
disponente Domino ratum habuit "
quod ab eo humiliter poscebant, at- "
que ex aulâ suâ virum fidelem misit, "
qui B. Eucherium è cœnobio in quod "
se contulerat, euocaret, & ad vrbem "
C Aureliam perduceret vt ibi Episcopus "
ordinaretur: accersiti vicinarum ci- "
uitatum Episcopi, omnísque Clerus "
& populus in Pontificali Cathedrâ "
eum Præsulem collocant. Crescebat "
interim fama eius longè latéque per "
orbem. A Carolo autem Martello "
Maiore Domus Coloniam ablegatur, inde in Hasbaniam, vbi vitæ vltimum diem clausit, in monasterio S. Trudonis humatus. Crebra porrò habetur in tabulis & Capitulis Caroli Calui mentio Eucherij, vti & in Actis memoratis vitæ de apparitione suâ Carolo Martello, quæ tamen cùm mi- D nùs legitima censeatur, hoc esto iudicium Sirmondi in Analectis ad Capitularia Caroli Calui vbi sic fatur.
De totâ hâc narratione, quæ Caroli «
Martelli memoriam infamat, liben- «
ter assentior Cardinali Baronio qui «
fabulosam arbitratur, multísque ar- «
gumentis refelli posse docet; tum «
eo maximè quòd ex vitâ S. Eucherij, «
subductis annorum rationibus, con- «
stet illum multò ante Carolum vitam «
clausisse. Mihi quidem quòd tam «
enixè fidê huic relationi adstruere au- «

» ctores nituntur suspectam ipsam facit. Ac mirum sanè non aduertisse illos, nec Flodoardum, qui eandem historiæ inseruit lib. 2. cap. 12. Pippinum in eâ Regem nominari & Fulradum Pippini Regis Capellanum, cùm exploratum sit Pippinum Regis nomen nisi decimo post Caroli obitum anno id est 741. non sumpsisse, quem ad annum peruenisse Eucherium nemo somniauit. Sunt & alia eius notæ ac saporis alia, quibus supersedeo. Hactenus Sirmondus.

37. BERTINVS.

38. ADALINVS.

39. NADATIMVS.

40. DEOTHIMVS ex Abbate Flonacensi ad Episcopatum eligitur, ex veteribus tabulis Ecclesiæ suæ quędam latifundia donauit.

41. GVIBERTVS.

42. THEODVLFVS Abbas Floriacensis, magni nominis inter Præsules Gallicanos, sub Carolo Magno C Imperatore Pontificiam sedem obti-
811. nuit: anno enim 811. subscriptus habetur testamento eiusdem Caroli. Tradunt ex Italiâ, hoc est vt opinatur Sirmondus ex Galliâ Cisalpinâ, in Gallias adductum à Carolo Magno, cui familiaris quandiu vixit, inter intimos adhæsit, & Aurelianensi Episcopatu condecoratum, quod ex eodem Theodulfo constat. Missi Dominici amplissimâ & honoratâ præfecturâ Caroli ipsius fauore item functus est in vtráque prouinciâ Narbonensi, comite Laidrado, posteà Lugdunensi Pontifice: præfecturam egregiè describit Theodulphus in Parænesi suâ D ad Iudices. Fatis functo Carolo, non pari primis annis valuit gratiâ apud
814. Ludouicum filium, cuius vitæ Auctor » ad an. Christi 814. sic loquitur. Defuncto patre missus est Rampo ad eum, » vt mortem eius maturè cognosceret, » qui cùm Aurelianam deuenisset ad » vrbem, Theodulfus eiusdem vrbis » Episcopus vir vndecumque doctissi- » mus, causam eius aduentus persensit, » & velocissimè misso perlatore Impe- » ratori innotescere studuit. Ab eodem Ludouico Stephano Papæ in Galliam aduentanti procedere iussus est anno

A 816. vt docent Theganus Chorepiscopus, Eginartus in Annalibus, 817.
idemque Scriptor vitæ Ludouici his verbis. *Imperator aduentum eius Remis sustinere statuit, cui etiam obuiam Hildebaldum Archicapellanum sacri Palatij, Theodulphum Episcopum Aurelianensem, Ioannem Arelatensem, aliorúmque ministrorum copiam procedere iussit infulis indutos sacerdotalibus.* Porrò delatus particeps coniurationis Bernardi Regis aduersùs patruum anno 817. Epi- 816.
scopatu spoliatur, atque in monasterium relegatur Andegauis, id declaB rant Theganus opere de Gestis Ludouici Pij, idem Anonimus de hac coniuratione scribens; *Erant huius sceleris conscij quamplures Clerici seu Laici inter quos Episcopos huius tempestatis procella inuoluit, Anselmum scilicet Mediolanensem, Vuolfoldum Cremonensem, sed & Theodulphum Aurelianensem.* Et post alia subdit: *Episcopos porrò hac constrictos immanitate, ab Episcopis reliquis depositos monasteriis mancipauit.* Quemadmodum autem hoc crimen constanter vsquaque pernegauit Theodulphus, ita non defuêre qui per inuidiam conflatum affirmarent, testis Modoinus Episcopus Augustodunensis cùm sic loquitur l. 4. carm. 9. inter poëmata Theodulfi.

Sæpe queror casum deflendo insontis amici,
Ore fluunt lachrymæ amnis ab ore meo.
Sæpe tuam ingeminans luxi flens ipse ruinam,
Proh dolor! amisso Præsul honore peris.
Exilium innocuus pateris pertriste sacerdos,
Inclytus expertus Præsul enorme malum.
Nonnullis prodesse solet prudentia multa
Læsus ab ingenio es, et pater ecce tuo.
Præcipuè tua magna tibi sapientia soli
Obfuit, & quod habes, triste parauit onus.

In eo carcere poëma scripsit Ecclesiasticum versibus elegiacis ad diem Palmarum accommodatum, cúmque obseruaret tempus quo Ludouicus transiret, è fenestrâ ergastuli, illud cecinit in aures eius, quibus versibus mirificè delectatus Imperator, continuò ipsũ iussit à carcere liberari absolutus ergo dũ ad suos redit, vti testatur Auctor Fragmenti Hist. Francorum, de-

functus est anno, vt conicit Sirmon-
821. dus 821 inter alia scripsit Theodulfus
Carminum libros 6. Capitula ad Presbyteros parochiæ suæ, de ordine Baptismi ad Magnum Senonensem, de Spiritu sancto ad Carolum Magnum Imp libros 6. Carminum ad diuersos, quæ opera Iacobus Sirmondus Societatis Iesu Presbyter edidit, notisque illustrauit. De Theodulfo agunt præterea Alcuinus epist. 4. ad Carolum. » Regem, cùm ab eo librum Felicis » Vrgellitani refutandum accepisset, » exemplar libelli Richbono & Theu- » dulfo Episcopis Doctoribus & Ma- » gistris dirigendum obsecrat, vt re- » sponderet, Hincmarus in diuortio Lo- » tharij & Terbergæ, orthodoxum & » insignem poëtam vocitat. Lupus Ferrariensis, Sigebertus, & alij Historici de Theodulfo meminêre.

43. IONAS Legatus Ludouici Imperatoris cùm Hieremiâ Senonensi ad Eugenium II. Pontificem Max.
824. anno 824. nominatur in depositione Ebonis Remensis Archiepiscopus anno 835. Lupus Abbas Ferrariensis meminit eius cùm laude epist. 21. 27. & 28. Adreualdus Floriacensis de miraculis S. Benedicti lib 1. cap. 25. recitat litem inter aduocatos Floriaci & S. Dionysij institutam, cuius dirimendæ gratiâ missi fuêre Ionas Præsul & Donarus Miledunensis Comes, quos Iudices legis Salicæ appellat. Scriptis clarus libros tres de institutione laicali exarauit, quos nunc primùm in Spicilegio veterum scriptorum publici iuris fecit Domnus Lucas d'Acherius monachus Congregationis S. Mauri.

44. AGIVS antecessoris Ionæ
843. consanguineus cui subrogatur an. 843.
erat Presbyter palatij Caroli Calui, ordinatus autem à Senonensi Metropolitâ, non tamen probante Rege, quem eius promotionem posteà rogatu Synodi Vernensis ratam habuisse patet verbis istis Concilij Canone 10. sub an. 844. *Aurelianensis Ecclesia confusione maximâ noscitur laborare, tamen quia superiore anno Archiepiscopus Vuenilo, suis annitentibus Suffraganeis ex eodem loco Agium Presbyterum palatij vestri, memoratæ Ecclesiæ ordinauit, probabilium Canonicorum, ac Laicorum attestatione instructus, & petitione impulsus, & eadem Ecclesia nostro & vestro*

A *vacat periculo, huius rei aliam exitum non videmus, nisi vt vestra piet. s q d a tantis viris factum est, ratum esse cernatis.* Porrò multis in Synodis Episcoporum Gallicanorum æuo suo interfuit: Concilio Beluacensi anno 845. vbi Aius vocitatur, Parisiensi an 846. Tu-
ronensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. vbi 853.
Canone 3. de Burcardi Carnutensis Episcopi negotio, sic scribitur: Se- « quenti die causa illius ad medium « deducta, venerabiles Episcopi Re- « morum Metropolitanus Hincmarus, « Lugdunensis Pardulus, Aureliano « B rum Agius, seorsum eum admonere « præcepti sunt, vt si absque discrimi- « ne valeret, officium se posse aggredi « fateretur: aut si non posset, propter « Dei timorem impossibilitatem inge- « nuè confiteretur. Cùm alijs Episcopis « Synodo Vermeriensi 2 calculum item adiecit an 853. ad fuitque ordinationi Æneæ Episcopi Parisiensis vt compertû habetur ep. 99. Vuenilonis Metropolitani Senonicæ Sedis apud Lupum Ferrariêsem. Adstitit quoq; Concilio apud Saponarias 859 Tusiacêsi
868. Suessionensi 3. 866. quę sanè Agiû 866.
magnæ fuisse auctoritatis Præsulem attestantur. Eius tempore datur C Canonicis S. Aniani facultas extruendæ Capellæ Diui Aniani, quod ex actis huius sancti colligitur: Ego Agius « nullis præcedentibus meritis, sed solâ « Dei miseratione Aurelianêsis Episco- « pus, venerabilium Canonicorum Mo- « nasterij S. Aniani nobilissimi Confes- « soris Christi quod est in orientali ciuis- « dem ciuitatis parte constructum &c. » Sub ipsius Pontificatu bis captam fuisse à Normannis Aureliam testatur Adreualdus Floriacensis lib. de Miraculis S. Benedicti cap. 33. & 34. quin etiam in cartophilacio veteri continentur donationes Agij Ecclesiæ D suæ, de mancipiis ac terris, quarum confirmationem à Carolo Imp. obtinuit.

45. ANSELMVS I.

46. VVALTERVS qui subscripsit
Concilio Pontigonensi 876. qui an. 876.
885. à Rege possessionem immunitatum Ecclesiæ suæ impetrat pro terris Calresij, Pauliaci, & Marciaci, ex authentico originali tabularij: iste mœnia vrbis à Normanis diruta restaurauit, auctore Adreualdo cap. 36. Miracul.

47. TRANNINVS.

48. BERNO, memoratur in priuilegio Pancartæ Nigræ Turonensis Roberti Comitis & Abbatis S. Martini, qui à Raimone sequenti diuersus est.

49. RAIMO Adalaudi Archiepiscopi Turonensis germanus, nobili genere satus Aureliæ, auunculus erat Adelendis vxoris Ingelgerij Comitis Vastinensis, de quo in Gestis Comitum Andegauensium Thomæ Lochensis. Adfuit solemni receptioni corporis S. Martini, quando sacrum depositum Autissiodoro Turones relatum est, vt est in præfatione libri Miraculorum his verbis: « Meruit idem Consul cùm venerabilibus Episcopis Adalaudo Turonensi, Lupo Andegauensi, Mainoldo Cenomanensi, & Raimone Aurelianensi corpus sæpe nominandi Confessoris Martini infra ambitum altaris in absidâ componere. »

50. ANSELMVS II. cuius mentio habetur in notitiâ firmitatis Hugonis Abbatis S. Martini, in pancartâ nigrâ datâ anno 930 5. Nonas Maij. & in priuilegio cartophilacij S. Samsonis, cuius hæc sunt verba: EGO *in Dei nomine Hugo Comes & Marchio, considerans peccatorum meorum pondus, & miseriarum præsentis sæculi onus, quoddam proprium hæreditatis meæ, Abbatiam S. Symphoriani positam intra muros Aurelianis, quæ mihi paternâ hæreditate legaliter pertinere videtur, pro remedio animæ patris matrisque meæ, ac pro redemptione meorum peccaminum, cæterorúmque parentum meorum cùm duabus Ecclesiis Sanctæ Latæ Sanctique Sulpitij in suburbio præfatæ vrbis positis, necnon cùm cæteris Ecclesiis ad illam Abbatiam pertinentibus, villis, vineis, pratis, syluis, terris arabilibus, cultis & incultis, aquis aquarúmue decursibus, quicquid ad ipsam aspicit vel aspicere videtur, totum & ad integrum Beatissimo Confessori Christi Sansoni, & suo Episcopo Agano, suisque successoribus, necnon & Canonicis ibidem Deo & S. Sansoni seruientibus, & inanteà seruituris perpetualiter dono, ac in cæterum habendum esse concedo. Si quis verò heredum aut proheredum meorum, huic donationi contradicere aliquid voluerit (quod nullatenus fieri credimus) nostra statuta esse inconuulsa noluerit, iram incurrat omnipotentis Dei Sanctique Sansonis, &c. Actum Aurelianis ciuitate publicè. Hugo Comes, signum Hugonis Comitis, Anselmus humilis Episcopus, Theodericus, Ermenteus Leuita, S. Fulconis, S. Theobaldi, S. Radulfi, Fulconis, Theubaldi. Datum in mense Maio anno 7. regnante Rodulfo Rege.*

51. THEODORICVS I. breui Pontificatum rexit sub eodem Rodulfo.

52. ERMENTEVS ex Leuitâ Aurelianensis Ecclesiæ an. 941. nomen eius reponitur in autographo Pancartæ nigræ S. Martini Turon. 941.

53. MANASSES I. de Episcopatu illius dubitat Saussleius lib. 6. Annalium, quem astruit Guyonius ex fide veterum diptychorum Ecclesiæ.

54. ARNVLFVS I. anno 970. ex cartâ Abbatiæ S. Maximini, subscriptus annotatur autentico instrumento fundationis Capituli S. Petri de Dorato in Marchiâ anno 987. Episcopalem Cathedram moderatus est regnante Hugone Capeto, legitúrque interfuisse synodo Remensi anno 992. pro depositione Arnulfi Remensis Archiepiscopi: de Aurelianensi verò testatur Aimoinus in vitâ S. Ebonis. *Hunc fuisse virum bonum & Ecclesiasticas regulas scientiâ & opere seruantem, omnes penè Antistites Galliarum suo tempore existentes in his quæ Iesu Christi sunt, sapientiâ antecessisse, multis etiam sæculari potentiâ præditis Regibus restitisse.* 970.

Huius Arnulfi Pontificatu Robertus filius Hugonis Capeti Aureliæ diadematis insignia suscepit anno 988. 1. Ianuarij. 988. « Hunc locum, inquit Helgaldus Floriacensis Epitome vitæ eiusdem Roberti Regis, Aurelianensem scilicet sedem specialiùs semper dilexit, quia in eâ natus adoleuit, & post regeneratus ex aquâ & Spiritu sancto, ibi assumptionis suæ in Regem, solemnem vtique percepit benedictionem. » Quàm verò munificus in Ecclesiam suam extiterit, declarat præter ea quæ supra notauimus præclarum elogium Glabri Rodulphi Historiarum libro 2. capite 5. loquentis de portento illo mirabili quod Aurelianam vrbem terruit: *Erat tunc temporis*, ait, *prædictæ ciuitatis Pontifex venerabilis Arnulfus, qui videlicet gene-*

re & doctrinâ sapientiæ pernobilis, ac paternorum fundorum redditibus locupletissimus, cernens excidium scilicet propriæ sedis, desolationémque sibi commissæ plebis, potiore vsus consilio, magnum colligens apparatum, cœpit domum maioris Ecclesiæ, quæ olim dicata fuerat in Crucis Christi honore, iugiter à fundamentis reædificare. Qui dum acerrimè cœpto open cùm suis omnibus intenderet, vt scilicet quantocius honestissimè consummaret, nimium euidenter præstitum est illi diuinitùs iuuamen. Contigit igitur quadam die, dum cæmentarij fundamenta basilicæ locaturi, soliditatem perscrutarentur ipsius telluris, vt repenirent copiosa auri pondera, quæ scilicet ad totius, quamuis magnæ basilicæ, fabricam reformandam certissimè crederentur sufficere. Suscipientes ergo qui fortuitô casu inuenerant aurum, ex integro Episcopo detulerunt. Ipse verò omnipotenti Deo pro collato sibi munere gratias agens, ac suscipiens illud, custodibus operis tradidit, totúmque fideliter in opus eiusdem Ecclesiæ expendi iussit. Fertur námque quod etiam illud aurum solertiâ beati Euurtij antiqui eiusdem sedis Præsulis, ibidem huius restaurationis gratiâ fuisset reconditum. Idcirco permaximè, quoniam dum iisdem vir sanctus quondam potiorem quam fuerat primitùs, eandem informaret Ecclesiam, contigit illi huic simile munus diuinitùs sibi reseruatum inibi reperire. Sicq; prætereà factum est, vt & domus Ecclesiæ, videlicet sedis Pontificalis, priore elegantior reformaretur: ipsoque suadente Pontifice cæterarum, quæ in eadem ciuitate deperierant basilicarum Sanctorum quorumcumque meritis dicatarum ædes, anterioribus potiores constituerentur, atque diuinorum operum cultus in eisdem excellentior haberetur præ omnibus. Hactenus Glaber. Extat verò inter Fulberti Carnotensis Antistitis Epist. 92. ad Robertum Regem vbi sic fatur:

» Audito quod Aureliana ciuitas incen-
» dio vastata, sacrilegiis prophanata, &
» insuper excommunicatione damnata,
» nec post reconciliata, miror & paueo:
» quanto enim dolore putas afficiendos
» esse sacerdotes fideles tuos, qui ad ho-
» norificentiam Dei, & tuam ipso die
» congregandi sunt, si in eo loco fue-
» rint, vbi nec ipsis sacrificare liceat, nec
» tibi sacrosanctam Eucharistiam abso-
» lutè percipere: quòd ideò te præmo-
» nere curaui, vt vel illum locum facias
» reconciliari, aut vbi melius sit, solem-
» nitatem celebrare memineris. Velim
» autem suadere tibi si possim, ne dimit-
tas propter iram, quæ Dei iustitiā non «
operatur, quin Episcopo tuo treugam «
des, polliceare iustitiam, insuper & «
conductum præbeas si velit ad recon- «
ciliandas Ecclesias suas. «

55. FVLCO I. terram S. Crucis Aduocato Hugoni Bellouacensi patrocinio commisit, vti obseruat Helgaldus in suâ Epitome: *Totam terram sanctæ Crucis quam Fulco Episcopus pro adiutorio sui Hugoni potentissimo Beluacensi dederat, hic vir Dei qui laude & verbo omnipotenti complacebat Deo, mœsto factus animo, per secula celebrando salutiferæ Crucis loco suo reddidit dono.* Haud dubiè affirmat Saussaius Fulconi inscribi epistolam 41. Fulberti Carnotensis Fratri suo & Coepiscopo, quâ monet, vt si Abbas Floriacensis S. Benedicti subiectionem Pontificiam detrectet, non pareat eius superbiæ. Subscripsisse autem dicitur priuilegio donationis Roberti Regis Ecclesiæ S. Dionysij, in synodo Calensi factæ.

56. S. THEODORICVS II. stirpe nobili ex toparchis castri Theoderici ad Matronam, primâ ætate, sub magisterio Rainaldi auunculi Abbatis monasterij S. Petri Viui, disciplinâ monasticâ informatus, crescente famâ euehitur ad hunc Episcopatum, non quidem vnanimi Clericorum assensu, sed mandante Rege; ad cuius consecrationem vocatus Fulbertus epistolâ 61. se excusat in hunc modum:

Quòd te pridem ordinare no- »
luimus, mirantur tecum, vt aiunt ami- »
ci tui, insuper & dominus noster Rex, «
& cur omissum sit, causam ignorantes «
omnes ferè id iniustè ac contumelio- «
sè factum clamant. Nos verò qui non «
iniustè nec contumeliosè factum esse «
scimus, non vnam tantùm, sed plures «
veras & authenticas inde reddimus «
rationes, quæ tibi & illis finem recti «
persuadeant, ac à prauâ suspicione «
remoueant. Vna igitur causarum hæc «
fuit, quia die illo quo sacrandus esse «
videbaris, Comprouincialium Epis- «
coporum qui aberant nec literas, nec «
Legatos habuimus; hæc tamen causa «
datis induciis corrigi potuisset; altera «
fuit quòd sub ipso deliberatæ ordina- «
tionis articulo, propter crimen homi- «
cidij quod audierat, missum à Domi- «
no Papâ vidimus interdictum: quan- «
tum verò promouit proscriptio re- «

» fragantium Clericorum & extorta timore electio: propter has itaque rationes, non audentes tibi manus imponere, vtpote deinceps ordinandi potentiâ carituri, præuaricatores legis esse ooluiinus. O sacrilegam impietatem! io ipso sinu saoctæ matris Ecclesiæ à fautoribus tuis penè perempti sumus: Fulbertus autem aliâ epistolâ 62. scribit de processione Ecclesiæ Carnotensis ad Aurelianensem fieri solitâ. Sanè apparet ab obiectis se se purgasse, Theodoricum, qui à Leoterico Senooeosi Archiepis-
B copo, à Fulberto, cæterísque Præsulibus in Ecclesiâ Aurelianeosi sacro vnctus est; dum verò celebraretur, Odolricus quidam Clericus impoteoti ambitu saocti Episcopi ordinationi contradicens, cùm armatâ manu vsque ad sanctuarium irrupit, & vix inter manus sacrantium Pontificum ab interitu seruatus est. De his loquens auctor vitæ ipsius Theoderici; *Odolricus*, ait, *quorundam manu fultus Episcopatum impudenter ambiens, & Sancti viri electioni omnimodis contradicens. Qui etiam tantâ temeritate ductus est, quòd cùm vir Dei à Leotherico Senonensi, Fulberto Carnotensi,*
C *aliisque Episcopis in Ecclesiâ Aurelianensi sacraretur, fores Ecclesiæ cùm manu armatâ irrupit, & vsque ad altare progrediens, virum Dei sub manu sacrantis, quasi perempturus appetiit. Sed quod diuinum consilium ordinat, nullatenus præsumptio humana conquassat. Diuino siquidem nutu, nec sacrantem, nec eum qui sacrabatur tremor ab incepto depulit, & quassis assultibus paulatim dimissis, aduersa pars tremefacta paulatim diffugit. Accidit autem dum quodam itinere pergeret, à complicibus præfati Odolrici eum intercipi, quem mox de equo cui insidebat, deiiciunt, humique prosternunt, lanceas & gladios vibrant, vt innocen-*
D *tem trucident. Sed mirum dictu, quem gladiis se putabant confodere, nullum ei vulnus vel modicum potuerunt inferre. Tandem eum credentes prorsus exanimem, humi reliquere iacentem. Surrexit ergo vir Dei corpore quidem prorsus illæso, sed tamen amictu circumquaque disrupto. His ita gestis Odolricus attendens quia frustra appeteret, quem Dominus custodiret, ad eum confugit, petit veniam impetrátque petitam. Cui etiam Præsul ne videretur reminisci iniuriæ, secundo post se tribuit honore potiri, ita vt post eius decessum*

A *ipse susciperet præsulatum.* Sollicitus ergo Antistes ouium suarum, caritate in pauperes, humilitate, oratione & meditatione ad Dominum assiduâ, cæterísque virtutibus Pontificatum suum mirificè illustrauit, muoificeotiæ eius in Ecclesiam suam argumentum est, quod de eo refert Helgaudus Floriaceosis: " Domnus Theodericus Episcopus, cuius vox laudem " Domini dignè & laudabiliter eructabat; " volens haberi memoriam sui nominis in mooasterio S. Crucis, iubet " vas fieri ex centum solidis auri opti-
B " mi, in quo consecraretur sanguis Domini nostri Iesu Christi. Iunxerat se " tanto Pontifici Rex meote humili, qui " superno tactus amore, fecit io ipso " sancto calice patinam ad conficiendum io eâ corpus Redemptoris muodi: " domnum Odolricum Episcopum in " sacerdotali vestimento sic honorauit, " vt adstans in sacrificio Domini circumtectus ex omni parte auro & purpurâ " videretur. Sub Theoderici Episcopatu fœdata est Aurelia hæresi oefandâ, quâ infecti sunt è Clero præcipui & in aulâ regiâ clarissimi Lisoius ex Clericis S. Crucis, & Heribertus S.
C Petri Puellaris Cantorum primicerius, hi coram Rege & Episcopis coactâ synodo sub an. 1017. coouicti, tan- 1017.
dem flammis damnantur; errorum præcipua capita ex Glabro discimus l. 3. c. 8. hæc taotùm è libro MS. Aganonis S. Petri in Valle Carnotensis anootare coouenit. *Rex & Constantia Regina ad Aurelian. vrbem cùm Episcoporum Collegio venientes, die sequenti omnis illa nequissima congregatio, simul per officiales regios, de domo vbi erant congregati sunt abstracti. Et in Ecclesiâ S. Crucis ante Regem atque Episcop. & Clericorum cœtum adducti: cúmque ab horâ diei primâ vsque ad horam nonam multifariè elaborarent,*
D *omnes vt illos à suo errore reuocarent, & ipsi ferro duriores minimè resipiscerent, iussi sunt singuli sacris vestibus indui in suo ordine, statimque ab Antistitibus à proprio honore sunt depositi, & Rege iubente, Constantia Regina ante valuas basilicæ stetit, ne populus eos intra Ecclesiam interficeret, & sic de gremio sanctæ Ecclesiæ eiecti sunt. Qui cùm educerentur, Regina, Stephani olim sui Confessoris cùm baculo quem manu gestabat, oculum eruit: deinde extra ciuitatis educti muros in quodam tuguriolo copioso igne accenso, præter vnum Clericum atque vnam monacham, cùm*

nefario puluere, *de quo supra diximus* A
cremati sunt. Clericus enim & monacha
nutu diuino resipuerunt. Exinde cùm Ro-
mam proficisceretur Theodoricus,
Tornodori castro ægritudine decum-
bens feliciter obdormiuit 6. Calend.
Februarij, vt notant Chronicon Se-
nonense & vita eiusdem Episcopi: qui
cùm tumulandus ad suam Ecclesiam
deferretur, Milo Tornodorensis to-
parcha eius consanguineus in basilicâ
S. Michaëlis Archangeli Tornodori,
ab eo extructâ, decenti tumulo illius
ossa recondidit, vbi & religiosè co-
luntur.
B

Broyes. Dazur à 3 broyes d'or. 57. Odolricvs de Broyes
Raynardo domino Brecarum, & Pi-
tiueris toparchâ nobilissimo, ex Hel-
uide, seu Aloysâ Odonis 1. Comitis
Blesensis, Carnotensis, ac Turonum
filiâ genitus erat, quo nomine Roge-
rij Bellouacensis Episcopi nepos, cùm
hæreditario iure dynastiam Pitiue-
rensem, ac Nouigentum castrum ob-
tineret, sacris initiatur à Fulberto
Carnotensi, vti significat epist. 30. ad
Archipræsulem Senonensium Leu-
thericum: *Aurelianensem Odolricum ego*
quidem ad Episcopatum non elegi, sicut
vobis dictum est, sed à Clero & populo
suæ ciuitatis electum sacraui presbyterum.
Quòd cùm Romam ire velle audistis, &
ibi creari Episcopum, dissuasi vestri hono-
ris gratiâ. Sed & ipse gratanter dissua-
denti paruit, suggerentibus fidelibus suis
Rodulpho scilicet & Herfrido. Episco-
pus autem renuntiatur Roberto Re-
1022. ge paulò ante annũ 1022, cui propter
dotes animi carus erat; námque in
authentico instrumento reperitur
chirographo signasse donationem Al-
berici Vicecomitis Aurelianensis Ab-
batiæ S. Maximini, de priuilegio com-
muniæ in syluâ de Fontenailles 1022.
quo eodem anno subscriptus adnota-
tur in priuilegio Roberti Regis Al-
berto Abbati Miciacensi, in præsen-
tiâ huius Episcopi & aliorum, Anre-
» lianis publicè, anno inquit carta 1022.
» regni Roberti Regis 28. indict. 5.
» quando Stephanus Heresiarches,
» & complices eius damnati & arsi sunt
» Aurelianis. Glaber Rodulphus Odol-
rico facie notus, testatur ipsum causâ
orationis ad sepulchrum Domini pe-
regrinationem suscepisse, vbi in Ec-
clesiâ portento quodam coram infi-
delibus, Dei virtute erupit ignis luce

Magni Sabbathi, ex vnâ septem lam-
padarum templi, quam cùm oleo suo. «
inquit Glaber, Odolricus emens auri «
librâ à Iordano, qui tunc præerat Pa- «
triarcha, secum detulit: atque in sede «
propriâ reponens, plurima infirmis «
contulit beneficia. Detulit etiam Ro- «
berto Regi partem prægrandem ve- «
nerabilis Crucis Domini Saluatoris, «
missam à Constantino Imperatore «
Græcorum cùm multitudine pallio- «
rum olosericorum, cui isdem Rex «
miserat per eundem Episcopum spa- «
tam capulum habentem aureum, the- «
cámque auream cùm gemmis pre- «
tiosissimis. Reuersus autem probat «
donationem Canonicis Ecclesiæ S.
Euurtij factam ab Isambardo Clerico
1026. ad eúmque scribit Fulbertus 1026.
epist. 64. & 65. cùm quo pariter me-
moratur in membranâ cartularij S.
Petri in Valle, pro Ecclesiâ Vrsiuil-
laris cuius tenor sic habet: Ego
Odolricvs *Aurelianorum Epis-*
copus notum fieri volo contemporalibus
atque successoribus meis, finem causæ quæ
in hâc cartulâ scripta est: monachi S. Petri
Carnotensis cœnobij possidebant ex longo
C *tempore quandam Ecclesiam in pago Du-*
nensi Vrsiuillaris, quidam verò Casatus
noster nomine Hilduinus cùm suis propin-
quis intendebat eis calumniam de Ecclesiâ,
dicens eam ad casamentum nostrum, & ad
beneficium suum pertinere; addebat tem-
poribus antecessorum meorum se satis agi-
tasse calumniam istam, sed iustitiam mi-
nimè consequi potuisse; conuenimus ergo
dominum Fulbertum Episcopum Carno-
tensem, & Arnulfum S. Petri Abbatem,
vt nobis de istâ causâ darent audientiæ lo-
cum, quod & fecerunt semel in eadem villâ
Vrsiuillaris, & iterum in villâ Castanetus.
Discussâ itaq; controuersiâ ex vtrâq; parte,
inuenimus parte monachorum ita scripturâ,
D *& testibus, & longâ restiturâ suffultam,*
vt nullâ lege posset supradicta Ecclesiâ ab
eorum possessione auferri; vnde contra con-
tendere nolentes ego Odolricus Episcopus,
& frater meus Isembertus & Hilduinus
cùm filiis ex toto gurpiuimus incœptam
calumniam monachis S. Petri, annuentes
vt solidè & æquè teneant Ecclesiam Vr-
siuillaris in perpetuum &c. Signum Odol-
rici Aurelianensis Episcopi, Fulberti Car-
notensis Episcopi, Alberti Abbatis, Isem-
bardi Laici, Erfredi Laici, Salonis Cle-
rici, Bouonis Decani S. Martini Turo-
nensis &c. Abbatiam Columbas in
honore S. Mariæ extructam non lon-

gè à suo castro Nouigentino perfecit, A cui præposuit Abbatem Berengarium, & amplis redditibus locupletauit, vti patet ex autographo Columbensis Abbatiæ anni 1028. cuius seriem edidimus tomo Abbatiarum.
1028. Cæterùm eo Pontifice peragitur solemnis dedicatio basilicæ S. Aniani Aurelianensis à Roberto Rege conditæ, de quâ sic Helgaldus Floriacensis in Epitome vitæ Roberti: cupidus sanctæ benedictionis Rex Rotbertus gloriosus, suæ ordinationis, benedictionis & assumptionis in Regem anno 36. iussione imperatoriâ euocauit Archipræsules Gauzlinum Bituricensem & Abbatem Floriacensem, B Leothericum Senonensem, necnon Arnulphum Turonensem. Quorum præsentiam subsequuntur Præsules, Odolricus Aurelianensis, Theodoricus Carnotensis, Bernerius Meldensis, Guarinus Beluacensis, & Rodulfus Syluanectensis. Non defuit etiam præsentia domini & venerabilis Odilonis Cluniacensium Abbatis. Ab his pro certo & aliis Dei ministris leuatur illud nobile corpus amici Dei Aniani sanctissimi de sepulchro, cùm corporibus sanctorum EusPicij, Monitoris & Flosculi Confessorum, Baudelij & Scubilij Martyrum, & Agiæ C matris S. Lupi Confessoris: & ab ipso glorioso Rege & aliis, quos iam prænotauit litera, qui pro tali negotio aduenerant, custoditur, laudatur, & decantatur in hymnis & laudibus in Ecclesiâ S. Martini, quoad vsque præpararentur vtilia & necessaria sanctæ benedictioni. Præparatis ergo omnibus, ab ipsis sanctis Sacerdotibus locum ipsum benedici & consecrari solemniter fecit anno Dominicæ Incarnationis M. XXIX. Indictione XII. Sumitur itaque humeris inclyti Regis gaudentium simul, & lætantium populorum, & transfertur cùm laudibus D in templum nouum, quod ipse inclytus Rotbertus ædificauerat. Mortuus
1033 est tandem circiter an. 1033. vti notant Annales Aurelianenses, & Quercetanus in stemmate genealogico domus Castriuillani.

DE BROYES. 58. ISAMBARDVS DE BROYES prioris Odolrici ex fratre cognomine domino Brecarum & Pitiuerij, vt Quercetano placet, filius erat, Episcopatum adeptus est anno 1033. nam in tabulis Ecclesię Aurelianensis 1059. Pontificatus annum denotat 26. legitur in tabulariis S. Aniani mense Iunio 1038. donasse huic Ecclesiæ an. Episcopatus 5. altaria de Tilleio, Santilleio, & Ruan in suâ diœcesi, pro celebratione anniuersariâ sacrosancti sacrificij pro Episcopis Aurelianensibus. Idem interfuit synodo prouinciali Senonensi præsente Henrico Rege 1048. & Gilduino Archiepiscopo; necnon vnctioni Remis celebratæ Philippi I. 1059. sedebat adhuc anno 1063. ex tabulariis Ecclesiæ. 1038.

BROYES. 59. HADERICVS DE BROYES Hugonis Bardulfi, domini Brecarum filius, auunculo suffectus sacramentum profitetur in Capitulo suo 1063. adstãte Hamono Decano & aliis Canonicis, eadem formulâ quâ fidem iurauerat Ecclesiæ suæ libertates & firmitates obseruaturum, quas auunculus Isambardus, Odolricus, & alij Antistites Canonicis concesserant. Quercetanus tamen huius originem è familia Brecensi dubitanter asserit: reperitur eius nomen apud cartulariũ Floriacense, in donatione factâ Abbati Hugoni, de Ecclesiâ Cadelatæ in pago Vastinensi an. 1065. 1063.

FLANDRE. 60. RAINERIVS FLANDRENSIS à patriâ sic dictus, Episcopus erat iam ab anno 1066. quo subscripsit confirmationi priuilegiorum Floriacensis Ecclesiæ in eodem tabulario, pactionem iniit quoque pro electione Decani, quæ habetur in registro Rubeo, subscriptis Ecclesiasticis viris Capituli, vbi memorantur nobiles Casati Ecclesiæ Aurelianensis Eunomius de Monteforti, & Albertus de Piueriis. Apud Alexandrum 2. Pont. Max. insimulatur quòd simoniacè Episcopale munus subiisset; tum apud Gregorium 7. eóque prosilijt Cleri & populi Aurelianensis peruicacia, vt alium Antistitem eius loco Sanzonem Clericum eiusdem Ecclesiæ proclamarent, quâ de re extant plures eiusdem Gregorij Pontif. ad Rainerium epistolæ annis 1075. 1076. & 1077. lib. 3. epist. 17. arguitur temeritatis. l. 5. ep. 20. increpatur, quòd cuncta penè Ecclesiæ suæ ornamenta dilapidauerit, præcipítque vt iis restitutis, ad synodum in suis partibus celebrandam conueniat. lib. 6. ep. 23. electio- 1066. 1075.

nem Sanzonis pleniùs indicat verbis istis: GREGORIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, Clero & populo Aurelianensis Ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem. Sciatis incunctanter, quòd de Ecclesiæ vestræ ærumnis & angustiis, quam specialiter dileximus, & quæ vna è Nobilissimis Galliæ Ecclesiis quondam fuit, & adhuc erit, Deo fauente nos valde dolemus. Et quia illi qualiter subuenire debeamus solliciti sumus, vt ad pristinum decus & gloriam redeat, nos impensè operam damus. De Sanzone item filio nostro, quem vobis in Episcopum optatis, noueritis quia libenter eum suscepimus, & paterno amore tractauimus. Sed quia Raynerius dictus Episcopus & Ecclesiæ vestræ, vt dicitur, inutilis, nondum ex toto constat ab eâ separatus, ne videamur alicui præiudicium facere, neu ob alicuius amicitiam fortè quis suspicetur, vos contra iustitiam facere velle, Legatos nostros ad vos mittere disposuimus, qui veritate discussâ diligenter & probatâ, de eo possint ex authoritate nostrâ, imò B. Petri, prout iustitia dictauerit, sententiam dare. Posteà verò electionem vestram secundùm Deum confirmare, & quibus modis oportere videbitur corroborare secundùm canonica instituta curabimus, &c.* Quid verò de hac promotione definitum fuerit, nihil comperti habetur in tabulis: certum enim est adfuisse Rainerium dedicationi templi Hasnoniensis 1070. & 1075. confirmasse donationem Hugonis Trecassini Antistitis Vuillelmo Abbati Floriacensi: conuenit anno 1077. ad synodum Aurelianensem;
1082. sedebátque adhuc 1082. vti patet ex priuilegio Miciacensis Abbatiæ confirmationis Ecclesiæ S. Marcelli in suburbio Aureliæ ciuitatis, factæ monachis S. Maximini.

61. ARNVLPHVS II. anno 1083. adfuit synodo Senonensi.

62. IOANNES I. frater Radulphi Turonensis Archiepiscopi, præerat
1091. anno 1091. ex statuto pro Ecclesiâ S. Laurentij des Orgerils in cartophylacio registri Aurelianensis; adfuit verò Concilio Claromontano 1095. Eius nomen seruat insculpta lapidi ad maiorem portam Ecclesiæ S. Crucis Aurelianensis talis epigraphe: *Ex beneficio sanctæ Crucis per Ioannem Episcopum, & per Albertum sanctæ Crucis Casatum, factus est liber Letbertus teste hâc*

A *Sanctâ Ecclesiâ*: quæ inscriptio formulam veterem manumissionum in Ecclesiis seruorum denotat.

63. SANCTIO ex Decano Ecclesiæ Aurelianensis eligitur 1096. refragante Archiepiscopo Turonensi 1096.
Radulpho, sed Regis assensu, permittente Senonensi Metropolitano consecratur Præsul apud castrum Nantonense ab Iuone Carnotensi, Vuillelmo Parisiensi, & Valtero Meldensi Episcopis; totam hanc controuersiam epistolis suis fusè recenset Iuo, qui ep. 54. ad Hugonem Lugdunensem
B Archiepiscopum Sedis Apostolicæ «
Vicarium sic ait: ad notitiam vestram «
referri curauimus, quid de Aurelia- «
nensis Ecclesiæ ordinatione nuper «
egerimus. Defuncto enim Ioanne «
Aurelianensi Episcopo, Turonensis «
Archiepiscopus qui in prædictâ Ec- «
clesiâ adhuc sibi vsurpabat Præposi- «
turam & Archidiaconatum, & qui- «
dam eiusdem Ecclesiæ Subdecanus «
cognomine Peior Lupo, cùm quibus- «
dam iam defuncti Episcopi, & suis fa- «
miliaribus, clandestinis machinatio- «
nibus conari cœperunt, vt Ioannem «
quemdam Archidiaconum cùm con- «
sensu Regis haberent in Episcopum, «
C cuius vita nec annorum plenitudine, «
nec literarum scientiâ, nec morum «
maturitate videbatur esse probabilis; «
imò pro inhonestâ familiaritate, «
quam cùm defuncto Episcopo & qui- «
busdam eorum qui eum expetere vo- «
luerunt, habuisse dicebatur, modis «
omnibus reprobabilis. Hoc ergo au- «
diens reliquus Clerus, qui erat nume- «
ro longè amplior, litteris eruditior, «
vitare volens oppressiones quas per- «
pessus erat à prædictis personis tem- «
pore defuncti Episcopi, saniore con- «
silio pro temporis oportunitate & lo- «
ci, elegit sibi cùm consensu Regis in «
D Episcopum Sanctionem eiusdem Ec- «
clesiæ Decanum, virum, vt scitis, «
ætate grauem & moribus maturum. «
Quem cùm à nobis ex admonitione «
Senonensis Archiepiscopi consecrari «
postulasset apud castrum Nantbo- «
nense, quod est iuxta parochiam Se- «
nonensem, omnino recusauimus pro- «
pter Primatum Lugdunensis Eccle- «
siæ, quem irrationabiliter refutat illa «
Sedes, & interdictum Sedis Apostoli- «
cæ. Interim itaque æmuli prædicti «
Electi missis literis rogauerunt nos, vt «

» ei manum non imponeremus, quo- A niam simoniacus esset & inuasor: si- mul addentes, se hoc probaturos in loco competenti & tempore extra manus regiæ potestatis. Cùm ergo adiunctis precibus Regis instanter postularet Ecclesia Electum suum sibi consecrari, prætendens irreparabiles Ecclesiæ ruinas futuras si id non fie- ret; missis literis statuimus prædictis calumniatoribus tempus, diem ante consecrationem, locum Carnotum, videlicet vbi potestas regia eis obesse non poterat. Ipsi verò neque vene- runt, neque personam aliquam pro se miserunt. Subtrahentibus itaque B prædictis calumniatoribus, nescimus quâ calliditate, legitimæ discussioni, victi precibus penè totius Ecclesiæ, habito inter nos consilio accepimus tam ab eo, quam ab illis qui cùm illo erant meliores, districta sacramenta vsque ad septem, quæ eum, quan- tum in conspectu hominum purgari poterat, purgauerunt de inuasione & simoniâ. Remotis itaque impedimen- tis quæ ei specialiter opponebantur, eum promissâ vobis obedientiâ con- secrauimus, & Ecclesiæ quæ eum ex- petierat destinauimus, à quâ susceptus est cùm omni deuotione, sine vllâ contradictione. Admissus ergo ad C Ecclesiæ regimen inuidorum liuore dissipato, memorat Iuo epist. 51. pro more iucundi ingressus in ciuitatem suam captiuum è carcere liberasse; de quo sic epist. 53. insinuatum est mi- » hi per litteras, quòd Clericum illum, » quem in die vestri introitus secundùm » morem vestræ ciuitaris nostrâ exhor- » tatione de carcere liberastis, iterum » carcerali custodiæ crudeliter manci- » pastis. Eâ námque die quâ nobis in » missâ seruierat, quâ nobis in mensâ » communicauerat, verberatum, spo- » liatum per manus seruorum trahi fe- » cistis ad carcerem, & Curiæ traditum D » nullâ consolatione refouistis, neque » de eius liberatione curare voluistis. Conquestus autem apud Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem, Le- gatúmque Apostolicum Iuo ep. 54. eiectus fuit ab Episcopatu Aurelia- nensi competitoris factione.

64. IOANNES II. ex Archidia- cono Aurelianensi ad Episcopale fa- stigium euehitur 28. Decembr. anni
1099. 1099. ætate iuuenis, die festi Sancto- rum Innocentium: de hâc promotio- ne miris modis excanduit Iuo ep. 67. ad Vrbanum 2. Pont. Max. Obsecro « vos per caritatem Christi, vtsi Turo- « nensis Archiepiscopus, vel aliquis « Aurelianensis Clericus pro electione « pueri sui ad vos venerit, non ei aurem « præbeatis. Cuius dotes vt vobis bre- « uiter amplectar, persona est ignomi- « niosa, & de inhonestâ familiaritate « Turonensis Archiepiscopi, & fratris « eius defuncti, multorúmque aliorum « inhonestè viuentium, per vrbes Fran- « ciæ turpissimè diffamata. Quidam « enim concubij sui appellantes eum « Floram, multas rithmicas cantilenas « de eo composuerunt, quæ à fœdis « adolescentibus, sicut nostis miseriam « terræ illius, per vrbes Franciæ in pla- « teis, & compitis cantitantur, quas & « ipse cantitare, & coram se cantari « non erubuit. Harum vnam domino « Lugdunensi in testimonium misi, « quam cuidam eam cantanti violenter « abstuli. Prouidendo itaque vestræ « honestati & Ecclesiæ vtilitati, non- « quam eum consecrari permittatis, ne « Ecclesiam Dei prostibulum publi- « cum & speluncam latronum faciatis. « Sciatis enim quia Turonensis Archie- « piscopus contra interdictum Legati « vestri in Natale Domini Regi coro- « nam imposuit, & vt iste Episcopus « fieret, hâc mercede promeruit. Et vt « sciatis puerilem fuisse electionem, « quidam etiam de eligentibus in Na- « tale Innocentium in eligendo ita io- « catus.

Eligimus puerum, puerorum festa co-
lentes,
Non nostrum morem, sed Regis iussa se-
quentes.

Sed magis in eum inuehitur his verbis epist. 66. *Miseriam Aurelianensis Ec- clesiæ ante oculos vestros ponimus, quam filij alieni sua quærentes strangulant & deuorant, de quâ cùm manu vestrâ auulsa esset arbor infructuosa, nunc inseritur pe- stifera. Turonensis enim Archiepiscopus prædictæ Ecclesiæ pædagogus & incubus in Natale Domini Regi contra interdictum vestrum manus imponens, hâc arte à Rege obtinuit, vt Ioannes, qui per Ioannem defunctum Episcopum multis submurmu- rantibus, & malè sentientibus factus est Archidiaconus, eidem Ecclesiæ præficere- tur Episcopus. De hoc enim Rex Franco- rum non secretò, sed publicè mihi testatus est, quòd prædicti Ioannis succubus fuerit.*

Et hoc ita fama per Aurelianensem Episcopatum & vicinas vrbes publicauit, vt à Concanonicis suis famosæ cuiusdam concubinæ Floræ agnomen accepit. Hoc quod dico Clerus approbaret, hoc populus acclamaret, nisi metu Regis comprimerentur, vel insidiis Turonensis Archiepiscopi terrerentur, qui Clericos sibi aduersantes clandestinis delationibus, Curiæ tradi facit, aut in exilium pellendos, aut bonis suis spoliandos. Hic enim cùm duos Episcopatus habere non possit, Aurelianensem Ecclesiam, quam non potest retinere per propriam, per submissam vult possidere personam, vt in eâ possit quos voluerit humiliare, quos voluerit sublimare. Cui non sufficit, quòd in Ecclesiâ, in quâ irrepsit contra canonicas & Apostolicas sanctiones, toleratur, nisi ei liceat Ecclesiam Dei quibus libuerit procis prostituere: oculos videntium etiam medicorum vaniloquiorum suorum fumo, promissionum suarum nebulis intenebrare, vt quæ audiunt de eo non audiant, quæ vident non videant, & quæ certa sunt tanquam ignota sustineant. Sic enim de se ipso dicere solet, se non indigere bonis Clericis vel Canonibus, cùm hæc omnia præstò sint ei in marsupio suo. Nec mirũ cui quod libet licet, & quod licet impunè facit, vt multi inde scandalizati altiùs gemant, dicentes magis impetrare desideria sua apud iudices Ecclesiasticos, zelantes iniquitatem, quàm sequentes bonitatem. Veritas mihi testis est, nec non ista dicere tanquam aduersùs istos homines aliqua sit mihi priuata controuersia; Non enim Turonensis Archiepiscopus ideò laborauit, vt Sanctio deponeretur, quatenus eo melior eidem Ecclesiæ præficeretur: sed huiusmodi, qui ei per omnia famularetur. Iste enim iuuenis, qui Rege iubente, & Turonensi Archiepiscopo impingente, prædictæ Ecclesiæ est intrusus, ita est sub Turonensi Archiepiscopo, sicut puer sub pedagogo: vt nec stans sedere, nec sedens audeat surgere, nisi eo iubente, aut innuente, vtpote qui se ei ad turpes vsus dicitur subdidisse. Ad vltimum cùm multa nefaria, & turpissima dici verissimè possent, quæ deficientibus testibus veritatis pro humanâ infirmitate probari forsitan non possent: hoc ad repulsionem prædicti adolescentis sufficit, quod persona ignominiosa est, & per vicinas Ecclesias turpiter diffamata. Hic itaque per literas Regis & Capituli mihi est oblatus, suo tempore ordinandus in Presbyterum, postmodum consecrandus in Episcopum. Eius autem electio nec adhuc à me est improbata, vel adprobata, sed nec aliquando adprobanda, nisi Domini Papæ, vel vestra me ad hoc pertrahat obedientia. Scio enim Ecclesiæ Dei non tantùm hoc esse ignominiosum, sed etiam perniciosum. Rogo itaque paternitatem vestram, vt in hâc causâ vigilantissimè honestati, & auctoritati vestræ consulatis, & Ecclesiæ Dei prouideatis; ne in manibus eius committatur salus aliena, qui nunquam adhuc deliberauit de salute suâ. Posteà verò mutatus in virum, præclarè munus gessit Pontificium, quòd patet ex aliis epistolis Iuonis Carnotensis: interfuit verò synodo prouinciali Stampensi à Daimberto Senonensi celebratæ, & Trecensi 1104. tum etiam celebritati 1104. reuelationis corporis S. Benedicti apud ædem Floriacensem: adstitit quoque exequiis Philippi Regis apud Floriacum sepulti, & 1109 vnctioni Ludouici Crassi in æde S. Crucis. Iste Episcopus cùm Capitulo suo Aurelianensi dotator extitit Abbatiæ Curiæ Dei, vt supra in monasteriis retulimus; cuius Pontificatus peruenit ad an. 1120. Vide epist. Iuonis Carnotensis 75. 100. 114. 162. 213. & alias, de variis quæstionibus ad eum scriptas.

65. HENRICVS I. nominatur in diplomate, quo Raginaudus Maior de Bullo ei oppignerauit hanc Maioriam pro 30. libris anno 1120. & 1126. 1120. largitur Ecclesiæ S. Crucis 20. libras in die obitus anniuersarij distribuendas.

66. IOANNES III. Aurelianensis Ecclesiæ S. Crucis Episcopus nuncupatur in confirmatione donationis Ecclesiæ S. Mariæ, Fusciani, Victorici & Gentiani martyrum, à Radulpho toparchâ de Balgenciaco anno 1126. 1126. Saussaius in Annalibus vult eundem esse cùm Ioanne 2. contra quod aliter sentit ratione & coniecturis Guyonius in historiâ Episcoporum, qui consulendus. Post eius transitum vacasse per aliquot tempus Pontificatum Aurelianensem liquet ex epist. 155. & 156. S. Bernardi Clareuallensis, in quarum primâ, Aurelianensis Ecclesia virgo nobilis Israël appellatur, viduata viro, & caris orbata pignoribus describitur.

67. HELIAS sancti Benedicti monachus, & Abbas D. Sulpitij Bi-

turicensis, qui vnanimiter à Clero & A populo, anteà discordi, omnium votis 1136. ad infulas euehitur an. 1136. ab Innocentio 2. Pont. Max. rogante Petro Cluniacensi Abbate confirmatus, ab ipso inauguratur mense Aprili anno 1137. vti ediscitur ex Petri Venerabilis ep. 11. lib. 1. ad Innocentium Papam his verbis: *Pro Aurelianensi Ecclesiâ paternam pietatem conuenio, rogo vt amore Crucis Christi, cuius nomine & vexillo eadem Ecclesia singulariter gloriatur, eius calamitatibus subuenire dignemini. Videtur hoc iam superna dispositio velle, quæ corda Cleri & populi exitiabiliter, vt nostis, hactenus diuisi, vt audiuimus sic inspiratâ commutatione vniuit, vt nec in tantâ multitudine reperiatur qui non integro corde Domini Heliæ venerabilis Abbatis S. Sulpitij, viri equidem religiosi, prudentis, & literati electionem voluerit, laudauerit, confirmauerit.* Anno autem primo sui Episcopatus Prioratum S. Itherij Soliacensis donauit Ecclesiæ Floriacensi, ex autographo cuius hæc verba apud Saussæium:

» Helias Dei gratiâ Aurelianensis
» Episcopus dilecto fratri in Christo C
» Ademaro Abbati S. Benedicti Flo-
» riacensis cœnobij, eiúsque successo-
» ribus vniuersis, totique eiusdem con-
» uentui monasterij religiosè viuenti-
» bus in perpetuū &c. ego igitur Helias
» Aurelianensis Episcopus notum fieri
» volo cunctis fidelibus, tam futuris
» quàm præsentibus, mihi à Domini
» Papæ Innocentij reuerendissimi Pa-
» tris nostri beneuolentiâ significatum
» esse, vt in Ecclesiâ S. Ytherij Solia-
» censis religionem, personásque ad
» Dei seruitium idoneas instituerem.
» Idcirco pro domini Papæ sententiâ
» & voluntate, communicato cùm pru-
» dentibus & religiosis viris Aurelia- D
» nensis Ecclesiæ consilio, prædictam
» Soliacensem Ecclesiam pro reueren-
» tiâ corporis S. Benedicti quod in
» Floriacensi cœnobio Dei prouiden-
» tiâ & gratiâ requiescit, quia etiam ipse
» totius monasticæ religionis institutor
» & pater est, præfato Abbati Adema-
» ro, eiúsque successoribus & Capitulo
» Floriacensis monasterij vniuerso, ad
» seruiendū Deo sub religione monasti-
» câ, dono atq; in perpetuū trado, saluo
» per omnia iure Aurelian. Ecclesiæ, &
» illorum Canonicorum cùm hoc donū
» factum in Ecclesiâ Soliacensi com-
» morantium tenore. Actum Floriaci

publicè, anno Incarnati Verbi 113- « 1137.
Ludouico Rege Francorum & Duce «
Aquitanorum regnante anno primo, «
Episcopatus verò nostri anno primo. «
Ego Elias Aurelianensis Episcopus «
manu propriâ subscribo & confirmo. «
Sig. Stephani Decani, Phil ppi Præ «
centoris, Stephani Subdecani, Bar- «
tholomæi Capicerij, Ermenfredi Ar- «
chidiaconi. Post hæc precibus Regis «
Francorum Ludouici, & Gaufredi Carnotensis Episcopi Legati Apostolici, concessit monachis Cluniacensibus S. Martini de Campis apud Hienuillam oblationes altarium anno 1142. extántque huius Episcopi 1142. aliæ litteræ, quibus firmat pacem inter Stephanum Decanum & Capitulum, pro quibusdam consuetudinibus, eique confirmatur ius Episcopale in Abbatiâ S. Maximini, ex registro pergameno Cathedralis. Interim verò Helias iste iuuenis & nobili genere natus, vt de eo memorat S. Bernardus monachum vocans, à Canonicis suis apud Lucium 2. Papam de grauissimis criminibus accusatur, sicuti fidem faciunt idem Bernardus epistol. 244. & Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis lib. 4. ep. 22. sic loquitur: Inquietudo quorum-
dam Aurelianensium Clericorum quę «
Ecclesiam suam penè destruxit, nec «
dum requiescere didicit: non enim «
zelo iustitiæ, non vtilitate aliquâ «
Reipublicæ suæ Canonici, non Ca- «
nonici, fingentes se quærere quæ Dei «
sunt, sicut suam matrem Ecclesiam «
lethaliter penè læserunt, sic contra «
suum patrem & Episcopum calca- «
neum erexerunt: tum epist 28. subdit: «
Venerabilis vir & sacerdos Dei dominus Aurelianensis Episcopus, paternitati vestræ deuotus filius, à filiis Belial multa perpessus, & cùm iis qui oderunt pacem vt ouis mitissima semper pacificus, ad vos vt ad pacatum portum & ad tutum pietatis asylum, & nuper confugit, & rursum recurrit, vt virtus ac mansuetudo Apostolica sit ei turris fortitudinis à facie inimici. Scribit & obsecrat pro eo tota penè Gallicana Ecclesia, & ne Pontificalis sublimitas ab infantibus & vilissimis personis mendacibus contumeliis appetita, dehonestari permittatur, supplex implorat. Addimus & nos si tamen alicuius momenti esse possunt, aliorum precibus preces nostras, vt quia non solùm Episcopali gradu sublimatur, sed & monachali honestate & habitu

habitu insignitur, vtrùmque pro eo ordinem pater exaudiat: & tot, tantisque mo-
lestiis innocentiam diu ab improbis fati-
gatam, cùm plenitudine Apostolicæ be-
nedictionis & gratiæ ad sua, suosque re-
mittat. Rex Ludouicus Iunior apud
Pontificem incassum pro eo exorauit,
ne Episcopatu exauthoraretur, quo
tempore Petrus Prior sancti Ioannis
Euangelistæ Senonensis ad eum scri-
bens, non insulsè in nominis etymo
sic alludit. HELIÆ *Aurelianorum Pon-*
tifici, P. Christi seruus benè viuere in spi-
ritu & veritate Heliæ. Nomen tuum ve-
nerande pater Græco sensu perhibetur
Soli ferè conuenire, conferat Deus vt So-
li iustitiæ personæ conueniat morum clari-
tate. Liquet verò quòd Sol iste communis
interdum eclypsim patitur, & obiectis nu-
bibus plerùmque quantum ad nos ad tem-
pus obscuratur: ne mireris ergo vel molestè
feras, vir sapiens, si fortè apud quem ali-
quam affinitatem habes in nomine ipsius,
eiusdem aliquam similitudinem sustineas
in defectione, quin potiùs inspectis priori-
bus intuere sequentia, & quid boni se-
quentes tibi successus promittunt, diligen-
ter pensa. Addit post alia: *ita ergo iuuan-*
te Deo credendum est, quòd hostes tui qui
velut vmbra terræ siue nubeculæ conglo-
batæ, ne Sol luceat auertere nituntur, spi-
ritu veritatis à dexterâ parte flante citiùs
depellentur, & solaris lux in virtute suâ
exeret claritatem. Depositus ergo sub
1144. an. 1144. in eius gratiam D. Bernardus
scripsit ep. 244. & 245. ad Eugenium
3. Papam, non vt Sedem pristinam re-
cuperet, sed cùm spontè Episcopatui
renunciauerit, non remaneat vllâ infa-
miæ notâ fœdatus; quin & ipsum mul-
tis debitis opprimi conqueritur, po-
stulans, vt de bonis Ecclesiæ credito-
ribus eius satisfiat.

Garlande D'or a deux faces de gueulle.

68. MANASSES DE GARLANDE II.
Abbas S. Petri Puellaris Aurelianen-
sis, ex clarissimâ stirpe Garlandensi,
Guillelmi Franciæ Dapiferi domini
Liuriaci filius, nepos autem Anselli
domini de Gornaco, & Stephani Au-
relianensis Decani, Franciæ Senes-
calli & Cancellarij, qui ambo regnan-
te Ludouico Crasso, supremo mini-
sterio in aulâ regiâ functi sunt; pa-
truus illi Gislebertus Franciæ Buti-
cularius, germanus autem Guillelmus
de Garlandâ toparcha Liuriaci. His
maioribus ortus, insuper pietatis, zeli
pastoralis, ac munificentiæ singularis
specimine Episcopatum suum nobili-
tauit, in Heliæ depositi cathedram
subrogatus anno circiter 1146. con- 1146.
firmat autem pactum monachorum
Abbatiæ Curiæ Dei pro decimâ Fra-
ctiputei an. 1149. Pontificatus sui, vt
vocat, anno 4. & 1152. celebratur in
suâ diœcesi Synodus Balgenciacensis
in causâ diuortij Ludouici 7. Regis
cùm Alienorâ Aquitanicâ, idémque
Rex Ecclesiam S. Samsonis Aurelia-
nensis, fratribus de Monte Sion Ca-
nonicis Regularibus D. Augustini do-
nauit, diplomate publicè scripto Au-
relianis 1152. cuius exemplar habes 1152.
apud SaussEium. Eodem anno cele-
bratur Aureliæ festiuitas nuptiarum
Regis cùm Constantiâ Castellanâ,
vnctâ in Reginam per Hugonem Se-
nonensem Archipræsulem in basilicâ
S. Crucis. Cæterùm iste Episcopus
anno 1170. 8. Cal. Aprilis apud Abba-
tiam Barbelli quædam altaria conse-
crat; tum eleemosynis munificus er-
ga maius Ptochotrophium Aurelia-
nense, insignem eleemosynam ero-
gauit pro alimento pauperum, quod
expressum habetur in authentico ori-
ginali dato Aurelianis in Ecclesiâ S.
Crucis 1171. Episcopatus an. 26. sedit 1171.
adhuc ex actis Ecclesiæ Aurelianen-
sis anno 1184. donauítque Priori &
fratribus de Flotano locum Castel-
lionis: denique cùm multis bonis Ec-
clesiam suam locupletasset, in medio
Capituli Abbatiæ S. Euurtij, quam
& possessionibus auxerat, cadauer se-
peliri mandauit: cuius obitus dies
consignatur in Necrologio mense
Octobri ignotâ anni mortis epochâ.

69. PETRVS I. cui inscripta est
Epistola 227. Stephani Tornacensis
Episcopi, quâ eum rogat vt Duacum
veniat arbiter lectus inter se & Ab-
batem sancti Bertini, pro contro-
uersiâ inter eos dirimendâ: quo-
niam, inquit, negotium dilatum
« est vsque ad sextam feriam post Ci-
« neres, rogamus vos sicut Patrem,
« Dominum & amicum, quanto pos-
« sumus affectu & annisu, vt pro amo-
« re Dei & pace inter Ecclesias refor-
« mandâ, eâ die gratam nobis exhi-
« beatis præsentiam vestram apud Dua-
« cum: ad quem extat etiam episto-

la Petri Blesensis Bathoniensis in Angliâ Archidiaconi, vbi errore amanuensis, pro Petro Episcopo apponitur littera R. ex quâ Præsulem magni nominis & primæ dignitatis fuisse constat.

DREVX. Echiqueté d'or & d'azur à la bordure de gueulle.

70. HENRICVS DE DREVX II. Roberti Comitis de Drocis, regiæ prosapiæ Principis, & Agnetis de Branâ filius, Philippi Episcopi Belloüacensis germanus, Ecclesiam hanc
1186. suscepit regendam circa annum 1186. nam in tabulario Floriacensi Electum se se nuncupat; ad quem scribit Stephanus Tornacensis epistol. 143. quâ eius auxilium implorat aduersùs Palatinos satellites, verbis
» istis: Moueat paterna viscera vestra
» dolor noster, & in liberatione nostrâ
» promotionis vestræ principia conse-
» crate, ne si Palatini satellites in con-
» similibus inuenerint vos tepidum,
» commune sit periculum vestrum pa-
» riter ac vestrorum. Domum reuerti
» nec audeo, nec præsumo, cùm Ec-
» clesia nostra in quotidianis deficiat
» lamentis, & adhuc lachrymæ eius
» in maxillis eius. Parisius cùm Abba-
» te S. Genouefæ remansi, expectans
» ab vberibus consolationis vestræ re-
» fici, & in præsenti angustiâ vestro
» consilio pariter & auxilio liberari.
1190. Anno 1190. vt compertum habetur ex tabulariis Aurelianensibus, patronatum Ecclesiæ sancti Medardi de Geonâ restituit Cathedrali. Romam profectus anno 1198. pro libertate fratris Philippi promouendâ, qui à Rege Angliæ in vinculis detinebatur, in itinere animam suam reddidit 25. April. vti notat Chronicon Canonici Laudunensis Anonymi; Senis in Tusciâ sepultus fuit in veteri Cathedrali, vbi olim legebatur epitaphium cuius principium
» erat: Episcop. clauditur, cætera carmina non potuêre legi ab Sigismundo Tirito, vt ipsemet fatetur in secundo tomo Annalium Senarum MS. vixit autem iste Tirirus anno 1480. vt nos admonuit Ferdin. Vghellus. Henrici memoriæ Agnes Comitissa Branæ genitrix anniuersarium dotauit in templo maiore Remensi: vide Quercetanum in Historiâ Drocensi, & Sanmarthunos tomo 2. libro 33. Historiæ Genealogicæ Domus Franciæ.

71. HVGO I. Manassis de Garlandâ nepos, vt habent Acta S. Petri Puellaris, ac Decanus Aurelianensis euehitur ad Pontificalem sedem post obitum Henrici, vnctus à Michaele de Corbolio Senonensi Metropolitano; in tabulis enim Aurelianensis Ecclesiæ datis 1201. 1201. Henricum decessorem virum nobilem & honestum appellat: Gratulatoriam de suâ promotione illi Epistolam 234. scribit Stephanus Tornacensis cuius verba operæ pretium est subiicere: *Decanus electus est in Episcopum: gaudeat Aurelianensis Ecclesia, quam personarum penuria non coegit, vt ab aliis Ecclesiis emendicatum mutuaret Antistitem. Quem nutrinerat à puero, quem produxerat in viam perfectam, quem disciplinis erudierat Ecclesiasticis, assumpsit sibi sufficiens in gremio proprio, & capiti suo superponens, de filio fecit patrem, non ignotum moribus, non alienum prouinciâ, non degenerem natalibus, & iustas expertum sollicitudines, & iniustæ dissolutionis expertem. Reuerà non militauit alienis stipendiis; dignus vt in Ecclesiâ illâ praeesse debeat, in quâ consueuerat illi prodesse. Gaudeat & electus ipse, cui congaudeamus & nos, & gaudium nostrum nemo tollat à nobis, vel inuidiâ murmurans, vel malitiâ persequens, vel detractione mordens: intelligat Dominus & amicus noster quod dicimus: dabit ei Dominus in omnibus intellectum. Commendabilem protestamur Episcopum temporibus nostris, qui ab illicito contactu se se seruauerit alienum. Augeat vobis Deus gratiam suam, & attollat virtutibus quem extulit dignitate. Interim Pater optime, beatum decessorem vestrum sanctum Euurcium, & ipsius Ecclesiam felix successor, honorate, diligite, & colite; frequenter cogitantes quia vnde assumpti estis ad Cathedram, illic assumendus eritis in sepulchro:* Ad hunc scribit aliam epistol. 239. vti & alteram Decretalem 49. l. 2. Innocentius Pont. Max. Reperiuntur autem in Inuentario cartarum Thesauri Regij eiusdem Hugonis litteræ, ex quibus patet Campsores claustri sancti Crucis teneri soluere

A Regi decem libras in nundinis Aurelianensibus, codicillis datis apud Capellam an. 1200. recognitionem autem Capitulo dedit pro luminari in Ecclesiâ ardendo, iuxta constitutionem Manassis decessoris: hoc eodem anno legauit Capitulo S. Crucis summam pro dotatione anniuersarij consobrinæ Agnetis Comitissæ de Branâ:
1206. & 1206. confirmat Humbaudo Abbati S. Maximini omnia antecessorum priuilegia. Vitam cùm morte commutauit anno 1206.

SIGNELAY. 72. MANASSES DE SIGNELAY III. ex nobilibus toparchis de Siligniaco in pago Autissiodorensi ortus; stirpis nobilitas cùm virtute opportunum illi aditum præbuêre ad infulas capescendas: Ecclesiastis ergo dignitatibus auctus, nempe Archidiaconatibus Autissiodorensi, & Senonensi, ad huius Ecclesiæ Metropolitanam Sedem postulatus, raro exemplo illam repudiauit, sed electus Aurelianensis
1207. Præsul consecratur 1207. à Petro de Corbolio: Eodẽ anno adstitit translationi corporis S. Benedicti apud Floriacum. Sub an. 1209 auctor est Rigordus in Gestis Philippi Augusti Frãcorũ Regis, Baronibus & Episc. vocatis à Rege ad exercitũ cùm suis turmis militaribus, pro expugnatione cuiusdam fortalitij in Aremoricâ, Manassem cùm fratre, omnibus in procinctu, ad bellum profisci refragatum fuisse, nec se teneri testatus est, nisi quando Rex ipse ad bellum procederet, de quo dissidio referendum existimamus hunc Rigordi locum: *Cùm omnes Barones & Episcopi vocati ad hunc exercitum conuenissent apud Medontam, & misissent ad mandatum Regis homines suos prout debebant in expeditionem illam, Aurelianensis & Altisiodorensis Episcopi cùm militibus suis ad propria sunt reuersi, dicentes se non teneri ire vel mittere in exercitum, nisi quando Rex ipse personaliter proficiscitur. Et cùm nullo ad hoc priuilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex vt hoc emendarent. Ipsis autem emendare nolentibus, Rex eorum Regalia confiscauit, scilicet ea tantùm temporalia, quæ ab eo feudaliter tenebant, decimas & alia spiritualia eis in pace dimittens. Ipse enim Rex Christianissimus semper timebat offendere Ecclesiam Dei, & eius Ministros. Ipsis ergo terram & homines Regis inter-* *dicentibus, & ad Romanam curiam mittentibus, & in propriis personis accedentibus, domino Papâ Innocentio III. consuetudines & iura regni nolente infringere, aut in aliquo reuocare: emenda tandem factâ, & Regi solutâ post duos annos recuperauerunt omnia, quæ à Rege fuerant confiscata.* Pluribus epistolis hac de re scripsit Pont. Max. ad Regem l. 1. reg. epist. 190. & 191. tandémque pacificatur querela an. 1211 cùm 1211.
autem aduersùs Albigenses hæreticos Crucẽ assumpsisset Rex Christianissimus 1212 inter antesignanos memoratur iste Episcopus, qui cùm Comite Montisfortis negotium Christi egregiè promouerunt, vti recenset Petrus monachus Valliscernaij in Hist. Albigensium cap. 79. vbi luculentum affert de eo elogium verbis istis: *Eâ tempestate Episcopus Aurelianensis Manasses, & Autissiodorensis Episcopus Guillelmus viri per omnia laudabiles & constantes, duo magna imò præcipua tunc temporis Gallicanæ Ecclesiæ lumina, fratres insuper secundùm carnem germani, Crucem assumpserant contra hæreticos superiùs comprehensos: hi videntes Signatorum multitudinem remansisse, scientésque negotium fidei in arcto discrimine constitutum, pro eo quòd hostes fidei, pro remansione peregrinorum cornua solitò C crudeliùs assumpsissent, collectis secum militibus quotquot potuerunt, miro feruore spiritus & virtute iter arripuerunt contra hæreticos, parati non solùm sua expendere, sed & se ipsos si oportuerit, periculis & morti exponere pro seruitio Iesu Christi. Properantes igitur viri Deo pleni, recto itinere peruenerunt Carcassonam, de quorum aduentu nobilis Comes Montisfortis, & pauci, qui cùm eo erant, gauisi sunt gaudio magno valde. Inuenerunt autem dicti Episcopi nostros, in castro quodam propè Carcassonam, quod dicitur Fanum Iouis: sæpedicti autem Episcopi, semper D erant cùm Comite, séque quotidie pro Christi seruitio periculis exponebant: de suo prætereà dabant larga dona militibus, qui cùm eis erant in seruitio Dei, redimebant captiuos, & cætera larga & sanctæ probitatis officia viri sanctissimi sollicitè exercebant.* Sequenti anno Manasses Aurelianensis die Natali S. Ioannis Baptistæ Amalricum Comitis Montisfortis narum, militiæ balteo decorauit, quod sequenti cap. 70. ita expressit idem Petrus monachus: *Anno* 1213.
Verbi Incarnati 1213. *Comes nobilis Mon-*

tusfortis, & plures Barones & milites ipsius A *in festo Natiuitatis B. Ioannis, conuenerunt apud castrum nouum Arrij, erant autem cùm Comite duo venerabiles Episcopi memorati, & quidam milites peregrini. Cristianissimus autem Comes, voluit & rogauit Aurelianensem Episcopum vt filium suum Christi militem faceret, & ipsemet traderet ei cingulum militare: venerabilis autem Episcopus, diu multùm restitit, sed tandem victus precibus Comitis & nostrorum, petentibus acquieuit Comes autem quia tempus æstiuum erat, & quia castrum nouum non poterat competenter capere tantam multitudinem, eò quòdiam* B *semel vel bis fuisset destructum, in amœnâ planicie iuxta castrum fecit figi plures papiliones. Ipsâ autem die Natiuitatis S. Ioannis, venerabilis Aurelianensis Episcopus induit se Pontificalibus indumentis celebraturus in papilione quodam Missæ solemnitatem. Conuenerunt autem tam Clerici, quàm milites ad audiendam Missam: astante igitur Episcopo ante altare & missam celebrante, apprehendens Comes Amalricum primogenitum suum per dexteram, & Comitissa per sinistram, accesserunt ad altare, & obtulerunt illum Domino, rogantes Episcopum vt faceret* C *eum militem ad seruitium Iesu Christi. Quid plura? statim Aurelianensis & Autissiodorensis Episcopi, flexis genibus ante altare cinxerunt puerum cingulo militari, incipientes cùm deuotione maximâ, Veni creator Spiritus. O nouus & inexpertus militia modus, quis ibi se à lachrymis contineret! hoc modo & ordine sæpedictus puer cùm magnâ solemnitate factus est nouus miles, qua solemnitate expletâ, mouens Comes post paucos dies à Castronouo cùm Episcopis & filio suo, equitauit ante Tolosam, captisque aliquibus de Tolosanis, perrexerunt nostri Murellum: Episcopi autem remanserunt Murelli, die* D *tertiâ ad propria reuersi, suam enim peregrinationem diebus 40. laudabiliter, vtpote per omnia laudabiles expleuerant, cùm labore magno & expensis.* In regio cartophilacio literæ extant eiusdem Manassis de sexaginta libris, quas soluere tenebatur Regi pro duabus procurationibus, vnâ in castro Pitiuerensi, alterâ in Magdunensi. Consecrauit basilicam Curiæ Dei 1216. cùm maiore altari. Prætereà in iuribus Episcopatus tuendis gnauiter stetit, plura bona Pontificiæ mensæ abalienata recuperauit, Episcopale palatium Magduni propugnaculis & vallo extruxit, ac quorumdam nobilium conatus repressit: egregius ergo virtutibus ac meritis clarus anno 1221. coram Episcopo Autissiodorensi carissimo germano, Archiepiscopo Turonensi, necnon Cenomanensi Antistite animam exhalauit, vti de ipso plura memorat codex Gestorum Pontificum Autissiodorensium; humatus in medio Chori Ecclesiæ sanctæ Crucis cùm hâc subiectâ epigraphe.

1216.

1221.

Præsul magnificus Manasses iuris amicus.
Claris ortus auis, morum fuit inclyta clauis,
Ecclesiæ clypeus, virtutum norma, malorum
Malleus, athereus vitâ, tutela bonorum:
Nec prece nec precio, non vi, non sanguine fractus,
Excluso vitio, fuit omnibus omnia factus.

Eius anniuersarium celebratur 28. Septembris in necrologio Aurelianensi.

BERRVIER.

1222.

73. B. PHILIPPVS BERRVIER I. Turonensis, eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, consecratur Episcopus 1222. à Petro de Corbolio Senonensi Antistite, postquam Archipræsulatum Turonensem recusasset. Pontificali dignitate & sanctimoniâ vitæ in primis enituit; interest exequiis Philippi Augusti Regis, & traducitur posteà ad Archiepiscopatum Bituricensem, nam Electum se Archipræsulem nuncupat in cartâ Floriacensi 1236. in crastino festi S. Bartholomæi iam absolutus à curâ Aurelianensis Ecclesiæ; transiit ad Dominum an. 1260. vt diximus in Bituricensibus, miraculorum gloriâ inclytus, sepelitúrque in choro Bituricensi. Cuius vitam fusiùs habes descriptam apud Saussleium in suis Annalibus.

IOVY.

74. PHILIPPVS DE IOVY II. Ferrici & Guillelmi militum frater sacram vnctionem suscepit à Galtero Senonensi Metropolitano, rexit Ecclesiam tempore sancti Ludouici, ex actis S. Maximini Miciacensis, concessit Ecclesiæ suæ decimam parochiæ de Gidiaco & terram de Villamartino ex patrimonio antecessorum. Coniectura est eum esse Præsu-

lem, qui apud Mathæum Paris in
Historiâ Angliæ sub Henrico 3. ad
1236. annum 1236. memoratur in graui illâ
dissensione ciuium Aurelianensium
cùm Scholaribus vbi sic scribit: *Anno
eodem circa dies Pentecostes, orta est dis-
sensio lamentabilis in ciuitate Aurelia-
nensi, inter Clerum & ciues; mulierculâ
quadam insentiuum, fenunariúmque dis-
cordia suscitante. Eatenus quoque cœpit
tumultus ventilatus incrementum, quòd
occisi sunt in ciuitate à ciuibus scholares,
iuuenes illustrissimi & genere praclari. Ne-
pos scilicet Comitis de Marchiâ, nepos
Comitis Campania, scilicet Regis Na-
B uarra, propinquúsque consanguineus Co-
mitis Britanniæ, & quidam alius pro-
pinquus consanguinitate nobilis Baroni
Erkenunado de Burbune, & alij mul-
ti: quorum aliqui in flumine Ligeri
sunt submersi, alij trucidati, alij verò qui
euaserunt, vix in speluncis & vineis, &
diuersis latibulis delitescentes, à mortis dis-
crimine sunt erepti. Quo audito, Episco-
pus ciuitatis accinctus zelo iustitia, exiit à
ciuitate, & ipsis malefactoribus excom-
municatis, ciuitatem ipsam supposuit in-
terdicto. Insuper magnates prænominati,
audientes suorum stragem consanguineo-
rum, ingressi hostiliter ciuitatem, multos
ciuium sine iudicij expectatione in ore gla-
C dij trucidarunt. Alios quoque, dum à
quibusdam nundinis remearent, clitellis
& sarcinis oneratos, ensibus adhuc cruen-
tatis in itinere detruncarunt. Nec cessauit
mota seditio, donec regium mandatum per
vtrarúmque partium voluntates, factis
compositionibus, tumultum prudenter tem-
peraret.* Mortuus est Philippus de Io-
1237. yaco anno 1237.

75. HILARIVS Iuris Canonici
interpres, ac Theologiæ Doctor, in
sacris literis apprimè exercitatus, quē
ferunt Cathedram Aurelianensem
D administrasse anno 1237. ex fide Ge-
nebrardi in Chronologiâ: quòd si ve-
rum est, oportuit paruum Sedem re-
xisse, nam Albericus in chronico
Guillelmum docet suffectum eo-
dem anno.

Bvssi. 76. GVILLELMVS DE BVSSYI.
ex familiâ de Bussiaco, D. Ludouici
à sanctioribus Consiliis, Episcopatus
1237. curam assequitur 1237. teste Alberi-
co, vnctus est à Galtero Cornuto Se-
nonensi Metropolitano 1238. qui Ec-
clesiæ suæ bona largitur 1242. pro
celebratione festi S. Nicasij, & 1244.
componit dissidium Manassis Decani
cùm Religiosis S. Euurtij: extant &
in Thesauro regio Guillelmi Episco-
pi literæ, quibus concedit facultatem
venditionis 26. arpennorum memo-
ris, à Margaretâ dominâ Acheria-
rum Regi factæ 1248. mense Apri-
li. Ad expeditionem Terræ Sanctæ
cùm aliis Episcopis Regni & Princi-
pibus viris Crucem assumpsit, prout
memorat Nangius in vitâ Ludouici
Regis; à quâ reuersus componit que-
relam Ioannis Pictauensis Episcopi
cùm Capitulo suo de proprietate iu-
B risdictionis causarum ciuitatis & diœ-
cesis Pictauensis, instrumento dato
Pictauis in Capitulo 1249. ex tabu- 1149.
lario maiore Pictauensi: interfuerat
dedicationi sacræ Capellæ Parisien-
sis, cessit verò monialibus de Cal-
ceatâ Ecclesiam S. Lupi 1249. tum
1255. interest Concilio prouinciali Pa-
risiensi: ei dicat Guibertus de Tor-
naco Minorita librum de Officio E-
piscopi & ceremoniis Ecclesiæ. Cæ-
terùm auctor est Matheus Paris anno
1251. nouam hæreticorum cateruam
inuito Episcopo & vniuerso Clero
Aureliam hostiliter ingressam fuisse,
multáque grauissima patrasse facino-
C ra, propter quæ ciuitas supposita est
interdicto à Præsule. ANNO MCCLVIII. 1258.
inquit Guillelmus de Nangiaco mo-
nachus S. Dionisij opere de gestis S.
Ludouici: defecerunt viri venerandæ «
memoriæ Guillelmus de Bussiis Aure- «
lianensis, & Guillelmus Rolandi Ce- «
nomanensis Episcopi, quibus succes- «
serunt in Ecclesiâ Aurelianensi Ro- «
bertus de Curtiniaco Decanus Car- «
notensis, & Gaufridus dictus Frei- «
lons Archidiaconus Turon. Trans- «
Ligerim apud Cenomanum. «

D 77. ROBERTVS DE COVRTE-
NAY, Roberti Franciæ Buticularij
domini de Conchis, Castrirainardi,
& de Champignelles filius ac Mathil-
dis de Magduno super Euram apud
Biturigas, nepos Petri à Franciâ dy-
nastæ de Cortenaio, Ludouici 6.
Crassi Regis nati, frater autem Ioan-
nis Archiepiscopi Remensis, & pa-
truus Roberti eiusdem sedis Metro-
litanæ Antistitis; toparcha erat ter-
rarum de Balliolo, de Danuillâ, &
Nonancurte. Sacris initiatus fit Ca-
nonicus & Decanus Carnotensis,

COVRTENAY. D'or à trois tourteaux de gueulle.

dein Aurelianensis Præsul creatur A
1259. 1259. quo eôdem anno subscripsit codicillis matrimonij Amiciæ de Cortenaio neptis. Fuit iste cultus Pontificij amantissimus, & in Ecclesiam suam munificentiâ valde propensus, cui erogauit terras sui iuris apud Vermentonum in diœcesi Autissiodorensi, pro ampliando Cathedralis Choro, quæ cùm nimiâ vetustate fatisceret, ipso & Capitulo de restaurandâ sumptuosiùs sollicitis, largitus est ad vsum structuræ omnia annualia maioris Ecclesiæ, & aliarum Collegiatarum ciuitatis ac diœcesis, ad ius suum B pertinentium, literis datis apud S. Agilum anno 1278. ad meliorem vi-
1279. tam transfertur 1279. die Veneris post festum S. Petri ad Vincula. De ipso Sanmarthani in stemmate regio Genealogico domus Franciæ, in ramo dynastarum de Cortenaio.

Pastay. 78. Ægidius Pastay, Præsul insignis restaurationis templi Ecclesiæ Aurelianensis, rexit anno 1283. quo statuta quædam ordinauit cùm Capitulo pro Clericis Chori: firmauit compositionem inter Decanum & ciues pro iure mortuæ ma-
1285. nus anno 1285. cuius pacta recenset C Saussieius ex registro Cathedralis. Cùm verò per id temporis caput nauis & deambulatorium Ecclesiæ Cathedralis vetustate corruisset, nouum opus chori ædificare aggressus est, cui constructioni Sanctæ Crucis Egidius primum lapidem apposuit 11. Septembr. 1287. præsentibus Guillelmo Floriacensi, Laurentio S. Euurtij Abbatibus, aliisq; Clericis solemniter conuocatis, vti indicat schedula co-
1288. dicis MS. obiit anno 1288.

Mornay. 79. Petrus de Mornay II. ex dominis de la Ferté Nabert eligitur 1288. lacte matricis Ecclesiæ nu- D tritus, vt in quodam instrumento Cathedralis testatur: cui Rex Philippus facultatem donat mutandi viam publicam in substructione quatuor stagnorum apud territorium Iargolij; euehitur posteà ad Pontificatum Autissiodorensem.

Lorraine 80. Ferricus de Lorraine Friderici 2. Lotharingiæ Ducis ex Margaretâ Nauarrâ filius, nepos Burcardi Episcopi Metensis, Præpositus Ecclesiæ sancti Deodati, inauguratur Episcopus à Stephano de Becardo Senonensi Antistite 1297. transegit cùm Radulfo Decano super iurisdictione Decanatus, cùm quotidiana iurgia inter eorum Officiales emergerent, quarum autographum in rabulario Decanatus extat datum apud Vrbem veterem Idibus Augusti. Guillelmus Nangius in historiâ MS. sub annum 1299. docet 1299.
Ferricum à quodam milite, cuius filiam virginem corruperat, vt dicitur, occisum fuisse, quod pariter annotauit Nicolaus Gillius.

S. Denis. 81. Bertaudus de Saint Denis Remensis Ecclesiæ Archidiaconus, Episcopus erat anno 1299. ad opus fabricæ Ecclesiæ suæ inter alia largitus est ius 10. librarum reditus, quod retinuerat ad vsum sedis Pontificiæ Robertus decessor in generali conuentu Capituli, vigiliâ Pentecostes anni 1301. quo ex assensu eiusdem Episcopi instituuntur in Ecclesiâ, seu Capellâ B. Mariæ de Cleriaco quinque præbendæ Presbyterales, quibus præesset Decanus, dotante Simone de Meleduno Franciæ Marescallo. Multas autem lites pacificauit cùm suo Capitulo annis 1301. & 1302. in variis contentionibus 1301.
iurisdictionis: interfuit & tralationi capitis S. Ludouici 1306.

Grosparmi. 82. Radulfus Grosparmi ex Decanatu ad infulas promotus, Episcopus iam ab anno 1306. ex statutis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Georgij Pitiuirensis, quæ confirmat eodem anno. Permutationem fecit cùm Rege Philippo 4. de quibusdam domibus apud Lutetiam anno 1308. mense Maio, ex actu car- 1308.
tophilacij Regij; Testamentum condidit 1310. quo plura basilicis Aurelianensibus legat, nominatis executoribus Rainaldo Canonico Baiocensi fratre, & Thomâ Decano Cleriaci nepote: eo sedente inita fuit societas inter Ecclesiam Bituricensem & Aurelianensem; illius obitus notatur 17. Septemb.

Tailly. 83. Milo de Thailly Canonicus anteà Aurelianensis, Cathedram assequutus erat iam ab anno 1315. & 1317. Conceptionis B. Virginis 1317.

festum ex assensu Capituli deinceps celebrandum ordinauit vt ferunt schedæ Cathedralis, cùm decretis quibusdam Magduni ordinatis die Lunæ post Octauam Pentecostes an. 1320. dies mortis assignatur ad 15. Martij.

Le Fort. De gueule à deux fasces d'or. 84. ROGERIVS LE FORT Ecclesiæ & Academiæ summũ decus, in hâc Interpres clarissimus, huius verò insignis Antistes, patriâ Marchianus, Godefrido Forti patre castri de Ternis dynastâ, matre, sorore Guillelmi de Capellâ Tolosani Episcopi & Cardinalis filius, qui Archipresbyter Abrincensis, mox Decanus Biturigum, Aurelianensis, & Lemouicensis Episcopus, denique Bituricensis Patriarcba euasit. Is Senatusconsulto Parisiensis Parlamenti anni 1322. Episcopi antiqua priuilegia die iucundi introitus reos è carceribus liberandi, confirmari obtinuit: vide Archiepiscopos Bituricenses.
1322.

Conflans. 85. IOANNES DE CONFLANS III. Abbas S. Medardi Suessionensis anno 1328. Dominicâ Passionis 9. Aprilis in solemni ingressu admissus in æde S. Aniani præstitit solitum iuramentum; basilicam S. Crucis variis reliquiis exornauit, eiúsque habetur
1332. mentio in tabulis anno 1332. ex actis Ecclesiæ, Aimerico Decano.

Chanac. 86. FVLCO DE CHANAC nobilis Lemouicinus, Ioanni subrogatur festiuâ inaugurationis pompâ admissus die Martis ante festum S. Magdalenæ anni 1334. vt palam est ex documentis Ecclesiæ S. Aniani: carnis sarcinam deposuit in medio Chori S. Crucis Episcoporum conditorio: epitaphium huiusmodi refert suis in Annalibus Saussêius.

Hic de Chenaco FVLCO *stat nobilis, à quo*
Fulget nunc iste tumulus gratus tibi Christe.
Mente piâ sanus, Præsul fuit Aurelianus;
Pastor discretus, iustus, conuiuâque lætus.
Sit tibi læta via Paradisi Virgo Maria.
Anno milleno tercentum nonoque, deno
I. cum ter iunctâ, die primâ congrue punctâ.
In Martis mense mortis percutitur ense,
Sit tibi solamen miserans semper Deus, Amen.

Tamen Acta Consistorialia Vaticani docent fuisse Episcopum an. 1383. 12. Aprilis, & sedisse sub Clemente 7. Antipapâ, vnde sic præpostero ordine in catalogis collocaretur Fulco.

87. IOANNES IV. sedebat an. 1340. vt apparet ex codicillis datis apud S. Agilum ad Ligerim pro officij diuini constitutione, & in tabulâ anni 1343. idem 1348. quædam territoria 1343. sub censuali pensitatione à reddibitione liberat, vt notant instrumenta in registro Cathedralis.

88. PHILIPPVS viuere desiit 1349. cui successit Ioannes eodem anno, de quo mentio 19. Nouembris in libro Obligationum.

89. IOANNES DE MONTMORENCY V. Ioannis domini de Montmorency & Ioannæ de Calletot filius, frater Caroli Franciæ Marescalli, toparcha erat Castellaniæ d'Argentan, & de Maslers, vrbem tantùm solemniter ingressus 8. Februarij 1357. inter eum & Capitulum tempore Hugonis Faidici Decani cùm magna intercessisset controuersia pro refectione Ecclesiæ an. 1355. lis per arbitros dirimitur; & 1358. composuit cùm Capitulo super luminari in festis annualibus præstando; largitur quoque basilicæ S. Martini Montismorenciaci domum apud Maslers: decessit 6. Iulij 1364. de quo Antistite consulenda Historia Domus de Montemorenciaco Andreæ Quercetani doctissimi Francorum Historiographi. Montmorency. D'or à la croix de gueule accompagnée de seize Alerions d'azur. 1357. 1364.

90. HVGO DE MONTMORENCY II. Mathæi toparchæ d'Auuraimesnil ex Aiglantinâ de Vendosme natus, abdicatione Ioannis Præsulatum, adipiscitur circa an 1360. confirmatus diplomate Apostolico Innocentij 6. sed creditur paucis annis rexisse, aut Ioanni præmortuus, cùm ex cartis sancti Aniani datis apud Magdunum 1364. constet Hugonem Faidici eam sedem iam adeptum. Montmorency. 1360.

91. HVGO DE FAY, III Decanus Ecclesiæ Aurelianensis & Iuris Fay.

Professor in Academiâ, præerat iam A an. 1364. mense Februario, consecratus Romæ vt docent tabulæ S. Aniani: is anno sequenti 26. Martij exceptus est apud Aureliam ex veteribus membranis Ecclesiæ quas citat Saussæius: eius petitione 1365. Vrbanus v. Papa ordinauit, vt omnes Iuris Canonici aut Ciuilis Licentiati sacramentum profiterentur in manibus Scholastici: nominatur apud Tilium 1366. inter Comites Consistorianos Regis: sedit adhuc 1369.

1364.

NICOT. 92. IOANNES NICOT VI. aliàs de Tralmiguer, iucundum introitum celebrauit 1372. 11. Maij ex actis Capitularibus.

1372.

PRVNELÉ. De gueulle a six besans d'or 3. 2. 1. 93. GVIDO DE PRVNELE' ex nobilibus dynastis de Pruneleio & d'Herbaut, Ioannis domini d'Herbaut Aurelianensium Ducis Cambellani ex Mariâ le Baueux filius, frater Guillelmi toparchæ d'Herbaut: Magister anteà Libellorum Supplicum, festiuâ pompâ admissus est in vrbem 20. Martij an. 1398. cessit basilicæ S. Crucis quosdam redditus annuos super clibano Magdunensi an. 1404. vniuit quoque 1405. Capellam Bardiliaci mensæ Capitulari Canonicorum Pitiuerensium; & benedictionem impertitur Ioanni Abbati S. Euurtij 1408. codicillos vltimæ voluntatis edidit an. 1425. quibus Ecclesiæ suæ legat thiaram & pedum Episcopale, paulò post ad meliorem vitam euocatur, funeratus in templo S. Crucis.

1404.

S. MICHEL. 94. IOANNES DE SAINT MICHEL VII. natione Scotus, Guidoni subrogatus, cuius Pontificatus illustratur famosâ illâ obsidione vrbis Aurelianensis an. 1428. in quâ mira patrauit Ioanna Puella, quâ de re copiosè Historici Rerum Francicarum.

1428.

CHARRIER. D'azur au che... iaune d'or. 95. GVILLELMVS CHARRIER I. Yssiodorensis Aruernus anno 1437. parentes & consanguineos habuit Guillelmum & Iacobum Charrier à Secretis Regis, Ærarij publici Quæstores, Petrum Charrier & alios, aduersùs quem Ioannes de Vailly Archidiaconus Thoarcensis in Ecclesiâ Pictauensi, & Senator Parisiensis de Episcopatu contendit, nominatus 12. Ianuarij 1438. ex actis Curiæ; mouit litem ratione possessionis dicti Episcopatus, vt patet ex Senatusconsulto Parisiensi lato die 3. Septembr. anno 1437. posteà idem Ioannes causâ destitit, dictúsque Guillelmus Episcopus permansit. 1438.

DE CHARTRES. 96. REGINALDVS DE CHARTRES Archiepiscopus Remensis, Franciæ Cancellarius, & Ecclesiæ Aurelianensis perpetuus Administrator, ex B diplomate an. 1441. contendit de iurisdictione cùm Capitulo suo, pro quâ supremi Parlamenti placito pactum iniit 1442. De eo in Archiepiscopis Remensibus. 1441.

97. GVILLELMVS DV GVE' II. Episcopus recensetur in tabulis Cathedralis anno 1444.

DV GVE'. 98. IOANNES DV GVE' VIII. Administrator & Oeconomus Archiepiscopatus Lugdunensis cùm Carolo Borbonio Aniciensi Episcopo, adhuc impubere Carolo Archiepiscopo designato, eligitur ex Canonico C Aurelianensi quemadmodum affirmant Acta Consistorialia, solemniter vrbem inuectus 2. Ianuarij an. 1446. transiit ad meliorem vitam an. 1447. 1446.

BVREAV. 99. PETRVS BVREAV III. ex Archidiacono Ecclesiæ Remensis eligitur 12. Calend. Decemb. 1447. per obitum Ioannis, vt indicat liber Obligationum prouisionum Prælatorum Vaticani: Nicolaus 5. Papa scribit ad ciues Aurelianenses vt ei debitum honorem exhibeant literis an. 1448. quæ extant in scriniis publicis vrbis, D translatus inde ad Biterrensem sedem anno 1451. 4. Idus Decembr. ex iisdem Actis Consistor. 1448.

100. IOANNES IX. Patriarcha Alexandrinus, factus est Administrator Commendatarius huius Ecclesiæ 4. Idus Decembris 1451. ex iisdem Actis Consistorialibus Vaticani.

AVSSIGNY. 101. THEOBALDVS D'AVSSIGNY Canonicus anteà & Archidiacon⁹ Sigaloniç in Ecclesiâ Aurelianensi creatur Antistes 3. Non. Maij an. 1452. per obitum Ioannis Patriarchæ Alexandrini Commendatarij, vt testantur tabu- 1452.

tabularia Vaticani, de quo nulla ex- A
tat noritia apud Sausseium, aliósue
Rerum Aurelianensium Scriptores.
Iste Theobaldus eodem an. 1452. 12.
Martij solemnē ingressū celebrauit,&
vniuit 1462. Decanatui S. Petri Puel-
laris præbendam vnam. Fato fungi-
tur 1473. sepulturæ mandatus in æde
Franciscanorum Magduni sub lapi-
deo tumulo, ad dextrum latus altaris,
quorum Conuentus Theobaldo ad-
nitente conditus fuerat extra muros
Magduni.

Brillac. Dazur a 3. fears de lis d'argent.
102. Franciscvs de Brillac B
ex nobilibus toparchis d'Argy in Bi-
turigibus, Ioannis filius, S. Ioannis in
Grauiâ Blesis Prior 1465. tum Abbas
Pontisleuij vbi basilicam erexit, tan-
dem Episcopus Aurelianensis die
1473 festo Annunciationis Virginis 1473.
iucundum ingressum fecit, ac Tri-
stando Salazario Metropolitano obe-
dientiam solitam iurauit 1479. 23. Iu-
lij: hoc eodem anno incepta est fabri-
ca Cruciatæ Ecclesiæ Cathedralis, cui
operi de suo multa impendit, alijsque
donariis eam munificè cumulauit.
Eius tempore Ludouicus XI. Eccle-
siam B. Mariæ de Cleriaco (vbi iacet
cùm vxore Carlotâ Sabaudâ Reginâ) C
& Ecclesiam S. Aniani Aureliæ sum-
ptuoso opere extruxit. Idem Fran-
ciscus vt habetur in archiuis, dotauit
Missam nuncupatam Missam Domini
celebrandam pro defunctis, & vt Sa-
cerdoti ad altare quotidie in maiore
missâ sacrificanti Diaconus diceret,
Memento Francisci, à Capitulo spe-
ciatim obtinuit, quod & hactenus
obseruatur: columnas æris fusiles ad
altaris ornamentum fabricandas cu-
rauit, trésq; missas pro annualibus fe-
stis instituit erogatis ter mille libris:
Interim cùm in gratiam Christopho-
ri cessisset, traducitur ad Metropo- D
lim Aquensem in Prouinciâ, vt di-
ctum est tomo 1.

Brillac.
103. Christophorvs de
Brillac Abbas S. Petri in Valle
Carnotensis, & Beatæ Mariæ de
Ponteleuio, Francisci nepos ex fratre
Petro domino d'Argy, Decanus Au-
relianensis, inde Tripolitanus Epis-
copus, posteà Troianus, mutuâ ces-
sione, patrui hanc sedem. ascendit,
1504. vrbem ingressus 1504. die 19. Maij an.
1505. obedientiæ obsequium exhibuit

A Metropolitano Tristando 7. Maij, tan-
dem euehitur ad Archiepiscopatum
Turonensem.

104. Germanvs de Ganay I. Ganay.
Ioannis domini de Persan Franciæ
Cancellarij frater, Nicolai de Ga-
nayo Regij in Curiâ Consiliarij filius,
Senator & ipse Parisiensis, Canonicus
Bituricensis ac Decanus Bellouacen-
sis efficitur, & ex Episcopatu Cadur-
censi ad Aurelianensem transiit, Ec-
clesiam ingressus 1514. 31. Aug. migra-
uit à sæculo 1520. die 8. Martij in ba- 1520.
B silicâ maiore sepultus, cui codicillis
legauerat bis mille libras pro funda-
tione Missæ.

105. Ioannes d'Orleans X. Orleans.
Cardinalis de Longueuille, tituli S.
Martini in Montibus, iam Archiepis-
copus Tolosanus omnium suffragiis
Canonicorum Antistes renunciatur
10. Maij 1521. commendatus per Fran- 1521.
ciscum 1. Regem, & à Leone 10. con-
firmatus ex dispensatione ipsi indultâ
retinendi Archipræsulatum Tolosa-
num: ingreditur vrbem 1. Maij 1512.
Synodales ordinationes Ecclesiæ suæ
promulgauit 1525. 6. Iulij post festum
C Pentecostes. Purpurâ donatus est à
Clemente 7. de illo plura superiùs in
Archiepiscopis Tolosanis.

106. Antonivs Sangvin Sanguin.
Cardinalis Meudonius, Abbas Floria-
censis, & Magnus Franciæ Eleemosy-
narius, fauore Francisci 1. Regis, acce-
dente insuper cognatione Ducissæ
Stampensis creatur Episcopus 1533. 1533.
solemniter ingressus Dominicâ 24.
Octobr. 1535. reos pro more antiquo
absolutos liberauit. Cooptatur à Pau-
lo 3. inter Purpuratos Principes titulo
S. Mariæ in Porticu, tandem euehitur
D ad Archiepiscopatum Tolosanum: de
eo Scriptores Cardinalinm plura, qui
consulendi.

107. Franciscvs de Favcon II. Faucon.
Monspessulanns, è Falconiâ gente
inter Florentinas antiquâ & nobili
originem ducebat, quæ supremo
Magistratu Gonfaloniorum stante
Republicâ floruerat. E Septimaniâ
ergò Luteciam se traduxit, vbi inter
Regis Eleemosynarios adscriptus, va-
riis Ecclesiæ muneribus fit particeps
Canonicus sacri Sacelli Parisiensis,

Archidiaconus Carnotensis, Abbas Altiuillarensis, S. Ioannis Senonensis, & Bellæperticæ; non longè postea Tutellensi Pontificatu decora-
1550. tur, nominatus Aurelianensis 1550. insequenti anno cùm Guillelmo Laterano Decano Abbate Bonæquietis transactionem iniit super iurisdictione Decanatus: paulò post cessit in fauorem Petri Castellani, factus ipse Matisconensis, ac denique Carcassonensis.

DV CHASTEL. 108. PETRVS DV CHASTEL Lingonensis, Abbas Albaripæ, doctrinâ eximius, ac morum grauitate præstans, qui ex Professore litterarum humaniorum, Magister Bibliothecæ Regiæ post Budæi obitum cõstitutus à Francisco, etiam Tutellensi Episcopatu, Magnâ Franciæ Eleemosynariâ, Cathedrâ quoque Matisconensi muneratus est, quem etiam pro Aurelianensi commutauit cùm Fran-
1551. cisco Falcone 1551. Francisco Regi morienti adstitit, ipsique oratione funebri parentauit. Sed cùm ante introitum solemnem Pastoris pij obiret munera, & è sacro suggestu in Ecclesiâ S. Laurentij de Orgenjs verbum Domini ouibus suis prædicaret, apoplexi correptus die festo B. Vir-
1552. ginis defecit 1552. magno omnium mœrore funeratus in Ecclesiâ suâ, quem culto pariter ac erudito carmine celebrauit Michael Hospitalius Franciæ Cancellarius Epist. lib. 6.

Si pulchrum est Ducibus pugnando occumbere mortem,
Pontifici pulchrum debet sanctumque videri,
Sic laterum nixúque omni contendere vocis,
Vt vires mediâ facientem verba coronâ
Deficiant, sudeque fatiscat lingua palato.
Ac quondam fortis qui vincit Olympia miles,
Retulit & multas victor certamine palmas.
Et quem nulla viri virtus perfregerat antè,
Sternitur ille siti tandem confectus & æstu.
Discite Pastores, ô, vestro munere fungi;
Commissos curare greges, & denique nullum
Seruandi causâ pecoris vitare dolorem:
Nec dubitare animam multis pro millibus vnam
Consecrare Deo, ac meliori reddere vitæ.

De Castellano Iacobus Augustus Thuanus lib. 3. Hist. elogium eius à Scæuolâ Sanmarthano quoque editum lubet hîc subiicere. EST *verò quod* PETRI CASTELLANI *Lingonensis eloquentissimi viri beatos manes honorificâ recordatione prosequamur. Qui cùm apud maximum Regem gratiâ & auctoritate plurimùm valeret, hac sortis benignitate, non ad sua ipsius commoda, sed ad communem Reipublicæ vtilitatem vsus est. Hoc enim potissimùm suasore Franciscus primus, qui quotidie illum de literis disserentem libentissimè audiebat, celebre illud Professorum Collegium Lutetiæ fouit, atque auxit, quod optimarum artium in Galliâ seminarium extitisse nemo est qui nesciat. Quid igitur magis æquum est, quàm eius qui Musas instaurauit, nomen gratâ Musarum commemoratione vigere sempiternum? vel eò magis, quòd pium istud mortales iuuandi studium ne in ipsâ quidem morte omisit; cùm Aurelia, cuius Pontificatum Matisconense abdicato susceperat, inter concionandum, repentino sanguinis ictu perculsus, animam de grege suo benemeritam Deo reddiderit.*

109. IOANNES DE MORVILLIERS XI. Blesis ad Ligerum hic ortus ex nobili Moruilleriorum familiâ, qui suæ virtutis merito Decanus primò Bituricensis, tum ab Henrico II. Rege designatus est Castellani successor mense Aprili 1552. sed cùm negotiis regni publicis & summis in Republicâ muneribus obeundis quæ ei subinde Rex credebat, esset intentus, pastoralis curæ delegit adiutores tres Vicarios Generales, Mathurinum Sausseium eiusdem ex sorore nepotem posteà Episcopum, Franciscum de Burgo Riuensem Præsulem, & Stephanum Parisium Doctorem Theologum, Ordinis Prædicatorum, Episcopum Ablonensem, qui functiones Pontificias administrarent. Idem Præsul interfuit Concilio Tridentino, Regius insuper Legatus ad Ducem Sabaudiæ; ab eâ Synodo reuersus, Episcopalem dignitatem Mathurino Sausseio demandauit: interim eius tempore Basilica maior an. 1567. cùm cæteris in vrbe & diœcesi funditus ferro & flammâ euertitur à factionis Caluinianæ hominibus. 1567.

MORVILLIERS. D'or à trois merlettes de sable 2. & 1. à la bordure eslelée de gueulle: ecartelé d'argent au sanglier de sable. 1552.

Ingraueſcente demum ætate Turo- A
nis extinctus eſt ſacro munitus via-
1577. tico 23. Octobris 1577. apud Fran-
ciſcanos Bleſis ſepultus, ætatis anno
71. exeunte vbi marmori ad parietem
hæc adſcribuntur. *Ioannis Moruillerij effigiem ne fruſtra contemplator, ſed ſimul ad æmulandas virtutes excitator.* Mor-
tuum Præſes Thuanus hócce breui
elogio celebrauit in Hiſtoriâ ad an.
» 1577. Obiit & hoc anno paucis poſt-
» quam ex Bloeſis diſceſſit diebus,
» Ioannes Moruillerius, Bloeſis hone-
» ſto loco natus, quondam Aureliani
» Epiſcopus, qui multis Legationibus
» magnâ cùm laude obitis, maximis in B
» Gallia honoribus ſe ſemper parem
» præbuerat, poſt Hoſpitalium, cuius
» virtutem ſæculi iniquitas ferre non
» poterat, domum relegatum, Sigillo-
» rum procuratione ornatus, homo
» probus & prudens, ſed innatâ timi-
» ditate nunquam generoſi conſilij au-
» ctor, ideóque mediis ſententiis po-
» tius præſens otium, quàm firmam im-
» poſterum pacem ſectatus, fundatâ
» veluti alterâ ab Hoſpitalio in aulâ
» ſectâ, cuius adſtipulatores eò plures
» habuit, quòd hi vnionis inter Catho-
» licos ſarciendæ ſtudio, cuncta factio-
» ſorum religionis cauſam falsò, vel
» ipſorum iudicio, obtendentium con- C
» ſilia & conata diſſimulanda exiſtima-
» rent, cùm alteri Guiſianorum ad al-
» tiora tendentium odio, pacem quâ-
» uis ratione colendam ſuaderent, eâ-
» que re Proteſtantium cauſæ fauere
» crederentur. Morienti aſtitit Pom-
» ponius Belleureus ſummus eius pru-
» dentiæ ac conſiliorum ſectator, qui
» mortuo in Franciſcanorum æde, ſicu-
» ti teſtamento mandauerat, ſepulto
» honorifico elogio parentauit. Scæuo-
la Sanmarthanus quâ ſolet ſtyli ele-
gantiâ huic viro tale elogium con-
ſcripſit. D

» IOANNES MORVILLERIVS
» pari ferè ſtudio & æmulatione Mon-
» lucium æqualem ſuum ſequutus eſt.
» Ioannes Moruillerius Bloeſenſis ho-
» neſto loco natus, qui apud eoſdem
» potentiſſimos Galliæ Reges eâ virtu-
» tis opinione floruit, vt omnium pacis
» ac belli conſiliorum particeps per to-
» tos 35. annos, grauiſſima quæque re-
» gni negotia domi foríſque tractaue-
» rit, immortalíque ſuâ cùm laude con-
» fecerit. Geſſerat primò præfecturam

A apud Biturigas, multíſque deinde Le- «
gationibus continenter obitis, non «
obſcura futuræ gloriæ ſigna & indicia «
iam ediderat. Mox verò dum ad ma- «
iora ſublatus, hanc negotiorum mo- «
lem in celeberrimâ Regis aulâ ſuſti- «
neret, nemo eum grauitate & iudicio, «
nemo ſagacitate & ſolertiâ, nemo «
candore & humanitate ſuperauit. Il- «
lud porrò quantæ moderationis fuit, «
quantæ modeſtiæ, quòd cùm ad Can- «
cellarij munus in Oliuarij defuncti «
locum à Franciſco 2. Rege vocare- «
tur, hunc Magiſtratum, qui Togatæ «
militiæ ſupremus in Galliâ gradus eſt, «
B non modò non ambiit, ſed recuſauit «
etiam, ſéque tanquam oneri tanto »
minimè parem excuſauit? vt ex eius «
demum repudiatione Michael Ho- «
ſpitalius, (qualis, & quantus vir?) ad «
ampliſſimam illam auctoritatem per- «
ueniret. Sed Hoſpitalio ipſo poſt ali- «
quot annos per ſummam inuidiam «
aulâ pulſo, domúmque relegato, cùm «
iterum à Carolo Franciſci fratre & «
ſucceſſore ad hoc ipſum inuitaretur, «
ac vehementiùs vrgeretur, aliquan- «
do tandem adduci potuit, vt ſigilli «
Procurationem ſuſciperet, abſentiſ- «
que Cancellarij vicem impleret, «
quam tamen biennio poſt Renato Bi- «
C rago homini Mediolanenſi, nec rerum «
noſtrarum ſatis perito, ſed apud Regi- «
nã gratioſo facilè conceſſit. Nimirum «
generoſus & excelſus animus quæ- «
cunque à ſortis arbitrio pendent, infra «
ſe ponit, nec virtutis præmia, ſed vir- «
tutem ipſam honeſtiore curâ & ſtudio «
conſectatur. Solebat Moruillerius «
oblectari Muſarum ſtudiis, & earum «
eximios cultores amicè liberalitér- «
que fouebat, non Gallos tantùm, ſed «
exteros etiam, ac præſertim Italos, ex «
quibus adeò nonnulli grati, & memo- «
res frequentem eius mentionem ſuis «
D in ſcriptis honorificentiſſimè ſunt «
proſequuti. Quò magis verendum «
nobis erat, ne grauiter in patriæ de- «
cus atque dignitatem peccaſſe dice- «
remus, ſi tam clarum & celebre «
nomen, quod nec ab exteris negle- «
ctum eſſet, negligeremus ipſi, nec in- «
ter illuſtria Gallicæ gentis ornamenta «
collocaremus. Obiit exactæ ætatis «
ſenex anno ſupra quingenteſimum & «
milleſimum ſeptuageſimo ſeptimo, & «
apud Bloeſios in æde Franciſcanâ ſe- «
pultus, cùm Aureliæ Pontificatu «
(nam & hunc à Rege meruerat) iam- «

pridem se sponte abdicasset. Cui tanquam singulari amico & collegæ Pomponius Belleureus vir amplissimus, & morienti clausit oculos, & elato luculentum ex marmore tumulum addito insigni elogio consecrauit. Epitaphium autem huiusmodi est.

DEO OPT. MAX. S.

Et memoriæ IOANNIS MORVILLIERII, *quem summa in Principem fides, in patriam merita, gloriæ sempiternæ consecrarunt. Præfuit Aurelianorum Ecclesiæ multis ante honoribus & laboriosissimis Legationibus perfunctus, imperantibus Francisco 1. & Henrico 2. à quo intimis Consiliis adhibitus eandem operam difficillimis temporibus Francisco 11. Carolo IX. Henrico III. R. R. R. Henrici 2. F. F. F. & Catharinæ Augustæ eorum matri nauauit: Sigillorum Franciæ procurationem à Francisco 11. oblatam, tandem Carolo IX. vigente, cogente, susceptam gessit, inuidiâ maior, omnibus Ordinibus gratus, quadriennio post tanti muneris excusationem*

inauditâ modestiâ multis precibus impetrauit. Obiit apud Turones anno reparatæ

1577 *salutis 1577. Vir incomparabilis, morum, ingeniique elegantiâ, bonarum artium scientiâ, iis vtendi peritiâ clarus, facundiâ, prudentiâ, probitate nemini quem hæc ætas viderit, secundus, vixit annis 70. mensibus 10. diebus 23.* Moruillerij vitam præter Saussetum & Guyonum, scripsit R. P. Hilarion de Coste Ordinis Minimorum in Historiâ Catholicâ, huius Ioannis Episcopi & Francisci de Paulâ nepos, vir Elogiis pluribus pietatis, doctrinæ & sanguinis commendandus, & nobis pro suâ humanitate amicus: legendus etiam Marcus Antonius Muretus in præfatione ad Philippicas Demosthenis, cùm esset Ioannes Orator Regius Venetiis an. 1551. & Gentianus Heruetus Theologus doctissimus præfatione in octo libros Basilicon ipsi Moruillerio dicatos.

LA SAUSSAYE. D'argét à 3. saules de sinople.

110. MATHVRINVS DE LA SAVSSAYE Blesensis, Prior S. Sansonis Aurelianensis, Ioannis filius & Moruillerij sororis Ioannæ, auunculo successit Episcopatu se abdicante, cui multò ante obitum munus Pontificium demandauerat. Primò Rector Eccl. Cangiacensis fuerat; dein Canonicus & Archidiaconus Sulliacensis, tum Præsul Parisiis consecratur die 4. Maij an 1564 à Francisco Bohe- 1564.
rio Macloniensi, Francisco de Burgo Riuensi, & Antonio Abrincensi Episcopis, anno sequenti vrbem inuehitur solitâ pompâ 17. Martij, & Ecclesiam suam difficillimis temporibus agitatam viginti annis vigilantissimè rexit, tametsi Nouatores trecentas & eò ampliùs Ecclesias in diœcesi Aurelianensi diruissent & in ipsâ ciuitate ac suburbiis eius, ædem sacram Beatæ Crucis, plurimásque alias subuertissent annis 1562 1567. & 1568. Pastorali functioni sedulò incubuit ordinationibus edendis, verbi diuini prædicatione, & sollicitâ gregis curâ nihil omisit eorum quæ ad eius salutem, & diœcesis curam spectarent. Comitiis regni Blesensibus interfuit, ac Capucinos in vrbem admisit, quorum Ecclesiam benedixit 1583. tan-
dem defecit anno 1584. die 9. Februa- 1584.
rij ætatis an. 71. sepultus in Cathedrali, propè maiorem aram ad latus Epistolæ: quem etiam in funere laudauit Hugo Burlatus Doctor Theologus & Pœnitentiarius. Plura autem legauit Ecclesiæ quam variis ornamentis instruxit, vt videre est apud Carolum Saussetum in Annalibus, ipsius è fratre nepotem, qui eum ex votis Capituli Aurelianensis tanquam Præsulem beneficentissimum hoc Epitaphio honestauit:

Qui iaceo hâc gelidâ tumulatus Episcopus vrnâ
Mi natale solum Blesi, terra hospita Regum:
Hinc pater, hinc & auus, longo inde ex ordine patres:
Hinc mater magni soror altera Moruillerii,
Qui mihi decessor, stabilire negotia solers,
Grandia consiliis, à Rege vocatus ad aulam,
Aureliæ mihi Pontificis sua munia liquit.
Hæresis intereà bellum exitiale ciebat,
Turbabátque animos, viduabat ciuibus vrbes,
Prostratum, ah, reperi templum hoc, altaria, sellas,
Direptos calices, sacra ornamenta, crucésque:
Sanctorum exuuias auro argentóque reuulsas;
Horrendum refero, superabant rudera montes,

Horrida vbique fuit sacræ impietatis imago,
Disrupto vt potuit, reparando impendia templo
Consuli, & excisas studiis reparauier arces,
Canonico mecum sumptus tribuente Senatu,
Donec regali consurgeret altius ære.
Seductum, heu, populum, & propè religionis auitæ
Extorrem fleui, & propriâ pietate reduxi,
Doctorúmque, quibus per me est data copia fandi:
Per viginti annos hoc rexi pastor ouile
Septuaginta vnum totos vixi ordine soles.
Non obij qui sic abij, sed viuo superstes:
Fœlix ô nimium, si me tua vota leuassint.
Obiit die IX. *Februarij* CIↃ IↃ LXXXIV.
Requiescat in pace. Beneficentissimo paterno suo ad pedes huius columnæ sub lapide marmoreo quiescenti, Carolus de la Saussaye Decanus huius Eccles. Aurelianensis H. M. P.

HVRAVLT, III. DIONYSIVS HVRAVLT Abbas de Pelliciâ & Brolij, ex familiâ Huraltâ Iacobo toparchâ sancti Dionysij & de Villeluisant, & Mariâ Huraltâ Cheuerniâ parentibus prognatus, à Rege Henrico 3. nominatur Antistes & Coadiutor Mathurini
1584. 1584. cuius & aliquot acta reperiuntur anni subsequentis ab ipso iure Episcopi. confecta: sed non consecratus cessit in gratiam Germani.

VAILLANT. III. GERMANVS VAILLANT. II. Abbas Beatæ Mariæ Pimpontij, & Prior Burgis, Ioannis Vaillant de Guelis Senatoris in maiore Consilio, & Ioannæ Niuart vxoris, filius. Hic à teneris egregiè instructus melioribus disciplinis, ingenium Græcis literis ac præcipuè in poësi non mediocriter exercuit: dum autem esset in Ordine Senatorio, multam laudem promeritus est, egregio opere Commentariorum in Virgilium, quod Elizabethæ Austriacæ Caroli IX. Regis vxori primùm in Galliam aduentanti dicauit. Post verò allectus Canonicus Parisiensis Ecclesiæ, dein Decanus Aurelianensis, tandem Episcopus sacratur Parisiis in æde S. Victoris 21.
Decembr. 1586. iam ætate grauis, parùm sedit, nam cùm statuta Synodalia à Ioanne Aurelianensi digesta in meliorem formam redacta typis mandari curasset, extinctus est in castro suo Magduni ad Ligerim die 15. Se- 1586.
ptembr. 1587. ibidémque sepultus in 1587.
medio choro Ecclesiæ S. Liphardi, sub hoc epitaphio, quod sibi viuens posuerat:

Turbabant Musæ morente Valente, sororum
Vrante vati sed comes vna fuit.

Doctrinam eius opera, pietatem legata Ecclesiæ perpetuò testabuntur: quin & diuini officij obseruantissimus, & B. Virgini deuotissimus fuit, cui votum pietatis plenum nuncupauit, quod leges in Annalibus Saussèij. Lubet autem afferre eius elogium à Scæuolâ Sanmarthano verbis istis elucubratum:

GERMANVS VALENS *Aurelianus raræ adolescens indolis, & eximiæ doctrinæ ad Franciscum primum productus, dum studiosus ille Princeps inter mollia sibi tempora, eruditorum qui ferè adstabant, sermone & disputationibus oblectatur, adeò prolixè & feliciter opinioni de se conceptæ satisfecit, vt ab omni coronâ, præsertimque à Rege ipso mirificè laudatus, acerrimos inde sibi stimulos admoueri sentiret, ad ea persequenda, quæ tam auspicato cœperat, cùm elegantioribus Musis habere commercia. Vt nec eum deinceps in toto vitæ cursu vel Senatoria dignitas, vel suscepta Regis nomine domi forisque negotia, vel ipse denique seni delatus Aureliæ patriæ vrbis Episcopatus, à iucundo & optabili Dearum vsu reuocaret. Erat enim ingenio mirè fœcundo & valido, quod varia simul diuersáque studia nullo prorsus incommodo complecteretur. Ex plurimis autem eius operibus, quorum bona pars viuenti adhuc auctori bellorum iniuriâ periit, vnum illud extat oppidò magnum & laboriosum, quo Maronem nouâ quadam commentandi viâ, & ratione interpretatus, non scholiis tantùm & notis, verùm etiam accuratâ diligentique Græcorum cùm Latinis collatione, obscurioribus diuini illius poëtæ locis lumen afferre contendit. Hunc enim sicut & reliquos vtriusque linguæ poëtas, à puero semper in deliciis habuerat: scribebátque ipse nonnunquam pressiore quidem, ob idque forsitan obscuriore stylo, sed qui sententiarum vbertate & pondere non auersas eruditorum aures*

vtique caperet ac deliniret. Eiusmodi poëma legimus ab eo conscriptum anno ante infandum Regis parricidium altero, quo poëmate septuagenarius vates imminentem Galliæ tempestatem præsagiens, miserabilem rerum statum deplorauit: aliquantoque post Magduni ad Ligerim suæ diœcesis oppidulo rebus humanis exemptus est.

LAVBESPINE
Ecartelé au 1. & 4 d'azur au saultoir d'or, cantôné de 4. billetes de mesme qui est l'Aubespine: Au 2. & 3. de gueulle à la croix ancrée de vair qui est la Chastre.

113. IOANNES DE L'AVSBESPINE XLI. Abbas S. Martialis Lemouicensis, & S. Eligij Nouiomensis, Senator Parisiensis, ex clarâ stirpe Albaspinæorum, filius Egidij domini de Verderone & Mariæ Gobelin, primò Episcopus Lemouicensis, Sebastianique Albaspinæi agnati successor deligitur, inauguratus in æde S. Victoris Parisiensis 1. Aprilis 1584. à Nicolao Fumæo Episcopo & Comite Bellouacensi, assistentibus S. Flori & Cesareæ Episcopis: dein Germani obitu Cathedram Aurelianensem adi-
1587. piscitur est 1587. prouisus à Sixto V. tum ad negotia regni publica Blesis delegatur 1588. quibus finitis, iucundum ingressum fecit in vrbem, festiuâ omnium ordinum acclamatione admissus 1. Maij 1589. statuta synodalia pro reformatione cultus sacri, ac de rebus Ecclesiasticis ordinationes perutiles digessit, Ecclesiam maioris Hospitalis 1590. parochialem S. Petri eodem anno dicauit, & Capellam B. Mariæ de Auxiliis. Eum Pontificem Saussëius laudat ab integritate morum, vitæ continentiâ, pietate erga Deum, beneficentiâ in egentes, comitate morum, ingenij dotibus, ac sollicitâ gregis curâ: decessit 23. Februarij 1596. Lutetiæ, quò se contulerat ad Comitia Cleri Gallicani, tum etiam vacaturus editioni Breuiarij Ecclesiæ suæ iuxta decretum Concilij Tridentini expurgati: laudatus est in pompâ funebri à Dionysio Bouchero Theologo, sepelirúrque in medio Chori Ecclesiæ Cathedralis adiectâ hâc epigraphe.

DEO OPT. MAX.

Et memoriæ sempiternæ IOANNIS ALBASPINÆI *Antistitis, qui post Senatoriam dignitatem in supremâ Curiâ, per aliquot annos, summâ integritate gestam, virtutis, pietatis meritis primùm ad Lemouicensem, deinde ad Aurelianensem Episcopatum electus, principalis etiam Consistorij Henrico 3. & 4. Regibus Christianissimis Consiliarius ascitus. Denium à suæ diœceseos Clero delectus, vt indicto Ecclesiæ Gallicanæ conuentui interesset, Lutetiæ Parisiorum magno bonorum mœ-*
rore decessit 7. Cal. Martij an. MDXCVI. 1596.
natus ann. 39. M. X. D. *Claudius Albaspinæus frater, & Magdalena Albaspinæa soror, fratri carissimo in spem futuræ Resurrectionis P.C. requiescat in pace.*

Post Ioannis excessum Episcopatus cura demandatur à Rege gentili suo Guillelmo, ad hanc Cathedram nominato, cuius aliquot acta reperiuntur, sed propter ægritudinem Episcopale officium cessit, vacante interim septem & ampliùs annis Sede Pontificiâ.

LAVBESPINE.

114. GABRIEL DE L'AVBESPINE Abbas S. Eligij Nouiomensis superioris Episcopi consanguineus, Guillelmo Albaspinæo Marchione de Chasteauneuf, Torquatorum Equitum Cancellario, ex Mariâ Castræâ sorore Claudij Equitum Franciæ Tribuni genitus, frater Caroli Franciæ Procancellarij, Marchionis de Castronouo, Comitis de Sagone, & Francisci Comitis de Hanteriue; Romæ consecratur à Clemente 8. Summo Pon-
tifice 28. Martij 1604. Dominicâ Læ- 1604.
tare, tum ad suam diœcesim confestim se contulit Pontificiæ functioni, doctisque lucubrationibus vacaturus, vir totius antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimus, quemadmodum libri bono publico, ex thesauris eius reconditis in lucem emissi testantur; nempe de veteribus Ecclesiæ Ritibus, obseruationes ad Tertullianum, & Optati Mileuitani opera, tractatúsque de Eucharistiâ. Congregatâ synodo diœcesanâ 1606. statuta edidit pro eius regimine, & mense Septembri festo Exaltationis S. Crucis 1608. vrbem solitâ inaugurationis pompâ ingreditur; anno verò 1612. adfuit synodo prouinciali Parisiensi præside Cardinale Perronio Senonensi Archiepiscopo, & 1619. cooptatur à Rege inter Præceptores Torquatorum Equitum S. Spiritus. Eodem Præsule sedente restauratur in cœnobiis Floriacensi, & Miciacensi mona-
stica disciplina, anno 1613. Minimi S. 1613.
Francisci de Paulâ admissi sunt in vrbem, sequenti anno aduocantur Aureliam Presbyteri Congregationis

Oratorij, 1617. menſe Martio Moniales Diſcalceatæ dictæ Carmelinæ, Collegium Societatis Ieſu in monaſterio S. Samſonis anteà Canonicorum Regularium eodem anno ſtabilitur: 1620 Religioſæ Viſitationis S. Mariæ, 1622. menſe Martio Vrſulanæ, Cartuſiani denique 1629. Porrò cùm Epiſcopatui præfuiſſet laudabiliter annis 26. Gratianopoli fato eripitur

1630. 1630. die 15. Auguſti, illûc ad Regem Ludouicum 13. nomine Cœtus Cleri Generalis delegatus ab Epiſcopis Lutetiæ congregatis, cadauer humandum defertur in ſepulchro gentilitio auorum, in Capellâ Eccleſiæ Cathedralis Bituricenſis.

Denetz. Au 1 & 4 de gueulle au cheuron d'argent, c'argé de 3. hermines, acc-pagné de 3. roles d'or 2. 1. Au 2. & 3. d'or a vn porc Eſpy de ſable.

115. Nicolavs Denetz Pariſinus, Nicolai in ſupremâ Vectigalium Curiâ Lutetiæ Senatoris ex Margaritâ Maupeon filius; is cùm Theologiæ operam dediſſet Doctoratus laureâ meruit inſigniri in almâ Facultate Sorbonicâ, tum Canonicus & Paſtor S. Germani Autiſſiodorenſis, Prior de Palatiolo, à Rege Ludouico 13. Iuſto Eleemoſynarius, dein Antiſtes Aurelianenſis deſignatur poſt obitum Albaſpinæi, inauguratus Lutetiæ à Ioanne-Franciſco Gondio Archiepiſcopo Pariſienſi, aſſiſtentibus Leonorio d'Eſtampes Carnotenſi, & Stephano Puget Dardaniæ E-

1631. piſcopis, Dominicâ 27. Aprilis 1631. in ſacello domus Sorbonæ: ſequenti vrbem ſolemniter inuectus 24. Octobris. Palatium Epiſcopale ab anteceſſoribus Præſulibus neglectum primus inhabitare cœpit, nouis ædificiis auxit & adornauit, extructo ibidem Epiſcopali ſacello anno 1635. diœceſanâ ſynodo habitâ eius acta euulgauit; interfuit autem 1635. & 1641. duobus Comitiis generalibus Cleri Lutetiæ, & Meduntæ habitis, ipſiúſque Cleri nomine orauit coram Rege aduersùs Nouatores 1636. 17. Fe-

1635. bruarij. Eo Antiſtite 1635. conſtruitur monaſterium Cartuſianorum, 1636. Canonici Regulares Congregationis Gallicanæ S. Genouefæ in Abbatiâ Euurtianâ inducuntur, 20. Martij an. 1638. Benedictinæ Congregationis B. Mariæ de Caluariâ in vrbem admiſſæ, 1639. menſe Octobri Prioratus B. Lupi iuxta Aureliam ad Abbatiæ faſtigium euehitur per Vrbanum 8. 1641. 17. Nouemb. in feſtiuitate S.

A Aniani benedixit Nicolaus ædem Capucinorum, eandémque gratiam impertitur Abbatiſſæ de Vicinis 6. Maij 1641. & 3. Iunij nouum Eccleſiæ ſuæ 1642.
Rituale curâ ac ſtudio eius recognitum, per totam diœceſim obſeruari ſanciuit, quod & iterum in altero conuentu ſynodali ſtabilitur 23. Auguſti 1644. excipit in templo Metropolitano vnà cùm Clero & Capitulo Henrietam-Mariam à Franciâ Reginam Angliæ. Multis ergo in diœceſi rectè ordinatis, contracto morbo ex aquâ intercute deceſſit Aureliæ 20. Ianuarij an. 1646. ætatis 55. funeratúſ- 1646.
B que ſolemnibus exequiis in æde ſanctæ Crucis è regione Cathedræ Epiſcopalis, oratione funebri commendatus à Reu. Patre Ioanne-Franciſco Senault Presbytero Congregationis Oratorij Ieſu, ſingulari quâ pollet facundiâ clariſſimo.

116. Alfonsvs d'Elbene Abbas de Maceriis in Cabilonenſi diœceſi, quintus Epiſcopus familiæ Elbeniæ, nempe Bernardus Nemauſenſis, duo Alfonſi Albigenſes, &

Elbene. L'azur a 2. baſtôs d'argent fleurdeliſez paſſez en ſaultoir.

C Bartholomæus Agennenſis Epiſcopus & Comes, Alfonſi Aurelianenſis germanus; vtérque genus ducit ab antiquâ ſtirpe Elbeniorum in Florentiâ, iſte autem mortuo Nicolao, à Ludouico 14. nominatur Epiſcopus Aurelianenſis menſe Maio 1646 eodem anno deſinente prouiſus eſt bullis Apoſtolicis Innocentij x. Summi Pontificis, tum ſacris inauguratur Lutetiæ in æde Monialium S. Eliſabetæ iuxta Templum 27. Maij 1647. à 1647.
Guidone de Bagny Athenarum Archiepiſcopo Nuncio Apoſtolico, aſſiſtentibus Præſulibus Renato de Rieux Leonenſi, & Antonio Godeau Graſ-
D ſenſi, præſente Aurelianenſi Duce Regis patruo: ſequente anno 26. Maij quo celebratur ſynodus, vrbem & Eccleſiam ſuam ſolemniter ingreſſus, de more antiquo captiuos reos plures liberauit, paulò poſt Eccleſias vrbis viſitauit, denique 1651. Pariſiis Cleri Gallicani Comitiis interfuit. Symphorianus Guyon eidem Antiſtiti nuncupauit Hiſtoriam Eccleſiæ, diœceſis, vrbis, & Academiæ Aurelianenſis, Gallico idiomate conſcriptam.

DECANI

AVRELIANENSES.

1. Efsidus Decanus erat ex cartophilacio Cathedralis Aurelianensis anno 1026.
1026.

2. *Radulfus* 1028. memoratur in tabulario Abbatiæ de Columbis.

1063. 3. *Hamo* vel *Haymo* 1063. præsens fuit sacramentali Haderici Episcopi cùm Giraldo Cautore & aliis Canonicis: subscripsit & instrumento Philippi 1. Regis pro Martinianis Parisiensibus, quorum Ecclesiæ dedicationi interest 1067. cùm Arnulpho Præcentore.

4. *Sanctio* subscripsit diplomati pro Cluniacensibus 1095. posteà Episcopus Aurelianensis.

5. *Hugo* 1. cui & Vulgrino Archidiacono ac Capitulo Aurelianensi scribit Iuo Carnotensis epist. 194. inde Epis-
1112. copus Laudunensis 1112.

6. *Hugo* 2. in tabulis anni 1120. & 1122. Gilo de Loriaco cùm fratribus ei concedunt & Manassi Capicerio, quidquid in Ecclesiâ de Chilleurâ se habere dicebant ex cartulario Cathedralis:

7. *Stephanus de Garlande* Archidiaconus Parisiensis, electus Episcopus Bellouacensis, Cancellarius & Dapifer Franciæ; *priuatissimus Regis Consiliarius* inquit Chronicon Mauriniacense, *cuius arbitrio regnum Francorum disponebatur*. Decanum fuisse Aurelianensem docet carta Eliæ Episcopi
1137. pro Ecclesiâ S. Itherij 1137. D. Bernardus epist. 78. ad Sugerium Abbatem Decanum fuisse asserit sic loquens: *Cùm honores non paucos sed quantos nec Canones nisi multi patiuntur, teneat in Ecclesiâ, vnius tamen, quem & in Palatio assequutus est, magis, vt aiunt, gloriatur ex nomine, quam cæterorum quolibet appellari. Cùmque sit Archidiaconus, Decanus, Præpositúsque in diuersis Ecclesiis; nihil horum tamen tam eum, quàm Regis delectat vocari Dapiferum.* Iacet in Prioratu de Gornaco ad Matronam tumulo domus Garlandæ.

8. *Simon* 1. 1151. ex cartis Curiæ Dei 1151. & 1153.

9. *Ioannes de Cathenâ* 1. successit Simoni, sacer Dei Leuita, Minister altaris, cuius impiam cædem deplorat Stephanus Tornacensis epist. 2. & eam proposuit Senonis in Concilio Episcoporum Stephanus S. Euurcij Abbas.

10. *Odo* 1. subscribit Aureliæ diplomati de talliâ debitâ Regi, & aliis iuribus Regaliæ 1157. ex cartâ tabul. 1157.

11. *Hugo* 3. 1171. in donatione Manassis Episcopi cùm Vuilelmo Cantore, Letoldo Subdecano, Manasse Capicerio & aliis Clericis: & in confirmatione consuetudinum pro Monialibus S. Magdalenæ in loco Hospicij 1182. posteà Episcopus Aurelianensis.

12. *Fulco* 1198. cuius consensu & 1198.
Capituli, iura Decanatus annectuntur Capitulo, concessâ Decano terrâ Ardoni ex actis Cathedralis.

13. *Philippus* 1204.

14. *Fulco* 1209. mense Nouembri, 1209.
memoratur in literis Capituli Aurelianensis de talliâ panis & vini quam habet Rex in burgo nouo, & 1214. in schedâ Magni Pastoralis Parisiensis.

15. *Robertus* 1219.

16. *Lebertus* 1220. 1224. in cartâ ma- 1120.
numissionis suorum hominum in territorio Stampensi.

17. *Manasses* 1240. controuersiam mouit Canonicis S. Euurcij 1244. & nominatur 1248. mense Septembri in literis compositionis cùm Rege pro quibusdam nemoribus; vti fidem faciunt tabulæ citati cartophilacij Parisiensis: 1249. sententiam tulit pro patronatu Ecclesiæ S. Lupi.

18. *Therricus* seu *Theodoricus* 1252. 1252.

19. *Odo de Bussiis* 2. 1253.

20. *Ioannes Malauicini* 2.

21. *Guillelmus de Issiaco* 1. 1265. posteà 1265.
Episcopus Atrebatensis.

22. *Ioannes*

22. *Ioannes de Flacciaco* 3. 1285. Canonicus item S. Quintini Viromaoduensis, compositionem iniit cùm ciuibus pro iure mortuæ manus, quam confirmat Egidius Episcopus 1285. priùs enim competebat Decano ius dispooendi pro suo arbitrio de omnibus bonis mobilibus ciuium vrbis, acta habes apud Saussеium ex tabulario Cathedralis.

1287. 23. *Adam Rigaudi* 1287.

24. *Radulfus Gresparmi* 1297. transegit super iurisdictione Decanatus 1298. cùm Frederico Lotharingo hâc pactione, vt suam Episcopo cederet in ciuitate & toto Decanatu iurisdictionem, nihilominus sub pensitatione annuâ 200. librarum ex Episcopio persoluendarum diplomate an.
1297. 1297. Idibus Augusti, quod extat in cartophilacio Decanatus: fit posteà Aurelianensis Pontifex.

1312. 25. *Aymericus de Cusorno* 1312. & 1332. ex actis Ecclesiæ, Raimone de Tarentasiâ Subdecano.

26. *Bertrandus de Budotio* 1344.

1355. 27. *Hugo Faidici* IV. 1355. ex actu controuersiæ cùm Ioanne Episcopo: à quo Decano & Capitulo mense Nouembri instituti confirmantur ab Innocentio 6. Pontifice duo Canonici Presbyteri ad altare S. Mamerti ex tabulis Cathedralis, assumptus inde ad Pontificatum Aureliæ.

1385. 28. *Stephanus de Nuce* 1385.

29. *Petrus Regner* 1. 1404.

30. *Simon* 2. an. 1415.

31. *Petrus de Podiovalle* 2. 1418.

1428. 32. *Henricus Loppier* 1428.

33. *Ioannes Vailpeau* 3. 1435.

34. *Ioannes de Vailly* 4. 1436.

35. *Guillelmus Compaing* 2. maior
1475. natu eligitur 25. Iulij 1475.

36. *Ioannes Guy* 5. 1482.

37. *Guillelmus Compaing* 3. minor 1483.

38. *Christophorus de Brillac* posteà Episcopus Aureliaoensis.

39. *Ioannes* 6. 1499. 1499.

40. *Ludouicus de Nossay.*

41. *Iacobus Lucas* 1510.

42. *Manaldus de Martorio* 1526. post Episcopus Conseranensis. 1526.

43. *Guillelmus Lateranus* 4. Abbas Bonæ requietis 1546. 1551.

44. *Iacobus Amiot* 1565. inde Episcopus Autissiodorensis. 1565.

45. *Andreas Musset* 1571.

46. *Germanus Vaillant* 1580. posteà Episcopus Aurelianensis.

47. *Godefridus Pino* Senator Parisiensis, & Abbas Cormeriaci 1586. 1586.
quo mortuo Franciscus des Vaux Theologiæ Doctor confirmatur 23. Maij 1590.

48. *Franciscus Lamet* 1596.

49. *Carolus de la Saussaye* nepos Mathurini Episcopi, sacræ Theologiæ Doctor Sorbonicus, Eleemosynarius Regis & Decanus 1598. orationem habuit in funere Henrici 4. Regis 1610. Comitiis generalibus Parisiensibus interest 1614. decessit Pastor 1614.
Ecclesiæ S. Iacobi Parisiis 1621. scriptis clarus, Annales Ecclesiæ suæ Aurelianensis & Antistitum Gabrieli Albaspinæo Episcopo dedicauit.

50. *Mathurinus Simon* anno 1615. qui scripsit de Pœnitentiæ ritu in vetere Ecclesiâ.

51. *Dionysius Boucher* ex Scholastico Aurelianensi & Doctore Theologo Facultatis Parisiensis 1627. 1627.

52. *Ludouicus de Menou* Caroli domini de Mantelan & Franciscæ Viau de Chanliuaut filius, electus an. 1629.

53. *Carolus Meusnier* 2. Doctor Sorbonicus, Archidiaconus Pitiuerensis & Belsiæ, Vicarius Generalis & Officialis, deinque Decanus interest Comitiis Cleri Parisiis 1650.

AVTISSIODORENSES EPISCOPI.

AVXERRE en Bourgogne sur Yone.

AVTISSIODORVM ciuitas, quæ olim Autricus dicebatur, ad Icaunam flumen in Burgundionibus, de quâ Ammianus, Prosper, Constantius Lugdunensis, Ericus poëta & monachus S. Germani, ac Vsuardus meminêre: Autissioderum Fredegario Scholastico in B chronico, in omnibus Notitiis Prouinciarum Galliæ subest Metropoli Senonensi; hæc diœcesis exempta est à iure Regaliæ. Comitatus autem venditus fuit à Principe Ioanne Cabilonensi triginta millibus & ampliùs
1372. Francorum aureorum 1372. Carolo v. Regi, qui in eadem vrbe regium instituit Bailliuiatum: Ecclesia primaria S. Stephanum agnoscit patronum; Episcopus autem gaudet nobilissimis toparchiis, à quibus pendent plures clari feudatarij, puta Comes Autissiodorensis, Barones de Puisaye & Donziaci, dominus S. Verani, aliique vasalli. Sunt in totâ diœ- C cesi Ecclesię parochiales circiter 104. è quibus 13. in vrbe, Prioratus 30. Præceptoriæ Ordinis Melitensis quatuor. At in Cathedrali Ecclesiâ sunt 59. Præbendæ quas obtinent Canonici ex collatione Episcopi, ad quem pertinet confirmatio Decani à Capitulo electi: item sunt Cantoria, Maior Archidiaconatus Altissiodorensis, Minor, Puysaiæ, Thesauraria, Pœnitentiaria, & quatuor Archipresbyteratus Autissiodori, Puisayæ, S. Briccij, & Varsiaci. Abbatiæ in hac diœcesi hæ recensentur.

D

S. GERMANI *in vrbe* O B.
Saint Germain d'Auxerre.

S. MARIANI O B.
S. Marien d'Auxerre.

S. PETRI *S. Pere d'Auxerre* O A.

S. IVLIANI *femin.* O B.
S. Iulien lez Auxerre.

INSVLÆ *in Vrbe fem. les Isles* O C.

CRISENNONII *fem.* O B.
Crisenon.

A S. LAVRENTII O A.
S. Laurent lez Cosne.

PONTINIACI *Pontigny* O C.

BONIRADII *Bonras* O C.

RIGNIACI *Rigny* O C.

DE RVPIBVS *des Roches* O C.

Episcopi huius Ecclesiæ sequuntur, in quibus colligendis multùm adiuti fuimus veteribus documentis, manuscriptis codicibus Episcopalis tabularij, aliisue auctoribus & moni- B mentis.

1. S. PEREGRINVS in Baugiaco vico cæsus, martyrij palmam tulit, postquam in eâ ciuitate fidem Christi prædicasset, de quo sic vetus Calendarium: « XVII. Calend. Iunias in territorio Autissiodorensi, vico Baugiaco, passio S. Peregrini Episcopi primi eiusdem ciuitatis. » Idem asserit Galesinius: quot annis sederit, incertum; natalem eiusdem Autissiodorensis Ecclesia officio precum solemni colit 16. Maij & XI. Cal. Septemb. notatur tralatio corporis S. Peregrini in Monasterium B. Dionysij, vbi & C adhuc quiescit,

2. S. MARCELLIANVS obiit 3. Idus Maij in Autrico monte sepultus.

3. S VALERIVS pridie Nonas Maij ad Dominum migrauit.

4. VALERIANVS; adfuit Concilio Agrippinensi an. 346. eodem quo 346.
decessores loco sepultus, fertur sedisse annis 23.

5. S. ELADIVS.

6. S. AMATOR humatus à B. Germano in monte Autrico an. 420. 420.
D aliis 418. de quo Baronius in Martyrologio Romano, & post Constantium sic Ericus lib. 1. vitæ S. Germani cecinit.

Vrbis amor noster, sacrique refector ouilis
Præsul erat, merito cognomine mactus
Amator.
Doctor magnificus meritorum luce coruscus,
Signorum titulis longè latéque celebris.

7. S. GERMANVS singulare sui seculi Episcoporũ decus, & Orthodoxæ fidei propugnator, cuius natalibus Altissiodorũ gloriatur, præconiis Sidonij Prosperi, ac Constantij Presbyteri

Lugdunensis celebratus; qui testatur in eius vitâ, anno fermè quadragesimo post excessum Germani perscriptâ, illum à teneris annis, liberalibus disciplinis eruditum; posteàquam verò studium in Gallicanis auditoriis collocasset, vrbem Romam proficiscitur, vt in eâ Iurisprudentiæ cognitionem perfectè assequeretur: subinde Præfecturam Tribunitiam adeptus, in eo munere tanti viri prudentia eluxit, tum claram opibus ac stirpe, sed moribus honestiorem coniugem duxit, quæ mox ex sponsâ soror dilectissima efficitur, postquam ad Pontificatum Ecclesiæ Autissiodorensis promotus est in Amatoris mortui locum. Cùm ergo, vt refert idem Constantius, directa esset Legatio ex Britanniis, quæ nunciaret Pelagianorum hæresi & prauis dogmatibus insulæ Ecclesias esse corruptas, vt Catholicę fidei succurreret Pôtifex, Germanum Præsulem vice suâ dirigit Legatum, vt in fidei obsequio eas contineret, sic enim scribit Prosper Aquitanus in Chronico, Florentio & Dionysio Coss. *Agricola Pelagianus, Seueriani Episcopi Pelagiani filius, Ecclesias Britanniæ dogmatis sui insinuatione corrupit. Sed actione Palladij Diaconi Papa Cælestinus Germanum Autissiodorensem Episcopum vice suâ mittit, & deturbatis hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem redigit.* Constantius autem simúlque Beda affirmant à Synodo Antistitum Gallicanorum Germanum in Britanniam missum, ipsi ascito collegâ Lupo sanctissimo Episcopo Trecensi; Britanniam igitur, quæ Anglia est, vtérque nauigauit, ac post multos labores, & cùm aduersariis hæreticis habitas disputationes, incolæ ad fidem Cathólicam gentiles ad Christianitatem, plurimi miraculorum signis reuocati sunt, inde in Gallias reuersi Antistites, magnâ lætitiâ excepti sunt, quòd prolixiùs narratur in iisdem Germani Actis. Non multò post audito ciuium suorum onere, qui per Auxiliarem Præfectum Prætorio tributariâ exactione præter solitum grauati fuerant, eo absente, Lugdunum deuectus, excipitur in Prouinciâ per Hilarium Arelatensem, celebris famæ Episcopum, ac Auxiliarem inuisens ægritudine correptum inuenit, pristinæque sanitati reddidit, hanc Germano gratiam rependens, ne amplius Autissiodorenses ciues huiuscemodi tributis vexarentur. Hoc ergo fœliciter pro patriâ confecto negotio, Autissiodorum rediit: narrant porrò Acta eius vitæ, cùm in Britanniam proficisceretur, quod & produnt Vsuardus ac Aimoinus, Parisiis Beatam Virginem Genouefam sacro velamine Deo consecratam desp ondisse; rursùm verò cùm Antistites regni accepissent Pelagianam hæresim post abscessum Germani iterū repullulasse in Britanniis, denuò ab iis rogatur, vt pro negotio fidei promouendo, secundâ legatione susceptâ in eam regionem progrederetur, quorum postulatis annuit alacriter, adiuncto sibi Seuero magnæ sanctitatis viro, Treuerensium Episcopo designato; mare igitur nauigio conscendit, Britannias petit, & excisâ pestilentissimâ hæresi, quâ à verò tramite aberrauerant, iidem Præsules in Galliam reuertuntur: hæc tradunt fusiùs Constantius Auctor huius ætatis in Germani vitâ à se fideliter elucubratâ, quæ etiam pariter Beda narrat lib. 1. Ecclesiasticæ Historiæ gentis Anglorum. Cæterùm vix ab eâ expeditione Britannicâ redierat, cùm ad Alemannos iter dirigit, gentis Armoricæ in Italiam Legatus, vt veniam pro his incolis precibus & auctoritate suâ impetraret; Mediolani exceptus, Rauennam iter dirigit, quò ingressus, multis editis miraculis migrauit ad Dominum anno 448. 31. Iulij, temporibus S. Petri Chrysologi Episcopi: de cuius transitu sic narrat Beda: *Ad Rauennam pro pace Armoricanæ gentis supplicaturus aduenit, ibique à Valentiniano & Placidiâ matre ipsius summâ reuerentiâ susceptus migrauit ad Christum.* Sedit in Episcopatu Autissiodorensi annis 30. diebus 15. corpus suum ex Italiâ in Gallias, sicuti postulauerat, Imperatoris impensis elatione publicâ ad eius basilicam tralatum est, vbi per 10. dies remansit à 22. Septembris ad 1. Octobris, quâ deductum est in templum S. Mauricij, quod posteà ex ipsius nomine S Germani Autissiodorensis celebris Abbatiæ dictum est. Meminêre Germani plures Historici, nam præter Prosperum Aquitanum, qui in Chronico testatur virtutibus & vitæ districtione claruisse, sub Consulatu Aëtij, eius vitam idem Constantius Lugdunen-

448.

sis Presbyter & Rhetor facundus, ve- A tustior quem habemus qui de Germano illustrissimo, ait, auctor scripserit, rogante sancto Patiente Lugdunensi huius vitam, vt dictum est, singulari stylo exarauit, anno circiter 40. post B. Antistitis transitum, quam vitam Carolo Caluo regnante versibus heroicis sex libris edidit Hericus Autissiodorensis monachus, ætatis anno 32. Græcè ipse Latinéque doctus, ac poëtices egregiè gnarus: miracula autem duobus libris distincta, quæ supplementum esse quoddam possunt vitæ antiquioris à Constantio conscriptæ: inuitatus vt id argumenti scriberet Aunarij Episcopi Autissiodorensis epistolâ ad Stephanum Presbyterum prouinciæ Africanæ. De Germani autem laboribus, legatione, miraculis, præter citatos historicos, hîc multa hausimus ex historiâ Calamitatum Galliæ eruditi Massoni.

8. S. Allodius monasterij S. Germani Autissiodorensis alumnus, aliàs Sanctorum Cosmæ & Damiani ex Constantio, sepultus in sancto Germano. Extat liber de eius Allodij vitâ. C

9 S. Fraternus, de quo in vetustis Autissiodorensibus Annalibus scriptum reperitur: *Apud Autissiodorum Allodio defuncto mansit eadem ciuitas absque Episcopo annis 10. Quibus finitis Fraternus consecratur Episcopus: qui eadem die consecrationis suæ à Barbaris vrbem vastantibus, est martyrio coronatus.* Tamen apud Vsuardum tantùm Confessor appellatur.

10. Censurius, cui Sidonius Aruernorum Episcopus scribit epistolam 10. lib. 6. vbi Censorium appellat, & Ruricius lib. 2. epist. 50. Con- D stantius ei dicat vitam S. Germani: migrat à sæculo 4. Id. Iun.

11. S. Vrsus decessit 3. Calend. Augusti.

12. Theodosius subscripsit
511. Concilio Aurelianensi 1. anno 511. obut 17. Iulij.

13. Gregorius 19. Decemb.

14. S. Optatus 31. Augusti cessit è vitâ.

15. S. Droctoaldus 8. Nou.

16. Eleutherius signum apposuit canonibus Aurelianensis Concilij 2. 533. 3. 538. 4. 541. & 5. 549. 533.

17. S. Romanus 6. Octobris.

18. S. Ætherius in Martyrologio Romano 27. Iulij.

19. Aunacharius, qui in vitâ Valerici Aunarius dicitur, auunculus erat B. Lupi Senonensis Antistitis, quem sextum numerat à B. Germano, Hericus monachus epistola ad Carolum Caluum Imperatorem, quæ notat Aunarium rogasse Stephanum Presbyterum Africæ vt vitam eius sancti metricè componeret: subscripsit Parisiensi 4. Concilio 573. præ- 573. fuitque ipse synodo in vrbe suâ cùm diœcesis Abbatibus & Presbyteris anno 578. cuius acta apud Sirmondum, Matisconensi 1. 581. & 2. 585. Extat ad eum epistola Pelagij 2. Papæ an. 582. quâ Regum Francorum fidem orthodoxam commendat, hortatúrque vt suadeat ne cùm Longobardis fœdus habeant.

20. S. Desiderius Brunechildis Reginæ agnatus, beati Germani Ecclesiam prædus dotauit, in quâ cùm superioribus sepulturæ locatur: ex MS. de quo multa Chronicon Autissiodorense.

21. Palladius interfuit Concilio Remensi anno 630. & Cabilo- 630. nensi 650. apud Flodoardum, transiit ad meliorem vitam 10 Aprilis, humatúsque in basilicâ S. Eusebij quam construxerat.

22. Vigilius monasterium in suburbio Autissiodorensi Deiparæ Virgini condidit, vbi quiescit, in syluâ Cotiâ pagi Suessionici martyrium perpessus ab Ebroino, Martij 11.

23. Scopilio, iacet in templo S. Eusebij.

24. Tetricus anteà Abbas S. Germani Autissiodorensis, qui primo Episcopatus anno synodum celebrauit pro regimine diœcesis, gladio vitam finiuit peremptus 16. Martij ab Archidiacono, sepelitur in Ecclesiâ S. Eusebij.

25. Socoaldus obiit 18.

Martij, funeratus in S. Eusebio.

26. SAVARICVS, diuino fulminis ictu interiit, in vltionem tyrannidis, quòd notat chronicon Altissiodorense, sepultus in S. Germani basilicâ.

27. HAYMARVS, iussu Pipini
745. regij palatij Maioris anno circiter 745. occubuit ad Lusans in pago Tullensi; præstat autem exscribere quę habent Gesta Pontificum Autissiodorensium MS. tomo 1. Historicorum Franciæ Scriptorum relata. HAYMARVS *vocatus Episcopus tenuit Principatum annos XV. fuit enim vir valde strenuus, at-* B *que nobilitate generis non mediocriter decoratus, simul quoque fundorum dignitate ditissimus, nam in tantum eius potestas seculariter excreuit, vt vsque ad Ducatum penè totius Burgundiæ perueniret. Contigit autem eo tempore Pipinum filium prioris Karoli Aquitaniam ex euocatione Eudonis Aquitanorum Ducis aduersùs Aimonem Cæsaraugustæ Regem perrexisse, qui Lampagiam ipsius Eudonis filiam in coniugium sumpserat, & fœdera connubij ruperat; Conuenientes autem in locum, qui Iberra dicitur, dum inter se pugnare cœpissent, hic Haimarus cùm suis in Saracenorum multitudinem irruens, maximâ eos cæde prostrauit, deuicit, atque simul cùm Rege suo Christo propitiante victor ex-* C *stitit, sicque Pipinus cùm triumpho Franciæ partes repetiit. Sed non multò post prædictus Eudo, pactum, quod pepigerat cùm Pipino, fallaci mutatione deseruit. Vnde factum est vt iisdem Haimarus præcipiente iam dicto Pipino, iterum Aquitaniæ partes collectâ suorum multitudine repeteret, atque Eudonem ad bellum prouocaret: Quibus in vnum congressis, tantâ subito cæde Aquitani corruerunt, vt vix ipse Dux eorum Eudo per fugam dilapsus euaderet, sed quorumdam insidiante inuidiâ, quæ prosperis rebus semper adesse solet; suggestum est Regi, quod ipse Eudo non aliter* D *nisi ex consensu Heimari euasisset. Quâ de causâ euocatus ab eodem Rege apud Bastoniam villam quæ est sita in saltu Arduennæ, custodiæ carcerali est mancipatus: interiectis itaque paucis diebus, cuiusdam nepotis sui ingenio carcere extractus, arrepto equo fugam iniit, cuius post tergum cùm summâ velocitate aduersarij insequentes in loco qui Lusans dicitur in pago Tullensi, eum consequuti sunt. Qui videns eorum se insidias euadere non posse, totum se ad diuinum contulit auxilium, nam dum exten-* A *sis brachiis in modum crucis, oculis ad cœlum eleuatis supernam gratiam exoraret, lanceis persequentium confossus, simul cùm prædicto suo nepote occubuit, ibique dicitur fuisse sepultus.*

28. THEODRANNVS viuente adhuc Haymaro ad Autissiodorenses infulas assumptus, defecit 4. Nonas Decembr. conditus in Ecclesiâ sancti Eusebij.

29. QVINTILIANVS anteà Abbas S. Germani, in quo monasterio quiescit.

30. GILLIANVS in eadem basilicâ sancti Germani Altissiodorensis iacet.

31. CLEMENS obiit 13. Calend. Aprilis, sepelitur in Ecclesiâ sancti Amatoris.

32. ADVLFVS vel HAYDVLFVS ex Cantore, vir in diuinis officiis » strenuus, ait Chronicum Altissiodorense, & Episcopali largitate famosus.

33. MARINVS obiit 4. Augusti, in æde D. Geruasij Altissiodorensis terræ mandatur.

34. AARON sedit annis 13. sepultus in basilicâ S. Germani.

35. ANGELELMVS patriâ Noricus, fato fungitur 7. Iulij: iacet in Ecclesiâ S. Germani, cuius & aliarum insignis benefactor.

36. HERIBOLDVS prosapiâ clarus, floruit regnante Carolo Caluo, cui summè carus, quemadmodum docet MS. Altissiodorense, adfuit Concilio Turonensi 4. an. 849. 849.
ex epist. 84. Lupi Abbatis Ferrariensis ei scribentis epist. 19. excellentissimo Præsuli, ep. 37. codicem annotationum B. Hieronymi in Prophetas mittit eius votis obsecundando: *quem vestra*, inquit, *diligentia citò aut exscribendum aut legendum procuret, nobisque restitui iubeat, vnde vos monendum iudicaui, ne fortè vobis in multis assiduisque occupati negotiis, nihil vobis collatura; nobis earundem rerum obesset dilatio: atque vtinam altissimum diuinùmque vestrum ingenium quantum posset fieri à communibus auersum negotiis, ad inda-*

ganda humanæ vel diuinæ sapientiæ transferretur secreta; profectò vestra nobilitas, officiaque clarissimus gradus, dignum suâ amplitudine cepisset emolumentum Ep. 95. ei scribit ex parte Irmindrudis Reginæ. Meminit huius quoque Hincmarus libro posterioris refutationis Gotescalci: & Flodoardus l. 2. cap. 20. in causâ depositionis Ebonis Archiepiscopi Remensis: ad eum extant carmina Valafridi Strabonis apud Canisium tomo 6. Antiq. Lect. Cathedralis suæ munificus instaurator variis donariis eam locupletauit, sepelitur in cryptâ Abbatiæ S. Germani cùm Abbone.

37. ABBO Heribaldi frater, anteà Abbas S. Germani, adfuit synodo
859. Metis habitæ 859. Tullensi apud Saponarias eodem anno, & Tusiacensi 860. de quo Capitularia Caroli Calui tit. 24.

38. CHRISTIANVS Abbonis successor & Collega, qui vnà cùm eo legitur interfuisse Tusiacensi Concilio 860. eodémque anno Nonis Iunij in sanctuario basilicæ S. Castoris apud Confluentes, cùm aliis Episcopis probauit firmitatem quam Reges Hludouicus, Carolus, atque Hlotharius fecerant in eodem monasterio 7. Idus Iunias, de quibus Capitularia Caroli Calui. Sub ipso, vt videtur, celebrata translatio corporum beat. Vrbani Papæ, & Tiburcij Mar-
862. tyrum apud Autissiodorum anno 862. de quâ Chronicon Autissiodorense, iacet in S. Germano, mortuus 24. Aprilis.

39. VSVALA frater Ansegisi Senonensis Archiepiscopi, qui adfuit Synodo Pontigonensi, nominatúrque in Capitularibus Caroli Calui 15. & 25. constitutis apud Carisiacum
877. 877. iacet in monasterio Saxiaco; de eo sic vetus martyrologium: VII. *Idus Martias obiit Vuala Episcopus, pro cuius memoriâ faciendâ Ansegisus Archiepiscopus germanus eius dedit Ecclesiæ Autissiodorensi duos mansos, cùm Regali & Episcopali consensu, & mansum vnum in administrationem luminarium diuini altaris*: & Chronicon Altissiodorense: *successit Vuala vir scientiâ clarus, & moribus adornatus, cuius studium fuit Magistros literarum caritatiuè amplecti, eorúmque alloquiis & consiliis vti.*

40. HVMBALDVS aliàs VVIBALDVS, Ioannis Scoti, seu Erigenæ discipulus, conditur in S. Clemente 4. Idus Maij.

41. HERIFRIDVS Virginis Deiparæ, sanctorúmque Ioannis ac Stephani basilicas à fundamentis extruxisse, obseruatur in chronico Altissiodorensi.

42. GERRANVS pugnat fortiter contra Normannos ex chronico sæpe citato: obiit 5. Calend Augusti Suessione, vbi humatus iuxta Rodonium auunculum illius loci Episcopū; successu verò temporis translatum corpus in Ecclesiam S. Germani, vbi iuxta decessores suos quiescit cùm epitaphio.

43. BETTO ex monacho Præposito S. Columbæ Senonensis, ordinatur 4. Maij ab Euerardo Archiepiscopo Senonensi. Goiacum & Iusiacum villas Ecclesiæ restituit magnâ pecuniâ, cùm eas Ragenardus Vicecomes distraxisset: laudatur in Chronico Altissiodorensi ab ædificiorum substructione in monasterio S. Germani, in cuius cryptâ quiescit, satis functus 27. Aprilis.

44. WALDRICVS ex monacho & Abbate S. Germani impetrauit à Ioanne Papâ, quem Romæ inuisit, relliquias S. Laurentij, construxit castrum Varziacum: obiit 933. ex Frodoardi chronico, & sepultus apud S. Germanum. 933.

45. VVIDO Autissiodorensis Archidiaconus, assumitur ad Episcopatum eodem anno, defunctus 6. Ianuarij 961. ex Frodoardo, tumulatus in 961. Cathedrali, quam instaurauit: ait enim Altissiodorense Chronicum; *hic Ecclesiam S. Stephani ab ipsis fundamentis erexit, & ampliori decori quàm fuerat anteà, vitreis magnis, & camerâ exornauit: hic etiam edidit responsoria cùm antiphonis canenda in solemnitate S. Martyris Iuliani.*

46. RICHARDVS ex monacho sancti Germani subrogatur, vbi & sepultus 968. vir nimiæ simplicitatis 968. & minoris industriæ in Chronico Altissiod

47. HERIBERTVS I. Hugonis Magni Ducis Franciæ patris Hugonis Capeti Regis ex Ringarâ nothus, eligitur circa an. 968. interfuit pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli anno 991. & dedicationi S. Stephani Senonensis quæ combusta erat: fatis cessit in castro Tuciacensi 17.,
994. Calend. Septemb. an. 994. sepultúsque in Ecclesiâ S. Mariæ Autissiodorensis intra muros, vulgò de ciuitate. Chronicon Altissiodorense his verbis, de eó ita loquitur. *Hic licet curis carnis deditus esset & pronior ad mundana, religiosis tamen quibusque Clericis, & præcipuè monachis reuerentiam summi impendebat honoris. Prædictus Pontifex duo stabiliens castra muniuit, vnum in riuo Launto apud S. Ferreoli villam, aliud à ciuitate decimo milliario Tuciacum vocabulo: denique ornamenta Ecclesiæ etsi non auxit, tamen non minuit.* De eo Præsule MS. Historia Episcoporum Autissiodorensium, & Sanmarthani lib. 11. Historiæ Genealogicæ.

48. IOANNES I. Autissiodorensis, Gerberti posteà summi Pontificis auditor, vir vitæ honestate præcipuus, & literarum studiis apprimè imbutus chronico Autissiodorensi:
998. mortuus est 21. Ianuarij 998. sepultúsque extra Ecclesiam S. Germani.

CHALON. 49. HVGO DE CHALON I. Comes Cabilonensis, Lamberti Comitis Cabilonensis filius, ex Aleide Roberti Trecensis Comitis natâ, flo-
1015. rebat anno 1015. in chronico Alberici & ex tabulis Benigniani cœnobij eodem anno: adfuit Concilio Ansano 1025. nominatúrque in cartâ Regis Roberti confirmantis donationem factam Ecclesiæ Cabilonensi de Lotonâ ab ipso Hugone 1032. 1034. ac 1037. in cartulariis S. Marcelli & Flauiniacensi. Glaber Rodulfus lib. 3. hist. cap. 2. de eo sic: *Hugo filius Lamberti Cabilonensis Comitis, qui inter cætera quæ gessit optima, monasterium etiam construxit in pago Augustidunense quod dicitur Paredo. Fuit enim idem Hugo Episcopus Autissiodori, regénsque Comitatum patris ex imperio Regis, quoniam præter eum pater non habuit sobolem sexus masculini: idcirco hostibus Regis contrarius, quoniam Regi fidelissimus parebat in omnibus: accepit autem supradictus Rex illius cognatam nomine & animo Constantiam inclytam Reginam.* De huius laudibus plura habet Chronicon Altissiodorense: Hugo, inquit, genere & vitâ egregius longo tempore commissam sibi regens Ecclesiam: prædicto præsulante ciuitas Autissiodorum exitialiter igne cremata est: tunc principalis Ecclesia Protomartyris Stephani funditùs corruit, quam protinus idem Præsul cœpit maiore ambitu ac cryptarum curuaturis quadris lapidibus certatim reædificare: iam verò altiùs opere Ecclesiæ edito rursus ciuitas reincensa est, sed nouum Ecclesiæ opus mansit incolume. Hic etiam Hugo Melerense cœnobium tam ædificiis, quàm possessionibus ampliatum, supellectiléque variâ decoratum sacrauit: corpúsque B. Desiderij rogatu fidelium illuc transferens, in argenteâ thecâ reposuit. Ecclesiam sanè B. Stephani palliis, libris, aliisque ornamentis Ecclesiæ necessariis honorauit, conferens etiam vasa pretiosa, miríque operis & precij vestimenta. Moriens verò habitum Monachi induit apud S. Germanum.

50. HERBERTVS II. Hugoni suffectus, posteà Religiosus apud S. Saluatorem in pago Senonensi, ibique humatus, à Roberto Duce Burgundiæ multas perpessus molestias ex eodem Chronico nominatur verò in diplomate an. 1048. 1048.

NEVERS. 51. GAVFRIDVS DE NEVERS Hugonis Niuernensis Vicecomitis filius, successit Herberto, vir inquit Robertus S. Mariani monachus, vitæ venerabilis & genere illustris; hic Ecclesiam S. Stephani ornamentis exutam reperit, sed eam admodum & multipliciter adauxit. Interfuit sacro Philippi I. Regis, recensetúrque in tabulis monasterij S. Dionysij 1064. 1064.
iacet in monasterio Caritatis supra Ligerim, in antiquâ Ecclesiâ S. Laurentij, sub cuius tumulo legebatur: *Hic iacet Gaufridus Episcopus Autissiodorensis, præbuit sacra pignora luminians.*

52. ROBERTVS DE NEVERS ex illustri Comitum Niuernensium stirpe, Guillelmi 2. Comitis Niuernensis, & Comitissæ Tornodorensis filius, consanguineus verò Philippi Regis, nepos scilicet ex auiâ Aleide à Franciâ Hugonis Capeti Regis

NEVERS. D'azur au lion d'or semé de billettes de mesme.

Francorum, claruit Episcopus ab an. A
1076. 1076. ad 1096. quem idem Robertus in Chronico commendat his verbis: *Autissiodorensem Ecclesiam post Godefridum rexit Robertus, vir multæ potestatis in sæculo, multæ pietatis in Domino. Hic res Ecclesiasticas tam vigilanter, támque potenter seruauit, vt suo tempore nullus esset, qui eas inquietare præsumeret. Hic statuit vt nullus ab obitu suo Canonicus vsque ad annum integritate Præbendæ priuetur, sed totos inde reditus Presbyter aliquis pro defuncto suscipiat, qui missam quotidie celebret: tantæ verò lenitatis fuit, vt nulla vnquam esset asperitas malignitatis, quam non posset lenire eius pulchritudo* blandi sermonis: Obiit verò pridie Idus Februarias Niuernis, ibique sepultus in Ecclesiâ S. Stephani, cuius epitaphium integrum sic legitur in manuscripto Autissiodorensi.

Consul & Antistes geminato dignus honore,
Vt minimus quiuis migras moriendo, Roberte.
Quantalibet bona sint morituris vt quid habenda?
Acciderent melius victuris quippe minora.
Hic vtinam fieret paucâ cùm prosperitate,
Quatinus affluerent longa dispendia vitæ
Cum modicâ vitâ potiùs quàm gaudia multa.
Sed Deus hanc talem confert præposteritatem,
Vt per transuersum contingat opinio rerum,
Et cui spondetur mors, illi vita paretur,
Quique putat vitâ fore fretus, sit sibi contra.
Ecce videte modo, quid sit de Præsule nostro,
Nobilis & sapiens, iuuenis, formosus, amandus, D
Præterit, tanquam si nec genitus foret vnquam.

53. HVMBALDVS II. eligitur
1096. anno 1096. & 1097. interfuit dotationi ac solemni dedicationi monasterij S. Stephani Niuernensis Idibus Decemb. factæ ex priuilegio Philippi Regis item sacro Ludouici 6. Crassi Regis an. 1108. & reuelationi corporis S. Benedicti Floriacensis præsente eodem Ludouico: instaurauerat regularem disciplinam in Abbatiâ S. Petri Autissiodorensis 1100. nominatur adhuc an. 1113. legitúrque interfuisse Concilio Senonensi sub Daimberto Archipræsule. Ei dirigit Iuo Carnotensis Episcopus epist. 166. scribens sanctitati suæ, ne habeat scandalum quòd Mathildis filia Pontij nepotis Trecensis Episcopi, quæ nupserat Galerano Camerario Regis, sit iam libera à Pontij coniugio. Item ep. 241. ex quâ apparet à Comite Autissiodorensis vrbis fuisse vexatum pro fide clientelari: *Non est vobis pugna necessaria*, ait, *quia causa vestra iam est Apo-* B *stolicâ falce præcisa, quam si coram Clericis & laicis, inconsulto summo Pontifice retractaueritis, Maiestatem Apostolicam offendetis, & à causâ vestrâ quæ nunc in tuto est, iure cadetis: Si autem Comes per hominum suum vos cogit ad retractandam causam Ecclesiasticam, contra fidelitatem quam vobis debet, facit, quin periculum ordinis vestri vos impingit. Quod autem ante iudicem sæcularem causam Ecclesiasticam tractare non debeatis ex Canonibus & decretis pleniter inuenietis: tamen si calumniatores vestri pertinaciter instare voluerint, appellate iudicium Me-* C *tropolitani vestri, & Coepiscoporum vestrorum, vt secundùm ordinem rerum gestarum, quantum saluâ reuerentiâ Apostolicâ fieri poterit, causa vestra ibi accipiat finale iudicium.* De quo addi possunt verba hæc Roberti à S. Mariano: *Autissiodorensem Ecclesiam Humbaldus multis beneficiis & ornamentis intus & exterius decorauit, multiplicauit ædificiis, honoribus insigniuit, Ecclesiam B. Petri, sanctique Eusebij Canonicorum Regularium esse constituit, vita verò tam honesta fuit ac sobria, vt ex quo Episcopus factus est, sese à carnibus abstineret.*

54. HVGO DE SEMVR II. ex SINEMVR.
vetustâ & clarâ Burgundionum stirpe dominorum de Sinemuro, cognominatus de Montaigu, Dalmatij de Sinemuro domini de Monteacuto filius, qui ex connubio Dalmatij cùm Aremburgi de Vergeio progenitus erat: patruum is habuit S. Hugonem Cluniaci Abbatem celeberrimum, & Raynaldum Archiepiscopum Lugdunensem, amitam verò Ermengardim vxorem Roberti Ducis Burgundiæ: eligitur Autissiodorensis Præsul anno 1115. ex Abbate D. Germani, 1115.
quem Robertus S. Mariani monachus in Chronico laudat his verbis: *Autissiodorensem hoc tempore regebat Ecclesiam domnus*

dominus Hugo S. Germani Abbas, sancti Hugonis Cluniacensis Abbatis nepos, vir pro virtutum suarum insignibus perpetuò memorandus. Hic Ordinem Cisterciensem qui tunc temporis adhuc recens erat, dulcissimâ visitatione frequentabat, & iuxta facultatem suam, ei in multis necessaria ministrabat. Suo enim tempore eiusdem Ordinis Abbatiæ Regniacum, Rupes, Bonusradius fundationis habuerunt initium, & per manus eius, tum in ministrando necessitatibus eorum, tum in acquirendo possessiones, non modicum incrementum. Porrò in Episcopali sede non erat assiduus, mundanas occupationes fugitans, & quietem amplexans animi, desiderânsque cùm claustralibus conuersari, inter ipsos non appetens Episcopus videri, vel dici, sed monachus. Præterea incumbente negotio dum Romam proficisci vellet, compulsus est à Sacerdotibus suæ diœcesis ad expensas tanti itineris auxilium postulare, nec tamen quæsiuit ab aliquo, quam quod cuiusque propria voluntas offerret. Iter itaque aggressus transiuit montem Cinicum, sed viam tutam ibidem non esse intelligens, consilio inito statim redit. Postremum
1136 diem clausit 10. Augusti 1136. humatúsque in S.Germano.

55. HVGO III. ex primo Abbate Pontiniacensi creatur Antistes 1136. inauguratur Ferrariis ab Episcopo Carnotensi: anno, inquit chronicon Altissiodorense 1136. defunctus est sanctæ memoriæ Hugo Autissiodorensis Episcopus: in Ecclesiâ B. Germani vbi prius Abbas extiterat, tumulatur. Huic in Episcopatu successit alter Hugo Pontiniaci primus Abbas, vir in sacrâ religione feruens, & strenuus, & licet iuxta propositum Ordinis sui miræ esset patientiæ, in Ecclesiæ tamen hostes districtus erat executor iustitiæ. Qui cùm in Senonensi Ecclesiâ propter suspensionem Henrici Metropolitani locum consecrationis non haberet, apud Ferrarias monasterium à Gaufrido Carnotensi Episcopo consecratus est. Primus ex Ordine Cisterciensi ad Episcopatum euectus fuerat, Artaldi Pruliacensis Abbatis in religione socius, atque Henrici Episcopi Trecensis amicus. Huic Papa Innocentius dirigit bullam quam sic ex MS. tabulario Episcopali eruimus: INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Hugoni Autissiodorensi Episcopo eiúsque successoribus canonicè substituendis imperpetuum. Ex iniuncto à Deo nobis Apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis quàm longè positis paternâ nos conuenit prouisione consulere, & Ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conseruare, vt quemadmodum patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Eapropter venerabilis frater Hugo Episcope tuis iustis precibus clementer annuimus, & benedictionem Abbatis S. Germani & ipsius debitam obedientiam & reuerentiam in aliis quoque Ecclesiis Episcopatui Autissiodorensi pertinentibus, ius Episcopale tibi tuisque successoribus concedimus, & Apostolicâ auctoritate confirmamus, sicut Ecclesia tua hactenus habuisse cognoscitur: prohibemus quoque ne aliqua secularis persona Clericos in Episcopatu tuo pro quolibet crimine iudicandi vel puniendi habeat potestatem. Si qua igitur Ecclesiastica secularísue persona contra hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire temerè tentauerit, secundò, tertiòue commonita: si verò satisfactione congruâ emendauerit, potestatis honorísque sui dignitate, careat, reámque se diuino iudicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic bonæ actionis fructum percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. amen. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgij ad Velum Aureum, Petrus Diaconus Cardin. sanctæ Mariæ in Agro, Petrus Diaconus Cardin. sanctæ Mariæ in Porticu, Stephanus Prenestinus Episcopus, Thomas Presbyter Cardinalis, Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis. Datum Laterani per manum Geraldi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ac Bibliothecarij 3. Kalendas Ianuarij anno MCXLII. Ponrificatus vero Domi- 1142.
ni Innocentij 2. Papæ anno XIII. Cæterum motâ controuersiâ de iuribus Episcopi in ciuitate Autissio-

dorensi & pertinentus cùm Comite Niuernensi, per S. Bernardum Abbatem solemni transactione habitâ pacificatur : cuius autographum è libeo vetusto cartarum Episcopi Autissiodorensis euulgatur:

IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Bernardus Clareuallis vocatus Abbas, cognita quæ inter Hugonem Episcopum Autissiodorensem & Vuillelmum Comitem Niuernensem emerserat discordia, pro quibusdam querelis quæ inter eos agebantur, Autissiodorum veni, & pari amborum assensu & voluntate querelas illas ad concordiam redactas, finem terminaui hoc modo, in bosco qui dicitur Brueria Episcopi facient communiter Episcopus & Comes haiam, factamque, communiter custodietur, ita quòd singuli singulos ministros eius custodia deputabunt, & vterque ab ambobus fidelitatem accipiet, eritque in sacramento eorum quod nullus homo siue animal in haiâ per occasionem capiatur, forisfacta haia communiter percipientur, quæ etiam forisfacta hac ratione determinantur: porcus, ouis, vaccæ cùm lasciuientes fugiunt tauros, si in eâ deprehensa fuerint, nihil emendabunt, boues, vaccæ, equi, asini, capræ & similia animalia si sine custode in eà inuenta fuerint, pro singulis singuli denarij persoluentur, si custos affuerit tres solidos pro se emendabit, pro pecudibus nihil exigetur. Si homo ligna cadens in eâ inuentus fuerit 15. solidos emendabit, incendium facient 60. Itaque prædicta forisfacta haia nunquam excedent prænominatas summas: haia non extendetur in latum vltra 40. perticas arpennales. Si autem eandem haiam contigerit aliquando seu vetustate, seu aliquà occasione ad id deuenire, vt non sit, si eam simul ibidem recipere voluerint, licebit, quòd si noluerint terra remanens, siue culta sit, siue inculta ad dominium Episcopi reuertetur. Omnia alia forisfacta quæ extra haiam fuerint, sine parte Comitis, Episcopi sunt. Statutum est de Clericis vt omnino à potestate Comitis liberi & immunes existant, ita quòd nec aliquid iuris vel dominationis in eos ex aliquà occasione Comes exercebit, nec rebus eorum vbicumque sint manum aliquomodo mittere, sibi, vel alicui ministrorum suorum licebit. Quòd si in aperto latrocinij forisfacto Clericus fuerit deprehensus, absque omni Clericalis ordinis iniuriá seu indignitate Episcopo, vel eius ministris reddetur, ac deinceps si quis contra ipsum à Comite vel eius ministris aut hominibus expostulabitur, Episcopus eis quantum ius & ratio dictauerit de eodem faciet. Theloneum ciuitatis & suburbiorum eius quia Episcopo & Comiti commune esse constat, si aliquod forisfactum inde commissum fuerit, Episcopus capitale suum per se recipiet, cùm eà lege quæ quisque viuit, & Comes pro forisfacto 60. solidos. Si thelonarius Comitis, seu aliquis clientum primus ceperit eum qui capitale Episcopi abstulit, capitale suum cum lege Episcopo reddere faciet. & si per eius incuriam cùm eodem capitale euaserit, ipse pro illo Episcopo de capitali & lege respondebit: seruientes Episcopi, & quotquot erunt de familià eius nusquam iustitiabunt se per Comitem. Omnia forisfacta claustrorum videlicet claustri S. Stephani, & claustri S. Mariæ, & claustri S. Eusebij, & S. Petri, & S. Amatoris, & ea quæ claustris continentur iuris Episcopalis sunt, nec aliquam in eis exercere poterit Comes potestatem, nec pro aliquo forisfacto cuiuslibet hominis res quæ in claustris sunt, in suam transferet potestatem. Si aliquis laicus deprehensus fuerit in claustris in latrocinio, cùm vnà quacumque veste suâ pro iustitià faciendà Comiti reddetur: extra claustra autem quicumque laici latrones deprehensi fuerint, & ipsi, & res eorum Comitis sunt, exceptis illis rebus quæ in claustris nominatis continentur, quæ propriè ad Episcopum pertinent. De terris censualibus manifestum est quod nusquam licet Comiti vel homini suo eas quæ de fundo sunt Episcopi, acquirere, nisi per Episcopum, nec etiam aliquam decimam, bannum Comitis obseruabunt tribus diebus omnes tam Clerici quam laici qui in claustris morantur, quibus transactis liberè vendent. Si Episcopus vinum, aut annonem comparuerit, nihil gellagij, vel alterius consuetudinis ab eo exigetur; Episcopi seruientes & homines Comitis tam per se quàm Ecclesiasticos ministros per Christianitatem submonebit, & iustitiabunt se per eum: domus Comitis, & munitiones castrorum, quæ ipse dinoscitur tenere ab Episcopo, scilicet Castrinoui, sancti Saluatoris, Conada, Mailliaci, tradentur Episcopo ad eius beneplacitum, ita tamen quod eo discedente Comiti vel ministerialibus eius cùm integritate restituantur; in boscis Comitis Episcopus accipiet necessaria sibi & Ecclesiæ S. Stephani. Dictum est & concessum de Canonicis S. Stephani qui in bosco de Thul vsuarium suum plenariè habebunt, cognitum est & à Comite concessum, quod non licet ei Autissiodori aliquam mutationem vel innouationem fa-*

cere absque licentiâ Episcopi, de cuius feo- A
do recognoscit se tenere quidquid habet
Autissiodori & in circuitu eius, præter hoc
quod continetur infra muros vrbis, extra
claustrũ quod tenet de domino Rege, & præ-
ter feodum Ducis vltra pontem. Comes res
Episcopi custodire debet vt suas proprias, si
aliquis de potestate eius aliquid de rebus
Episcopi aut hominum suorum ceperit, Co-
mes reddi faciet, aut de suo recompensabit.
Ad molendinos Episcopi de regio amne ta-
le debet esse bochellum, quòd nauibus as-
cendentibus & descendentibus peruium sit:
de illis qui pisces vendunt Comes habet
quatuor creditarios in quibus Episcopus
nihil accipit, si ad alios theloenarius B
Episcopi primus aduenerit, & primus bar-
quinauerit, tantùm accipiet quantùm cu-
ria Episcopi necesse habebit, & thelonearius
Comitis similiter faciet, si pariter venerint
pariter accipient quod inuenerint, similiter
in aliis victualibus faciant. Creditam
habet Episcopus in omnibus victualibus
40. diebus exinde donec reddiderit ab eis
quibus debetur, nihil ei credetur. Statutum
est de mercatoribus qui in domibus suis ven-
dũt, quod à quindecim in XV dies, vel à mẽse
in mensem thelonario Episcopi qui ventas
reddent, si quæsta eis fuerint in nundinis
Calendarum Maiarum, thelonei & ven-
tarum duæ partes sint Episcopi, tertia Co-
mitis, illique hos redditus recipient, fide-
litatem Episcopo & Comiti facient. Epis- C
copus in vineis suis propriis, & in censua-
libus si illi voluerint, quorum sunt vineæ
custodiam ponet: si noluerint, non cogen-
tur, Comes faciet similiter. In bruerià totâ
cuiuscumque fundus sit aut possessio, Epis-
copi & Comitis venatio communis est, &
forisfacta ad venationem pertinentia. A-
ctum Autissiodori anno ab Incarnatione
1145. *Domini* MCXLV. *Episcopatus Eugenij*
Papæ 2. primo. Huic rei interfuerunt Ab-
bates Stephanus Reiniacensis, Guido de
Caroloco, Balduinus de Castellione, Gau-
fridus de Rupibus, Raynaudus Archi-
diaconus, Gaufridus Cantor, Hugo De- D
canus Meldensis, Andreas de Baldement,
Landricus Bernardus, Hugo de Castri-
censium, Hugo de Tociaco Presbyteri,
Gaufridus Cellarius, Magister Anselmus,
Guido de Bichiaco, Stephanus de S. Ger-
mano Canonici, milites Guillelmus filius
suprascripti Comitis, Hugo de Tilio,
Humbertus de S. Germano, Siguinus de
Tornellà, Odo de Tociaco, Humbaudus
Tortus, seruientes Robertus Præpositus Co-
mitis, Humbaudus pistor, Erueus Præpo-
situs Episcopi, Osannus Cellarius, & alij

quamplures hinc & inde. Ad hunc ex-
tat quoque rescriptum aliud summi
Pontificis in eodem tabulario hâc for-
mâ. EVGENIVS Episcopus seruus «
seruorum Dei, venerabili fratri Hu- «
goni Autissiodorensi Episcopo salu- «
tem & Apostolicam benedictionem. «
Postquam controuersia quæ inter te «
& dilectum filium nostrum P Clunia- «
censem Abbatem super S. Germani «
monasterio agebatur, in nostrâ fue- «
rit præsentiâ terminata, & dominus «
filius noster Abbarem qui fratribus «
inibi Deo seruientibus præest, per ba- «
culum inuestiuit; in quo quod digni- «
tas Ecclesiæ tuæ obfuscari & suppri- «
mi videbatur inter nos, de quo pater- «
næ caritatis debiro condolemus, est «
suborta contentio. Vt igitur paci & «
tranquillitati Ecclesiarum attenta sol- «
licitudine prouidere compellimur, «
præsentium scriptorum auctoritate «
statuimus ne quando ab ipso factum «
est, tamen vel Ecclesiæ tuæ imposte- «
rum præiudicium faciat, vel aliquod «
inferat detrimentum, & ne de cætero «
Abbas S. Germani à Cluniacensi Ab- «
bate inuestituram per baculum susci- «
piat prohibemus. Datum Bistircij «
Nonis Maij. Interfuit autem Con- «
cilio Remensi 1148. delectus cùm 1148.
Milone Morinensi Episcopo, ac Su-
gerio S. Dionysij Abbate, vt exbibe-
ret Papæ & Cardinalibus capitula
Gilberti Porretani Episcopi Picta-
uensis, vti fusiùs refert Gaufredus
monachus in epistolâ ad Albanensem
Episcopum de rebus in hâc contro-
uersiâ gestis. Idem Hugo Canonicos
ex Præmonstrato vocatos Autissiodo-
rum adduxit, & collegiali Ecclesiâ S.
Mariæ in suburbio donauit ex chro-
nico Autissiodorensi: reperitur eius
epistola ad Sugerium, & Eugenij ad
Hugonem, sanctique Bernardi epist.
335. illi adhuc Abbati scribentis; de eo
quoq; plura Henriques in Fasciculo
Sanct. Cist. l. 2. d. 10. c. 18. & in Menolo-
gio 21. Ianuarij, Guillelmus Abbas S.
Theodorici l. 2. vitæ S. Bernardi, Sige-
berti Supplementum, & alij Historici
meminẽre. Obiit Hugo Matisconen-
sis an. 1151. 10. Octobris, sepultúsque 1151.
in monasterio Pontiniacensi quod
ampliauit, vt docent Epitaphij versus.

AVTISSIODORI *Præsul Prælatus*
in orbe
Mente polum scandens membra reliquit
humi.

Sexu, stirpe, bono præstans, illustris, honestus
HVGO *fuit largus nomine, voce, manu.*
Et locuples & inops, pauper sibi, diues egenis,
Et nullis impar, & sibi nullus erat.
Hunc à iustitiæ normâ reuocare nequibant
Obsequium, terror, gratia, dona, preces.
Sola triumphabat virtus pietatis in illo,
Cùm post iustitiam debuit esse pius.
Istius Ecclesiæ primus Pater amplificauit
Nomen, facta, locum, laude, rigore, bonis.
Bis quinos Octobre dies claudente dierum
Finem clausit, habens nunc sine fine diē.

56. ALANVS natione Flander, patriâ Insulensis, qui ex monacho & primo Abbate Ripatorij cœnobij in agro Trecassino, ad Pontificatum Autissiodorensem promotus est 1151. teste Roberto sancti Mariani mona-
1152 cho, Alberico autem anno 1152. Ei scribit Anastasius 4. Pontifex Maximus in tabulario Episcopali Autissiodorensi eo tenore: » ANASTASIVS seruus seruorum Dei, venerabili fratri Alano Autissiodorensi Episcopo, eiúsque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Quæ à prædecessoribus nostris per iudicium, vel concordiam acta esse noscuntur, in suâ volumus stabilitate persistere, vt imposterùm robur obtineant confirmationis nostræ munimine roborari. Eapropter dilecte in domino fili Alane Episcope, tuis iustis petitionibus gratum accommodantes assensum, concordiam quam prædecessor noster sanctæ memoriæ Papa Eugenius, super controuersiâ quæ agitabatur de monasterio B. Germani inter Hugonem bonæ memoriæ prædecessorem tuum, & dilectum filium nostrum Petrum Cluniacensem Abbatem, & monachos S. Germani fecisse dignoscitur, nos eius vestigiis inhærentes Apostolicæ Sedis auctoritate firmamus, præcipientes vt in Abbatiâ sancti Germani, sine Cluniacensis Abbatis consilio Abbas nullatenus eligatur. Electum verò approbandi vel reprobandi Canonicè, & si dignus fuerit in Abbatem benedicendi, tam tu quàm successores tui habeatis liberam facultatem; benedictus autem obedientiam Episcopo Autissiodorensi promittat. Depositio quoque ipsius si talis quod absit, apparuerit, indiciario ordine facienda, & tam Abbatis quàm monachorum canonica correctio ad te nihilominus pertinebit. Crisma, oleũ sanctum, cõsecrationes altarium, vel basilicarum, ordinationes monachorum vel Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, Abbas & monachi S. Germani ab Autissiodorensi Episcopo tanquam à diœcesano accipiant, donec gratiam Apostolicæ sedis habuerint. Præterea memorati prædecessoris nostri Papæ Eugenij statuta sequentes, præsentis scripti paginâ confirmamus, ne quod à præfato Cluniacensi Abbate de inuestiturâ per baculum ipsi Abbati S. Germani factum est, tibi vel Ecclesiæ tuæ imposterum præiudicium faciat, vel aliquod inferat detrimentum, & ne de cætero Abbas S. Germani, à Cluniacensi Abbate inuestituram per baculum suscipiat, prohibemus. Si quis autem huius nostræ confirmationis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, honoris & officij sui periculum patiatur, aut extremâ vltione plectatur, nisi præsumptionem suam dignâ satisfactione correxerit. Ego Anastasius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego B. Presbyter Cardinalis tituli Callixti. Guido Presbyter Cardinalis tituli S. Grisogoni, Vmbaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis Aubericus Presbyter Card. tit. S. Anastasiæ Iulius Presbyter Card. tit. S. Marcelli Iordanus Presbyter Card. tit. S. Susannæ & Felicitatis, ego B. Presbyter Cardinal. tit. S. Stephani de Monte Celio; Ioannes Presbyter Cardinal. S. Ioannis & Pauli tit. Pamachij, Ioannes Presbyter Cardin. tit. S. Siluestri & Martini, Imarus Tusculanus Episcopus, Hugo Ostiensis Episcopus, Censius, Portuensis Episcopus, Gregorius Diac. Card. & electus Sabinensis, Rodulphus Card. tituli Luciæ in septa, Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu Ioannes Diac. Cardin. SS. Sergij & Bachi, Odo Diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano. Datum Laterani per manum Rolandi Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Card. & Cancellarij VII. Kal. Maij, indict. II. Incarna-
tionis Dominicæ an. MCLIV. Ponti- 1154
ficatus verò domini Anastasij IV. Papæ anno primo. « Huc etiam referendum est diploma sequens de iuribus apud Conadam, inter Episcopum

Autiſſiodorẽſem, & Comitem Niuer- A
nenſem, cuius formula in cartarum
inſtrumento ſignato P. ita incipit
» EGO ALANVS Dei gratiâ Autiſſio-
» dorenſis Epiſcopus, & ego Vuillel-
» mus Comes Niuernenſis, notum eſſe
» volumus tam futuris quàm præſenti-
» bus, quòd S. Maria & B. Stephanus,
» & Epiſcopus Autiſſiodorenſis dinoſ-
» cuntur habere, & habuiſſe in pace
» apud Conadam, hæc omnia quæ per
» capitula in præſenti cartâ ſubſcripta
» ſunt. Quidquid in caſtro & in Ca-
» ſtellaniâ Conadæ continetur, de caſa-
» mento vel de dominio Epiſcopi eſt,
» foſſetum de Firmitate Conadæ Epiſ- B
» copi eſt, & foriſactum de Foſſeto ſi
» fuerit: empiramentum Foſſeti Comi-
» tis eſt. De omnibus hominibus vbi-
» cumque ſteterint qui mercaturam fa-
» ciunt apud Conadam, iuſtitia Epiſ-
» copi eſt, forum & theloneum Epiſ-
» copi eſt, & quidquid de foro exit, &
» iuſtitia de omnibus hominibus qui ve-
» niunt in fracturâ caſtri, & rapina & in-
» cendium, eſt Epiſcopi, quicumque
» clamorem fecerit, Epiſcopi eſt, qui-
» cumque ſtat in terrâ Epiſcopi ſi bo-
» uem habet, curuatam debet Epiſco- C
» po bis in anno; ſi bouem non habet,
» duos homines habebit in curuatâ
» Epiſcopi, vbi Præpoſitus mittet eos:
» cenſum habet Epiſcopus in dominio
» ſuo de terrâ ſuâ totâ intra caſtrum, &
» de foris per Ligerim deſſo Ru Alue-
» riac, vſque ad terram villæ Charul
» vbicumque nauis ad vendendum ali-
» quid portabit, vendituræ & conſue-
» tudines ſunt Epiſcopi, de hoc quod
» vendiderit vbi applicuerit. Omnes
» homines qui ſtant à villâ Charul ad
» Ru Alueriac, quicumque rete miſe-
» rint in Ligerim ſubmonebit. Præpo-
» ſitus Epiſcopi ad piſcandum & panem
» & vinum habebunt: quod ſi facere
» noluerint, rectum inde faciet per le- D
» gem quâ viuunt. Boſcus de Culdieyo
» B. Mariæ & S. Stephani & Epiſcopi
» eſt: credentiam ſuam habet Epiſco-
» pus in omnibus qui vendunt panem
» & vinum, & carnem, & quidquid eſt
» neceſſarium ad comedendum. Si Epiſ-
» copus venerit in villam, vel hoſpites
» ei ſuperuenerint, accipiet patellam,
» cacabum, ſcutellas, aphos, culcitras,
» quiſſinos, & pannos ad iacendum,
» mel & cera quæ exit de boſco prædi-
» cto, & paſnagium & quercus, & fa-
» gus, & omnes arbores quæ fructum

portant, Epiſcopi ſunt, & iuſtitia to- «
tius boſci Epiſcopi eſt. Mariſcalcus «
Epiſcopi hoſpitabitur equos domi- «
norum qui ſunt poſt Epiſcopum, & «
de vno quoque illorum habebit pa- «
nem vinum & carnem apud villam «
Charul quæ eſt in caſamento, habet «
Epiſcopus curuatam de bobus. In ter- «
râ quæ vocatur Foreſta monacho- «
rum, habet Epiſcopus curuatam bo- «
uum, ad cuſtodiendum meſſes, & «
prata quæ ſunt in terrâ Epiſcopi. Præ- «
poſitus Epiſcopi ponet ibi cuſtodem, «
& ſi aliquid foriſactum fuerit iuſti- «
tiam habebit Epiſcopus à Conâ vſque «
ad ſaxum de Genu, vſque ad quadri- «
iuram Ciſtilliaco, & quantum terra «
Epiſcopi durat & boſcus, & planum: «
ſi beſtia vel aliquid vbi venditur, ven- «
dituræ fiunt Epiſcopi à duodecim «
nummis: inſupra duella Conadæ ſunt «
Epiſcopi à plantâ de Ru vſque ad vil- «
lam Charul, & vſque ad villam Vil- «
lani, & vſque ad Ligerim iuſtitia to- «
tius Caſtellaniæ Conadæ Epiſcopi «
eſt. Hæc quæ ſubſcripta ſunt, ego «
Vuillelmus Niuernenſis Comes ſigil- «
laueram, poſteà verò dominus meus «
A. Autiſſiodorenſis Epiſcopus & ego «
quæ ſubſcripta ſunt concordauimus, «
& huic cartulæ appoſuimus, & eam «
tam meo, quàm ſuo ſigillo ſignaui- «
mus. Nullus hominum Epiſcopi qui «
maneat extra munitionem Conadæ «
conſuetudinem vel iuſtitiam mihi de- «
bet aliquam. Si quis hominum meo- «
rum de Conadâ, vel de aliis caſtris, «
ſcilicet Caſtronouo, Mailliaco, S. «
Saluatore, Vitaco, Vlmo, & eorum «
Caſtellanis quæ ab Epiſcopo teneo, «
perrexerit ad villam quæ ſit Epiſcopi, «
quandiu ibi manebit, Epiſcopi erit, «
nec res ipſius ſaiſire potero; cùm au- «
tem redierit, meus erit, ſi tamen ad «
Conadam rediens fiat feodatus ſer- «
uiens Epiſcopi, Epiſcopi erit. Terram «
quæ de fundo eſt Epiſcopi, non licet «
ius vel decimam aliquam acquirere, «
nec per Epiſcopum Autiſſiodorenſem «
non licet ius inducere, vel demere «
aliquas conſuetudines niſi per Epiſ- «
copum de cuius feodo eas omnes ha- «
beo. Quæcumque habeo Autiſſiodo- «
ri in foro, & in aliis conſuetudinibus, «
& in circuitu præter clauſuram mu- «
rorum de Epiſcopi feodo eſt, præter «
illud modicum quod teneo à Duce «
vltra pontem: liberi homines noſtri «
qui ſe transferunt ad aliquam villa- «

rum Episcopi, Episcopi sunt. Huius A rei testes sunt. R. Archidiaconus, G. Cantor, Stephanus Cellarius, Ra. de Couci, Herueus Præpositus, Olaraius, hi ex parte Episcopi: ex parte Comitis Magister Stephanus, magister Gaufridus, Gaudricus Capellanus, Odo Grossus, Brienus de Conâ, Raudus Robertus; & alij quamplures ex vtrâque parte.

Sed inter Episcopalis tabularij instrumenta superiùs expressa, cùm sequentibus, nunc primùm ex veteri codice luce donata, reperiuntur litteræ de Conadâ, his verbis B conceptæ: EGO VVILLELMVS *Niuernensis Comes præsentibus & futuris notifico, extitisse discordiam inter me & dominum meum A. Episcopum Autissiodorensem, de banno & iustitiâ Conadæ, & burgo S. Aniani; unde talis facta est concordia. Bannum ex parte meâ & Episcopi clamabitur, si clametur pro negotio Episcopi, vel me, vel alterius infractura, vel emendatio erit Episcopi, sed damnum mihi vel alterius restituetur per iustitiam Episcopi. Iustitia omnium hominum manentium apud Conadam Episcopi est. Quicumque* C *clamorem fecerit pro qualicumque forisfacto, Episcopo, vel Præposito ipsius faciet, etiam de illo forisfacto quod fiet in domo, vel dongione meo ab hominibus meis, vel alterius. Cognitum insuper fuit quod in burgo S. Aniani, nec etiam in aliquâ terrâ Episcopi quæ sit extra municionem Conadæ, consuetudinem aliquam, nec iustitiam habeo infra municionem, nec extra, talliam, vel questum licet mihi facere nisi in meis hominibus de corpore. Hominibus de Conadâ tenemur Episcopo, & Episcopus credita nobis ab eis infra 40. dies reddere. Huius rei testes sunt Magister Stephanus Cellarius, Mag. Gofridus Odo Grossus, Brierius de Conâ, Robertus* D *Præpositus. Actum Autissiodori anno ab* 1157 *Incarnat. Domini* MCLVII. Huic titulo accedit documentum confirmationis pro Abbatiâ S. Mariani, his verbis expressum: "IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Alanus Autissiodorensis Episcopus. Quoniam certum est Episcopum Christi Vicarium esse eiusdē Christi, pauperum debet necessitatibus subuenire. Eapropter prædecessor noster Hugó Autissiodorensis Episcopus plurima largitus est Canonicis Regularibus Præmonstratensis Ordi-A nis, quos zelo Religionis succensus, apud Autissiodorum in Ecclesiâ sancti Mariani ibidem Deo seruituros instituit. Siquidem donauit eis prænominatam Ecclesiam B. Mariani cùm quibusdam eidem Ecclesiæ appendentibus vineis, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Saluij, & sedem molendini super Belcam fluuium, cùm terra & censu pertinentibus ad molendinum. Donauit etiam Ecclesiam Beatæ Mariæ in suburbio sitam, cùm censibus, & vineis, terris, decimis, pratis, seruis, & ancillis, & omnibus appendentibus propè longeq; B positis, & præbendam integram in Ecclesiâ S. Stephani. Hæc omnia Canonici de manu Episcopi accipientes, ea tamen seu simplicitate, seu nimiâ donantis confidentiâ sigillo Episcopali non confirmantes, nunc à nobis deposcunt ista confirmari. Ne igitur de his aliquam in futurum sustineant calumniam, ipsa eadem quæ donauit assensu, & concessione totius Capituli S. Stephani, & precibus Vuillelmi Comitis Niuernensis, posteà Carthusiæ Conuersi. Nos etiam laudante C ipso Capitulo donamus, quibus etiam donis ex Episcopali benignitate Ecclesiam de Tangiaco donantes adiungimus Actum est hoc anno ab Incarnat. Domini 1163." Constituit autem Priorem S. Amatoris hoc priuilegio 1163 archiuij Episcopalis. AD *Episcopalis officij discretionem pertinet loca religiosa non solùm tutari & conseruare, verumetiam ipsam religionem in meliorem statum promouere, inde est quod ego Alanus Dei gratiâ Autissiodorensis dictus Episcopus, Ecclesiam B. Amatoris ex officio mihi iniuncto & Apostolica auctoritatis mandato, cùm illis possessionibus quas Canonici Regulares tunc tenebant Ecclesiæ S. Sa-* D *turi imperpetuum concedo, saluis institutionibus quæ sunt inter Ecclesiam S. Amatoris & B. Stephani, & eâ conditione vt per Episcopum Prior ibi de domo illâ constituatur, & ibidem iuxta consuetudinem & disciplinam prænominatæ Ecclesiæ iuuat, & cùm fratribus suis adiuuante gratiâ Domini Ordinem B. Augustini teneat, & cùm fuerit constitutus nisi per Episcopum non amoueatur. Ne qua verò deinceps inter Episcopum & Canonicos controuersiæ oriatur occasio, constitutum est meo, & eorum assensu, vt de vineis Episcopi in quibus Canonici decimam requirebant, Episcopus singulis annis duodecim*

modios vini persoluat, decem de rubeo & duos de albo. In terrâ verò quæ Cunenunc dicitur, Episcopi quotiens culta fuerit, Canonici decimam habeant. Facta est autem hæc constitutio in Octauis B. Stephani in Capitulo Autissiodorensi Guidone Præposito, Rainaudo Archidiacono, Rodulpho Thesaurario, Stephano Cantore, præsentibus & assentientibus, sub assensu etiam totius Capituli, anno ab Incarna-
1263. *tione Domini* MCCLXIII. *Domino Alexandro 3. summo Pontifice, Ludouico Rege Francorum, Vuillelmo tunc tempore Comite Niuernensi.* Eidem scribit Alexander 3. epistolâ cuius initium est:

« ALEXANDER Episcopus seruus B seruorum Dei: venerabili fratri Episcopo Autissiodorensi salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte tuâ fuit propositum coram nobis, quòd cùm contingat interdum aliquos hominum tuorum de corpore, se à tuo dominio subtrahendo ad loca transferri alterius iurisdictionis subiecta, locorum ipsorum Rectores & domini præfatos homines non eos te repetente volunt restituere, nisi per duellum probes eos tuos homines extitisse, in tuum præiudicium non C modicum & grauamen. Quare nobis humiliter supplicasti, vt cùm ex hoc tam tu, quàm Ecclesia tua grauem sustineatis pluries læsionem, prouidere super hoc indemnitati tuæ, ac ipsius Ecclesiæ paternâ sollicitudine curaremus. Cùm igitur monomachia sacris sit Canonibus interdicta, nos tuis supplicationibus inclinati, vt contra prædictos testibus, instrumentis, & aliis probationibus legitimis vti liberè valeas, auctoritatem tibi præsentium indulgemus, &c. Datum Viterbij Idibus Februarij, Pontificatus nostri anno 4. »

Porrò concordiam inter se & Comitem Niuernensem super mutuis iuribus confirmat Lingonensis D Præsul, pactis istis quæ asseruantur in scrinio tabularij Episcopalis:

« EGO GODEFREDVS Episcopus quondam Lingonensis, notum fieri volo præsentibus & futuris, quòd de quibusdam querelis quæ inter dominum Alanum venerabilem Episcopum Autissiodorensem, & Vuillelmum illustrem Comitem Niuernensem agitabantur, auxiliante Deo per manum nostram & Vuichardi Pontiniacensis, & Gaufridi Clareuallis Abbatum, de iure & consuetudinibus prædictorum A Episcopi videlicet & Comitis, inquisitâ diligentiùs veritate, tali modo amicabiliter facta est compositio. Saluâ igitur in primis, & approbatâ cartâ quam inter prædecessorem huius dominum Hugonem Episcopum, & auum istius Comitis, Comitem scilicet & de Cartusiâ sanctæ memoriæ, Bernardus Clareuallis Abbas composuit. Statutum est à nobis, vt quidquid in eâ diffinitum est, & ipsorum sigillis firmatum, ratum habeatur, & tam ab Episcopo quàm à Comite cunctis diebus inuiolabiliter obseruetur. Igitur de terrâ mercati quæ tam B Episcopi quàm Comitis communis est, cognitum est, quia venta eorum eam dare alicui, vel aliquid ibi facere sine assensu alterius licet, excepto quòd Comes in eâ stalla concedere solis cambiatoribus potest, tantummodò ad cambiandum, quæ tamen ab eis ad alios vsus transferri non possint: ita duntaxat, vt si prætium exinde Comes habuerit, Episcopus medietatem habeat de theloneo quod Episcopus & Vicecomes accipiunt, ministeriales Comitis nihil se intro- C mittere habeant. Terra quæ Kalende maij appellatur, liquet quia Episcopi est: vnde Comes nihil ibi facere habet, & quod in eâ construxerat edificium cadat. Similiter domus iuxta pontem, quia cognitum est & manifestum constructam eam esse super aquam quæ à ponte inferiùs, iuris Episcopi est, cadat. Equituras bonorum Episcopi, vel Ecclesiarum ministerialibus Comitis capere ad aliquod faciendum, vel alicubi mittendum non licet, sed pro munitionibus faciendis, vel reficiendis nihil ab hominibus Episcopi, vel Ecclesiarum est exigendum. Aliquotiens homines D Episcopi apud Ministeriales Comitis conqueruntur, & eis iustitiam facere nolunt, nisi pro ipsis se iustitient, etiam hi quidem non debent nisi de mercato viuentes, vnde manifestum est quia ideò non est eis iustitia subtrahenda, seu neganda. Prætereà contingere solebat quòd homines Comitis hominibus Episcopi sua credebant, & cùm non possent credita rehabere, propter hoc res aliorum hominum Episcopi capiebant, quod dictum est omnino fieri non debere; credentiæ enim à nullo nisi ab eo cui sunt creditæ, sunt requirendæ. Reco-

» gnitum est prætereà quòd in feodis A
» seruientibus quos Episcopus habet
» Autissiodori, vel alibi etiamsi de mer-
» cato viuant, Comes nullam omnino
» in foro, aut alio in loco pro aliquo
» forifacto, nisi per Episcopum habet
» iustitiam seu potestatem. Vt igitur
» præscripta compositio rata & incon-
» cussa perpetuò maneat, Episcopi,
» Comitis & nostro sigillo eam confir-
» uimus, vocatis testibus qui nobiscum
» præsentes interfuerunt. Henricus ve-
» nerabilis Trecensis Episcopus, & Gi-
» rardus eiusdem Archidiaconus, Gui-
» do Autissiodorensis Præpositus, Vuil-
» lelmus Decanus, S. Cantor, Stepha- B
» nus Cellarius, Garnerius Senescallus
» Stephanus de Petrapercussâ milites,
» Stephanus Episcopi Præpositus, Ra-
» audus Burgenses Autissiodor. Actum
1164 » anno ab Incarnatione Dom. MCLXIV.
» regnante Ludouico Francorum Re-
» ge Christianissimo. Alanus verò Epis-
1167. copatu cessit 1167. & sponte ad cœnobium Claraualiense vnde exierat rediit, vbi paulò post an. 1182. migrauit ad Christum, depositus in Ecclesiâ Clareuallis: spectatur tabellæ quæ tumulo imminet, inscriptum huiusmodi elogium ex Camuzato in Miscellaneis Historicis. *Ad dexteram Godefridi Lingonensis Episcopi versus chorum monachorum, iacet D. Alanus Episcopus, qui in quadam Ecclesiâ oppidi famosi in Flandriâ, quod Insula nuncupatur à puero educatus, sub B. Bernardo in hac Claraualle habitum sanctæ religionis suscepit, postea primus Abbas factus est monasterij quod Ripatorium nominatur, cui per annos 12. præsidens, Domino cooperante sategit, vt personis vtilibus, & possessionibus necessariis, videlicet grangiis, syluis, agris, pratis & pascuis idem monasterium ditaretur. Anno verò nouissimo vitæ B. Bernardi ab Ecclesiâ Autissiodorensi in Episcopum concorditer est electus. Hic multam hospitalitatem omnibus religiosis domos suas frequentantibus exhibuit, suoque monasterio de Ripatorio vnde Abbas fuerat multa noscitur contulisse. Clareuallensi autem cœnobio quantam poterat diligentiam exhibebat, illud sæpe visitans, auxilia quanta poterat conferens opportuna. Peractis demùm in Episcopatu 13. annis de licentiâ sedis Apostolicæ cessit Episcopatui; & ad suam rediit Claramuallem. Mansit autem in Claraualle in domo S. Bernardi post decessum D. Godefridi Lingonensis Episcopi multum exercitatus in negotiis Ordinis, pariterque Ecclesiastici, D. Abbati Pontio successoribusque eius, vsque ad Petrum venerabilem Abbatem Claraeuallis 8. non mediocriter necessarius fuit: Obiit pridie Idus Octobris.*

57. GVILLELMVS DE TOVCY, I. ex Thesaurario Autissiodorensi, & Senonensi Archidiacono, frater Hugonis Archiepiscopi Senonensis, successit Alano ad claustrum secedenti 1167. apud Robertum S. Mariani Monachum; biennio post ex consensu Metropolitani Senonensis Decanatum S. Petri ad Abbatiæ fastigium euexit, cuius Archimandritæ Odoni 1171. Prioratum S. Petri de Venousse donauit, ex cartis S. Petri. Guido Comes Niuernensis eidem Episcopo cessit quidquid habebat apud Capellam, vti obseruatur ex hâc schedulâ: NOTVM sit omnibus præsentibus & posteris, quod ego Guido Comes Niuernensis, pro Dei amore & remedio animarum patris & fratris mei Vuillelmi, & meæ, donaui & concessi domino Vuillelmo Autissiodorensi Episcopo, & aliis successoribus Episcopis Ecclesiæ Autissiodorensis, quidquid habebam in villâ quæ Capella S. Andreæ nominatur, & in potestatem eiusdem villæ, siue in hominibus, siue in casamentis, siue alio quocumque dominio iure perpetuo possidendum. Quod vt ratum permaneat & inconcussum, & ne quis deinceps super hoc calumniam vllam inferat, sigilli mei impressione muniui: huius rei testes sunt Ra. de Tuciaco, Ganterius Berardi, Damianus, Girardus Grossus, Stephanus de Landâ, Gaufridus Abbas de Rochiis, Odo Abbas S. Petri, Guido de Portâ, Gilo de Torneello, Petrus de Anchuni, Fornerius de Droyâ, Thomas Notarius, Radulphus Clericus Episcopi. Actum hoc Senonis anno ab Incarnatione Domini MCLXXIII. In citato cartularij inuentario extant etiam litteræ huius tenoris: IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus vniuersis præsentibus & futuris, quòd verbum motum est à Comite Niuernensi de communiâ faciendâ Autissiodori, à Comite videlicet Guidone, cui res cum Episcopus Autissiodorensis Guillelmus dilectus & fidelis noster instanter reclamaret, & contradiceret, asserens penes*

Margin: TOVCY. 1171. 1173.

nes se priuilegia esse tam prædicti Comitis quàm patris sui Vuillelmi, & fratris sui Vuillelmi quondam Comitum Niuernensium, in quibus continebatur, quòd nullam consuetudinem nouam poterant Autissiodori constituere, vel introducere præter eius assensum & voluntatem, vel successorum suorum Episcoporum, nos eadem priuilegia præsentari nobis fecimus, ac cùm omni diligentiâ recitari, & eorum itaque moti continentiâ quæ prænominati Comites concesserant & confirmauerant, nos quoque ad petitionem iam dicti Episcopi amici nostri concessimus, & ne fieri posset Autissiodori communia sine ipsius assensu & voluntate, vel successorum suorum Episcoporum, præsenti paginâ confirmamus &c. Actum pu-
1175. *blicè Parisiis an.* MCLXXV. *astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa. Sig. Comitis Theobaldi Dapiferi nostri, S. Guidonis Buticularij, S. Radulphi Constabularij, S. Reginaldi Camerarij, data vacante Cancellariâ.*

Comitissa posteà Niuernensis cessit Episcopatui homines suos Varziaci, pro quo beneficio Episcopus fundauit altare in Ecclesiâ S. Stephani, tabularum instrumento archiuij Autissiodorensis hâc formâ: IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Ego Ida Comitissa Niuernensis per præsentem paginam tam præsentibus, quàm futuris notum facio, quòd videns Guidonem Comitem Niuernensem filium meum in extremis laborantem, maternâ pietate commota, promisi ei me daturam XX. libras in redditibus de terrâ dotalitij mei, pro remedio animæ suæ, & antecessorum eius; quod ipse quidem gratissimum habuit, & vt hoc ipsum opere complerem omnimodâ prece postulauit. Ego igitur ad preces illius, hanc eandem eleemosynam volens ordinare salubriter ad Ecclesiæ tranquillitatem, & ad animæ filij mei, & antecessorum nostrorum salutem; hoc modò promissum compleui: homines quos habebam tunc temporis Varziaci cuiuscumque conditionis essent, & eorum hæredes qui ex illis nascerentur in perpetuum, possidendos Episcopis Autissiodorensibus donaui & concessi. Willelmus verò tunc temporis Episcopus in præsentiâ Ludouici nobilissimi Regis Francorum, & Willelmi Senonensis Archiepiscopi, pro hâc eleemosynâ sibi collatâ in Ecclesiâ B. Stephani Autissiodorensis Altare nouum, & duos Presbyteros ab omni quæstu liberos constituit, qui deinceps vicissim singulis diebus missam pro remedio animæ præfati G. Comitis filij mei & patris sui, & antecessorum suorum omnium fidelium defunctorum celebrabunt. Hanc siquidem prædictæ eleemosynæ donationem laudauerunt, & concesserunt Mathildis Comitissa vxor scilicet G. prædicti Comitis, & Reinaldus frater eiusdem Comitis filius meus, & siquid iuris in hominibus de Varziaco habebant, quittauerunt & Autissiodorensi Episcopatui concesserunt. Vt autem huius eleemosynæ donatio & Presbyterorum institutio ratæ & inconcussæ permaneant, hanc cartam exinde fieri præcepi, & sigilli mei munimine roboraui, sub testimonio horum quorum nomina & signa subscripta sunt. S. Odonis Abbatis S. Petri Autissiodorensis. S. Hugonis Senonensis Archidiaconi. S. Theobaudi Niuernensis Decani. S. Willelmi Cantoris de Clamici, S. Richardi Vicecomitis de Clamiciaco, S. Willelmi Chacelot, S. Nicolai militis, S. Formerij de Druiâ. S. Odonis Betaudi. S. Simonis Camerarij. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini MCLXXV. Interfuit Guillelmus Concilio Lateranensi an. 1179.
& vitam finiit anno 1181. sepultus in 1181.
Ecclesiâ S. Mariani vltra Incaunam fluuium, nunc dirutâ, non autem in Cathedrali primus à parte sinistrâ maioris altaris tumulatur, vt quidam scripsêre. Epitaphij loco addemus elogium quod de eo habet Robertus monachus à sancto Mariano: *Anno* MCXXCI. *obiit Vuilelmus Autissiodorensis Episcopus. Hic Ecclesiæ cui præfuit, tectum vetustate detritum fecit dirui, refícique, ac cùm ipso tabulato sublimius erigi & lateribus coopertum, decenter intrinsecus camerari. Cúmque plura altaria illic essent, & præter maius, omnia seruitore carerent, ipse alia quoque quatuor exceptis his, inibi consecrauit, & tam ista quàm cætera, aut per ipsum, aut sub ipso, per alios assignatis redditibus sunt dotata, ita vt singula, singulos, vel etiam plures ex tunc habuerint seruitores. Sed & reditus Episcopales non mediocriter ampliauit emptione agrorum & pratorum, constructione ædificiorum, acquisitione masnilium. Ecclesiam S. Mariæ, ac S. Ioannis, ipsámque in quâ sedit; aut dotauit in quibus-*

dam, aut ornauit. Prætereà cùm sub ipso Niuernensium Comitum fieret crebra mutatio, & ex his aliqui molirentur inducere consuetudines prauas, tam Ecclesias quàm populum grauaturas, ipse viriliter restitit, nec destitit, donec obtinuit, non solùm illas violentias irritas fieri, sed & libertatem Ecclesiæ priuilegiis communiri. Denique cùm cunctis esset affabilis & benignus, bonitatis tamen præcipua erga S. Mariani Ecclesiam dedit indicium, dum nec considerata paupertate loci, se ibidem statuit sepeliri. Post cuius obitum inter Canonicos orta dissensio, diùque protracta, non parua Ecclesiæ intulit detrimenta. Cæterum non solet recenseri inter Episcopos huius sedis Autissiodorensis Garmundus Clement, frater Roberti du Mez in Gastinesio, de hoc sic scribens Chronicon Autissiodorense: *Ipso anno*, ait, *Autissiorenses Canonici, Garmundum* IV. *Abbatem Pontiniacensem elegerunt in Præsulem, non tam ipsius merito, quàm sollicito studio fratris eius Ægidij, tunc à Rege præ cæteris in Curiâ sublimati. Verùm, cùm quædam ex personis Ecclesiæ restitissent, Romam proinde pars vtraque profecta est, ibique diutiùs sunt detenti, eò quòd multis vtrimque rationibus allegatis nequiret negotium terminari. Ac illic maximâ interim mortalitate grassante, Garmundus moritur, sicque contentio terminatur. Quòdque mirandum est, per eosdem dies quibus peste in Curiâ Romanâ obiit, frater eius in Francia Curiâ Principatum amisit. Huius autem Ægidij frater extiterat Robertus cognomento Clemens, qui Regem à primâ ætate nutrierat, & instruxerat, vir moderatus & prudens, Regique fidelis, & qui regalia industriè satis & strenuè administrarat negotia, dum Regem post mortem patris habuit in tutelâ: huic prædictus Ægidius in Regni administratione successerat.*

NOYERS. D'azur a l'Aigle d'or.

58. HVGO DE NOYERS IV. ex gente nobilissimâ & antiquâ de Nuceriis, huius oppidi septem leucis ab Autissiodoro dominâ, ortus erat, parentibus Milone dynastâ Nuceriarum & filiâ Clarembaudi toparchæ de Capis: ex Thesaurario eiusdem Ecclesiæ Senonensis, post vacationem duorum annorum Pontifex assumptus Nonis Ianuariis, consecra-
1183. tur pridie Idus Martias an. 1183. postulatus fuerat in Senonensem Metropolitanum, sed non probatus ab
» Innocentio 3. genere, litteris, & facundiâ clarus dicitur in chronico Au- «
tissiodorensi: vel vt habet aliud MS. «
corde magnificus, ingenio perspicax, «
facundiâ copiosus, & tam in Eccle- «
siasticis, quàm sæcularibus sagax ad- «
modum & peritus. Præstereà hoc Præ- «
sule Rex Philippus. Augustus Ecclesiæ Autissiodorensi remisit iura regalia Equitationis, vt discitur ex hoc Episcopalis cartarij documento. IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuersi, præsentes pariter & futuri, quòd nos intuitu pietatis ob remedium animæ nostræ & parentum nostrorum damus & concedimus in perpetuum Ecclesiæ Autissiodorensi, quidquid iuris habebamus in Regalibus Autissiod. vacante sede. Ita quod Decanus & Capitulum eiusdem Ecclesiæ custodient Regalia sede vacante, & omnes prouentus qui exinde procedent, & præbendas si quas interim vacare contigerit, ad opus futuri Episcopi saluo seruitio nostro Equitationis, exercitus & submonitionis, sicut Episcopi Autissiodorenses nobis fecerunt: quod in perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regij nominis caractere inferius annotato confirmamus.
Actum Parisiis anno Domini* MCCVI. 1206.
regni verò nostri anno 27. astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa. Dapifero nullo, sig. Guidonis Buticularij, S. Mathei Camerarij, S. Dronis Constabularij, data vacante Cancellariâ per manum Fratris Garini. Extat quoque in iisdem scriniis aliud diploma de iure procurationis quod sic habet: IN NOMINE sanctæ & indiui- «
duæ Trinitatis amen. Philippus Dei «
gratiâ Francorum Rex. Nouerint «
vniuersi præsentes pariter & futuri, «
quòd nos de duabus procurationibus «
quas Episcopus Autissiodorensis no- «
bis debet, vnam videlicet apud Au- «
tissiodorum, alteram apud Varzia- «
cum, ipsum quitamus, pro eo quod «
idem Episcopus de feodo & homagio «
Giemi quod ad ipsum pertinebat nos «
quittamus. Nos autem Giemum in «
dominio nostro tenemus, saluo cereo «
maioris Ecclesię Autissiodorensis, quę «
reddemus eidem Ecclesiæ B. Stepha- «
ni Autissiodorensis sicut antecessores «
nostri ante nos reddiderunt. Si autem «
contigerit feodum illud & hóma- «
gium ad Episcopum Autissiodoren- «
sem reuerti, nos & hæredes nostri «
procurationes prędictas rehabebimus «

» sicut prius. Quod vt firmum sit & sta-
» bile sigilli auctoritate, & regij nomi-
» nis caractere inferiùs annotato præ-
» sentem paginam confirmamus. Actũ
» Senonis ab Incarnatione Domini,
1204. » anno Domini M C C I V. regni nostri
» anno X X V I. astantibus in palatio no-
» stro quorum nomina supposita sunt
» & signa Dapifero nullo, sig. Guidonis
» Buticularij, S. Mathæi Camerarij,
» S. Droconis Constabularij, data va-
» cante Cancellariâ. Reperiuntur &
litteræ de constitutione, seu diuisione Archidiaconatuum in Ecclesiâ Autissiodorensi, quas ex autographo exemplari eiusdem archiuij ad verbum hîc duximus subiiciendas.

INNOCENTIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Autissiodorensi salutem & Apostolicam benedictionem &c. Cùm olim te nobis insinuante tantam esse in tuâ diœcesi populi multitudinem, quòd vix poterat per solum Archidiaconum Autissiodorensis Ecclesiæ, cùm vnicus dumtaxat esset, in ea visitari pro tempore, & per hoc nonnulla posse animarum pericula prouenire; nos tuis supplicationibus inclinati, super hoc vtiliter prouidere volentes, diuidendi Archidiaconatus ipsius Ecclesiæ in tres Archidiaconatus, dummodò ad id Archidiaconi qui tunc erat, ac maioris, & sanioris partis Capituli Autissiodorensis assensus accederet, necnon & deputati per te ipsum in augmentum Archidiaconatus huiusmodi, postquàm iam recepti de mandato Apostolico in præfatâ Ecclesiâ præbendas fuerint assequuti, præbendam integram proximo tunc vacaturam in eâ, & compescendi contradictores per censuram Ecclesiasticam, tibi per nostras litteras sub certâ formâ concessimus facultatem. Tu auctoritate litterarum ipsarum, de assensu Decani, Archidiaconi, & Capituli Autissiodorensis, & aliorum proborum virorum consilio, prædictum Archidiaconatum in duos diuidens, statuisti, quod præbenda vacatura proximo iuxta earumdem litterarum continentiam, in Ecclesiâ supradictâ, hoc modo cedat in augmentum Archidiaconatuum eorumdem, videlicet quòd Capitulum Autissiodorense præbendam eandem percipiet integrè, ac pro ea maiori Archidiacono præter distributionem quam percipere consueuit tanquam Canonicus, aliam distributionem integram, minori verò Archidiacono excepta distributione quã percipiet ratione præbendæ suæ, medietatẽ alterius distributionis integrè assignare tenebitur, post-*

A *quã præbenda vacauerit supradicta. Præter hoc maiori Archidiaconatui de Nouiaxo &, minori Archidiaconatui de Triguiaco Ecclesiis tuæ diœcesis vacãtibus, & spectantibus ad collationem tuam cùm oneribus, & emolumentis suis, saluo in omnibus in vtrâque iure Episcopali annexis, retentâ sibi nihilominus potestate permutandi dictas Ecclesias Archidiaconatibus ipsis, cùm aliis Ecclesiis ad tuam collationem spectantibus, cùm eas vacare contigerit, vel etiam cùm aliis Ecclesiis de consensu patronorum ipsorum, quæ commodiores prædictis Archidiaconis videbuntur, si*
B *de tuâ & ipsorum Archidiaconorum processerint voluntate. Statuisti etiam quod iidem Archidiaconi in institutione suâ teneantur iurare, quòd per nonaginta dies in Autissiod. Ecclesiâ prout eiusdem Canonici faciunt, & in visitando Archidiaconatu suo per totidem alios dies, & in Ecclesiâ parochiali annexa Archidiaconatui per 60. dies, facient residentiam personalem, quódque infra annum institutionis suæ ad sacerdotij ordinem se facient promoueri: qui si ab Episcopo qui pro tempore fuerit, vel Capitulo Autissiod. vocati fuerint, vel alicubi destinati, seu causa peregrinationis partes Transmari-*
C *nas adierint, vel Apostolorum Petri & Pauli, siue Iacobi limina visitauerint, quandiu fuerint in ipsorum Episcopi & Capituli obsequiis, aut in huiusmodi peregrinationibus constituti, pro residentibus habebuntur; ita tamen quòd distributiones non habebunt, nisi sicut alij Canonici in similibus casibus percipiant, vel percipient in futurum, & quòd nec Episcopus, nec Capitulum possint remittere iuramenta huiusmodi, nec contra præmissa in aliquo dispensare. Adieci præterea, statuendo quòd minor Archidiaconus post quatuor personas ab antiquo in Autissiod. Ecclesia constitutas, persona existat, & post easdem quatuor personas in omnibus tam in*
D *choro, quàm in Capitulo habeatur, idémque minor Archidiaconus sit homo ligius tuus, & Episcoporum Autissiod. qui pro tempore fuerint, sicut aliæ personæ Autissiod. Ecclesiæ sæpedictæ, ac post fidelitatem Episcopo præsticam salua ea fidelitate Capitulo tenebitur exhibere. Archidiaconatus verò minoris siue maioris collatio semper ad Episcopum pertinebit: memoratam quoque residentiam non tenebuntur facere Archidiaconi prædicti, nisi cùm secundùm Ecclesiæ consuetudinem percipere poterunt fructus Præbendarum suarum, & tunc demùm prius iuramento præstito,*

quantum ad recipientiam astringentur, pro- ut in tuis, & ipsorum Decani; Archidiaconi, & Capituli litteris inde factis plenius continetur. Nos igitur tuis, & ipsorum Decani & Capituli, Archidiaconi precibus inclinati, præmissa sicut proinde facta sunt, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, prouiso quòd dilectis filiis Gaufrido Chauderoim, & Contradino nato dilecti filij Iacobi Papie ciuis Ianuensis Canonicis Autissiod. per confirmationem huiusmodi nullum præiudicium generetur &c. Datum Lugduni x. Kal. Nouembr. Pontificatus nostri an. 7 Graues habuit dissensiones cùm Comite Autissiodorensi, de quibus mentionē facit Chronicon Roberti à S. Mariano:
» Petrus, inquit, Altissiodorensis
» Comes, Dominicâ in Ramis Palma-
» rum, inspectante Clero & populo,
» dum ageretur processio, de iniuriis
» Altissiodorensi Episcopo irrogatis pu-
» blicè satisfacit. Siquidem anno præ-
» terito idem Comes quibusdam de
» causis, ab Episcopo anathematis vin-
» culo innodatus, tam ipsum quàm
» suos multis lacessierat iniuriis, & affe-
» cerat pluribus nocumentis. Adeò de-
» nique contra Episcopum incanduerat
» Comitis furor, vt quia suis hominibus
» vetabatur cemeterij sepultura, in
» ipsâ domus Episcopalis camerâ, re-
» cens defuncti corpusculum faceret
» infodi, & matris Ecclesiæ Clericos
» præciperet ex vrbe propelli, propul-
» sorum tamen rebus & domibus non
» peruasis, sed idemniter conseruatis.
» Propter hæc itaque aliáque commis-
» sa, tamdiu censurâ Ecclesiasticâ per-
» vrgente districtus est, donec Seno-
» nensi & Bituricensi Archiepiscopis
» satagentibus, Episcopo satisfaceret,
» illata damna plenariè resarciret, ca-
» dauer infossum, manibus suis effode-
» ret, & effossum, propriisque humeris
» deportatum cemeterio rursus infode-
» ret, incederet quoque nudis pedi-
» bus, solâ indutus lineâ, in facie om-
» nium tunc ad processionem solito fre-
» quentiùs confluentium. Sic igitur Dei
» & Ecclesiæ honore seruato, tantóque
» excessu cōgruâ satisfactione purgato,
» pax vtrinq; & gratia reformatur. Ani-
mam suam reddidit Romæ in festo
1206. S. Michaelis 29 Septembris 1206.
non 1208 vt asserit Albericus in chronico, contra fidem tabularum; sepulturæ conditus in basilicâ Lateranensi.

Meminit Hugonis cùm laude Scriptor Chronici Autissiodorensis, cuius verba tametsi prolixa exscribere iuuat elogij loco; HVGO *Autissiodorensis Episcopus Romam profectus ibidem obiit. Hic extitit corde magnificus, ingenio perspicax, facundiâ copiosus, & tam in Ecclesiasticis, quàm in secularibus sagax admodum & peritus. Episcopales reditus multimodis cumulauit augmentis. In cunctis ferè Episcopalibus locis, ædificia insignia, vel de nouo construxit, vel diruta reparauit. Siquidem Varziacum castrum murorum & turrium reparatione muniuit. Cùmque prædecessores sui domum ibidem in quam honestè descenderent, propriam non haberent, domos geminas in modum palatiorum extruxit, tam diffusæ amplitudine, quàm opere sumptuosas. Cùmque intra castri ambitum nullum existeret molendinum, fontis qui de Ecclesiâ oritur cursum artificiali deductione retorsit, & intra fossata domos prædictas cingentia & piscibus copiosa collegit. Inde molendinum extruxit cui nonus aquæ discursus sufficeret, & multis in locis per castrum deductus multorum vsibus deseruiret. Sed & apud Carbinathum villam locum de nouo instituit quem Bellum reditum appellant, locum vtique peramœnum nemore circumsito & molendinis & stagnis, viridariis quoque fructiferis & domibus spaciosis. Regennam honestioribus ædificiis insigniuit. Hæreticos quos Bulgaros vocant vehementer studuit insectari, eiúsque instantiâ actum est, vt plerique rebus suis exinanirentur, exterminarentur alij, alij cremarentur. Litterali scientiâ præditus, amánsq; librorum, repetebat libenter cùm sibi vacaret, ocia literarum. Cùmq; ita strenuus in multis existeret, sibi tamen minus in aliis studuit, minus cauit. Nam in sibi subditos minus clemens extitit, eosq; immodicis exactionibus aggrauauit. Erat quippe in expensis profusior, amans contubernia militum, & militarium actuum, solitus pompam plus prosequi, quàm sacerdotali competeret grauitati. Et quia in suis negotiis plus pernicax & minus cuique cedens erat, vixque se ab aliquo vinci permittebat, plures à pluribus persecutiones sustinuit, quas tamen magnanimiter tolerans, & finaliter præualens sæpius obtinebat. Terram sibi subditam, etsi plerúmque grauauerit, tamen ne grauaretur ab aliquo potenter defendit. Iudæis à Petro Comite de vrbe propulsis, synagogam eorum in medio vrbis sitam in Ecclesiam commutauit, duoque inibi altaria, alterum in*

A *honore S. Nicolai, alterum S. Antonij consecrauit. Erga matrem Domini deuotus extitit, ipsiúsque Ecclesiam in vrbe sitam studuit honorare, ipsoque satagente creuit eiusdem Ecclesiæ fabrica, decentiore & altiore structura; creuit Canonicorum paucitas maiore numero, creuit redituum paruitas multiplici incremento. Promiserat námque quoque quòd plura conferret, nisi mors preueniens impedisset. Denique quibusdam de causis à quibusdam impetitus, vrgente negotio Romam proficiscitur, ubi cùm venisset à domino Papa veneranter exceptus, paulò post morbo corripitur, & pluries, puréque confessus & pœnitens intra paucos dies moritur, &* B *in Lateranensi Ecclesiâ præsente domino Papâ & Cardinalibus cùm multâ honorificentiâ tumulatur.*

SIGNELAY. 59. GVILLELMVS DE SEGNELAY II. ex toparchis castri de Siliniaco patre Burcardo, matre Aanordi ex stirpe S. Bernardi genitus, eli-
1207. gitur Episcopus absens anno 1207 vti tradit chronicon Roberti à S Mariano:
» Anno MCCVII. Altissiodorensi
» Ecclesiæ vnanimi electione præfici-
» tur Guillelmus Decanus, ætate qui- C
» dem iuuenis, sed morum senio præ-
» maturus. Regalia tunc peruaserat re-
» gia clientela, exactionibus immodi-
» cis vniuersa diripiens, ea quoque con-
» fiscans quæ Hugo Episcopus testa-
» mento legauerat Ecclesiis largienda.
» Electus itaque pro recipiendis Rega-
» libus, destinat ad Regem, nec impe-
» trat. Post consecrationem verò suam
» illico Regem adiit, & multo licet la-
» bore expensísque, obtinet apud eum
» vt non modò prædecessoris sui testa-
» mentum quod iusserat confiscari, iu-
» beret restitui; verùm etiam quidquid
» iuris habebat in Regalibus in reme-
» dium animæ suæ donaret Altissiodo- D
» rensi Ecclesiæ, ita vt moriente Epis-
» copo, Decanus & Capitulum Regalia
» manu teneret, & quæ de redditibus
» interim prouenirent, successuro Epis-
» copo reseruarentur. Eodem anno se excusat Altissiodorensis Comes, quòd in iucnndo ingressu ex debito se sistere non potuisset, qnemadmodum indicat hæc membrana in tabulario Episcopi: EGO *Petrus Comes Autissiodorensis. Omnibus tam præsentibus quàm futuris notum facio, quòd cùm venerabilis pater & dominus meus Vuillelmus Autissiodorensis Episcopus me ad diem intronizationis suæ vocauisset, vt ipsum cùm aliis Baronibus feodatis qui ad hoc tenentur, portarem vt debebam, ego me excusaui qui eundem diem habebam ante dominum meum Regem, propter quod non poteram ad ipsum portandum venire. Cùm autem idem Episcopus me posteà propter hoc submonuisset sicut hominem suum, & ego venissem ante eum, factâ diligenti inquisitione per viros bonos qui veritatem sciebant, certificatus sum, & publicè recognoui & recognosco, quòd ego teneor Episcopos Autissiodorenses in intronizationibus suis cùm aliis feodatis portare, & feci ipsi ego emendam. De hoc quod ipsum non portaueram nonobstante excusatione meâ, & ne hoc ab aliquo imposterum dubitetur, literas præsentes sigillo meo munivi, & ipsi ego tradi feci. Actũ anno gratia* MCCVII. 1207.

Guillelmus iste, cùm Canonici S. Amatoris Autissiodori ei cessissent 12. modios vini quos Episcop. soluere tenebatur, in compensationem tradidit terram in territorio de Moreto, codicillis datis eodem anno mense Aprili. Extátque in citato cartarum repertorio sequens documentum in controuersiâ Præsulis Autissiodorensis cùm Abbatissâ S. Iuliani: MANASSES Dei permissione Aurelianensis «
Episcopus, omnibus præsentes litte- «
ras inspecturis in Domino salutem. «
Vniuersitatem vestram scire volu- «
mus, quòd cùm mota fuisset quere- «
la inter venerabilem patrem Episco- «
pum Autissiodorensem, & dilectam «
in Christo Abbatissam S. Iuliani Au- «
tissiod. super quibusdam domibus de «
tanneriâ Autissiod quas dicebat Epis- «
copus super aquam suam extentas «
fuisse, & antiquas metas excedere «
sine mandato suo: Abbatissa verò di- «
cebat domos illas esse de censiuâ suâ, «
& ob hoc dominis illarum domorum «
garantiam portabat, tandem conue- «
nerunt & firmiter promiserunt Ab- «
batissa cùm litteris suis apertis, & «
Episcopus in verbo Sacerdotis, quòd «
super istâ querelâ inquisitioni nostræ «
consentirent, & eam firmiter tene- «
rent. Nos autem vt super hoc certi- «
ficati inquisitionem nostram certiùs «
& iure partis vtriúsque integro rema- «
nente proferre possimus, iniunximus «
cùm assensu partium, dilectis nostris «
A. Abbati S. Petri, & Mag R. Priori «
S. Mariæ extra muros Autissiod. vt «
loco & vice nostri diligenter inquire- «
rent de domibus illis, quæ & qnot, «

» & quantum occuparunt de aquâ Episcopi. Qui diligenter inquisitâ veritate ad nos reportarunt, quod omnes illæ domus meæ antiquas excedebant, & de aquâ Episcopi occupauerant secundùm magis & minus; præter domum Roberti Coiffe dasne, & domum S. Mariani, & domum Balbini, quæ tres, antiquas metas non excedunt; vnde & nos partibus conuocatis & præsentibus pronunciamus, quod in quibuscúmque domibus illis inuentum est excrementum, excrementum illud vel penitùs amoueatur, vel domini domorum tantùm faciant erga Episcopum, quod velit excrementa illa remanere. Actum anno

1208. MCCVIII. Tabula autem traditionis feodi & castelli S. Saluatoris Conadæ huiusmodi est in cartophilacio Autissiodorensi: HERVEVS *Comes Niuernensis omnibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nouerint vniuersi quòd cùm controuersia verteretur inter venerabilem patrem & dominum meum Vuillelmum Autissiodorensem Episcopum ex vnâ parte, & me ex alterâ, super domibus & municionibus castrorum meorum, videlicet S. Saluatoris Conadæ castri noui, quas Episcopus dicebat sibi debere tradi ad suum beneplacitum, secundùm quod in cartâ eius continebatur tandem in hanc formam compositionis venimus, quod nos recognouimus domos & munitiones S. Saluatoris & castrinoui tradendas esse Episcopo sicut in cartâ eius exprimitur, & ei tradi præcipimus. De domo verò & munitione Conadæ ad preces meas & quorumdam amicorum tam suorum, quàm meorum sustinuit dominus Episcopus, & promisit quod non petet traditionem earum sibi fieri in vitâ meâ, nec me super eis traheret in causam, saluâ cartâ domini Episcopi, & saluo omni iure suo & successorum suorum post mortem meam: saluo etiam iure meo & hæredum meorum. Hoc autem factum est saluis omnibus querelis suis & meis, & saluis litteris ad Dominum Remensem & coiudices suos de communi assensu partium impetratis, vsque ad reditum meum à peregrinatione Albigensi: saluo etiam eo quod auctoritate dictarum litterarum, vel etiam aliarum, me non poterit conuenire super traditione domus & munitionis Conadæ, sibi faciendâ in vitâ meâ querelâ de mutatione monetæ & de rabatisficatione terræ, remanentibus in eo statu in quo erant tempore factæ compositionis. Tempus autem quod effluxerit à die compositionis vsque ad reditum meum à dictâ peregrinatione, neque sibi contra me, neque mihi contra ipsum proderit ad præscribendum. Datum anno*

Domini MCCIX. *mense Iunio* 10. *Kal.* 1209.

Iulij. Legitur porrò in eodem tabularum armario carta prædicti Comitis Niuernensis, de iure portandi Episcopi Autissiodorensis die intronizationis suæ, quæ ita habet:

« HERVEVS Comes Niuernensis, omnibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quòd cùm controuersia verteretur inter venerabilem patrem & dominum meum Vuillelmum Autissiodorensem ex vnâ parte, & me ex alterâ, eo quòd die intronizationis suæ ipsum ad Cathedralem Ecclesiam cùm aliis non portaui, licet nobilis vir pater meus Herueus bonæ memoriæ antecessorem eius portasset, quod tamen ex contemptu vel superbiâ non omisi. Sed quia mihi dicebatur, quòd illa portatio mouebat, siue dependebat de feodo Giemi, quod cùm non tenerem tunc temporis, nec modò teneam, videbatur ad illam portationem faciendam minimè me teneri. Verùm quia dictus Episcopus mihi instanter opponebat, quod bonæ recordationis pater meus antecessorem eius portauerat, recognoui eumdem Episcopum & successores suos esse in possessione memoratæ portationis, tam à me quàm à meis hæredibus Autissiodorensi Episcopo faciendæ, ratione feodi quod ab eadem tenuit pater meus. Saluo eo quod si ostendere potero vel probare, quòd dicta portatio moueat siue dependeat de feodo Giemensi, ego & hæredes mei à dictâ portatione faciendâ quiti remanebimus & liberi, nisi dictum feodum Giemi, ad me vel heredes meos reuertetur. Actum anno ab Incarnat. Domini MCCIX. 10. Cal. Iunij. In eodem scrinio Episcopali inueniuntur litteræ institutionis Ecclesiarum parochialium apud Caritatem eâ verborum formulâ: GVILLELMVS *Dei gratiâ Autissiodorensis Episcopus. Omnibus præsentes literas inspecturis in Domino salutem. Vniuersitatem vestram scire volumus, quòd cùm villa de Caritate ab antiquo non habuisset nisi vnicam parochialem Ecclesiam, tanquam nouel-*

In plantatio quæ paucos habebat habitatores, tandem crescente multitudine plebis, in tantum quòd vnius non sufficiebat ad eam regendam sollicitudo Pastoris, de assensu & voluntate dilecti filij Gaufridi Prioris & Conuentus, ibidem constituimus tres parochiales Ecclesias scilicet Ecclesiam B. Mariæ, Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Iacobi, saluo iure monachorum, videlicet vt id iuris habeant in singulis tantum quod habebant in vnâ, tam in præsentationibus personarum quàm in
1209. *aliis. Actum anno* MCCIX. *4. Cal. Martij.* Fuisse autem dissidium pro Capellâ, domo & burgo de Bethleem apud Clameciacum, cuinam Pontificum vel Eduensis Galteri, aut Vuillelmi nostri Autissiodorensis iure diœcesano subessent apparet ex definitione huius controuersiæ 1211. per arbitros instrumento Episcopalis tabularij. REGNAVDVS & vniuersum Autissiodorensis Ecclesiæ Capitulum, Omnibus præsentes litteras inspecturis in Domino salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm inter Reuerendos patres dominum nostrum Vuillelmum Autissiodorensem ex vnâ parte, & Galterum Eduensem Episcopos ex alterâ, super Capellâ de Bethleem apud Clameciacum, & iure parochiali eiusdem burgi coram Cantore, Archipresbytero, & magistro bono amico Canonico Bituricensi, auctoritate Apostolicâ quæstio verteretur, tandem mediantibus viris bonis, & ad pacem interponentibus partes suas, in venerabilem Patrem Manassem Aurelianensem Episcopum, & Hugonem Bituric. Archidiaconum, & Humbaudum Autissiodorensem Canonicum, super illâ controuersiâ sub penâ 110. marcarum pari voluntate compromiserunt hinc inde sub tali formâ: quòd arbitri ipsi ius vtriúsque partis inquirent, pars vtráque inconcussè seruabit, quidquid arbitri Episcopi vel Episcopus cùm altero arbitrorum suorum duxerit arbitrandum, &c. Nos Eduam accessimus, & ibi præsentibus partibus, pronunciauimus, diffiniuimus, & finaliter decreuimus Capellam & domum & burgum de Bethleem apud Clameciacum Autissiodorensi Episcopo, vtpote diœcesano loci illius pleno iure subesse, & Episcopum Eduensem nihil iuris penitus habere ibidem, vnde ei perpetuum silentium imposuimus super præmissis. Ipse verò Eduensis Episcopus prolatâ sententiâ statim se traxit in partem, & habito cùm Canonicis suis quorum magna pars præsens erat, consilio, reuersus, publicè protestatus est quòd sententiam illam approbabat, & quod ei nullatenus obuiaret, & tam fratribus dictæ domus, quàm hominibus burgi de Bethleem per literas suas patentes denunciauit id ipsum, quarum tenor hic erat: Galterus Dei gratiâ Eduensis Episcopus, dilectis in Christo fratribus de Bethleem, & omnibus in burgo de Bethleem apud Clameciacum manentibus, salutem in Domino. Noueritis quòd per sententiam Reuerendi Patris Manasse Aurelianensis Episcopi, & dilecti nostri Humbaudi Autissiodorensis Canonici, in quos compromiseramus super Capellâ & iuridictione burgi de Bethleem, diffinitum est & declaratum, quòd Capella, domus, & burgus, quoad Ecclesiasticam iurisdictionem pleno iure spectant ad Episcopum Autissiodorensem, & nos eidem sententiæ parentes, id vobis notificamus, & præsenti insinuatione denunciamus. Datum anno gratiæ MCCXI. mense Octobri 4. Cal. Nouembr. 1211.
Sequuntur litteræ recognitionum feodi Malliaci à Comite Autissiodorensi huiusmodi verbis conceptæ. EGO *Petrus Comes Autissiodorensis & Tornodorensis, notum facio vniuersis, quòd cùm mihi tam per cartas authenticas antecessorum meorum, quàm per litteras Mathildis Comitissæ quondam Tornodorensis, in quibus expressè continebatur, quòd ipsa Mailliacum castrum in feodum tenuit à bonæ memoriæ Hugone quondam Autissiodorensi Episcopo, necnon & per testimonia multorum bonorum virorum, & fide dignorum, & per communem famam terræ mihi constitisset, quòd Mailliacum & Bitriacum cùm pertinentiis suis sunt de feodo Episcopi Autissiodor. accessi ad Dominum meum Vuillelmum Autissiodor. Episcopum, & Mailliacum & Bitriacum cùm pertinentiis ab ipso in feodum cepi, & de ipsis eidem publicè & solemniter homagium manuale feci, iuramento à me eidem corporaliter præstito, quòd nunquam per me faciam, nec fieri procurabo, nec vt fiat consentiam, nec si factum fuerit ratum habebo, nec auxilium, nec consilium, vel fauorem alicui impendam super dicto feodo*

Episcopum impetenti, quominus Autis- A
siodorenses Episcopi feodum illud pacificè
& quietè obtineant. Ita autem Maillia-
cum & Bitriacum teneo ab Autissiodo-
rensi Episcopo, quod ad eius beneplacitum
et & successoribus eius ea tradentur. Ita
tamen quod eo discedente, mihi vel ministe-
rialibus meis cùm integritate restituentur.
Actum publicè apud Vermentum anno In-
1210. *carnation. Dom.* MCCX. *mense Februario,*
4. *Idus eiusdem mensis.* Eadem confir-
mauit Manasses Episcopus Aurelia-
nensis, Droco de Melloto, & Vuil-
lelmus eius filius. Porrò fidem ho-
minij exhibet idem Princeps pro villâ
de Colengiis hâc verborum serie. B
» EGO PETRVS Comes Niuernen-
» sis notum facio, quod ego villam de
» Colenges super Ionam cùm perti-
» nentiis suis teneo de Episcopo Au-
» tissiodorensi in feodum & homagium,
» tali modo, quòd post decessum meum
» ille qui tenebit villam de Colenges,
» eam tenebit ab Episcopo Autissiodo-
» rensi & eius successoribus, ad tale li-
» gium homagium, ad quale feodus ap-
» portat. Prætereà in præsentiâ carissi-
» mi domini mei Philippi Regis Fran-
» ciæ recognoui, quod decima prædi- C
» ctæ villæ & territorij est Episcopi Au-
» tissiodorensis, & ad eum pertinet, &
» successores eius Episcopos Autissio-
» dorēses, & eam prædicto Episcopo &
» successoribus eius teneor conseruare.
» Actum Paris. anno Incarnati Verbi
» 1215. mense Iulio. Constat autem quòd
» iste Guillelmus Episcopus institutor
fuerit præbendarum S. Laurentij de
Conadâ, sic enim habet tabularij
carta. HVGO Autissiodorensis Archi-
» diaconus, nouerint vniuersi, quod
» cùm venerabilis Pater & Dominus
» meus Vv. Autissiodorensis Episcopus
» in Ecclesiâ B. Laurentij de Conadâ
» instituisset Præbendas, dedit & con-
» cessit de assensu & voluntate nostrâ D
» Ecclesiæ S. Laurentij supradictæ in
» perpetuum Eccl. de Misiaco. Insti-
» tuens vt quicumque fuerit, præben-
» dam vnam de cætero absque residen-
» tiâ habeat annexam Archid. in Ec-
» clesiâ memoratâ. Ad petitionem
» quoque præfati domini mei Episcopi
» concessi, vt Ecclesiâ de Misiaco
» deinceps in perpetuum sit libera à
» procuratione Archid. Actum anno
1212. Leguntur & in iisdem scriniis
Episcopalibus codicilli institutionis
officij Lectoriæ: HVGO Autissiodo-

A rensis Archidiaconus: nouerint vni- «
uersi præsentes pariter & futuri, quòd «
cùm ad officium Archidiaconatus «
spectaret Ecclesiæ nostræ prouidere «
Lectorem, qui totum legendi offi- «
cium ordinaret, nec inuenirem pro- «
pter reddituum paucitatem, qui onus «
vellet subire Lectoris, quem laborem «
stipendia non sequebantur condigna, «
vnde Ecclesiæ seruicium non modi- «
cum turbabatur. Venerabilis pater & «
Dominus meus Vuillelmus Episco- «
pus noster eidem officio, & Succen- «
toriæ pariter fructus Præbendæ vnius «
integros de assensu Capituli in per- «
B petuum assignauit, & ego ei suisque «
successoribus in posterum cessi, & «
concessi benignè ius instituendi Le- «
ctorem. Actum anno Domini 1213. «
Interim verò cùm orta esset contro- 1213.
uersia ex parte Episcopi cùm Niuer-
nensi Comite pro forteritiâ de Mu-
rato, pax inter eos stabilitur eâ tran-
sactione, ab Autisiodorensis Epis-
copatus regesto depromptâ:

MANASSES *Dei gratiâ Aurelia-*
nensis Episcopus, omnibus præsentes lite-
C *ras inspecturis salutem in Domino. Quæ*
pro bono pacis inter aliquos statuuntur,
firmâ necesse est stabilitate gaudere, & ne
iterum recidiua scrupulus dissensionis emer-
gat, litterarum beneficio ad perpetuam
notitiam posterorum transmitti. Eapropter
omnibus tam præsentibus quàm futuris
notum fieri volumus, quòd cùm inter ve-
nerabilem Vuillelmum videlicet Episco-
pum, Vuillelmum Decanum & Capitu-
lum Autissiodorense ex vnâ parte, & no-
bilem virum Herueum Comitem, & vxo-
rem eius Mathildim Comitissam Niuer-
nensem ex alterâ, orta esset dissensio super
fortericiâ de Murat iuxta Billiacum,
quàm præfati Episcopus, Decanus & Ca-
pitulum in proprio fundo Ecclesiæ suæ pro
D *parte ædificare dicebant, & ex ea Episco-*
patui, ipsi Capitulo, hominibus & villis
eorum in rebus Ecclesiæ damnum non mo-
dicum imminere, nec non super hominibus,
possessionibus, redditibus, iustitiis, gare-
nis, & super aliis quæ inter ipsos apud
partes illas, scilicet apud Billiacum &
Orsiacum emerserant, tandem hinc inde
firmiter promiserunt & sub pœnâ quingen-
tarum librarum se astrinxerunt, quòd su-
per illis sequerentur dictum nostrum, haut
& bas, prout dicitur in vulgari, quid-
quid pro bono pacis inter eos statuere cura-
remus. Nos igitur omni studio laborantes
&

& curâ vt ea quæ statueremus de partium A amicabili conuenientiâ faceremus, præhabito in subscriptis articulis eorum consensu, dictum nostrum formauimus & protulimus in hunc modum. Quod forteritia siue castrum de Murat ab Episcopo Autissiodorensi & successoribus eius Episcopis, vtpote à dominis feodi perpetuò teneatur in augmentum feodi de Donziaco, sub hoc tenore, quòd reddi debeat & tradi Episcopis Autissiodorensibus ad eorum beneplacitum: ita tamen quòd ipsis discedentibus restituatur Comiti vel ministerialibus eius cùm omni integritate. Item statuimus per dictum nostrum, quòd quid- B quid habebat Comes siue Comitissa in villâ, siue in territorio Orsiaci in hominibus, talliis, questis, redditibus, terris, pratis, consuetudinibus, nundinis, iustitiâ magnâ & paruâ, & in omnibus aliis vt breuiter dicamus in omni iure vniuersaliter, totum sit Capituli Autissiodorensis pleno iure imperpetuum possidendum. Insuper & nemus quod dicitur foresta Orciaci cùm iustitiâ eius & custodiâ, & omni iure. Nemus quoque de paruo Faitto cùm iustitiâ, custodiâ similiter, & omni iure; quidquid autem habebat Capitulum antedictum vel habere se dicebat in fundo in quo constructa est forteritia supradicta. Item quidquid habebat in potestate Bi- C liaci siue in hominibus, siue in consuetudinibus, siue in censibus, vel etiam in aliis temporalibus, totum sit Comitis & Comitissæ iure perpetuo, præter terragia & decimas quæ remanebunt Capitulo memorato, sicut ea consueuit habere, de quibus tamen diximus & statuimus, quòd Capitulum terras suas quæ sunt ad terragium in potestate Billiaci, nec accipere poterit ad carrucas suas, nec eas auferre hominibus Comitis qui eas colunt, sed penes Comitem seu Comitissam erit potestas dandi eas hominibus suis ad excolendum, saluo terragio & decimâ Capituli supradicti, & eo etiam prouiso quòd non omittantur dari D ad excolendum, taliter quòd inde Capitulum damnificetur prædictum. Item statuimus per dictum nostrum, quòd omnes homines & feminæ quos habebat Capitulum apud Charmetum villare Pruneti, Sorgiacum, siue Dorneciacum iure perpetuo sint Comitis & Comitissæ, & præterea quidquid habebat Capitulum in nemoribus de Clausello, de festo, de Monte medio, & in aliis nemoribus siue pasnagiis apud Billiacum, præter nemora prætaxata, scilicet de forestâ Orsiaci & de paruo Faitto, quæ pleno iure vt prædictum

A est, erunt Capituli sæpefacti. Item diximus & statuimus quòd nullus siue feminarum Autissiodor. Ecclesiæ retineri possit, aut recipi in mutatione de Murat, neque in potestate Biliaci, nec aliquis vel aliqua de hominibus eiusdem Ecclesiæ in potestate Orsiaci commorantibus similiter recipi possit aut retineri in totâ terrâ Comitis seu Comitissæ vbicumque. Illud quoque prætereundum non censuimus, sed dicto nostro adiecimus & diximus, quod si nobilis vir Narjodus frater nobilis viri Iterij de Tociaco qui in partibus Constantinopolitanis existit, rediret, & super B his Capitulo molestiam aliquam inferre vellet, vel etiam quilibet alius Comes siue Comitissa ea garentire tenebitur Capitulo antedicto, & ei resarcire omnia damna & grauamina, quæ propter hoc sustineret, & per omnia ipsum conseruare indemne. Hæc sicut superiùs expressa sunt de consensu partium pro bono pacis diximus, & statuimus inter eos, ipsi verò benignè & gratanter dictum nostrum spontanei receperunt, & gratum habuerunt & ratum. Comes quoque iuxta dicti nostri tenorem forteritiam de Murat prælibatam recepit coram nobis, incontinenti publicè ab Episcopo Autissiodorensi prædicto in augmentum feodi de Don- C ziaco, & de ipso fecit ei specialiter hominium manuale. Actum publicè apud Billiacum anno Domini MCCXIV. mense 1214.
Augusto. Huc spectat etiam proferre litteras tabularij Episcopalis de subiectione cœnobij S. Germani, cuius verba hæc sunt. « In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen. « Herueus Trecensis Episcopus, H. Sanctæ Columbæ Senonensis, & R. Eschalleiarum Abbates: in causâ quæ « vertitur inter venerabilem Patrem « Vuillelmum Episcopum Autissiodorensem ex vnâ parte, & Vuillelmum « Abbatem & Conuentum Monasterij « D S. Germani Autissiodorensis ex alterâ, super visitatione & correctione « eiusdem Monasterij Iudices à summo « Pontifice delegati, dictis Episcopo & « Abbate præsentibus, & Conuentu « per procuratorem in nostrâ præsentiâ « constitutis, eodem Episcopo petente prædictos Abbatem & Conuentum compelli à nobis ad obediendum, « & in visitatione & correctione sæpe, « fati monasterij, lite coram nobis super hoc contestatâ, eorumdem Conuentus & Abbatis procuratoribus dicentibus, quòd Episcopus Autissiodo- «

Sexu, stirpe, bono præstans, illustris, honestus
HVGO fuit largus nomine, voce, manu.
Et locuples & inops, pauper sibi, diues egenis,
Et nullis impar, & sibi nullus erat.
Hunc à iustitiæ normâ reuocare nequibant
Obsequium, terror, gratia, dona, preces.
Sola triumphabat virtus pietatis in illo,
Cùm post iustitiam debuit esse prius.
Istius Ecclesiæ primus Pater amplificauit
Nomen, facta, locum, laude, rigore, bonis.
Bis quinos Octobre dies claudente dierum
Finem clausit, habens nunc sine fine diē.

56. ALANVS natione Flander, patriâ Insulensis, qui ex monacho & primo Abbate Ripatorij cœnobij in agro Trecassino, ad Pontificatum Autissiodorensem promotus est 1151. teste Roberto sancti Mariani mona-
1152 cho, Alberico autem anno 1152. Ei scribit Anastasius 4. Pontifex Maximus in tabulario Episcopali Autissiodorensi eo tenore: » ANASTASIVS seruus seruorum Dei, venerabili fratri Alano Autissiodorensi Episcopo, eiúsque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Quæ à prædecessoribus nostris per iudicium, vel concordiam acta esse noscuntur, in suâ volumus stabilitate persistere, vt imposterùm robur obtineant confirmationis nostræ munimine roborari. Eapropter dilecte in domino fili Alane Episcope, tuis iustis petitionibus gratum accommodantes assensum, concordiam quam prædecessor noster sanctæ memoriæ Papa Eugenius, super controuersiâ quæ agitabatur de monasterio B. Germani inter Hugonem bonæ memoriæ prædecessorem tuum, & dilectum filium nostrum Petrum Cluniacensem Abbatem, & monachos S.Germani fecisse dignoscitur, nos eius vestigiis inhærentes Apostolicæ Sedis auctoritate firmamus, præcipientes vt in Abbatiâ sancti Germani, sine Cluniacensis Abbatis consilio Abbas nullatenus eligatur. Electum verò approbandi vel reprobandi Canonicè, & si dignus fuerit in Abbatem benedicendi, tam tu quàm successores tui habeatis liberam facultatem; benedictus autem obedientiam Episcopo Autissiodorensi promittat. Depositio quoque ipsius si talis quod absit, apparuerit, iudiciario ordine facienda, & tam Abbatis quàm monachorum canonica correctio ad te nihilominus pertinebit. Crisma, oleū sanctum, cōsecrationes altarium, vel basilicarum, ordinationes monachorum vel Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, Abbas & monachi S. Germani ab Autissiodorensi Episcopo tanquam à diœcesano accipiant, donec gratiam Apostolicæ sedis habuerint. Præterea memorati prædecessoris nostri Papæ Eugenij statuta sequentes, præsentis scripti paginâ confirmamus, ne quod à præfato Cluniacensi Abbate de inuestiturâ per baculum ipsi Abbati S. Germani factum est, tibi vel Ecclesiæ tuæ imposterum præiudicium faciat, vel aliquod inferat detrimentum, & ne de cætero Abbas S.Germani, à Cluniacensi Abbate inuestituram per baculum suscipiat, prohibemus. Si quis autem huius nostræ confirmationis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, honoris & officij sui periculum patiatur, aut extremâ vltione plectatur, nisi præsumptionem suam dignâ satisfactione correxerit. Ego Anastasius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego B. Presbyter Cardinalis tituli Callixti. Guido Presbyter Cardinalis tituli S.Grisogoni, Vmbaldus Presb.Card.tit.S.Praxedis Aubericus Presbyter Card.tit. S. Anastasiæ Iulius Presbyter Card. tit. S.Marcelli Iordanus Presbyter Card. tit. S. Susannæ & Felicitatis, ego B. Presbyter Cardinal. tit. S. Stephani de Monte Celio, Ioannes Presbyter Cardinal. S. Ioannis & Pauli tit. Pamachij, Ioannes Presbyter Cardin. tit. S.Siluestri & Martini, Imarus Tusculanus Episcopus, Hugo Ostiensis Episcopus, Censius, Portuensis Episcopus, Gregorius Diac. Card. & electus Sabinensis, Rodulphus Card. tituli Luciæ in septa, Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu Ioannes Diac. Cardin. SS. Sergij & Bachi, Odo Diac. S Nicolai in Carcere Tulliano. Datum Laterani per manum Rolandi Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Card. & Cancellarij VII. Kal. Maij, indict. II. Incarnationis Dominicæ an. MCLIV. Ponti- 1154
ficatus verò domini Anastasij IV. Papæ anno primo. « Huc etiam referendum est diploma sequens de iuribus apud Conadam, inter Episcopum

Autiſſiodorēſem, & Comitem Niuernenſem, cuius formula in cartarum inſtrumento ſignato P. ita incipit Ego Alanvs Dei gratiâ Autiſſiodorenſis Epiſcopus, & ego Vuillelmus Comes Niuernenſis, notum eſſe volumus tam futuris quàm præſentibus, quòd S. Maria & B. Stephanus, & Epiſcopus Autiſſiodorenſis dinoſcuntur habere, & habuiſſe in pace apud Conadam, hæc omnia quæ per capitula in præſenti cartâ ſubſcripta ſunt. Quidquid in caſtro & in Caſtellaniâ Conadæ continetur, de caſamento vel de dominio Epiſcopi eſt, foſſetum de Firmitate Conadæ Epiſcopi eſt, & forſfactum de Foſſeto ſi fuerit: empiramentum Foſſeti Comitis eſt. De omnibus hominibus vbicumque ſteterint qui mercaturam faciunt apud Conadam, iuſtitia Epiſcopi eſt, forum & theloneum Epiſcopi eſt, & quidquid de foro exit, & iuſtitia de omnibus hominibus qui veniunt in fracturâ caſtri, & rapina & incendium, eſt Epiſcopi, quicumque clamorem fecerit, Epiſcopi eſt, quicumque ſtat in terrâ Epiſcopi ſi bouem habet, curuatam debet Epiſcopo bis in anno; ſi bouem non habet, duos homines habebit in curuatâ Epiſcopi, vbi Præpoſitus mittet eos: cenſum habet Epiſcopus in dominio ſuo de terrâ ſuâ totâ intra caſtrum, & de foris per Ligerim deſſo Ru Alueriac, vſque ad terram villæ Charul vbicumque nauis ad vendendum aliquid portabit, venditura & conſuetudines ſunt Epiſcopi, de hoc quod vendiderit vbi applicuerit. Omnes homines qui ſtant à villâ Charul ad Ru Alueriac, quicumque rete miſerint in Ligerim ſubmonebit. Præpoſitus Epiſcopi ad piſcandum & panem & vinum habebunt: quod ſi facere noluerint, rectum inde faciet per legem quâ viuunt. Boſcus de Culdieyo B. Mariæ & S. Stephani & Epiſcopi eſt: credentiam ſuam habet Epiſcopus in omnibus qui vendunt panem & vinum, & carnem, & quidquid eſt neceſſarium ad comedendum. Si Epiſcopus venerit in villam, vel hoſpites ei ſuperuenerint, accipiet patellam, cacabum, ſcutellas, aphos, culcitras, quiſſinos, & pannos ad iacendum, mel & cera quæ exit de boſco prædicto, & paſnagium & quercus, & fagus, & omnes arbores quæ fructum portant, Epiſcopi ſunt, & iuſtitia totius boſci Epiſcopi eſt. Mariſcalcus Epiſcopi hoſpitabitur equos dominorum qui ſunt poſt Epiſcopum, & de vno quoque illorum habebit panem vinum & carnem apud villam Charul quæ eſt in caſamento, habet Epiſcopus curuatam de bobus. In terrâ quæ vocatur Foreſta monachorum, habet Epiſcopus curuatam bouum, ad cuſtodiendum meſſes, & prata quæ ſunt in terrâ Epiſcopi. Præpoſitus Epiſcopi ponet ibi cuſtodem, & ſi aliquid forisfactum fuerit iuſtitiam habebit Epiſcopus à Conâ vſque ad ſaxum de Genu, vſque ad quadriuram Ciſtilliaco, & quantum terra Epiſcopi durat & boſcus, & planum: ſi beſtia vel aliquid vbi venditur, vendituræ fiunt Epiſcopi à duodecim nummis: inſupra duella Conadæ ſunt Epiſcopi à plantâ de Ru vſque ad villam Charul, & vſque ad villam Vilani, & vſque ad Ligerim iuſtitia totius Caſtellaniæ Conadæ Epiſcopi eſt. Hæc quæ ſubſcripta ſunt, ego Vuillelmus Niuernenſis Comes ſigillaueram, poſteà verò dominus meus A. Autiſſiodorenſis Epiſcopus & ego quæ ſubſcripta ſunt concordauimus, & huic cartulæ appoſuimus, & eam tam meo, quàm ſuo ſigillo ſignauimus. Nullus hominum Epiſcopi qui maneat extra munitionem Conadæ conſuetudinem vel iuſtitiam mihi debet aliquam. Si quis hominum meorum de Conadâ, vel de aliis caſtris, ſcilicet Caſtronouo, Mailliaco, S. Saluatore, Vitaco, Vlmo, & eorum Caſtellanis quæ ab Epiſcopo teneo, perrexerit ad villam quæ ſit Epiſcopi, quandiu ibi manebit, Epiſcopi erit, nec res ipſius ſaiſire potero; cùm autem redierit, meus erit, ſi tamen ad Conadam rediens fiat feodatus ſeruiens Epiſcopi, Epiſcopi erit. Terram quæ de fundo eſt Epiſcopi, non licet ius vel decimam aliquam acquirere, nec per Epiſcopum Autiſſiodorenſem non licet ius inducere, vel demere aliquas conſuetudines niſi per Epiſcopum de cuius feodo eas omnes habeo. Quæcumque habeo Autiſſiodori in foro, & in aliis conſuetudinibus, & in circuitu præter clauſuram murorum de Epiſcopi feodo eſt, præter illud modicum quod teneo à Duce vltra pontem: liberi homines noſtri qui ſe transferunt ad aliquam villa-

» rum Episcopi, Episcopi sunt. Huius rei testes sunt. R. Archidiaconus, G. Cantor, Stephanus Cellarius, Ra. de Couci, Herueus Præpositus, Olaraius, hi ex parte Episcopi: ex parte Comitis Magister Stephanus, magister Gaufridus, Gaudricus Capellanus, Odo Grossus, Brienus de Conâ, Raudus Robertus, & alij quamplures ex vtrâque parte.

Sed inter Episcopalis tabularij instrumenta superiùs expressa, cùm sequentibus, nunc primùm ex veteri codice luce donata, reperiuntur literæ de Conadâ, his verbis cooceptæ: EGO VVILLELMVS *Niuernensis Comes præsentibus & futuris notifico, extitisse discordiam inter me & dominum meum A. Episcopum Antissiodorensem, de banno & iustitiâ Conada, & burgo S. Aniani; vnde talis facta est concordia. Bannum ex parte meâ & Episcopi clamabitur, si clametur pro negotio Episcopi, vel me, vel alterius infractura, vel emendatio erit Episcopi, sed damnum mihi vel alterius restituetur per iustitiam Episcopi. Iustitia omnium hominum manentium apud Conadam Episcopi est. Quicumque clamorem fecerit pro qualicumque forisfacto, Episcopo, vel Præposito ipsius faciet, etiam de illo forisfacto quod fiet in domo, vel dongione meo ab hominibus meis, vel alterius. Cognitum insuper fuit quod in burgo S. Aniani, nec etiam in aliquâ terrâ Episcopi quæ sit extra municionem Conada, consuetudinem aliquam, nec iustitiam habeo infra municionem, nec extra, talliam, vel quæstum licet mihi facere nisi in meis hominibus de corpore. Hominibus de Conadâ tenemur Episcopo, & Episcopus credita nobis ab eis infra 40. dies reddere. Huius rei testes sunt Magister Stephanus Cellarius, Mag. Gofridus Odo Grossus, Brierius de Conâ, Robertus Præpositus. Actum Antissiodori anno ab*

1157. *Incarnat. Domini* MCLVII. Huic titulo accedit documentum confirmationis pro Abbatiâ S. Mariani, his verbis expressum: IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Alanus Autissiodorensis Episcopus. Quoniam certum est Episcopum Christi Vicarium esse eiusdē Christi, pauperum debet necessitatibus subuenire. Eapropter prædecessor noster Hugo Autissiodorensis Episcopus plurima largitus est Canonicis Regularibus Præmonstratensis Ordinis, quos zelo Religionis succensus, apud Autissiodorum in Ecclesiâ sancti Mariani ibidem Deo seruituros instituit. Siquidem donauit eis prænominatam Ecclesiam B. Mariani cùm quibusdam eidem Ecclesiæ appendentibus vineis, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Saluij, & sedem molendini super Belcam fluuium, cùm terra & censu pertinentibus ad molendinum. Donauit etiam Ecclesiam Beatæ Mariæ in suburbio sitam, cùm censibus, & vineis, terris, decimis, pratis, seruis, & ancillis, & omnibus appendentibus propè longeq; positis, & præbendam integram in Ecclesiâ S. Stephani. Hæc omnia Canonici de manu Episcopi accipientes, ea tamen seu simplicitate, seu nimiâ donantis confidentiâ sigillo Episcopali non confirmantes, nunc à nobis deposcunt ista confirmari. Ne igitur de his aliquam in futurum sustineant calumniam, ipsa eadem quæ donauit assensu, & concessione totius Capituli S. Stephani, & precibus Vuillelmi Comitis Niuernensis, posteà Carthusiæ Conuersi. Nos etiam laudante ipso Capitulo donamus, quibus etiam donis ex Episcopali benignitate Ecclesiam de Tangiaco donantes adiungimus. Actum est hoc anno ab Incarnat. Domini 1163. Constituit autem Priorem S. Amatoris hoc priuilegio 1163.
archiuij Episcopalis. AD *Episcopalis officij discretionem pertinet loca religiosa non solùm tutari & conseruare, verumetiam ipsam religionem in meliorem statum promouere, inde est quòd ego Alanus Dei gratiâ Antissiodorensis dictus Episcopus, Ecclesiam B. Amatoris ex officio mihi iniuncto & Apostolica auctoritatis mandato, cùm illis possessionibus quas Canonici Regulares tunc tenebant Ecclesiæ S. Satiri imperpetuum concedo, saluis institutionibus quæ sunt inter Ecclesiam S. Amatoris & B. Stephani, & eâ conditione vt per Episcopum Prior ibi de domo illâ constituatur, & ibidem iuxta consuetudinem & disciplinam prænominata Ecclesia intrat, & cùm fratribus suis adiuuante gratiâ Domini Ordinem B. Augustini teneat, & cùm fuerit constitutus nisi per Episcopum non amoueatur. Ne qua verò deinceps inter Episcopum & Canonicos controuersiæ oriatur occasio, constitutum est meo, & eorum assensu, vt de vineis Episcopi in quibus Canonici decimam requirebant, Episcopus singulis annis duodecim*

modios vini persoluat, decem de rubeo & duos de albo. In terrâ verò quæ Cunenunc dicitur, Episcopi quociens culta fuerit, Canonici decimam habeant. Facta est autem hæc constitutio in Octauis B. Stephani in Capitulo Autissiodorensi Guidone Præposito, Rainaudo Archidiacono, Redulpho Thesaurario, Stephano Cantore, præsentibus & assentientibus, sub assensu etiam totius Capituli, anno ab Incarna-
1163. *tione Domini* MCLXIII. *Domino Alexandro 3. summo Pontifice, Ludouico Rege Francorum, Vuillelmo tunc tempore Comite Niuernensi.* Eidem scribit Alexander 3. epistolâ cuius initium est:
» ALEXANDER Episcopus seruus
» seruorum Dei: venerabili fratri Epis-
» copo Autissiodorensi salutem & Apo-
» stolicam benedictionem. Ex parte
» tuâ fuit propositum coram nobis,
» quòd cùm contingat interdum ali-
» quos hominum tuorum de corpore,
» se à tuo dominio subtrahendo ad loca
» transferri alterius iurisdictionis sub-
» iecta, locorum ipsorum Rectores &
» domini præfatos homines non eos te
» repetente volunt restituere, nisi per
» duellum probes eos tuos homines
» extitisse, in tuum præiudicium non
» modicum & grauamen. Quare nobis
» humiliter supplicasti, vt cùm ex hoc
» tam tu, quàm Ecclesia tua grauem
» sustineatis pluries læsionem, prouide-
» re super hoc indemnitati tuæ, ac ipsius
» Ecclesiæ paternâ sollicitudine curare-
» mus. Cùm igitur monomachia sacris
» sit Canonibus interdicta, nos tuis sup-
» plicationibus inclinati, vt contra præ-
» dictos testibus, instrumentis, & aliis
» probationibus legitimis vti liberè va-
» leas, auctoritatem tibi præsentium
» indulgemus, &c. Datum Viterbij
» Idibus Februarij, Pontificatus nostri
» anno 4. Porrò concordiam inter se
& Comitem Niuernensem super mutuis iuribus confirmat Lingonensis Præsul, pactis istis quæ asseruanrur in scrinio tabularij Episcopalis: EGO
» GODEFREDVS Episcopus quon-
» dam Lingonensis, notum fieri volo
» præsentibus & futuris, quòd de qui-
» busdam querelis quæ inter dominum
» Alanum venerabilem Episcopum Au-
» tissiodorensem, & Vuillelmum illu-
» strem Comitem Niuernensem agita-
» bantur, auxiliante Deo per manum
» nostram & Vuichardi Pontiniacensis,
» & Gaufridi Clareuallis Abbatum, de
» iure & consuetudinibus prædictorum

A Episcopi videlicet & Comitis, inqui- «
sitâ diligentiùs veritate, tali modo «
amicabiliter facta est compositio. «
Saluâ igitur in primis, & approbatâ «
cartâ quam inter prædecessorem hu- «
ius dominum Hugonem Episcopum, «
& auum istius Comitis, Comitem sci- «
licet & de Cartusiâ sanctæ memoriæ, «
Bernardus Clareuallis Abbas compo- «
suit. Statutum est à nobis, vt quid- «
quid in eâ diffinitum est, & ipsorum «
sigillis firmarum, ratum habeatur, & «
tam ab Episcopo quàm à Comite «
cunctis diebus inuiolabiliter obserue- «
tur. Igitur de terrâ mercati quæ tam «
B Episcopi quàm Comitis communis «
est, cognitum est, quia venta eorum «
eam dare alicui, vel aliquid ibi facere «
sine assensu alterius licet, excepto «
quòd Comes in eâ stalla concedere «
solis cambiatoribus potest, tantum- «
modò ad cambiandum, quæ tamen «
ab eis ad alios vsus transferri non pos- «
sint: ita duntaxat, vt si prætium exin- «
de Comes habuerit, Episcopus me- «
dietatem habeat de theloneo quod «
Episcopus & Vicecomes accipiunt, «
ministeriales Comitis nihil se intro- «
C mittere habeant. Terra quæ Kalen- «
de. maij appellatur, liquet quia Epis- «
copi est: vnde Comes nihil ibi facere «
habet, & quod in eâ construxerat «
edificium cadat. Similiter domus iux- «
ta pontem, quia cognitum est & ma- «
nifestum constructam eam esse super «
aquam quæ à ponte inferiùs, iuris «
Episcopi est, cadat. Equitaturas ho- «
minum Episcopi, vel Ecclesiarum mi- «
nisterialibus Comitis capere ad ali- «
quod faciendum, vel alicubi mitten- «
dum non licet, sed pro munitionibus «
faciendis, vel reficiendis nihil ab ho- «
minibus Episcopi, vel Ecclesiarum «
est exigendum. Aliquociens homines «
D Episcopi apud Ministeriales Comitis «
conqueruntur, & eis iustitiam facere «
nolunt, nisi pro ipsis se iustitient, «
etiam hi quidem non debent nisi de «
mercato viuentes, vnde manifestum «
est quia ideò non est eis iustitia sub- «
trahenda, seu neganda. Prætereà «
contingere solebat quòd homines «
Comitis hominibus Episcopi sua cre- «
debant, & cùm non possent credita «
rehabere, propter hoc res aliorum «
hominum Episcopi capiebant, quod «
dictum est omnino fieri non debere; «
credentiæ enim à nullo nisi ab eo cui «
sunt creditæ, sunt requirendæ. Reco- «

» gnitum. est prætereà quòd in feodis A
» seruienribus quos Episcopus habet
» Autissiodori, vel alibi etiamsi de mer-
» cato viuant, Comes nullam omnino
» in foro, aut alio in loco pro aliquo
» forifacto, nisi per Episcopum habet
» iustitiam seu potestatem. Vt igitur
» præscripta compositio rata & incon-
» cussa perpetuò maneat, Episcopi,
» Comitis & nostro sigillo eam confir-
» uimus, vocatis testibus qui nobiscum
» præsentes interfuerunt. Henricus ve-
» nerabilis Trecensis Episcopus, & Gi-
» rardus eiusdem Archidiaconus, Gui-
» do Autissiodorensis Præpositus, Vuil- B
» lelmus Decanus, S. Cantor, Stepha-
» nus Cellarius, Garnerius Senescallus
» Stephanus de Petrapercussâ milites,
» Stephanus Episcopi Præpositus, Ra-
» audus Burgenses Autissiodor. Actum
1164 » anno ab Incarnatione Dom. MCLXIV.
» regnante Ludouico Francorum Re-
» ge Christianissimo. Alanus verò Epis-
1167. copatu cessit 1167. & sponte ad cœ-
nobium Claraualiense vnde exierat
rediit, vbi paulò post an. 1182. migra-
uit ad Christum, depositus in Eccle-
siâ Clareuallis: spectatur tabellæ quæ
tumulo imminet, inscriptum huius- C
modi elogium ex Camuzato in Mis-
cellaneis Historicis. *Ad dexteram Go-
defridi Lingonensis Episcopi versus cho-
rum monachorum, iacet D. Alanus Epis-
copus, qui in quadam Ecclesiâ oppidi fa-
mosi in Flandriâ, quod Insula nuncupa-
tur à puero educatus, sub B. Bernardo in
hac Claraualle habitum sanctæ religionis
suscepit, posteà primus Abbas factus est
monasterij quod Ripatorium nominatur,
cui per annos 12. præsidens, Domino coope-
rante sategit, vt personis vtilibus, & pos-
sessionibus necessariis, videlicet grangiis,
syluis, agris, pratis & pascuis idem mo-
nasterium ditaretur. Anno verò nouissimo
vitæ B. Bernardi ab Ecclesiâ Autissiodo- D
rensi in Episcopum concorditer est electus.
Hic multam hospitalitatem omnibus reli-
giosis domos suas frequentantibus exhibuit,
suoque monasterio de Ripatorio vnde Ab-
bas fuerat multa noscitur contulisse. Clare-
uallensi autem cœnobio quantam poterat
diligentiam exhibebat, illud sæpe visitans,
auxilia quanta poterat conferens opportu-
na. Peractis demùm in Episcopatu 13. an-
nis de licentiâ sedis Apostolicæ cessit Epis-
copatui; & ad suam rediit Claramual-
lem. Mansit autem in Claraualle in domo
S. Bernardi post decessum D. Godefridi
Lingonensis Episcopi multum exercitatus*
*in negotiis Ordinis, pariterque Ecclesiasti-
cis, D. Abbati Pontio successoribusque
eius, vsque ad Petrum venerabilem Ab-
batem Clareuallis 8. non mediocriter ne-
cessarius fuit: Obiit pridie Idus Octobris.*

57. GVILLELMVS DE TOVCY, I. TOVCY.
ex Thesaurario Autissiodorensi, & Se-
nonensi Arcbidiacono, frater Hugo-
nis Archiepiscopi Senonensis, succes-
sit Alano ad claustrum secedenti 1167.
apud Robertum S. Mariani Mona-
chum; biennio post ex consensu Me-
tropolitani Senonensis Decanatum
S. Petri ad Abbatiæ fastigium evexit,
cuius Archimandritæ Odoni 1171. 1171.
Prioratum S. Petri de Venousse do-
nauit, ex cartis S. Petri. Guido Co-
mes Niuernensis eidem Episcopo ces-
sit quidquid habebat apud Capellam,
vti obseruatur ex hâc schedulâ: NO- «
TVM sit omnibus præsentibus & po- «
steris, quod ego Guido Comes Ni- «
uernensis, pro Dei amore & reme- «
dio animarum patris & fratris mei «
Vuillelmi, & meæ, donaui & conces- «
si domino Vuillelmo Autissiodorensi «
Episcopo, & aliis successoribns Epis- «
copis Ecclesiæ Autissiodorensis, quid- «
quid habebam in villâ quæ Capella «
S. Andreæ nominatur, & in potesta- «
tem eiusdem villæ, siue in hominibus, «
siue in casamentis, siue alio quocum- «
que dominio iure perpetuo possiden- «
dum. Quod vt ratum permaneat & «
inconcussum, & ne quis deinceps su- «
per hoc calumniam vllam inferat, si- «
gilli mei impressione muniui: huius «
rei testes sunt Ra. de Tuciaco, Gan- «
terius Berardi, Damianus, Girardus «
Grossus, Stephanus de Landâ, Gau- «
fridus Abbas de Rochiis, Odo Abbas «
S. Petri, Guido de Portâ, Gilo de «
Torneello, Petrus de Anchuni, For- «
nerius de Droyâ, Thomas Notarius, «
Radulphus Clericus Episcopi. Actum «
hoc Senonis anno ab Incarnatione «
Domini MCLXXIII. In citato car- « 1173.
tularij inuentario extant etiam litte-
ræ huius tenoris: IN NOMINE *San-
ctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. Ludo-
uicus Dei gratiâ Francorum Rex. No-
tum facimus vniuersis præsentibus & futu-
ris, quòd verbum motum est à Comite
Niuernensi de communiâ faciendâ Au-
tissiodori, à Comite videlicet Guidone, cui
rei cùm Episcopus Autissiodorensis Guil-
lelmus dilectus & fidelis noster instanter
reclamaret, & contradiceret, asserens pe-
nes*

nes se priuilegia esse tam prædicti Comitis A *quàm patris sui Vuillelmi, & fratris sui Vuillelmi quondam Comitum Niuernensium, in quibus continebatur, quòd nullam consuetudinem nouam poterant Autissiodori constituere, vel introducere præter eius assensum & voluntatem, vel successorum suorum Episcoporum, nos eadem priuilegia præsentari nobis fecimus, ac cùm omni diligentiâ recitari, & eorum itaque motí continentiâ quæ prænominati Comites concesserant & confirmauerant, nos quoque ad petitionem iam dicti Episcopi amici nostri concessimus, & ne fieri possit Autissiodori communia sine ipsius assensu & voluntate, vel successorum suorum Episcoporum, præ-* B *senti paginâ confirmamus &c. Actum publicè Parisius an.* MCLXXV. *astantibus*

1175. *in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa. Sig. Comitis Theobaldi Dapiferi nostri, S. Guidonis Buticularij, S. Radulphi Constabularij, S. Reginaldi Camerarij, data vacante Cancellariâ.* Comitissa posteà Niuernensis cessit Episcopatui homines suos Varziaci, pro quo beneficio Episcopus fundauit altare in Ecclesiâ S. Stephani, tabulatum instrumento archiuij Autissiodorensis hâc formâ: IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Ego Ida Comitissa Niuernensis per præsentem paginam tam præsentibus, C quàm futuris notum facio, quòd videns Guidonem Comitem Niuernensem filium meum in extremis laborantem, maternâ pietate commota, promisi ei me daturam XX. libras in redditibus de terrâ dotalitij mei, pro remedio animæ suæ, & antecessorum eius; quod ipse quidem gratissimum habuit, & vt hoc ipsum opere complerem omnimodâ prece postulauit. Ego igitur ad preces illius, hanc eandem eleemosynam volens ordinare salubriter ad Ecclesiæ tranquillitatem, & ad animæ filij mei, & antecessorum nostrorum salutem; D hoc modò promissum compleui: homines quos habebam tunc temporis Varziaci cuiuscumque conditionis essent, & eorum hæredes qui ex illis nascerentur in perpetuum, possidendos Episcopis Autissiodorensibus donaui & concessi. Willelmus verò tunc temporis Episcopus in præsentiâ Ludouici nobilissimi Regis Francorum, & Willelmi Senonensis Archiepiscopi, pro hâc eleemosynâ sibi collatâ in Ecclesiâ B. Stephani Autissiodo-

A rensis Altare nouum, & duos Presbyteros ab omni quæstu liberos constituit, qui deinceps vicissim singulis diebus missam pro remedio animæ præfati G. Comitis filij mei & patris sui, & antecessorum suorum omnium fidelium defunctorum celebrabunt. Hanc siquidem prædictæ eleemosynæ donationem laudauerunt, & concesserunt Mathildis Comitissa vxor scilicet G. prædicti Comitis, & Reinaldus frater eiusdem Comitis filius meus, & siquid iuris in hominibus de Varziaco habebant, quittauerunt & Autissiodorensi Episcopatui conces-B serunt. Vt autem huius eleemosynæ donatio & Presbyterorum institutio ratæ & inconcussæ permaneant, hanc cartam exinde fieri præcepi, & sigilli mei munimine roboraui, sub testimonio horum quorum nomina & signa subscripta sunt. S. Odonis Abbatis S. Petri Autissiodorensis. S. Hugonis Senonensis Archidiaconi. S. Theobaudi Niuernensis Decani. S. Willelmi Cantoris de Clamici, S. Richardi Vicecomitis de Clamiciaco, S. Willelmi Chacelot, S. Nicolai militis, S. Formerij de Druiâ. S. Odonis Beraudi. S. Simonis Camerarij. Actum est hoc anno ab Incarnatione C Domini MCLXXV. Interfuit Guillelmus Concilio Lateranensi an. 1179. & vitam finiit anno 1181. sepultus in 1181.
Ecclesiâ S. Mariani vltra Incaunam fluuium, nunc dirutâ, non autem in Cathedrali primus à parte sinistrâ maioris altaris tumulatur, vt quidam scripsêre. Epitaphij loco addemus elogium quod de eo habet Robertus monachus à sancto Mariano: *Anno* MCXXCI. *obiit Vuilelmus Autissiodorensis Episcopus. Hic Ecclesiæ cui præfuit, tectum vetustate detritum fecit dirui, reficique, ac cùm ipso tabulato sublimius erigi & lateribus coopertum, decenter intrinse-* D *cus camerari. Cùmque plura altaria illic essent, & præter maius, omnia seruitore carerent, ipse alia quoque quatuor exceptis his, inibi consecrauit, & tam ista quàm cætera, aut per ipsum, aut sub ipso, per alios assignatis reditibus sunt dotata, ita vt singula, singulos, vel etiam plures ex tunc habuerint seruitores. Sed & reditus Episcopales non mediocriter ampliauit emptione agrorum & pratorum, constructione ædificiorum, acquisitione masuilum. Ecclesiam S. Mariæ, ac S. Ioannis, ipsámque in quâ sedit; aut dotauit in quibus-*

„ sicut prius. Quod vt firmum sit & sta-
„ bile sigilli auctoritate, & regij nomi-
„ nis caractere inferiùs annotato præ-
„ sentem paginam confirmamus. Actũ
„ Senonis ab Incarnatione Domini,
1204. „ anno Domini MCCIV. regni nostri
„ anno XXVI. astantibus in palatio no-
„ stro quorum nomina supposita sunt
„ & signa Dapifero nullo, sig. Guidonis
„ Buticularij, S. Mathæi Camerarij,
„ S. Droconis Constabularij, data va-
„ cante Cancellariâ.

Reperiuntur & litteræ de constitutione, seu diuisione Archidiaconatuum in Ecclesiâ Autissiodorensi, quas ex autographo exemplari eiusdem archiuij ad verbum hîc duximus subiiciendas.

INNOCENTIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Autissiodorensi salutem & Apostolicam benedictionem &c. Cùm olim te nobis insinuanse tantam esse in tuâ diœcesi populi multitudinem, quòd vix poterat per solum Archidiaconum Autissiodorensis Ecclesiæ, cùm vnicus dumtaxat esset, in ea visitari pro tempore, & per hoc nonnulla posse animarum pericula prouenire; nos tuis supplicationibus inclinati, super hoc vtiliter prouidere volentes, diuidendi Archidiaconatus ipsius Ecclesiæ in tres Archidiaconatus, dummodò ad id Archidiaconi qui tunc erat, ac maioris, & sanioris partis Capituli Autissiodorensis assensus accederet, necnon & deputati per te ipsum in augmentum Archidiaconatus huiusmodi, postquàm iam recepti de mandato Apostolico in præfatâ Ecclesiâ præbendas fuerint assequuti, præbendam integram proximo tunc vacaturam in eâ, & compescendi contraditores per censuram Ecclesiasticam, tibi per nostras litteras sub certâ formâ concesserimus facultatem. Tu auctoritate litterarum ipsarum, de assensu Decani, Archidiaconi, & Capituli Autissiodorensis, & aliorum proborum virorum consilio, prædictum Archidiaconatum in duos diuidens, statuisti, quod præbenda vacatura proximo iuxta earumdem litterarum continentiam, in Ecclesiâ supradictâ, hoc modo cedat in augmentum Archidiaconatuum eorumdem, videlicet quòd Capitulum Autissiodorense præbendam eandem percipiet integrè, ac pro ea maiori Archidiacono præter distributionem quam percipere consueuit tanquam Canonicus, aliam distributionem integram, minori verò Archidiacono encepta distributione quã percipiet ratione præbendæ suæ, medietatẽ alterius distributionis integrè assignare tenebitur, postquã præbenda vacaneuerit supradicta. Præter hoc maiori Archidiaconatui de Nouuaxo &, minori Archidiaconatui de Trigniaco Ecclesiis tuæ diœcesis vacãtibus, & spectantibus ad collationem tuam cùm oneribus, & emolumentis suis, saluo in omnibus in vtrâque iure Episcopali annexis, resentà sibi nihilominus potestate permutandi dictas Ecclesias Archidiaconatibus ipsis, cùm aliis Ecclesiis ad tuam collationem spectantibus, cùm eas vacare contigerit, vel etiam cùm aliis Ecclesiis de consensu patronorum ipsorum, quæ commodiores prædictis Archidiaconis videbuntur, si de tuâ & ipsorum Archidiaconorum processerint voluntate. Statuisti etiam quod iidem Archidiaconi in institutione suâ teneantur iurare, quòd per nonaginta dies in Autissiod. Ecclesiâ prout eiusdem Canonici faciunt, & in visitando Archidiaconatu suo per totidem alios dies, & in Ecclesiâ parochiali annexa Archidiaconatui per 60. dies, facient residentiam personalem, quódque infra annum institutionis suæ ad sacerdotij ordinem se facient promoueri: qui si ab Episcopo qui pro tempore fuerit, vel Capitulo Autissiod. vocati fuerint, vel alicubi destinati, seu causa peregrinationis partes Transmarinas adierint, vel Apostolorum Petri & Pauli, siue Iacobi limina visitauerint, quandiu fuerint in ipsorum Episcopi & Capituli obsequiis, aut in huiusmodi peregrinationibus constituti, pro residentibus habebuntur; ita tamen quòd distributiones non habebunt, nisi sicut alij Canonici in similibus casibus percipiant, vel percipient in futurum, & quòd nec Episcopus, nec Capitulum possint remittere iuramenta huiusmodi, nec contra præmissa in aliquo dispensare. Adieci prætereà, statuendo quòd minor Archidiaconus post quatuor personas ab antiquo in Autissiod. Ecclesia constitutas, persona existat, & post easdem quatuor personas in omnibus tam in choro, quàm in Capitulo habeatur, idémque minor Archidiaconus sit homo ligius tuus, & Episcoporum Ausissiod. qui pro tempore fuerint, sicut aliæ personæ Autissiod. Ecclesiæ sæpedictæ, ac post fidelitatem Episcopo præstitam salua ea fidelitate Capitulo tenebitur exhibere. Archidiaconatus verò minoris siue maioris collatio semper ad Episcopum pertinebit: memoratam quoque residentiam non tenebuntur facere Archidiaconi prædicti, nisi cùm secundùm Ecclesiæ consuetudinem percipere poterunt fructus Præbendarum suarum, & tunc demùm prius iuramento præstito,*

quantum ad recipientiam astringentur, pro- A
vt in tuis, & ipsorum Decani; Archi-
diaconi, & Capituli litteris inde factis
plenius continetur. Nos igitur tuis, &
ipsorum Decani & Capituli, Archidia-
coni precibus inclinati, præmissa sicut pro-
inde facta sunt, auctoritate Apostolica
confirmamus, & præsentis scripti patro-
cinio communimus, prouiso quòd dilectis
filiis Gaufrido Chauderoim, & Conra-
dino naso dilecti filij Iacobi Papie ciuis
Ianuensis Canonicis Autissiod. per confir-
mationem huiusmodi nullum præiudicium
generetur &c. Datum Lugduni x. Kal.
Nouembr. Pontificatus nostri an. 7 Gra- B
ues habuit dissensiones cùm Comite
Autissiodorensi, de quibus mentio-
nẽ facit Chronicon Roberti à S. Ma-
» riano: Petrus, inquit, Altissiodorensis
» Comes, Dominicâ in Ramis Palma-
» rum, inspectante Clero & populo,
» dum ageretur processio, de iniuriis
» Altissiodorensi Episcopo irrogatis pu-
» blicè satisfacit. Siquidem anno præ-
» terito idem Comes quibusdam de
» causis, ab Episcopo anathematis vin-
» culo innodatus, tam ipsum quàm
» suos multis lacessierat iniuriis, & affe-
» cerat pluribus nocumentis. Adeò de-
» nique contra Episcopum incanduerat
» Comitis furor, vt quia suis hominibus C
» vetabatur cemeterij sepultura, in
» ipsâ domus Episcopalis camerâ, re-
» cens defuncti corpusculum faceret
» infodi, & matris Ecclesiæ Clericos
» præciperet ex vrbe propelli, propul-
» sorum tamen rebus & domibus non
» peruasis, sed idemniter conseruatis.
» Propter hæc itaque aliáque commis-
» sa, tamdiu censurâ Ecclesiasticâ per-
» vrgente districtus est, donec Seno-
» nensi & Bituricensi Archiepiscopis
» satagentibus, Episcopo satisfaceret,
» illata damna plenariè resarciret, ca-
» dauer infossum, manibus suis effode-
» ret, & effossum, propriisque humeris D
» deportatum cemeterio rursus infode-
» ret, incederet quoque nudis pedi-
» bus, solâ indutus lineâ, in facie om-
» nium tunc ad processionem solito fre-
» quentiùs confluentium. Sic igitur Dei
» & Ecclesiæ honore seruato, tantóque
» excessu cõgruâ satisfactione purgato,
» pax vtriuq; & gratia reformatur. Ani-
mam suam reddidit Romæ in festo
1206. S. Michaelis 29. Septembris 1206.
non 1208. vt asserit Albericus in chro-
nico, contra fidem tabularum; sepul-
turæ conditus in basilicâ Lateranensi.

A Meminit Hugonis cùm laude Scri-
ptor Chronici Autissiodorensis, cuius
verba tametsi prolixa exscribere iuuat
elogij loco; HVGO *Autissiodorensis*
Episcopus Romam profectus ibidem obiit.
Hic extitit corde magnificus, ingenio per-
spicax, facundiâ copiosus, & tam in Ec-
clesiasticis, quàm in secularibus sagax
admodum & peritus. Episcopales reditus
multimodis cumulauit augmentis. In cun-
ctis ferè Episcopalibus locis, ædificia insi-
gnia, vel de nouo construxit, vel diruta
reparauit. Siquidem Varziacum castrum
murorum & turrium reparatione muni-
B *uit. Cùmque prædecessores sui domum*
ibidem in quam honestè descenderent, pro-
priam non haberent, domos geminas in
modum palatiorum extruxit, tam diffusas
amplitudine, quàm opere sumptuosas.
Cúmque intra castri ambitum nullum exi-
steret molendinum, fontis qui de Ecclesiâ
oritur cursum artificiali deductione resor-
sit, & intra fossata domos prædictas cin-
gentia & piscibus copiosa collegit. Inde
molendinum extruxit cui nouus aqua dis-
cursus sufficeret, & multis in locis per ca-
strum deductus multorum vsibus deseruiret.
Sed & apud Carbinathum villam locum
de nouo instituit quem Bellum reditum ap-
pellant, locum vtique peramœnum nemore
C *circumsito & molendinis & stagnis, viri-*
dariis quoque fructiferis & domibus spa-
ciosis. Regennam honestioribus ædificiis in-
signiuit. Hæreticos quos Bulgaros vocant
vehementer studuit insectari, eiúsque in-
stantiâ actum est, vt plerique rebus suis
exinanirentur, exterminarentur alij, alij
cremarentur. Litterali scientiâ præditus,
amánsq; librorum, repetebat libenter cùm
sibi vacaret, ocia literarum. Cúmq; ita stre-
nuus in multis existeret, sibi tamen minus
in aliis studuit, minus cauit. Nam in sibi
subditos minus clemens extitit, eosq; immo-
dicis exactionibus aggrauauit. Erat quippe
in expensis profusior, amans contubernia
D *militum, & militarium actuum, solitus*
pompam plus prosequi, quàm sacerdotali
competeret grauitati. Et quia in suis ne-
gotiis plus pernicax & minus cuique cedens
erat, vixque se ab aliquo vinci permitte-
bat, plures à pluribus persecutiones susti-
nuit, quas tamen magnanimiter tolerans,
& finaliter præualens sæpius obtinebat.
Terram sibi subditam, etsi plerúmque
grauauerit, tamen ne grauaretur ab ali-
quo potenter defendit. Iudæis à Petro Co-
mite de vrbe propulsis, synagogam eorum
in medio vrbis sitam in Ecclesiam commu-
tauit, duoque inibi altaria, alterum in

honore S. Nicolai, alterum S. Antonij A
consecrauit. Erga matrem Domini deuo-
tus extitit, ipsiúsque Ecclesiam in vrbe
sitam studuit honorare. ipsoque satagente
creuit eiusdem Ecclesiæ fabrica, decentiore
& altiore structura; creuit Canonicorum
paucitas maiore numero, creuit redituum
paruitas multiplici incremento. Promise-
rat námque quoque quòd plura conferret
nisi mors præueniens impedisset. Denique
quibusdam de causis à quibusdam impeti-
tus, vrgente negotio Romam proficiscitur,
vbi cùm venisset à domino Papa veneran-
ter exceptus, paulò post morbo corripitur,
& pluries, puréque confessus & pœnitens
intra paucos dies moritur, & in Latera- B
nensi Ecclesiâ præsente domino Papâ &
Cardinalibus cùm multâ honorificentiâ
tumulatur.

SIGNELAY. 59. GVILLELMVS DE SEGNE-
LAY II. ex toparchis castri de Sili-
niaco patre Burcardo, matre Aanor-
di ex stirpe S. Bernardi genitus, eli-
1207. gitur Episcopus absens anno 1207 vti
tradit chronicon Roberti à S Maria-
» no: Anno MCCVII. Altissiodorensi
» Ecclesiæ vnanimi electione præfici-
» tur Guillelmus Decanus, ætate qui- C
» dem iuuenis, sed morum senio præ-
» maturus. Regalia tunc peruaserat re-
» gia clientela, exactionibus immodi-
» cis vniuersa diripiens, ea quoque con-
» fiscans quæ Hugo Episcopus testa-
» mento legauerat Ecclesiis largienda.
» Electus itaque pro recipiendis Rega-
» libus, destinat ad Regem, nec impe-
» trat. Post consecrationem verò suam
» illico Regem adiit, & multo licet la-
» bore expensisque, obtinet apud eum
» vt non modò prædecessoris sui testa-
» mentum quod iusserat confiscari, iu-
» beret restitui; verùm etiam quidquid
» iuris habebat in Regalibus in reme-
» dium animæ suæ donaret Altissiodo- D
» rensi Ecclesiæ, ita vt moriente Epis-
» copo, Decanus & Capitulum Regalia
» manu teneret, & quæ de redditibus
» interim prouenirent, successuro Epis-
» copo reseruarentur. Eodem anno se
excusat Altissiodorensis Comes, quòd
in iucundo ingressu ex debito se siste-
re non potuisset, quemadmodum
indicat hæc membrana in tabulario
Episcopi: EGO *Petrus Comes Autissio-*
dorensis. Omnibus tam præsentibus quàm
futuris notum facio, quòd cùm venerabilis
pater & dominus meus Vuillelmus Au-
tissiodorensis Episcopus me ad diem intro-
A *nizationis suæ vocauisset, vt ipsum cùm*
aliis Baronibus feodatis qui ad hoc te-
nentur, portarem vt debebam, ego me ex-
cusaui qui eundem diem habebam ante do-
minum meum Regem, propter quod non
poteram ad ipsum portandum venire. Cùm
autem idem Episcopus me posteà propter
hoc submonuisset sicut hominem suum, &
ego venissem ante eum, factâ diligenti in-
quisitione per viros bonos qui veritatem
sciebant, certificatus sum, & publicè reco-
gnoui & recognosco, quòd ego teneor Epis-
copos Autissiodorenses in intronizationi-
bus suis cùm aliis feodatis portare, & feci
ipsi ego emendam. De hoc quod ipsum non
B *portaueram nonobstante excusatione meâ,*
& ne hoc ab aliquo imposterum dubitetur,
literas præsentes sigillo meo muniri, & ipsi
ego tradi feci. Actū anno gratiæ MCCVII. 1207.
Guillelmus iste, cùm Canonici S A-
matoris Autissiodori ei cessissent 12.
modios vini quos Episcop. soluere te-
nebatur, in compensationem tradidit
terram in territorio de Moreto, co-
dicillis datis eodem anno mense Apri-
li. Extátque in citato cartarum re-
pertorio sequens documentum in
controuersiâ Præsulis Autissiodoren-
C sis cùm Abbatissâ S. Iuliani: MANAS-
SES Dei permissione Aurelianensis «
Episcopus, omnibus præsentes litte- «
ras inspecturis in Domino salutem. «
Vniuersitatem vestram scire volu- «
mus, quòd cùm mota fuisset quere- «
la inter venerabilem patrem Episco- «
pum Autissiodorensem, & dilectam «
in Christo Abbatissam S. Iuliani Au- «
tissiod. super quibusdam domibus de «
tanneriâ Autissiod quas dicebat Epis- «
copus super aquam suam extentas «
fuisse, & antiquas metas excedere «
sine mandato suo: Abbatissa verò di- «
cebat domos illas esse de censiuâ suâ, «
& ob hoc dominis illarum domorum «
D garantiam portabat, tandem conue- «
nerunt & firmiter promiserunt Ab- «
batissa cùm litteris suis apertis, & «
Episcopus in verbo Sacerdotis, quòd «
super istâ querelâ inquisitioni nostræ «
consentirent, & eam firmiter tene- «
rent. Nos autem vt super hoc certi- «
ficati inquisitionem nostram certiùs «
& iure partis vtriúsque integro rema- «
nere proferre possimus, iniunximus «
cùm assensu partium, dilectis nostris «
A. Abbati S. Petri, & Mag R. Priori «
S. Mariæ extra muros Autissiod. vt «
loco & vice nostri diligenter inquire- «
rent de domibus illis, quæ & quot, «

» & quantum occuparunt de aquâ E- A
» piscopi. Qui diligenter inquisitâ ve-
» ritate ad nos reportarunt, quod om-
» nes illæ domus metas antiquas exce-
» debant, & de aquâ Episcopi occupa-
» uerant secundùm magis & minus,
» præter domum Roberti Coille dasne,
» & domum S. Mariani, & domum
» Balbini, quæ tres, antiquas metas
» non excedunt; vnde & nos partibus
» conuocatis & præsentibus pronun-
» ciamus, quod in quibuscúmque domi-
» bus illis inuentum est excrementum, B
» excrementum illud vel penitùs amo-
» ueatur, vel domini domorum tantùm
» faciant erga Episcopum, quod velit
» excrementa illa remanere. Actum an.
1208. MCCVIII. Tabula autem traditionis feodi & castelli S. Saluatoris Conadæ huiusmodi est in cartophilacio Autissiodorensi: HERVEVS *Comes Niuernensis omnibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nouerint vniuersi quòd cùm controuersia verteretur inter venerabilem patrem & dominum meum Vuillelmum Autissiodorensem Episcopum ex vnâ parte, & me ex alterâ, super domibus & munitionibus castrorum meorum, videlicet S. Saluatoris Conada* C *castri noui, quas Episcopus dicebat sibi debere tradi ad suum beneplacitum, secundùm quod in cartâ eius continebatur tandem in hanc formam compositionis venimus, quod nos recognouimus domos & munitiones S. Saluatoris & castrinoui tradendas esse Episcopo sicut in cartâ eius exprimitur, & ei tradi præcipimus. De domo verò & munitione Conada ad preces meas & quorumdam amicorum tam suorum, quàm meorum sustinuit dominus Episcopus, & promisit quod non petet traditionem earum sibi fieri in vitâ meâ, nec me super eis traheret in causam; saluâ cartâ domini Episcopi, & saluo omni iure suo* D *& successorum suorum post mortem meam: saluo etiam iure meo & heredum meorum. Hoc autem factum est saluis omnibus querelis suis & meis, & saluis litteris ad Dominum Remensem & coniudices suos de communi assensu partium impetratis, vsque ad reditum meum à peregrinatione Albigensi: saluo etiam eo quod auctoritate dictarum litterarum, vel etiam aliarum, me non poterit conuenire super traditione domus & munitionis Conada, sibi faciendâ in vitâ meâ querelâ de mutatione monetæ & de rabatificatione terræ, remanentibus in eo statu in quo erant tempore factæ compositionis. Tempus autem quod effluxerit à die compositionis vsque ad reditum meum à dictâ peregrinatione, neque sibi contra me, neque mihi contra ipsum proderit ad præscribendum. Datum anno Domini* MCCIX. *mense Iunio* 10. *Kal. Iulij.* 1209. Legitur porrò in eodem tabularum armario carta prædicti Comitis Niuernensis, de iure portandi Episcopi Autissiodorensis die intronizationis suæ, quæ ita habet:

HERVEVS Comes Niuernensis, «
omnibus præsentes litteras inspectu- «
ris salutem in Domino. Nouerint «
vniuersi, quòd cùm controuersia «
verteretur inter venerabilem patrem «
& dominum meum Vuillelmum Au- «
tissiodorensem ex vnâ parte, & me «
ex alterâ, eo quòd die intronizatio- «
nis suæ ipsum ad Cathedralem Eccle- «
siam cùm aliis non portaui, licet no- «
bilis vir pater meus Herueus bonæ «
memoriæ antecessorem eius portas- «
set, quod tamen ex contemptu vel «
superbiâ non omisi. Sed quia mihi «
dicebatur, quòd illa portatio moue- «
bat, siue dependebat de feodo Gie- «
mi, quod cùm non tenerem tunc «
temporis, nec modò teneam, videba- «
tur ad illam portationem faciendam «
minimè me teneri. Verùm quia di- «
ctus Episcopus mihi instanter oppo- «
nebat, quod bonæ recordationis pa- «
ter meus antecessorem eius portaue- «
rat, recognoui eumdem Episcopum «
& successores suos esse in possessione «
memoratæ portationis, tam à me «
quàm à meis hæredibus Autissiodo- «
rensi Episcopo faciendæ, ratione feo- «
di quod ab eadem tenuit pater meus. «
Saluo eo quod si ostendere potero «
vel probare, quòd dicta portatio mo- «
ueat siue dependeat de feodo Gie- «
mensi, ego & hæredes mei à dictâ «
portatione faciendâ quiti remanebi- «
mus & liberi, nisi dictum feodum «
Giemi, ad me vel heredes meos re- «
uertetur. Actum anno ab Incarnat. «
Domini MCCIX. 10. Cal. Iunij. In eo- «
dem scrinio Episcopali inueniuntur litteræ institutionis Ecclesiarum parochialium apud Caritatem eâ verborum formulâ: GVILLELMVS *Dei gratiâ Autissiodorensis Episcopus. Omnibus præsentes literas inspecturis in Domino salutem. Vniuersitatem vestram scire volumus, quòd cùm villa de Caritate ab antiquo non habuisset nisi vnicam parochialem Ecclesiam, tanquam nouel-*

ta plantatio quæ paucos habebat habitatores, tandem crescente multitudine plebis, in tantum quòd vnius non sufficiebat ad eam regendam sollicitudo Pastoris, de assensu & voluntate dilecti filij Gaufridi Prioris & Conuentus, ibidem constituimus tres parochiales Ecclesias scilicet Ecclesiam B. Mariæ, Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Iacobi, saluo iure monachorum, videlicet vt id iuris habeant in singulis tantum quod habebant in vnâ, tam in præsentationibus personarum quàm in
1209. *aliis. Actum anno* MCCIX. 4. *Cal. Martij.* Fuisse autem dissidium pro Capellâ, domo & burgo de Bethleem apud
B Clameciacum, cuinam Pontificum vel Eduensis Galteri, aut Vuillelmi nostri Autissiodorensis iure diœcesano subessent apparet ex definitione huius controuersiæ 1211. per arbitros instrumento Episcopalis tabu-
» larij. REGNAVDVS & vniuersum
» Autissiodorensis Ecclesiæ Capitulum,
» Omnibus præsentes litteras inspectu-
» ris in Domino salutem. Nouerint
» vniuersi, quòd cùm inter Reueren-
» dos patres dominum nostrum Vuil-
» lelmum Autissiodorensem ex vnâ
» parte, & Galterum Eduensem Epis-
C » copos ex alterâ, super Capellâ de
» Bethleem apud Clameciacum, & iu-
» re parochiali eiusdem burgi coram
» Cantore, Archipresbytero, & magi-
» stro bono amico Canonico Bituri-
» censi, auctoritate Apostolicâ quæstio
» verteretur, tandem mediantibus vi-
» ris bonis, & ad pacem interponenti-
» bus partes suas, in venerabilem Pa-
» trem Manassem Aurelianensem Epis-
» copum, & Hugonem Bituric. Archi-
» diaconum, & Humbaudum Autis-
» siodorensem Canonicum, super illâ
» controuersiâ sub penâ 110. marcarum
» pari voluntate compromiserunt hinc
D » inde sub tali formâ: quòd arbitri ipsi
» ius vtriúsque partis inquirent, pars
» vtráque inconcussè seruabit, quid-
» quid arbitri Episcopi vel Episcopus
» cùm altero arbitrorum suorum du-
» xerit arbitrandum, &c. Nos Eduam
» accessimus, & ibi præsentibus parti-
» bus, pronunciauimus, diffiniuimus,
» & finaliter decreuimus Capellam &
» domum & burgum de Bethleem
» apud Clameciacum Autissiodorensi
» Episcopo, vtpote diœcesano loci il-
» lius pleno iure subesse, & Episcopum
» Eduensem nihil iuris penitus habere
» ibidem, vnde ei perpetuum silentium

A impofuimus super præmissis. Ipse ve- «
rò Eduensis Episcopus prolatâ sen- «
tentiâ statim se traxit in partem, & «
habito cùm Canonicis suis quorum «
magna pars præsens erat, consilio, re- «
uersus, publicè protestatus est quòd «
sententiam illam approbabat, & quod «
ei nullatenus obuiaret, & tam fratri- «
bus dictæ domus, quàm hominibus «
burgi de Bethleem per literas suas «
patentes denunciauit id ipsum, qua- «
rum tenor hic erat: Galterus Dei «
gratiâ Eduensis Episcopus, dilectis «
in Christo fratribus de Bethleem, & «
omnibus in burgo de Bethleem apud «
Clameciacum manentibus, salutem «
in Domino. Noueritis quòd per sen- «
tentiam Reuerendi Patris Manasse «
Aurelianensis Episcopi, & dilecti no- «
stri Humbaudi Autissiodorensis Ca- «
nonici, in quos compromiseramus su- «
per Capellâ & iuridictione burgi de «
Bethleem, diffinitum est & declara- «
tum, quòd Capella, domus, & bur- «
gus, quoad Ecclesiasticam iurisdi- «
ctionem pleno iure spectant ad Epis- «
copum Autissiodorensem, & nos ei- «
dem sententiæ parentes, id vobis no- «
tificamus, & præsenti insinuatione «
denunciamus. Datum anno gratiæ «
MCCXI. mense Octobri 4. Cal. No- « 1211.
uembr. Sequuntur litteræ recogni- «
tionum feodi Malliaci à Comite Autissiodorensi huiusmodi verbis conceptæ. EGO *Petrus Comes Autissiodorensis & Tornodorensis, notum facio vniuersis, quòd cùm mihi tam per cartas authenticas antecessorum meorum, quàm per litteras Mathildis Comitissæ quondam Tornodorensis, in quibus expressè continebatur, quòd ipsa Mailliacum castrum in feodum tenuit à bonæ memoriæ Hugone quondam Autissiodorensi Episcopo, necnon & per testimonia multorum bonorum virorum, & fide dignorum, & per communem famam terræ mihi constitisset, quòd Mailliacum & Bitriacum cùm pertinentiis suis sunt de feodo Episcopi Autissiodor. accessi ad Dominum meum Vuillelmum Autissiodor. Episcopum, & Mailliacum & Bitriacum cùm pertinentiis ab ipso in feodum cepi, & de ipsis eidem publicè & solemniter homagium manuale feci, iuramento à me eidem corporaliter præstito, quòd nunquam per me faciam, nec fieri procurabo, nec vt fiat consentiam, nec si factum fuerit ratum habebo, nec auxilium, nec consilium, vel fauorem alicui impendam super dicto feodo*

Episcopum impetenti, quominus Antissiodorenses Episcopi feodum illud pacificè & quietè obtineant. Ita autem Mailliacum & Burriacum teneo ab Antissiodorensi Episcopo, quod ad eius beneplacitum ei & successoribus eius ea tradentur. Ita tamen quod eo discedente, mihi vel ministerialibus meis cum integritate restituentur. Actum publicè apud Vermentum anno In-
1210. *carnation. Dom.* MCCX. *mense Februario, 4. Idus eiusdem mensis.* Eadem confirmauit Manasses Episcopus Aurelianensis, Droco de Melloto, & Vuillelmus eius filius. Porrò fidem hominij exhibet idem Princeps pro villâ de Colengiis hâc verborum serie.

EGO PETRVS Comes Niuernensis notum facio, quod ego villam de Colenges super Ionam cùm pertinentiis suis teneo de Episcopo Autissiodorensi in feodum & homagium, tali modo, quòd post decessum meum ille qui tenebit villam de Colenges, eam tenebit ab Episcopo Autissiodorensi & eius successoribus, ad tale ligium homagium, ad quale feodus apportat. Prætereà in præsentiâ carissimi domini mei Philippi Regis Franciæ recognoui, quod decima prædictæ villæ & territorij est Episcopi Autissiodorensis, & ad eum pertinet, & successores eius Episcopos Autissiodorẽses, & eam prædicto Episcopo & successoribus eius teneor conseruare. Actum Paris. anno Incarnati Verbi 1215. mense Iulio. Constat autem quòd iste Guillelmus Episcopus institutor fuerit præbendarum S. Laurentij de Conadâ, sic enim habet tabularij carta. HVGO Autissiodorensis Archidiaconus, nouerint vniuersi, quod cùm venerabilis Pater & Dominus meus Vv. Autissiodorensis Episcopus in Ecclesiâ B. Laurentij de Conadâ instituisset Præbendas, dedit & concessit de assensu & voluntate nostrâ Ecclesiæ S. Laurentij supradictæ in perpetuum Eccl. de Misiaco. Instituens vt quicumque fuerit, præbendam vnam de cætero absque residentiâ habeat annexam Archid. in Ecclesiâ memoratâ. Ad petitionem quoque præfati domini mei Episcopi concessi, vt Ecclesiâ de Misiaco deinceps in perpetuum sit libera à procuratione Archid. Actum anno 1212. Leguntur & in iisdem scriniis Episcopalibus codicilli institutionis officij Lectoriæ: HVGO Autissiodorensis Archidiaconus: nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd cùm ad officium Archidiaconatus spectaret Ecclesiæ nostræ prouidere Lectorem, qui totum legendi officium ordinaret, nec inuenirem propter reddituum paucitatem, qui onus vellet subire Lectoris, quem laborem stipendia non sequebantur condigna, vnde Ecclesiæ seruicium non modicum turbabatur Venerabilis pater & Dominus meus Vuillelmus Episcopus noster eidem officio, & Succentoriæ pariter fructus Præbendæ vnius integros de assensu Capituli in perpetuum assignauit, & ego ei suísque successoribus in posterum cessi, & concessi benignè ius instituendi Lectorem. Actum anno Domini 1213.

1213. Interim verò cùm orta esset controuersia ex parte Episcopi cùm Niuernensi Comite pro forteritiâ de Murato, pax inter eos stabilitur eâ transactione, ab Autissiodorensis Episcopatus regesto deprompta:

MANASSES *Dei gratiâ Aurelianensis Episcopus, omnibus præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Quæ pro bono pacis inter aliquos statuuntur, firmâ necesse est stabilitate gaudere, & ne iterum recidiuæ scrupulus dissensionis emergat, litterarum beneficio ad perpetuam notitiam posterorum transmitti. Eapropter omnibus tam præsentibus quàm futuris notum fieri volumus, quòd cùm inter venerabilem Vuillelmum videlicet Episcopum, Vuillelmum Decanum & Capitulum Autissiodorense ex vnâ parte, & nobilem virum Herueum Comitem, & vxorem eius Mathildem Comitissam Niuernensem ex alterâ, orta esset dissensio super fortericiâ de Murat iuxta Billiacum, quàm præfati Episcopus, Decanus & Capitulum in proprio fundo Ecclesiæ suæ pro parte ædificare dicebant, & ex ea Episcopatui, ipsi Capitulo, hominibus & villis eorum in rebus Ecclesiæ damnum non modicum imminere, nec non super hominibus, possessionibus, redditibus, iusticiis, garenis, & super aliis quæ inter ipsos apud partes illas, scilicet apud Billiacum & Orsiacum emerserant, tandem hinc inde firmiter promiserunt & sub pœnâ quingentarum librarum se astrinxerunt, quòd super illis sequerentur dictum nostrum, haut & bas, prout dicitur in vulgari, quidquid pro bono pacis inter eos statuere curaremus. Nos igitur omni studio laborantes*

&

& curâ vt ea quæ statueremus de partium amicabili conuenientiâ faceremus, præhabito in subscriptis articulis eorum consensu, dictum nostrum formauimus & protulimus in hunc modum. Quòd forteritia siue castrum de Murat ab Episcopo Autissiodorensi & successoribus eius Episcopus, vtpote à dominis feodi perpetuò teneatur in augmentum feodi de Donziaco, sub hoc tenore, quòd reddi debeat & tradi Episcopis Autissiodorensibus ad eorum beneplacitum: ita tamen quòd ipsis discedentibus restituatur Comiti vel ministerialibus eius cùm omni integritate. Item statuimus per dictum nostrum, quòd quidquid habebat Comes siue Comitissa in villâ, siue in territorio Orsiaci in hominibus, talliis, questis, redditibus, terris, pratis, consuetudinibus, nundinis, iustitiâ magnâ & paruâ, & in omnibus aliis vt breuiter dicamus in omni iure vniuersaliter, totum sit Capituli Autissiodorensis pleno iure imperpetuum possidendum. Insuper & nemus quod dicitur foresta Orciaci cùm iustitiâ eius & custodiâ, & omni iure. Nemus quoque de paruo Faitto cùm iustitiâ, custodiâ similiter, & omni iure; quidquid autem habebat Capitulum antedictum vel habere se dicebat in fundo in quo constructa est forteritia supradicta. Item quidquid habebat in potestate Billiaci siue in hominibus, siue in consuetudinibus, siue in censibus, vel etiam in aliis temporalibus, totum sit Comitis & Comitissa iure perpetuo, præter terragia & decimas quæ remanebunt Capitulo memorato, sicut ea consueuit habere, de quibus tamen diximus & statuimus, quòd Capitulum terras suas quæ sunt ad terragium in potestate Billiaci, nec accipere poterit ad carrucas suas, nec eas auferre hominibus Comitis qui eas colunt, sed penes Comitem seu Comitissam erit potestas dandi eas hominibus suis ad excolendum, saluo terragio & decimâ Capituli supradicti, & eo etiam prouiso quòd non omittantur dari ad excolendum, taliter quòd inde Capitulum damnificetur prædictum. Item statuimus per dictum nostrum, quòd omnes homines & feminæ quos habebat Capitulum apud Charmetum villare Praneti, Sorgiacum, siue Dorneciacum iure perpetuo sint Comitis & Comitissæ, & prætereà quidquid habebat Capitulum in nemoribus de Clausello, de Festo, de Monte medio, & in aliis nemoribus siue pasnagiis apud Billiacum, præter nemora prætaxata, scilicet de forestâ Orsiaci & de paruo Faitto, quæ pleno iure vt prædictum A *est, erant Capituli sepefacti. Item diximus & statuimus quòd nullus siue feminarum Autissiodor. Ecclesiæ retineri possit, aut recipi in mutatione de Murat, neque in potestate Billiaci, nec aliquis vel aliqua de hominibus eiusdem Ecclesiæ in potestate Orsiaci commorantibus similiter recipi possit aut retineri in totâ terrâ Comitis seu Comitissæ vbicumque. Illud quoque prætereundum non censuimus, sed dicto nostro adiecimus & diximus, quod si nobilis vir Nariodus frater nobilis viri Iterij de Tociaco qui in partibus Constantinopolitanis existit, rediret, & super* B *his Capitulo molestiam aliquam inferre vellet, vel etiam quilibet alius Comes siue Comitissa ea garentire tenebitur Capitulo antedicto, & et resarcire omnia damna & grauamina, quæ propter hoc sustineret, & per omnia ipsum conseruare indemne. Hæc sicut superiùs expressa sunt de consensu partium pro bono pacis diximus, & statuimus inter eos, ipsi verò benignè & gratanter dictum nostrum spontanee receperunt, & gratum habuerunt & ratum. Comes quoque iuxta dicti nostri tenorem forteritiam de Murat prælibatam recepit coram nobis, incontinenti publicè ab Episcopo Autissiodorensi prædicto in augmentum feodi de Don-* C *ziaco, & de ipso fecit ei specialiter hominium manuale. Actum publicè apud Billiacum anno Domini* MCCXIV. *mense* 1214.
Augusto. Huc spectat etiam proferre litteras tabularij Episcopalis de subiectione cœnobij S. Germani, cuius verba hæc sunt. IN NOMINE Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen. « Herueus Trecensis Episcopus, H. Sanctæ Columbæ Senonensis, & R. Eschalleiarum Abbates: in causâ quæ « vertitur inter venerabilem Patrem « Vuillelmum Episcopum Autissiodorensem ex vnâ parte, & Vuillelmum « Abbatem & Conuentum Monasterij « D S. Germani Autissiodorensis ex alterâ, super visitatione & correctione « eiusdem Monasterij Iudices à summo « Pontifice delegati, dictis Episcopo & « Abbate præsentibus, & Conuentu « per procuratorem in nostrâ præsentiâ « constitutis, eodem Episcopo petente prædictos Abbatem & Conuentum compelli à nobis ad obediẽdum, « & in visitatione & correctione sæpe, « fati monasterij, lite coram nobis super hoc contestatâ, eorumdem Conuentus & Abbatis procuratoribus dicentibus, quòd Episcopus Autissiodo- «

rensis non habebat visitationem neque correctionem in illo Monasterio, & quod probarent per priuilegia & alia, pluribus diebus eis à nobis assignatis ad probationes faciendas sub quadruplici dilatione, ad quos omnino defecerunt, ipsis Abbate & Conuentu per contumaciam absentibus, de consilio bonorum virorum per sententiam diffinitiuam, iudicamus quòd prædicti Abbas & Conuentus S. Germani Autissiodorensis debent obedire Episcopo Autissiodorensi in visitatione, & correctione monasterij eorumdem. Actum Senon. anno Incarnat. 1214. mense Aprili, die Iouis ante Ramos Palmarum. Cæterùm in eodem tabulario sequens diploma reperitur : Ego *Yolendis Comitissa Autissiodorensis, notum facio vniuersis, quod Dominus & pater meus Vuillelmus Dei gratia Autissiodorensis Episcopus, ad petitionem Philippi filij mei Comitis Niuernensis, Domno & viro meo Petro Comite Autissiodorensi præsente, petente & consentiente me recepit in fœminam de Mailliaco castro, Colengiis super Yonam, & Betriaco cùm eorum pertinentiis in omnibus, tam de dotalitio meo, quàm de omni iure quod ego in dictâ terrâ habeo, & quod Philippus filius meus in dictâ terrâ habebat, quamdiu vixero, saluo tamen in omnibus iure Episcopatus Autissiodorensis, & quorumlibet aliorum qui in dictâ terrâ ius habent, saluâ etiam vitâ P. Comitis viri mei, qui super hoc remanet homo dicti Episcopi. Actum anno 1216.*

1216. Guillelmo autem scribit Innocentius 3. cap. 13. Cùm tibi &c. cum tibi 18. de verborum significatione : ac recensetur etiam frater Manassis Episcopi Aurelianensis apud Petrum de Vallibus Sarnaij Monachum, Hist. Albigensis cap. 69. 120. 121. iacet Pontigniaci, vt diximus supra in Parisiensibus Præsulibus.

Villeneuve. 60. Henricus de Villeneuve ex Cantore ad Cathedram Autissiodorensem euehitur per translationem Guillelmi ad Parisiensem ; huius verò mentio fit in veteri schedâ cartularij Episcopalis. Omnibus præsentes litteras inspecturis, Herueus & Matthæus Canonici Autissiodorenses in Domino salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm post mortem bonæ memoriæ Vuillelmi Autissiodorensis Decani, vacante Decanatu, inter venerabilem Patrem & Dominum Henricum Episcopum & venerabiles viros Capitulum Autissiodorense, ad quod iurisdictio Decanatus ipso vacante deuolui deber, controuersia emersisset, asserente dicto Episcopo ipsam ad eum pertinere, Capitulo, quod ad ipsum, non ad Episcopum pertineret è contrario proponente, tandem in nos duos ab vtráque parte super hoc extitit compromissum. Nos igitur auditis vtriusque partis rationibus, in primis protestantes, quòd de iurisdictione super Canonicos Maioris Ecclesiæ nihil diffiniebamus : finaliter pronunciamus prædictam iurisdictionem vacante Decanatu ad dictum Episcopum pertinere. Actum an. Incar. Domini 1221. mense Nouembri. Interfuit exequiis Philippi Augusti 1223. quo anno instituitur in hac vrbe Communia cùm Scabinis, à Mathilde Comitissâ, Calendis Augusti. In eodem antiquo tabulario Autissiodorensi refertur exemplar compositionis inter dictum Episcopum & Decanum hâc formâ. 1223.

Galtervs *Dei gratiâ Senonensis Archiepiscopus, vniuersis præsentibus pariter & futuris ad quos præsentes literæ peruenerint salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quòd cùm esset contentio inter venerabilem fratrem nostrum H. Episcopum ex vnâ parte, & dilectum filium M. Decanum Autissiodorensem ex aliâ, super remittendis causis hominum ciuitatis Autissiodorensis, & parochia S. Georgij, & Abbatia de Celle, exceptâ parochiâ S. Lupi, quæ non est de iurisdictione Decani, scilicet ab Officiali Episcopi ad Decanum, & super prouentibus, siue explectis causarum prædictorum locorum in vtráque curiâ receptis, & super ordinatione domus Dei de Monte Autrico, & domus Leprosorum S. Simeonis, & super quibusdam aliis causis quæ inferiùs notabuntur. Tandem de consensu dictorum Episcopi & Decani, accedente etiam ad hæc consensu Capituli Autissiodorensis, ita fuit pro bono pacis nobis mediantibus ordinatum ; quod de omnibus causis tam ciuilibus coram Decano non inchoatis, quàm criminalibus prædicti loci poterit cognoscere in propriâ personâ dictus Episcopus, & etiam terminare, & conuentis coram ipso non admittentur, si petierint ad curiam Decani remitti, sed ibi tenebuntur litigare. Si autem fuerit*

quar[illegible] m[illegible]so, poterit eam committ[illegible]iter, pro volun[illegible] cuicumque [illegible] Canonico, vel non Canonico præter quam [illegible] suo, & conuenti [illegible]tur coram huiusmodi delegato litigare, nec habebunt fori exceptionem vt ad Decanum remittantur. De hominibus autem Episcopi & ipsius familia [illegible]st ordinatum, quod si conueniantur [illegible] Officiali Episcopi, ibi habebunt litigare, si autem coram Decano, vel eius Officiali conueniantur: Si exceperint, quod [illegible] de foro Episcopi admittentur, & necesse habebit Decanus & eius Officialis eos remittere ad Officialem Episcopi, nisi conquerens sit, Capitulum vel Canonicus qui optionem habebit conueniendi hominem [illegible]scopi, & non familiam eius coram Decano vel Episcopo vel Officiali eius de propriis causis suis. Si autem Capitulum vel Canonicus conueniat aliquem [illegible]milia Episcopi, Episcopus vel eius Officialis, necesse habebit ius ei facere in ciuitate Autissiodorensi. De Balliuis & Præpositis Comitissæ vel Comitis, vel domini ciuitatis qui pro tempore fuerit, ita est ordinatum, quòd seu conueniantur coram Officiali Episcopi, vel in curia Decani, vbi primò conuenti fuerint, ibi necesse habebunt litigare, & si obiecerint exceptionem fori, nec admittentur, nec ad aliam curiam remittentur. Litigantes autem coram Decano vel eius Officiali quicumque fuerint poterunt ad curiam Episcopi appellare, Clerici autem beneficiati, ab Episcopo, si coram Officiali Episcopi conueniantur de his quæ pertinent ad beneficia sua, ibi tenebuntur litigare, & allegantes fori exceptionem ad Decanum non mittentur: alij autem homines ciuitatis Autissiodorensis, vt puta homines Ecclesiarum, & homines Comitissæ, vel pro tempore domini ciuitatis, vel quorumcumque aliorum, si conueniantur coram Officiali curiæ Episcopi, & de foro Decani exceperint petentes ad eum remitti, admittantur. De Bedellis autem Balliuorum & Præpositorum verum si coram Officiali Episcopi conueniantur, ad exceptionem fori admittantur: item & de hominibus Episcopi & eius familia, si coram Officiali Episcopi aliquem conuenerint, verum ad exceptionem fori admittantur: item & de Clericis ciuitatis non beneficiatis vel beneficiatis, ab [illegible]po non à Canonicis maioris Ecclesiæ, si ratione contr[illegible]um vel delictorum conueniantur coram Officiali Episcopi, verum ad exceptionem fori ad[illegible]antur. Item & de causis

A criminalibus ad quem [illegible] & quo[illegible] [illegible] & d[illegible] pr[illegible]us siue explec[illegible] [illegible]trum vtri[illegible]que curiæ, videlicet Ep[illegible] D[illegible] [illegible]orum [illegible] debeant: item & de ordinatione prædictarum [illegible]morum ad quem spectet, in nos fuit ab vtraque parte promissum de voluntate Capituli Autissiodorensis, sicut per literas eiusdem Capituli nobis constitit euidenter. Itaque supradicti Episcopus & Decanus firmiter promiserunt per litteras suas patentes, confirmantes id ipsum, quod quid-
B quid supradictis articulis pro bono pacis vellemus statuere, siue ordinare, ratum haberent & gratum, & inuiolabiliter obseruarent. Nos autem de bono & æquo procedere cupientes, præcognito vtriusque partis assensu, de bonorum consilio ordinauimus in hunc modum. Si Bedelli Balliuorum vel Præpositorum deliquisse dicuntur in rebus memoratis Episcopi, vel hominibus eius, vel familia, vel rebus eorum, si super conueniantur coram Officiali Episcopi, non habebunt exceptionem fori vt ad Decanum remittantur. In aliis ante autem causis generaliter secundùm communem legem aliorum hominum ciuitatis
C si excipiant, iidem Bedelli coram Officiali Episcopi, necesse habebit eos remittere ad curiam Decani, de hominibus & familia Episcopi ita pronunciamus, quòd si conueniant homines qui sunt de iurisdictione Decani, & illi excipiant de foro coram Officiali Episcopi, remittentur ad Decanum. De Clericis ciuitatis non beneficiatis vel beneficiatis ab Episcopo non Canonicis maioris Ecclesiæ, si ratione contractuum vel delictorum conueniantur coram Episcopo, vel eius Officiali & excipiant de foro, debent ad Decanum remitti. De criminalibus verò causis sic à nobis est ordinatum: Decanus summatim & de plano, si res ita exigat, poterit de crimi-
D nalibus inquirere, & cognoscere, & presbyteros & Clericos propter infamiam vel scandalum, vel aliam causam rationabilem suspendere, & de quibus expedire viderit, eos capere & detinere, si tamen incarcerari debeant, Episcopo debent tradi; de maioribus autem criminibus in formâ iudicij, vel per solemnem inquisitionem cognoscere non pertinet ad Decanum, de prouentibus autem siue explectis causarum vtriusque curiæ ordinauimus: quod inter Episcopum & Decanum æqualiter diuidantur, & iurabit Officialis Decani Episcopo quòd bonâ fide portionem suam ei conseruabit & reddet, similiter Officialis Episcopi iurabit Decano quod de pro-

uentibus videlicet [illegible], hominum ciuitatis Autissiodorensis, & locorum quæ sunt superius nominata medietatem integraliter ei redderet. Præterea de domo de monte Autrico, & de domo Leprosorum S. Simeonis dicimus, quòd institutio magistrorum & destitutio, si destituendi fuerint, in domibus illis pertinet ad Episcopum, vocato tamen ad hoc Decano. minor autem iurisdictio & correctio personarum in eisdem domibus, & auditus compotorum super prouentibus & expensis pertinet ad Decanum. Non tamen prohibemus Episcopo, quin ipse si velit ex causa, de statu domorum cognoscere, & correctionem facere sine contradictione hoc possit. In cuius rei perpetuam firmitatem præsenti scripturæ sigillum nostrum fecimus apponi. Actum apud Autissiodorum anno gratiæ

1224. M CCX XIV. *mense Septembri.* Nominatur etiam in diplomate Cartophilacij regij mense Martio 1225. quo pollicetur Regi pensitare sexcentas libras, pro quitatione militum quos subministrare debebat in exercitu aduersùs Albigenses, & hoc propter inualetudinem sui corporis: item Hugo dominus de Vlmo, dictum Henricum Antistitem cùm Simone de Chatelai ad pacem composuit, super controuersiâ tertiæ partis decimarum de Varsiaco codicillis anni 1226. mense Maio. Mathildis quoque Niuernensis Comitissa collationem Capellæ à Comite Niuernensi fundatæ ei Præsuli ac successoribus donat litteris an.
1227. mense Februario. Post sedem annorum 13. mensium 4. mortalitati
1234. debitum persoluit 1234. & sepelitur in Cathedrali.

Verùm quia sub eo Antistite in diœcesi Autissiodorensi, & suburbio Clamecij Ducatus Niuernensis oppidi, Sedes Episcopalis Bethleemitana constituta est, hîc studiosorum in gratiam, atque antiquitatis Ecclesiasticæ, subiungere libet huius Episcopatus Præsules quos reperire potuimus, nondum enim, quod sciamus, in lucem prodière. hi verò præcipuè debentur diligentię doctiss. Abbatis Villælupensis Michaëlis de Marolles. Bethleem autem, quæ domus panis interpretatur, vrbs est Iudeæ, in Tribu Iudâ, natiuitate Domini nostri Iesu Christi celebris, sex millibus ab Hierosolymis dissita, ab Alexandriâ verò sex mansionibus remota apud [illegible] ornata fuit Ep[illegible] à [illegible] anno 1110. apud Bar[illegible], [illegible]chæ Hierosolymitani Suffraganeo, vt tradit Iacobus Vitriacus [illegible] cap. 6 vnde rescriptum erectionis Bethleemiticæ Cathedralis antea Prioratus, quod eo loci ad [illegible] fecit ex lib. 11. Hist. Vuillelmi Tyrensis Archiepiscopi sic transcribimus. DIVINA *inspirante gratia gens Francorum admonita, Hierusalem ciuitatem sanctam, diuque oppressione Paganorum fatigatam, vbi mors, quæ primo præuaricante parente genus humanum inuaserat, morte Saluatoris est destructa, a spurcitia prædictâ liberauit. Obsessa est namque ciuitas hæc cultu diuino digna 7. Idus Iunij à gente præfatâ, & Idibus Iulij Deo pro eâ pugnante, est capta. Captâ autem ciuitate anno Domini* MC. *dispositione diuinâ suggerente; placuit Clero, atque Raimundo Sancti Egidij, Roberto Normanniæ, & Roberto Flandrensi Comitibus, Tancredo, & cæteris Primatibus cum vniuersâ Francorum multitudine, vt piissimus & misericordissimus Dux Godefridus, carissimus frater meus eidem præsideret: Ipse verò, vir Deo dignus, sanctæ ciuitatis gubernator, primo Principatus sui anno peracto, Deo propitio, tertiâ die sequenti in pace quieuit. Cui ego Balduinus ab exultante Clero, Principibus & populo primus Rex Francorum nutu diuino excellentiam Bethleemitica Ecclesia, natiuitatem Domini nostri Iesu Christi præfulgidâ mente pertractans, in quâ primùm venerabiliter caput meum diademate ornatum effulserat, vt Episcopali dignitate donaretur, mihi per omnia placuit. Igitur quod corde castè conceperam, indesinenter excogitans, tandem ad aures Arnulfi Archidiaconi viri clarissimi, & Hierosolymitani Capituli vsque perduxi, eùmque & idem Capitulum, vt super hac re mihi consulerent obnixè rogaui. Qui tam iustæ petitioni meæ obsequentes, tum pro Hierosolymitanâ sede, quæ posteà quasi orbata parente videbatur, tum pro hoc negotio Romam peti decreuerat. Hanc itaque Legationem Arnulfus Archidiaconus, & Aichardus eodem tempore Decanus suscipientes, Romam perrexerunt, & sancto Spiritu cooperante, apud domnum Paschalem* II. *vniuersalis Ecclesiæ Pontificem, de vtroque negotio honestum inuenientes consilium, Hierusalem remearunt. Domnus verò Paschalis Papa, Gibellinum Arelatensem Archiepiscopum, virum*

sapi[illegible]s coruscum, omnique morum honestate fulgidum, cui id Legationis Arnulfo atque Aichardo præsentibus innuxerat, post eos Hierusalem direxit. Propterea a me, Clero simul & populo gaudenter susceptus, pro præcepto domni Paschalis Papæ & meâ bonâ voluntate, & assensu Hierosolymitani Capituli, ac totius fauore consilij, & propriâ deliberatione omnia dispensans in Bethleemiticâ Ecclesiâ, Aschetinum, virum illustrem eandem gubernantem, quem Hierosolymitanum Capitulum eiusdem Ecclesiæ Cantorem, mecum meis proceribus & populo volente Ascalonæ elegerat atque statuerat Episcopum, obtinere primatum Episcopalem decreuit, Bethleemiticaque sedi pro præcepto & consideratione nostrâ, Ascalonæ Ecclesiam parochiali iure subiugauit. Tandem ego Balduinus Dei gratia Rex Hierusalem Latinorum primus, iamdicta latus obnixè firmaui. Villam etiam Bethleem quam Ecclesiæ concesseram pro salute animæ meæ, & misericordissimi Ducis fratris mei Godefridi, atque omnium parentum meorum: & vnum casale, quod est in territorio Accon, nomine Bedar: aliud etiam quod est in territorio Neapolitano, nomine Seylon: aliud quoque adiacens Bethleem quod dicitur Bethbezan, & duo casalia in territorio Ascalonitano, vnum videlicet Zeophir, & aliud nomine Caicapha, cùm suis pertinentiis Episcopo, eiusque successoribus firmiter ac liberò tenere ac possidere præcepi dedi, atque concessi. Præfatam quoque Ecclesiam à calumniâ qua Hierosolymitana Ecclesia, eam vexabat, commutatione terrarum ac vinearum quæ in circuitu Hierusalem in meo dominio erant, absolutissimam reddidi. Statuimus autem, quod si quis Clericus, vel laicus, nefandissimâ cupiditate ductus, illud quod pro petitione meâ de Bethleemitica Ecclesia, natiuitate Domini, ac Saluatoris nostri præclara, Spiritu sancto iuuante, à domno Paschale, Romanæ sedis summo ac venerando Pontifice, per Gibelinum eiusdem Legatum, Arelatensem Archiepiscopum roboratum est, post decessum meum violare præsumpserit, inuasionis crimine, nisi commonitus resipuerit, obligetur, ac totius regni nostri expers effectus, grauiter iudicetur. Prætereà concedo, quòd quicumque meorum optimatum, vel aliquis militum, seu burgensium, Dei afflatus spiritu, de suis redditibus, pro suâ suorumq; animabus, dare eidem Ecclesiæ voluerit, libera sit sibi piæ voluntatis executio, & inperpetuum valeat facultatum suarum legitimè facta donatio. Facta est autem hæc conc[...]ionis vel confirmationis nostræ inscriptio, rerumque gestarum designatio, anno ab Incarnat. Domini M C X. Indi[c]t. 1110.
3. præsidente Romanæ Ecclesiæ Papa domino Paschale 2. Hierosolymis vero Gibelino Arelatensi Archiepiscopo, sedis Apostolicæ Vicario, in Patriarcham electo. Sunt ergo istius assertionis testes; Arnulfus Archidiaconus, Aicardus Decanus; Eustachius Garnerius, Anselmus turris Dauid custos, Radulfus de Fontaneto, Pisellus Vicecomes, Simon Ducis filius, Anfredus vir religiosus, Gerardus Camerarius: & alij quamplures. Huius verò vrbis Bethleemitanæ Episcopus ab infidelibus extorris factus, in Galliam fuit adductus à Guidone Niuernensi Comite anno 1223. & donatus Hospitali diuersorio cùm iure & titulo Episcopali, in loco suburbano Clameciaci diœcesis Autissiodorensis, in Comitatu Niuernensi, ad nominationem Principum Niuernensium, & institutionem summorum Pontificum; nihilominus tamen absque vllo territorio vel diœcesi, decimis, populo vel Clero, aliisue iuribus, præter quamquod Præfectus istius Hospitalis vocetur Episcopus Bethleemitanus. Quâ de re Aubertus Miræus in Geographiâ Ecclesiasticâ, Renatus Chopinus lib. 2. c. 4. num 20. Guido Coquillæus in Historiâ Niuernensi. Episcoporum verò series talis est. EPISCOPI BETHLEEMITANI.

Regnerius Præsul erat Bethleemitanus anno Domini 1223. 1223.

Godefredus de Perfectis anno 1225.

1291. *Hugo* Monachus 1291. de quo Andreas du Chesnius in Historiâ Domus de Montmorenciaco, vbi notatur eum interfuisse ad Luparam Consilio Regio inter alios Præsules, quando Petrus Flota Eques litteras quasdam Guidonis Flandriæ Comitis recitauit. Legatus fuit apud Ducem Austriæ cùm Priore Fratrum Dominicanorum Parisiis, ex compoto Bailliuorum Franciæ de termino Omnium Sanctorum 1295. recensetur & 1297. 1297

Gerardus de Gisors obiit Parisiis circa anno 1321. vbi iacet apud Carmelitas Maubertinos.

Vulfranus interest dedicationi factæ à Nicolao de Freauuille Ecclesiæ

Collegiatæ S. Mariæ d'Escouy, dioe-
cesis Rotomagensis, ex bullâ Cle-
mentis [illegible] Pontificatus 4.

Guillelmus de Valen ex Religioso
Episcopus, ac Eleemosynarum Regis
1383. Caroli v[illegible] dispensator 1383. cui erat
à Confessionibus, vt constat ex diario
Cameræ Computorum Parisiensium:
translatus inde ad Ebroicensem Ca-
thedram circa an. 1389.

L. Episcopus Bethleemitanus inter-
est Concilio Pisano 1409. de quo Vg-
hellus in Italiâ Sacrâ.

Ioannes Confessarius Ioannis Duci
1412. Burgundiæ 1412. cuius fauore Rex
Carolus VI. priuilegia multa contulit
eidem Præsuli & successoribus eius,
talia, quibus cæteri Episcopi regni sui
fruuntur, ex archiuis Ducum Niuer-
nensium.

M. Monachus Ordinis S. Benedi-
cti erat Episcopus ex tabulis an. 1421.

1436. *Dominicus* anno 1436.

Arnoldus de Limone Ordinis Carme-
litarum, Theologiæ Professor, Con-
fessarius Caroli Burgundi Comitis Ni-
uernensis Episcopus an. 1435. & 1456.

Antonius Buisson Carmelita 1466. Ec-
clesiam Franciscanorum Cabilonen-
sium dicauit, fuitque Suffraganeus
Ioannis Cardinalis Rolin.

Bertrandus Aldegeri 1481.

1497. *Iacobus Hemere* 1497. vtebatur hoc
lemmate, post tenebras spero lucem.

Christophorus ex Marchionibus Inci-
sæ Episcop. Bethleemitanus 1500. vti
meminit Franciscus Augustinus ab
Ecclesiâ Episcopus Salutiēsis in Chro-
nol. Hist. Pedemontanæ regionis.

Antonius du Crenel, Ordinis Humi-
1512. lium an. 1512.

Martinus Bailleu, dictus Dulcis, Or-
dinis Minorū S. Francisci anteà Epis-
copus Arcadiæ, Theologiæ Professor
an. 1512. [illegible] Martij nominatus Donzia-
ci à Francis[illegible] d'Albret Comitissâ Ni-
uernensi, ex cessione Antonij.

Philibertus de Beaujeu Abbas S. Se-
ueri, Monachus S. Benigni Diuionen-
1524. sis Ordinis S. Benedicti anno 1524.

Martij 25. 1516. C[illegible] Ecclesiâ
Lingonensis [illegible] reconci-
liatur præfuit & 1557. Sequentes E-
piscopi vsque ad Ludouicum de Cle-
ues fuere tantùm nominati, & non
consecrati.

Dominicus Flelin Presbyter diœce-
sis Bituricensis, Canonicus Niuer-
nensis 1555.

Vrbanus Reursy Presbyter diœce-
sis Andegauensis Theologiæ Do-
ctor 1558. 155[illegible]

Antonius Trusson monachus Ordi-
nis S. Augustini Abbatiæ Omnium
Sanctorum Catalauni.

Carolus Bourbonnat monachus de
Germeray Ord. August. 1568.

Simon Iourdain ex Canonico Re-
gulari S. Augustini, & Priore S. Gil-
dasij Niuernensis, nominatus 1584. 1584.
vltimâ Maij Parisiis à Ludouico Gon-
zagâ Duce Niuernij, per obitum
Caroli.

Ludouicus de Cleues gentis Niuer-
nensis nothus ex Priore & monacho
Caritatis ad Ligerim, Ordinis Clu-
niacensis, & Abbate Boniradij, no-
minatus à Carolo Gonzagâ de Cle-
ues Duce Niuernij 18. Octobris 1601.
prouisus Romæ bullâ Pauli v. summi 160[illegible]
Pontificis 1605. consecratusque Lu-
tetiæ Parisiorum Dominicâ Passionis
12. Martij 1606. in sacello domus E-
piscopalis Parisiensis à Petro Cardi-
nali de Gondi, Henrico de Gondi
Episcopo Parisiensi, & Carolo de S.
Sixto Episcopo Regiensi assistētibus;
obiit Boniaci mense Martio 1609.

Ioannes de Cleues præcedentis ne-
pos, Abbas Omnium Sanctorum de
Insulâ Catalaunensi, Prior Caritatis, 161[illegible]
consecratus Episcopus Bethleemita-
nus in Ecclesiâ monialium Capuci-
narum Parisiis à Francisco Cardinale
Rupifucaldio, adstantibus Paulo A-
quensi Archiepiscopo, & Renato E-
piscopo Trecensi an. 1615. decessit 9.
Octob. 1619. conditus cùm patruo &
decessore in capite chori maioris Ec-
clesiæ B. Mariæ.

Andreas de Sosca Annonensis, ex
Rectore Eduensis Collegij Parisiis
eius bullæ expeditæ 10 Calend No-
uembr. Romæ apud S. Mariam Ma-

A iorem 1623. Regis assensu, & nominatione Caroli Ducis Niuernensis post obitum Ioanni decessoris, consecratus in Capellâ S. Mariæ in claustro S. Germani à Pratis Lutetiæ, ab Alfonso de la Croix Episcopo & Principe Gratianopolitano, assistentibus Raphaele de Bologne Episcopo Megarensi, & Sebastiano de Rosmadec Venerensi Episcopo 18. die Februarij 1624. decessit Parisiis 13. Aprilis 1644. sepelitur in æde maiori D. Augustini. Ab obitu Andreæ vacat Sedes Bethleemitana.

61. BERNARDVS DE SVLLY
Sully. Pontifex assumitur anno 1233. Alberico referente in Chronico, ab eo vocatur Decanus Ecclesiæ, ac successor Henrici, quem aliud Chronicon vetus pietate conspicuum indigitat: de eo carta tabularij Episcopalis sic habet: REVERENDO Patri
» & domino carissimo B. Dei gratiâ
» Episcopo Autissidorensi, G. Comes
» Niuernensis & Foresiensis salutem,
» & paratam ad eius beneplacita vo-
» luntatem. Nouerit paternitas vestra,
» quòd nos vobis transmittimus dile-
» ctum & fidelem nostrum Humbau-
» dum Cheurelli ad vos portandum,
» quia dominus de Donziaco, vt dicitis,
» vos portare debet, & in saisinâ estis,
» & inde literas haberis à Comite Her-
» ueo, prout vobis suggeritur à quibus-
» dam, sed nobis dictum est à pluribus,
» quòd vos portare debebat dominus
» Donziaci ratione feodi de Giemo,
» sed quoquomodo sit, dictum Hum-
» baudum ad vos transmittimus, ita ta-
» men quòd si inuenire possitis, quòd
» Dominus de Dõziaco vos portare de-
» bebat pro Giemo, quod vos, nos super
» hoc in pace dimittatis & quietis, &
» successores nostros. Datum an. Dom.
1233. » 1233. mẽse Aprilis. Iste Episcopus emit quædam dominia apud Saciacum 1235. 10. Calend. Aprilis & mense Augusto, à Ioanne filio Eurardi militis, quidquid habebat extra cruces de Saciaco in decimis, terris & censibus, quemadmodum & refert altera tabularij scheda. OMNIBVS *præsentes literas inspecturis R. Abbas S. Germani, B. Abbas S. Petri Autissiodorensis, Archidiaconus Morinensis, & I. Officialis curiæ Decani Canonicus Autissiodorensis, & nobis mulier Richaldis mater eiusdem, vendiderunt Reuerendo Patri B. Autissiodorensi Episcopo pro centum libris Autissiodorensis monetæ, quidquid ipsi habebant & possidebant apud Saciacum, & circa tam in terris, pratis, vineis, censiuis, rusticis, domibus, quàm in rebus aliis quibuscumque, quæ omnia erant de feodo ipsius Episcopi, vt dicebant, fide corporali præstitâ, promittentes quòd contra dictam venditionem per se, vel per alium non venient in futurum: sed eandem venditionem dicto Episcopo eiusque successoribus bonâ fide garentient erga omnes, & præcipuè erga Agnetem sororem præfati Regnaudi. Recognouerunt etiam coram nobis dicti Regnaudus & mater eius, quòd de dictâ pecuniâ sibi fuerat plenariè satisfactum.* B *In cuius rei memoriam & testimonium, ad petitionem dictorum Regnaudi & Richaldis matris eius, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Actum anno gratiæ* MCCXXXV. *mense Martio.* 1235.

Concordiam cùm eodem fecit Cantor & Capitulum Giemense super collatione Vicariarum in Ecclesiâ S. Stephani, vt ex sequenti monimento cartarij Episcopalis perspicitur. OMNIBVS *præsentes literas inspecturis. B. Dei gratiâ Autissiodorensis Episcopus salutem in domino. Nouerint vniuersi, quòd cùm contentio verteretur inter nos ex vnâ parte, & dilectos filios Cantorem & Capitulum Giemense ex alterâ, super collatione Vicariarum quæ sunt in Ecclesiâ B.* C *Stephani de Giemo. Tandem saniori vsi consilio voluerunt & concesserunt, & promiserunt tenere quidquid super prædictis Vicariis à nobis fuisset ordinatum. Nos verò habito bonorum virorum consilio, de speciali gratiâ concessimus eisdem collationem altarium B. Mariæ & B. Ioannis. Collationem autem tam aliorum altarium quàm Vicariarum, nobis & successoribus nostris retinentes, & etiam aliorum tam altarium quàm Vicariarum, si de nouo contigerit in eadem Ecclesiâ constitui, vel creari, prout ad nos de iure communi noscitur pertinere. Dicti verò Cantor & Ca-* D *pitulum post decessum Capellanorum duorum altarium supradictorum, tenentur concorditer eligere infra 40. dies, & ante institutionem nobis & successoribus nostris præsentare: alioquin à collatione dictorum altarium priuabuntur eâ vice. In cuius rei testimonium præsentes literas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini* MCCXXIX. *mense Augusto.* 1239.

Memoratur etiam Bernardus in actis collationis alterius Vicariæ B. Stephani de Giemo, de quâ controuersiam mouebat Hugo de Moruaco

miles coram Niuernensi Archidiacono, ex litteris an. 1237. mense Aprili. Bernardo sedente Dominicani in vrbe fundantur 1241. mense Iunio, auctoribus Galchero Comite de Iuniaco, & Amiciâ vxore. Præterea Mathildis Comitissa Autissiodorensis an. 1245. recognoscit se teneri ad mittendum homines pro deportatione illius in die intronizationis ratione feudi de Donziaco. Refert eius Epitaphium migrasse è viuis 6. Ianuarij 1246. his numeris.

Præsul BERNARDVS *malis semper ad omnia tardus*
Sic viuens domuit cùm carne & dæmone mundum,
Quod moriens meruit Christo se reddere mundum.
Anno milleno bis centeno quadrageno
Sexto, Sanctorum migrauit luce Magorum.

1245. Sed mendum est, námque an. 1245. iam mortuus colligitur, ex membranâ tabularij Autissiodorensis, cuius hæc verba: » VNIVERSIS præsentes » litteras inspecturis. Frater Andreas » sanctæ domus Hospitalis Hierusalem » Prior humilis in Franciâ, salutem in » Domino. Vniuersitati vestræ notum » facimus, quòd cùm coram reuerendo » patre B. quondam Autissiodorensi E- » piscopo diutiùs laborauerimus, ad hoc » vt ipse laudaret eleemosynam à de- » functo Hugone quondam domino » Vlmi nobis & domui nostræ factam, » apud Plesseium iuxta Abursam in ter- » ris, nemoribus, hominibus, iustitiis, » & rebus aliis de feodo Episcopi Autis- » siodorensis mouentibus. Nos pensatâ » vtilitate domus nostræ, de fratrum » nostrorum consilio & assensu, pro di- » ctâ laudatione nobis faciendâ 65. so- » lidos Turonenses, quos percipieba- » mus annuatim in Natiuitate B. Ioan- » nis Baptistæ, in censibus de feodo » ipsius Episcopi mouentibus, extra cru- » ces Saciaci reuerendo Patri R. Autis- » siodorensi Episcopo, eiúsque succes- » soribus concedimus, & imperpetuum » quittamus, promittentes quod con- » tra dictam quittationem per nos vel » per alium non veniemus in futurum. » Actum anno Domini MCCXLV. men- » se Iulio.

SEIGNELAY 61. REGINALDVS DE SEIGNELAY ex Decano Autissiodorensi inauguratur Senonis à Gilone Metropolitâ, de quo in præfatis monumentis Episcopalibus legitur hoc diploma: OMNIBVS præsentes literas inspecturis. Matildis Comitissa Niuernensis in Domino salutem. Notum facimus vniuersis, quòd cùm contentio verteretur coram venerabili Patre ac domino nostro Renaudo Dei gratia Autissiodorensi Episcopo inter ipsum ex vnâ parte, & nos ex alterâ, super hoc quod idem Episcopus petebat à nobis, quòd nos emendaremus hoc, quòd nos ipsum non deportauimus ad Cathedralem Ecclesiam Autissiodorensem die intronizationis suæ cùm aliis Baronibus, qui eum tenebantur deportare, cùm Ecclesia Autissiodorensis sit in possessione de portatione prædictâ à Comite Autissiodorensi faciendâ, vt idem Episcopus dicebat; & super quod petebat à nobis. quòd iuraremus fidelitatem Ecclesiæ Autissiodorensi, cùm ipsa Ecclesia sit in possessione fidelitatis prædictæ à Comite Niuernensi faciendæ, sicut dicebat idem Episcopus; & super hoc etiam quòd petebat à nobis, quòd amoueri faceremus ciconiolas, quas leuari feceramus pro pedagio à transeuntibus, leuando tempore prædecessoris sui in præiudicium Ecclesiæ Autissiodorensis, cùm Comes Niuernensis absque assensu Episcopi Autissiodorensis aliquam immutationem, vel innouationem, seu consuetudinē in villâ Autissiodorensi facere non posset, vt dicebat dictus Episcop. De quibus omnibus dicebamus nos nullam iniuriam facere eidem domino Episcopo, vel Autissiodorensi Ecclesiæ. Tandem mediantibus bonis viris, de præmissis querelis compromisimus in dilectos nostros dominum Ioannem Ruffini Autissiodorensem Canonicum, & dominum Burellum de Ripariâ militem, qui per iuramentum ab eisdem præstitum tenentur secundùm rationes ab vtrâque parte coram eis propositas & proponendas, dictas contentiones terminare infra Pentecostem: & si dicti arbitri in vnam concordare sententiam nequiuerint, debent eligere tertium, qui tertius secundùm rationes coram prædictis duobus arbitris propositas, & eidem ab ipsis arbitris exhibendas, negotium mediante iustitiâ terminabit infra festum B. Mariæ Magdalenes. Nos autem arbitrum prædicto-

rum duorum, vel tertij, si concordare nequiuerint, sub pœnâ 100. marcarum argenti promittimus nos firmiter & inuiolabiliter seruaturos. In cuius rei testimonium præsentes literas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini 1245. mense Ianuario. Instituit festum S. Guillelmi Bituricensis, ac post sedem vnius anni, mensium 11. dierum 16. decessit in cœnobio de Rupibus, eiúsque anniuersarium notatur 14. Ianuarij in Calendario Bituricensi.

Mello. D'or à 2. fasces de gueulle à l'orle de 9. merlettes de mesme 4 en chef 2 en fasse, 1. en pointe.

63 GVIDO DE MELLO II. filius Guillelmi toparchæ S. Prisci, ex vetustâ familiâ de Melloto, fratris Drogonis Locharum & Castellionis super Indram domini in Turonibus ac Meduanæ, Franciæ Constabulariâ Rege Philippo Augusto inclyti: ex Decano Autissiodorensi vnctus est Episcopus à Gilone Senonensi Me-
1246. tropolitâ an. 1246. eodem anno die Paschæ solemnem ingressum fecit Autissiodori, prout notat epistola regesti Autissiodorensis hâc formulâ:

REVERENDO *Patri ac domino & amico suo in Christo carissimo Guidoni Dei gratiâ Autissiodorensi Episcopo M. Comitissa Niuernensis salutem, & cùm omni reuerentiâ & honore paratam ad eius beneplacita voluntatem. Cùm per litteras bonæ memoriæ Comitis Heruei Niuernensis quondam domini, & mariti nostri, quas vidimus ipsius sigillo sigillatas, nobis constiterit euidenter, Episcopum Autissiodorensem esse in possessione portationis die intronizationis suæ ab eodem Comite Herueo faciendæ, pro feodo hæreditatis suæ, quod dictus Comes Herueus, & eius antecessores tenere dicebantur ab Episcopo Autissiodorensi, vestræ significamus paternitati, quod nos ad hoc proximum festum Paschæ, ad vos apud Autissiodorum, pro vestrâ portatione faciendâ non possumus personaliter interesse, pluribus negotiis impedita. Quare nos dilectum & fidelem nostrum dominum Hugonem de Naugniaco dominum Anlesiaci pro vestrâ portatione dictâ die Paschæ faciendâ nostræ possessionis supradictæ loco, nostri duximus transmittendum. Datum apud Montemonisum die Iouis benedicto anno* MCCXLVI. Ei paulò mox hominium iurat Guillelmus de Melloto gentis suæ miles, ex originali cartophilacio Episcopatus quod sic habet: EGO GVILLERMVS de Melloto dominus S. Prisci, & ego Droco de Melloto dominus Locharum, notum facimus vniuersis præsentes literas inspecturis, quòd in nostrâ præsentiâ constitutus Guido de Orto miles, recognouit se tenere à reuerendo Patre Dei gratiâ Autissiodorensi Episcopo, domum suam de Orto cùm omnibus appenditiis & pertinentiis dictæ domus, & homo suus ligius est de dictâ domo, & de appendentiis & pertinentiis supradictis, prout ea in allodio possidebat, & tenebat, & eandem domum reddibilem & iurabilem tenet ab Episcopo supradicto. In cuius rei testimonium præsentes literas sigillis nostris ad petitionem dicti Guidonis duximus roborandas. Actum anno Domini MCCXLVII. mense Nouemb. 1247.

Colligitur ex cartis Abbatiæ B. Mariæ Regalis, probasse venditionem Guillelmi de Arsiaco militis, & Mathildis vxoris, factam monialibus B. Mariæ Pontisarensis, de his quæ possidebant apud Pontisaram iure hæreditatis dictæ Mathildis: firmat quoque donationes à patruo Drogone factas Abbatiæ de Baugeseio 1248. ac per id tempus sacramentale ipsi alterum præstat toparcha S. Prisci tali tenore: GVILLELMVS *de Melloto dominus S. Prisci, salutem in Domino, notum facio vniuersis, quòd ego domum meam de Belcha cùm omnibus pertinentiis eiusdem domus, excepto nemore quod habeo in Brueriâ, recepi in feodum ligium, & casamentum, à Reuerendo Patre ac domino Guidone Dei gratiâ Episcopo Autissiodorensi, iurabilem & reddibilem dicto Episcopo & successoribus, ad paruam vim, & ad magnam; & factus sum homo ligius, post alios dominos meos quos modo habeo, dicto Episcopo, & hæredes mei erunt homines ligij dicto Episcopo, & successoribus eius in perpetuum de dictâ domo, & pertinentiis: Ita quod si ille de hæredibus meis qui erit dominus sancti Prisci tenuerit domum prædictam de Belchâ, post litigationem quam debebit Comiti Autissiodorensi ratione feodi S. Prisci, erit homo ligius ante omnes homines dicto Episcopo, & successoribus eius in perpetuum, si de iure possit esse. Si verò alius de hæredibus meis quàm ille qui erit dominus S. Prisci habuerit, vel tenuerit dictam domum, ipse & hæredes sui erunt homines ligij ante omnes dicto Episcopo*

& successoribus eius, si de iure possint esse. A
Et si ego vel hæredes mei aliquid acquisiuimus, vel acquiremus in futurum, circa vel iuxta domum prædictam, quod non sit de feodo alterius, ego & hæredes mei quos ad hoc obligo, illud tenebimus, à dicto Episcopo & successoribus eius in feodum, cùm aliis rebus quæ sunt de feodo supradicto. Et ad omnia prædicta tenenda, complenda, & firmiter obseruanda obligo me & hæredes meos specialiter & expressè.

1248. *Actum anno* 1248. *mense Iulio*: Item in eodem tabulario est hominium consimilis tenoris ab Episcopi parente præstitum:
» Ego Droco de Mel-
» loto Dominus Locharum & Medua- B
» næ, notum facio vniuersis, quòd in
» præsentiâ meâ constitutus carissimus
» frater meus Guillelmus de Melloto
» dominus S. Prisci, recepit in feodum
» ligium & casamentum à reuerten-
» do Patre ac domino, Guidone Dei
» gratiâ Episcopo Autissiodorensi,
» domum suam de Belchâ cùm omni-
» bus pertinentiis eiusdem domus, ex-
» cepto nemore quod habet in bruerià,
» iurabilem & reddibilem eidem Epis-
» copo & successoribus eius in perpe-
» tuum ad paruam vim & ad magnam, C
» & factus est homo ligius coram me
» dicto Episcopo, post alios dominos
» suos quos modo habet, & erunt si-
» militer hæredes sui homines ligij di-
» cto Episcopo & successoribus eius in
» perpetuum &c. Datum 1248. mense
» Iulio.
In regio cartarum Thesauro Parisiensi, apud Donziacum eodem anno post Octauam S. Ioannis Baptistæ, Guido profitetur Guillelmum dominum S. Prisci eius patrem, eidem oppignerasse Episcopatus nomine quædam dominia ex feodo Mathildis Comitissæ Niuernensis: sed & in præfato cartarum Autissiodorensium tabulario, reperitur documentum istius Guidonis de permutatione Capituli cùm Episcopo factâ, cuius hoc initium est: D

» Omnibus præsentes literas in-
» specturis. H. Decanus, totúmque
» Capitulum Autissiodorense, salutem
» in Domino. Nouerint vniuersi, quòd
» cùm nos emissemus à viro nobili Dro-
» cone de Melloto domino Espossiæ,
» castri Canini, & Vlmi, & Heluidi
» vxore eius, laudante & consentiente,
» venerabili Patre nostro Guidone Dei
» gratiâ Autissiodorensi Episcopo, bur-
gum de Conchiis iuxta Varziacum, «
& omnia quæ ipsi habebant, tenebant «
& possidebant apud Varziacum, sicut «
in literis prædictorum Droconis & «
vxoris eius, & venerabilium Pa- «
trum Lingonensium & Niuernen- «
sium Episcoporum, & etiam in literis «
prædicti patris Guidonis Episcopi «
Autissiodorensis, de cuius feodo om- «
nia prædicta à nobis empta dinoscun- «
tur mouere, pleniùs continetur. Tan- «
dem nos attendentes vtilitatem tam «
prædicti Patris Guidonis Dei gratiâ «
Autissiodorensis Episcopi, & succes- «
sorum eius, quàm nostram, eò quod «
prædicta à nobis empta, iuxta & intra «
Varziacum sita vtiliora videbantur, «
prædicto Patri & successoribus suis, «
quàm nobis, cùm & idem Pater ali- «
quos redditus haberet iuxta nos, no- «
bis vtiliores, talem cùm ipso commu- «
tationem duximus faciendam: vide- «
licet quòd nos omnia prædicta à no- «
bis empta prædicto Patri & successo- «
ribus eius dedimus, & concessimus «
imperpetuum possidenda, pro gran- «
chiâ suâ de Chicheriaco, villâ nostrâ, «
& terris, & pratis, & censu eidem «
granchiæ appendentibus, quæ eo- «
dem tempore quo dicta commutatio «
inter nos & ipsum facta fuit, ad ad- «
modiationem tenebat Major de Chi- «
cheriaco ab eodem, & pro triginta «
& quatuor libris Turon. singulis an- «
nis à nobis in teloneo suo de Autis- «
siodoro percipiendis. Voluit etiam «
& concessit idem G. Episcopus, & «
successores suos ad hæc specialiter «
obligauit, quòd quicunque tenuerit «
dictum teloneum, soluat nobis an- «
nuatim prædictas 34. libras Turon. «
videlicet ad festum S. Remigij decem «
& septem libras Turonenses, & ad «
Pascha decem & septem libras Tur. «
Si verò illum, vel illos qui dictum te- «
loneum à dicto Episcopo, vel à suc- «
cessoribus suis tenerent, in solutione «
dictæ pecuniæ quacunque occasione «
in dictis terminis, vel in aliquo eorum «
deficere contingeret, obligauit se di- «
ctus Episcopus & successores suos ad «
dictam pecuniam, dictis terminis no- «
bis integrè persoluendam. Hæc au- «
tem omnia prædicta, sub prædictis «
conuentionibus idem Pater pro com- «
mutatione rerum à nobis emptarum «
superiùs expressarum, dedit nobis & «
quittauit imperpetuum possidenda, «
nisi ipse, vel successores eius nomine «

» Episcopatus redditus emerent, qui se-
» cundùm arbitrium quatuor persona-
» rum Ecclesiæ Autissiodorensis, quæ
» pro tempore erunt, Capitulo Autis-
» siodorensi æquè vel magis vtiles vi-
» deantur: quos redditus à prædicto G.
» Episcopo, vel à successoribus eius em-
» ptos, Capitulum Autissiodorense lo-
» co prædictorum reddituum posside-
» bit. Et tunc omnia prædicta, quæ per
» commutationem inter nos & ipsum
» factam tenebamus, ad Episcopatum
» liberè reuertentur. Actum anno Do-
1248. » mini MCCXLVIII. mense Iunio. Hoc
autem loco inserere dignum duximus
literas eiusdem Regesti Episcopatus
de Scholasticâ Autissiodorensi, in
hunc qui sequitur modum: OMNI-
BVS *præsentes literas inspecturis. Guido
diuinâ miseratione Episcopus Autissiodo-
rensis salutem in Domino: cùm nos tam
causâ visitandi Episcopatum Autissiodo-
rensem, quàm aliis iustis causis contingat
ab Autissiodorensi ciuitate frequentiùs pro-
cul esse, nec in Ecclesiâ Autissiodorensi
fuerit hactenus aliquis, qui ex officio suo
vices absentis Pontificis agere teneatur,
propter quod possunt nonnulla animarum
pericula prouenire; nos super hoc salubre
consilium apponere cupientes, vacante
Scholasticâ Ecclesiæ Autissiod. ad nostram
collationem spectante, statuimus quòd
Scholasticus Autissiodor. sit Capellanus
Episcopi, & teneatur assistere & seruire
Episcopo Autissiod. quando celebrabit
solemniter in maiori Ecclesiâ, & alibi si
præsens sit, & Episcopum contigerit so-
lemniter celebrare, & in aliis horis omni-
bus cùm diuinum officium celebrabit. Sta-
tuimus etiam quòd absente Episcopo, in
officiis ad Episcopum pertinentibus, sup-
pleat vices eius, sicut in exclusione pœni-
tentium ab Ecclesiâ in capite ieiuniorum,
& in reconciliatione eorumdem in die Ce-
næ, & in similibus. Statuimus etiam quòd
illis diebus in quibus consuetum est Epis-
copum, si præsens est, diuinum officium ce-
lebrare, si personæ Ecclesiæ Autissiodor.
absentes fuerint, vel dictum officium ce-
lebrare noluerint, vel nequiuerint, ipse
loco Episcopi teneatur celebrare, nisi iu-
stum habeat impedimentum, vel iustâ
de causâ absens fuerit, quo casu ad heb-
domadarium pertinebit: prætereà hæc sta-
tuimus, quòd in institutione suâ tenebitur
iurare Episcopo, quòd ad Ordines sacer-
dotij promouebitur infra annum, iurabit
etiam quòd in Ecclesiâ Autissiod. resi-
dentiam faciet personalem per nouem
menses, nisi vocatus fuerit ab Episcopo,
vel ab eodem Episcopo alicubi destinatus,
seu etiam à Capitulo pro negotiis Eccle-
siæ alicubi destinatus, ita tamen quod
missus à Capitulo infra dies quindecim
reuertatur, & tunc quantum ad iura-
mentum pro residenti habebitur vel nisi
in peregrinatione profectus fuerit, vltra
mare, vel ad sedem Apostolicam, vel ad
Sanctum Iacobum: iurabit nihilomi-
nus quòd Scholas ad suam collationem
pertinentes, bona fide gratis conferet
personis, sub quibus crediderit auditores
posse proficere, & debere: tenebitur etiam
audire confessiones loco Episcopi, cum ad
ipsum venire contigerit confitentes, & cùm
dicto officio onus solito maius iuxta præ-
sentis statuti tenorem duximus apponen-
dum, vt eius maiori labore beneficium
consequatur. Statuimus quòd idem Ca-
pellanus, vltra redditus quos percipere con-
sueuit ratione Scholasticæ, decem libras
Turonenses percipiat annis singulis imper-
petuum in festo B. Andreæ Apostoli in
decimâ de Saciaco, quæ spectat ad Ec-
clesiam de Betriaco, vacantem, & ad
collationem nostram spectantem. Dictæ
autem Scolastica & Capellania ad col-
lationem Episcopi pertinent, & semper
pertinebunt, Scholasticus verò & Capel-
lanus erit homo ligius Episcopi, & ei fi-
delitatem faciet, saluâ tamen fidelitate
quam debet Capitulo tanquam Canoni-
cus. Nos verò H. Decanus, totúmque
Capitulum Autissiodorense præsenti sta-
tuto consentimus, & quantum in nobis
est, approbamus: in cuius rei testimonium
& munimen, nos Guido prædictus Episco-
pus, & nos H. Decanus, & Capitulum
Autissiod. sigilla nostra præsentibus du-
ximus apponenda. Actum anno Domini
MCCXLIX. die Martis post festum Beati* 1249.
Martini hiemalis. Inuenitur in iisdem
scriniis documentum sub sigillo Curiæ
Archiepiscopalis Senonensis, quod
sic habet: GILO Dei gratiâ Seno- «
nensis Archiepiscopus. Omnibus «
præsentes literas inspecturis salutem «
in Domino. Nouerint vniuersi, quòd «
in nostrâ præsentiâ constitutus Gui- «
do de Orto miles, recognouit se re- «
cepisse & tenere in feodum & homa- «
gium ligium præ omnibus homini- «
bus, à venerabili fratre Guidone Au- «
tissiodorensi Episcopo domum suam «
de Orto, iurabilem & reddibilem «
Episcopo prædicto & successoribus «
suis Autissiodorensibus Episcopis ad «
magnam vim, & ad paruam cùm «

» omnibus pertinentiis dictæ domus, A
» videlicet pr... sita circa domum præ-
» dictam, & insulas, & saliceta, & ter-
» ram arabilem de Champo Chardon,
» & censum quem tenet in valle de
» Beoue, & in Ionichus, & terram ara-
» bilem de Campo Polin, & denarios,
» & auenam quæ debentur eidem de
» vineis de Vlmo feudij, & censum, &
» auenam, in quibus partitur cùm Epis-
» copo Autissiodorensi, de vineis &
» domibus S Geruasij, & tam homi-
» nes quàm feminas, & omnes vineas
» quæ dictus G. Miles habet Autissio-
» dori, & omnia alia quæcumque ibi-
» dem tenet, exceptâ vineâ de Campo B
» Polini, & tali modo debet idem G.
» miles, & hæredes sui imperpetuum
» tenere ab Episcopo Autissiodorensi
» qui pro tempore fuerit, domum &
» pertinentias prædictas, & quidquid
» acquisierint in futurum circa domum
» prædictam quod non sit de alterius
» feodo: & ad omnia tenenda & adim-
» plenda obligauit prædictus miles hæ-
» redes suos specialiter & expresse. Præ-
» tereà dictus G. miles res pertinen-
» tes ad domum prædictam facere vale-
» re tenetur 60 libras terræ annuatim. C
» Quòd si aliquis in domo vel omnibus
» prædictis ratione feodi, vel alio quo-
» cunque modo aliquid imposterum
» reclamaret, dictus miles & hæredes
» sui quos ad hæc obligauit, tenentur
» dictum feodum dicto Episcopo & suis
» successoribus garentire, & pro his
» faciendis dedit dictus Episcopus præ-
» dicto militi 80. lib. Turonenses, de
» quibus recognouit sibi à dicto Epis-
» copo in pecuniâ numeratâ plenariè
» satisfactum. In cuius rei testimonium
» & munimen ad petitionem prædicti
» militis præsentes literas sigilli nostri
» munimine fecimus roborari. Datum
» Senonis apud S. Paulum super Ven- D
1249. » nam anno Domini MCCXLIX. in Vi-
» giliâ Apostolorum Simonis & Iudæ,
» mense Octobri. Admisit porrò ad
Ecclesiam S. Mariani Autissiodorensis
Cœnobiarcham ex citati MS. codicis
» breui schedâ: REVERENDO Patri
» ac domino suo carissimo G. Dei gra-
» tiâ Autissiodorensi Episcopo, humi-
» les eius filij frater G Prior & conuen-
» tus Ecclesiæ S. Mariani Autissiodo-
» rensis salutem, & obedientiam cùm
» omni reuerentiâ & honore Nuper
» Ecclesiâ nostrâ vacante, & die ad
» eligendum nobis præfixâ, nos ipsâ

A die, inuocatâ prius Spiritus sancti «
gratiâ, omnibúsque ritè peractis quæ «
secundùm nostrum Ordinem in ele- «
ctione debent fieri, vel requiri: vi- «
rum religiosum Stephanum tunc Ab- «
batem S. Pauli Senonensis postulan- «
tes, nominauimus & elegimus cano- «
nicè & concorditer in Abbatem Ec- «
clesiæ nostræ & Pastorem, vnde pa- «
ternitati vestræ humiliter supplica- «
mus, quatinus ipsum in nostrâ gratia «
recommendatum habentes, ad curam «
monasterij admittatis: Valeatis in «
Domino Iesu Christo. Datum die «
Veneris ante festum B. Peregrini an- «
B no Domini MCCLI. In eodem scrinio « 1251.
asseruantur litteræ hominij de Petra-
fictâ cuius is tenor. VNIVERSIS
præsentes litteras inspecturis H. dominus
Charniaci & Mabilia vxor eius salutem
in Domino. Notum facimus, quòd nos
tenemus in feodum & homagium ligium à
Reuerendo Patre G Dei gratiâ Episco-
po Autissiodorensis villam nostram quæ
vocatur Petrafictà, & partem illam
quam habemus in villâ de Montbutois,
& quidquid habemus in villa de Aui iux-
ta Petramfictam, & in nemoribus, &
C *quidquid habemus in villâ de Lineriis*
& in molendino de Planchiis, & in censu
de Valentâ, & in omnibus pertinentiis
& appenditiis villarum, & locorum om-
nium prædictorum: promittentes per iu-
ramentum nostrum corporaliter præstitum,
quòd prædicta omnia prædicto domino
Episcopo, & successoribus suis Episcopis
Autissiodorensibus garantizabimus, &
deffendemus contra omnes sine aliquo feo-
do vel retrofeodo, & ad hæc omnia fir-
miter tenenda, & inuiolabiliter obser-
uanda nos, & hæredes nostros obligamus
specialiter & expressè. Ego verò Mabilia
vxor dicti Hugonis, de cuius capite mo-
uent omnia quæ superiùs sunt expressa,
D *prædicta omnia feci, laudaui, volui &*
concessi, non coacta, non circonuenta, non
seducta, scilicet spontanea volutate, pro-
mittentes per idem iuramentum quòd con-
tra prædicta, vel aliquid prædictorum
per me vel per alium non veniam in fu-
turum. Actum anno Domini M CCLII. 1252.
mense Ianuario. Prætereà non abs re
erit ex eodem tabul. Autissiodoren-
si præferre aliud documentum clien-
telare hoc contextu: GVILLELMVS «
Dei gratiâ Senonensis Archiepisco- «
pus salutem in Domino. Notum fa- «
cimus, quòd in nostrâ præsentiâ con- «
stitutus Droynus de Melloto armi- «

» ger, Spissiæ, & castri Canini domi- A
» nus, super sancta Dei Euangelia iura-
» uit, & per iuramentum suum promi-
» sit, quòd eleemosynas, legata & feu-
» da, atque dona quæ nobiles viri bo-
» næ memoriæ G. de Melloto quon-
» dam dominus S. Prisci auus suus, &
» Droco de Melloto quondam domi-
» nus Locharum frater eiusdem Guil-
» lelmi contulerunt, seu legauerunt
» quibuscumque locis vel personis,
» soluet integrè & plenariè, prout ve-
» nerabilis frater Autissiodorensis Epis-
» copus patruus eiusdem Droyni ordi-
» nauerit, vel quæcunque indixerit
» statuendum, & assignationem quam B
» de donis, legatis, seu eleemosynis
» & feodis supradictis facere duxerit,
» super terram ipsius Droyni prædictis
» Autissiodorensibus Episcopis ratam
» habebit, & gratam idem Droynus,
» nec contra veniet per se vel per alium
» aliquatenus in futurum: sed quantum
» ad hæc iuridictioni nostræ & succes-
» sorum nostrorum supponens dictus
» Droynus vbicumque maneat, vel
1258. » existat. Datum anno Domini 1258.

mense Iunio. Concessit Guido P. Abbati Pontiniacensi, ac Conuentus sui fratribus, vt in domo suâ S. Prisci Oratorium & altare quamdiu placeret Episcopo possideret, saluo ibidem C iure Ecclesiarum S. Prisci, scriptis tabulis die Lunæ post Lætare Hierusalem anno 1260. Clemens autem summus IV. Pont. Autissiodorensis Ecclesiæ priuilegia, basilicas, cæterásque alias libertates confirmat, Bullâ originali quæ nunc primùm in lucem prodit ex archiuio tabularij Autissiodorensis Episcopatus, hisce verbis conceptâ: CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Autissiodorensi Episcopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. In èminenti Sedis Apostolicæ speculâ disponente Domino constituti, ex iniuncto* D *nobis à Deo Apostolatus officio, fratres & Coepiscopos nostros honorare debemus attentiùs, & sincera caritate diligere, & loca eorum gubernationi commissa, B. Petri patrocinio communire; vt de suscepti prosecutione officij tantò possint sollicitores existere, quantò ampliùs à mundanorum fluctuum tempestatibus securi fuerint, & quieti. Eapropter venerabilis in Christo frater Episcope, tuis iustis postulationibus benigno concurrentes assensu, ad exemplar patrum & prædecesso-* A *rum meorum felicis memoriæ Adriani, Alexandri, & Clementis Romanorum Pontificum, Autissiodorensem Ecclesiam cui auctore Deo præsides, præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia iustè & canonicè possidet, aut in futurum largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, tibi tuisque successoribus firma & illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam videlicet S. Laurentij de Abbatiâ, Ecclesiam sancti Petri Regularium, Ecclesiam Beatæ Ma-* B *riæ extra muros, Ecclesiam S. Amatoris, Ecclesiam S. Mariani. Sancimus etiam, vt sine alicuius personæ contradictione, liceat nobis in eisdem locis Canonicum Ordinem in melius reformare: Abbatiam Sanctimonialium S. Iuliani in suburbio Autissiodor. Abbatiam Sanctimonialium de Crisanno, Castellum Varziaci cùm omni immunitate suâ & Ecclesiis eiusdem loci, videlicet S. Petri, & S. Eugeniæ. Castellum de Conadâ cùm Ecclesiâ sancti Laurentij ibidem sitâ, Castellum de Toziaco cùm Ecclesiis B. Mariæ, & B. Petri, & hiis quæ ad domum Castelli infra, & extra, & ad ius Ecclesiarum pertinent, Ecclesiam de Fontaniss cùm decimis suis, Ecclesiam, S. Mem. de Ma-* C *driaco. Redditus decimarum de Saciaco, & Toriaco, & de villis eiusdem parochiæ. Castellum de Apponiaco cùm terris & aquis, & Ecclesiâ B. Petri ibi sitâ cùm decimis eiusdem parochiæ, Ecclesiam de Basernâ cùm decimarum redditibus, Ecclesiam de Sancto Prisco cùm decimis eiusdem parochiæ, Ecclesias de Lumiaco, de Teugeio, de Vernissia, de Montiniaco, de Nuscidis, & Ecclesias de Valle, Ecclesiam de Oratorio, præter illam partem oblationum quam monachi de Bernaco ibidem accipiunt. Illud quod quondam Stephanus Cantor de castro S. Aniani* D *in Ecclesiâ de Boiaco à nobis tenebat: Ecclesiam S. Martini de Clamiciaco cùm omnibus ad eam pertinentibus, in loco qui dicitur de Caritate, in Ecclesiis, in Clero & populo, quidquid ad ius Pontificale noscitur pertinere, præter interdictum in congregatione monachorum, qui tamen excommunicatos nostros nullâ ratione recipiant. Quod etiam quondam Petrus Cluniacensis Abbas in præsentiâ prædicti prædecessoris nostri Sanctæ recordationis Eugenij Papæ, & fratrum suorum, præsentibus quoque suis fratribus, recognouit*

de singulis domibus eiusdem parochiæ de Caritate, habitatores earum in festiuitate Pentecostes, aut apud Varziacum singulos obolos, aut apud Caritatem singulos nummos ministerialibus nostris soluant, sicut antiquitùs consuetum est. Et de toto alio Episcopatu nobis persoluuntur, præter Castellum S. Saluatoris, & monasterium Merlen. In Abbatiâ S. Germani benedictionem Abbatis, & obedientiam, & quicquid ad ius Episcopale noscitur pertinere. In reditu consecrationis Episcopi, susceptionem eius in iam dictâ Abbatiâ cùm processione Conuentus, & in ipsâ die procurationem cùm Clericis & seruientibus suis: cæteris verò diebus cùm priuatâ familiâ suâ, vsque ad diem quo in sedem Episcopalem intronizandus fuerit, sicut prædecessores tui, & tu hactenus habuisti: de quâ vtique Abbatiâ, cùm inter bonæ memoriæ Hugonem prædecessorem tuum, & prædictum Petrum Abbatem, ac monachos Cluniacenses, in præsentiâ bonæ memoriæ prædecessoris nostri Papæ Eugenij controuersia tractaretur, rationibus hinc inde cùm fratribus diligenter auditis, & plenariè cognitis, talis est sententia promulgata, vt videlicet absque Cluniacensis Abbatis consilio, qui ante ibi & receptionem, & Ordinis correctionem habuerat, Abbas ibi nullatenus eligatur. Electum verò approbandi & reprobandi canonicè, & si dignus fuerit benedicendi, penes Autissiodorensem Episcopum qui pro tempore fuerit, auctoritas maneat, & facultas; qui gratiam benedictionis adeptus, obedientiam ei promittat. Depositio quoque ipsius, si depositione dignus extiterit, ordine iudiciario faciendâ, & canonica tam Abbatis, quàm monachorum correctio ad Episcopum nihilominus pertinebit. Ab eodem prætereà Episcopo, Abbas, & monachi eiusdem loci crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, & ordinationes monachorum, vel Clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint, sortientur, donec idem Episcopus gratiam Apostolicæ sedis habuerit. Porrò inuestituram ipsius Abbatiæ, de cætero per baculum, prædictus antecessor noster ab Abbate Cluniacensi, Abbati S. Germani fieri interdixit. Huius nimirum vestigiis inhærententes, eandem sententiam confirmamus, & futuris temporibus ratam & inconcussam permanere sancimus: præsenti quoque decreto statuimus, vt Clericorum nostrorum bona, qui intestati decesserunt, liberè in nostrâ potestate permaneant, & dispositione. Si quis verò de Clericis Ecclesiæ nostræ, in aliam Ecclesiam ad Episcopatum assumptus fuerit, quæcumque beneficia de ipsâ Ecclesiâ habebat, in liberâ nostra potestate consistant. Prætereà quæ à prædecessoribus nostris illicitè, sine assensu Capituli eiusdem Ecclesiæ, de possessionibus seu consuetudinibus hominum, atque terrarum, laicis concessa sunt, in irritum auctoritate Apostolicâ ducimus, & ad ius proprium Autissiodorensis Ecclesiæ reuocari præcipimus. Vnde etiam in Cartaginensi Concilio noscitur institutum: irrita erit Episcopi donatio, vel alienatio de rebus Ecclesiæ, nisi Clericorum suorum conuenientiâ confirmetur. Episcopus enim de rebus Ecclesiæ non tanquam proprijs, sed tanquam commendatis vti debet: nulli quoque personæ, vel Ecclesiæ, ea quæ de casamentis eiusdem Ecclesiæ sunt, liceat sine nostro & Ecclesiæ ipsius assensu acquirere, vel obtinere. Porrò immunitates & consuetudines quas Autissiodorenses Episcopi, & homines habitantes Varziaci, & in aliis castris, ac villis eidem Ecclesiæ pertinentibus, necnon in claustro beati Protomartyris, & in claustris aliarum Ecclesiarum suburbiarum hactenus habuistis, quietè nobis, & in posterum obtinendas auctoritate nostrâ firmamus. Denique res decedentium Episcoporum ab aliquo inquietari, vel vsurpari sub pœnâ anathematis interdicimus; sed potiùs omnia substituendo Episcopo integra & inconcussa seruari sancimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, saluâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Si qua sanè imposterum Ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertioue commonita, si non satisfactione congruâ emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reámque se diuino iudicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni; cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis perci-

A *piant, & apud districtum iudicem præ-*
mia æternæ pacis inueniant. Amen. Ego
Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus,
ego Ancherus tituli S. Praxedis Presby-
ter Cardin. ego Guillermus tit. S. Marci
Presbyter Cardin. ego frater Ambaldus
basilicæ XII. *Apostol. Presbyter Cardin.*
ego Odo Tusculanus Episcopus, ego Ste-
phanus Præstinus Episcopus, Ioannes
Portuensis & sanctæ Rufinæ Episcopus,
Henricus Ostiensis & Veliternensis Episc.
ego Richardus S. Angeli Diaconus Card.
Gonfridus S. Georgij ad Velum aureum
Diaconus Cardin. Vbertus S. Eustachij
B *Diaconus Cardin. Datum Viterbij per*
manum Mag. Michaelis sanctæ Rom.
Eccl. Vicecancellarij, Idibus Maij, ind. 9.
1266. *Incarnat. Domini anno* MCCLXVI.
Pontificatus verò Domini Papæ Clemen-
tis IV. *anno* 2. Extant autem in eo-
dem tabulario sacramentalia domi-
norum de Melloto quæ his verbis
» habentur expressa: EGO DROCO
» de Melloto miles, dominus S. Prisci,
» & Castri Canini. Notum facio vni-
» uersis, quòd ego sum homo ligius, &
» hæredes mei similiter esse debebunt
» homines ligij, reuerendi Patris & ca-
» rissimi patrui mei Guidonis de Mel-
C » loto Dei gratiâ Autissiodorensis Epis-
» copi, nomine Autissiodorensis Eccle-
» siæ, & successorum suorum Episco-
» porum Autissiodorensium qui pro
» tempore erunt, de 200. libratis terræ,
» pro redditualibus datis, assessis & assi-
» gnatis mihi ab eodem patruo meo,
» ratione successionis hæreditariæ de-
» uenerunt, & quod eas recepi in feo-
» dum ligium ab eodem, & quod de
» ipsis feci eidem patruo meo nomine
» dictæ Ecclesiæ homagium manuale.
» Item notum facio & publicè recog-
» nosco, quòd ego & hæredes mei esse
» debebimus homines ligij prædicti E-
» piscopi, nomine dictæ Ecclesiæ, &
D » successorum suorum Episcoporum
» Autissiodorensium, de toto eo quod
» ad nos deuenerit vltra prædictas du-
» centas libratas, terræ, ex residuo totius
» hæreditatis paternæ, quæ ad ipsum
» Episcopum in prædictâ terrâ de Bel-
» châ ratione hæreditariæ successionis
» deuenit, & de hoc similiter facere te-
» nebimur ligium homagium Episcopis
» Autissiodorensibus qui pro tempore
» erunt. In cuius rei testimonium &
» munimen, præseptes literas dicto do-
» mino Episcopo tradidi sigilli nostri
» munimine roboratas. Datum anno

A Domini MCCLXIX. mense Aprili. “
Est & aliud huiusmodi tenoris: EGO
DROCO de Melloto miles dominus “
S. Prisci, & Castri Canini. Notum “
facio vniuersis, quòd domus fortis “
de Belchâ propè Autissiodorum, quæ “
fuit nobilis viri defuncti Guillelmi de “
Melloto, quondam domini S. Prisci “
aui mei, cessit in partem & portio- “
nem meam, & ad me deuenit per le- “
gitimam partitionem, & diuisionem “
factam inter me & hæredes meos de “
hæreditariis bonis nostris. Item no- “
tum facio & publicè recognosco, “
B quòd prædicta domus est & mouet, “
ac esse & mouere debet de ligio feo- “
do Episcopi Autissiodorensis, qui- “
cunque sit, nomine Autissiodorensis “
Ecclesiæ & quod prædictus cairssi- “
mus auus meus receperat à tempore “
quo decessit, tenebat nomine Autis- “
siod. Eccles. prędictam domum in feo- “
dum ligium, à carissimo patruo meo, “
& filio suo Guidone de Melloto, Dei “
gratiâ Episcopo Autissiodorensi, & “
quòd de ipsâ fecit eidem Episcopo “
filio suo nomine Autissiodorensis Ec- “
clesiæ ligium homagium manuale. “
Item publicè recognosco, quòd ego “
C eandem domum recepi & teneo ab “
eodem patruo meo Episcopo Autis- “
siodorensi, nomine Autissiodorensis “
Ecclesiæ in feodum ligium, & de eâ “
feci sibi, nomine Autissiodorensis Ec- “
clesiæ homagium manuale, & quòd “
ego sum, & esse debeo homo dicti “
Episcopi de dictâ domo, & hæredes “
mei qui dictam domum tenebunt “
post me, similiter esse debent homi- “
nes dicti Episcopi de dictâ domo, no- “
mine Autissiodorensis Ecclesiæ, & “
successorum suorum Episcoporum “
Autissiodorensium qui pro tempore “
erunt, & dictam domum ab eis reci- “
pere & tenere debent nomine dictæ “
D Ecclesiæ, & de eâ eis facere ligium “
homagium manuale. Datum anno “
Domini MCCLXIX. mense Aprili. “ 1269.
En vltimi concepta sunt verba in su-
pradictis scriniis: EGO DROCO de “
Melloto miles, dominus S. Prisci, & “
Castri Canini. Notum facio vniuer- “
sis, quòd ego volo, consentio, & “
concedo quòd si domum fortem de “
Belchâ prope Autissiodorum, quam “
recepi, & teneo in ligium feodum à “
reuerendo Patre & carissimo patruo “
meo Guidone de Melloto Dei gratiâ “
Autissiodorensi Episcopo, nomine “

» Autisſiodorenſis Eccleſiæ, & 200.
» libratas terræ ad Pariſien reddituales,
» quas idem cariſsimus patruus meus
» Epiſcopus Autiſſiodorenſis mihi de-
» dit, & aſſignauit in ligium feodum, &
» perpetuum hæreditagium ſuper bo-
» nis illis patrimonialibus, quæ in dictâ
» terrâ de Belchâ, ex parte patris ſui
» ratione ſucceſſionis, deuenerint ad
» ipſum, ac illud totum quod ad me,
» vel hæredes meos de prædictis bonis
» patrimonialibus vltra dictas 200. li-
» bratas terræ deuenerit, ſeu aliquid
» de prædictis inter plures cohæredes
» diuidi, aut partiri contingeret in fu-
» turum, quotquot fuerint hæredes,
» tot homagia ſinguli ſingulariter pro
» ratâ ſuâ in formâ conſimili Epiſcopis
» Autiſſiodorenſibus, qui pro tempore
» fuerint, facere teneantur. In cuius
» rei teſtimonium & munimen, præſen-
» tes literas dicto domino Epiſcopo
» tradidi ſigilli noſtri munimine robo-
» ratas. Datum an Domini MCCLXIX.
» menſe Aprili. Memoratur autem Guido executor teſtamenti Archambaldi Magni de Borbonio, apud Ioannem Villani l. 7. c. 4. & in cartulariis Rigniaci, ac Bituricenſi 1264. die Iouis poſt Octauas Aſſumptionis; nomine Cleri coram S. Ludouico Rege orationem habuiſſe refert Ioinuillæus cap. 82. celebrat ſynodum diœceſanam, vti liquet ex hoc breui chitographo Autiſſiodorenſi: REVERENDO *Patri ac domino G. Autiſsiodorenſi Epiſcopo frater Ioannes humilis Abbas S. Germani Autiſsiodorenſis ſalutem, & cùm omni reuerentiâ & honore obedientiam, tam debitam, quàm deuotam. Cùm nos hac instanti die Martis poſt Octauas Pentecoſtes, ad veſtram ſynodum non poſſumus perſonaliter intereſſe, diuerſis & ineuitabilibus Eccleſiæ noſtræ negotiis impediti, paternitatem veſtram rogamus, quatenus abſentiam noſtram habere dignemini excuſatam. Datum anno 1263. die Lunæ ante dictum diem.* Fuerat Guido de Melloto ex Virdunenſi Cathedrâ ſublectus ad hanc Autiſſiodor. oblatúmque ſibi ab Vrbano IV. Patriarchatum Ieroſolymitanum non admiſit, vt conſtat ex Vrbani epiſtolâ, quâ probatam ſibi eius excuſationem ſignificat. Hortatu Clementis 4. (cuius extat eâ de re epiſt. XCIX. anno primo Pontificatus ſic ad illum ſcribentis: *Dedit tibi Dominus ſpiritum ſapientiæ, & linguam contulit eruditam, & ſenſum tuum inſuper multi iam temporis experientiâ ſolidauit, ita vt nihil tibi deſit in vllâ gratiâ*) Carolo Regi Siciliæ Cruce ſuſceptâ, opem tulit, cùm aliis Franciæ proceribus, aduersùs Manfredum tyrannum, qui ſe Regem Neapolitanum prædicabat: anno 1265. ſcribit Guillelmus Nangiacus in vitâ S. Ludouici: *Carolus Comes Andegauiæ tempore Paſchali mouens de portu Marſiliæ ciuitatis ſuæ, per maris pericula, & hoſtium ſuorum inſidias cùm paucis Romæ nauigio eſt tranſuectus: igitur oportuit expectare militiam quæ collecta de Franciâ, iam fines Italiæ attingebat: maiores autem exercitus erant isti, videlicet Bocardus Comes Vindocini miles audax & in armis acerrimus, Gui lo de Belloioco*, legendum de Melloto, *Autiſsiodorenſis Epiſcopus, vir peritus in armorum negotiis, manu promptus, & eminentis militiæ, quæ ſub Epiſcopali velamine tegebatur, Philippus & Guido de Monsefortis milites optimi, & egregij bellatores, Guillermus & Petrus de Bellomonte ex parte Regis filius Flandrienſis Comitis; qui quia puer erat, conductu Gilonis Bruni Franciæ Coneſtabularij, viri probatæ militiæ regebatur.* Demum
poſtremum diem obiit anno 1270. 20. 1270.
Iulij, ſepultúſque in medio chori Cathedralis.

64. ERARDVS DE LESIGNY ex Decano in Epiſcopum Autiſſiodorenſem promouetur, Margaretæ de Melloto ſororis Guidonis filius:

Lis D'argent vne fasce de gueule

Tantæ, inquit MS. Codex Pontificum «
Autiſſiodorenſium, famoſitatis An- «
tiſtiti viro famoſiſſimo domino Gui- «
doni de Melloto, Autiſſiodorenſi E- «
piſcopo, ſucceſſit Erardus nepos eius «
dominus Caſtri de Liſigniis, diœce- «
ſis Lingonenſis, cuius memoria di- «
gna eſt recitatione ſolemni. Confir- «
matur anno 1270. à Stephano de Charniaco Metropolitano, confeſtímque ſolemni inaugurationis pompâ Eccleſiam ſuam inuehitur, quod obſeruat huiuſmodi carta tabularij
Autiſſiodorenſis memorati: NOS «
HVGO Dux Burgundiæ. Omnibus «
præſentes literas inſpecturis ſalutem «
in Domino. Nouerint vniuerſi, quòd «
cùm controuerſia verteretur inter «
venerabilem Patrem E. Dei gratiâ «
Autiſſiodorenſem Epiſcopum ex vnâ «
parte, & nobilem mulierem Yolan- «
dim Comitiſſam Niuernenſem cariſ- «
ſimam

simam filiam defuncti Odonis primogeniti nostri ex alterâ, eò quòd ad diem intronizationis suæ citata ipsum ad Cathedralem Ecclesiam cùm aliis non portauerat, nec sufficienter miserat, prædicto Episcopo asserente quòd ad ipsum portandum & successores suos die intronizationis suæ dicta Comitissa tenebatur ratione feodi de Donziaco, & ratione feodi Autissiodorensis: ipsâ Comitissâ concedente, quòd ratione feodi de Donziaco ad hoc tenebatur, nisi posset probare quòd dicta portatio ratione feodi de Giemo dicto Episcopo deberetur, non autem ratione feodi Autissiodorensis: quia tamen in præsentiâ nostrâ dictæ Comitissæ constitit per literas bonæ memoriæ Petri quondam Comitis Autissiodorensis, dictum Episcopum & antecessores suos esse in possessione memoratę portationis ratione feodi Autissiodorensis, dicta Comitissa recognouit publicè coram nobis, quòd ipsa & successores sui tenentur portare prædictum Episcopum Autissiodorensem & successores suos, cùm idem Episcopus & prædecessores sui fuit & fuerint in possessione memoratæ portationis, tam ab ipsâ quàm ab hæredibus suis Autissiodorensi Episcopo faciendæ, non solùm ratione feodi Donziaci, vt prædictum est, sed etiam ratione feodi Autissiodorensis quod ab ipso tenet. In cuius rei testimonium, nos Hugo Dux Burgundiæ ad requisitionem dictæ Comitissæ neptis nostræ, præsentibus literis sigillum nostrum apposuimus in testimonium veritatis. Actum & datum apud Autis-
1271. siodorum anno Domini MCCLXXI. die Martis post Brandones. Transegit cùm Priore de Caritate pro Ecclesiasticâ sepulturâ, litteris quas hîc subiicimus ex eodem Autissiodorensi archiuio diligentissimè exscriptis.

PETRVS *miseratione diuinâ Senonensis Archiepiscopus, & frater Yuo eâdem miseratione Cluniacensis Ecclesiæ Minister humilis, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Noueritis, quòd cùm super diuersis articulis inter venerabilem fratrem & Patrem E. Dei gratiâ Autissiodorensem Episcopum nomine Ecclesiæ suæ Autissiodorensis ex parte vnâ, & religiosum virum M. Priorem de Caritate, Ordinis Cluniacensis, nomine monasterij sui ex alterâ, materia quæstionis & dissensionis suborta fuisset, latáque sententia interdicti de mandato & auctoritate prædicti Episcopi, in villam & Ecclesias de Caritate, occasione cuiusdam muliereulæ suspectæ de hæresi, quæ à Præposito de Caritate temporalem iurisdictionem exercente, loco Prioris prædicti in villâ de Caritate, pro suspicione hæresis capta fuerat, & detenta: eandem in nos super prædictis omnibus articulis sub certâ formâ, à dictis partibus extitit compromissum, prout in litteris, sigillis dictorum Episcopi, & Prioris sigillatis, pleniùs continetur. Nos autem die Iouis*
B *post festum Natiuitatis Domini apud S. Saluatorem in Puiseyâ, partibus in nostrâ præsentiâ constitutis, tractatibus aliquibus habitis cùm eisdem, pro bono pacis arbitrando pronunciamus, quòd vnus ex monachis de Caritate pro omnibus, qui vt interdictum ferrent in villâ de Caritate, & in violatione eiusdem interdicti culpabiles extiterunt, humiliter, & deuotè flexis genibus, veniam fratri & Patri Domino E. Dei gratiâ Autissiodor. Episcopo supplicabit, vt interdictum latum in prædictâ villâ relaxet, & eidem*
C *Episcopo tam pro interdicto, quàm pro violatione in nostrâ præsentiâ emendabit, & Episcopus teneatur sententiam per suas patentes litteras relaxare: item quòd de quolibet cimiterio Ecclesiarum parochialium de Caritate, exhumabuntur viginti corpora extra cimiterium existenda, quousque vna missa de deffunctis pro ipsis fuerit celebrata, quæ incontinenti post exhumationem incipietur, & quòd heredes, vel successores huius deffunctorum teneantur Rectoribus Ecclesiarum parochialium exoluere, quòd in tabulis fidelium deuotione in parochiâ illâ extitit introductum: & quòd si qui vltra viginti in quolibet cimiterio durante interdicto sepulti fuerint, nisi heredes, vel successores satisfecerint,*
D *Rectoribus antedictis secundùm piam consuetudinem supradictam, sicut & viginti debeant exhumari, & quòd Prior compellat homines suos ad satisfactionem Rectoribus antedictis. Si verò monachi aliquid receperint à peligrinis, & transeuntibus, quod habuissent Rectores, vel habere debuissent, si per eos, vel Capellanos suos traditi fuissent Ecclesiasticæ sepulturæ, illud Prior de Caritate restitui faciet Rectoribus antedictis: si autem aliqui nominatim extra in cimiteriis infrà septa, siue clausuram Prioratus de Caritate existentibus, sepulti fuerint, extra*

bentur ex eisdem, & Ecclesiasticâ sepul-
turâ carebunt, nisi in ipsis viuentibus si-
gna pœnitentiæ apparuerint, & tunc ab-
solutione ipsorum à iudicibus competenti-
bus impetratâ, tradentur Ecclesiasticæ
sepulturæ. Quia verò monachi dicunt,
quòd habent priuilegia, à sede Apostoli-
câ, quòd durantibus interdictis possunt
admittere in suis cimiteriis, ad ius Eccle-
siasticæ sepulturæ, omnes illos qui non sunt
nominatim excommunicati, vel interdicti,
vel qui causam, vel occasionem interdicto
ferẽdo nullatenus præstiterant, parte Episc.
contrarium assentiente, & maximè in hoc
casu cum aliis quibusdam articulis hinc
inde exhibitis coram nobis. Quia causæ
cognitionem longiorem desiderans, de vo-
luntate partium secundùm tenorem pere-
grinationis factæ nostræ, arbitrali fine
reseruamus; Si verò aliquid, vel aliquod
præmissorum partes dubium reputauerint,
vel dixerint, declarationem nostro arbi-
trio similiter reseruamus. Sanè pro certo
tenentes, Priorem & Conuentum de Ca-
ritate nullum priuilegium habere, vel ha-
bere posse in eis, vel contra ea quæ sunt
contra hæreticos à sacris Canonibus insti-
tuta, per ea tamen quæ arbitrando pro-
tulimus, priuilegiis quæ aliàs habent, seu
in aliis casibus, non intendimus, nec volu-
mus in aliquo derogari. In cuius rei testi-
monium præsentes literas sigillis nostris fe-
cimus sigillari. Datum die & loco præ-
dictis anno Domini MCCLXXI. Alia
extat in tabulario prædicto epistola
similis tenoris, de Yolendi Comitis-
sâ Niuernensi cùm Erardo Episcopo,
pro iure deportus ad Cathedralem
Ecclesiam, data apud Lizinias die Io-
uis post Inuentionem B. Stephani an-
1272. no 1272. quam Robertus Aduocatus
Bituniæ, & Comes Niuernensis ma-
ritus Yolendis, ratam quoque ha-
buit. Hoc anno recensetur cùm Ar-
chiepiscopo Bituricensi, & fratre
Guidone de Soliaco Ordinis Prædica-
torum executor testamenti, legans
centum solidos annui reditus pro
fundatione anniuersarij in hâc Ec-
clesiâ, pro Ioanoe quondam Bituri-
censi Archiepiscopo. Meminit huius
Iouinillæus referens orationem ha-
buisse coram Rege S. Ludouico, vt
cogerentur excommunicati absolu-
tionem iotra annum petere. In eo-
dem Registro nostro Autissiodorensi
pergameno, inuenitur in scrinio signa-
to D. prolatio arbitrij Episcopi &
Comitissæ Autissiodorensis, super dis-
cordiâ in claustro Episcopali, cuius
is tenor:

VNIVERSIS præsentes literas «
inspecturis. M. Dei gratiâ Abbas S. «
Dionysij in Franciâ & magister Hen- «
ricus de Virziliaco Thesaurarius Lau- «
dunensis salutem in Domino. No- «
tum facimus, quòd cùm discordia «
esset ioter reuerendum Patrem E. «
Dei gratiâ Autissiodorensem Episco- «
pum ex vnâ parte, & illustrem virum «
Ioannem Comitem Autissiodoren- «
sem ex alterâ, super hoc quòd dictus «
Episcopus dicebat, quòd dictus Co- «
mes perforari fecerat Autissiodoren- «
sis muros villæ, propè clausum Ec- «
clesiæ B. Mariæ extra muros ciuitatis, «
& aperturam tantam fecerat in eis- «
dem, quòd patebat aditus intrandi «
& exeundi villam per aperturam præ- «
dictam, in præiudicium dicti Episco- «
pi & Ecclesiæ Autissiodorensis, & «
contra prohibitionem dicti Episcopi, «
seu mandati ipsins, dicto Comite in «
contrarium asserente. Item super hoc «
quod dictus Episcopus dicebat, quòd «
dictus Comes seu mandatum ipsius «
amonerat, seu fecerat amoueri per «
violentiam in præiudicium dicti Epis- «
copi & Ecclesiæ Autissiodorensis, & «
contra prohibitionem dicti Episcopi, «
vel eius mandati quasdam portas ver- «
sùs Yonam subtus domum dicti Epis- «
copi pendentes, in muris claustrum «
suum circumcingentibus, claudentes «
& aperientes infra claustrum, cùm «
dictus Episcopus esset tempore amo- «
tionis, & adhuc sit nomine Ecclesiæ «
suæ in possessione habendi in loco «
prædicto portas claudentes & ape- «
rientes. Item super hoc quòd dictus «
Comes iniustè & io præiudicium præ- «
dicti Episcopi, & Ecclesiæ Autissio- «
dorensis per vim suam amouerat, seu «
amoueri fecerat contra prohibitio- «
nem dicti Episcopi, vel eius mandati, «
barellum, & serram cuiusdam alterius «
portæ quæ vocatur porta pendeos, «
sitæ & pendentis in muris claustrum «
ipsius Episcopi circumcingentibus, «
& clauem ipsius serræ asportari fece- «
rat, cùm dictus Episcopus esset tem- «
pore amotionis, & adhuc sit nomine «
Ecclesiæ suæ io possessione habendi «
in loco prædicto dictam portam clau- «
dentem, aperientem & firmaotem, «
necnon in possessione claudendi, ape- «
riendi, & firmandi eandem. Tandem «

A pro bono pacis in curiâ domini Regis inter partes, & ipsis partibus expressè consentientibus super dictis discordiis taliter extitit ordinatum, videlicet quòd prædictus Comes aperturam prædictam quam fecit, seu fieri fecit in muris villæ propè dictum clausum, reobturari faciet, & ex toto reduci in pristinum statum, in quo erant antequàm facta esset apertura prædicta, qui murus sic refectus absque vllâ discussione in statu remanebit antiquo, sine præiudicio Comitis in possessione, vel in proprietate murorum. De portis autem fuit taliter

B ordinatum, quòd prædictus Comes portas deuersus Yonam quas fecerat amoueri, restituet, & reponet, seu restitui, & reponi faciet in loco suo in quo erant tempore amotionis prædictæ. In alterâ quoque portâ quæ dicitur porta pendens barrellum, serram, & clauem quæ fecerat amoueri, reponi faciet & restitui in eadem, & reponi in statu in quo erant ante amotionem, ita quòd & claudi, & aperiri, & firmari poterunt. Quæ prædicta omnia fient, & restituentur per Balliuum & Præpositos dicti Comitis in statum pristinum, sub ratio-

C ne prædictâ infra instans festum B. Hilarij: super discordiis verò dictarum portarum, videlicet portarum deuersus Yonam, & portæ pendentis, electi sunt duo videlicet venerabilis vir Guillelmus Archidiaconus Autissiodorensis pro parte dicti Episcopi, & Guido de Mello quondam Balliuus Autissiodorensis pro parte dicti Comitis, qui prædictâ portâ deuersus Yonam, & barrello, & serrâ, & claue portæ pendentis in statu pristino sub formâ prædictâ primitùs repositis, tenebunt præmissa in manu

D suâ, & dictis portis sine amotione aliquâ in statu pristino remanentibus, cognoscent, & diligenter inquirent de dictis discordiis, quantum ad dictas portas, & dictas discordias infra finem instantis Parlamenti quod erit post Penthecostem, si in vnam possint concordare sententiam, pace, vel iudicio terminabunt. Si verò discordes fuerint, debent infra finem dicti Parlamenti tradere nobis Abbati prædicto tertio arbitro, seu arbitratori à partibus electo, illud in quo essent discordes sufficienter instructum. Et nos dictus Abbas solus, vel cùm altero prædictorum duorum, dictas discordias pace vel iudicio, altè & bassè infra dictum finem Parlamenti terminabimus, si commodè facere poterimus, alioquin infra finem immediatè subsequentis Parlamenti, quod erit in festo B. Martini hyemalis: promiserunt autem dictæ partes stare arbitrio, seu ordinationi dictorum arbitrorum si concordare possint, vel dicto, seu ordinationi nostri Abbatis prædicti, sub formâ superiùs annotatâ. Dictus autem Episcopus ad preces nostras, super hoc quod citauerat dictum Comitem, coram se super refectione quorumdam castrorum mouentium de feodo dicti Episcopi, & repositione eorum in bono statu, supersedebit ad præsens: & voluit dictus Episcopus ad preces nostras, quod Præpositi Autissiodorensis excommunicati, auctoritate Officialis sui, pro fracturâ claustri ipsius Episcopi, si petant absolui, in formâ Ecclesiæ absoluantur, & emendam si voluerit leuare, leuabit de consilio nostri Abbatis prædicti. Nos autem prædictus Episcopus, & Comes prædictus, & nos Aalipdis Comitissa Autissiodorensis, prædicta omnia volumus & concedimus, & in prædictis expressè consentimus, & sigilla nostra vnà cùm sigillis reuerendi Patris Abbatis prædicti, & venerabilis viri Magistri Henrici de Virziliaco prædicti, præsentibus literis apposuimus in testimonium præmissorum. Actum Parisiis anno Domini MCCLXXV. die Sabathi post festum 1275
B. Nicolai hiemalis. Porrò adhuc asseruatur in eodem tabulario eius Antistitis diploma, iis verbis conceptum: OMNIBVS præsentes literas inspecturis. Erardus miseratione diuinâ Autissiodorensis Episcopus salutem in Domino. Noueritis quòd nos dilectis in Christo filiis Decano & Capitulo Autissiodorensis Ecclesiæ, eorúmque successoribus Canonicis eiusdem Ecclesiæ, illam totalem & omnimodam iuridictionem, & iustitiam temporalem quam habemus, seu habere possumus & debemus ratione quacunque, & quam nos & prædecessores nostri Autissiodorenses Episcopi hactenus exercuimus, aut exercere potuimus, & debuimus quocunque modo, & in quocunque casu in omnibus domibus,

» & eorum porprisiis, quas dicti Deca- A
» nus & Capitulum haberent imprę-
» sentiarum,& possident, & acquisie-
» runt hactenus, & imposterum habe-
» bunt,possidebunt, & acquirent va-
» cantes,vt inhabitatas, sitas infra clau-
» strum nostrum Autissiodorense,aquas
» suas, vt gratis, aut conductas inha-
» bitant,vel inhabitabunt ibidem, nec-
» non in familiâ Canonicorum ipsius
» Ecclesię, ac etiam in personis,& in
» familiis aliorum domos ipsas,nunc &
» imposterum inhabitantium, seu te-
» nentium à Decano & Capitulo su- B
» pradictis, exceptis incendio, homi-
» cidio, captu & furto, & exceptâ con-
» fiscatione bonorum, vbi propter deli-
» ctum alicuius eius bona confiscari de-
» bebunt, exceptâ etiam totâ magnâ
» iustitiâ, quocunque genere censea-
» tur, ex merâ gratiâ, concedimus ad
» perpetuitatem, remittimus pariter
» & quittamus, volentes & conceden-
» tes quòd quilibet de Canonicis ipsius
» Ecclesię qui modò sunt, & erunt ex
» nunc imperpetuum,habeat,possideat,
» exerceat, & exigat liberè per se, vel
» per alium, prout sibi expedire viderit
» in domibus suis, & earum porprisiis
» prędictis, & in totâ familiâ suâ, nec- C
» non in quolibet extraneo in eisdem
» domibus & porprisiis delinquentes,
» illam totalem & omnimodam iuridi-
» ctionem & iustitiam, quam prędixi-
» mus, pręter illa quę superiùs sunt
» excepta, & omne commodum seu
» emolumentum quod ex iis proue-
» niet, seu prouenire poterit in casibus
» in quibus eis concedimus, sicut pręe-
» dictum est iuridictionem & iustitiam
» supradictas. Nos quoque de toto iu-
» re prędictę iuridictionis & iustitię
» deuestientes, venerabilem virum Hu-
» gonem Decanum Autisiodorensem,
» suo & prędicti Capituli nomine, per
» nostri traditionem inuestiuimus, & D
» de eodem animo transferendi in ipsos
» plenum dominium, & veram posses-
» sionem totius iuris nostri prędicti,
» ipsósque & eorum successores consti-
» tuimus ex nunc ratione iuris prędicti
» veros dominos & legitimos possesso-
» res. Concedimus insuper prędictis
» Decano & Capitulo, quòd tota di-
» spositio bonorum Canonicorũ ipsius
» Capituli ab intestato decedentium,
» ad ipsos Decanum & Capitulum iure
» pertineat; istud nobis specialiter te-
» tinentes, quòd si de bonis alicuius

taliter decedentis, eos minùs suffi- «
cienter disposuisse credamus, ipsi «
Decanus & Capitulum, de omnibus «
bonis prędictis fidelè nobis vel nobis «
successoribus teneantur reddere ra- «
tionem. Cęterùm ad perpetuã huius «
nostrę concessionis & muneris firmi- «
tatem, & sine interruptionis obsta- «
culo valituram, volumus, & conce- «
dimus, quòd si fortè processu tem- «
poris per nostram aut nostrorum im- «
probitatem, seu per negligentiam «
dictorum Decani & Capituli, vel «
Canonicorum, à nobis vel nostris, «
aliquid in contrarium semel, aut plu- «
ries intercipi seu attentari continge- «
ret, circa iustitiam & iuridictionem «
prędictas, nullum proprietatis, saisi- «
nę, vsus, vel possessionis quomodo «
nobis, aut successoribus nostris per «
hoc de vno acquiratur, quin priùs «
nobis & successoribus nostris ex tali «
vsu, seu possessione sequuta prę scri- «
ptio, contra dictos Decanum & Ca- «
pitulum & Canonicos non prodesse, «
nec ipsos per hoc contra proprieta- «
tem & possessionem iuridictionis, & «
iustitię prędictarum, prętiudicium «
posset aliquod generari. Rogamus «
insuper, & requirimus Reuerendum «
in Christo Patrem dominum Dei «
gratiâ Senonensem Archiepiscopum, «
qui pro tempore erit, vt ad solam «
exhibitionem pręsentium literarum, «
& requisitionem dictorum Decani & «
Capituli, huic nostrę donationi & «
concessioni benignum impertiatur «
assensum, & eas sicut suprascriptę «
sunt, literarum suarum patrocinio «
harum seriem continentium annuat, «
& confirmet. In cuius rei testimo- «
nium, sigillum nostrum duximus «
apponendum. Actum & datum anno «
Domini MCCLXXVI. mense Sep- « 1276.
tembri. Prolixa item reperitur in
membranis Autissiodorensis tabula-
rij, scrinio signato H. litera eiusdem
Erardi, de constitutione franchisię
Appoigniaci cùm hominibus, seu
vassallis suis, quam quia in authenti-
co originali prolixiorem inuenimus,
consultò omisimus, est autem sigillo
munita Archiepiscopi Senonensis,
vnáque ipsius Erardi, Decani, & Ca-
pituli Autissiodorensis anno 1276.
mense Augusto, die Sabathi post fe-
stum B. Bartholomęi Apostoli. Cę-
terùm Erardus iste de Lisiniis, quem
alij perperam Gerardum, de Ligne-

ris vocant, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus à Nicolao III. Papâ creatus eſt, quam ille Eccleſiam ſummoperè nobilitauit: Romæ autem, quò ſe contulerat, tuendis Epiſcopatus Autiſſiodorenſis iuribus fato correptus expirauit 1278. Eius oſſa relata ſunt in Galliam apud baſilicam S. Stephani, & cùm Guidone de Melloto auunculo collocata, quemadmodum fidem facit fragmentum codicis MS. qui inſcribitur Geſta Pontificum Autiſſiodorenſium, quod ex tabulario iſtius Eccleſiæ tranſmiſit Vghello Abbati typis edendum, Petrus le Venier Autiſſiodorenſis Pœnitentiarius: huiuſmodi eſt autem in Appendice tomi I. Italiæ Sacræ ſub finem Quinti relatum. *Tantæ famoſitatis Antiſtiti viro famoſiſſimo domino Guidoni de Melloto Autiſſiodorenſi Epiſcopo, ſucceſſit Erardus nepos eius dominus caſtri de Liſignies, diœceſis Lingonenſis, cuius memoris digna eſt recitatione ſolemni, &c. Dum verò quatuor annorum & ampliùs effluxiſſent curricula, inter Epiſcopum, & Ioannem de Cabilone Comitem Autiſſiodori orta eſt grandis diſſenſio: proteruiâ Comitis crebeſcente, dum dictus Comes iura Autiſſiodorenſis Eccleſiæ violare & inuadere conaretur, dictum Comitem, & eius vxorem ferire mucrone anathematis non neglexit: & dum Comes, & eius vxor in ſuâ malitiâ perdurarent, vt ipſos magis Eccleſiaſtica ſeueritas exerceret, ciuitatem Autiſſiodorum, ſuburbia, totamque terram quam habebat dictus Comes in Comitatu Autiſſiodorenſi, generali ſuppoſuit interdicto. Et dum dictus Comes facti ſui malitiam necteretur appellationis remedio colorare, ipſe iurium Eccleſiæ ſuæ inquiſitor indefeſſus, pro ipſius Eccleſiæ iuribus vitam ſuam periculis exponere non formidans, pro dictis iuribus defendendis ad Romanam Curiam ſe transferendum, ſtudio piæ deliberationis elegit. Et licet in prædicto negotio viriliter ſe haberet, morte tamen præuentus, illud finali effectui nullatenus mancipauit. Illum ſiquidem, cuius odor famâ redolens iam non ſolùm in Francorum regione amabili, verùm etiam in regione Italicâ confragrarat, Dominus Ioannes Papa XXI. & omnes Cardinales honorificè receperunt. Et dum circa duorum annorum ſpatium in dictâ regione fuiſſet manſionarius, ille qui in regionis Gallicanæ temperie fuerat enutritus, ebulientes calores illius regionis ferre non valens, febres, & fluxum ventris patiens, egritudinis cronitu incurrit incommoda. In regione tamen illâ tam laudabiliter ſe habuit, quòd apud Nicolaum Papam 3. ſucceſſorem præfati Ioannis, & apud Cardinales eius merita tam dilucidè claruerunt, quòd ad dignitatem Cardinalatus aſſumptus, factus fuit Preneſtinus Epiſcopus Cardinalis. Et licet in numero Autiſſiodorenſium Epiſcoporum LXIV. extiterit, primus tamen fuit inter ipſos, qui ad tantæ dignitatis fuerit culmen prouectus. Non poſt quidem multa tempora, ingraueſcente in ipſo fluxu ventris, vltimo eloquio ex magnæ debilitationis diſcretione condito, dum ipſe precipere, quod ipſum pertrahebat defectus virium ad occaſum, Sacramentum extremæ vnctionis reuerenter recepit. Quibus ſic completis anno Domini 1278. 15. Cal. 1278.*
Auguſti, primo noctis ſilentio euaſit fœliciter nequitias huius mundi. Et quia cùm auunculo ſuo prædicto in Autiſſiodorenſi Baſilicâ ſuam elegerat ſepulturam, oſſa eius de ciuitate Romanâ, ad dictam baſilicam deportata, in eadem cùm prædicto ſuo auunculo, fuerunt in vno eodémque mauſoleo honorifico collocata. Sedit in Epiſcopatu Autiſſiodorenſi ſepeem annis, duobus menſibus, & circiter tribus hebdomadis, illuſtri Rege Philippo regnum moderante. Dominus per ſuam gratiam, & miſericordiam ſibi concedat requiem ſempiternam. Amen.

65. GVILLELMVS DE GRES DE GRES.
III. poſt vacationem vnius anni, & ſex ferè menſium, ſuffectus eſt ad Pontificatum Autiſſiodorenſem anno Domini 1279. Cui hominium profitetur hac formâ in actis Epiſcopalibus Comes Campaniæ: « VNIVERSIS præſentes literas inſpecturis. Felicius humilis Abbas de Cellâ Trecenſi, Guillelmus Archidiaconus, Thomas Officialis, Magiſter Anſelmus Archipreſbyter Autiſſiodorenſis, magiſter Petrus de Appoigniaco Archipreſbyter de Varziaco, magiſtri H. de Hermanto, Andreas de S. Germano Canonici Autiſſiodorenſes ſalutem in Domino. Notum facimus, quòd nobilis vir Haymundus Comes Campaniæ, nobis præſentibus die Lunæ poſt feſtum omnium Sanctorum, fecit homagium apud pontem de Verſelles Reuerendo Patri ac Domino Guillelmo Dei gratiâ Autiſſiodorenſi Epiſcopo per hæc verba:

Domine, ego facio vobis homagium de A
his omnibus de quibus prædecessores mei,
aliàs fecerunt homagium prædecessoribus
vestris Episcopis Autissiodorensibus, qui
pro tempore præfuerunt Ecclesiæ memora-
tæ, & eodem modo quo fecerunt, de quibus
certificabo vos in breui. In quorum me-
moriam & testimonium præsentibus literis
sigilla nostra duximus apponenda. Da-
tum die & loco prædictis anno Domini
1281. MCCXXCI. Reperitur in iisdem scri-
niis aliud homagium quod sic ordi-
» tur: OMNIBVS præsentes literas
» inspecturis. Nos Ioannes Abbas S.
» Satyri Bituricensis diœcesis, Ordinis
» S. Augustini, Ioannes Abbas S. Petri B
» Autissiodorensis eiusdem Ordinis,
» Ioannes Abbas S Mariani Autissio-
» dorensis, Ordinis Præmonstratensis,
» Stephanus Abbas Reigniaci Ordinis
» Cisterciensis, frater Guillermus de
» Guerchi Prior Fratrum Prædicato-
» rum, frater Ioannes de S. Geruasio
» Gardianus Fratrum Minorum salu-
» tem in Domino. Notum facimus vni-
» uersis præsentibus & futuris, quòd
1280. » anno Domini MCCXXC. die Iouis
» post festum B. Gregorij Papæ, nobis
» præsentibus in aulâ superiori Reue- C
» rendi Patris Guillelmi Dei gratiâ
» Autissiodorensis Episcopi, apud Au-
» tissiodorum, vidimus & audiuimus,
» quòd nobilis vir Ioannes dictus de
» Cabilone, Comes Autissiodorensis,
» fecit memorato Episcopo homagium
» ligium de Comitatu Autissiodorensi,
» & de omnibus pertinentibus ad di-
» ctum Comitatum, sub modis & for-
» mâ quibus fecit dictum homagium
» bonæ memoriæ domino Erardo præ-
» decessori Episcopi antedicti. Quo
» facto dictus dominus Episcopus de
» dicto feodo inuestiuit eundem domi-
» num: prædictus Comes secundò fe-
» cit homagium præfato Episcopo de
» castro de Colengiis super Yonam, & D
» omnibus pertinentiis eius, quo facto,
» præfatus Episcopus eum de dicto
» feodo inuestiuit. Quibus sic peractis
» præfatus Comes iuramentum præsti-
» tit ad sancta Dei Euangelia memora-
» to Episcopo, quòd corpus ipsius Epis-
» copi, vt potè domini sui custodiet, &
» iura Autissiodor. Ecclesiæ pro viribus
» tueretur. Hæc autem omnia facta
» fuerunt nobis videntibus, præsenti-
» bus nobilibus viris Hugone domino
» de S. Verano, Guillelmo de S. Fido-
» lo, Guillelmo de S. Ferreolo, Ste-

A phano de Nououico, Ymbaudo de «
Comgiaco, Milone de Autissiodoro «
militibus, præsentibus etiam venera- «
bilibus viris Guillelmo Archidiacono «
Autissiodorensi, Stephano Succen- «
tore eiusdem Ecclesiæ, magistris «
Guillelmo de Noâ, Iacobo de S. «
Germano, Hugone de Armento, «
Hugone de S. Iagulfo, Vincentio de «
Meuâ, Ansello de Mailliaco Cano- «
nicis Autissiodorensibus & pluribus «
aliis religiosis, secularibus & Clericis «
ad hæc specialiter vocatis. In cuius «
rei testimonium &c. Datum anno «
& die superiùs nominatis. Aliud pa- «
B riter hominium ipsi profitetur Comes
Niuernensis, ex iisdem archetypis ta-
bulis desumptum. OMNIBVS *præ-*
sentes literas inspecturis. Ioannes Abbas
S. Mariani &c. Notum facimus, quòd
anno MCCXXCI. *die Mercurij post* 1281.
Penthecostem, nos omnes existentes in aulâ
superiori Reuerendi Patris miseratione
diuinâ Autissiodorensis Episcopi, vidimus
& audiuimus quòd nobilis vir Robertus
de Flandriâ Comes Niuernensis, fecit ho-
magium ligium dicto domino Autissiodo-
rensi Episcopo, de feodo quod tenebat ab
C *eodem Episcopo, videlicet de terrâ, &*
omni Baroniâ, & Castellaniâ de Don-
ziaco, de Conadâ, de S. Saluatore, & de
Murato, de dicto feodo & pertinentiis
eorumdem; quo facto præfatus Episcopus
inuestiuit eumdem Comitem de dicto feo-
do. Hæc autem omnia facta fuerunt no-
bis omnibus, atque Stephano Succentore
Ecclesiæ Autissiodorensis Mag. Hugone
de Hermeto, Petro de Apoigni, Guillel-
mo de præsentibus Noâ &c. Extant aliæ
literæ super homagio de Vlmo, eo
verborum contextu: EGO Siguinus de "
Tornellâ Castri Canini dominus, & "
ego Hugo dominus Glennæ. No- "
tum volumus fieri tam præsentibus "
quàm futuris, quòd cùm diu contro- "
D uersia extitisset inter dominum Hu- "
gonem Autissiodorensem Episco- "
pum, & Hugonem de Vlmo, super "
homagio Episcòpo Autissiodorensi à "
domino Vlmi præstando. Tandē me- "
diante concordiâ inter eos statutum "
est & concessum, quòd dominus Vl- "
mi ligium debet præstare hominium "
Episcopo Autissiodorensi, saluâ fi- "
delitate quam Comiti debet Niuer- "
nensi, & quòd singulis annis reddere "
tenetur Ecclesiæ B. Stephani cereum "
50. librarum ceræ, mortuo Hugo- "
ne de Vlmo: facta est hæc eadem ".

» conuentio inter dominnm Episco-
» pum & sororem nostram prætati H.
» relictam, concedente filio suo Hu-
» gone, quod quam citò terram suam
» in manu suâ teneret, ligium præsta-
» ret hominium Autissiodorensi Epis-
» copo, saluâ fidelitate Comitis Ni-
» uernensis, & quòd singulis annisce-
» reum reddet sicut statutum est. Nos
» verò pro bono pacis concessimus,
» quòd si idem Hugo ab conuentione
» istâ resilire præsumeret, nullum ei
» super hoc præstaremus auxilium, sed
» conuentionem ita fuisse factam testi-
» ficaremus. Ad maiorem autem huius
» rei notitiam præsenti cartæ sigilla no-
» stra apposuimus. Actum est hoc an-
» no Incarnati Verbi MCCLXXV. Mortem oppetiit Guillelmus anno 1293. vacuítque sedes ad 1295.

MORNAY. 66. PETRVS DE MORNAY I. ex Aurelianensi Antistite, Autissiodorensis Præsul renunciatur eodem anno, post Ferrici de Lotharingiâ, & Petri de Gressibus postulationem, qui spontè abdicarunt, vt liquet ex
» hoc diplomate Apostolico: BONI-
» FACIVS seruus seruorum Dei, Phi-
» lippo Regi Franciæ illustri. Dudum
» Ecclesia Autissiodorensis per obitum
» Guillelmi Episcopi Autissiodorensis
» Pastoris solatio destituta, dilecti filij
» Decanus & Capitulum ipsius Eccle-
» siæ duas electiones in discordiâ cele-
» brarunt, vnam videlicet de Ferrico
» de Lotharingiâ Præposito de Sancto
» Deodato Tullensis diœcesis, & aliam
» de Magistro Petro de Gressibus Ca-
» nonico dictæ Ecclesiæ Autissiodoren-
» sis, appellatione factâ, Petrus Mo-
» ronus Cælestinus Papa v. antecessor
» noster, Petrum S. Eustachij Diaco-
» num Cardinalem concessit eis in cau-
» sâ huiuscemodi suscipiendi audito-
» rem; iidem Electi in nostrâ præsen-
» tiâ constituti renunciauerunt spontè,
» liberè omni iuri, si quod eorum alte-
» rutri de prædictis electionibus com-
» petebat, nósque huiusmodi eorum
» resignatione receptâ, prouisionem
» ipsius Ecclesiæ... dictum Petrum
» Episcopum Autissiodorensem à vin-
» culo quo tenebatur Aurelianensi Ec-
» clesiæ, cui præerat, absoluentes, ad
» eandem Autissiodorensem Ecclesiam
» transtulimus. Datum Romæ apud
» Sanctum Petrum, 2. Non. Februar.
» Pontific. nostri anno 2. Interfuit Con-
silio Regio Parisiis habito Luparæ 21. Ianuarij 1296. ac viuere desiit an- 1296.
no 1306. funeratus in choro S. Stephani die 27. Iunij, parte dextrâ, secus dominum de Melloto.

BELLEPARCHE. 67. PETRVS DE BELLEPERCHE II. ex Canonico Bituricensi, & Clerico Philippi Regis Franciæ, natus Lucenaij ad Elauerim, diœcesis Niuernensis, ante adeptionem infulæ Autissiodorensis, Monstrolium ad mare 1299. & cùm Egidio Presule Narbonensi Ambianum missus est 1302. pro pace ineundâ Galliæ Regem inter & Angliæ, necnon apud Benedictum XI. Papam an. 1. Pontif. ex cartophilacio Regio. Bullas obtinuit à Clemente v. summo Pontifice an. 1306. 1306.
Iuriúmque interpres eximius dicitur 16. Cal. Februarij in Calendario Parisiensi, cuius Ecclesiæ Decanatum gesserat: malè quidam sepultum volunt in Ecclesiâ parochiali Villæno: uæ propè castrum Bellæperticæ, cui multa bona contulerit, tale námque habet epitaphium secus Aquilam in choro Cathedralis, defunctus 17. Ianuarij anno 1308. quanquam epigraphe habeat 1307.

Hic iacet in Cellâ Petrus cognomine BELLA-
PERTICA, *perplacidus verbis, factis quoque fidus.*
Mitis, veridicus, prudens, humilisque, pudicus,
Legalis, planus, velut alter Iustinianus.
Summus Doctorum, certissima regula morum,
Parisinorum Decanus Canonicorum,
Autissiodoricâ dignè sumptâ sibi sede,
Tempora post media rarus successit ab æde.
Annis sub mille, ter C. septem simul ille,
Sulpitij festo migrauit orbe molesto.
Det sibi solamen Spiritus almus, Amen.

DE GRES. 68. PETRVS DE GRES III. Ioannis domini de Gressibus Franciç Marescalli germanus, sedere cœpit sub annum 1308. cui iuramentum obe- 1308.
dientiæ præstitêre Iacobus Pontigniaci & Henricus Rupium Abbates 1319. 7. Nouembr. in Capitulo Ecclesiæ Cathedralis: anno 1313. collector fuit decimę à Clemente v. concessę Philippo Pulchro in Concilio Viennensi, pro itinere transmarino,

moritur anno 1325. post sedem 17. annorum vel circiter.

MORTEMAR porte trois croix & vne estoile de...

69. PETRVS DE MORTEMAR IV. Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio monte, cognominatus de Mortuomari, à solo natali, oppido nempe in Lemonicibus, patre huiúsce loci ciue, matre autem stirpe nobili, oriundâ ex Baignaco propè Belacum in Marchiâ. Primò Episcopus Viuariensis anno 1320. vnde transiit ad Autissiodorensem Episcopatum
1325. 1325. à Ioanne 22. electus Cardinalis 1327. à Benedicto autem 12. creatum Episcopum Sabinensem anno 1340. obiisse 1345. in die Parasceues, vel vt alij volunt 1350. Auenione, refert Vghellus tomo. 1. Italiæ Sacræ, cuius dissertationem consule; ad ea verò quæ affert de Pontificatu illius Sabinensi, omnem dubitationem soluit, epitaphium Petri, quod apud Mortuummare, sub tumulo elato in maiore Ecclesiâ quam condiderat, visitur eâ inscriptione. *Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater & dominus, dominus Petrus.. moribus & sanctitate decoratus, qui fuit Episcopus Autissiodorensis, & Viuariensis, ac sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, qui de Mortuomari suam originem traxit, & in præsenti loco vbi natus est, ibi & sepultus, in quo tres Ordines fundauit, Cartusienses, Augustinienses, & Carmelitas, & vnum hospitale ad recipiendum pauperes, & numerum duodecim puerorum instituit, & obiit in die Veneris Sancti, horâ nonâ 14. Aprilis anno Domini* MCCCXXXV. è regione sepulchri fundatoris, spectatur aliud cœnotaphium hâc adiectâ epigraphe: *Hic iacet dominus dominus... de Bagnaco sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis, qui obiit die 25. mensis Septembris, anno Domini* 1369 *anima eius requiescat in pace. Amen.* Apparet ergo ex epitaphio, ac tesseris gentilitiis Petri, cruce nempe trinâ, ac stellulâ, gratis ipsi à quibusdam adscribi stemmata nobilissimæ domus de Rupecauardi, quæ toparchiam Mortuimaris à multis annis possidet. Cæterùm fundauit ibidem tria monasteria Augustinianorum, Carmelitarum, & Cartusiensium, quæ opulentis redditibus in eodem loco, & apud Insulam Iordani dotauit, extructâ ibidem Ecclesiâ, quemadmodum discitur ex monumentis familiæ Rupiscauardi. Condidit quoque ibidem Collegium pro alimento duodecim puerulorum, & hospitale ad pauperum subsidium.

PERIGORD, de gueulle a 3 lions d'or armez & couronez d'azur.

70. TALAIRANDVS DE PERIGORD Cardinalis Albanus, Abbas B. Mariæ de Cancellariâ, ex vetusto & illustri genere, Eliâ Talerando Comite Petragoricensi, & Brunissendi de Fuxo parentibus ortus, fratres habuit Archembaldum, & Rogerium Bernardum Comites Petragorij. Successit
Petro de Mortuomari 1329 ac posteà 1329.
creatur Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula 1331. feriâ 6. infra Octauam Penthecostes à Ioanne 22 Pontifice: tum verò à Clemente VI. electus est Episcopus Cardinalis Albanensis an. 1348. post Gaucelinum de Ossâ Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cancellarium. Bis Legatus est in Gallias, primò cùm Guidone Episcopo Portuensi, pro pace inter Reges Francorum & Angliæ sanciendâ, deinde cùm Nicolao Capoccio Cardinale S. Vitalis; magnæ enim auctoritatis Præsul Talerandus missus est ad conciliandū Eduardi Walliæ Principis animum cum Ioanne Franciæ Rege, vt aliquo medio quæreret pugnam dirimere, quæ malis consultoribus Episcopo Catalaunensi, & Eustachio Ribomontio parùm fœliciter cessit, nam iuxta Pictauium memorabili certamine pugnatum est referente Froissarto, in quo Rex ab Anglis captiuus abducitur anno 1356. Sedulò posteà egit Talairandus apud Carolum Imperatorem pro eius redemptione, tum in Angliam apud Eduardum. Designatus fuit Legatus Pontificius Cruciatæ aduersus Infideles, sed quæ effectu caruit; is autem Cartusiam Vallisclaræ ab Archembaldo fratre inchoatam, à primo lapide erexit, ædificiis, & redditibus magnificè dotauit, concessis duodecim millibus florenorum, vti constat ex tabulis Cartusiæ. Petracorij Capellam sancti Antonij cùm duodecim Capellanis instituit, & Tolosæ Collegium Petracoricense dictum. Ad hunc scribit Petrarcha lib. 1. Senilium ep. 3 & 7. ad Vrbanum V. dicitur vir ocularis« simus, lucidúmque Ecclesiæ sydus: « meminit eius quoque Ioannes Villani lib. 12. cap. 9. Mathæus Villani lib. 1. cap. 10. lib. 4. cap. 71. 85. & lib 7.

lib. 7. sæpe: Ciaconius, Vghellus, & A alij: naturæ debitum persoluit Anemone 17. Ianuarij 1364. Testamenti tabulas ex codice autograpbo veteris Registri erutas, nobis exhibuit Armandus Gerardus Sarlatensis Ecclesiæ Canonicus, tali verborum tenore, cùm necdum typis fuerint euulgatæ:

» VNIVERSIS præsentem inspe- » cturis paginam, innotescat, quòd nos » TALAYRANDVS miseratione di- » uinâ Episcopus Albanensis, Sanctæ » Rom. Eccl. Cardinalis, per Dei gra- B » tiam mente & corpore sani, salubri » meditatione pensantes, quòd præ- » sentis vitæ conditio statum babet » instabilem, & ea quæ visibilem ha- » bent essentiam, tendunt visibiliter » ad non esse, quódque dum corpus » sanitate viget, vltimæ voluntatis iu- » dicium, in quo tranquillæ mentis & » rationis vsus exigitur, quia tunc ipsa » mens non cogitur cogitare quod do- » let, salubriùs prouidetur: ac propte- » reà, prouidentes diem nostræ pere- » grinationis extremum, dispensatione » testamentariâ præuenire, rerum & » bonorum nostrorum ordinationem » per præsens nuncupatiuum testamen- C » tum, siue scriptis, condimns & faci- » mus in bunc modum. Imprimis Om- » nipotenti Deo, & Domino nostro » Iesu Christo animam nostram deuo- » tione humili commendantes, ipsum » suppliciter exoramus, vt qui pro sa- » lute humani generis nasci voluit, at- » que pati, iam cùm resoluto luteo » corpore de hâc valle miseriæ transi- » mus, ad vitam propicius & misericors » ipse recipiat, nec secũdùm pecata quæ » fecimus nobis ille retribuat, sed mise- » ricordiam suam, saluam eam faciens, » in sinu Abrabę Patriarchę sui col- » locari dignetur: & quòd interdum » quod nos obtinere non possumus, D » ad obtinendum prodest intercessio » aliena, humili oratione precamur, & » precibus & intercessione sanctę & » gloriosę Virginis Mariæ Matris Do- » mini nostri Iesu Christi, & omnium » Sanctorum impetrare possimus, quę » mente deuotâ, & animo contrito ex- » poscimus, & rogamus, sperantésque » precibus & intercessione Beatissimi » Frontonis, & eius meritis apud omni- » potentem Dominum adiuuari, in Ec- » clesiâ ipsius S. Frontonis de Petrago- » riis, ad quem gerimus specialis de-

notionis affectum, nostram eligimus « sepulturam; vt in eâ in quâ promo- « tionis nostræ primordia sumpsimus, « orationum suffragia iugiter sentia- « mus. Si autem in ciuitate Auionen. vel « prope eam nos decedere contingat, « in domo fratrum Minorum de Ani- « nione exequias nostras fieri ordina- « mus, & exinde post nouem dies, ad « locum prædictæ sepulturæ nos por- « tari volumus & transferri: in die au- « tem sepulturæ nostræ huiusmodi Ca- « nonicis maioris, & dicti S. Frontonis « Ecclesiarum Petragoricensium, Pres- « byterísque, & aliis Clericis in bis « deseruientibus, ibidem pro sepultu- « râ nostrâ venientibus, dare libratam « in pecuniâ volumus, & eleemosynam « pauperibus ibi conuenientibus dari « præcipimus, prout secundùm mo- « rem patriæ, & inspecto statu nostro « infra scriptis executoribus nostris vi- « debitur faciendum: quâ in die singu- « lis Conuentibus prædictorum Mino- « rum, & Sororum Monasterij S. Cla- « ræ Minorissarum de Petragoris, 10. « florenos auri pro pitanciâ dari vo- « lumus, & in die exequiarum facien- « darum in Auenione, singulis Colle- « giis panperum Religiosorum, & ho- « spitalibus dictæ ciuitatis eleemosy- « nam dari volumus, prout infra scri- « ptis executoribus videbitur facien- « dum; verùm etiam non remittantur « peccata, nisi fiat satisfactio, & resti- « tuantur ablata. Ordinamus & volu- « mus, vt omnibus & singulis de nobis « iustè conquerentibus, de bonis no- « stris fiat plena satisfactio, & emenda, « ita quòd sit in arbitrio Executorum « infrascriptorum, an ad probationem « debeant esse solius iuramenti præsta- « tione contenti, an inspectâ condi- « tione conquerentis, & emendâ quæ « petitur à conquerentibus, sit plena « probatio exigenda. Nos enim reco- « limus à nobili & potenti viro Domi- « no Petro de Viâ Milite, 250. florenos « auri mutuo olim recepisse; quos hæ- « redibus suis solui volumus atque red- « di. Item hæredibus quondam Do- « mini Petri de Saxâ Canonici Lemo- « uic. volumus 100. Regales auri resti- « tui, quos sibi debere ex causâ mu- « tui confitemur. Item quod iustum « est, vt beneficia nostra à quibus mul- « ta bona recognoscimus habuisse, fru- « ctum aliquem debeant reportare. Le- « gamus Capitulo Eccl. Lemouic. cu- «

» ius fuimus in Episcopum electi, c. A
» florenos auri pro emendis redditibus
» pro anniuersario nostro in dictâ Ec-
» clesiâ, in die sepulturæ nostræ facien-
» dæ, Petragorus annis singulis facien-
» do. Item alios c. florenos Capitulo
» & Ecclesiæ Autissiodorensi, cuius
» fuimus Episcopus, in emptione re-
» dituum pro causâ simili committen-
» dorum: item Capit. Eccl. Petragori-
» censis alios c. legamus, ex quibus
» ematur redditus pro anniuersario no-
» stro faciendo: & cùm aliàs dictis Ca-
» pitulo Petragoricensi promisimus
» emere & assignare 25. sextaria fru-
» menti renduaIis ad mensuram Pe- B
» tragoricens. pro Missâ S Spiritus,
» quam Presbyteri in die Iouis quali-
» bet septimanâ celebrant, eáque non-
» dum assignauimus: dictis Capitulo
» legamus ccc. florenos auri pro ac-
» quisitione redditũum prædictorum,
» distribuendorum inter Canonicos &
» seruitores Ecclesiæ, qui in dictâ die
» Iouis qualibet in missâ celebrandâ
» pro deffunctis, vel de S.Spiritu cùm
» vnâ collectâ de mortuis, personaliter
» intererunt; quam in vitâ nostrâ de
» S. Spiritu, & post nostrum obitum
» pro deffunctis ipsâ die Iouis celebra-
» re perpetuò teneantur, pro nostrâ &
» parentum nostrorum animarum sa- C
» lute. Item legamus Ecclesiæ prædi-
» ctæ S. Frontonis cl. florenos auri pro
» emendis reditibus, pro anniuersario
» nostro annis singulis faciendo ibi-
» dem. Item legamus Prioratui S. Me-
» dardi de Abbatiâ, Petragoric. diœ-
» cesis c. florenos auri in refectionem
» domorum dicti Prioratus vtiliter ex-
» pendendos. Item Ecclesiæ Collegia-
» tæ S. Petri ad Vincula de vrbe c flo-
» renos pro emptione immobilium re-
» rum, pro anniuersario nostro annis
» singulis faciendo ibidem. Item le-
» gamus Præpositatui S. Benedicti de
» Saltu Bituric. diœcesis ccl. florenos D
» auri expendendos in reparationem
» & refectionem ædificiorum, per ma-
» nus duorum proborum per Executo-
» res nostros eligendorum, vel in em-
» ptione ornamentorum Ecclesiastico-
» rum, si ædificia, molendina, vel alia,
» reparatione tantâ, vel minimè indi-
» gere dicantur. Item legamus Archi-
» diaconatui Posqueriarum cc. flore-
» renos auri, quos volumus expendi
» in rebus vtilioribus ipsi Archidiaco-
» natui, sicut in similibus supra est ex-

pressum. Item legamus Senonensi, «
Carnotensi, Beluacensi, Attreba- «
tensi, & Verdunensi Ecclesiis, scili- «
cet cuilibet earum l. flor. in emptio- «
ne reddituum pro faciendo anniuer- «
sario, committendos in earum quali- «
bet singulis annis. Item legamus pro «
reparatione domorum præbendæ no- «
stræ Lincolniensi in Angliâ 30. lib. «
Sterlingorum, si reparatione tantâ «
indigent, aliàs id quod super fuerit «
vltra refectionem, in emptionem red- «
dituum conuertantur, pro nostro «
anniuersario faciendo. Item pro re- «
paratione domorum Decanatus Ebo- «
racensis alias 30. lib. Sterling. lega- «
mus, prout superiùs de præbendâ «
Lincolniensi est dictum. Item lega- «
mus Abbatiæ monasterij de Cancel- «
latâ Ord. S. Augustini Petragoricen- «
sis diœcesis l. lib. Turon. paruarum «
pro nostro anniuersario faciendo, in «
emptione reddituum committendos. «
Item legamus Ecclesiæ S. Asterici «
Petragor. diœcesis c. flor auri, quos «
in emendis redditibus pro faciendo «
annis singulis anniuersario nostro vo- «
lumus omnino conuerti. Item lega- «
mus Ecclesiæ de Montansaco prope «
Montem pauonem Petragoric. diœ- «
cesis l. lib. Turon. paruorum, de «
quibus volumus emi redditus, ac ei- «
dem assignandos pro anniuersario, «
pro nostrâ parentúmque nostrorum «
animarum salute, ibidem annis sin- «
gulis faciendo. Item Prioratui de «
Flexu l florenos auri, & Prioratui «
S. Martini de Brageriaco 100. flo- «
renos auri, in emptione reddituum «
pro faciendis anniuersariis, annis sin- «
gulis expendendos. Item Prioratui «
S. Licerij Bigorræ l. florenos simili «
modo & formâ quibus supra in pro- «
ximâ expendendos, Item 50. florenos «
auri Prioratui de Elizonâ, similibus «
modo & formâ quibus supra. Item «
volumus & ordinamus fieri 50. cali- «
ces, quorum singuli ponderent duas «
marchas argenti, quos dari volumus «
50. Ecclesiis terræ Comitatus & diœ- «
cesis Petragoric. in illis Ecclesiis per- «
petuò ad Dei seruitium deputandos. «
Item legamus x. millia Toronensis «
grossorum argenti pluribus & diuer- «
sis sacerdotibus, dandis iuxta arbi- «
trium executorum nostrorum, qui à «
die obitus nostri, vsque ad 25. dies «
missas pro salute animæ nostræ ha- «
beant celebrare, ita vt vnus grossus «

» Turonens. ad plus pro vnâ missâ singulis sacerdotibus assignetur, & rogentur, quòd sic eis placeat, deuotè cùm bonâ diligentiâ missas illas defunctorum celebrare. Item legamus Conuentui Vallis Claræ Ordinis Cartusiensis Petragoric. diœcesis x. millia scutorum Ioannis auri, quæ iam habemus separata in quadam casâ cuius claues habet Prior Cartusiensis de vltra pontem Auenionis, pro faciendis ædificiis ad dicti Conuentus perfectionem & consummationem necessariis, & pro emendis redditibus dicto Conuentui necessariis, pro Fratrum de Conuentus sustentatione detenti: & volumus quod Prior maior Cartusiæ, habeat curam maiorem & sollicitudinem, quod dicta domus perficiatur, & redditus qui sunt necessarij emantur, & si præmissa non sufficient, secundùm relationem Prioris maioris Cartusiensis qui nunc est, vel qui fuerit suo tempore, volumus quod de distributionibus Camera Dominorum Cardinalium Executores nostri habeant D. Priori vsque ad summam trium millium florenorum, si tantâ summâ indigeat, vel de minori summâ, si illa minor sufficiat prouidere. Item legamus Episcopo & Capitulo Cadurcensi in recompensatione Prioratus Debiole, quem fecimus vniri dictis Conuentui Vallis claræ, mille florenos committendos in vtilitatem Ecclesiæ Cadurcensis supradictæ, si dicti Prioratus collatio ad eos pertinebat, alioquin illi, seu illis ad quem, vel ad quos ipsius Prioratus ante dictam vnionem, prouisio, collatio, præsentatio, seu quauis alia dispositio pertinebat. Item legamus pro puellis maritandis in terrâ Comitatus & diœcesis Petrogor. duo millia florenorum auri. Item legamus Capellæ per nos institutæ in Ecclesiâ S. Frontonis prædictâ, pro amplioribus redditibus emendis, diuidendis annis singulis inter Vicarios eiusdem Capellæ duo millia florenorum auri. Item volumus, quòd ematur vna domus competens, in quâ simul omnes Vicarij in dictâ Capellâ instituti valeant habitare, pro quibus complendis legamus vlteriùs cccc. florenos auri. Item volumus & ordinamus, quòd in dictâ Capellâ per nos institutâ in ipsâ Ecclesiâ S. Frontonis,

A remaneant perpetuò infrascripta, videlicet Crux aurea cùm ligno Crucis, & cùm spinâ Coronæ Domini nostri Iesu Christi, quæ à duobus Angelis sustinetur: item aliæ duæ Cruces, quarum vna crystallina, alia est argenti. Item omnes imagines argenti cùm quibus altare Capellæ nostræ in diebus solemnibus parari, & honorari consueuit; item omnia candelabra & thuribulum argenti; item omnes libri Ecclesiastici, siue fuerint missalia, siue alij libri deputati ad dicendum officium Domini nostri, B & præmissa omnia ad vsum dictæ Capellæ, & ad Dei seruitium in eâ faciendum perpetuò dedicamus, eáque legamus capellæ supradictæ; volumus tamen quod Capitulum dictæ Ecclesiæ S. Frontonis, præmissa, vel eorum aliqua ad ornandum, & parandum altare maius ipsius Ecclesiæ, quandocunque voluerit recipere possint, quæ omnia in tuto loco & honorabili in dictâ Capellâ custodiri volumus, per Priorem Capellæ, qui erit deputatus per Capitulum Ecclesiæ S. Frontonis prædictæ, & per aliC quem Canonicum dictæ Ecclesiæ, prout inter nos, & Capitulum in fundatione dictæ Capellæ extitit ordinatum, & quod anno quolibet in Capitulo generali recenseantur omnia ornamenta & iocalia Capellæ supradictæ. Item legamus Capitulo ipsius Ecclesiæ sancti Frontonis duos pannos sericos, cùm imaginibus, cùm quibus altare nostrum in festis minoribus consueuit ornari; item vestimenta alba quæ fecimus fieri de pannis prætiosis vltra marinis, cùm amiferzus de Angliâ, & duo pluuiaria de opere Anglicano, quæ emimus ab executoribus bonæ memoriæ DoD mini Gaucelini Episcopi Albanensis Cardinalis, ad honorem B. Stephani Protomartyris, legamus dictæ Ecclesiæ Petragoricensi Cathedrali. Item vestimenta violacea, siue viridis coloris casulam, cùm vnâ dalmaticâ Diaconi, & aliâ Dalmaticâ Subdiaconi, quibus vti consueuimus; legamus Conuentui Fratrum Minorum de Petragoriis, & nihilominus vltra alia sibi legata 50. flor. auri, vt pro nostrâ, & parentum nostrorum animarum salute apud Deum feruentiores orationes effundant: legamus eisdem item vestimenta nigra, prout «

» iam de aliis immediatè disposuimus, A
» Conuentui Fr. Prædicatorum de Pe-
» tragoriis relinquimus, & nihilominus
» 50. florenos auri legamus eisdem vl-
» tra alia sibi superiùs relicta: omnia au-
» tem alia vestimenta, siue ornamenta
» Ecclesiastica ad vsum Capellæ præ-
» dictæ, & Vicariorum deseruientium
» in ea perpetuò dedicamus. Item pro
» complendâ executione testamenti
» Dominæ quondam matris nostræ
» mille florenos auri volumus expendi:
» item legamus familiaribus nostris tria
» millia florenorum auri, qui iuxta ar-
» bitrium Executorum nostrorum at-
» tentis conditionibus personarum, & B
» seruitiis Domini, vel breui tempore
» impensis, & remunerationibus per
» eos receptis, distribuantur inter di-
» ctos familiares nostros, prout secun-
» dùm Deum eis videbitur distributio
» facienda: volumus quòd aliquis qui
» per nos, vel ad instantiam nostram
» fuerit competenter beneficiatus, por-
» tionem habeat in prædictis tribus il-
» lis millibus florenorum; si autem so-
» lutis legatis præmissis, & satisfactio
» conquerentibus aliquid in bonis mo-
» bilibus superfuerit, de quo expres- C
» sè vel tacitè nihil extiterit ordina-
» tum. Volumus & ordinamus, quòd
» in monasterio de Cancellatâ Ord. S.
» Augustini Petragoric. diœcesis, de
» quo superiùs est facta mentio, in quo
» est numerus XXII. Canonicorum,
» augeatur numerus, scilicet quod vl-
» tra illum numerum ponantur LX. Ca-
» nonici. Et si fortè non sufficiunt ædi-
» ficia pro omnibus Canonicis, quòd
» Abbas & Conuentus dicti Monaste-
» rij illa ædificare, ceu ædificare facere
» iuxta statum & conditionem aliorum
» Canonicorum qui nunc sunt, tenean-
» tur: & volumus quòd de bonis no-
» stris emantur tot redditus, videlicet
» quod pro quolibet Canonico illo- D
» rum ponendorum vltra dictum nu-
» merum qui nunc est, eisdem Abba-
» ti & Conuentui 30. floreni auri an-
» no quolibet assignentur, de quibus
» 30. florenis assignandis prædictis sin-
» gulis Canonicis ponendis, qui erunt
» vltra numerum prædictum, in victu,
» & vestitu & aliis necessariis, sicut vni
» ex aliis Canonicis dicti monasterij qui
» nunc sunt, prouidere teneantur; sic
» quod quilibet illorum ponendorum
» Canonicorum habeat quinque flore-
» nos in vestitu, licet alij Canonici qui

nunc sunt fortè minùs habeant; & «
dictus Abbas & Conuentus obligent «
se pro illis Canon. ponendis, qui erunt «
vltra dictum numerum præsentem, «
successiuè ad dandum vestiarium vs- «
que ad valorem dictorum quinque «
florenorum, & quod alias in necessa- «
riis, sicut aliis de præsenti numero «
prouidere teneantur. Item quòd si «
numerus dictorum XXII. Canoni- «
corum qui nunc est, non est iuratus, «
quod ipsum dicti Abbas & Conuen- «
tus iurare habeant, & illum per Epis- «
copum Petragoricensem etiam cum «
consensu Capituli Ecclesiæ Petra- «
goric. vel si necesse fuerit per dictum «
nostrum Papam facere confirmari. «
Item volumus, quòd Comes Petra- «
goricensis qui nunc est, & qui erit «
pro tempore, omnes istos Canonicos «
ponendos vltra dictum iuratum, & «
confirmatum numerum XXII. Ca- «
nonicorum, habeat ponere perpetuis «
temporibus successiuè, sic quòd eos «
præsentes eisdem Abbati & Conuen- «
tui, qui eos habeat statim recipere, «
dum tamen fuerint idonei, & si penes «
maiorem partem conuentus reputen- «
tur idonei, Abbas & alij de minori «
parte Conuentus illos recipere te- «
neantur in Canonicos, & in fratres, «
& volumus quòd cùm aliquis de «
dictis ponendis Canonicis vltra di- «
ctum numerum XXII. Canonicorum «
decesserit, quòd idem Comes infra «
vnum mensem computandum à die «
quo illum talem decessisse contigerit, «
aliam personam idoneam dictis Ab- «
bati & Conuentui præsentare tenea- «
tur, alioquin elapso dicto mense, ad «
dictos Abbatem & Conuentum po- «
testas ponendi personam idoneam «
in Canonicum, & in fratrem illâ vice «
deuoluatur; sic tamen quod de ciui- «
tate seu diœcesi Petragoricensi, talis «
persona vt præmittitur, tam per Co- «
mitem, quàm per Abbatem, & «
Conuentum prædictos ponenda, tra- «
xerit originem, & non aliunde, & «
hoc ipsi Abbati & Conuentui ha- «
beant facere infra alium mensem «
tunc sequentem; quòd si fortè dicti «
Abbas & Conuentus infra dictum «
alium mensem facere neglexerint, «
potestatem ponendi talem personam «
idoneam, quæ vt præmittitur, de ci- «
uitate, vel diœcesi prædictis traxerit «
originem, elapsis dictis duobus men- «
sibus ad Capitulum Ecclesiæ S. Fron- «

tonis Petragoricen. poteſtas ponendi deuoluatur, per modum ſupradictum. Item volumus & ordinamus, quod ſinguli Canonici vltra ipſum numerum XXII. Canonicorum, vt præmittitur ponendorum, dum erunt in ætate 25. annorum, ſe faciant ad omnes ſacros ordines promoueri, nec poſſint mutari per Abbatem in aliis Prioratibus niſi cauſa rationabilis id expoſcat; quod ſi fortè fieret ex cauſâ rationabili, & vt ſupra dictum eſt, alius ibidem loco illius ſubrogetur per modum ſupradictum. Item ordinamus & volumus quod vltra miſſas conuentuales, quas illi qui nunc ſunt Canonici quotidie tenentur celebrare in dicto monaſterio, dicti LX. Canonici ponendi, vel illi ex eis qui præſentes erunt in eodem monaſterio, ſingulis diebus miſſas alias quatuor conuentuales, ſcilicet de S. Spiritu, vnam de S. Mariâ, aliam de S. Ioanne Baptiſtâ alteram, & pro animâ noſtrâ ſpecialiter de mortuis, reliquas altâ voce cantare teneantur, volumus tamen quod ſeparatim illas quatuor miſſas dicere poſſint, nec omnes ſimul conuenire, ſed aliqua pars in vnâ, & alia pars in aliâ, & reliqua pars in alterâ, ac alia pars illorum LX. Canonicorum in aliâ miſſis intereſſe teneantur, & in omnibus bonis noſtris mobilibus duntaxat quæ ſuperfuerint, ſolutis legatis, & omnibus aliis & ſingulis, ſupra & infra contentis, plenè ſeruatis & completis, Abbatem & conuentum prædictos, vniuerſales facimus, & conſtituimus noſtros hæredes, exceptis libris noſtris Iuris Ciuilis & Canonici, de quibus intendimus aliter ordinare: quod ſi fortè non ordinauerimus eos, legamus eiſdem Abbati & Conuentui ſic, quod libros iuris Ciuilis cùm ſint eis prohibiti, poſſint eos vendere, & in iocalibus pro monaſterij communitate; libros autem Iuris Canonici alienare non poſſint, ſed perpetuò remaneant ibidem pro Canonicis volentibus ibidem ſtudere, & dictos libros recipiant ab Executoribus noſtris ſub inuentario, & ſingulis annis habeant eos oſtendere communitati Petragoric. vel alteri quantum ibi fortè duxerit deſtinandum; ſic tamen quod ſi reſiduum aliquod ſuperfuerit in bonis prædictis mobilibus, dicti Abbas & Conuentus, & Executores noſtri de illo reſiduo teneantur augere numerum per nos ſupra ordinatum, iuxta portionem, per nos ſuperiùs taxatam, in quantum ſuppetent dictæ noſtrorum mobilium facultates, qui quidem Canonici vltra dictos LX. Canonicos ſic ponendi, ponantur per Comitem vel Abbatem, & Conuentum, aut Capitulum S. Frontonis prædictos, prout ſupra de dictis LX. Canonicis extitit ordinatum, & qui traxerit originem de ciuitate & diœceſi Petragoric. prædictis. Item volumus & ordinamus, quòd in caſu quo Deo auxiliante tantum nos ſuperuiuere continget, quòd legata ſupra & infra ſcripta perſonis quibuſcunque relicta ſoluerimus in ſolidum, vel in parte, quod Executores noſtri prædicti ſic ſoluta minimè ſoluere teneantur, vel ſi reſtet aliquid faciendum pro vitâ delegatorum huiuſmodi. Inſuper enim volumus & ordinamus, quòd ſi per ſucceſſores noſtros qui pro tempore Archidiaconatus, Prioratus, Decanatus, Præpoſitatus, Canonicatus, & prædictas Eccleſias, & alia beneficia noſtra prædicta obtinebunt, amplius quàm ſuperiùs legauimus, petatur ex cauſâ quacunque à noſtris Executoribus infra ſcriptis, vel hæredibus prædictis, quòd ſummæ eis legatæ computentur in deductione eorum quæ ſic petentur ab eis, verùm quòd ipſa perfici non poſſent ſine auxilio & fauore Sanctiſſ. in Chriſto Domini noſtri Papæ qui nunc eſt, vel qui erit pro tempore, idcirco ſupplicamus eidem, vt concedere dignetur, quòd executores non poſſint emere decimas quæ à laicis poſſidetur, eſto quòd non ſint infeudatæ ante Concilium generale vſque ad ſummam & valorem 500. lib. Tur. paruorum renduallium, Rectorum Eccleſiarum, in quorum parochiis, & Epiſcoporũ, in quorum diœceſibus percipiuntur, irrequiſito conſenſu. Si autem de bonis noſtris mobilibus legata, & alia præmiſſa ſolui & compleri non poſſint, volumus hæredem noſtrum infra ſcriptum ad ſolutionem, vel ad complementum præmiſſorum poſſe vrgeri, in aliis autem bonis noſtris immobilibus ex quacunque ſucceſſione vel cauſâ ad nos peruenerint, & in eo nomine à debito quod nobis ceſſerunt excellentiſſimi Domini Dux Ludouicus,

» & Robertus de Duratio nepotes no- » stri, & excelleos Domina Agnes Du- » cissa Duratij soror nostra, & quilibet » eorum contra Comitem Petragoric. » & quosdam alios in eo debito conten- » tos. Archambaldum primogenitum » Comitis Petragoric. fratris nostri hæ- » redem vniuersalem instituimus, & si » hæres noo erit, Talayrādum secundo- » genitum dicti Comitis fratris nostri, » & dicto Talayrando si hæres non erit » Comitem Petragoricen. qui erit pro » tempore substituimus successiuè. Hoc B » est autem testamentum nostrum vl- » timum, & vltima voluntas nostra, » quod & quæ, & omnia & singula in eo » contenta volumus valere, & iube- » mus imposterum robur & efficaciam » obtioere vbicumque loco, iure testa- » menti, & si non illo iure valeat, volu- » mus quod valeat iure codicillorum, » vel iure mortis, causâ donationis, vel » iure cuiuslibet alterius voluntatis: ro- » gamúsque vos testes supra scriptos » vocatos ad hoc specialiter & rogatos, » vt de prædicto testamento & vltimâ » voluntate nostrâ, & de omnibus & » singulis in eo vel in eâ contentis su- C » pra & infra scriptis, si & quando fue- » ritis requisiti, perhibere velitis testi- » monium veritati, nec non & te sub- » scriptum Notarium publicum, vt de » præmissis & infra scriptis omnibus & » singulis, facias vnum, duo vel plura » publica instrumenta, & pro omnibus » & singulis quorum interesse poterit, » & pro eâ parte quæ ad quoscunque » scripta binc extrahere possis & confi- » cere publicum instrumentum, cùm » formis requisitis. Verùm quod pa- » rum esset præmissa disponere, nisi » essent qui ea executiooi mandarent, „ ideò confideotes de magnâ affectio- „ ne quam ab antiquo ad nos habere D „ probauimus Sanctissim. Papam & Do- „ minum nostrum, Dominum Inno- „ centium diuinâ Dei prouidentiâ Sa- „ crosanctæ Rom. Eccl. summum Pon- „ tificem, confisi enim de eius clemeo- „ tiâ sanctitatis suæ, & successorum „ suorum qui erant pro tempore bumi- „ liter supplicamus, quòd ipsi huius „ vltimæ nostræ voluntatis dignentur „ esse directores, gubernatores, & præ- „ cipui ordinatores, & ex benignitate „ suâ dignentur executionem huius te- „ stamenti vnâ cùm totâ familiâ nostrâ „ recommendatam habere, deprecan- „ tes enim Reuerendos Patres ac caris-

A simos Dominos & amicos nostros « Dominos Petrum Praenestrinum Hi- « spanum, Magalonensem, & de Ca- « ramanno Cardinales, vt dignentur « intendere, & facere quòd dicta vlti- « ma voluntas nostra plenum conse- « quatur effectum: de eis igitur confi- « dentes eos ac venerabiles Patres in « Christo Dominos Bernardum S. Phi « lippi Domini Papæ Notarium, Phi- « lippum Burdegalensem Archiepisco- « pum, & Petrum Aquensem, Heliam « Sarlatensem, Arnaldum Lascurren- « sem, Heliam Paphensem, & Ar- « chambaldum Catalaunensem Epis- « copos; & dilectos familiares nostros « venerabiles viros Dominos Raimun- « dum de Pradellâ Burdegalensem Ca- « nonicum, & Bertrandum de Cam- « panbaco Archidiaconum de vltra « Dordoneam Petragoricen. Ecclesia- « rum, facimus & ordinamus executo- « res huius nostræ vltimæ voluntatis, « dantes eis & cuilibet dictorum Do- « minorum Cardinalium in solidum, & « duobus ex dictis Dominis Notario, « Archiepiscopo, & Episcopis, ac fa- « miliaribus nostris aliis, plenam & li- « beram potestatem addendi & detra- « hendi in præmissis, & apprehenden- « di & recipiendi propriâ auctoritate, « nullius superiorum expectato man- « dato, possessionem omnium bono- « rum nostrorum, imò petendi & exi- « gendi ea quæ nobis debebuntur, & de « exactis quittationis litteras conce- « dendi, & legata in hoc testamento « relicta soluendi, distribuendi, & exe- « quendi omnia superiùs ordinata, de- « clarandi, interpretandíque volunta- « tem nostram, & dubia quæ ex hoc « testamento possent quouismodo oriri. « Volumus tamen quod de bonis no- « stris inuentarium facere teneantur, « solemnitatem autem quæ de iure in « factione inuentarij requiritur, remit- « tentes omnioo, volumus insuper quod « prædicti executores pro executione « præmissorum possint vendere & di- « strahere & alienare bona nostra mo- « bilia, sine substractione quacunque « omni iuris solemnitate omissâ, & ni- « hilominus ad maiorem roboris firmi- « tatem huic præsenti instrumento si- « gillum apponi fecimus in testimo- « nium veritatis. Actum & datum Aue- « nioni in studio Cameræ hospitij habi- « tationis nostræ, anno à Natiuitate " Domini MCCCLX. indict. 13. die festi « 1360.

» B. Frontonis, quod fuit die Martis 25. » mensis Octobris, Pontificatus præ- » fati Domini Innocentij Papæ VI. an- » no 8. præsentibus venerabili Patre in » Christo Domino Heliâ, Dei gratiâ » Cegobricensi, & B. Manæ de Alba- » nesino Episcopo, Magistro Arnaldo » de Farâ Rectore Ecclesiæ S. Sulpitij » Petragoricensis Diœcesis, Bernardo » de S. Asterio Nicosiensi, Iaumaro » de Charabarliaco eiusdem Nicosiens. » Heliâ Ianuarij de Albaterrâ Ecclesiæ » Canonico, & Talayrando de Verno- » dio domicello, ac Ioanne de Costu- » neto Clerico Petragoricens. diœce- » sis testibus ad præmissa vocatis, spe- » cialiter & rogatis. Et me Heliâ de » Lascoutz de Villapodij S. Frontonis » Petragoricensis, publico, Apostoli- » câ & Imperiali auctoritate Notario, » qui præmissis omnibus & singulis, » dum vt præmittitur per Dominum » meum Talayrandum Cardinalem te- » statorem supradictum agerentur, or- » dinarentur, & fierent in modum su- » prascriptum, vnà cùm prænominatis » testibus præsens fui, & hîc manu pro- » priâ me subscripsi, signóque meo so- » lito signaui in hanc formam publi- » cam redigendo, vocatus, & requisi- » tus in testimonium præmissorum.

GVENANT. 71. AIMERICVS GVENANT patriâ Turonensis, postquàm Ec- clesia vacasset ab anno 1330. electus est 1331. recipitur 1333. die Lunæ in Octauis S. Lucæ, euehitur ad Metro- 1338. polim Rotomagensem 1338. ex bullâ Papæ Benedicti 12. De quo consule Rotomagenses.

BLANGI. 72. IOANNES DE BLANGI, I. Rotomagensis diœcesis, ac Parisien- sis Theologus è domo Nauarricâ, assumptus ad Episcopatum an. 1338. per promotionem Aimerici. Ei & Sedi Autissiodorensi in Capitulo Ca- thedralis Ecclesiæ, Guillelmus Pon- tigniaci Abbas iuramentum obedien- tiæ & subiectionis solitum præstat 11. Augusti 1340. Inter viuos esse desiit 1344. eiurato Episcopatu 1344. 15. Martij, sepultus apud Cartusianos Parisien- ses in choro.

VILLAINES. 73. PETRVS DE VILLAINES V. renunciatur Episcopus 1344. in Na- tiuitate Domini, admissus 1347. Cal. Maij, eodem anno transfertur ad Ba- iocensem Ecclesiam in Neustriâ, post regimen annorum 3. mensium 6.

BRVNI. 74. BERNARDVS BRVNI II. ab Ecclesiâ Monnensi transiit ad Autissiodorensem 1347 circa Pente- costem: obiit pridie Cal. Nou. 1349. 1349. post sedem annorum 2. mensium 4. se- pultus Lemouici, vbi natus fuerat.

DE CROS. 75. PETRVS DE CROS VI Car- dinalis tituli Sanctorum Siluestri & Martini, Episcopus Autissiodorensis mense Nouembri 1349. obiit Aue- nione 1361.

AVBERT. 76. ANDOINVS, vel ANDROINVS AVBERT Innocentij 6. fratris filius, Lemouicensis, creatur solus inter Purpuratos Principes à patruo Inno- centio 14. Cal. Iunij tit. SS Ioannis & Pauli, ex Parisiensi Præsule fit Autissiodorensis anno 135'. dein Ma- 1351. galonensis, vbi de ipso plura consule.

AVXEIO. 77. IOANNES DE AVXEIO II. ex Trecensi nominatur 1356. die S. Magdalenæ 22. Iunij: sublatus è vitâ 1358. 19. Ianuarij, conditus ad læuam chori Cathedralis.

IAROVSSE. 78. ITHERIVS IAROVSSE Ca- thedram adiit per procuratorem 8. Martij 1358. more Gallico, die Iouis, 1358. sed quia ciuitas Autissiodorensis in- tercepta ab Anglis nomine Regis Nauarræ Dominicâ sequenti, Aue- nione remansit in Curiâ Innocentij VI. vbi & peste extinctus 8. Iunij 1361. humatur Auenione apud Dominica- nos, relictis ex testamento centum aureis Ecclesiæ suæ Autissiodorensi ad fundandum anniuersarium.

GERMAIN. De gueulle à la croix d'or can-tonée de 4 treffles de mesme. 79. IOANNES GERMAIN III. Regum à sanctioribus Consiliis, ex Cabilonensi Antistite, motu proprio Pontificis ad hanc Eccles. tralatus, post regimen vnius anni & duorum mensium, peste correptus migrauit ad meliorem vitam, sepultúsque ante sedem Episcopi in Choro Ecclesiæ Cathedralis, 10. libris pro anniuer- sario legatis, cuius epitaphium tale est: *Hic iacet venerandæ recordationis, & vitæ laudabilis, bonæ memoriæ Reue- rendus in Christo Pater & D. Dominus* IOANNES GERMANI, *de Diuio- ne Regis, Senonensis diœcesis, qui dispo- nente diuinâ clementiâ Cabilonensis, ac*

demùm huius Autissiodorensis Ecclesiæ Præsul fuit, vir exactæ prudentiæ & bonitatis, vtriusque Iuris Doctor eximius, illustrissimorum Regum Franciæ Ioannis, & Caroli Consiliarius fidelissimus, qui
1362. *obiit anno Domini 1362. die 15. mensis Octobris. anima eius in pace requiescat. Amen.*

AYME'. 80. PETRVS AYME' VII. Præses Cameræ Computorum Parisiis 1367. biennio post missus est Gandauum cùm Galchero domino Castellionis, & Reginaldo de Corbeiâ, vt pacta coniugij Margaritæ Flandriæ Comitissæ, & Philippi Audacis Burgundiæ Ducis sanciret; ipso sedente Carolus v. Rex acquisiuit Comita-
1370. tum Autissiodorensem à Ioanne Cabilonensi anno 1379.

ARCEIS. Trois aigles aux aisles esployées 2. en chef 1 en pointe la 1. soustenante vne estoile. 82. NICOLAVS D'ARCYS ex Canonico & Thesaurario Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Trecensis 1374. Caroli v. Consiliarius, de quo videndus Ioannes Galli Iurisconsultus decisione 15. animam exhalauit
1376. Parisiis die 24. Septemb. anno 1376. vnde refertur in suam Cathedralem.

DE ROYE. 82. GVIDO DE ROYE, II. Archiepiscopus etiam Senonensis extitit, denique Remensis, vt superiùs dictum est.

CASSINEL. 83. FERRICVS CASSINEL ex Lodouensi Antistite, frater Bertrandi Cantoris & Canonici Autissiodo-
1388. rensis, nominatur anno 1388. posteà Remensis Archiepiscopus, vbi iacet, sepulchrum enim eius in choro Autissiodorensi inane est. Capitulo dedit terram de Saisiaco; vide Quercetanum in familiâ Castilioneâ, Lodouensium Episcoporum Historiam typis excusam, & tomum 1. Archiepiscoporum.

CRENEY. 84. MICHAEL DE CRENEY Trecensis, ex Magistro Artistarum Collegij Nauarrici, & Theologo eiusdem Domus, Confessarius Regis Caroli 6. recensetur Episcopus Autissiodorensis iam ab anno 1390. in registris Cameræ Computorum. Ad-
1392. fuit tralationi S. Ludouici 1392. & Consilio regio 1395. Philippus Burgundus Comes Niuernensis pro Baroniâ Donziaci iuramentum clientelare ipsi profitetur 1. Septemb. 1407. eius meminit Nicolaus de Clemangis vir doctus, in libro de festiuitatibus nouis non instituendis, cui dicatum fuit Philosophicum Compendium Iacobi Magni Augustinensis, auctoris Sophologij, qui Archiepiscopatum Burdegalensem recusauit: decessit Michael 13. Octobris anni 1409. sepultúsque apud Cartusianos Parisienses sub tumulo marmoreo.

85. IOANNES DE TOISY, IV. literas Apostolicas exhibet Capitulo TOISY.
anno 1409. die Mercurij 22. Ianuarij, 1409.
Ioannes Archidiaconus Maioris Caleti in Ecclesiâ Rotomagensi ipsius procurator; hoc eodem anno 23. Octobris, in Capitulo proloquutum fuit de instituendâ Regaliâ, quia rumor sparsus erat, de eodem Patre Ioanne ad Sedem Tornacensem translato, sicque die Veneris 20. Februarij anni 1410. more Gallico, traditæ sunt claues, & sigilla Episcopi Capitulo, quemadmodum fidem faciunt MS. tabulæ Autissiodorenses: obiit verò Ioannes Tornacensis Præsul an. 1433.

86. PHILIPPVS DES ESSARS, I. DES ESSARS
cuius gentis Vincentius Episcopus Ebroicensis: anno 1410. die Lunæ 1410.
23. Februarij receptus fuit idem Philippus, quem Antonium indigitat Senatusconsultum Parisiense, per procuratorem 1413. & lapideâ cathedrâ installatus, quiescit in Choro suæ basilicæ iuxta sepulchrum Guidonis de Melloto, mortuus Autissiodori 1426. die 14. Octobris.

87. IOANNES DE CORBIE V. CORBIE
frater Arnaldi Franciæ Cancellarij, ex Mimatensi Antistite, sedebat Au- 1418.
tissiodori anno 1418.

88. LAVRENTIVS PINON PINON.
Dominicanus, è cœnobio Senonensi, in quâ vrbe consecratur mense Martio 1438. Ludouico de Melun Metropolitâ, receptus fuerat 1434. die 4. mensis Martij, & interfuerat Capitulo prouinciali in eodem conuentu celebrato 1440. concordiam
init cùm Comite Niuernensi 1445. 1445.
18. Iunij sepultus in æde sui Ordinis Autissiodori anno 1446.

89. PETRVS DE LONGVEIL VIII. LONGVEIL.
ex

azur a . roses ar g tan ch f d'or chargé deq. roses de gueules.

ex Decano Aurissiodorensi, nobili A
Longoliorum stirpe Parisiis editus
1397. parentibus Ioanne Longolio in
supremo Senatu Præside, & Ioannâ
Bouju. Canonicus primò Parisiensis
& Senator, tum Decanus Autissiodo-
rensis, inde eligitur Præsul 27. Febru.
1449. ac possessionem adipiscitur 1449. die
15. Martij, præsentibus per procurato-
rem, Comite Niuernensi, Ducibus
Burgundiæ & Barri, Episcopatus feu-
datariis, & more solito conuocatis.
Contulit fratri suo Guillelmo Cano-
nicatum & Magnum Ecclesiæ Archi-
diaconatum, illúmque sibi Vicarium B
in Episcopali functione allegit: com-
ponit lites cùm Capitulo 8. Nouemb.
1458. dissidium mouens cōtra Petrum
Dorouer monachum Molismensem,
Priorem S. Geruasij Autissiodorensis,
iurisdictionis & visitationis causâ, quā
arbitrali sententiâ dirimit 26. Iunij
1454. transfert relliquias S. Prisci &
sociorum in Ecclesiâ S. Prisci, atque
vnit fabricæ Collegiatæ S. Stephani
de Giemo ad Ligerim, ædem paro-
chialem de Neneio, ex consensu Ca-
1456. pituli Autissiodorensis 1456. creauit
secundum Archidiaconatum de Pui-
saio dictum, in fauorem Petri Lon-
golij nepotis, quem Papa, Rex, & C
Parlamentum confirmarunt; à Duce
Burgundiæ in Magnum Capellæ suæ
Magistrum assumitur, à quo & à sum-
mo Pontifice, necnon & Rege Caro-
lo 7. deligitur Iudex arbitrarius con-
trouersiæ inter eos motæ, ob decimas
Comitatus Autissiodorensis, quas
Regi adiudicauit. Is Episcopus aulam
& Capellam domus Pontificiæ con-
struxit, Ecclesiæ suæ ornamēta serica,
argentea, & deaurata, miro artificio
contexta donauit; multa contra Do-
1463. minicanos mouit & scripsit an. 1463.
thecam auream quâ reconduntur rel-
liquiæ S. Petri contulit Ecclesiæ. Pro-
bat verò fundationem Capituli S. D
Ferreoli 1472. & 24. April. ordinauit
statuta inter Decanum & Canonicos
eiusdem Capituli, anniuersarium item
sibi in basilicâ Autissiodorensi funda-
uit cùm amplissimo censu, codicillis
testamenti, datis Varziaci, vbi mori-
1473 tur 16. Februarij 1473. ibidem iacet
in Ecclesiâ S. Eugeniæ in quâ multas
fundationes fecit. Hic autē vendidit
palatium Episcoporum Autissiodo-
rensium in Vniuersitate Parisiensi,
pro bono & commodo Ecclesiæ suæ,

vnde lis exorta inter Petrum de Broc
modernum Episcopum, & Renatum
de Longolio Dominum de Maisons,
in Senatu nunc Præsidem infulatum.

90. ENGVERRANVS SVGNART SVGNARD.
Doctor Theologus, religione Domi- L'azu au
nicanus, è Condato in Neustriâ oriū cygne d'ar-
dus, ac Caroli Ducis Burgundiæ à gent.
Confessionibus, Antistes renuncia-
tur 21 Martij 1473. ex actis MS Capi- 1473.
tuli; fuit & Episcopus Salubriensis:
cuius epitaphium prostat legentibus
apud Prædicatores Lutetiæ, in naui
Ecclesiæ secus altare Diuæ Mariæ de
Compassione. *Hic iacet Reuerendus
in Christo Pater & Dominus, frater* IN-
GVERRANDVS SVGNART, *de
Conuentu Cadomensi, Doctor in Theo-
logiâ & Episcopus Antissiodorensis, atque
Confessor illustrissimi Principis Caroli
Burgundiæ Ducis: obiit anno Domini
1485. die XXII. mensis Martij, cuius ani-
ma in pace requiescat. Amen.*

91. IOANNES BAILLET VI. BAILLET.
ex Senatore Parisiensi, Ioannis do- D'azur a la
mini de Sceaux libellorum Suppli- bande de
cum in Regiâ Magistri, ex Nicoleâ gueulle ac-
de Fresnes matre genitus, Theobaldi compagnee
Bailleti in supremâ Parisiorum Curiâ de 2 dra-
Præsidis germanus, consecratur Se- gons d'or.
nonis à Tristando Salazario Metro-
politâ 3. Septembr. 1478. ex resigna- 1478.
tione antecessoris Enguerrani, reci-
pitur die 15. eiusdem mensis, adfuit-
que exequiis Regis Caroli, 8. an. 1498.
benedixit Ecclesiam Clarissarum de
Giemo 27. August. anno 1503. fatis
eripitur an. 1513. 10. Nouembr. hu-
matus in Capellâ S. Alexandri ad Ca-
thedralem.

92. FRANCISCVS DE DIN- DINTE-
TEVILLE I. Abbas Arremarensis, VILLE.
ex nobilibus de Dintauillâ toparchis
Polisiaci in Campaniâ, Claudij &
Ioannæ de la Baume filius, germa-
nos iste habuit quamplures, Ludo-
uicum S. Benigni, Claudium Firmi-
tatis, Guillelmum Arremarensem
Abbates, Iacobum dynastam de
Commatien, Ioannem Calatrauæ,
ac Petrum Rhodiensem Equites,
Gaucherium Polisiaci, Guiotum to-
parcham d'Eschenetz, Iacobum
Domnimartini dominum: ex Episco-
po Sistaricensi admissus est Autissio-
dori 1514. die 15. Decemb. interest 1514.

synodo prouinciæ Senonensis Lutetiæ habitæ 1528. ab Antonio de Pra-
1530. to Archiepiscopo: mortuus an. ætat. 66. die Veneris Apr. penultimâ 1530.

DINTEVILLE. De fable à 2. lions passans d'or: escartelé d'azur à la croix d'or cantonnée de 20. billettes de mesme:

93. FRANCISCVS DE DINTEVILLE II. Abbas Cellæ Trecensis, Arremarensis, & Deruensis, Thesaurarius S. Hilarij Pictauiensis, nepos Francisci superioris, Gaucherij verò Bailliui Trecensis, Equitis Torquari, Regis Francisci I. filij moderandæ iuuentuti præfecti, & Annæ Plesseæ filius, ex Decano Autissiodorensi Episcopus Regiensis, hanc autem Ecclesiam solemniter ingressus
1533. 4. Maij 1533. cùm Româ rediret Legatus eiusdem Francisci ad Clementem 7. qui Pontifex in litteris ad Regem ait, „ se cognouisse ipsum Oratorem „ semper insigni fide, & deuotione „ erga suam Maiestatem flagrasse: cuius Legationis Commentarios Nicolaus Camuzatus publico dedit: eóque munere fungens, absentis vice diœcesim suam Autissiodorensem vi-
1552. sitauit Philibertus de Belloioco Episcopus Bethleemitanus: statuta edidit Synodalia 1552. câstrum Regennæ in solo Ecclesiæ suæ eleganti opere construxit, & propriis manibus ibi villas Episcopales penicillo depinxit: vitam finiuit die 5. Cal. Oct. an. 1554.

LENONCOVR. D'argent à la croix engreslée de gueulle.

94. ROBERTVS DE LENONCOVR. II. Cardinalis, Arelatensis etiam fuit Archiepiscopus, & Metensis Pontifex, Abbas Barbelli, Prior Charitatis, vir magni ingenij & prudentiæ insignis, postquam vacasset Sedes vsque
1557. ad annum 1557. die 11. Aug. salutatus est apud Regennas à delegatis Capituli, & 17. Septemb. eiusdem anni in Monasterio Charitatis, nondum tamen possessionem adeptus, imò nunquam ingressus est Ecclesiam solemni ritu: de eodem vide Arelatenses Archipræsules.

LENONCOVR.

95. PHILIPPVS DE LENONCOVR. II. Cardinalis S. Onuphrij, Abbas Reomensis, Resbacensis, Vngiaci, Priórque Charitatis, Equestris Militiæ S. Spiritus Præceptor, ex Catalaunensi Præsule Autissiodorensis, nepos
1560. ex fratre Roberti decessoris an. 1560. 8. Decemb. in possessionem inductus: is posteà deposito Episcopatu fit Cardinalis, ac tandem Remensis Archiepiscopus vbi de eo plura.

BABOV. Au 1. & 4. d'argent au bras vestu de gueulle, issant d'vn nuage d'azur tenant 3 brins de vesse au 2. & 3 de sinople au pal d'argent party de gueulle, au pal aussi d'argent.

96. PHILIBERTVS BABOV Cardinalis de la Bourdaisiere, tit. S. Anastasiæ, Philiberti domini de Burdesetiâ in Turonibus, Ærarij Generalis ex Mariâ Gaudin filius: qui cùm in Academiâ Parisiensi tyrocinium fecisset litterarum, Iacobi fratris, obitû Engolismensem Episcopatum assequutus, vnde ad Autissiodorensem traducitur ex resignatione Philippi Lenoncurij 1563. die 18. Iunij, posses- 1563.
sionem nanciscitur: sedem hanc rexit annis 7. in sanctiore Henrici 2. Consistorio Consiliarius, resque politicæ peritissimus Romam ad Paulum 4. Pont. missus est Orator, quâ quidem in functione tuendâ Henrico 2. & duobus Regibus successoribus, ipsisq; Pont. Paulo & Pio pergratus, strenuam operam nauauit; propterea cômendante Carolo IX apud Piũ Pont. propter eius virtutes 1561. Romæ inter Cardinales Presbyter allectus tit. S. Sixti, post quem S. Martini in Montibus, & sanctæ Anastasiæ aptauit, tandémque Romæ interiit 1570. conditus in Ecclesiâ S. Ludouici Gallorum, vbi hæc inscriptio iuxta maiorem ianuam.

DEO OPT. MAX.

PHILIBERTO BABOV, *Burdesio, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, trium Galliæ Regum Henrici 2. Francisci 2. & Caroli 9. apud Paulum IV. & Pium IV. Pont. Max. Legatione perpetuâ egregiè functo. Maria Gaudin mater, Philibertus & Fabritius nepotes posuerunt: vixit annos 57. obiit anno 1570. 7. Cal. Febr.* 157

AMIOT. D'azur au cheuron ... à 3. ... de ... 2 en chef ... vne en ... te.

97. IACOBVS AMIOT Magnus Eleemosynarius ac Bibliothecarius regius, Ordinis S. Spiritus Præceptor, patre Nicolao & Margaretâ de Amoribus matre Meloduni ad Sequanam, diœcesis Senonensis natus die 30. Octobris anni 1514. Ex auditore Iacobi Tusani, Petri Danesij, & Orontij Finæi Professorum Regiorum, ipsemet Linguarum Græcarum per decem annos Interpres in Academiâ Bituricensi, Margaretâ Francisci I. sorore Ducissâ Sabaudiæ & Biturigum extitit: inde in Italiam, Franciscum Turnonium Cardinalem, & Odetum Seluam Regium Oratorem apud Venetos sequutus est, qui Amiotũ ad Concilium Tridentinum miserunt anno 1551. vt Patribus congregatis Henrici 2. Regis literas offerret, ibi-

quæ liberam & luculentam orationem habuit aduersùs Hiſpanorum conclamationes, ac publicè conteſtatus eſt. Romam profectus, complurium hominum eruditorum conſuetudine & contubernio vſus eſt, reuersúſque in Galliam, commendatione eiuſdem Cardinalis Turnonij literatorum patroni, vt erat vir doctiſſimus, Regiis liberis (Carolo 9. & Henrico 3. poſteà Regibus) Præceptor datus eſt, qui tantum virum, & benemeritum ampliſſimis ſacerdotiis munificè honeſtarunt. Decanus enim fuit Aurelianenſis, Abbas Belloſanæ, & S. Cornelij Compendienſis, inde huius Eccleſiæ Autiſſiodorenſis Epiſcopus nomi-
1570. natus à Rege Carolo IX. circiter 1570. poſteà magnus Franciæ Eleemoſynarius, atque inter Præceptores Ordinis S Spiritus ab ipſo Rege Henrico 3. lectus, cùm primùm Ordo ille Equeſtris anno 1578. inſtitutus fuiſſet.
» Amiotus hic, inquit Thuanus lib. v. de » vitâ ſuâ, Pœmenicâ Longi, Heliodori » Ethiopicâ, Diodori Siculi hiſtorica, » ac poſtremò Plutarchum in linguam » noſtram Gallicam de Græcis verte- » rat, ſed hunc maiore elegantiâ quàm » fide, dum auribus noſtris placere, » quàm de ſenſus veritate laborare po- » tiùs exiſtimat: his rebus magnum ſibi » nomen conciliauerat, & cùm eodem » tempore, & Eleemoſynarij dignitas » Ioannis Venatoris Carrugij Ebroi- » cenſis Epiſcopi morte, & Academiæ » Pariſienſis cura, olim illuſtriſſimis » Cardinalibus Carolo à Lotharingiâ, » & poſteà Odeto Colinio Caſtellio- » neo demandata, quæ ſunt munia om- » nino diſtincta, vacaret, eæ coniun- » ctim Amioto attributæ ſunt; magno, » & impoſterũ pernicioſo errore, quòd » iam tum Belnenſem Thuanus mo- » nuit, & poſteà illuſtriſſimum Cardi- » nalem Iacobum Dauidium Perro- » num, qui Belnenſi in eâ dignitate ſuc- » ceſſit. Atque vt omnibus modis poſteritati prodeſſet Amiotus, teſtamento ſuo Gymnaſium curauit inſtruendum in ſuæ diœceſis ciuitate, vbi religio, morum probitas, bonarum artium ingenua diſciplina, non ære, ſed ſtudio atque induſtriâ compararentur. Interfuit verò cœtui Cleri
1573. Pariſienſi Generali 1573. & Carolo IX. morienti adſtitit an. 1574. Sedilia etiam, ſeu ſtalla Chori Eccleſiæ ſuæ eleganti opere fieri curauit.

A Tandem extinctus eſt anno 1593. 7. Februarij, non biennio antè vt quidam ſcripſêre, cùm ætatis annum ageret 79. ſepulchro conditus ante maius altare ſuæ Cathedralis: *Apud nos*, ait Thuanus in Hiſt. *deceſſit ſexagenario maior Iacobus Amiotus, humili loco Meloduni patre lanio natus, ob magnam eruditionem Caroli IX. & Henrici 3. pueritiæ erudiendæ appoſitus, & ab iiſdem admodum opimis ſacerdotiis ditatus, ac Epiſcopatu Autiſſiodorenſium,* B *& magni Eleemoſynarij dignitate ornatus, qui ſeu ſenij infirmitate, ſiue muneris neceſſitate, cùm ad gregem ſuum aſſiduus eſſet, Autiſſiodorenſium furori, vt tunc tempora erant, morigerum ſe nimis geſſiſſe, nec ſatis grato animo memoriam tot beneficiorum ab alumnis acceptorum conſeruaſſe pleriſque viſus eſt. Huic Heliodori Æthiopica, & Longi Pœmenica, vernaculâ linguâ fœliciſſimè expreſſa debemus, quanquam ſuppreſſo interpretis nomine edita ſunt. His præludiis periculum ingenij fecit, quòd in maiorum vigiliarum operibus poſteà exercuit, Diodoro, ac præcipuè Plutarcho, licet maiore ple-* C *rùmque elegantiâ, quàm fide Gallicè redditis.* Nec reticere poſſumus elogium quo Scæuola Sanmarthanus eius memoriæ parentauit his verbis: Quid poterat Amioto, ſingulari doctrinâ viro, « Meloduni ad Sequanam honeſtâ familiâ nato, maius, aut fortunatius « contingere, quàm è tot, tantíſque « viris, quibus eruditum ſæculum affluebat, vnum aſciſci, qui Regios « liberos omnis Europæ nobiliſſimos « pueros, & ipſi iam tum Imperio deſtinatos erudiret: Cùm enim ingrati « animi vitium in generoſas illas, & « excelſas mentes cadere non poſſet, « nunquam poſteà tanti officij non « D memores extitêre? Nam vt quiſque « ſuo tempore ad regium ſolium euectus eſt, Præceptorem benemeritum « & humaniſſimè ſemper excepit, & « ampliſſimis ſacerdotiis honeſtauit. « Qui & ipſe viciſſim ne ingratus haberetur, in hoc totus incubuit, vt « ſcriptis ſuis, ac præſertim Plutarcho « in ſermonem Gallicum ſplendidiſſimè tranſlato, vernaculam Principum « ſuorum linguam, quæ non poſtremum Imperij decus meritò cenſetur, « ad ſupremum puritatis & facundiæ « faſtigium perduceret; non minori « fortaſſe gloriâ, quàm ſi vltimos ipſius « regni fines virtute bellicâ propagaſ- «

» ſet. Vel ob id quoque longæ poſte-
» ritatis memoriâ ſanè digniſſimus,
» quòd & ad Concilium Tridentinum
» Regi, nomini que Gallico non ſatis
» amicum delegatus Orator, liberâ,
» & luculentâ oratione habitâ, opti-
» mum ſe ciuem, & regiæ dignitatis
» apprimè ſtudioſum oſtenderit. Vixit
» ad exactam ſenectutem alumnis ſuis
» præpoſtero fatorum ordine ſuperſtes,
» trienniόque poſt Henricum 3. dete-
» ſtabili parricidarum coitione ſubla-
» tum, è viuis exceſſit.

DONADIEV. D'azur à vn poing d'or, ſouſtenant vn cœur de meſme accompagné de .. eſtoiles auſſi d'or en chef.

98. FRANCISCVS DE DONADIEV II. ex Comite Conſiſtoriano, Franciſci S.Papuli Epiſcopi, & Petri Donadæi Puchairici, vrbis, arciſque Andinæ Præfecti germanus, à Rege Henrico Magno nominatus, conſecratur 1. Auguſti 1599 interſuit Comitiis Pariſienſibus 1614. cuius tempore Capucini fundantur Autiſſiodori 1606. & Conadæ ad Ligerim inſtituuntur Auguſtiniani Communitatis Bituricenſis 1616. ſtatuta ſynodalia promulgauit 1622. feriâ 4. poſt Paſcha; cui Nicolaus Camuzatus Canonicus Trecenſis dicat Chronicon Roberti monachi S. Mariani apud Altiſſiodorum, quod ſæpè citauimus. Permutatione autem factâ cùm Ægidio de Souurè, tranſlatus eſt Franciſcus ad Eccleſiam Conue-
1599.
1614. nenſem anno 1624. vbi octogenario maior deceſſit 1641.

SOVVRE'. D'azur à 5. bandes ou cottices d'or.

99. ÆGIDIVS DE SOVVRE' Abbas S. Florentij in Andibus, & S. Carileſi, Theſaurarius ſacræ Capellæ Palatij Pariſienſis: Ægidij Souræi toparchæ, Marchionis de Courtenvau, Equitis Torquati, Franciæ Mareſcalli, ac Turonum Proregis, ex Franciſcâ de Bailleul de Renouart filius. Conuenenſis anteà Epiſcopus anno 1624. ſcripſit Paraphraſes in Epiſtolas Pauli ad Hebræos: deceſſit Pariſus in ædibus Theſaurariæ, ſepultúſque in Choro Eccleſiæ Autiſſiodorenſis cùm hoc epitaphio:

Ægidius iſto conditus ſaxo iacet
Souuræus, huius Pontifex Eccleſiæ,
Scientiarum gloriâ clariſſimus,
Necnon vetuſtâ nobilis proſapiâ.
Vtrentis aut flore qui primo vigens,
Seueritate vixit antiquâ grauis,
Prudentiaque laude ſic carus fuit

Regi, gregique, debito vt cari nihil
Honore Regis demeret oneri gregis.
Virtute partos rebus ornantem nouis,
Piiſque honores, Parca nobis inuidens
Regi, gregique, & omnibus longum bonis
Pareret dolorem, ſi periret integre
Lex caſta vitæ, fama conſtans, ignea
Vis alta mentis, & ſeuera comitas,
Et Chriſtianus ille virtutum chorus,
Iniuſta tanto iuſta qui ſoluit viro.
Vixit an. plus minus XXXV. *Sedit ordine* IC. *an.* V *obiit an. Sal. hum.* MDCXXXI. 1631.
XIII. *Cal. Octob. Andreas Percheron Doctor Theologus Pariſienſis, optimi Præſulis beneficio, Archidiaconus maior, & Canonicus Autiſſiodorenſis B. M. P.*

SEGVIER. D'azur au cheu.. accompagné de 2. e... d'or en .. & d'vn mou.. ton paſſant d'argent en pointe.

100. DOMINICVS SEGVIER ex Decano Pariſienſi, primus Regis Eleemoſynarius, frater Petri Franciæ Cancellarij, ad hanc ſedem vocatus 1631. conſecratur Dominicâ 18.
1632. Ianuarij 1632. apud Carmelitanas Pariſus à Ioanne Franciſco Gondio Archiepiſcopo, Cabilonenſi & Aurelianenſi Epiſcopis aſſiſtentibus, intereſt Comitiis Cleri Lutetiæ 1635. inde tranſlatus ad Pontificatum Meldenſem, vbi de eo plura.

DE BR... Fa... 2. & 4. ... ble à la de fuzelle de 9. d'arg... 2. & ... de Montmorency

101. PETRVS DE BROC IX. ex Abbate S. Mariæ Fontenellenſis, Ord. B. Auguſtini, de Reſſonio Ordinis Præmonſtratenſis, Omnium Sanctorum Andegauenſium item Archimandrita, filius Franciſci de Broc Baronis de ſaint Mars de la Pile apud Turonenſes, & de Lezardiere, ac Franciſcæ de Montmorency de Foſſeux; ex Agente generali Cleri Gallicani Antiſtes Autiſſiodorenſis, conſecratur Lutetiæ in Eccleſiâ Collegij Ciſtercienſis Bernardinorum die 4. Maij anno 1640. à Leonorio d'Eſtampes Carnotenſi, Dominico Seguier Meldenſi, & Leonorio de Matignon Conſtantienſi Epiſcopis; menſe Aprili ſequenti vrbem ſolemniter ingreſſus, Comitiis Cleri Meduntæ ad Sequanam habitis 1641. & Pariſienſibus 1650. interfuit. 1640.

PRÆPOSITI ECCLESIÆ AVTISSIODORENSIS.

ECCLESIA Autissiodorensis in temporalibus per Præpositos ab initio gubernata, eorum etiam importunam dominationem sensit, de cuius iugo excutiendo sæpiùs agitatum, sed maximè Roberto sedente: quo immaturâ morte sublato anno B
1092. Domini MXCII. Humbaudus eius successor suorum honori, & vtilitati consulens, inuidiosam Præposituræ dignitatem Vlgerio nepoti dedit. Verùm Hugone II. in id opus seriò incumbente anno 1136. Præposituræ munus S. Stephano oblatum in perpetuum sublatum fuisset, ni successor eius Hugo 3 eam dignitatem, probante primùm, sed mox improbante S. Bernardo, nepoti contulisset. Demùm Guidonis ad Senonensis Eccle-
1177. siæ regimen electione anno 1177. Præpositura Capitulari mensæ annexa fuit, quo anno cœperit incertum. C Præpositorum autem & Decanorum sequentium seriem ex MSS. eiusdem Ecclesiæ, & aduersariis Patris Georgij Viole Monachi Benedictini Congregationis S Mauri, communicauit Petrus le Venier Autissiodorensis Pœnitentiarius, qui in concinnando catalogo Episcoporum quibusdam mendis expurgato, nos iuuit. Præpositi ante annum 1060. sunt hi.

1. *Ermembertus* 1.

2. *Vualdericus*.

3. *Dauid*.

4. *Ermembertus* 2.

5. *Ermenfridus*.

6. *Stephanus* 1.

7. *Robertus*.

8. *Ademarus*.

9. *Ingeloldus*.

10. *Stephanus* 2. hic piâ vitâ & literis eximius fuisse dicitur.

A 11. *Hugo* 1. Godefridi Episcopi Autissiodorensis nepos, à quo Presbyter ordinatus circa an. 1061. quo sedere cœpit, vitæ piæ, & austeræ: posteà meritis suffragantibus Niuernensis Episcopus anno 1074. electus 1074.
retentâ Præpositurâ, nam anno 1076. cartæ fundationis Collegiatæ Clameciacensis subscripsit, & morienti patruo affuit.

12. *Hugo* 2. Hierosolymam profectus, ibique Godefrido Buillionio regnante mortuus circa an. 1099. 1099.

B 13. *Vlgerius*, siue *Ilgerius* genere Autissiodorensis, Humbaudi Episcopi nepos ab anno 1099. ad 1114. quo electus patrui successor, sed Paschali II. Hugoni etiam electo fauente vltrò cessit, relicto posteà sæculo, abdicatâ Præpositurâ, monasticæ vitæ quietem elegit anno 1136. multa Ec- 1136.
clesiæ Autissiodorensi contulit argentea vasa, vestes sacras, & ingenti sumptu ianuas Ecclesiæ Autissiodorensis ædificandas curauit.

14. *Hermes*: hic fortè iuuenis, cui Hugo 3. auunculus vicinâ morte aliquantum stupidus, & turbatus, C Stephano Canonico apud eum gratioso suggerente, & sollicitante Præposituram contulit, contra quem S. Bernardus epist. 274. scripsit, pœnitentiâ ductus, quòd approbasset iudicium amici super collatâ, & malè collocatâ ab eo Præpositurâ, cartæ Conadensi anno 1157. sub Alano sub- 1157.
scripsit.

15. *Guido de Noyers*, Milonis filius, patruus Hugonis posteà Episcopi Autissiodorensis, cuius electione ad sedem Senonensem anno 1177. tandem 1177.
D aliquando extinctum Præposituræ munus.

DECANI ECCLESIÆ AVTISSIODORENSIS.

DECANI Præpositis regnantibus infirma auctoritas: his Capitulo vnitis creuit in immensum, iurisdictione quâ nunc excidit in omnes vrbis Sacerdotes occupatâ. Hac fretus anno 1224. protulit interdictum

vt Episcopo in ciuitate præsente, à diuinis in Ecclesiâ Autissiodorensi » cessaretur: vt patet ex lib. 2. Decre- » tal. titul. 28. de Appelat. c. 55. ele- » ctione Capituli, cuius iurisdictioni obnoxius est, confirmata ab Episcopo, cui conceptis verbis obsequium fidei præstat, instituitur. In choro vtitur peculiari veste, certis tamen diebus vsu definito, ex Senatusconsultis secundùm Philippum des Essarts anno 1415. & 1423. pronunciatis. Decani ab anno 1060. tales recensentur.

1. *Rosfridus.*

2. *Vualcharius.*

3. *Aigulphus.*

4. *Salomon.*

5. *Ingelbaldus.*

6. *Gauzo.*

7. *Visalis.*

8. *Acclenertus.*

9. *Agano.*

10. *Hugo* 1.

11. *Humbaudus* posteà Episcopus
1076. Autissiodorensis circa an. 1076.

12. *Frodo* an. 1100.

1123. 13. *Stephanus* 1123.

14. *Goscelinus* 1133. & 1137. in cartâ Hugonis Episcopi de monialibus de Crisenon.

15. *Milo* 1144.

16. *Guillelmus* 1. quo præsente Alanus Episcopus Præpositurae munus Capitulo communicat post discessum
1166. Guidonis Præpositi circa an. 1166.

17. *Hugo de Nuceriis* 2. posteà Episcopus Autissiodorensis 1183.

18. *Herueus* 1196.

19. *Guillelmus de Segnelcio* 2. posteà Episcopus Autissiodorensis electus
1207. absens 1207.

20. *Regnaudus* 1. contra Albigenses profectus moritur 1209.

21. *Regnaudus* 2. 1212.

A 22. *Guillelmus* 3. 1221. 1221.

23. *Robertus* 1222.

24. *Briccius* 1223.

25. *Milo* 2. 1228. 1238.

26. *Guillelmus Torti* 4. 1238.

27. *Reginaldus de Sienelé* post Episcopus Autissiodorensis 1244.

28. *Guido de Mello*, Concilio Remensi ab Innocentio IV. conuocato interfuit anno 1245. post Episcopus
B Autissiodorensis anno 1247. 1247.

29. *Herbertus*, Guidoni minorem Archidiaconum instituenti consensit anno 1249. obiit 7. Calend. Augusti
1259. iacet apud Cartusianos de Bel- 1259.
Ary diœcesis Autissiodorensis, quos difficillimis temporibus facultatibus suis fouerat.

30. *Bernardus de la Bruile*, iacet in Capitulo Dominicanorum Autissiodorensium cùm hoc epitaphio è Gallico Latinè redditum. *Hic iacet Bernardus de la Bruile dominus de Lois, Decanus Autissiodorensis, qui obiit anno*
C *Incarnati Verbi* 1261. 1261.

31. *Godefridus* 1. 1265.

32. *Erardus de Lesigniis* post Episcopus Autissiodorensis 1268.

33. *Hugo de Sulliaco* 2. in possessionem missus iurisdictionis ab Erardo de Lesigniis annuli traditione anno
1276. interiit 6. Decemb. 1289. & ia- 1289.
cet in S. Germani Chori aditu.

34. *Gaufridus* 2. interfuit sacramento quod Petro de Mornaio solemni ritu præstitit Ludouicus Comes Niuernensis anno 1296. & cùm ipse Pe-
D trus sacrum funebre fundauit anno 1302.

35. *Guillelmus Catini* 4. 1313. 1313.

36. *Ioannes de Meloduno* Subdiaconus tempore Philippi Longi Francorum Regis 1318.

37. *Droco Iordani* in Necrologio Cartusianorum de Basse-ville in diœcesi Autissiodorensi an. 1329. notatur 1329.
obiisse 25. Septemb.

38. *Ioannes Germani*, post Episco-

pus Cabilonensis, deinde Autissio- A
1361. dorensis vbi obiit anno 1362.

39. *Ioannes Mercator* tempore vrbis ab Anglis captæ 13. Martij anno 1358. vixit ad 1379.

40. *Petrus de Chissy* 1. primò Archidiaconus minor, deinde Decanus, excepit venientem Michaelem de Creneyo Dominicâ 5. Iunij anni
1401. 1401. ex illustri Burgundiæ familiâ
originem duxit, ætate ac laboribus
fractus, Præsidentem eligi passus est
Reginaldum de Fontanis posteà Epis- B
copum Suessionensem, qui Canonicus tantùm Autissiodorensis cùm singulari prudentiâ, eximiæque doctrinæ laude floreret, missus est à prouinciâ Senonensi ad Concilium Con-
1411. stantiense, vixit Petrus ad an. 1411.

41. *Petrus Micheau* 2. 1413.

42. *Hugo des Noes* 1426.

43. *Petrus de Longolio* 3. post Episcopus Autissiodorensis an 1449.

44. *Ludouicus Raguier* posteà E-
1450. piscopus Trecensis 1450. C

45. *Thomas de la Pelotte* Archidiaconus Stampensis in Ecclesiâ Senonensi, delectus pro limitibus Comitatûs Autissiodor. ad Ioannem Burgundiæ Ducem an. 1452. præfuit Capitulo quo nunciata mors Petri de
1473. Longolio 1473. hic cùm violentas
manus in presbyterum iniecisset, absolutionem à Capitulo petiit 1473.

46. *Guillelmus Arbaleste* 5. vixit ad an. 1502.

1510. 47. *Laurentius le Routier* Ioanni
Baillet præstat sacramentum 1510.

48 *Guillelmus de Pruneto* 6. D

49. *Ioannes Sauliot* Iuris vtriúsque Licentiatus, Conadæ ad Ligerim na-
1513. tus: Decanus an. 1513.

50. *Franciscus de Dinteuille* 1. post Episcopus Autissiodor. 1530.

51. *Florentius de la Barre* Iuris vtriúsque Licentiatus 1554.

52. *Franciscus de la Barre* 2. prolatis literis Apostolicis, non contradicente Petro du Broc electo Decano, possessionem adeptus est 17. Aprilis
1556. vixit ad annum 1587. 1587.

53. *Sebastianus le Royer* an. 1590.

54. *Guillelmus de Rigny* an. 1595. receptus, obiit 1610. iacet in sacello S. Georgij cum hoc epitaphio. GVILLELMO DE RIGNY *Barro-sequano, Decano & Canonico Autissiodorensi, cuius egregiam administrationem difficillimis temporibus Ecclesiæ duæ, & hæc S. Stephani Cathedralis, & S. Germani Abbatialis sensere, qui anno ætatis 54. pridie Nonas Nouembr. anno Domini*
MDCX. *decedens, omnibus desiderium* 1610.
sui & exemplum reliquit. Edmundus de Rigny Canonicus Autissiodorensis patruo carissimo B. M. P. Anno Domini MDCL.

55. *Erardus de Rochefort* Abbas Vezeliacensis, sanguine nobilis fidei obsequium præstat 3. Nouembr. anno 1618. adfuit Cœtui Cleri Burdegalensi 1621.

56. *Franciscus de Lauson* 3. Abbas S. Leonardi prope Rupellam, & Regi ab Eleemosynis, receptus an. 1622.
obiit Crebanni 21. Nouemb. an. 1627. 1627.

57. *Claudius le Muet* Archidiaconus maior & Decanus Vezeliacensis electus 13. Decembr. 1627. cui succedit.

58. *Edmundus Amiot* Doctor Sorbonicus, cessione Claudij Seguenot
non adeptâ licet possessione, rece- 1632.
ptus 19. Octob. 1632.

59. *Ioannes Foudriat* superioris resignatione, per permutationem Decanatum gerit ab anno 1650. 15. Iulij 1650.
receptus.

BAIOCENSES EPISCOPI.

BAIOCÆ, regionis circumuicinæ Baiocassioæ caput, leucâ & dimidiâ distant ab Oceano, alluitur ad Orientem fluuio Aurâ: Baiocasses Cæsari & Ausonio, ciuitas Baiocassium in Notitiis Prouinciarum Galliæ, cuius populi

BAYEVX: en basse Normãdie, sur Aure

Baiocassini apud Greg. Turon. lib. 5. A c. 27. Episcopatu illustratur sub Metropoli Rotomagensi & Parlamento. Templum maius Virgini Deiparæ dicatum, structurâ, tectisque magnificis, ac duabus turribus maioribus eminet; in eo deseruiunt quinquaginta Canonici, inter quos Dignitatem primariam gerit Decanus. Baiocassini tractus fertilis & amœni, oppida sunt Falesia, vbi castrum munitissimum, Viria sedes Regia Prætorij Cadomensis, Moretonium Comitatu nobile, Condatum, & alia: in cuius diœcesi præter 211. parochiales Ecclesias in quatuor Archidiaco- B natibus, & sexdecim Decanatibus, hæ reperiuntur Abbatiæ:

S. STEPHANI DE CADOMO O B. *S. Estienne de Caen.*

TROARNI *Troüart* O B.

CIRISIACI *Cerisy* O B.

FONTANETI *Fontenay* O B.

DE LONGIS *Longues* O B.

S. TRINITATIS CADOMI. *fœminarum.* O B. *La Trinité de Caen.*

C CORDILIONIS *fœm. Cordillon* O B.

VALLIS *du Val* O A.

ALNETI *Aulnay* O C.

BARBERII *Barbery* O C.

TORIGNIACI *Torigny* O C.

VALLISRICHERII O C. *Valricher.*

ARDENNÆ *Ardeine* O P.

D BELLÆSTELLÆ *Belleestoile* O P.

Episcoporum series sequens est, ex diuersis tabulis, monumentisque eruta, quam tamen Baiocensis Ecclesiæ cartophilacia haud subministrarunt, & nisi cartularia & Historici nos iuuissent, pauci qui in eâ Cathedrâ floruêre Antistites & in vulgatis catalogis hactenus mendosis recensentur, in lucem prodiissent.

1. S. EXVPERIVS.

2. S. RENOBERTVS 17. Calend. Iunij in veteri legendâ Exuperij discipulus legitur.

3. S. RVFINIANVS.

4. S. LVPVS à Siluestro Antistite Rotomagensi consecratus, scripsit vitam Renoberti decessoris, perueníque ad an. Christi 465. vt patet ex 465. eius vitâ.

5. S. PATRICIVS, in codice Thuano successor Lupi.

6. S. MANVEVS ciuis & Episcopus Baiocensis, de quo Breuiarium Baiocense.

7. S. CONTESSVS memoratur in vitâ Manuei decessoris.

8. S. VIGOR de quo Baronius, Surius, Molanus, Galesinius, habet in suâ diœcesi Abbatiam, & Prioratum.

9. LEVCADIVS subscripsit Concilio Aurelianensi 3. an. 538. quarto 538. 541. per Theodorum Presbyterum, & 5. 549.

10. LEVDOVALDVS sub Guntramno Rege, cuius interuentu Baddo criminis læsæ maiestatis accusatus, è custodiâ liberatus est, apud Greg. Turon. lib. 9. cap. 13.

11. GERETRANNVS.

12. RAGNEBERTVS in Synodo Remensi sub Sonnatio anno 630. 630. qui à nonnullis confunditur cùm S. Renoberto.

13. GEREBALDVS Concilio Rotomagensi interest anno 682. in 682. quo Monasterij Fontanellensis Priuilegium firmat: decessit die octauo post festum S. Andreæ: mentio huius extat quoque in vitâ S. Ansberti.

14. FRAMBOLDVS.

15. S. HVGO I. Abbas Fontanellæ & Gemmetici, Drogone Duce Campaniensi ex Adaltrude procreatus, inde Archiepiscopus Rotomagensis, vbi de illo plura.

16. THIORVS ex Clerico Regio 809. 809.

17. CAREVILTVS anno 835. nominatur

nominatur in cartulario Ferrariensi A sionensi 3. 866. & priuilegio Sollem- 866.
cùm Aldrico Senonensi Archiepisc. niacensis Monasterij eodem anno; Tricassino 867. ac Pontigonensi 876.

18. BALTFRIDUS, seu VUALTFRIDUS, in Concilio Parisiensi an.
846. 846. signum apposuit priuilegio Corbeiensis monasterij, canonibus Turonensis 4. Synodi 849. Suessionensis 2. 853. Vermeriensis 2. eodem anno: occisus est eruptione factâ in Neustriam à barbaris, de hoc enim sic Annales Francorum Berriniani sub an. 859. *Sed & anno præterito Baltfridum Baiocassium Episcopum necauerant.* Dani scilicet in Sequanâ morantes.

19. TORTOLDUS Diaconus, Vuenilonis Archiepiscopi Senonensis propinquus, eius gratiâ Episcopatu Baiocassino à Rege Ludouico donatur, de quo inter alia questi sunt Pa-
859. tres Concilij ad Saponarias an. 859. can. IV. *Peruentum est ante Conuentum Episcoporum, quemdam Diaconum cui Tortoldus nomen est, Episcopalem potestatem in vrbe Baiocacensium occupasse, & pollicitationibus atque minis sollicitare multos, ac perturbare. Vnde definiuit sancta Synodus, vt Vuenilo Senonum Archiepiscopus, cuius Diaconus fuit, adiunctis secum tribus aliis, memoratum Diaconum euocatum audiant, & secundùm auctoritatem Canonicam de eo definiant. Si autem refugerit eorum cognitionem, annitente principali potestate venire ad audientiam compellatur: quod si hanc quoque declinauerit, anathemate feriatur.* In libello autem proclamationis Caroli Calui Regis c. XII. *Vuenilo apud fratrem meum Ludouicum obtinuit, vt vacans Episcopatus Baiocacensis scilicet ciuitatis, propinquo suo, Clerico meo nomine Tortoldo, qui mihi se commendauit & fidelitatem sacramento promisit, donaretur, qui eumdem Episcopatum in meâ infidelitate, & contra fidelitatem mihi promissam, consensu Ludouici fratris mei accepit.* Synodus autem indices Tortoldo dedit, quorum sententiâ eiectus videtur fuisse, cùm in synodo Tusiacensi anno post hunc proximè celebratâ, Baiocacensium Episcopus interfuisse dicatur non Tortoldus, sed Erchambertus, vt differit Sirmondus in doctissimis Notis ad Capit. Caroli Calui.

20. ERCHAMBERTUS, vel ERKAMBERTUS, subscripsit Concilio apud Sa-
860. ponarias an. 859. Tuciacensi 860. Suessionensi 3. 866. & priuilegio Sollemniacensis Monasterij eodem anno; Tricassino 867. ac Pontigonensi 876.

21. HEINRICUS I. Ecclesiæ Baiocensi præfuit circa an. 927. in Chron. Normanniæ; qui Ricardum I. filium Vuillelmi I. Longæ Spathæ Ducis Normanniæ baptizauit. Dudo Sancti Quintini Decanus, de moribus & 927.
Actis Norman. l. 3. *Reuertenti*, inquit, *Vuillelmo de prælio occurrit ei miles quidam ex Fiscanno, nuntians quod esset ei filius ex coniuge dilectissimâ natus. Lætus itaque peracto prælio, lætissimúsq; filio, misit Heiricum Baiocacensis Ecclesiæ Episcopum, omnium quippe Præsulum sanctissimum, & Bothonem cunctorum militum præcellentissimum, sacri baptismatis rore, oleo, & chrismate renasci, & innouari filium:* & aliquantò post eodem libro subiungit Dudo: Qui huius expeditionis mandato hilaris, mœniáq, Fiscannia præpete equitatu aggredientes, à Clero populóque suscepti sunt, monasticis rebus præparatis reuerenter. Sequenti námque die totius Clero prouinciæ, populóque sexus vtriúsque, prænati pusionis baptismatis gratulatione vndique secus adueniente, mysticæ ablutionis benedicto fonte ab Henrico reuerentissimo Baiocacensi Præsule, cùm cæteris Episcopis illius terræ, regeneratum salutiferâ trinæ immersionis inundatione, sacríque chrismatis insignitum nectare, Deificæque Trinitatis nomine, veterrimi hominis dempto squalore, prædictus Præsul cùm Bothone Comite suscepit puerum Richardum nomine, de sancti lauacri purificatione. His verò cùm magnâ reuerentiâ peractis, Cleróque Deum collaudante super Duce nato, regredientibus populorum turmis, Præsul cùm Bothone renunciauit de puero quæ gesta sunt Vuillelmo Duci.

22. RICARDUS I. successor Henrici: hunc restituimus ex actis translationis S. Audoëni sub Ricardo I. Duce

23. RADULFUS ex Baiocassinæ Ecclesiæ monumētis sedisse memoratur.

24. HUGO DE BAYEUX, II. Radulfi BAYEUX.
Comitis filius, frater Ioannis Abrincensis Episcopi, qui postea secundus eo nomine Rotomagensis Archiepiscopus fuit, ex genere Ducum Normanniæ ortum ducebat, floruit 1027. mentio 1027.

fit illius apud Vuillelmum Gemmeticensem lib. 5. c. 5. cùm dicit castrum de Ibreio inuadere voluisse aduersùs Ducem Robertum: de quo Ordericus loquens lib. 7. hæc est turris famosa, ingens, & munitissima, quam Albereda vxor Baiocensis Comitis construxit, & Hugo Baiocensis Episcopus frater Ioannis Rotomagensis Archiepiscopi contra Duces Normannorum multo tempore tenuit: nomi-
1049. natur in Cõcilio Remensi ad an. 1049. sub Leone IX. sub finem Pontificatus Hugonis corpora beatorum Martyrũ Rauenni & Rasiphi fratrum reuelata sunt, & translata Baiocas, & in Ecclesiâ S. Mariȩ collocata, quam idem Hugo tunc construebat, vt testatur Bernardus eiusdem Ecclesiæ, (vt videtur) Canonicus, in Historiâ huius translationis, quàm Baiocensibus Canonicis & omni Clero dedicauit.

25. ODO I. frater vterinus Guillelmi II. Ducis Normanniæ, Regis Angliæ, cognomento Conquæstoris, filius Herluini de Contauillâ, ex Herleuâ concubinâ Roberti Ducis matre ipsius Guillelmi, fratrem habuit Robertum Comitem Moritolij, sororem verò Comitissam de Albamarlâ: cuius promotionem ad Episcopatum Baiocensem declarat his verbis Villelmus Gemmeticensis lib. 7. c. 17. *Circa hæc tempora Hugo filius Rodulfi Comitis, Baiocensis Episcopus obiit: & Dux prædictus Episcopatum Odoni fratri suo commendauit. Præfatus autem Odo vt Præsul consecratus fuit, Pontificalem Ecclesiam in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ nouam auxit, auctoque Clericorum numero peritorum, & multis ornamentis mirabiliter ditauit: ipse verò ferè 50 annis in Episcopatu vixit.* Vuillelmum Ducem in expeditione Anglicanâ contra Heraldum Regem sequutus est, vt legitur in eius Gestis: aderant comitati è Normanniâ duo Pontifices, Odo Baiocensis, & Goisfredus Constantinus: vnà multus Clerus & monachi nonnulli; addunt deinde bellicâ etiam laude claruisse, quæ sub Episcopali pedo velabatur, vt cognoscere est. verbis istis, cùm idem Vuilelmus eũ in Angliâ præposuit Cantiæ regno: *Castrum Doueram Odoni fratri suo commisit, cùm adiacente orâ Australi, quæ nomine vetusto Cantium dicta, Galliam propiùs spectat, vnde & à minus feris hominibus incolitur, consueuerant enim merces cum Belgis mutare. Perhibetur etiam attestante paginâ vetustatis, maritimam hanc regionem à Gallis olim fuisse possessam, quibus eò transuectis, prædæ ac belli inferendi causâ agri fertiles placuere Odo ille Baiocarum Præsul cognitus fuerat talis, qui optimè negotia sustinere valeret Ecclesiastica, & secularia. Bonitatem eius & prudentiam primò testatur Ecclesia Baiocensis, quam ipse multo studio egregiè ordinauit, atque ornauit, iuuenis adhuc ætate, animi canitie senibus præferendus. Dein omni Normanniæ vtilis fuit ac decori. In synodis, vbi de Christi culturâ, in disceptationibus, vbi de seculi rebus agebatur, intelligentiâ pariter atque facundiâ eminuit. Liberalitate parem non habuit Gallia, ita opinio publica consensit. Nec minus æquitatis amore meruit laudem. Arma neque mouit vnquam, neque voluit moueri: valde tamen timendus armatis, bellum namque vtilissimo cõsilio, cùm necessitas postularet, iuuabat, quantùm potuit religione salua. Regi, cuius frater erat vterinus, quem tanto amplectebatur amore, vt nec inter arma vellet ab illo separari, à quo magnos acceperat, atque sperabat honores, vnicè, constantissiméque fidelis fuit. Libenter eidem obsequebantur, vt acceptissimo dominò, Normanni, atque Britanni: nec Angli adeò barbari fuerunt, quin facilè intelligerent hunc Præsulem, hunc Præfectum meritò timendum esse, venerandum quoque, ac diligendum.* Anglos autem sub imperio Guillelmi Ducis continuisse, laudatur in iisdem Actis quæ hæc tradunt: Intereà Baiocensis Præsul Odo, & Guillelmus Osberni filius, præfecturas in Regno vtérque suam laudabiliter administrabant: interdum simul agitantes, modo diuersi. Si quando necessitudo postulabat, festinam alter alteri ferebat opem. Per amicã, quâ sincerè, voluntatem, concordabant, ampliùs valuit prudens eorum vigilantia: mutuò sese, Regem æqualiter diligebant: affectu ardebant pari ad continendum in pace gentẽ Christianam, consilio alter alterius æquanimiter assentiebãtur. Æquitate vtebantur maximâ, vti Rex præmonuerat, quâ homines efferi & inimici corrigerentur, & beneuoli fierent. Item præfecti minores, vbi quisque in munitionibus locatus fuerat, strenuè curabant. Verùm Angli, neque beneficio, neque formidine satis coerceri poterant, vt quietem serenam quàm

» res nouas ac turbidas mallent. Con- A
» surgere palam in arma non confidunt,
» sed regionatim de prauis conspiratio-
» nibus tractant, si quibus fortè dolis
» præualeant ad nocendum. Ad Danos,
» vel aliò, vnde auxilium aliquod spe-
» rator, Legatos missitant. Vltrò in exi-
» lium aliqui profugiunt, quo extor-
» res vel à potestate Normannorum
» fiot liberi, vel aucti opibus alienis
» contra eos reuertantur. Huius præ-
tereà & aliorum Normaooiæ Præ-
sulum luculentum elogium habet
1066. Ordericus libr. 3. sub annum 1066.
*Eodem tempore Normannia præclarè vi-
gebat sapientibus Ecclesiarum Prælatis &* B
*Optimatibus. Nam sacer Maurilius ex
monacho Metropolitanus præsidebat Epis-
copus Cathedræ Rotomagensi, & Odo
Vuillelmi Ducis vterinus frater Baio-
censi: Hugo frater Rodberti Aucensis
Comitis Lexouiensi, & Vuillelmus Ebroi-
censi: Goisfredus Constantiniensi, &
Ioannes filius Radulfi Baiocarum Comi-
tis, Abrincatensi, atque Iuo Belles-
mensis Vuillelmi filius, Sagiensi. Omnes
hi pollebant & excellentiâ præclaræ gene-
rositatis, & claritudine religionis, mul-
timodaque probitatis.* Aliquantò etiam
1070. post lib. 4. sub ao. 1070. verba ista C
legere est: *Quid loquar de Odone Baio-
cassino Præsule, qui Consul Palatinus
erat, & vbique cunctis Angliæ habita-
toribus formidabilis erat, ac veluti secun-
dus Rex passim iura dabat? Principatum
super omnes Comites, & regni Optimates
habuit, & cùm thesauris antiquorum
Cantiam possedit, in quâ iamdudum
Edilbertus Irminrici filius, Eadbald, &
Ercombertus, & Egbert, atque Lothe-
rit frater eius regnauerunt: primique
Regum Anglorum à discipulis Gregorij
Papæ fidem Christi susceperunt, &
diuinæ legis obseruatione perennis vitæ
brauium mercati sunt. Permixta, ni fal-* D
*lor, in hoc viro vitia erant cùm virtuti-
bus, sed plus mundanis inhærebat actio-
nibus, quàm spiritualis theoriæ charisma-
tibus. Cœnobia Sanctorum valdè conquæ-
runtur, quòd multa eis Odo detrimenta
fecerit, & fundos sibi antiquitùs datos à
fidelibus Anglis, violenter & iniustè ab-
stulerit.*

Interfuit Conciliis Rotomagensi
1072. an. 1072. & Claromontano 1095. an-
teà verò 1077. dedicata fuerat maior
Ecclesia sub inuocatione Deiparæ
Virginis: adstitit pariter funeri Guil-
lelmi Regis Angliæ, sepulti Cadomi
in templo Sancti Stephani ab ipso
Guillelmo fundati; tum an. 1092. Ber- 1092.
tradam de Monteforti Philippo Regi
desponsauit, vt habet idem Ord. lib.
8. ac dono Regis pro infausto famu-
latu, Ecclesias Medanti oppidi ali-
quandiu habuit. Sanè vt appareat
qualis, quantúsque vir fuerit iste Odo
Baiocassinus, lubet hîc exscribere
locum Orderici lib. 7. vbi plura de
ipso memoriæ mandauit, cuius simul
animi dotes & nonnulla eius vitia
cogooscere est ex istius verbis: *Odo
Præsul Baiocensis, qui cùm fratre suo
Guillelmo Rege Normannis dominabatur
& Anglis, parui pendens potestates & di-
uitias regni Occidentalis, nisi iure Papa-
tus dominaretur latiùs, & omnibus terri-
genis; Romam misit, palatium sibi emit,
Senatores Quiritum magnis muneribus
datis, sibi amicitiâ copulauit, palatium-
que suum multis sumptibus, & superfluis
apparatibus exornauit. Hugonem Ce-
strensium Comitem, magnamque cohor-
tem præcipuorum militum asciuit, vt se-
cum in Italiam proficiscerentur, obsecra-
uit, & ingentia precibus promissa prodigus
addidit. Illi verò, quia Normanni leues,
& extera videre cupidi sunt, protinus præ-
sumptori Episcopo, cui Principatus Al-
bionis & Neustriæ non sufficiebat, assen-
serunt. Ingentes quoque fundos, quos in
occidui climatibus possidebant, deserere
decreuerunt: ac vt præfato Præsuli trans
Padum comitarentur, per fidem spopon-
derunt. Apparatum huiusmodi prudens
Rex Guillelmus edidicit, sed non appro-
bauit: regnóque suo, multisque aliis val-
dè nociturum æstimauit: vnde festinanter
in Angliam transfretauit, ac Odoni Epis-
copo cùm grandi pompâ nauigare in Nor-
manniam cupienti, ex insperato in insulâ
Vectâ obuiauit. Ibi nimirum congregatis
in aulâ Regali primoribus regni, Rex ita
loquutus est. Egregij Proceres, verba mea* “
diligenter audite, & salubre consilium mi- “
hi quæso tribuite. Antequàm transfretas- “
sem in Normanniam, regimen Angliæ “
fratri meo Baiocensi Episcopo commenda- “
ueram. In Normanniâ multi contra me “
surrexerunt, & vt ita dicam, inimici & “
forinseci me inuaserunt. Robertus filius “
meus, & tyrones quos enutriui, & quibus “
arma dedi, contra me rebellauerunt: In- “
tereà frater meus Angliam vehementer “
oppressit, & Ecclesias fundis & redditi- “
bus exspoliauit, ornamentis ab antecesso- “
ribus editis nudauit; militésque meos, qui “

contra Danos, & Hibernenses, & alios hostes mihi nimis infestos Angliam tutari debuerant, seduxit, & trans Alpes in extera regna, me contempto, pertrahere disposuit, &c. frater meus, cui totius regni tutelam commendaui, violenter opes diripuit, crudeliter pauperes oppressit: friuola spe milites mihi surripuit, totúmque Regnum iniustis exactionibus concutiens exagitauit. Quid inde agendum sit, cautè considerate, & mihi quæso insinuate. Cúmque omnes tantum virum timerent, & sententiam in illum proferre dubitarent, magnanimus Rex ait: *Hunc virum qui terram turbat, comprehendite, & ne in deterius præualeat, solerter custodite. Cúmque nullus in Episcopum auderet inicere manum, Rex ipse primus apprehendit eum. Ille autem reclamante: Clericus sum, & Minister Domini, non licet Pontificem damnare sine iudicio Papæ: prouidus Rex ait: Ego non Clericum, nec Antistitem damno, sed Comitem meum, quem meo vice mea præposui Regno, rationem commissæ villicationis audire volens comprehendo. Sic regia potestas præfatum Præsulem cœpit, in Normanniam deduci fecit, & in arce Rotomagensi incarcerauit, ibique inclusum quatuor annis, id est vsque ad finem vitæ suæ, diligenter custodiuit. Capite verò inquietudinis deiecto, militum motio conquieuit, ibique Regis prouidentia regnum suum intus & extra fortiter muniuit. Ecce in hoc homine palam completum videmus, quod in libro Martyrologiarum dicit Fulgentius: Qui plus quærit quàm licet, minus erit quàm est. Præsulatus Baiocensis & Comitatus Cantiæ ingentibus casis abundans, & per totam Angliam atque Normanniam regia potestas cùm propria communis, vni Clero non sufficiebat, qui vniuerso mundo præferri satagebat: quem ad hoc non cogebat diuina assumptio, nec Canonica electio, sed insanabilis cupiditatis immoderata præsumptio. Ergo quod habebat perdidit, & inclusus gemuit, exemplúmque posteris, ne honoribus inhient, dereliquit.*

Post obitum Guillelmi sub Roberto 2. Duce ministerio Normanniæ iterum admotus est, quod memoriæ prodidit idem Ordericus lib. 8 sic scribens: *Odo Baiocensis Episcopus, postquam de carcere liber egressus est, totum in Normanniâ pristinum honorem adeptus est, & Consiliarius Ducis, videlicet nepotis sui factus est. Erat enim eloquens, & magnanimus, dapsilis, & secundùm sæculum valde strenuus. Religiosos homines diligenter honorabat, Clerum suum acriter ense & verbo defendebat, Ecclesiamque pretiosis ornamentis copiosè per omnia decorabat. Hoc attestantur ædificia quæ construxit, & insignia ex auro, & argento vasa & indumenta, quibus Basilicam vel Clerum ornauit. In adolescentiâ pro germanitate Ducis datus est ei Baiocensis Præsulatus, in quo plusquam quinquaginta annis pollens diuersa est operatus. In quibusdam spiritus ei laudabiliter dominabatur, in nonnullis verò spiritui caro miserabiliter principabatur. Carnali ergo ardore stimulatus, genuit filium nomine Ioannem, quem nunc in Curiâ Henrici Regis videmus eloquentiâ, magnaque probitate pollentem. Sed quamuis in quibusdam præfatum Odonem sæcularis detinuisset leuitas, multùm tamen exteriùs ipse res emendauit Ecclesiasticas. Ecclesiam Sanctæ Dei genitricis Mariæ à fundamentis cœpit, eleganter consummauit, multísque [illegible] & ornamentis affatim ditauit. Ad Ecclesiam S. Vigoris Episcopi Baiocensis, quæ sita est iuxta murum vrbis, monachos posuit; eisque religiosum & sapientem Robertum de Tumbelaniâ patrem præposuit, qui inter reliqua peritiæ suæ monumenta, breuem & luculentam, sensúque profundam super Cantica Canticorum expositionem dimisit in Ecclesiâ. Verùm postquàm præfatus Pontifex, vt prædictum est, clausus fuit in carcere, prædictus Abbas relictis omnibus perrexit peregrè, veniénsque Romam, à Gregorio* VII. *Papâ detentus honorificè, vsque ad mortem Romanæ fideliter seruiuit Ecclesiæ. Fundatore itaque Episcopo vinculis mancipato, & Abbate in Latias partes abeunte, nouitius grex monachorum dispersus est, & quæsitis, prout quisque potuit, sedibus, ad idem cœnobium nunquam reuersus est. Denique Præsul Odo Grentoni Diuionensium Abbati dedit prædictum monasterium, ibique vsque hodie Cella floret Diuionensium. Sic euidenter patet, quòd Antistes Odo monasticum ordinem valdè dilexisset. Dociles quoque Clericos Leodicum mittebat, & alias vrbes, vbi Philosophorum studia potissimùm florere nouerat, eisque copiosos sumptus, vt indesinenter & diutiùs Philosophiæ fonti possent insistere, largiter administrabat. De discipulis, quos ita nutriebat, fuerunt Thomas Archiepiscopus Eboracensis, atque Samson frater eius Episcopus [Vuigorn]ensis, Guillelmúsque de Ros Abbas Fiscannensis, & Tur-*

stimus Glestoniensis, multique alij, qui nostris temporibus in Ecclesia Dei floruerunt, & subiectis ouibus pabulo doctrinæ, radiisque virtutum solerter præfuerunt. Sit Odo Pontifex, licet secularibus curis admodum esset irretitus, multa tamen laudabilia permiscescebat illicitis actibus, & quæ facinerosè aggregarat, largitus est Ecclesiis, & pauperibus. Tandem nutu Dei Omnipotentis, Dominicæ Incarna-

1096. *tionis anno* MXCVI *Indictione 4. omnia reliquit, & iter Hierosolymitanum cùm Roberto Duce nepote suo, vt in sequentibus volente Deo, plenius dicemus, arripuit, & præsente Gisleberto Ebroicensium Episcopo in vrbe Panormitanâ obiit. Corpus verò eius in basilicâ S. Mariæ sepultum est, super quod insigne opus à Rogerio Comite Siciliæ factum est.* Vitâ excessit an. 1098. humatus Panormi, vt obseruat Ordericus qui de eo fusè scripsit: vide Vualsinghamum, Guillelmum Archidiaconum in vitâ Guillelmi Conquæstoris, cæteróśue Historicos Angliæ, & Normanniæ.

Ebrimov. 25. TVROLDVS DE EVVREMODIO, à Rege Guillelmo Episcopatu Baio-

1098. censi honestatus circiter an. 1098 Ordericus id tradit lib. 10. Odo Baiocensis Episcopus cùm Roberto Duce nepote suo peregrinatus est. Tantus enim erat rancor inter ipsum & Regem, pro transactis simultatibus, vt nullatenus pacificari possent ab vllis caduceatoribus: tumidus nimirum Princeps acerbè secum recolebat, quòd Odo Præsul qui patruus suus erat, in primordio regni sui primus illi restiterat, & ingentem magnatorũ frequẽtiam in rebellionem contra ipsum contraxerat Vnde Præsul, postquam Rex Guillelmus, vt dictum est, præualuit, peregrinari quàm inimico subiici maluit. Romæ cùm Vrbano Papâ Præsul & Dux loquuti sunt. & perceprâ benedictione ab eo, Tiberim transierunt, & in Apuliâ hiemauerunt. Inde Pontifex in vrbem Panormitanam, quàm vulgò Palernam vocant, secessit: ibique Februario mense ex hac vitâ migrauit, & in Metropolitanâ Sanctæ Dei genitricis Mariæ Basilicâ Gislebertus Ebroicensis Episcopus eum sepeliuit. Hic ab adolescentiâ suâ promotus, Ecclesiæ gubernaculum suscepit, ferè 50. annis tenuit, multis honoribus & ornamentis Episcopalem Ecclesiam ditauit, Clerum honorauit, & multos suis exspoliauit, aliisque ablata prodigus donauit, cuius obitum Rex Guillelmus vt audiuit, Turoldo fratri Hugonis de Ebremou Episcopatum dedit. Qui post annos septem, Præsulatum pro quibusdam arcanis vltrò reliquit, & in cœnobio Beccensi sub Guillermo Abbate monachili regulæ se submisit, ibíque plurimo tempore vsque ad finem vitæ regulariter Deo militauit, cui Ricardus Sansonis filius per annos 26. successit. Episcopatũ abdicasse Turoldũ confirmant pariter hæc verba Chronici Monasterij Beccensis ad an. 1146. *Circa hoc opus euenit miraculum per merita B. Fidis Virginis & Martyris à Deo patratum in personâ domini Turoldi quondam Episcopi Baiocensis, & pro tunc Monachi Becci, germani Hugonis Euuremodiensis; de cuius Hugonis patrimonio fundatus fuit Prioratus S. Laurentij de Euuremodio, à monasterio de Becco-herluini dependens, qui quondam Episcopus, & tunc monachus, vexabatur quadam infirmitate, quæ vulgariter ruptura vocatur, à qua infirmitate mirabiliter per merita supradictæ B. Virginis & Martyris Fidis, sanatus fuit, prout patet plenius in libro passionis eiusdem Virginis.*

26. RICARDVS II. filius Samsonis subrogatur Odoni 1098. refe- 1098.
rente Orderico lib. 10. affuit duobus Conciliis Rotomagensibus 1118 & 1128. mortuus an. 1133. in hebdomadâ Paschæ, vt notat Ordericus lib. 13. Sub eius Pontificatu an. 1122. à quodam Gisleberto fundatur in hac diœcesi Abbatia Ardennæ, qui ex eremo Præmonstratensi prodiens, vitæ monasticæ propagandæ cupidissimus, in hanc solitudinem deuenit, annis 2. ab Ordinis institutione elapsis: quo tempore Deipara Virgo Tesselinæ cuidam matronæ apparuit, iussítque ædificare in honorem suum sacellum in ipso loco, qui dicebatur Ardenna: extructo oratorio in eius honorem, Gislebertus Abbas conuocat socios suæ solitudinis, qui claustrum erexêre, vt habet inscriptio cœnobij eisdem ferè verbis.

27. RICARDVS DE GLOCESTRE III. Glocestra.
Rodberti Comitis de Glocestriâ filij Regis natus, creatur Episcopus post

duos annos ab excessu decessoris, & A iubente Innocentio Papâ consecratur ab Hugone Rotomagensi Archiepiscopo, quà de re Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum, & Ord. Vitalis meminit ad an-
1135. num 1135. *Præterea ait, post mortem Ricardi Baiocensis Episcopi, Rex nepoti suo Ricardo præfatæ urbis Pontificatum dedit, quem Archiepiscopus consecrare, quia nothus erat, satis detrectauit, diúque, donec Apostolicâ sanctione pro Regis timore concessum esset, distulit.* Tandem *remeantibus Legatis cùm decretis Papæ, Baiocensis Ecclesia data est Ricardo, Rodberti Comitis de Glocestrâ filio.* Deuixit anno 1142.

Harcovr. De gueulle à 2 falces d'or.

28. Philippvs de Harcovr ex vetustissimâ, nobilissimâque gente Haricuriâ apud Normannos, Henrici toparchæ de Haricuriâ filius, frater Roberti, ad Episcopatum Baiocensem vocatus post obitum Ri-
1142. cardi 1142. ex eodem Orderico, & Roberto de Monte. Anno 1154. adfuit sacro Henrici Ducis Normanniæ apud Vuestmonasterium in Regem Angliæ electo & consecrato, C Dominicâ ante Natiuitatem Domini, cùm Hugone Rotomagensi, Arnulfo Lexouiensi, Herberto Abrincensi Episcopis in Chronico Roberti de
1134 Monte: quo eodem anno mense Aprili, confirmat monachis S. Vandregisilii eleemosynas quas possidebant in suo Episcopatu; subscribítque diplomati Hugonis Præsulis Rotomagensis, quo etiam confirmat Rogerio Abbati Ecclesiam S Sidonij, subscriptis Hugone, Ægidio Archidiacono, Philippo Baiocensi, Gaufrido Decano & Archidiacono, Arnulfo Lexouiensi, & Rotrodo Ebroicensi Episcopis. Cathedralem suam D urbis incendio concrematam Philippum restaurasse tradunt tabularia Ecclesiæ, & Robertus de Monte. Sub
1160. eo Antistite floruit anno 1160. Guascco Canonicus in Ecclesiâ Baiocensi, Henrici 2. Regis Angliæ Clericus, oriundus ex insulâ de Iersay, qui poëmascripsit antiquis versibus Gallicis, de Regibus Franciæ, Ducibus Normanniæ, Comitibus Pictauensibus, aliísue Principibus viris, in quibus multa notatu digna de genealogiâ, & historiâ literis mandauit, opúsque suum Henrico nuncupauit. Eodem pariter sedente Rogerus du Hommet Archidiaconus Baiocensis creatus est Episcopus Dolensis. Fatis cessit 1163. 1163.
quòd annotat Robertus de Monte cùm ait: *Philippus Episcopus Baiocensis mense Februario moritur, qui fuit vir prudens, & astutus in augmentandis & reuocandis rebus illius Ecclesiæ, & multum ibi profecit: sed sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Hic se dederat monasterio Beccensi ad monachatum, sed non est in homine via eius, præuentus enim fuit morte, nec quod proposuerat, implere potuit, librorum tamen septies viginti volumina illi iam dederat.* B Sepulturæ delatus in suâ Ecclesiâ cui multa bona contulit, ac fundationes plurimas fecit, vt notatur in manuscriptis veteribus.

29 Henricvs II. ex Decano Salesberiensi delectus Episcopus an.
1165. in Chronico Roberti de Monte: 1165.
interfuit Henrici Regis Angliæ consecrationi ab Archiepiscopo Eboracensi, cùm Frogerio Sagiensi, & pluribus Angliæ Episcopis anno 1170. ex Chronicis Normanniæ, & dedicationi Ecclesiæ Beccensis 4. Cal. Aprilis 1178. necnon basilicæ monasterij de Voto 1181. de quo Ioannes Saresberiensis ep. 201 cui etiam scribit Arnulfus Lexouiensis Præsul ep. 87. Nominatur cùm Roberto Estouteuillâ testis in cartâ confirmationis S. Nicolai Baiocensis Leprosorum ab Henrico Rege Angliæ facta, ex códice autographo, cuius petitione eximitur Ecclesia de Incrandâ ab omni Episcopali consuetudine, Priori & Canonicis Regularibus de Plessicio concessâ. Confirmat insuper donationem Roberti de S. Remigio Fratribus apud Boleiam commorantibus de Ecclesiâ Greinuillæ: interest & Concilio prouinciali Rotomagensi à Valtero Metropolitâ congregato, ac tandem vitam cùm morte commutauit an. 1205. vti memorant Chronica 1205.
S. Stephani Cadomensis.

30. Robertvs de Ablagel Ablagel.
electus an 1205. consecratur 4. Cal. Martij à Vualtero Archiepiscopo in MS. Rotomagensibus; recensetur inter Præsules qui adfuêre expeditioni Albigensium anno 1212. construitur 1203.
Conuentus Minoritarum in vrbe an. 1222. à Gregorio sancti Francisci ad-

huc viuentis socio; & anno 1223. in-
tereſt exequiis Philippi Auguſti : ad
» quem fortaſſis reſcribit Innocentius
» 3. cap. 3. de Officio, & poteſtate Iu-
» dicis delegati, quod eſt pars capitis
» cum in iure de Electione. Multis Ro-
bertum afficit laudibus cartularium
1231. vetus Baiocenſe : deceſſit anno 1231.

FREAVVILLE. D'azur ſemé de fleurs de lis d'or ſans nôbre, au chef d'or, au lyon de gueulle rampant ſur le tout.

31. THOMAS DE FREAVVILLE
in Neuſtriâ natus familiâ nobili, ex
Decano Rotomagenſi inauguratus
à Mauritio Metropolitâ 1233. ordi-
nauit 1236. Radulfum de Cirreio
Epiſcopum Ebroicenſem : cuius fa-
miliæ Nicolaus Cardinalis de Freau-
uillâ tit. S. Euſebij, qui iacet apud
Dominicanos Rotomagi; defunctus
eſt Thomas 1236.

32. GVIDO dedicationi ſacræ Ca-
pellæ Pariſienſis adſtitit 1248. & in-
1259. teriit 1259. 3. Cal. Martias, vt refert
Chronicon Cadomenſe S. Stephani.

LORRIS.

33. ODO DE LORRIS II. de-
bitum naturæ perſoluit 1274.

34. GREGORIVS DE NEAPOLI
Gregorij IX. ſummi Pontificis nepos,
ex Canonico & Decano Baiocenſi
electus in Concilio Lugdunenſi 2.
1274. celebrato 1274. diem clauſit extre-
mum 1276. de eo Quercetanus in
vitâ Vrbani 4.

DE BENAIS.

35. PETRVS DE BENAIS I. fa-
uore Petri de Brociâ, Philippi 3. Re-
gis cognomento Audacis Cambellani
Epiſcopatum obtinuit. Guillelmus de
Nangiaco monachus S. Dionyſij in
Franciâ, in Geſtis Philippi Auguſti
» ſub an. 1274 de eo ſic ſcribit. Multum
» tædebat Barones, & indignabantur,
» quòd tantam in Regno & Rege po-
» tentiam obtineret. Fecerat verò Pe-
» trus per potentiam quam habebat,
» quendam conſanguineum vxoris ſuæ
» Magiſtrum Petrum de Benais Epiſ-
» copum Baiocenſem, & maritabat fi-
» lios ac filias ſuas vbi volebat. Tum
1276. ad an 1276. Nangiacus, agens de mor-
te Ludouici primogeniti Regis, quem
ferebant ab eodem Petro de Brociâ
intoxicatum fuiſſe, ſubiungit iſta :
*Erant, tunc duo Pſeudoprophetæ in Fran-
ciâ, Vicedominus Laudunenſis Eccleſiæ,
& quidam Sarabita peſſimus, quædam
Beguina Niuellenſis, tertia Pſeudopro-
phetiſſa; qui nullâ religione approbati,
Deo mentiti, habere Prophetiæ ſpiritum
dicebantur, ſed verè ſpiritus mendax in
eorum ore factus multos decepit. Suſpe-
ctum enim fuit aliquibus, quòd eos Pe-
trus de Brociâ promiſſionibus illexiſſet,
Vt de Reginâ aliquid dicerent, per quod
poſſet à Regis amore vel gratiâ aliquan-
tulum ſeparari. Nam Rex Philippus
talibus motus ambagibus, Abbatem S.
Dionyſij in Franciâ Mathæum, quem
præ cæteris fidelem Conſiliarium habebat,
& Epiſcopum Baiocenſem Petrum vxo-
ris Petri de Brociâ conſanguineum, miſit
ad Beguinam ſuperiùs nominatam, vt
ſciret de filio Veritatem. Sed Epiſcopus
præuento Abbate, loquens cùm muliere,
quid ſibi dixerit, vel reſponderit, igno-
ratur : tamen Abbas ad illam poſteà
perueniens, illi mandatum Regis pro quo
venerat aperuit, & ipſa nihil aliud re-
ſpondens, dixit : Epiſcopo ſocio veſtro lo- «
quuta ſum; & quod à me petiit benè dixi. «
Abbas autem, quia ſine ipſo loquutus
fuerat cùm illâ Epiſcopus, & reſponſio-
nibus mulieris permotus indignanter re-
ceſſit, cogitans ab eâ aliquam proditio-
nem eſſe factam. Redeuntes igitur ad
Regem Epiſcopus & Abbas, Rex primò
petiit ab Abbate quid apud mulierem
illam inuenerant in reſponſionibus &
mandatis. Abbas verò reſpondit, quòd
ipſam præuenerat Epiſcopus, nec ex quo
eidem loquutus fuerat, ſibi quicquam no-
luit mulier reſpondere. Rex autem illicò
Epiſcopum mandans, & de prædictis
ipſum interrogans, reſpondit Epiſcopus:
Domine Rex, mulier illa in confeſſione «
aliqua mihi dixit, ſed vobis, nec alicui «
poſſum vel debeo reuelare. Ad quem Rex «
iratus reſpondit: Ad illam confitendam non
miſeram vos, nec ita rem dimittam, imò
ſi poſſim veritas agnoſcetur.* Cùm au-
tem fuiſſet carceri traditus Petrus de
Brociâ an. 1277. hoc nuntio obſtupe-
factus Petrus, Romam ſeceſſit, vbi
Pontificis Max. patrocinio ſe tutatus
eſt, ex chronico MS.

BONNET.

36. GVILLELMVS BONNET, I.
Cenomanenſis anno 1305. Epiſcopus 1305.
erat ex bullâ Clementis V. Papæ, ad
quem ſcribit Philippus 4. Rex in ne-
gotio Flandrenſis exercitus. Cùm
Roberto Comite Bolonienſi miſſus
in Hannoniam 1307. pro feodo Co-
mitatus Oſtreuantij, de quo erat
feudatarius Guillelmus Comes. Fun-
dator extitit Collegij Baiocenſis Pa-

A risiis 1308. quo eodem anno interiit
Andegauis.

DE TRIE.

37. GVILLELMVS DE TRIE II.
frater Mathæi Franciæ Equitum Tri-
buni, Philippi Francorum Regis Le-
gatus cùm Enguerrano de Marignia-
co Franciæ Cambellano, pro tracta-
tu fœderis sanciendo inter eum Prin-
cipem, & Regem Romanorum, vt
colligitur ex originali cartarum regij
Thesauri, dato apud Fontembleau-
1310. di 14. Februarij 1310. De quo etiam
Chronicum MS. Ecclesiæ Rotoma-
gensis, translatus inde ad Remensem
Archiepiscopatum.

LEVIS.

38. PETRVS DE LEVIS II. ex
clarissimis dominis Mirapicesij, Gui-
donis & Isabellis de Marliaco filius,
ex Cameracensi Antistite ad Baio-
censem Pontificatum ascendit anno
1324. 1324. bullâ Ioannis 22. Pontificatus
8. cuius autographum in archiuio re-
gio Parisiensi inuenitur. Fratres Or-
dinis Caritatis B. Mariæ, seu tertij
Ordinis S. Francisci in suburbiis Ba-
iocensibus admisit. Post eius excessum
an. 1334. de successione litigabant in
Senatu Parisiensi Ioannes de Leuis
dominus Mirapicensis, Fidei Mares-
callus, & frater eius, cùm Eustachio
& Francisco de Leuis itidem germa-
nis; vt obseruatur ex registris Curiæ
Parisiensis.

BEAVIEV.

D'or au liõ de sable, armé & lãpassé de gueulle

39. GVILLELMVS DE BEAVIEV III.
Ludouici Belliiocensis toparchæ, &
Dumbarum, ac Leonoræ Sabaudæ,
ex lineâ Principum Pedemontij filius,
aunnculus Henrici de Villars Archie-
pisc. Lugdunensis, ex eiusdem Eccle-
siæ Canonico Præcentore, & Præ-
fecto Fori Veneris, ad hunc Episco-
1330. patum assumptus anno 1330. 13. Fe-
bruarij ex libro Obligationum: viu s
excessit 1337. Octobris 27. in tumulo
matris conditus apud Franciscanos
Bellæ-villæ, cuius anniuersarium ha-
betur in obituario Ecclesiæ S. Ioannis
1337. Lugdunensis hoc titulo. *Anno 1337.
die 7. Calend Septemb. obiit Guillelmus
de Belliioco Episcopus Baiocensis, &
Præcentor Lugdunensis, qui promotus est
ad Episcopatum per fælicis recordationis
dominum Papam Ioannem* XXII. *in
Auenione, vbi tunc residebat, & fuit
Ecclesiastica traditus sepultura apud Vil-
lamfrancam Lugdunensis diœcesis in re-
uestiorio fratrum Minorum iuxta sacra-
rium, præsente multitudine Prælatorum.
Reliquit maiori Ecclesiæ Lugdunensi vnum
anniuersarium generale singulis annis die
obitus sui perpetuò ibidem faciendum. Ad
hoc obligat domum suam cùm appenditiis
in claustro Lugdunensi cùm domo suâ,
quam acquisiuit à Domino Perceuallo de
Pallude, Canonico Lugdunensi, iuxta
domum Cluniaci &c.*

BERTRAND

D'or à vn lion de sinople armé & lampassé de gueulle.

40. GVILLELMVS BERTRAND, IV.
ex dominis de Briquebec, clarâ apud
Neustrios familiâ, è quâ ortus erat
Robertus Franciæ Marescallus, ex
B Libellorum Supplicum Magistro,
Pontificatũ tenuit Baiocensem 1347. 1347.
ex cartulario Ecclesiæ.

VILLAINES

D'argent à 3. lions de sable,

41. PETRVS DE VILLAINES III.
olim Episcopus Autissiodorensis, huc
translatus 1347: 23. Augusti ex Re-
gistro Vaticani: cuius tempore 1353.
Ioannes de Iustitiâ Canonicus Pari-
siensis, & Cantor Baiocensis, Colle-
gium sui nominis Parisiis fundauit: 1360.
denatus anno 1360.

THEZART

D'or à vne fasce d'azur

C 42. LVDOVICVS THEZART, I.
ex Remensi Archidiacono fit Baio-
censis Episcopus, delegatúrque 1371.
à summo Pontifice cùm Abbate S.
Albini Andegauensis, ad inquiren-
dum de vitâ, sanctimoniâ, & mira-
culis Caroli Blesensis Ducis Britan-
niæ: traductus demum ad Remensem 1373.
Archiepiscopatum anno 1373. ex eo-
dem Registro Vaticani.

DORMANS

43. MILO DE DORMANS ex
Episcopo Andegauensi, ad hanc se-
dem euehitur anno 1373. 7. Augusti,
inde factus Bellouacensis 1374. vt re- 1374.
fertur in eodem codice Vaticani.

DV BOSC

De gueulle à vne croix eschiquetée d'argent & de sable de 3. traits cantonnée de 4. lions d'or, lampassez d'azur.

D 44. NICOLAVS DV BOSC, I.
Rotomagensis, Libellorum suppli-
cum Magister, & in sanctiore Caroli
Regis Consistorio Consiliarius, ex
Canonico Rotomagensi successit Mi-
loni 1374. vltimâ Februarij, ex libro
Prouisionum Prælatorum. Memora-
tur in tralatione S. Ludouici 1392.
præsens donationi factæ Andegauis
28. Septembris 1394. à Guillelmo
Comite Bellifortis, de prædictâ terrâ
Ioanni le Maingre de Boucicaut
Franciæ Marescallo, eiusdem socero,
præsente Philippo Audace Burgun-
diæ

diæ Duce, & Petro de Giac Franciæ Cancellario. Præses quoque Cameræ Computorum Parisiis 1398. & Nomophylax Franciæ circa an. 1396. ex Registris Parlamenti, & eiusdem Cameræ. Delegatus à Rege pro tractandâ pace cùm Legatis Angliæ propè Ardeam. Vitam cùm meliore commutauit Lutetiæ anno 1408.19.Sept.

1396.

BOISSAY. D'hermines au lion de gueulle arme & couronné d'or.

45. IOANNES DE BOISSAY I. nobilis Normannus è Bailliuiâ Calidibecci, Ioannis domini de Boisseyo & de Mainieres, propugnaculi Fiscannensis ad oram maritimam Gubernatoris filius, frater autem Roberti, ex quo genus ducunt Barones de Maimieres: diem vltimum clausit an-
1412. no 1412. 3. Aprilis. Ferdinandus Vghellus tomo 3. refert Americum Corsinium nobilem Florentinum Archidiaconum Baiocensem, eiusdem Ecclesiæ obtinnisse Pontificatum 1411. 17. Cal. Augusti, primùmque Archiepiscopum Florentinum creatum, sed de hoc Præsule nulla extat mentio in archiuis Baiocensibus.

LEVGRET. De gueulle à vne fasce d'or accompagnée de 3. couronnes de mesme 2. en chef & 1. en pointe.

46. IOANNES LEVGRET II. Burgundus Polignia censis, Duci Burgundiæ à Consiliis, quo sedente floruit Nicolaus de Clemengis Archidiaconus Baiocensis vir doctissimus: iacet in Ecclesiâ Polighiacensi, vbi spectatur inscriptio è Gallico sic expressa: *Hic iacet Reuerendus Pater in Domino, dominus Ioannes Leugret de Poligniaco, Episcopus Baiocensis in Normanniâ, Consiliarius Regis Franciæ, & domini Ducis Burgundiæ, qui obiit Pa-*
1419. *risiis 14. Iulij 1419. cuius animæ Deus propitiet. Amen.*

HABART.

47. NICOLAVS HABART, II. recipitur anno 1421. Ecclesiam Fratrum Caritatis B.Mariæ, Billetas vocant, consecrauit Lutetiæ, mortuus dicitur 1431.

CASTILLIONE.

48. ZANON DE CASTILLON
1432. natione Italus è Lombardiâ, possessionem iniit 1432. memoratur in Concilio Florentino 1439. & in tabulariis Baiocensis Ecclesiæ, Britannorum Regis Vicarius in Neustriâ, necnon 1451. Augusti 4. in regesto Cameræ Rationum Parisiensium. mortalitatem expleuit horâ 3. post Meridiem in castro de Nuilly 1459. Septemb. 11. qui malè in aliquibus catalogis dicitur Ioannes de Castigliano: expungendus autem ex indiculo Episcoporum Guillelmus Chartier, Baiocis quidem oriundus ex parochiâ S.Macuti, posteà Episcopus Parisiensis, qui inter Baiocenses locum non habet.

HARCOVR.

49 LVDOVICVS DE HARCOVR I. Patriarcha Hierosolymitanus, Archiepiscopus Narbonensis, Abbas S.Mariæ de Lirâ, & Neustriæ Prorex, Ioannis de Harcuriâ Albæmarlæ Comitis filius naturalis, ad hunc Episcopatum euectus post Zanonum de Castilionó; eius vice Decanus Lexouiensis possessionem adipiscitur 18. Martij 1459. per procuratorem: adfuit Comitiis generalibus Regni Turonensibus 1467. Ludouicum XI. Regem excepit Baiocis in Ecclesiâ Cathedrali, vbi sepulchro conditus est, fatis functus 15. Decembris 1479. cuius cœnotaphium à Segregibus annó 1561. euersum est. 1459.

NEVFCHASTEL.

50. CAROLVS DE NEVFCHASTEL, I. Archiepiscopus Bisonticensis & Administrator Baiocensis: iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis 8. Ianuarij 1480. in registris Capituli Rotomag. 1480.
diem suum clausit 1498.

DE PRIE. De gueulles a 3. tierces feuilles d'or, 2. en chef 1. en pointe.

51. RENATVS DE PRIE Cardinalis Baiocensis cognominatus tit. S. Sabinæ, Abbas Burgidolensis, & S. Mariæ de Prateâ, ex nobili stirpe de Priâ, Antonij Baronis Busanciaci, Magni Franciæ Coqui, & Magdalenæ Ambasiæ filius; Ecclesiæ à teneris addictus summis sacerdotiis insignitus est, Archidiaconatu maiore Bituricensi, Episcopatibus Lactorensi, Lemouicensi, & tandem Baiocassino; inter Cardinales allectus à Iulio 2. Pontifice 4. Ianuarij 1506. eui, Lu- 1506.
douico 12. Rege præsente Georgius d'Amboise imponit pileum purpureum Lugduni in Ecclesiâ Prædicarorum 1507. Eum verò idem Pontifex dignitate Cardinalitiâ priuauit in odiũ Concilij Pisani, cui Renatus intererat, teste Parisio Crasso in diariis Pontificis; post tamen in sacrum Collegium restitutus est à Leone X. Iulij successore, vt habent Iulij vita MS. Guichardinus, Ciaconius, Auberius & alij Scriptores. Celebrat exequias Annæ Reginę Ducissæ Britanniæ 1513 assistentibus Episcopis Parisiensi, Aurelianensi, & Lemouicensi. Sepultus in monasterio Prateę Ordinis Cisterciensis,

in Biturigibus, vbi visitur hoc epitaphium: *Heu mortales, Reuerendissimus D. de Prie Cardinalis tituli S. Sabinæ Episcopus Baiocensis, ac Lemouicensis, Abbas S. Mariæ de Prateâ, ab humanis discedens animam Deo Optimo Maximo tradidit, eiúsque cadauer iussit humillimè iuxta Diuam Faustam recondi: Obiit 5.*
1514. *Idus Sept. anno Domini* MDXIV.

DE CANOSS. De gueulle à vn leurier d'argent tenant vn os d'or, aliàs d'argent, en sa gueulle.

52. LVDOVICVS DE CANOSSA II. nobilis Italus Veronensis, Comes Canossæ, Leonis X. Pontificis Max. beneficio donatur Episcopatu Tricariensi, apud Ludouicum XII. & Franciscum I. Reges Legatus Apostolicus an. 1514. à quo Episcopatu Baiocensi honestatus, de eo iusiurandum præstat Metropoli Rotomagensi matri
1517. suæ 23. Iulij 1517. ex archiuis Capitularibus Rotomagensibus: palatium Episcopale Baiocense adornauit, festúmque Immaculatæ Virginis in suâ diœcesi statuit celebrari, edito in Ecclesiâ suâ miraculo, quemadmodum obseruatur in tabulario. Hic mediator fuit matrimonij inter Franciæ Regem & Mariam Anglicam: quem etiã Girolamus Dalla-Corte l. 8. Hist. Veronensis, prudentiæ laude famosum, politices peritum, & à Papâ Iulio 2. in arcanis negotiis quæ magnâ integritate transegit, assumptum memorat, adeò vt ipsum anno 1512. Abbatiis S. Andreæ de Bosco, & S. Apollinaris in Canossâ insignijuerit. Ab Adriano autem Pontifice plurimi æstimatus, necnon à Clemente, & Duce Vrbini.
1527. Denique 1527. Franciscus I. quo cùm arctissimâ animi coniũctione vixerat, eum ad Venetos Oratorem misit, quo munere præclarè obito, in patriam regressus, magno non solùm Italiæ, sed & Galliæ desiderio extinctus est Ludouicus: moriens verò testamenti codicillis Veronensi Ecclesiæ, pro suâ & Simonis de Canossâ fratris animâ, reliquit ampla vectigalia, quibus Sacerdos pro celebratione sancti Sacrificij sustentaretur, quod & Ioannes Mathæus Gibertus Episcopus Veronensis diplomate Pontificio Pauli 3. 1534. sanciri curauit: at sicuti in vitâ sese mutuo amore impensè dilexerãt, ita & in morte, vt eorùm ossa non essent separata, eodem monumento ante thronum Epistolæ in maiore Ecclesiâ Veronensi, quod extrui curauerat Ludouicus Canossa, humatus est hâc inscriptione:

Iuncta Canossæ tuis sunt ossibus, ossa Gilberti
Quem pietate grauem & meritis prælustribus hacce,
Atq; semper omnis sequens mirabitur ætas.
Obiit an. 1543. 3. *Cal. Ianuarij.* Parùm distat Canossæ epitaphium hac breui epigraphe appositâ: *Ludouico Canossæ Comiti, Episcopo Baiocensi, viro omnium virtutum gloriâ præstanti, cuius singularis apud Christianos Reges, & Pontifices Romanos gratia & auctoritas, magnos sæpe bellorum motus sedauit, Galeacius & Bartholomæus fratres F. B. M. P.* Porrò Ludouicus luculentâ oratione laudatus est à Bernardino Donato Veronensi, celebri viro, cuius panegyrim recitat dictus Girolamus loco citato: præfuit autem Episcopatibus suis laudatissimè, omnibus gratus, ac Principibus viris ob rerum politicarũ peritiam; fuit & eruditione præstans, liberalis, humanus, aliísue clarus virtutibus: de quo præter citatos Historicos, vide Bembum l. 14. ep. Vghellum tomo V. in Episcopis Veronensibus. Scripsit quasdã litteras quæ leguntur Italicè inter epistolas Principũ; eiusdémq; gentilis fuit Hieronymus Canossa Abbas S. Andreæ & S. Apollinaris Canossæ, post obitum Ludouici, factus Decanus Baiocensis.

53. PETRVS DE MARTIGNY V. patriâ Baiocensis, Abbas S. Stephani Cadomensis, nepos Caroli Episcopi Castrensis, recensetur Episcopus 1531. in Registris Capituli Rotomagensis, cui Ecclesiæ eod. anno, die 18. mensis Iulij præstat iuramentum fidelitatis & obedientiæ: diem suum clausit 13. 1531.
Septemb. 1531. non consecratus.

MAR... De ... au lion d'argent.

54. AVGVSTINVS TRIVVLCE Cardinalis tit. S. Adriani, Abbas B. Mariæ Fontisfrigidi, ex familiâ nobili Triuultianâ Mediolanensi ortus, Pontificum Max. Iulij 2. & Leonis X. Cubicularius, Archipresbyter S. Petri, & ante adeptam Purpuram Prothonorarius Apostolicus. Qui cùm generis nobilitate, venustâ corporis specie, ingenij acumine, iudicij præstantiâ, eruditione, facundiâ, Principum gratiâ, alijsue dotibus animi polleret, dignus à Leone X. iudicatur inter Cardinales cooptari anno 1517. quem Pontifex his laudibus, epistolâ ad Ioannem Iacobum Triuultiũ cumulauit, cuius verba hîc subiungimus: *Cùm animo repeteremus*, inquit,

TRIVVLCE. Pallé d'o. & de sino. le de 6 p.

quanta cura, quantoque studio nobiscum sæpe egeris, vt Augustinum Triuultium propinquum tuum in Cardinalium Ordinem legere, atque adsciscere vellemus: cùm tuis precibus impulsi, tum ipsius allecti virtutibus, religione, optimis, præstantißimisque moribus, denium etiam vestræ familiæ, cum nostrâ familiâ, consuetudine, officiorúmque prope omnium coniunctione suadente; hodie de Fratrum meorum, sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium consensu, Augustinum Triuultium Cardinalem nominaui: atque in amplißimum eius Ordinis Collegium cooptaui, II. Cal. Quintiles anno 5. Vacante autem per obitum Petri Martiniaci Cathedrâ Baiocensi, eum nominauit Franciscus 1. regiâ schedulâ Compendij datâ 1531. 17. Septembr. subscripto Bayardo, & paulò mox creatur Administrator dictæ Ecclesiæ, vt perspicitur ex documento ab ipso originali deprompto.

Clemens *Papa* VII. *Carißimo in Christo filio nostro salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm nuper Ecclesia Baiocensis per obitum bonæ memoriæ Petri Episcopi Baiocensis extra Romanam Curiam defuncti, Pastoris solatio destituta, tu vigore concordatorum inter Maiestatem tuam & Sedem Apostolicam initorũ, dilectum filium nostrum Augustinum S. Hadriani Diaconum Card. ad Ecclesiam ipsam, vt prefertur vacantem, per tuas litteras nominaueris, nósque ad nominationem huiusmodi eundem Augustinum Cardinalem quoad viueret, Administratorem dictæ Ecclesiæ, vt prefertur, vacantis, in spiritualibus & temporalibus de venerabilium fratrum nostrorum consilio, Apostolicâ auctoritate per alias nostras litteras constituerimus, & deputauerimus curam, vt administratione ipsius Ecclesiæ sibi in eisdem spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in eisdem his pleniùs continetur: nos ne si forsan ipsum Augustinum Cardinalem extra regnum Franciæ, & loca tuo temporali dominio subiecta, & apud Sedem eandem decedere contingat, quo minus ad ipsam Ecclesiam aliam personam tibi gratam liberè nominare poßis, impediri valeas, oportunè prouidere volentes, motu proprio & ex certâ scientiâ, Maiestati tuæ vt ad Ecclesiam ipsam cùm administratione ipsâ, per decessum ipsius Augustini Cardinalis extra regnum, & loca tua prædicta, & apud Sedem huiusmodi cessante vacare contigerit, aliam personam idoneam nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti, & dictæ Sedi alium iuxta Concordata prædicta nominare liberè & licitè valeas. Perinde ac si eidem Augustinus in Regno, aut dominijs prædictis decesisset; auctoritate Apostolicâ tenore presentium indulgemus, plenámque & liberam facultatem concedimus, prouisiones & quasuis dispositiones de dictâ Ecclesiâ vt prefertur vacante, absque nominatione tuâ quomodolibet factas, nullas, & inualidas existere, nulliúsque roboris vel momenti esse decernentes: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon concordatis prædictis, quibus omnibus illorum tenores, præsentibus pro sufficienter expreßis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die* 13. *Octobris* 1531. *Pontificatus nostri anno* VIII. *S. Blosius*

Anno insequenti, die 2. Aprilis Franciscus 1. cùm filio cognomine, Normanniæ Progubernatore, Cadomum oppidum diœcesis suæ pompâ solemni inuehitur: per procuratorem interim Cardinalis Triuultius iuramentum clientelæ professus est Ecclesiæ Rotomagensi 16. Nouemb. 1544. 1544.
ex tabulis Rotom. Post Caramutiæ Cardinalis excessum, Gallici Imperij tutela à Rege ipsi concredita est: Clemens 7. legationem Campaniæ ei quoque demandauit: tum expugnatâ & direptâ à Cæsarianis Româ, cùm aliis Cardinalibus obses Neapoli in castro nouo Triuultius Cardinalitiæ purpuræ dignitatem strenuè tutatus est: inde à Paulo 3. Pont. ad Franciscum 1. pro pace delegatur. Bembum & Sadoletum celeberrimos Cardinales amicos coluit, laudatus à Sadoleto l. 6. epistolis 18. 19. & 20. prudentissimus à Bembo, & impensè strenuus appellatus, doctissimum, multísq; nominibus clarissimum Cardinalis Thomas de Vio præ cæteris dilexit; & à Ioanne Baptistâ Flauio omnium bonarum artium cultoris nomen promeritus est: de hoc autem Onuphrius Panninius clarissimus Rerum Ecclesiasticarum scriptor ita loquitur: *Augustinus Triuultius Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Hadriani: qui indefatigabili propemodum studio per vniuersas Italiæ, Galliarum,*

Hispaniæ, & Germaniæ vrbes diligentissimè omnia quæ ad Historiam Rom. Pontificum & Cardinalium pertinent, conquisiuit, & magnis propositis præmiis, conquiri fecit. Archiepiscopus item extitit Regiensis in Calabriâ; Episcopus Tolonensis & Bobbiensis: Romæ mortalitati debitum persoluit an-
1548. no 1548. 13. Calend. Aprilis, tumulatus in basilicâ S. Mariæ de Populo. Germanos iste Cardinalis habuit plures, Petrum Reggij, & Philippum Triuultium Ragusiæ Archiepiscopos.

PONCHER.

57. STEPHANVS PONCHER dominus d'Esclimont, Abbas S. Petri Viui Senonensis, ex Libellorum Supplicum Magistro, ad hanc sedem Baiocensem peruenit, post excessum Augustini Triuultij, transfertur ad Archiepiscopatum Turonensem, cuius
1550. adiit possessionem post hominium Regi exhibitum 1550.

HVMIERES. D'argent freté de sable.

58. CAROLVS DE HVMIERES II. Abbas S. Richarij Centulensis, Sancti Quintini Bellouacensis, & B. Martini in Bosco, Franciæ Maior Eleemosynarius, Ioannis domini de Humieres Peronæ Gubernatoris, qui sub Rege Francisco I. prouinciæ Pedemontanæ præfecturam militarem fortiter sustinuit, ex Franciscâ de Contay filius; ei dicat librum de sectis hæreticorum Gabriel Prateolus
1571. 1568. obiit Baiocis, vbi sepultus die 5. Decembris 1571.

BEAVNE.

59. REGINALDVS DE BEAVNE, posteà Archiepiscopus Bituricensis, nominatur Baiocensis, sed non consecratus.

S FRANÇOIS. D'azur à vn sautoir d'argent à la bordure de gueulle.

60. BERNARDVS DE SAINT FRANÇOIS in Cenomanis natus, Prior Grandimontis, ex Consiliario Senatus Parisiensis & Abbate Fontisdanielis, ad hunc Pontificatum ascendit circiter 1572. à Concilio Rotomagensi regressus 1581. interiit anno ætatis 53. in suo Prioratu apud Cenomanos, tumulo mandatus in æde parochiali de Marigneio, vbi natus erat.

SAVONNIERES. De gueulle à la croix patée d'or.

61. MATHVRINVS DE SAVONNIERES nobili stirpe Andinâ, parentes habuit Ioannem de Saponariis dominum de la Bretesche, & Oliuam de Mathefelon: ex Abbate Eal-nensi in Conuennis, eóque nomine Comitiorum prouinciæ Conuenensis, Astaraci, & Bigorræ Syndico, nominatus ad hunc Episcopatum ab Henrico 3. prouisus est 7. Idus Martij 1581. paucis annis superuixit, etenim 1581.
fato fungitur 1586. 11. Maij. Fratrem habuit Iacobum Cadunij & Mellerij Abbatem, sororem verò Ioannam Abbatissam Cordilloni in Neustria. Stemma autem familiæ de Saponariis peculiari libello exarauit Ludouicus Trincantius apud Iuliodunenses Regius Cognitor.

BOVRBON.

62. CAROLVS DE BOVRBON Cardinalis, ab Henrico 3. Rege nominatus, præfuit Baiocis 1588.

DAILLON. D'azur à vne croix fleurdelisée d'argent.

63. RENATVS DE DAILLON Abbas de Castellariis in Pictonibus, & Beatæ Mariæ de Castellis in Eremo apud Cenomanos primus Prior Commendatarius, Præceptor Ordinis S. Spiritus, ex clarâ & nobili gente de Daillon, Ioannis Comitis du Lude, Baronis d'Illiers & de Briançon, Andium Seneschalli, Pictonum, Rupellæ, & oræ Alniziensis Proregis, ex Annâ de Batarnay du Boucbage; filius Episc. anteà Lucionensis, Baiocensis euasit ex cessione Caroli Cardinalis: decessit 8. Martij an. 1601. 1601
cor iacet in Prioratu suo de Castellis in Eremo. Eius ex fratre Guidone Comite du Lude, Pictonicæ prouinciæ Regulo, pronepos Gaspar de Daillon hodiernus Episcopus & dominus Albiensis.

DOSSAT. D'azur à vne [illegible] d'argent membrée & becquée de gueulle tenant en son bec vne branche d'oliuier de sinople.

64. ARNALDVS OSSATVS Armaniacensis Nouempopulanus, ex pago Cassaniaberâ, singulare sui temporis Episcoporum decus, qui morum integritate & suauitate, summo animi candore, & omnium disciplinarum ac politices absolutâ cognitione claruit. Is adolescens prima litterarum tyrocinia Lutetiæ edoctus, apud Bituriges Iurisprudentiæ incubuit sub Iacobo Cuiacio, Iurisconsultorum præstantissimo; Parisios reuersus, Theologiæ, Philosophiæ, Mathematicis artibus studia impendit, ac demum suasu Pauli Foxij Archiepiscopi Tolosani, hanc Iuris palæstram abdicauit, atque in eius contubernium ascitus, cùm Romam missus est Orator apud Gregorium XIII.

summum Pontificem, ab eodem à se- A
cretis Epistolis scribendis præficitur:
sublato è viuis Foxio, in Cardinalis
Atestini senioris, negotiorum Galliæ
apud Sedem Apostolicam Protectoris
familiam exceptus, tandem ob mul-
tiplicem peritiam rerum politicarum,
longo vsu partam, & in iis tractandis
insignem ac fidam operam, declara-
tus est ab Henrico 3. Regius Romæ
Gallicorum negotiorum Procurator,
ad quem Legationis mandata desti-
narentur; quam functionem eo tem-
pore laudatissimè solus vsque ad obi-
tum administrauit: animi quoque
erga Regem propensam voluntatem B
testatus est, cùm ab Henrico 4. col-
lega deligitur Legarionis Iacobi Per-
ronij Episcopi Ebroicensis, ad Pon-
tificem, vt de reconciliatione Regis
cùm Sede Apostolicâ, déque obti-
nendâ ipsius absolutione agerent:
quo in munere adeò prudenter se
gessit, vt nullum maius à multis retrò
sæculis apud sanctam Sedem nego-
tium confectum fuisse videatur, in
quo peragendo, & Pontifici satisfe-
cit, & Regis summum gratiam iniit. Ex
Libellorum Supplicum Magistro, &
Vareni apud Rutenos Decano 27. C
Octobris 1598. Redonensis Episco-
pus inauguratur Romæ apud S. Mar-
cum, ab Augustino Cardinali Valerio
Præsule Veronensi: commendante
Henrico 4. purpurâ insignitus à
Clemente VIII. 3. Martij eiusdem an-
ni tituli S. Eusebij, factus & Prior
Bellismensis, Abbas Nanti, & S. Ni-
colai Virdunensis: paulò post dimis-
so Redonensi Pontificatu, ad Baio-
1601. censem peruenit anno 1601. & à Pon-
tifice ad grauissimas de Tridentinâ
Synodo, déque librorum delectu
consultationes honorifico elogio co-
optatur. Legatus fuerat ad Rempu- D
blicam Venetam, & Ferdinandum
Magnum Hetruriæ Ducem: curauit
& matrimonium dirimendum inter
Henricum 4. & Margaretam Fran-
ciæ. Tandem Romæ vbi senectutis
domicilium fixerat, post 31. & am-
pliùs annos in eâ aulâ fœlicissimè
transactos, ad meliorem vitam trans-
1604. fertur, pridie Idus Martij an. 1604.
sepulchro delatum corpus in basilicâ
D. Ludouici Romæ, vbi ad dexte-
ram aræ, effigies, monumentúmque
hoc epitaphio condecorantur.

DEO OPT. MAX.

ARNALDO OSSATO *Gallo, S. Eusebij Presbytero Cardinali, Episcopo* BAIOCENSI, *qui omnium per multos annos Gallicanorum in vrbe negotiorum, consiliorúmque particeps & administer, rarissimæ in Reges suos fidei, egregiorumque meritorum testimonio sacrâ Purpurâ ornatus, amplissimi Ordinis dignitatem eâ sapientiæ, integritatisque famâ cumulauit, cùm tantâ officiorum in omnes propensione, vt sui desiderium cæteris quoque nationibus cùm admiratione reliquerit. Vixit annos* LXVII. *menses* VI. *dies* XX.
Decessit pridie Idus Martij anno MDCIV. 1604.
Petrus Bossu Lugdunensis, Cubiculi Præpositus, à secretis, & Renatus Courtin Andegau. à Cubiculo item & Secretarius, ex trientibus hæredes, Patrono optimo & indulgentissimo S. P. P. C. Oratione funebri laudatus est à Tarquino Gallucio Societatis Iesu in lucem editâ, ex quâ nonnulla hîc hausimus, vti de Spondano, & Frizono. Nec sanè silentio præteriri debet hoc Elogio commendatum fuisse à Sanmarthano nostro. SED *& hunc Sacrati Ordinis aureum florem, ocellum nostræ Galliæ, sui denique sæculi nouum sidus* ARNALDVM OSSATVM *quo nunc piaculo prætercam? Is humili apud Auscos ortus loco, sed nobili & excelsâ præditus indole, postquam in vmbratilibus Rhetorum & Philosophorum scholis aliquandiu profitendo latuisset, foróque deinde se comparasset, ad alia studia se transtulit; Romámque mox in Pauli Foxij Legati Regij comitatu profectus, & eo posteà sublato, in Cardinalis Atestini rerum Gallicarum patroni familiam ascitus, erexit se ad grandiora, tractandisque magni momenti negotiis ita paulatim assueuit, vt in hoc laudis genere parem hæc* D *ætas haberet proculdubio neminem. Itaque Henricus* III. *omnis egregiæ virtutis liberalissimus admirator, eum vltrò in Galliam reuocare constituit, vt ab Epistolis, interioribúsque Consiliis eius fideli operâ, & industriâ dubiis temporibus vteretur. Sed cùm sacris initiatus esset, id munus tamquam à suâ professione alienum modestè repudiauit. Nec defuère qui hoc eius factum sic interpretarentur, quasi Romano cœlo iam assuetus, & arridentis fortunæ sibi conscius, ad ea se reseruaret, quæ Romæ posteà consequutus est longè maioris ampliorisque dignitatis ornamenta. Cùm enim Henricus 4. pacatâ inui-*

ctus armis Galliæ ; cùm summo quoque Pōtifice redire in gratiam statuisset, Ossatum inter alios delegit, qui vnà cùm Ebroicensi Episcopo Iacobo Dauio Perrone singulari doctrinâ viro, nunc amplissimo Cardinale, Romam in id à se tum Legato, grauissimum illud opus conficeret, pacémque tanto labore partam aliquanto firmiore præsidio vinciret ac stabiliret. Quo demum negotio feliciter & ex animi sententiâ transacto, vir eximius, commendante Rege, illustrem sacræ Purpuræ honorem à grato & amico Pontifice facilè tulit : eóque faciliùs, quòd insignis eius candor & probitas, amabiléſque mores cùm summæ eruditionis & prudentiæ opinione coniuncti, omnium ferè Cardinalium animos iamdudum promeruissent, sibique conciliassent. Obiit in eo fortunæ splendore felicissimus senex, nobisque vel additâ iam operi coronide, nouum nec opinatum Elogij conscribendi argumentum obiecit. At vos, in quorum gratiam hæc sacra parauimus, ò celebrium tot virorum beati Manes, este boni : nec enim dignius ea peragi sanè poterant, quàm si ad extremum tanto nomine appellato, ritè conuenientérque sic litaremus. Illustre quoque encomium Ossati apud Thuanum habemus in Hist. ad an. MDCIV.

» Vltimus memorabitur Arnaldus Ossatus, nulli horum post habendus, » iam multoties à nobis perhonorificè » appellatus, vt minimè emortualem » diem expectari oportuerit, vt memo- » ria eius celebraretur, sicut in plerisque » aliis euenit, qni nullam alioqni par- » tem in Historiâ faciunt; eóque licet » pauciora de tanto viro dicenda oc- » currant, iusta tamen vel amicitiæ » ergo, quæ mihi arctissima cùm eo in- » tercessit, cùm aliquâ grati animi te- » statione persoluenda sunt. Is in No- » uempopulaniâ nostrâ pago iuxta Au- » gustam Ausciorum ignobili ortus, » obscuris adeò natalibus, vt cognatos » & adfines prorsus ignoraret, & pan- » peres ac domesticos, nullos præte- » reà hæredes habuerit, sed donis in- » genij, doctrinâ, pietate, morum pro- » bitate, & insitâ prudentiâ à Deo lar- » gissimè cumnlatus, facilè natalium » defectum tantâ accessione suppleuit, » vt Romæ in amplissimo orbis theatro » cæteros omnes natalium splendore, » & aliis fortunæ præsidiis illustres » æquauerit, pleróſque superauerit, » æquabili irreprehensibilis vitæ teno- » re omnium amorem & admirationem promeritus, sicque in illâ aulâ totis « XXXI. annis se gessit, vt nemini benè « sentienti dubium reliquerit, quin si « peccati originalis, quod vulgò vo- « cant, fomes non obstitisset, quâ mo- « deratione maximos honores in eâ ci- « tra ambitionem decurrerat, eodem « in studio pergens, ad summum Eccle- « siasticæ potestatis fastigium inoffenso « pede vaderet. Vixit annos 67. men- « ses 6. dies 10. ad B. Ludouici sepultus. Scripsit Ossatus Epistolarum eruditissimarum libros aliquot, quæ apud omnes amplissimo testimonio terun tur, aliáue opera, de quibus Nomenclator Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium qui ab anno Christi millesimo quippiam commentati sunt.

65. IACOBVS D'ANGENNES Comes Consistorianus, ex nobili stirpe Angenneâ prognatus, parentes habuit Ludouicum dominum de Maintenon, Baronem de Meslay, vtriúsque Ordinis Torquatum Equitem, & Franciscam d'O, è lineâ dominorum de Manou : nominatus ab Henrico 4. consecratur 1607. ac possessionem adipiscitur 20. Iulij 1608. interfuit Comitiis Parisiensibus 1616. & cœtui Cleri Gallicani 1625. Benedixit Ecclesiam Carmelitanarum Cadomi 18. Maij 1626. in honorem Incarnationis Christi, admisit etiam Capucinos in vrbem, fatóque fungitur mense Maio anni 1647. humatus in Ecclesiâ castri gentilitij de Maintenon. 1607

ANGENNES. De sable au sautoir d'argent.

66. EDVARDVS MOLE', ex Abbate S. Pauli Virdunensis primogenitus Mathæi Molæi, qui, primò Regiæ Procurationis Cognitor, subinde Senatus Parisiensis Princeps, simul & in aulâ regiâ Procancellarius Galliæ, Rempublicam illustrat, mater Eduardi, Renata Nicolai, Ioannis erat filia, supremæ Rationum Curiæ primarij Præsidis, nominatur autem Baiocensis Præsul à Ludouico XIV. mense Maio 1647. consecratur Parisiis in Sacello Sorbonico 14. Februarij 1649. à Carolo de Monchal Archiepiscopo Tolosano, assistentibus Ioanne de Lingendes Sarlatensi, & Ludouico de Bassompierre Santonensi Episcopis. Eodem anno fit Thesaurarius sacræ Capellæ Parisiēsis Palatij, atque interest 1650. Comitius 1647.

MOLE'. De gueulle à 2. estoilles d'or en chef, & vn croissant d'argent en pointe à vn cheuron d'or pour brisure: écartelé d'argent au liú de sable.

1652. Cleri Gallicani Parisiensis, decessit Lutetiæ mense Aprili 1652.

DE SERVIEN. D'azur à 3. bandes d'or au chef cousu de mesme, à vne teste de lion d'or.

67. FRANCISCVS DE SERVIEN ex Carcassonensi Antistite nominato, Abbas S. Iouini de Marnis diœcesis Pictauiensis, Ordinis S. Benedicti, B. Mariæ de Moris diœcesis Lingonensis Ord. Cisterciensis, & de Perredio nouo; frater Abelij de Seruien Marchionis de Sablé, Comitis de la Roche des Aubiers, Equestris militiæ S. Spiritus Procancellarij, Fisci Regij Superintendentis, schedulâ

1653. Ludouici XIV. 27. Maij 1653. præficitur Episcopatui Carcassonensi per obitum Vitalis de l'Estang: ac sublato è viuis Cardinali Lugdunensi, prouisus est de Decanatu S. Martini Turonensis 15. Iulij sequentis, quem deinde permutauit pro Abbatiâ Perredij noui 29. Martij 1654. ad hanc autem Baiocensem Ecclesiam dimissâ Carcassonensi euocatur 23. Maij, eiusdem anni, ab Innocentio X. prouisus bullis datis quinto Idus Nouemb. anno XI. Pontificatus, inauguratur Episcopus in Abbatiâ Gaudijvallis iuxta S. Germanum in Layâ, ab Henrico de Maupas Episcopo Podiensi, assistentibus Ferdinando de Neufuille Maclouiensi, & Hardoino de Perefixe Ruthenensi Præsulibus: magnam porrò de se excitat expectationem, fore vt probitate, populum sibi commissum vigilantet ad pietatem informet.

BAIONENSES
EPISCOPI.

BAIONE, sur l'Adour.

BAIONA in Tarbellis, fuit olim Lapurdum Vascitaniæ, seu Vascorum regionis caput, vt refert Thomas Vualsinghanus in hypodigmate Neustriæ. » Huius nominis origo, inquit, Arnaldus Oihenartus in Notitiâ vtriusque Vasconiæ lib. 3. c. 13. è Vascâ linguâ petenda est, non tamen à Baïona, id est bonum pignus, vt visum est Stephano Garibayo, sed à Baia-vne, quæ vox locum vel regionem portus significat. Est enim sita hæc vrbs ad confluentem duorum amnium Aturri, & Niui, trium tantùm milliarium spatio ab Oceano disiuncta: Eóque æstu & accessu maris singulis diebus statis vicibus intumescentis, adiuuante, cuiusuis magnitudinis nauigia in eam facilè appellunt. Itaque hâc occasione ac opportunitate loci, (qui Galliæ atque Hispaniæ pœnè confinium occupat) inuitati, crebri illuc commeant mercatores, ex Galliâ, Angliâ, Flandriâ atque Hispaniâ. Antiquissimum esse hoc oppidū constat ex Notitiâ vtriusque Imperij, quæ sedem Tribuni cohortis Nouempopulanæ Lapurdo statuit: quòd Iosephus Scaliger putat esse Lordam exiguum Leuitaniæ vicum in Comitatu Bigorritano, sed fallitur vir doctus, Lapurdum enim cuius auctor Notitiæ Imperij, Gregorius Turon. & alij meminêre, non est aliud quàm Baiona, quæ in veteribus documentis ab hinc quingentos circiter annos illud nomen seruabat, Episcopi atque Vicecomites istius vrbis Lapurdenses vocitabantur, non Baionenses. Sed posteà Scaliger idem in posteriori editione lectionum Auson. deletis quæ de Lordâ commentatus fuerat, hæc substituit: *Boiatum* (supple ciuitas) *hoc est Baiona, quasi Boiona, qua olim dicebatur Lapurda, vbi erat præsidium Romanorum, hodie territorium eius ciuitatis nomen retinet, vocatur enim Lapord, & pagus Lapurdensis.* Baionæ tamen vrbis etymon lib. 2. Auson. lect. c. 7. à Boiis deducit, populis Burdigalæ finitimis, qui vulgò Buchij dicuntur, vúltque dictam Baionam, quasi Boionam sed neque id vllam verisimilitudinem habet, distat enim Boiorum vicus, seu Buchium, à Baionæ oppido duorum ad minimum itinere dierum: in Notitiâ veteri ciuitatum Galliæ, in Nouēpopulaniæ regione designatur Boatiū ciuitas: & eadem Notitia satis indicat hâc vrbē Boatiū, aliam esse à Baionâ, siue Lapurdo, dū eam in Burdegalensi pago statuit. Hallucinantur verò qui Lapurdo, Aquas Augustas Ptolemæi, vel Tarbellicas auctoris Itinerarij ponunt, quarum neque nomen, neque situm alij in hoc tractu vrbi præter quàm illi, quæ Aquæ dicuntur, competere posse iamdiu obseruarunt viri docti. Vetustatem insuper Baionæ arguit veterum mœnium forma, alia- «

» rum non vulgaris antiquitatis stru- A
» cturæ accommodata, vt monuit E-
» lias Vinetus in Ausonij carmen de
» Burdegalâ. Primæ stirpis Regum tem-
» pore, Lapurdum non ignobile oppi-
» dum fuisse hinc arbitrari licet, quòd
» illud, inter alias celebres Aquitaniæ
» ciuitates Childebertus Rex sibi cùm
» Guntramno Rege depactus est, apud
» Gregorium Turonensem lib. 9. c. 20.
» his verbis pactionis vtriúsque Regis:
Pari conditione, ait, *ciuitates Meldis, & duas portiones de Siluanectis, Turonis, Pictauis, Abrincatis, Vicoiuli, Conseranis, Lapurdo, & Albige domnus Childebertus Rex cùm terminis à præsenti die* B
» *suæ vindicet potestati.* Anglis Regibus
» Aquitaniæ olim imperium obtinenti-
» bus, secundùm dignitatis locum Ba-
» ionæ inter Gasconiæ ciuitates tribuit
» Mathæus Vuestmonasteriensis, pri-
» mâ sede Burdigalæ reseruatâ: & Ma-
» thæus Paris in Hist. Angl. ad an. 1254.
ait: *Eodem anno circa festum Purificationis B. Mariæ Gasco de Biarne congregatâ hostium domini Regis multitudine, attemptauit temerè ciuitatem Bahanniæ seditiosè & hostiliter intrare, eámque sibi occupare. Est autem Bahannia ciuitas* C *opulenta, supra mare sita, secunda in totâ Gasconiâ, portu & nauibus, viris bellatoribus, præcipuè mercatoribus vinariis*
» *optimè communita.* Ciuium inuiolatâ
» semper erga Principes suos fides, hanc
» vrbem magnoperè commendat. Cu-
» ius præfecturæ Baionensis termini
» sunt ab Ortu Bearnensis prouincia,
» & inferior Nauarra, ab Occasu Ocea-
» nus, à Septentrionibus Aquensis Præ-
» fectura, à Meridie verò montes Py-
» renæi & Vidasso amnis. Hactenus
Oihenartus: de Baionâ etiam ac situ eius scribit Petrus de Marcâ in Historiâ Bearnij lib. 1. aítque Episcopatum ibi erectum fuisse ante vastationem Normannorum, & aduentum S. Leonis, quem primum statuunt Pontificem vulgatæ tabulæ. Episcopatus porrò vt notatur sess. 31. Constantiensis, in Galliam, Nauarram, & Castellam excurrebat, sed rogante Philippo 2. Rege per summum Pontificem Vicarius generalis constituitur, pro incolis Hispanicæ ditionis. Ecclesia maior dicata est Beatæ Mariæ Virgini, & S. Leoni, subest Archiepiscopatui Auscienſi & Parlamento Burdegalensi: Abbatiæ autem in diœcesi hæ notantur.

LEVNSII *la Honce* O P.

S. BERNARDI *fæmin.* O C.

S. Bernard lez Baione.

Baionensium autem Episcoporum nomina quotquot ex vetustis schedis & tabulariis nosce hactenus licuit, hîc subiicimus ex accuratâ vtriúsque Vasconiæ Notitiâ.

1. B. LEO cùm Rotomagensem Pontificatum gereret, in Hispaniam à Romano Pontifice ad confirmandos Christianos in fide, à Saracenis vexatos legatus, Baionam appulit, ibique dum vitæ exemplo & sacris concionibus rem Christianam promoueret, à piratis & facinorosis hominibus quorum vitia insectabatur cæsus, Diuorum albo inscribi meruit die primo Martij, regnante Carolo Simplice florebat anno Christi 900. 900.
in antiquo Breuiario Baionensi Leo dicitur Lapurdenses cùm Eleutherio & Geruasio sociis, fidei mysteriis initiasse, eiúsque Officium in Proprio Ecclesiæ tanquam patroni celebratur. Hallucinantur autem hi, qui Sanctum Sulpitium primum huius sedis scribunt fuisse Pontificem, cùm in nullo Ecclesiæ Martyrologio vocitetur Baionensis, vel vt alij legunt Baiocensis; quidquid dicant Molanus, Ferrarius, & Galesinius.

2. RAIMVNDVS DE MAREMPME I. ex tabulariis Ecclesiæ Cathedralis. MARIEPMI.

3. ARSIVS temporibus Benedicti 7. Romani Pontif. circa annum 980. qui coram Metropolitano, suo 980.
terminos Episcopatus sui declarauit, D instrumento cartarij Capituli Baionensis, quod refertur lib. 3. c. 4. Not. Oihenarti his verbis: EGO ARSIVS *indignus & humilis Laburdensis Episcopus, volo tradere notitiæ successoribus & posteris, ea quæ nostro Episcopatui, scilicet B. Mariæ Laburdensis subiacent loca. Idcircò hæc subtili & canonicali auctoritate subnotamus, ne fortè, quod absit, succcessores nostri Episcopi, vel Archidiaconi in dubio sint laboraturi, quæ in nostro iure subiacent, seu quæ priscis temporibus ipsa Laburdensis Ecclesia publico auxilio, vel consilio fidelium canonicè acquisiuit. Non enim dignum videtur, vt aliqua fraus in sanctâ Catholicâ, &*

& Apostolicâ Ecclesiâ laboret, sed potiùs veritas, quæ ab auctore mundi semper erigitur. Et ideò quæ post mortem testificari non possumus, authenticâ auctoritate, & exemplo scriptum verissimis in membraneis reliquimus, vt omni dubitate postpositâ, Prælatores S.Laburdensis Ecclesiæ cum pace quod inuenerint testificatum, nostro testimonio vel sancitum, absque adminiculo vllius anxietatis teneant, ipsámque sanctam matrem Ecclesiam ex acquirendis, vel acquisitis pristino in honore restaurent, & ad posse ex studiis subiacentiũ fideli modo ædificent. Omnis Vallis quæ Cisia dicitur, vsque ad Caroli Crucẽ. Vallis quæ dicitur Bigur. Vallis quæ Erberua dicitur. Vallis quæ Vrsaxia dicitur. Bastan item Vallis vsq; in medio portu Belat. Vallis quæ dicitur Larin. Terra quæ dicitur Ernania, & S Sebastianum de Busico vsque ad S. Mariam de Arosth, & vsque ad sanctam Triauam. Has tenemus & possidemus in dominio S. Mariæ Laburdensis Ecclesiæ, eo tenore, ne vnquam ab Episcopo vel Archiepiscopo fiat vlla contradictio, vel proclamatio successori nostro, sed potius sit affirmatio. Hæc affirmatio seu astipulatio facta est in præsentiâ domini Archiepiscopi Auxiensis Odonis, necnon & aliis viris religiosis, clericis & monachis. Vigente domno Apostolico Romano Pontifice Benedicto, regnante Hugone magno Rege Francorum, imperante Duce Gasconiæ Vuillelmo Sancio. Sig. Arsij qui hanc fieri vel confirmari præcepit, sig. Archiepiscopi Auxiensis Odonis, sig. Vuastonis Centulli Vicecomitis, S. Lupi Anerij Vic. S. Arnaldi Lupi Vic. Aquensis, S. Saluatoris Abbatis S. Seueri. Si quis hanc contradicere voluerit repetitio eius ad nihilũ redigatur, & nisi resipuerit victus canonicali iudicio anathema sit. Hanc finium designationem confirmauit rescriptum Vrbani 2. Pont 5. Idus April. indict. 13. anno Incarnat. 1106. item alterum Cælestini 3. 1194. in quo fines Lapurdensis Episcopatus explicantur his verbis: „Vallem quæ dicitur Laburdi, vallem quæ dicitur Arberoa, vallem quæ dicitur Orsais. Vallem quæ dicitur Cizia. Vallem quæ dicitur Baigur. Vallem quæ dicitur Bastan. Vallem quæ dicitur Lerin. Vallem quæ dicitur Lesseca. Vallem quæ dicitur Ocarzu vsq; ad S.Sebastianũ.

4. RAIMVNDVS II. Vetulus, ex cartâ Lascurrensi more antecessorum suorum sex Episcopatus tenuit Vasatensem, Adurensem, Aquensem, Lapurdensem, Oloronensem, & Lascurrensem.

5. RAIMONDVS 2. superioris nepos, fratris vel sororis filius, ætate Austindi Archiepiscopi Ausciensis 1063.
circa annum 1063.

6. BERNARDVS I. Monachus Ordinis Religiosi è pago Astaracensi oriundus, ab anno 1080. ad an. 1119. 1119.
quo ad Archiepiscopatum Ausciensem euectus fuit.

7. GARSIAS I. anno 1120.

8. RAIMVNDVS MARTRIVS, III. MARTRIVS.
circa an. 1130. 1130.

9. ARNALDVS LVPVS BESSABATVS.

10. ARNALDVS FORMATELLVS, FORMATELLVS.
anno 1149. 1150.

11. FORTANERIVS præfuit circa annum 1150. extat documentum vetus in cartario Baionensi oppignerationis decimæ S. Martini à Comitissâ, Maritimæ Vicecom. pro quibusdam solidis quos Nauarrus Vicecomes eius natus iterum Fortanerio Episcopo pignori obstrinxit; sed quia eo tempore tantùm valebant Pictauini, quantum Morlani, statutum fuit; vt si dictus Nauarrus decimam de manu Baionensis Episcopi soluere vellet, & Pictauini minoris essent pretij quàm Morlani, tot daret Pictauinos, qui Morlanis æquiualerent; spondente Bertrando Vicecomite Baionensi, & filiis Petro Bertrando, & Arnaldo Bertrando: hæc ex tabulis apud Petrum de Marca l. 4.

12. ADEMARVS interfuit Concilio Lateranensi 1179. 1179.

13. BERNARDVS LACARRANVS II. LACARRA.
an. 1186. & 1204. firmauit cùm aliis Episcopis Hispaniæ & Galliæ, donationem Alfonsi Regis Castellæ & Toleti cùm vxore Alienorâ Ecclesiæ Cathedrali Aquensi in Nouempopulaniâ apud S. Sebastianum 7. Cal. Nouemb. & inde præfuit ad annum 1206. 1206.
à Ricardo Angliæ Rege & Duce Aquitaniæ parti copiarum quas ad sacrum bellum parabat, præpositus an. 1190. in Palestinam profectus est: de quâ expeditione Rogerius de Houeden Annalium parte posteriore

in Ricardo I. sic scribit. *Interim Rex Angliæ profectus fuit in Gasconiam: deinde perrexit in Andegauiam ad Chinonem: & ibi constituit Girardum Auxiensem Archiepiscopum, & Bernardum Episcopum de Baonâ, & Robertum de Sabul, & Ricardum de Canuil, & Vuillelmum de Fors de Vlerum, ductores & Constabularios totius nauigij sui, quod in terram nauigij Sulia iturus erat: præterea idem Rex præcepit in alio breui suo, vt omnes homines sui, qui per mare essent ituri, obedirent dictis & præceptis prædictorum iustitiariorum nauigij sui.* Nominatur apud eundem Houedenum in cartâ pacis inter Tancredum Regem Siciliæ & Ricardum Angliæ his verbis: *Huius autem pacis tenorem & formam, quam in voto habemus, & in proposito gerimus vobis & vestris, illæsâ fide, seruare per Vualtherum Rotomagensem, & Girardum Exoniensem Archiepiscopos, & per Ioannem Eboracensem, & Bernardum Baionensem Episcopos, & per Ioannem Eboracensem, & Bernardum Baionensem Episcopos, & per Iordanum de Humez Constabularium nostrum, & Vuillelmum de Curci, Ricardum de Camuillâ, Girardum Talbot, Robertum de Sabluil, Guidonem de Croum, Vuillelmum Chamberlangum de Tancernile, Robertum de Nouoburgo, Amauri de Monfort, Gaufridum de Rancune, & per multos alios de familiâ nostrâ fecimus iuramentis præstitis in animam meam firmari.* Meminit eius quoque in deditione Accon ciuitatis cùm ait idem Houedenus: *Alardus Veronensis Episcopus Cardinalis & Apostolicæ Sedis Legatus, & Tyronensis & Pisanus, & Ariensis Archiepiscopi, & Hubertus Saresberiensis, Ioannes Ebroicensis, & Bernardus Baioniensis, & Tripolitanus, Philippus Carnotensis, & Beluacensis Episcopi, & cæteri Ecclesiarum principes, Ecclesias ciuitatis Accon dedicauerũt, quas pagani polluerant, & ædificauerũt altaria Domino, & in eis celebrauerunt Missas.*

Navailles 14. Arsivs de Navailles electus tẽpore Ioannis Regis Angliæ.

15. Petrvs Bertrandvs I.

16. Raimondvs Vilelmi
Donsag. de Donsag, ab anno 1213. ad an-
1213. num 1250. in cartulario Baionensi.

17. Simon de Hatse electus an. 1259. in veteri registro Cathedralis.

18. Sanctivs Axivs vel Hachivs electus anno 1256. nominatur testis in cartâ Baionæ scriptâ mense Nouembri 1267. quâ Ioannes de Sorduâ vendidit Ioanni de Greilly Senescallo Vasconiç aliquas possessiones pro Rege Angliæ: Hanc Ecclesiam rexit ad an. vsque 1275. ex cartâ Maiorũ & Castellani Baionæ scriptâ in festo Apostolorum Petri & Pauli. 1256.

19. Dominicvs, vel Domenionvs Manxivs an. 1279. & 1296. Manxivs.

20. Arnaldvs-Raimvndi Montanvs subrogatur an. 1303. 1303.
vt fidem faciunt acta Concilij prouincialis Auxitani apud Nugarolium celebrati eodem anno per Amaneum Archiepiscopum, vbi dicitur Electus Baionensis: legitur & in aliis constitutionibus Synodi Auxitanæ an. 1304.

21. Petrvs de Maremne II. Maremne.
dictus Maritimensis, an. 1309. & 1310.

22. Bernardvs de Villa III. Villa.
1315. electus & confirmatus nuncupa- 1315.
tur in actis Cõcilij prouincialis apud Nugarolium in Armaniaco cùm Aquensi, Vasatensi, Lascurrensi, Lactorensi, & Oloronensi Episcopis 1316. & 1320. mense Decemb. interfuit synodo generali Auxitanæ apud Marsiacum.

23. Petrvs San-Ioannivs III.
Monachus ab anno 1318. vel potiùs 1318.
renunciatur Antistes 1319. 27. Nouembris, in libro Obligationum Curiæ Rom.

24. Gvillelmvs Vitalis
S'An-Ioannis I an. 1359. 27. Februar. 1359.
ex eod. lib. Obligationum Vaticani.

25. Milo de Dormans ex De Dor-
Andegauensi transiit ad Baionensem mans.
Cathedram 1373. ex tabulis Vaticani. 1373.

26. Bartholomævs Riberanvs Monachus anno 1373.

27. Petrvs Doraich IV. 1376. & Doraich.
an. 1383. 19 Martij sub obedientiâ Clementis 7. Antipapæ eodem libro.

28. Nicolavs an. 1385 24. Iulij 1385.
memoratur ibid. in registro Vaticano.

29. Garsias de Hengvy, II. Hengvy.
Euguius, Monachus Augustinianus: an. 1376. vltimâ Nouembris fuit Confessor Caroli Ebroicensis Nauarræ Regis, & vnus ex ipsius Testamenti executoribus cùm Lupo de Lunâ

Archiepiscopo Cæsaraugustæ, Martino de Caluo Regis Cancellario, aliisque apud Pompelonam vrbem in palatio Episcopali: Anno 1392. vacat sedes Pontificia.

1397. 30. MENENDUS GARSIAS Monachus, anno 1397.

31. PETRUS DU VERNET V. an. 1411.

1413. 32. GUILLELMUS ARNALDUS BORDANUS I. anno 1413. in Concilio Constantiensi sessione 31. Legatus Caroli 3. Regis Nauarræ.

Masloco. 33. PETRUS DE MASLOCO, VI. Vasco, à Benedicto XIII. Pseudopontifice intrusus contra dictum Guillelmum à Ioanne 23. Pont. creatum, de quibus in dictâ sessione 31. Synodi Constantiensis.

1444. 34. GUILLELMUS ARNALDUS II. translatus ad Aquensem anno 1444. 5. Idus Decembris, ex cartis Vaticani.

De Sega. 35. GARSIAS ARNALDUS DE SEGA Episcopus Aquensis, eodem die & anno huc traducitur, vt constat ex Obligationum libro Curiæ Romanæ: de hoc & decessore nulla extat memoria in vulgatis catal.

1454. 36. GUALARDUS obiit 1454. ibidem.

37. IACOBUS I. Ordinis Dominicanorum Religiosus.

Monrevel. 38. IOANNES DE MONREVEL, I. electus 1459. Calend. Iulij in iisdem Actis Consistorialibus Vaticani.

Barriere. 1479. 39. IOANNES DE BARRIERE II. florebat anno 1479.

De Foix. 40. PETRUS DE FOIX VII. Cardinalis Administrator Baionensis 1488.

Lahet. 41. BERTRANDUS LAHETUS anno 1507.

D'ailly. 1521. 42. HECTOR DAILLY Aruernus 1521. Legatus ad Venetos nomine Aloisiæ à Sabaudiâ Regentis Franciæ, matris Regis Francisci I. obiit 1532.

Dubellay 1519. 43. IOANNES DU BELLAY, III. posteà Parisiensis Præsul & Car- A dinalis, de quo dictum est in serie Parisiensium Episcoporum.

44. STEPHANUS PONCHER ab anno 1532. ad 1550. Poncher.

45. IOANNES DE MONTIERS, IV. ex dominis du Fraisse, & de Rochelidoux, cuius familiæ Vicecomites de Merinuille, Legatus ac Orator Regius apud Principes Germaniæ anno 1551. & 1552. in Conuentu Passauiæ orationem habuit elegantem 3. Nonas Iunij: vir erat rerum agendarum peritissimus, cuius interuentu, vt qui diu in Allemaniâ versatus, & linguam B Germanicam calleret, Rex Henricus II. conuentionem fecit cùm Mauricio Saxoniæ Duce, tam suo, quàm Georgij Friderici pupilli, & Ioannis Alberti Marchionum Brandeburgicorum, ac Vuillelmi Hessorum Principis pro Germaniæ libertate, vt notat Iacobus Aug. Thuan. Hist. lib. 8. vide Franciscum Balduinum Iurisconsul. in Panegyrico de matrimonio Caroli IX. Regis cùm Elisabethâ Austriacâ: edidit porrò Ioannes librum cui titulus, de Statibus & familiis in Orbe Christiano illustribus 1561. C sedebat & an. 1561. Montiers. 1552.

46. IOANNES DE SOSSIONDO V. præfuit ad annum 1579. quo diem extremum obiit. Sossiondo.

47. IACOBUS DE MAURY II. Prior de Pinel, ab Henrico 3. Rege commendatus epistolâ ad Ludouicum Castaneum Abennium, eius ad summum Pont. Legatum eodem an. 1579 Iulij 5. pro impetratione bullarum: rexit adhuc an. 1590. Maury. 1590.

48. BERTRANDUS DESCHAUX Bearnensis, ex gente Vicecomitum D de Baigorry, Sacri Consistorij Assessor, consecratur Episcopus Baionensis anno 1598. delectus est à Ludouico 13. cuius primus fuit Eleemosynarius an. 1611. vt discordiam inter eumdem Christianissimum Regem & Philippum 3. Hispaniarum pro finibus Galliæ & Hispaniæ cùm aliis componeret: interfuit Comitiis Parisiensibus anno 1614. cui Ioannes Filesacus Theologus Parisiensis dicat librum de Idololatriâ Politicâ 1615. traducitur tandem ad Archiepiscopatum Turonensem vbi de ipso plura: mortuus 1641. Deschaux. 1615.

RVEIL.

49. CLAVDIVS DE RVEIL Guillelmi Ruzæi Episcopi Andegauensis consobrinus: fuit Carnotensis Canonicus, inde Cleri Syndicus, Henrici 4. & Ludouici 13. Eleemosynarius, posteà Archidiaconus maior Turonensis, ad hanc demum Sedem vocatus consecratur à Francisco Cardinali Rupifucaldio 1622. adfuit Co-
1625. mitiis Cleri 1625. & Conuentui Notabilium Parisiensi 1626. transfertur ad Andegauensem Pontificatum eodem anno.

BETHVNE.

50. HENRICVS DE BETHVNE ex Abbate Iardi, Philippi Comitis de Selles & de Charrots, ex Catharinâ le Bouteiller de Senlis, è prosapiâ Comitum de Moucy, nominatur Baionensis Præsul à Ludouico XIII.
1626. 1626. 1. Octobris, sed nondum inauguratus trãnsiit ad Cathedram Malleacensem in Pictonibus, vt narrauimus in Archiepiscopis Burdegalensibus.

MONTAGNE. D'azur semé de tresfles d'or, à vne patte de griphõ d'or en barre.

51. RAIMVNDVS DE MONTAGNE Burdegalensis, Regi Christianissimo à Consiliis sanctioribus, dominus de S. Genes, anteà Præturæ Santonensis Præses, Episcopus anno 1630. Interfuit cœtui Cleri Parisiensi an. 1635.
1637. defunctus autem mense Martio anni 1637.

FOVCQVET. D'azur à vn escurieu de gueulle.

52. FRANCISCVS FOVCQVET Abbas S. Seueri, Episcopus designatus eodem anno, consecratur Lutetiæ in templo domus Professæ Patrum
1639. Societatis Iesu 1639. 15. Martij à Claudio de Rueil Andegauensi Præsule, sacro operam nauantibus Episcopis Francisco Ademaro de Monteil de Grignan, tunc temporis Episcopo Tricastinensi, nunc autem Arelatensi Archipræsule, & Ioanne de Sponde Megarensi Episcopo, Coadiutore Appamiensi, præsentibus Sedis Apostolicæ Nuncio, Archiepiscopis Bituricensi & Turonensi, Gratianopolitano, Ambianensi, Valentino, S. Brioci, Vaurensi, Autissiodorensi, & multis aliis Præsulibus. Vrbem suam Baionam solemniter ingreditur mense Nouembri sequenti: sub eóque stabiliuntur duæ domus religiosæ sequentes, prima in oppido S. Ioannis Luzi, monialium D. Vrsulæ, puellis Christianè & piè erudiendis incumbentium. Altera in vrbe, Monialium Visitationis D. Mariæ, è prędicti Ordinis Parisiensi monasterio profectarum. Sub eodem Religiosæ D. Claræ è cœnobio vulgò de Sorohette nuncupato, necnon in loco ab vrbe duabus, aut circiter leucis distanti, solitario & minus tuto, ad vetus monasterium Baionense eiusdem sanctæ, vnde primùm egressæ, reductæ fuerunt. Circa idem tempus grassante semper passim per diœcesim veluti peste, à multis annis iam orto animarum saluti adeò noxio abusu illo, quo plerique ex vtróque sexu, statim post fidem datam de matrimonio inter se, per verba tantùm de futuro in eadem domo cohabitabant, in omnibúsque sicut ij, qui in facie Ecclesiæ coram proprio Parocho, & requisitis testibus per verba de pręsenti legitimè contraxerunt, se habebant: conuocatis in æde Episcopali non paucis eiusdem diœcesis viris Ecclesiasticis, longâ & maturâ deliberatione habitâ, ab hoc Præsule conditum est statutum, tam prauum morem sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon pœnitentiæ publicæ peragendæ pœnis prohibens. Dein anno vno, aut circiter, post regiam de ipso in suâ diœcesi tum degenti, ad Abbatiam S. Seueri in Normanniâ factam nominationem elapso, ex permutatione Baionensis Ecclesiæ pro Agathēsi ad hanc traducitur 1643. mense Iulio: consule quæ supra attulimus vbi de Agathensibus Episcopis.

DOLCE. D'argent à 3. cheurons de gueulle à vne estoile de 5 rais posée au franc carter.

53. IOANNES DOLCE-VI. Baionensis, ex Boloniensi Antistite, Bertrandi Deschaux Archiepiscopi Turonensis ex sorore nepos, à quo consecratus Præsul, adstantibus Leonorio d'Estampes Carnotēsi, & Claudio de Rueil Andegauensi Episcopis;
ex cessione autem Francisci ad hunc 1643.
Episcopatum transfertur, nominatus Agathensis Episcopus, sed nondum adeptâ possessione. Interfuerat Comitiis Cleri Gallicani Meduntæ ad Sequanam habitis anno 1641.

BASILEENSES EPISCOPI.

Basle sur le Rhin, subiete à Besançon. AVGVSTA Rauricorum Basilea, nobilis vrbs Heluetiorum ad Rhenum, sita in confinio Burgundiæ, Alemaniæ, & Franciæ, ciuitas Basiliensiû in Notitiâ Prouinciarum memoratur, Ammiano l. 30. qui & l. 15. apud Sequanos, inquit, Bisontios vidimus, & Rauracos aliis potiores oppidis multis. Colonia erat Raurica, quam Rauraci teste Cæsare incoluerunt: vulgò grata cognominatur, vt Constantia ampla, Strasburgus nobilis, Spira deuota, Moguntia honorata, Colonia diues, Treuiris antiqua. Hanc ciuitatem Rhenus mediam penè diuidit, nisi quòd ponte vnitur. Anno 1460. à Pio 2. Pontifice Academiâ cōdecoratur iisdem priuilegiis & immunitatibus, quibus fruuntur Bononiensis, Coloniensis, Heidelbergensis, & aliæ Germaniarum celebriores. Templum maius Beatæ Mariæ dicatum est, Capitulum verò Religione Catholicâ à Basileensibus reiectâ, sedem habuit Friburgi Brisgoiæ, & nunc Brunthuti cùm Collegio Cathedrali Canonicorum residet Episcopus, qui Rom. Imperij Princeps, Bisonticensis Metropolis est Suffraganeus: in diœcesi hæ sunt Abbatiæ.

S. LEONARDI *in vrbe* O A. *S. Leonard.*

MORBACENSIS O B.

LVCELLÆ O C.

Episcopi autem hâc serie inueniuntur in cartophilacio Ecclesiæ.

1. IVSTINIANVS in Concilio Agrippinensi contra Euphratam an.
346. 346. vbi dicitur Rauricorum Episcopus.

2. PANTALVS.

3. RACHNACARIVS, ex Episcopo Æduensi, de quo vita Eustasij.

748. 4. VALANVS, 748.

5. VALDEBERTVS anno 760.

6. VALDO 806. factus Monachus Sandionysianus, ibi diem obut extremum. 806.

7. HATTO, vel Hetto, seu Oto, ex Abbate Augiensi legatus Imperialis Constantinopolim an. 811. quo subscripsit testamento Caroli Magni teste Eginarto; videndi Regino, Hermannus Contractus, & Annales incerti apud Pithœum.

8. VDALRICVS I. in diplomate Ludouici Pij.

9. FREDEBERTVS 859. in Concilio Tullensi, & Tusiaci 860. 859.

10. ADELVINVS, Carolo Crasso imperante.

11. RODVLPHVS 892. Reginoni.

12. IRENICVS, in Concilio Triburiensi 895. 895.

13. VICHARDVS nominatur apud Flodoardum in Chronico 948. quo anno adfuit Synodo Engilenheimensi.

14. ADALBERO, vel Adalbertus 1014. dedicat suam Ecclesiam 1014.
1019. 5. Idus Octobris Virgini Deiparæ, præsente Henrico Imperatore.

15. VDALRICVS II. nobilis Clericus, donatus Episcopatu à Conrado Rege & Reginâ eius vxore dum Basileæ morarentur, vt refert Vippo in vitâ Conradi Salici Imp.

16. BRVNO.

17. THEODORICVS memoratur 7. Calend. Aprilis 1044. in instrumento pro Paulianis Vesontinensibus. 1044.

18. BERNIGERVS anno 1057.

19. BVRCARDVS I. 1072. ei scribit Gregorius 7. lib. 2. epist. 14. 1074. 1072.
vt curam Aduocatiæ Monasterij S. Crucis à Leone IX. constructi iuxta Pontificis constitutionem Gerardo nepoti eius maiori adiudicet, & Hugonem ab eâ excludat: excommunicatur vt sectator Henrici schismatici 1085. Baronio. Dat S. Hugoni Abbati Cluniaci Cellam B. Albani

Basileæ 1105. vt perspicitur ex hoc A diplomate Bibliothecæ Cluniacensis: IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Ego Burchardus Basileensis Ecclesiæ Dei gratiâ Episcopus, antiquam cùm domino Hugone Cluniacensis Ecclesiæ Abbate retinens familiaritatem & amicitiam, monasterium S. Albani in suburbio Basiliensis ciuitatis supra ripam Rheni constitutum, cùm omnibus eius appenditiis eidem Abbati Hugoni, omnibúsque eius successoribus regendum, & ordinãdum sub regulari disciplinâ subieci; hac scilicet intentione & conditione, vt merita & orationes vniuersæ Cluniacensis Ecclesiæ mihi, omnibúsque meis tam* B *prædecessoribus quàm successoribus, omníque familiæ B. Mariæ epitulentur in salutem æternam. Notum igitur facere volui omnibus cum fide ac deuotione religionem Christianam colentibus, quòd hanc subiectionem & concessionem fecerim, consilio & consensu tam Cleri, quàm populi nostri. Precor igitur, & obtentu perfectæ veræque fraternitatis obtestor omnes successores meos, quatinus idem præmium in prædicti cœnobij amplificatione mecum sperare contendant, nostrámque concessionem, & confirmationem euertere minimè* C *præsumant: sed monachos Cluniacenses ibi Deo Sanctóque Albano famulantes, pro animarum suarum salute sub libero & tranquillo Dei seruitio ab omni controuerstate, & perturbatione defendant. Hanc igitur cartam ob hoc conscripsimus, vt Ecclesiæ Cluniacensi, & Ecclesiæ Basiliensi perpetuò sit in testimonium, ne aliquis sit ausus euertere, quod ad cultum diuinum ordinatum est, Catholicorum virorum dispositione. Si quis autem quod absit spiritu malignitatis inflatus, hanc nostræ confirmationis cartam infringere tentauerit, vel fratres Cluniacenses Deo ibi seruientes molestius inquietare, vel omnino perturbare contenderit, odium Dei & S. Mariæ cui libens semper deseruio, sancti-* D *que Albani martyris specialis patroni mei, necnon omnium Sanctorum incurrat &c. Acta sunt hæc apud Basiliam anno Do-*
1105. *minicæ Incarnat.* MCV. *indict. xiij. feria 2. paschalis hebdomadæ Lunâ 22. regnante Romanorum Imperatore Henrico 4. & filio eius Rege Henrico v. anno autem ordinationis Burchardi Episcopi Basiliensis qui hanc cartam dedit 33. anno verò ordinationis Hugonis Abbatis Cluniacensis cui data est 57.*

HOM. 20. RODVLPHVS DE HOMBOVRG, II. IIII. & 1114. 5. Nonas Martij in diplomate Henrici 4. pro Murensibus. BOVRG. 1114.

21. LVDOVICVS DE FERRETE, I. Comes.

22. BERTHOLDVS DE NEVFCHASTEL 1125. & 1130. in fundatione Lucellæ. NIVICHASTEL.

23. ADALBERO DE HOMBOVRG, III. Comes 1140. 1140.

24. HANNO, ex Abbate Luneburgensi: Chronicon Cassinense l. 4. cap. 120. & 121.

25. BVRCHARDVS DE HOMBOVRG II. nominatur 1152. & 1156. HOMBOVRG. 1156.

26. LVDOVICVS, II. priuatus ab Alexandro 3. in Concilio Lateranensi 1179. ob simoniam.

27. HVGO DE HASEMBOVRG.

28. HENRICVS DE HORNEBERG I. vel DE HOMBERG, 1160. 1160.

29. HVGO II. anno 1171.

30. LVPOLDVS, vel Lutoldus, aut Lutolfus 1207.

31. VALDRICVS subscripsit diploma pro Arelatensibus an. 1214 depositus in Concilio Lateranensi ab Innocentio 3. 1215. Chronicon Hirsaugiense, cui scripserat idem Innocentius cap. 6. de concessione Præbendæ. 1215.

32. HENRICVS DE THVN II. Comes 1238. obiit, quo tempore recepti Basileæ Dominicani & Franciscani. THVN.

33. LVTOLDVS Fridericum Appuliæ Infantem, Henrici Imper. filium ex præcepto Innocentij Papæ vsque ad oppidum Columbariæ in Alsatiâ deduxit, Basileæ anteà commorantem. Hist. Richerij Monachi Senonensis, mortuus 1248. 1248.

34. BERTOLDVS DE FIRETO Comes decessit 1252. 4. Idus Octobris. FERRETTE.

35. HENRICVS DE NEVFCHASTEL III. emit Porentrutum, & obiit 17. Calendas Octobr. 1274.

36. HENRICVS IV. ex Minorità, promittit obedientiam Odnni Archiepiscopo Bisontino 1280. recensetur in diplomate Gregorij X. Lausannæ 12. Calend. Nouembris 1275. A
1280.

Rich. 37. PETRVS RICH, I. 1288. obiit Idibus Septembr. 1290.

38. PETRVS DE ACHTZPALT, II. Medicus, posteà Moguntinus Archiepiscopus.

Granson. 38. OTHO DE GRANDSON, quod oppidum celebre in Heluetiâ clade Caroli Burgundiæ Ducis. B

40. GERARDVS DE VIPINGHEN, decessit 1325. 16. Calend. Maij.

Chalon. 41. IOANNES DE CHALON I. Burgundus, ex Lingonensi, mortuus 10. Calend. Iulias.

Senen. 42. IOANNES SENEN II. fato fungitur pridie Calend. Iulias 1365. filius sororis Bertholdi Episcopi Argentinensis.

Vienne. 43. IOANNES DE VIENNE 3. Burgundus ex Metensi & Bisonticensi 1382. obiit Brunthuti, ibique iacet, vir iuris Ecclesiastici admodum tenax. C

44. HIMERIVS DE RAVSTEIN. obiit 1391.

Blanchenen. 45. FRIDERICVS DE BLANCHENEN I. Argentinensis, & Vltraiectinus, Administrator Basileensis 1391.
1391.

46. CONRADVS, electus mense Septembri, post biennium abdicat.

Nivfchastel. 47. HVMBERTVS DE NEVFCHASTEL, Theobaldi & Aleïdis Ionuilleæ filius. D

1423. 48. HARTHMANNVS obiit 1423.

49. IOANNES, IV. ex Abbate Saleriensi, interiit 1436. durante Synodo in hâc vrbe, in profesto S. Thomæ Apostoli.

1451. 50. FRIDERICVS II. inter Electores Felicis 5. 1439. obiit postridie Epiphaniæ 1451. nobilitate generis & humanitate in omnes eximius, Æneæ Siluio.

51. ARNALDVS DE ROTHBERG, ex Decano, mortuus Nonis Maij 1458. Rotberg.

52. IOANNES DE VECTINGHEN V. ex Decano Basileensi, & Spirensi: obiit Porentruti 1478. Dominicâ ante Natalem Domini: quo sedente fundatur Academia à Pio 2. 1460. Vectinghen. 1478.

53. GASPARVS decessit 1502.

54. CHRISTOPHORVS AB VTHENIN, abdicauit.

55. PHILIPPVS GONDOLPHEIN, Collegio Canonicorum migrante Friburgum Brisgoiæ, secessit ipse Bruntutum, ibique obiit 1533. mense Octobri, quo tempore hæresis inuebitur in vrbem, ablatâ impiè, verâ & antiquâ Religione Romanâ, quo etiam sedente 1536. 11. Iulij moritur & sepelitur Basileæ Erasmus. Gondolphein. 1533.

56. MELCHIOR A LIECHENFELS obiit 17. Cal. Iulij 1575.

57. IACOBVS CHRISTOPHORVS BLANNERVS electus 10. Calend. Iulij 1575. præfuit & 1588. 1575.

58. GVILLELMVS PEKEL anno 1623.

59. IOANNES-HENRICVS D'OSTEIN IV.

Ostein. D'azur au leurier d'or.

60. BEATVS-ALBERTVS DE RAMSTEIN ex nobili stirpe de Ramstein in Suntgoiâ natus, postquam literis humanioribus in gymnasio Bruntrutano, per sexennium studuisset, à parentibus Romam ad Collegium Germanicum Philosophicis & altioribus studiis operam daturus, missus fuit, in quibus ita profecit, vt aliquot annis ibi exactis Vuormatiensis, & paulò post Basileensis Ecclesiæ Canonicus factus sit. Cúmque in hoc statu integerrimam vitam duxisset, defuncto Ioanne Heinrico Basileensi Episcopo, canonicâ electione die 29. Nouembris anno 1646. Episcopatui Basileensi præpositus est, cui cùm laudabiliter præfuisset die 25. Augusti 1651. in arce Brunthrutanâ, 56. ætatis anno expleto, ex hac vitâ discessit. 1646.

Ramstein. De gueulle à 2. bastons fleurdelisés d'argét passés en sautoir, ecartelé des armes de la ville de Basle, qui sont d'argét au cornet de gueulle.

10. Iulij in Decanum mutatur Prior, Infirmarius in Archipresbyterum, Camerarius in Primicerium, Decanus in Cantorem, præterea sunt XIX. Canonici: antiquitùs sigillum Capituli erat Aquila, nunc autem pro stemmate manum dextram gerit, ob insignem relliquiam dextræ manus D. Ioannis Baptistæ: alias Ecclesias habet, nempe S. Francisco sacram, vti patet ex bullario Felicis V. in Bibliothecâ Geneuensi, quod continet ea quæ Pseudopontifex & Cardin. S. Sabinæ gessit, diplomate illius dato Geneuæ 1. Decembr. 1450. rogante Ludouico Sabaudiæ Duce, in Bellicij vrbe permittit Franciscanorum cœnobium condi, cuius cura committitur Præsuli Bellicensi & Priori Petræcastri: Ecclesia hæc consecratur vltimâ Iulij 1463. à Bartholomæo Chuet Episcopo Niciensi. S. Laurentij templum nuper conditum est impensis eiusum, Capucini in suburbio, S. Mariæ moniales & Vrsulinæ domicilia item fixêre. In diœcesi duæ sunt Abbatiæ.

S. SVLPITII *S. Sulpice* O C.

DE BONO *fæmin.* O C.
Nostre Dame de Bons.

Series Episcoporum habetur in Roberto sed manca, manuscriptum Ecclesiæ Bisontinensis trigintaquinque habet, Genanus 75. tradit, sed hic catalogus mendis scatet, Episcopus Salutiensis 36. Samuel autem Guichenon Franciæ Historiographus, qui patriæ suæ monimenta summo labore, & diligentiâ omnium doctorum commodo vulgauit, catalogum recensuit in Historiâ Bressiæ & Bugesij his vberiorem, à quo maximam partem mutuamur.

1. AVDAX primus Bellicij sedem obtinuit, translatâ è Niueduno Coloniâ Equestrium ad ripam dextram lacus Lemani, quæ variè in Notitiis Prouinciarum Galliæ, ciuitas Niudunum, Niuedunus, & Nouionus nominatur, vt in Codice Thuano: ciuitas Equestrium Noiodunus apud Sirmondum, & Querceranum, sub Metropoli Vesontiensium, & in alterâ Notitiâ Petauianâ scribitur, ciuitas Equestrium, id est Niuidunus: ibidem legitur ciuitas Belicensium, quæ anteà castrum Argentariense vocabatur: Chifletius hanc Equestrem Coloniam censuit esse eandem cùm Epaonâ, in quâ Concilium celebratum est: sed de hâc synodo multi varia coniiciunt: incertum enim hactenus quis locus, ait Sirmondus, aut quod illi hodie sit nomen. Audax porrò sedit in Bellicensi Pontificatu an. 412. iuxta tabulas Bisontinenses & Bellicenses. 412.

2. TARNISCVS, vel TARVISEVS in alio codice.

3. MIGETIVS.

4. VINCENTIVS Synodo Parisiensi adfuit 555. cum Lugdunensi 567. 555.

5. EBROLDVS vel EVROLDVS.

6. CLAVDIVS I.

7. FELIX subscribit 588. Concilio Matisconensi, atque moritur cùm Matiscone rediret. 588.

8. AQVILINVS.

9. FLORENTINVS Concilio Cabilonensi prouinciali adfuit 659. Florentius vocatur in schedâ Bisontinensi. 659.

10. YPODIMIVS.

11. PRACMATIVS.

12. BERTERIVS.

13. ANSEMVNDVS, consecrat mains altare & octo minora Ecclesiæ Bellicensis, vt testatur vetus eius MS. an. 722. 5. Aprilis, ex quo patet eos falli qui scripsêre, vnicum tantùm altare extitisse in qualibet Ecclesiâ antiquitùs, vsus enim contrarius à mille annis ex hoc comprobatur. 722.

14. S. HIPPOLYTVS ex Abbate S. Claudij, præesse cœpit Episcopus anno 754. de quo eius Abbatiæ antiquum tabularium sic habet: *Sanctus Hippolitus Abbas huius Cœnobij annis 26. hic fuit postmodum Episcopus Bellicensis, & quandiu fuit in humanis cùm Bellicensi Ecclesiâ dictum rexit cœnobium: fuit autem temporibus Pipini & Caroli Francorum Regum: hic expleto 26. anno sui regiminis, fœliciter migrauit ad Dominum, sepultúsque fuit in Ecclesiâ S.* 754.

Eugendi prædicta: tempore istius Sancti Pipinus Rex dedit huic cœnobio Tasso-nam, & privilegium in quo multa indulsit, & inter alia contulit eidem authoritatem fabricandi monetam. Carolus verò Rex tempore istius sancti dedit ipsi cœnobio villam Quintiniaci, cùm appenditiis suis, in quibus villis, prælibatus sanctus, Prioratus construxit, & dictas villas ipsis Prioratibus applicauit, retentâ ipsi cœnobio certâ pensione annuatim perpetuò reddendâ. Insuper verò prælibatus Carolus Rex induisit ipsi cœnobio auctoritatem cudendi monetam, & omnia priuilegia per Imperatores & Francorum Reges ipsi cœnobio concessa confirmauit, & expressè renouauit. Haud diu Episcopatu potitus est, námque iam abdicatus legitur an. 757. in tabulis S. Eugendi, vbi sepultus, relatúsque inter Sanctos ad diem 12. Cal. Decemb. 757.

15. GVNDOALDVS: huius & nouem sequentium Episcoporum notitia eruitur ex perantiquo codice Ecclesiæ Bisontinensis.

16. AGISLVS.

17. EVLOGIVS, aut Eulagius.

18. ADOREPERTVS, vel ADEONPERTVS in iisdem membranis.

19. ETMVNBERTVS vel EMVNBERTVS.

20. RODOGERIVS & ROTGERIVS.

21. RITFREDVS.

22. STEPHANVS I. cui alium Stephanum subiicit Ecclesiæ Bisontinensis tabularium, sed eo omisso, à Guichenono nominatur.

23. RINGVINVS.

24. SIGOLDVS: rectè omisit cartophilacium Bisontinense Florentinum, de quo mentio in tabulariis Anianæ.

25. ADABALDVS consecratus à Metropolitâ Bisontinensi, tale enim Archiepiscopo fidei iuramentum dedit: *Ego Adabaldus misericordiâ Dei adhuc vocatus Episcopus, debitam obedientiam & condignam subiectionem veluti antecessores mei Ecclesiæ scilicet Bellicensis obedierunt Rectoribus Vesontionensis Ecclesiæ, promitto deinceps seruare & obe-dire.* Hunc cùm aliis Episcopis coronasse Regem Burgundiæ Transiuranæ Rodulphum Conradi filium, dum prouincias inter montem Iuram & Alpes occupauit, est probabile: nam hic omnes huius regni Episcopos propterea conuocauit 888. inter quos erat Bellicensis, qui eodem anno, vt testantur cartæ S. Stephani Diuionensis, subscripsit diplomati Imperatoris Caroli regni 2. indict. 5. 15. Cal. Iunij, quo agitur de Concilio S. Marcelli iuxta Cabilonem pro Ecclesiâ S. Stephani Diuionensis, cui synodo etiam interfuit. 888.

26. STEPHANVS II. ex Decano Bisontinensi fit Præsul Bellicij, Vicarius generalis Berengarij Archiepiscopi Bisontini, quo mandante transfert corpus S. Mainbodi, Scoti Martyris, ex Ecclesiâ Domini Petri ad Montis belicardi templum, quâ in reuelatione Berengarius qui ob fidem oculos amiserat, miraculo visum recepit circiter an. 900. 900.

27. ELIZACHAR, vel ELISIARDVS in codice Bisontino, dictus Abazachar iuxta Paradinum Hist. Lugdun. lib. 2. interfuit synodo prouinciali Cabilonensi 915. 915.

28. ISAAC.

29. HIERONYMVS instante Rodolpho Rege Burgundiæ Transiuranæ consecratur à Girfredo Bisontinensi Præsule, qui etiam hortatu eiusdem Beronem Lausanæ., & Asmundum Sedunensem Episcopos inaugurauit. Cùm autem Bero an. 932. vixerit, Hieronymum quoque circa hoc tempus sedisse constabit: in titulis Bisontinensibus eius fidei iuramentum hisce verbis exprimitur: *Ego Ieronymus Bellicensis Ecclesiæ futurus Episcopus, promitto debitam subiectionem, & condignam obedientiam sanctæ Vesontionensi Ecclesiæ, & omnibus eiusdem loci Rectoribus deinceps seruare canonicè.* 932.

30. HERICIVS, vel HENRICVS.

31. DESIDERIVS.

32. ODO I.

34. HERDVLFVS.

34. AYMO donationi Hugonis
Bisontinẽsis Præsulis subscripsit cùm
1044. aliis Episcopis 8. Cal. Aprilis 1044.
peo Paulianis Bisontinensibus.

35. GAVCERANNVS successor Aymonis, tale præstitit fidei iuramentum: *Ego Gancerannus sanctæ Bellicensis Ecclesiæ nunc ordinandus Episcopus, subiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à sanctis Patribus constitutam, secundùm præcepta Canonum sanctæ Sedi Chrisopolitanæ Eccl siæ, Rectoribúsque eius, in præsentiâ domni Archiepiscopi Hugonis perpetuò me exhibiturum promieto, & super sanctum altare propriâ manu firmo.* Inteefuit quoque concessioni quam Drogo Præsul Matisconensis fecit Ecclesiæ S.Petri an-
1072. no 1072. cui etiam Humbertus Aechicpiscopus Lugdunensis, & Achardus Cabilonensis adfuêre, vt patet ex caetulario Sancti Petri Matisconensis.

36. B.cuins extat memoria in monimentis an. 1080.

37. PONTIVS vel PONTIO t.
1091. subscripsit anno 1091. cessioni Guidonis Episcopi Geneuensis, quâ Hunaldo Abbati S Claudij eelinquit Ecclesiam de Sessiaco in pago de Gcx: præsens quoque fuit literis Hugonis 3. Bisontinensis Archiepiscopi 3. Nonas Ianuar. 1098. & peouinciali synodo Hugonis Archiepiscopi Lugdunensis habitæ Petræcissæ 1099. At quantum libeealis fuent eega Cluniacensem Oedinem patet ex bullâ Paschalis 2. an. 1106. quâ Cluniacensibus confirmat donationes à Pontio Bellicensi factas Ecclesiarum de Peyrieu, de Camullieu, de Primesel, de S. Baudil, de Conzieu, de Rossillon, de Peumillieu, de Rumillieu & d'Inimont in diœcesi Bellicensi. In tabularioautem Inimontis habetur hęc carta donationis Humbeeto Monacho, Inimontis Priori: DOMINVS *Pontius Episcopus Bellicensis Ecclesiæ, in cuius Episcopatu Mons Inimontis est, cum consilio & laude Canonicorum, & Canonicis cum eius voluntate concordanetibus dedit Deo, & beatis Apostolis Petro & Paulo, & Cluniacensi monasterio, & fratribus ibi Deo seruientibus, quidquid in eodem monte, aut eerrâ, quæ ad eundem montem pertinet, vel ipse in proprio, vel alius de eo in feudum. Dedit etiam Ecclesiam quæ in eodem monte erat, cum omnibus quæ ad eandem Ecclesiam eam interiùs quàm exteriùs pertinent, exceptis synodo, & paradâ. Sunt autem in hac terrâ sylua multæ, prata multa, terræ araeoriæ, & magni fontes, & riui, & multa alia humano vsui apta. Quæ omnia tam in dono domini Episcopi, quàm domini Humberti Comitis conclusa sunt, prout meliùs intelligere & inquirere potuit dominus Humbertus. In cuius manu hæc est facta donatio, testes donationis domini Pontij Episcopi, D. Bernardus de Rossillon Canonicus eiusdem Ecclesiæ Bellicensis, Vmbertus de Grandimonte.* Eo præsente Guillelmus Metropolita
Bisontinensis anno 1111. prohibet mo- 1111.
netam cudi in sacello S Quintini Bisontinensis; in Trenoechianâ quoque synodo sententiam dixit cùm cæteris Præsulibus 1116.

38. I. huius tantùm extat nominis litera initialis in Ecclesiæ archiuis.

39. GVILLELMVS 1. hanc eandem
dem eexit Ecclesiam circa an. 1120. 1120.

40. PONTIVS DE BALMEY II. BALMEY,
ex antiquo sanguine de Balmeto in Bugesio, patre Noetboldo genitus, fratrem habuit Garneeium, qui suo exemplo Cartusiæ regulam professus est: Canonicatus & Pœnitentiarij munere functus in Ecclesiâ Lugdunensi Pontius, ac fundatâ Caetusiâ Mayoræui in Bugesio, huic Oedini quoque nomẽ adscripsit, cuius dotationis Notitia è cartophilacio sic habet: Vuillelmus Peimæ Lugdunensis Ecclesiæ Decanus, vniueesúmq; eiusdẽ Ecclesię Capitulum, omnibus Christi fidelibus salutem, & pacem. Nouceit quicumque vestrûm hanc cartam aut legerit, aut viderit, quòd dominus Pontius de Balmeto Lugdunensis Ecclesiæ prædictæ Magistee, & Pœnitentialis atque Canonicus, Vallem Maioeeuum nominatam dedit, & liberè concessit Fratribus Ordinis Caetusiẽsis: featri videlicet Stephano pro Priori ibi misso, Bono Filio, & Gaufrido Conueesis, & omnia in prædictâ valle nemoea, prata, exeeta existentia, cum omni iuee peopeietatis, & dominij alti, & bassi, nihil inde sibi vel suis retinens; quin potiùs omnia præmissa, cum suorum appendentiis

vniuersis, prædictis Religiosis pro se, & posteris suis ibidem heremiticè Deo famulaturis deuotè contulit, & concessit, quæ ipse, & sui iure parentum hæreditario pacificè possidebant. Ad testimonium autem huius donationis, & ad remouendam materiam quæstionis in rebus prædictis, dictus Pontius sicut ipse, suique antecessores possederant terminos designauit, Montem Valesium in aditu prædictæ Vallis, à quo donationem suam terminare incipiens, peruenit ad Montem Bardonem, à Septentrione, vnde progressus ad cacumen supra fontem Albaronæ, à Meridie procedens ad Roccam de Maconosceto, & deinde ad Castellionem: Garnerius de Balmeto, & Vuilelmus dominus Dorchiæ milites, prædicti Pontij fratres, prædictam donationem approbarunt, & laudauerunt in præsentiâ nostrâ. Actum in Capitulo nostro Lugduni anno 1116. cum appositione nostrorum sigillorum. Huius autem domus factus secundus Prior, à Clero Bellicensi inuitus deligitur, & sedi Episcopali collocatur circa an. 1121. Adfuit consecrationi
1121. ædis Cartusiæ Portarum 1128. tum anno sequente ab Honorio Papâ delegatur cùm Stephano Archiepiscopo Viennensi, & Ysmione Abbate Ambroniacensi ad lites componendas inter monachos Luxouienses in Comitatu, & S. Benigni. Pontius autem collabentem vetustate Bellicij Ecclesiam S. Ioannis restituit, & alia pietatis monumenta posteritati reliquit, Abbatiæ S. Sulpitij in Bugesio decimas concessit, & Ecclesiam Longæcombæ. Vitæ autem tranquillioris cupidus, monasterium suum Cartusiæ permittente Innocentio Pontifice, abdicato Episcopatu repetit, ibique sancto fine quieuit Idibus Decembr. 1140. in Necrologio Mayoræui legitur: *Obiit Pontius Episcopus & monachus fundator huius domus.* Qui eius vitam Latinè scripsit auctor Anonymus, eum præclara scripsisse testatur de æternitate, de vitandis Schismaticis, de pace conciliandâ, & de contemptu vanitatis sæculi; miraculis tum in vitâ, tum post mortem claruisse.

41. Vuerlio, aut Berlio, de quo auctor vitæ B. Pontij citatus ex ms. codice Cartusiæ Mayoræui: Pontius annuente Pontifice Max. Berlionem vitâ venerabilem ac cunctis mirificè virtutibus ornatum Clero, populóque eligente successorem sibi Pontificem pronunciauit, omnibus amabiliter valedicens post diuturnam concionem, populo luctu & lachrymis discessum eius deplorante, Berlionem commendauit. Ratam habuit permutationem Pontij cùm Pagano de S.Martino & fratribus: adfuit quoque 1134.cùm Vualtero Cabilonensi, Henrico Tullensi, Alberone Basileensi Episcopis, in cartæ subscriptione Anserici Archiepiscopi Bisontinensis in gratiam cœnobij Caritatis, cùm Petro Lugdunensi, & Vmberto Bisontinensi Præsulibus; Vuidonis Lausannæ Episcopi litem composuit quam inierat cùm Priore Lustriaci, vt probat carta monasterij de Sauigniaco. 1134.

42. Nantelius, vel Nantelinus, Bellicensis Ecclesiæ anteà Sacrista, dignitates respuens, in Cartusiâ apud Eremum Portarum, monachus factus est, adhortationibus Pontij Episcopi, & eius vitæ exemplo, vt testatur ms. codex vitæ Pontij citatus. In cartis S. Sulpitij Abbatię confirmat donationem Ecclesię Longæcombæ à Pontio factam.

43. Bernardus de Portes I. ex Cartusiano & Priore Portarum in hoc instituto cùm sanctimonię laudem tulisset, Episcopus eligitur: huic porrò monasterio Portarum tres Bernardi nomine præfuêre officio Priores, ex his constat vnum fuisse fundatorem, alterum Episcopum Diensem & adhuc vixisse 1173. tertium denique in Episcopatum Bellicensem successisse Nantelio, ac post aliquot annos abiectâ Pontificali infulâ ad claustrum suum rediisse & Bernardum I. in Prioratus munere excepisse. In Calendario Maioræui legitur: Obiit Bernardus de Portis monachus & Episcopus Bellicensis 1152. 1151. Ad hunc verò Bernardum de Portis scribit D. Bernardus Clareuallensis ep. 135. & 153. eùm hoc pij Pręsulis pręconio. *Petis instanter & ego constanter abnuo, sed parcens mihi non te spernens. O vtinam tuo studio ingeniòque dignum aliquod elaborare possem, lumen*

oculorum meorum, & ipsam quoque animam si fieri posset pariter tibi amice carissime, & in Christi visceribus mihi potissimùm in omni plenitudine dilectionis spiritualiter amplectende frater. Voluntatem tuam & curam in hoc satis produnt crebra epistola tua, & vehementior spiritus eas animans. Tibi studij est, vt pote otioso & vacanti, vndecumque perquirere incentiua igni quo ardes, vt ardeas magis & impleas voluntatem Domini tui. Sermones paucos in principio Canticorum Salomonis recens dictatos, en facio transcribi, & tibi cùm necdum ediderim quoniam citissimè mitto. In quo opere cùm accepero tempus (Christo imperãte curis) tentabo procedere, si tamen me inde confortes. Dominum & patrem nostrum Priorem vestrum, cùm cæteris Fratribus per te deuotè saluto, & propitios habere apud Deũ corde humili supplico. At in ep. 156. ad Papam Innocentium II. rogat, vt Bernardum de Portis Cartusianum ad aliam Sedem promoueat, quàm Longobardorum: verba eius sunt ista: *Dilectum Deo & hominibus Bernardum de Portis, Pater venerande, vocatione vestrà cogi ad opus, & onus Episcopale audiuimus: probabilis res ac digna planè vestro Apostolatu, ponere in lumine lumen absconditum, ne sibi soli viuat, qui & alios ad vitam trahere possit. Vsquequo námque latet & ardet tantummodò, qui & lucere valet, leuetur si placet super candelabrum, vt sit lucerna ardens & lucens, sed sanè vbi non præualeat vis ventorum, ne fortè quod absit, extinguatur. Si quidem insolentia Longobardorum, & inquietudo eorum cui non est nota, aut cui magis quàm vobis? Nobis meliùs nostis quàm sit ille Episcopatus dissipatus, quamquam domus exasperans. Quid putamus esse facturum iuuenem, viribus corporis fractum, & quieti Eremi assuetum, in populo barbaro & tumultuoso, & procelloso? Quando poterit conuenire tanta sanctitati, & tanta peruersitati, tanta simplicitati, & tanta dolositati? Reseruetur si placet congruentiori loco, atque alteri populo.* Ex his liquet S. Bernardo Abbati carissimum, & ex epistolâ quam Bernardus de Portis scribit ad Priorem Maioræui 1140. die S. Thomæ, constat eum Episcopatu Bellicensi abdicato ad monasterium de Portis rediisse, & eius creatum fuisse Priorem: eius scripta seruantur in Cartusiâ, epistolæ ad Abbatissam Lugdunensem, ad Reynaldum inclusum, Aymonem de Varenis, & Aymonẽ de Rohoriâ vt eos ad vitam monasticam adhortaretur. De Bernardo autem mentionem fecêre plerique Cartusiani instituti auctores.

44. GVILLELMVS I. renunciatione spontaneâ Bernardi de Portis fit Episcopus iam ab anno 1142. 1141. quo Bellicenses Canonici Regulæ S. Augustini se se addixêre bullâ Innocentij 2. cuius hæc verba: INNOCENTIVS *Episcopus seruus seruorum Dei: venerabili Fratri Guillelmo Bellicensi Episcopo, eiúsque successoribus, canonicè substituendis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, vt deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in domino, Frater Guilelme Episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, Bellicensem B. Ioannis Baptista Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri, & nostrà protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt quemadmodum à tuà discretione, Frater Episcope, assensu potioris, & sanioris partis Fratrum ipsius Ecclesia, in præsentià Fratrum Portensium statutum est, eadem Bellicensium Ecclesia, secundùm B. Augustini Regulam ordinetur, nullus ibi de catero nisi Canonicus Regularis substituatur, omnium quoque bonorum ipsius Ecclesia vsum, & administrationes Regulares habeant, exceptis tribus Obedientiis, videlicet Bellicensi, Veromensi, & eà qua est apud Motam: quarum census in 24. partes dimidatur; & quisque sæcularium vnam ex ipsis accipiat, reliqua verò in vsus Regularium conuertantur, decedentibus verò sæcularibus, qui prædictas habent obedientias, ad administrationem Regularium redeant, censum tamen consuetum communi persoluant: obeunte verò te nunc eiusdem Ciuitatis Episcopo, nullus ibi nisi regularis ordinis Episcopus eligatur. Prætereà quascumque possessiones, quacumque bona in præsentiarum iustè, & canonicè possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio poteris adipisci, firma tibi, tuisque successoribus... eidem Ecclesia illibata permaneant, in quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis. Ius Episcopale videlicet, in Ecclesiis de Ponte, in Ecclesià de Dom-*

balino, de S. Ioanne, de Auelano, & de Auaut; in Ecclrſiâ de S. Benigno, de S. Albino, & villis de Bredona, de S. Ioanne de Verello, & de Oncino, & de Boſchiâ, de Aquabellâ, de Lepino, de Dullino, de Aino, de S. Franco, de Palude, de S. Andreâ, de Feſtileo, de Preſſino, de Romanco, de Chimilino, de Corbrlino, de Fauergiis, de ſancto Symphoriano, de Auolino, de Sancto Martino, de Amonſtro, de Coëſino. In Lugdunenſi Archiepiſcopatu, Eccleſias de Yſernoro, terras ibidem, Eccleſiam Genriſeto, Eccleſiam de Nato, cùm appendiciis, Eccleſiam de Pulleyo, in Biſontino Archiepiſcopatu, Eccleſiam de Sauineo, de Sarruniaco. Decernimus ergo; vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè prrturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur suis, & eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura &c. Ego Innocentius, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus, Stephanus Præneſtinus Epiſcopus. Otto Diaconus Cardinalis S. Georgij, ad Velum aureum. Aymarus Tuſculanus Epiſcopus. Guido S. Romanæ Eccleſiæ indignus Sacerdos. Guido, Presbyter Cardinalis, tituli Sancti Chryſogoni. Thomas Presbyter Cardinalis tituli. Datum Laterani per manum Gerardi S Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarij, prid. Nonas Decembris, Indictione VI. *Incarnationis Dominicæ anno* MCXLII. *Pontificatus verò Domini Innocentij* II. *Papæ, anno* 13 Motâ autem diſcordiâ inter Epiſcopum & Comitem Gebennenſem, Stephanus Viennenſis, Eraclius Lugdunēſis, Petrus Tarantaſienſis, & iſte Guilelmus Bellicenſis conuenerunt apud S. Sigiſmundum. vbi lis per eos ſopita eſt vt refert codex MS Rerum Geneuenſium. Quædam S. Sulpitij in Bu-
1157. geſio conceſſit monachis anno 1157. quæ clariùs patebunt ex tabulâ S.
» Sulpitij ſic expreſſâ. IN NOMINE
» ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego
» Vuillermus Dei gratiâ Bellicenſis
» Epiſcopus, ſpiritu ſancto inſtruente
» mercedem intuens, & operari volens
» pro meo poſſe cùm labore ſanctorum
» laborare, & cùm quiete viſionis Dei
» quieſcere, Fratribus S. Sulpitij in
» Epiſcopatu meo conſtitutis, quibus
gratia me Pattem conſtitnit, quibus «
etiam bona temporalia & ſpiritualia «
prout ſpes conſilij ſubminiſtret, «
oportet theſauriſare, decimam de «
Turre, de Chanliaco, de Creyſino, & «
adiacentibus terris, & omnem inue- «
ſtituram terrarum quæ ſub iure Pon-
tificatus mei tenebãtur in eleemoſynã «
conceſſi, & litterarum memoriæ tra- «
didi, & ſigilli mei impreſſione muni- «
ui; cupiens mihi & ſucceſſoribus «
meis præmia æterna retribui: crey- «
ſimentum etiam vnius carrucæ terræ «
arabilis conceſſi eo tenore, vt qua- «
tuor ſextarios annonæ, duos videlicet «
frumenti, & duos auenæ pro eodem «
carrucâ mihi tribuant; & ſi quid ter- «
ragij ſupra carrucam iſtam potuerint «
inanteà acquirere, quo cenſu debeat «
terminari in miſericordiâ meâ con- «
ueniat: huius rei teſtes ſunt Domi- «
nus Petrus Tarantaſiæ Archiepiſco- «
pus, Lambertus Abbas de Cheſiria- «
co, Brocardus Abbas de Abundan- «
tiâ &c. Anno ab Incarnatione Do- «
mini 1157. adfuit idem Guillelmus «
Landerici Epiſcopi Lauſanenſis ordinationi anno 1160. ab Humberto Archiepiſcopo Biſontinenſi.

45. PONTIVS DE THOIRE III. ex nobiliſſimâ apud Bugeſianos familiâ toparchatum de Thoire natus, Hugone parente, nepotem habuit Berardum Epiſcopum Bellicenſem, & pronepotes Pontium Epiſcopum Matiſconenſem, & Bonifacium Bellicenſem: Epiſcopus erat anno 1:62. 1162.

THOIRE. Bandé d'or & de gueulle de ſix pieces.

46. S. ANTHELMVS DE CHIGNIN Sabaudus, è Chignianorum nobili ſanguine, Præpoſitus Eccleſiæ Gebennenſis, tum Sacriſta Bellicij, renuncians mundo, Portarum Cartuſianus, Magnæ Procurator Cartuſiæ inſtitutus, totius Ordinis Generalis creatur, ac ſolitudine Portarum prælectâ ad eam confugit, cuius tandem auctoritate ſuperiorum Prior effectus, Eraclium Lugdunenſem Archiepiſcopum violentiâ Comitis Foreſij pulſum excepit; iterum omni præfecturâ depoſitâ maluit cæteris ſubiici quàm præeſſe: tamen virtutum eius famâ crebreſcente, ab Eccleſiâ Bellicenſi electus Pontifex, cùm renueret, Alexandro 3. iubente Bellicij excipitur 1163. paulò poſt ad 1163.
Regem Francorum Ludouicum VII.

CHIGNIN. De gueulle au cheuron d'argent chargé de 6 hermines de ſable.

ipsum scripsisse testatur ep. 234. relata tomo IV. Historicorum Franciæ Scriptorum: EXCELLENTISSIMO *domino suo Ludouico Dei prouidentiâ Regi Francorum, Anthelmus Bellicensis Ecclesiæ humilis Minister, sic terrenum regnum regere, vt in cœlis cùm sanctis valeat regnare. Ex quo, illustrissime Rex vestræ serenitatis sublimitas, paruitatem Cartusiensis Domus, suam nobis præsentiam exhibendo, visitare dignata est, in armariolo nostri pectoris, eâ quâ potuimus dilectione suscepimus. Tunc enim vt ita dicamus nostris visceribus incorporati estis, verùm nec facilè eruemini, nunc quoque Dei voluntate nescio aut disponente, aut permittente, Ecclesiæ Bellicensis qualiscunque designatus Episcopus, nostris orationibus, vestri memoriam habentes, preces pro vobis, & regni stabilitate fundimus ad Deum. Proinde magnificentiæ vestræ suggerimus, vt humanis fauoribus plus quam vobis, non credatis, misericordiam, & iudicium, benignitatem & mansuetudinem, ac similia imitemini, quæ scilicet insignia sunt regiæ dignitatis: de cætero maiestati vestræ supplicamus, quatenus cuidam nepoti nostro carnali Parisius studenti, pro Dei & nostri amore vnde sustentari, & sapientiæ intendere possit, subuenire dignemini. Valete.* In Angliam
1169. delegatur ab Alexandro 3. 1169. nec ideò à primo vitæ tenore his dignitatibus adornatus quicquam remisit, in iis quæ ad humilitatis, caritatis, & cæterarum virtutum exemplum spectant: vnde in Chronicô Lemouicensi dicitur vir integerrimæ relligionis, miræque sapientiæ, atque virtute sanctitatis & varietate miraculorum clarus. Inter priuilegia Bellicensis Ecclesiæ recensetur diploma Friderici Imperatoris Anthelmo concessum, quod visum est hîc apponere:

IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Ad Imperialis excellentiæ dignitatem pertinet, Ecclesias Christi in Imperio constitutas, cùm earum vniuersis pertinentiis, saluas conseruare, & eorum quos in Dei, suóque deuoto inuenit obsequio, commodis, & profectibus clementer aspirare. Quapropter, omnibus Imperij nostri fidelibus notum esse volumus, quod nos diuinæ retributionis intuitu, Bellicensem Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ ipsúmque fidelem nostrum Anthelmum Episcopum, eiúsque successores Episcopos, Canonicos, eiúsque possessiones, & homines, tam ad Episcopum, quàm ad Canonicos pertinentes, ipsam quoque Ciuitatem, cùm omnibus appenditiis, in nostram suscepimus protectionem, quatenus & Episcopus, & eius Canonici, sub nostrâ pace securi permaneant, liberiùs Deo seruiant, & pro nobis, successoribúsque nostris orationes assiduas apud Deum deuotius effundant. Ad hæc quoque omnia Ciuitatis Regalia, videlicet, Monetam, Telonium, Pedagium, Ripaticum, Aquaticum, Pascua, Piscationes, Venationes, siluas, Stirpaticum, & omne districtum, & Iurisdictionem Ciuitatis, & suarum possessionum, tam dicto Episcopo, ex nostrâ benignitate concessimus, saluâ in omnibus Imperiali Iustitiâ. Vnde statuimus Imperiali auctoritate firmiter inhærentes, vt nulla persona sæcularis, Ecclesiastica, magna, vel parua, Dux, Marchio, Comes, Vasallus, Bannum, quod Episcopus in ciuitate posuerit infringere præsumat, nec in homines præfatæ Ecclesiæ aliquam exactionem faciat, nec ad iudicium illos trahat, nec in hostem ire compellat. Concessimus insuper eidem Episcopo, vt ciuitatem claudat, & munitionibus circumdet, & muniat; Mercatores quoq; inhabitantes in negotiationibus, euntes & redeuntes, per vniuersum Imperium nostrum transitum habeant securum, soli quoque Episcopo liceat, vt in hominibus suis, in ciuitate & extra positis, iustitiam exerceat, & eos in hostem ire compellat, & debitum ab eis seruitium requirat, & accipiat. Si quis autem Edicti nostri temerario ausu transgressor extiterit, quinquaginta libras auri puri pro satisfactione componat, dimidiam partem cameræ nostræ, & reliquam Episcopo, & Ecclesiæ. Vt igitur nostræ largitatis donatio perpetuo rata maneat, & inconcussa, cartam hanc inde conscribi & sigillo nostræ Maiestatis iussimus insigniri. Ego Gottofredus, Philippi Coloniensis Archiepiscopi, & Italici regni Archicancellarij vice, recognoui: Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis
1175. indict. 8. Regnante Domino Friderico Rom. Imperatore gloriosissimo, anno 1175.
regni eius 24. Imperij 22. Datum in obsidione Toboreti 7. Cal. Aprilis, feliciter, Amen.* De eo Guillelmus Nangius in Chronicô ad an. 1177. florebat, inquit, Anthelmus Belicensis Episcopus, ad cuius tumulum post mortem eius lampades accensæ sunt diuini-

» tùs,exceptâ vnâ cui miniſtrabat pau-
» lulùm olei quidam vſurarius , & illa
» non potuit accendi. Haræus vult eum obiiſſe ſeptuagenarium an. 1176. at monumenta Cartuſianorum ad an. 1178. eius mortem aſſignant,& in indice ſaoctorum & illuſtrium Cartuſien-
» ſium Maioræui ,dicitur magnis haud
» impar Apoſtolicis viris. Cæterum propè tumulum S. Anthelmi in Cathedrali S. Ioannis-Baptiſtæ erat huiuſmodi inſcriptio.

DEO OPT. MAX.

B. ANTHELMO *Thaumaturgo* , *libertatis Eccleſiaſticæ ſtrenuo vindici,Cartuſiæ maioris 7. Priori, totiúſq; Ord. item 7. Generali Præpoſito,ſacri Imp. Principi, ciuitatis Belliciȷ* XLVI. *Præſuli, Primo Dynaſtæ, & tutelari pientiſſimo, ciues Bellicenſes illius deuotiſſimi clientuli D.*

Hactenus illæſum per bella , incendia , peſtes ,
Bellicium hoc ANTHELME, *tibi debere fatetur ,*
Et ne nulla tibi referatur gratia, poſthac,
Vrbs tua perpetuos voto tibi ſacrat honores.

Anno 1630. 26. Iunij huius ſancti Præſulis corpus leuatum , & tranſlatum fuit in Capellam recens erectam & conſecratam , cùm inſigni pompâ à Ioanne de Paſſelaigue Epiſcopo Bellicenſi. De ſancto Anthelmo plura Domnus Polycarpus de la Riuiere in Annalibus Ordinis ſui Cartuſianis, Auctor vitæ S. Petri Tarentaſienſis cap. 19. & S. Stephani Dienſis , ac Surius in huius Sancti vitâ 26. Iunij.

47. RAINALDVS, vel REGINALDVS , è Magnâ Carthuſiâ ad
1178. hanc Cathedram euocatur an. 1178. ſacratus ab Ebrardo Archiepiſcopo Biſontinenſi cui iuramentum præſtat hâc formâ. *Ego Rainaldus Bellicenſis Epiſcopus ſubiectionem , & reuerentiam, & obedientiam à S. Patribus conſtitutam ſecundùm præcepta Canonũ S. Veſontienſi Eccleſiæ, & eiuſdẽ Rectoribus in præſentiâ Domini Archiepiſcopi Ebrardi perpetuò me exhibiturum promitto, & ſuper altare manu propriâ confirmo.* Sequenti anno Lateranenſi Concilio ſub Alexandro 3. interfuit, & à Lucio 3. Papâ cùm Ioanoe de Talaru Archiepiſcopo Lugdunenſi committitur, vt de controuerſiâ Carthuſiæ Portarum cùm Monachis Inimontis in Bugeſio pronunciaret, bullâ dat. . . Cal Mart. in tabulario eiuſdem C. rtuſiæ. In breui indiculo illuſtrium Cartuſ. n ſium ita inſcribitur , *Renaldus ex C r- tuſiano Bellicenſis Epiſcopus , . . ſa ſ. n ctæque bonitatis , obiit an. Dom.* 1184. 1184.

48. S. ARTHOLDVS , vel ARTHAVDVS , Cartuſianus ab Eremo Arueriarum , Bellicenſi Eccleſiæ præficitur añ. 1184. poſt aliquot annos munere Pontificali piè def. . ctus , ad eandem ſolitudinem in ſu. . mis Valromeſij iugis ſitam remeat , vbi ab Hugone Lincolnienſi in Angliâ Epiſcopo ſalutatur : exceſſit è viuis ſenectute confectus an. 1206 1206. ſic enim iodex ſupradictus · *S. Arth dus ex Cartuſiano Bellicenſis Epiſcopus, ſtupendis clarus miraculis : obiit an.* 1206. *pridie Nonas Octob.* Inter Carthuſi. nos tanquam beati, fit eius commemoratio in hæc verba : *Vir Dei Arthaudus ex Carthuſiano grege ad Bellicenſem Præſulatum arctatus , ſenio confectus , ad clauſtri ſui quietem rediens , in Aruerie eremo , in pace Deo ſpiritum reddidit :* In eadem Cartuſiâ Arueriarum fons Eccleſiam ſub tumulo lapideo repertum eius cadauer an. 1640. à Ioanne de Paſſelaigue moderno Epiſcopo Bellicenſi.

49. ODO, II. Artholdo ſuffectus poſt eius abdicationem inauguratur 1190. anno 1190.

50. BERNARDVS II. per obitum Odonis Cathedram adeptus , fit arbiter diſſidij inter Abbatem & Religioſos S. Sulpitij cùm Cartuſianis Arueriarum pro limite paſcuorum an. 1198. inde cùm Guigone Priore Aruerix deligitur ab Hugone Cluniacenſi anno 1200. pro componendâ querelâ de Cumbâ S. Martini cùm Cartuſianis Portarum , & Religioſis Inimontis. Prætereà an. 1204. cùm Gaimaro Abbate Laci de quibuſdam controuerſiis item tranſegit: fatis autem fungitur anno 1207. 6. 1207. Martij. *Bernardus* , inquit indiculus illuſtrium Cartuſienſium , *ex Cartuſiano Bellicenſis Epiſcopus , omnis virtutis & ſanctitudinis ſpeculum.*

51. BENEDICTVS DE LANGES LAN ss. ex dominiis de Langes propè S. Ragnibertum in Bugeſio , ſedit circiter annum 1208. eodem enim tempore aſſiſtit

adstitit cùm Pontio Matisconensi, & Petro de Balmâ Abbate Ambroniacensi, placito Archiepiscopi Lugdunensis mense Octobri in gratiam Abbatis Cluniacensis, contra Menatensem, ex cartulario Cluniaci. Consecrauit Ecclesiam de Arandato apud
1209. Bugesios anno 1209. & Cartusianis Portarum concessit, ne quis per eorum territoria prædam duceret, vt ex titulo patet anni 1210. quo prohibetur ingressus terminorum Portarum mulieribus, nisi viam facientibus. Demum Episcopatum eiurauit factus Monachus in monasterio S. Claudij Iurensis.

TOIRE. 52. BERARDVS DE THOIRE Pontij nepos ex fratre Guillelmo domino de Thoire, Nantuacensis Prior, creatur Bellicensis Præsul per abdicationem Bernardi. Anno 1210. arbiter constituitur litis inter Priorem Maioræui & Humbertum de Thoirâ nepotem: anno insequenti chirographo firmat cùm Rainaldo Lugdunensi, & Humberto Archiepiscopo Viennensi, sententiam Berardi Gebennensis Antistitis pro pascuis Maioræui, & S. Sulpitij: electus Abbas S. Claudij, Episcopatus curam cessit Bonifacio nepoti, retento titulo Episcopi Bellicensis, quòd fidem faciunt cartæ Maioræui anno-
1217. rum 1217. & 1229. in documentis Abbatiæ S. Eugendi 6. Ianuarij 1219. inscribitur & Episcopus & Abbas, vti & in alio instrumento anni 1230. decessit 1232. cùm ædificasset Episcopalem Capellam B. Mariæ Virginis, iuxta palatium Episcopale, in Calendario veteri Missalis Bellicencensis scribitur, *6. Calend. Martij obiit Berardus Episcopus Bellicensis, qui fundauit Capellam B. Mariæ. Pro quo fiat anniuersarium in dictâ Capellâ.*

TOIRE. 53. BONIFACIVS DE TOIRE I. Prior & dominus Nantuacensis anno 1200. inde patrui resignatione Episcopatum Bellitij sortitus est 1213. Fratrem habuit Pontium Episcopum Matisconensem; natus vterque erat parentibus Humberto 2. domino de Thoire, & Aleide de Coligny.

ROTOIRE. 54. IOANNES DE ROTOIRE I.

55. PETRVS DE S. CASSIN I. CASSIN. ex stirpe dominorum de S. Cassino in Sabaudiâ.

56. BONIFACIVS DE SAVOYE SAVOYE. II. filius Thomæ I. Comitis Sabaudiæ & Beatricis Gebennensis, à teneris fit primò Cartusianus, sed nondum emissis votis donatur Prioratu Nantuacensi, quem posteà cessit, apud eosdem Cartusianos reuersus; inde eligitur Bellicensis 1232. 1232. ex Alberico in Chronico; apud quem mendum est, vbi memoratur successisse Bernardo: sedem rexit ad annum vsq; 1240. creatur Administrator Valentinensis ab Innocentio 4. Pont. ac demum Cantuariensis in Angliâ Archipræsul 1245. *Anni sub illius curriculo consecratus est à Papâ*, inquit Mathæus Paris, *Lugduni, in Archiepiscopum Cantuariensem Bonifacius, natione Prouincialis, plus genere quàm scientiâ coruscus, plus armis Martialibus quàm spiritualibus formidabilis: qui procurantibus Rege Angliæ & Reginâ nepte suâ ad hanc promotus est dignitatem; huius frater Philippus electus Valentiæ, ipsis diebus ad Archiepiscopatus Lugdunensis promotus est possessionem:* dicitur ab eodem Paride in Historiâ Regis Henrici 3. inter omnes Angliæ Episcopos domino Papæ specialior, & Anglis suspectior: meminítque eius variis locis suæ Historiæ Anglicanæ. Cùm autem in Sabaudiam reuerteretur, defecit in arce Sanctæ Helenæ, delatus primùm Altæcombæ, nunc Chamberiaci quiescit, eius sepulchralis inscriptio hæc est: *Hic iacet Bonifacius de Sabaudiâ Cantuariensis Archiepiscopus, operibus & virtutibus plenus; obiit autem apud S. Helenam anno Domini 1270. 18. die Iulij. Magister Henricus Coloniensis fecit hanc tumbam.*

D'or a l'aigle esployée de sable, armes anciennes de Sauoye.

57. BERNARDVS III. viuebat annis 1242. & 1244. nominatus arbiter à Sibyllâ Belliiocensi dominâ, Humbertóque filio eius, in controuersiâ cùm monasterio Cluniacensi. 1242.

58. THOMAS DE GRAMONT GRAMONT erat Episcopus ex tabulis anni 1250.

59. IOANNES DE PLACENTIA II. PLACENTIA inter benefactores Cartusiæ Portarum recensetur; anno 1268. præsens

fuit cùm aliis Sabaudiæ proceribus A viris, matrimonio Petri Burgundi cùm Beatrice Sabaudâ: eodémque anno codicillos testamenti Petri Comitis Sabaudiæ firmauit, necnon chirographum appoſuit instrumento
1269. anni 1269. inter Aalidem Comitiſſam Sabaudiæ, Burgundiæ Palatinam, Othelinum filium eius, & Philippum Comitem Sabaudiæ maritum præfatæ Aalidis.

Amesin. 60. Berlio d'Amesin ex dynaſtis de Ameſino in Sabaudiâ ortus, Ioannis Coadiutor adlectus an- B
1272. no 1272. eo fatis cedente Pontificatum adipiſcitur: cùm autem in remotis ageret, Dauidem Abbatem S. Sulpitij & Archidiaconum Bellicenſem creauit Vicarios, qui illius nomine ſtatuta ſynodalia, quæ adhuc Bellicij extant, condidêre.

1273. 61. Bernardvs iv. an. 1273. adfuit tranſactioni initæ inter Amedeum de Sabaudiâ Thomæ fratris nomine, & Ludouicum dominum Belliioci, pro ſolutione dotis Eleonoræ coniugis Ludouici, quorum rogatu C Bernardus ſigillum huic contractui appoſuit, qui extat in archiuis Belliiocenſibus.

62. Gvillelmvs ii. Villietus dictus, memoratur in instrumento
1280. pacis edito 1280. in caſtro S. Mauricij propè Chiriacum, inter Thomam Maurienæ Comitem, & Guillelmum Montisferrati Marchionem, ex Chronologicâ hiſtoriâ Pedemontanæ regionis.

la Bavlme 63. Petrvs de la Bavlme ii. ex nobilibus dynaſtis in Breſſiâ, filius domini de Fromentes, in cuius gra- D tiam & Eccleſiæ ſuæ Comes Sabaudiæ hanc fecit declarationem: Nos Philippvs *Comes Sabaudiæ, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm venerabilis in Chriſto Pater, Dominus* Petrvs *Dei gratiâ Epiſcopus Bellicenſis, ac etiam Ciues, & Capitulum Bellicenſe nobis, & gentibus noſtris, ad requiſitionem noſtram, de guerra pluries auxilium præſtiterint, & ſuccurſum curialiter, & benignè, quoties per nos, & noſtros requiſiti fuerunt: Nos confitemur & recognoſcimus, quòd ipſi prædicti fecerunt, non pro aliquo debito, nec pro eo quod nobis, & noſtris ad prædicta facienda in aliquo teneantur, nec volumus nec intendimus, quod prædicta curialitas nobis facta à prædictis Epiſcopo, & Ciuibus & Capitulo, & quæ per ipſos fiet nobis in poſterum, ipſis erga nos, aut noſtros poſſit nocere, ſeu aliquod præiudicium generare, quoad hoc quod ipſi nobis, vel noſtris ad prædicta facienda in anteà, in aliquo teneantur, nec quòd ex prædictis aliquod eiſdem in poſterum ſeruitutis debitum generetur. In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum apud Moletum die Iouis ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini 1285.* 1285.
Pacta verò inter Amedeum Comitem Sabaudiæ, & Ioannem Abbatem Ambroniaci ſub arbitrio Epiſcopi Auguſtenſis obſignauit eodem anno, ſubſcripſitque compromiſſo inito in Aſtenſi ciuitate inter Guillelmum Præſulem Gebennenſem, atque Amedeum Sabaudiæ Comitem pro caſtro Inſulæ Gebennenſis 1290. tran- 1290.
ſegit pariter cùm Amedeo 4. Comite Sabaudiæ de limitibus iuriſdictionis Epiſcopatus Bellicenſis & caſtri Roſſilionis, ſub ſigillo Guill. Epiſcopi Gebennenſis apud Aſtam, die Veneris in craſtino B. Mathæi, cuius exemplar ex codice ms. rerum Geneuenſium ſuæ hiſtoriæ inſeruit Guichenonus.

64. Ioannes de la Bavlme iii. frater Petri deceſſoris, ex Priore Bellicenſi, Abbas Ambronia- la Bavlme
cenſis, inde creatur Bellicij Antiſtes.

65. Iacobvs de Saint Andre' S. Andre'
floruit anno circiter 1319. & 1330. teſtis habetur in ſacramentali præſtito per Aimonem Sabaudiæ Comitem Blancæ Burgundæ, Comitis Eduardi viduæ: ſynodalia decreta Berlionis Epiſcopi iterum euulgauit, iiſq; alia in commodum Eccleſiæ adiecit. Comes Sabaudiæ vacante Epiſcopatu Bellicij cùm iura Regalia ſibi vindicaret, nimirum vrbes, caſtra, domos, bona Epiſcopatus ſub manu ſuâ ponere, emptionis titulo cùm eo compoſuit Iacobus, codicillis datis ſub ſigillo Epiſcopi Maurianenſis 27. Augusti 1333. quos Guichenonus publi- 1333.
cauit. Subſcriptus etiam legitur anno 1337. 5. Iulij in conuentu habito apud Ambroniacum, ab Aimone

Comite Sabaudiæ & Eduardo Belli-ioci toparchâ, vbi actum de cessione castrorum de Lente, Toissey, Bueoci, & Colioiaci, quam Comes Bellijocensi Eduardo in feudum tradere meditabatur, & actis compositionis Iacobus signum primus adscripsit, vti & io pactis matrimonij Azonis Vicecomitis Mediolanensis cùm Catharioâ Sabaudâ, ac conuentionibus anni 1343. inter Delphinum Vienneo-
1343. sem & dominos Saxi. Denique hoc eodemanno testamenti Aimoois Comitis Sabaudiæ executor constitutur, vt notant chronologica historia Pedemontij, & tabulæ Rationum regiarum Cameræ io Sabaudiâ.

Amesin. 66. Amedeus d'Amesin ex
1345. Priore Bellicensi 19. Ianuarij 1346. Episcopus euasit resignatione præcedentis: vel anno sequenti 17. Ianuarij ex Actis Consistorialibus Vaticani: ortâ controuersiâ de limitibus iurisdictionis ciuitatis Bellicij, & mandamenti Rossilioois, sententiâ latâ de mandato Comitis Sabaudiæ postea pacificatur.

Martel. 67. Gvillelmvs de Martel II. non Murellus 1357. 26. Ianuarij ex Registris Vaticani, multa bona & iura Ecclesiæ, & Episcopatui Bellicensi acquisiuit, vt patet ex diplomate Amedei Comitis Sabaudiæ in castro suo Pinerolij dato 13. Februar. 1360. Consiliarius Amedei Comitis
1368. 1368. adstitit iuramento fidelitatis præstito ab Amedeo Comite Gebenoensi in Chronol. Hist. Pedem. cap. 47.

Savoye 68. Edvardvs de Savoye Philippo à Sabaudiâ Pedemontij & Achaiæ Principe, atque Isabelli de Villahardrono ex Principibus Achaię natus: Ordinis S. Beoedicti, Prior Burgetti, Abbas S. Iusti de Secusiâ; inde Episcopus Belliceosis 1370. Sedunensis, ac tandem Tarantasiæ Centrooom Archipræsul; Purpureo galero donandus, vltimum diem obiit
1390. 1390. mense Februario, & in templo Tarantasiensi sepelitur.

Bignes. 69. Nicolavs de Bignes successit electione capitulari 17. Septemb. 1374. ex libris Obligationum Vaticani, 1379. probat fundationem Capellæ S. Stephani in Ecclesiâ Bellicensi à domino de Longa-combâ, & Petro Priore Bellicij: benedixit primarium lapidem fuodatioois Cartusiæ Petræcastri in confinio Bugesij à Bonnâ Borbooiâ Comitissâ Sabaudiæ. Iste abrogauit legem in suâ diœcesi, quâ cautum erat, ne quis posset quærimoniam iostituere, nisi priùs dato fideiussore pro expensis; defunctus est 1394. 13. Cal. Maij, sepultúsque in Capellâ S. Mariæ. Capitulo suo dedit pro anniuersario ornamenta Pootificalia, ac variam supellectilem argeoteam, oomioato hærede in aliis bonis Capitulo Cathedralis Bellicensis. 1394.

De Bonet. 70. Rodvlphvs de Bonet suffectus 1394. 2. Iulij ex Actis Coosistorialibus, cùm à subditis graues iniurias passus fuisset, mense Febru. 1407. admisit Comitem Sabaudiæ in dominum portionis redditunm Episcopalium, pro eius patrocinio, quæ confœderatio effectu caruit: extant in archiuis Episcopalibus literæ iostitutionis Capitanei ciuitatis Bellicensis anno 1413. ipso sedente. 1413.

Clement. 71. Antonivs Clement, I. dictus de Rages, Ordinis Minorum vir summæ probitatis.

Didier. 72. Gvillelmvs Didier III. ex Præposito Augustæ ciuitatis, & Ludouici Sabaudi Priocipis Pedemontij Coosiliario, floruit an. 1430. ac placito supremi Consilij Sabaudiæ Chamberiaci sententiam obtiouit pro institutione prædicti Gubernatoris Bellicij 1431. Cùm Archiepiscopo Tarantasieosi, cæterisque Episcopis Sabaudiæ lites quas cùm Ducali Consilio habebat, pro iurisdictione temporali & spirituali; composuit. Destioatus Orator ad Synodum Basileensem, primos in eâ quæstionem mouit de præeminentiâ sessionis pro Duce Sabaudiæ: an. 1436. matrimooium inter Amedeum Principem Pedemootij, & Iolandim à Franciâ stabiliuit. Translatus autem ad Ecclesiam Vercellensem an. 1437. die 18. mensis Decembr. Basileensi Concilio item interfuit, vt patet ex sess. 6. cuius Patres illi cùm aliis Theologis demandarunt, vt Coostantiensis Concilij acta vno volu- 1431. 1437.

mine complecteretur. Vercellensem A sedem rexit vsque ad an. 1452. cui sponte nuncium remisit, vt norat Vghellus in Episcopis Vercellensibus tomo 4.

LA BAVLME 73. PERCEVALLVS DE LA BAVLME. Abbas Altæcombæ, Amblardi Equitis domini de Perés, & de Balmâ subtus Cordonem filius erat: Prior S. Benedicti de Seyssieu, Episcopus creatur Montis Regalis 22. Augusti 1429. inde Bellicensis, 1438. adfuit Concilio Basileensi vbi Felix v. Antipapa renunciatus est, qui eum Patriarchatu Gradensi donauit bullâ 8. Idus B
1444. Aprilis 1444. Apud auctorem libri Amedei Pacifici dicitur electus Custos Conclauis synodi Basileensis, non minùs re bonus, quàm aspectu.

SEGAVD. 74. AIMERICVS SEGAVD Lucionensis Gallus de Chueto, Ordinis S. Antonij, Præpositus Laudensis, vir magni consilij & doctrinæ, ex Bellicensi transfertur ad Montisregalensem Episcopatum 1439. 16. Ianuarij ex Regiſtris Vaticani. Hic synodo Florentinæ adfuit sub Eugenio C IV. partes Felicis v. Antipapæ sequutus, donec Pontificales ille infulas quas inuaserat, abdicauit. Anno 1450. pacem confecit inter Ludouicum Sabaudiæ & Franciscum Sfortiam Mediolani Duces: defunctus admodum
1470. senex anno 1470. humatur in Ecclesiâ S. Antonij Viennensis: de quo Vghellus agit in Episcopis Montisregalis.

BOLOMIER. D'or au pal d'azur. 75. PETRVS DE BOLOMIER III. Abbas Altæcombæ, ex familiâ de Bolomerio apud Poncinenses Bugesianos, Eleemosynarius anteà & Cubicularius Felicis v. Antipapæ, à quo prouisus est de Episcopatu bullâ data Geneuæ 8. Idus Aprilis 1444. in iuribus Episcopalibus tuendis sedulò laborauit, idcirco à Sabaudiæ Duce Ludouico diploma obtinuit confirmationis libertatum sui Episcopatus,
1454. Chamberiaci 1454. 18. Iunij: iacet in Ecclesiâ Poncini ad læuam maioris aræ.

VARAX. 76. GVILLELMVS DE VARAX III. Stephani domini de Romans & S. Andreæ du Bouchoux filius, ac Claudinæ de S. Amour, ex religioso Benedictino Insulæbarbaræ, inde Abbate S. Michaelis de Clusâ, Felicis Pseudopontificis beneficio donatur Prioratu Fractæripæ in diœcesi Gratianopolitanâ, denique fit Episcopus Bellicij, & Lausanensis 1461. obiit 1467. 1467.

77. IOANNES DE VARAX, IV. VARAX. Religiosus Ambroniacensis, Referendarius Apostolicus Sixto 4. Pont. & Philippo Duci Sabaudiæ à Consiliis, Prior Villæmonasterij in Bressiâ, & Abbas S. Michaelis de Clusâ, erat spurius Gaspardi Marchionis de S. Sorlin domini de Varax, Bailliui Bugesij; resignatione autem Guillelmi ad hanc sedem postulatus, in adipiscendâ possessione Clerum refragantem sensit ob natalium labem; sed posteà admissus, palatium Episcopale reparauit, suámque Cathedralem variè adornauit. Ipse verò sibi ac successoribus Episcopis Regularibus obtinuit vsum Rocheti ab Innocentio Papâ 8. bullâ anni 1484. A 1484.
Carolo Sabaudiæ Duce idem Episcopus fuit Romam delegatus ad Carlotam Hierusalem, Cypri, & Armeniæ Reginam, vt de regno Cypri ageret, quo munere adeò sollerter functus est, vt nomine Ducis eadem Carlota illi concesserit Regnum Cypri, codicillis scriptis in Ecclesiâ maiore S. Petri 1485. die 25. Februarij, relatis in serie Chronographicâ Præsulum Bellicensium Guichenoni. Idem Ioannes in Romanâ Curiâ sententiam obtinuit contra Priorem, Canonicos & Capitulum suæ Cathedralis, qui à iurisdictione, visitatione & correctione ipsius Antistitis se exemptos vindicabant, Petro de Accoltis Referendario, palatij Apostolici Pontificis delegato.

D 78. CLAVDIVS DE STAVAYE STAVAYE. Abbas Altæcumbæ, & Beatæ Mariæ Laci de Iugo Ordinis Præmonstratensis, Archicancellarius Ordinis Torquatorum Equitum Annunciatæ in Sabaudiâ, filius domini de Stauaco in pago Valdensi, Cisterciensis anteà Religiosus, interfuit Concilio Lateranensi sub Iulio 2. & Leone x. Pontif. Max. tametsi verò in eadem synodo Lateranensi sub Iulio sess. 3. die 3. Octob. an. 1512. in quibusdam actis reperiatur Vincentius Episcopus Bellicensis, tamen certissimis docu-

mentis innotescit, Claudium de Stauiaco in proximâ sessione sequenti 10. mensis & anni prædictorum, & in aliâ præcedenti denominari, multísque annis & post Præsulem Bel-
1520. licensem extitisse: anno 1520. consecrari curauit altare maius Cathedralis S. Ioannis Baptistæ; Missale Bellicense correctius edidit anno 1527. tandem multa perpessus à Sectariis, Germaniâ quò secesserat reuertens, apud Romontem in pago Valdensi mortalitatem explenit, vbi & in basilicâ loci tumulatus est.

LA CHAMBRE. D'azur semé de fleurs de lis d'or à la bande de gueulle brochante sur le tout.

79. PHILIPPVS DE LA CHAMBRE Cardinalis S. Martini in Montibus, Abbas Corbeiæ, Prior Leonij & Nantuaci, Ludouici Comitis à Camerâ, Vicecomitis Maurianæ, Vicedomini Gebennensis ex Annâ de la Tour Bologne filius, quo nomine Catharinæ Mediceæ Reginæ cognatione proximus erat, vacantem Bellicensem Ecclesiam per obitum Claudij obtinuit titulo Administrationis, resignauitque anno 1538. 14. Maij ex
1538. Actis Consistorialibus. Episcopus itē Boloniensis ad mare, & Tusculanus, obiit Romæ 9. Cal. Martij an. 1550. iacet apud S. Trinitatem in Monte Pincio.

LA CHAMBRE.

80. ANTONIVS DE LA CHAMBRE, II. nepos Philippi Cardinalis ex fratre Carolo Barone de Sermoyé, Ordinis Sabaudiæ Equite Torquato, matrem habuit Isabellam Mareschal dominam Meximiaci, ex Decano S. Apollinaris de Meximieux, cuius Ecclesiæ statura condidit 1545. adipiscitur possessionem Bellicensis Epis-
1552. copatui 6. Iulij 1552. adfuit Concilio Tridentino 1563. & Vicarium habuit Generalem in Pontificalibus Guillelmum Furbitium Episcopum Alexiensem.

GINOD. De sinople au sautoir d'or cantonné de 4. trefles d'argent.

81. IOANNES GEOFROY GINOD, V. in supremo Sabaudiæ Senatu Consiliarius, triplicem Doctoratus lauream adeptus, possessionem sumpsit Episcopatus Bellicensis an. 1576. illâque dignitate laudabiliter functus in summâ senectute, postquam benè vixit Deo animam exhalauit pridie Idus April. 1604. cùm vixisset annos 87. menses octo, dies nouem, magno omnium, præcipuè pauperum mœrore, relictâ bonorum suorum & virtutum hærede Franciscâ Ginodiâ ex fratre nepte & sorore Ioannis Gotofredi Ginodij Augustæ Prætoriæ Episcopi, & Caroli Emanuelis Ginodij Decani Ecclesiæ Cathedralis Bellicensis; eius memoriæ hoc exaratum est Epitaphium.

Doctrinâ & pietate grauis GOTHOFREDVS *& annis,*
Candidior cygno, quin ita, verus olor.
Præscius instantis fati vitámque perosus,
Mente Deum versans prospiciénsque polos.
O mihi dissolui liceat Deus, & meliori
Tecum luce frui, dixit, & interiit.

Huius Episcopi tempore Canonici Cathedralis veste seculari donantur, mediante declaratione dictorum Canonicorum, per quam Bulla secularisationis & omnibus in eâ contentis nonobstantibus iura Episcopi integra & illæsa manent, ac si in statu regulari permansissent, die 11. Septembris anno 1577.

82. IOANNES-PETRVS CAMVS Parisiensis, post quinquennij vacationem nominatur Episcopus anno 1609. ab Henrico IV. & eodem tempore consecratur die 30. Augusti in Ecclesiâ Cathedrali Sancti Ioannis Baptistæ, à Beatæ memoriæ Francisco de Sales Episcopo & Principe Gebennensi, assistentibus Præsulibus Ioanne le Febure Tarsensi, & Roberto Berthelot Damasceno. Erat omnino ille Episcopus fecundo ingenio, sacris litteris, variâ eruditione, potissimúmque in concionando facundiâ insignis, id posteris plurimæ eius lucubrationes, multáq; opera scripta indicant, quorum catalogum texere superfluum duximus, cùm in manibus omnium sint; veréque de tanto viro dici potest, quòd olim de S. Hieronymo pronunciauit Seuerus Sulpitius: *Catholica hominis scientia sicut doctrina est. Totus semper in lectione, totus in literis est, non die, non nocte quiescit, aut legit aliquid semper, aut scribit.* Ad Ioannem extant plures Epistolæ eiusdem beati Francisci de Sales Episcopi Gebennensis. Illius tempore conduntur in vrbe Bellicensi Conuentus Capucinorum 1610. & Sororum Visitationis beatæ Mariæ 1622. Cessit posthæc Episcopatui in fauo-

CAMVS. D'azur à 3. croissans d'argent 2. 1. & vne estoile d'or en cœur. 1607.

rem successoris, factus Abbas de Alneto, Cisterciensis Ordinis in Neustriâ: eum quoque in Pontificalibus Vicarium generalem sibi adlegit Franciscus de Harlay Archiepiscopus Rotomagensis. Cùm ergo plures annos Ecclesiam suam rexisset laudabiliter, præclarum vitâ & moribus exprimens vigilantis Præsulis specimen, eâ dimissâ, parem etiam laudem assequutus est in sacrâ functione Pontificiâ: atque vt erat humanæ gloriæ minimè appetens, immò summâ honoris despicientiâ præditus, apud xenodochium pauperum Insanabilium suburbij S. Germani de Pratis Parisiensis senectutis domicilium fixit, vbi ætatis anno 70. denominatus Episcopus Attrebatensis animam suam Deo reddidit 26. Aprilis 1652. & ibidem cadauer tumulatur.

PASSELAIGVE. D'argét au cheuron de gueulles, & 2. cœurs de mesme en chef, charges d'vn nõ de Iesus d'or, & vn nauire de sable en pointe, equippé & voilé de gueulles, flotant sur des ondes de sinople.

83. IOANNES DE PASSELAIGVE, V. Cenqoniensis, diœcesis Bituricensis, Abbas Beatæ Mariæ de Hambeyâ Ordinis S. Benedicti, Constantiensis diœcesis, & S. Victoris Niuernensis cœnobiarcha; ex Priore beatæ Mariæ de Charitate supra Ligerim, & Vicario Generali Ordinis Cluniacensis, ad Episcopatum resignatione C Ioannis Petri Camus promotus est anno 1629. & Dominicâ Palmarum 24. Martij anno 1630. consecratur Matiscone, in Ecclesiâ Dominicanorum, à Ludouico Dinet Episcopo Matisconensi, assistentibus Iacobo
1629. de Nucheze Cabilonensi, & Roberto Berthelot Damasceno Præsulibus. Moniales sanctæ Vrsulæ Bellicij recepit eodem anno 1629. Ecclesiámque Capucinorum solemni ritu inaugurauit die 23. Iunij anno 1630. Porrò cùm Beati Anthelmi Episcopi Bellicensis corpus in antiquo & indecoro sepulchro iacere comperisset, pre- D cibus Canonicorum & Syndicorum Bellicensium annuens, inquisitione canonicè peractâ leuauit, & in Capellam recenter extructam magno ciuium gaudio, atque celebri pompâ transtulit. Cuius sacri pignoris translationis acta plura videantur in serie Chronographicâ Guichenoni ante citatâ. Cæterùm ius visitationis quod prædecessoribus Episcopis competebat, anno 1630. renouauit, Decano & Canonicis consentientibus,
1631. Item statuta synodalia edidit 1631. &

A antiquarum immunitatum ac priuilegiorum à Friderico Imperatore Episcopis Bellicensibus concessorum, quæ à Francisco 1. Henrico 2. & Henrico IV. Regibus Christianissimis approbata fuerant, confirmationem à Ludouico 13. obtinuit diplomate regio mense Februario an. 1635. Præterea cùm in conuentu generali Cleri Galliæ habito Lutetiæ eodem anno, Ceremonialis Romani in æde Bellicensi vsum introducere obtinuisset, Decanus & Canonici ei in Pontificalibus celebranti assistere recu- B sarunt, vnde lis mota, quæ Senatusconsulto Parlamenti Diuionensis 18. Decembris 1637. in fauorem Episcopi terminata est, sed Decanus & Canonici obtemperare renitentes causâ denuò cecidère 13. Martij 1638. Mul- 1638.
ta iurgia item in fauorem eiusdem Præsulis decisa sunt aliis Senatusconsultis. Demum collabentes ædes Episcopales reparauit, auxit, & adornauit, Ecclesiæ suæ Bellicensi pristinum splendorem restituit.

BELLOVACENSES EPISCOPI

ET COMITES, PARES FRANCIÆ.

CÆSAROMAGVS Bellouacorum clara est ciuitas, quam Cæsar lib. 2. de Bello Belgico celebrat cùm ait: Plurimùm inter Belgas, Bellouacos & virtute & auctoritate, & hominum numero valere, hos posse conficere armata millia centum: pollicitos ex eo numero lecta millia sexaginta, totiúsque belli sibi imperium postulare: tum subdit: ciuitas erat magna, & quæ inter Belgas auctoritate ac hominum multitudine præstabat: paulò post lib. 6. ciuitatem Bellouacorum in Galliâ maximam habere opinionem virtutis: idem etiam Cæsar alibi scribit: ex iis, Bellouaci, suum numerum non contulerunt, quod se suo nomine atque arbitrio cùm Romanis bellum gesturos dicerent, neque cuiusquam imperio ob-

Beauuais en Beauuaisis, ou le Tetain,

» temperaturos Et Hircius Pansa lib. 8. A
» Bellouaci belli gloriâ Gallos omnes,
» Belgásque præstabant. Eos autem po-
pulos inter Belgas plurimùm valere
cùm Cæsare produnt Strabo lib. 4.
Plinius, & Ptolemæus lib. 2. cap. 9.
Beluacum & Beluacensium ciuitas
appellatur in Capitulari Caroli Ma-
gni, Hincmaro, Nitardo, Flodoar-
» do, & Iuoni, Bellouacorum in No-
» titiâ Prouinciarum Galliæ; in quâ
» vrbe lata est lex 1. de Veteranis lib. 12.
» Cod. Vnde Diuæus cap. 7. de Belgi-
» uagis inquit: Post Ambianos hi collo- B
» cati Belgarum omnium nobilissimi
» ad Oceanum vsque protendeban-
» tur: oppidum eorum Cæsaromagus
» Ptolemæo, Cæsar Brantuspantium
» Bellouacorum oppidum memorat:
» mediæ ætatis chronographis Greg.
» Turon. Adoni Viennensi, Regino-
» ni, Belgiuagos appellâtos video: op-
» pidúmque ipsis Belgium attribuunt,
» vt ab iis Belgarum nomen ortum vi-
» deri possit Vrbs autem ad Tharam
fluuium sub Archiepiscopatu Re-
mensi, & Parlamento Parisiensi, E-
piscopatu gaudet insigni, cuius Præ-
sul Comes & Franciæ Par, necnon
Vicedominus Gerboredi; aliàs frue- C
batur iure cudendæ monetæ. Tem-
plum primarium S. Petro dicatum
extrui cœpit anno 991. cuius Cho-
rus totius Galliæ Ecclesiarũ structurâ
pulcherrimus prædicatur. Capitulum
habet nobile constans Decanatu, Ar-
chidiaconatu Bellouacensi, Thesau-
rariâ, Cantoriâ, Archidiaconatu Bre-
tolij, Succentoriâ, Pœnitentiariâ,
Cancellariâ, atque 53. Canonicati-
bus ad collationem Episcopi, cùm
plurimis Capellaniis. Sunt præterea
in ciuitate templa Collegiata, S. Ve-
dasti seu S. Stephani, S. Bartholomæi,
B. Nicolai, D. Michaelis, B. Mariæ
de Castro, & S. Laurentij: extant & D
tredecim parochiæ, monasteria Fran-
ciscanorum, Prædicatorum, Mino-
rum, & Capucinorum, aliáque mo-
nialium Cœnobia cùm Abbatiis in
suburbio. Episcopus autem palatium
habet munitissimum cùm castro su-
burbano de Bresle. At in totâ diœ-
cesi amplissimâ quæ Ambianum v-
que, Siluanectum, & Parisios ferè
porrigitur, Ecclesiæ parochiales cir-
citer 480. numerantur in nouem
Decanatus distributæ, præter Ab-
batias sequentes.

S. LVCIANI O B.
Saint Lucian de Beauuais.

S. SYMPHORIANI O B.
S. Symphorien de Beauuais.

S. QVINTINI O A.
S. Quentin de Beauuais.

DE PENTIMONTE *fæm.* O C.
Pantemont à Beauuais.

BRETOLII *Bretueil* O B.

S. GEREMARI FLAVIACENSIS O B.
S. Germer de Flaix.

S. PAVLI *fæmin.* O B.
S. Paul lez Beauuais.

RVRICVRTENSIS O A.
S. Martin de Ruricourt.

BELLIPRATI *Beaupré* O C.

FRIGIDIMONTIS *Froimont* O C.

LANNEII *Lannoy* O C.

REGALISMONTIS O C.
Royaumont.

S. IVSTI *S. Iust* O P.

MONCELLI *Ord. S. Claræ.*
Moncel prez le Pont S. Maixence.

Huius autem Ecclesiæ Episcoporum seriem modo subiiciemus, in quâ colligendâ adiuti fuimus opere Antonij Loiselij in Senatu Parisiensi Aduocati, qui de Bellouacensi regione, déque Præsulibus non ignobilem commentarium elucubrauit; cui Petrus Louuetus duobus item libris plurima monimenta, cartásque ex variis tabulariis addidit: ex his igitur scriptoribus, atque aliis actis MS. non anteà editis, hunc nostrum qualemcumque catalogum concinnauimus.

1. S. LVCIANVS.
2. TALASIVS.
3. VICTOR.
4. CHANARVS.
5. NVMITIVS.
6. LICERIVS.

7. Lιercivs.

8. Themervs.

9. Betgisilvs sedit anno
346. Christi 346.

10. Rodomarvs.

11. Ansoldvs.

12. Rigobertvs vel Ribertvs.

13. Gogerinvs.

14. Anselmvs.

15. Mavricivs.

16. Himbertvs.

17. Clemens memoratur in vitâ S. Eligij lib. 2. cap. 56. apud Surium, & lib. 3. c. 41.

18. Constantinvs.

19. Radingvs, vel Ravigvs.

20. Dodo.

612. 21. Ercambertvs anno 612.

22. Ricoaldvs.

23. Miroldvs, vel Meroldvs.

24. Avstringvs.

25. Deodatvs nominatur in epistolâ Zachariæ Papæ ad Episco-
744. pos Galliæ & Germaniæ sub an. 744. apud Surium in vitâ S. Bonifacij, & Sirmondum tom. 2. Conciliorum.

26. Andreas.

27. Avdingvs.

28. Adalmanvs.

29. Ragimbertvs adfuit synodo Nouiomensi celebratæ per
814. Vulfarium Metropolitanum an. 814. vti docet Flodoardus lib. 2. Hist. c. 18.

30. Hildemannvs ex Corbeiensi monacho ad Episcopatum
835. subuectus, floruit anno 835. Meminit huius Flodoardus lib. 2. cap. 20. in causâ Ebonis Remensis; *Hildemannus*, ait, *Beluacensis Episcopus insimulatus, quod sicut præfati Episcopi fugam ad Lotharium moliretur, in monasterio S. Vedasti detentus synodum expectauit, ad quam anno Incarnationis 835.*

A *venientes omnes Episcopi qui conuenerant, sigillatim libellos de restitutione Imperatoris communi consilio ediderunt*; & infra, *ad Theodonisuilla palatium, ibi Hildemannus in synodo præsens, se à calumniâ sibi impactâ regulariter exuens, satisfecit synodo, & per eam Imperatori*: citatur quoque in Concilio Suessionensi actione 5. Vitæ sanctimoniâ conspicuus animam suam reddidit
an. 842. 3 Idus Decemb. in obituario 841.
S. Petri, cui dedisse dicitur terram in Frismonte, miraculis porrò claruisse adnotatur in necrologio S. Luciani: de quo Surius in vitâ S. Adalardi Ab-
B batis Corbeiæ, & Trithemius lib. 4. de viris illustribus Ordinis Benedictini. Post eius excessum Hincmarus Remensis Archiepiscopus scripsit ad Regem pro Pontificis in cathedrâ Bellouacensi promotione, vbi lib. 3. cap. 18. dictus Flodoardus ita loquitur: idem Præsul de multis Re« gi necessariis suggerebat: inter quæ « scribit ad eum pro electione Beluacensis Episcopi post obitum Hildemanni Præsulis ipsius vrbis. In quâ « epistolâ Regem studet à simoniacâ «
C hæresi compescere, asserens sibi multò amabilius esse istum Episcopatum « secundùm sæculum dimittere, quàm « Episcopum contra canonicam in« stitutionem non tam benedicere, « quàm æternâ secum maledictione « maledicere. «

31. Hermenfridvs, seu Irminfridvs, successit Hildemanno, testis Flodoardus lib. 3. Hist. cap. 21. vbi obseruat Hincmarum pro eius ordinatione ad Nouiomensem « Episcopum hæc scripsisse: insuper & « alia ad eum scripta direxit Immoni « Nouiomagensi Episcopo, pro synodo « comprouinciali à Rege Parisiis con«
D gregatâ, & pro ordinatione Hirminfridi post decessum Hildemanni Bel« uacensis Episcopi. Conuenit ad syno« dum Parisiensem anno 846. vbi si- 846.
gnum apposuit priuilegio Corbeiensis monasterij, interfuitque Carisiacensi 848. Turonensi 4. 849. ex ep. 84. Lupi Abbatis Ferrariensis, Suessionensi 2. 853. Vermeriensi 2. eodem anno, & Tullensi apud Saponarias 853. occisus est à Normannis iste Episcopus, quemadmodum produnt Annales Bertiniani ad annum 859. de Immonis Nouiomensis Presulis captiuitate

uitate agentes : *quinetiam ante duos menses Hermenfridum Beluagorum in quadam villâ interfecerant.* 7. Cal. Iulij, ex veteri Calendario Beluacensi *obiit Hermenfridus qui dedit nobis Namboniacum.*

32. ODO I. Abbas Corbeiæ crea-
860. tur Episcopus anno 860. vt patet ex priuilegio Nicolai Papæ ad Trasulfum Abbatem : Acta synodi Siluanectensis sub annum 863. Romam detulit ad summum Pontificem Nicolaum, qui eius meminit epistolis 68. ad Hubertum Abbatem fratrem Teutbergæ Reginæ, & 69. ad Ludouicum atque Carolum filios Caroli Calui, cúmque sanctissimum fratrem & Coepiscopum suum nominat: item epist. 34. ad Rothadum Suessionensem. Interfuit porrò synodo Suessionensi 3. 866. Trecassinæ 867. Pontigonensi 876. vbi sess. 8. dicitur recitasse quædam capitula à Legatis Apostolicis, eodémque Odone dictata super Primatu Ansegisi Senonensis an. 867. apud B. Aldricum l. 1. Chronici Cameracensis cap. 50. in
869. coronatione Caroli Calui 869. item in pactione Aquisgranensi 870. inter Carolum Caluum & Ludouicum Germaniæ Regem fratres : ex Aymoino autem liquet Odonem fuisse magnæ auctoritatis, eruditionéque præstantem : Hincmarus enim Remensis eum epistolâ inuitat, vt librum de erroribus Græcorum perscriberet, per summum Pontificem hoc ipsi grauissimo Ecclesiæ tuendæ munere demandato : Hincmari ad Odonem » hæc sunt verba : Quapropter frater » carissime secundùm Domni Aposto- » lici commendationem, de iis per tra- » mitem scripturarum, & traditionem » maiorum quæ illi conuenienter res- » cribere possimus, quærere, & in » vnum colligere stude, vt cùm simul » adiuuante Domino venerimus, quæ » quisque nostrûm inuenit sigillatim, » communi studio relegamus, & quæ » eidem domino Papæ à nobis inde scri- » benda sunt, ordinemus. Hoc opus eidem Hincmaro Archiepiscopo nuncupauit. Cùm verò Flauiacense monasterium & aliud Sanctimonialium in suâ diœcesi dirutum esset, Episcopali potestati addici pontificio diplomate obtinuit, cuius exemplar prout à Loueto tomo 2. Antiquitatum Bellouacensium editum, hîc adscribimus : NICOLAVS *Episcopus seruus seruorum Dei, reuerendissimo & sanctissimo Hodoni Episcopo, & per te carissimæ Beluacensi Ecclesiæ imperpetuum &c. Quoniam sanctitas tua retulit, ac suggessit Apostolatui nostro, quod Ecclesia Beluacensis prouinciæ Remorum, cui diuina fauente gratiâ venerabilitas tua præesse cognoscitur, rerum facultatibus, quibus prioribus temporibus per terrenam potestatem priuata mansit, & modernis quoque diebus paganorum irruptione pariter & depredatione valde attenuata fuit: pro quâ re solicitus pastorali curâ, pij Principis clementiam sanctitas tua adiit; auxilium petens, vt sibi grex commissus rerum inopiâ non deperiret quàm vel violentorum manus intulerat, vel hostilis vastitas irrogasset: & si non aliud consolationis subsidium ferret, saltem de rebus eidem Ecclesiæ sublatis, aliquod restitutionis subsidium pietas gloriosi Regis Caroli non denegaret. Cuius precibus religiositas Regis mota, res quidem sublatas ex integro non restituere se posse dixit, ne suæ Reipublicæ militiam defraudare videretur; conferre tamen solatium sanctæ Ecclesiæ Bellouacensi benignè spopondit. Quâ de re concessit ei duo monasteria in eadem Bellouacensi parochiâ constituta, Oratorium videlicet quod fuit olim puellare cœnobium, & Flauiacum, in quo Canonici habitauerant pro recompensatione Fontaneti monasterij : quod quidem monasterij veracium testium, & irrefragabilis auctoritatis scripturarum assertione, præscripta matris Ecclesiæ Bellouacensis iuris fuisse omnimodis probatur. Quæ tamen monasteria, & prius quidem quàm sæcularibus collata fuerant, propter ciuilis discordiæ seditionem non parùm fuerant destructa, & nunc propter barbaricam incursionem penitùs sunt euersa: adeò vt non solùm rebus priuata sint propriis, verùm Canonicorum, sacrarúmque virginum chorus qui priùs illic habitauerant, ex maximo inde sit ablatus, & domus Ecclesiæ destructæ, nec spes restat restitutionis illorum, si vel reposita fuerint in sæcularium manus, vel si absque pastore Ecclesiastico deguerint, vt hactenus fuerunt. Vnde petiit venerabilitas tua, vt de iisdem sibi monasteriis Ecclesiæ tuæ priuilegium nostræ auctoritatis fieret, vt nec tuis, nec successorum tuorum temporibus auferri ab Ecclesiâ Bellouacensi possit. Insinuauit quoque super eadem re nobis petitiones gloriosissimi, ca-*

rissimi filij nostri Caroli Regis similiter est flagitantis. Quapropter considerantes iustam, piamque fore petitionem, quatinus & Ecclesiæ Beluacensis deuastationi suffragia non deessent, & præfata monasteria religionis ordine penitus expoliata non manerent, decreuimus fieri quod postulatur, & Apostolicà auctoritate statuimus, vt monasteria præfata, scilicet Flauiacum & Oratorium benignitate Caroli gloriosi Regis Bellouacensi Ecclesiæ collata, cum omnibus quæ possident, Ecclesiæ præfatæ, & perpetuis, & futuris temporibus perpetuò manere subiecta, nec ab vllà deinceps, vel regali, vel iudiciali potestate, siue de potestate tuâ qui in præsentiarum eiusdem Ecclesiæ Episcopus esse dignosceris, siue successorum tuorum Antistitum Ecclesiæ ipsius vllomodò auferenda. Eo autem ordine, vt de rebus eisdem monasteriis collatis, siue conferendis, Ecclesiæ Bellouacensis necessitatibus subueniatur, prout voluntas & iudicium Episcopi qui præfuerit, eidem Ecclesiæ decreuerit, & monasteria ipsa nec in ædificiis domorum, nec in restauratione Ecclesiarum, nec in necessitatibus Deo illic deseruientium subsidia defraudentur, sed ita rerum dispositio fiat ab Episcopo Beluacensis Ecclesiæ, vt & ipsa monasteria iuxta modum facultatum sibi collatarum restaurentur & conseruentur, & illic Deo militantium, siue fœminarum, siue virorum fuerit sexus, subsidiis necessariis adiuuentur, quatinus loca Deo dicata, & res illis Ecclesiis collatæ ibi potissimum deseruiant, vbi Deo per fidelium oblationes esse collatæ cognoscuntur: quia nec pium, nec iustum esse cognoscitur, vt Ecclesiæ præfatæ ita suis rebus spolientur, & alterius Ecclesiæ necessitatibus deseruiant, vt earum necessitudinibus nulla prorsus cura videatur impendi. Vnde sollicitus videat Episcopus Bellouacensis, vt siue de fœminis illis Deo deseruientibus, siue de cuiuscumq; ordinis viris, siue de monasteriorum restouratione & conseruatione eam curam suscipiat, quatinus & diuinæ domus dignam habere sibi procurationem gaudeat, & ipse qui præfuerit rector supernæ censuræ iudicium, propter negligentiam non incurrat. In sæcularium verò manus atque potestatem ipsa monasteria nullà deinceps ratione, vel occasione perueniant, quia non est leue ante oculos summi iudicis discrimen, religiosis locis, & monasterijs Deo dicatis secularem præficere potestatem, & ei contradere pastoralis curæ sollicitudinem, qui, quid sit pastor ignorat, nec quærit lucrum animarum, sed pecuniæ censum, non vt diuinis cultibus seruitium impendatur, sed vt suis vsibus ad dominationis votum deseruiatur. Nullus itaque Regum, nullus iudicum, nullus secularis potentiæ dignitate fultus in rebus præfatorum cœnobiorum, vel villis & agris, vel mancipiis, vel quicquid ad eadem monasteria collatum fuerit, potestatem habeat vel dominandi, vel accipiendt, vel auferendi præter Episcopum Bellouacensis Ecclesiæ, sed quicquid vel in auro, vel argento, vel in quacunque supellectile, vel in omnis facultatis substantiâ ipsius est hodie monasteriis delegatum, & futuris temporibus fuerit collatum Episcopi Bellouacensis distributioni & ordinationi fiat subiectum, nec alterius potestatis ius, vel dominatio super eis potestatem aliquam, nisi quantum diuina auctoritas, & lex, & iustitia permittit, obtineat. Si quis autem &c. Scriptum per manum Petri Notarij Regionarij & Scriniarij sanctæ Rom. Eccl. in mense Aprili, Indictione XI. bene valete 4. Calend. Maias per manum Tiberij primicerij sanctæ Sedis Apostolicæ, Imperante domino nostro piissimo Augusto Hludouico à Deo coronato, magno Pacifico Imperatore anno XIV. Ceterùm Odo quinquagenarium numerũ Canonicorum in Ecclesiâ S. Petri, atque res eidem Congregationi destinauit, hisce tabulis aechetypi cartularij Beluacensis, quas publici iuris iam fecêre Iacobus Sirmondus & Louuetus.

Odo *gratiâ Domini nostri Iesu Christi Bellouacensis Ecclesiæ Præsul; notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, maximeque successoribus nostris, quoniam vnanimis Congregatio parique voto scilicet Canonici S. Petri iam fatæ Ecclesiæ, cui Deo auctore deseruio, expetiit nostram obnixè liberalitatem, quatenus res sibi à nostris prædecessoribus iuxta consinia singularum concessas, pariterque nostrâ sibi consolidatione firmatas, canonicè iuxta aliarum morem Ecclesiarum, dono liberalitatis, Regisque præcepto, absque vllius contradictione quietis, concessa disponerem. Enimuerò videns excedere huiusmodi negotium meæ solummodo diffinitionis vires, pariterque gratiâ superni consilij præeunte, prouidens iam dictæ Congregationi sibi profutura quærere, & illis super hoc assensum præbendo, timens ne*

cu.li.a Dominici gregis, quod absit, tyrannicâ irrumperentur aliquando infestatione: expetij consilium tam Metropolitanæ Remorum prouinciæ Hincmari, quàm cæterorum venerabilium videlicet Archiepiscoporum, seu Coëpiscoporum meorum, vt quorum sanctione Ecclesiastica pertractantur negotia, eorum taxatio, inspirante gratiâ superni numinis mihi, nostraque Ecclesiæ vtilem afferret, ac salubrem prouentum. Quorumque consultu adij piissimi Caroli Regis serenitatem, vt solitâ misericordiâ suâ, sicut omnibus vbique superna Maiestati famulantibus, ita huic Ecclesiæ mihi, nullis præcedentibus meritis, ad regendum commisisse pro futurâ quiete prouideret, cùm præceptione solidæ firmitatis. Ille verò, gratuitâ suâ clementiâ precibus nostris pium præbens assensum, decreuit ardentissimâ suâ auctoritate stabile fore, quod nostra etiam præuidit beniuolentia. Vnde necessitatibus iam dictæ nostræ Congregationis destinamus canonicâ institutione villulas infra scriptas in page Bellouacense, cùm omnibus adiacentiis ad se pertinentibus, nec non & cùm omnibus habitatoribus ad se legitimè pertinentibus. Hoc est, Burcinas, Pretiosas, Velena, Hauerciaco, Fretmaro curte, Hilgia, Cambariaco. In Ballicino valle de vineâ bunnar. IV. & arpennum I. in suburbio nostræ ciuitatis molendina duo, & Cambas II. & hortos cultos II. & curticulos X. pratum I. Precariam vbi sunt mansi 24. S. quam Sigebertus tenet cùm censu. Obsecrantes vt nullus successorum nostrorum, quod Deo auctore à nobis constitutum est, exinde aliquid minuendo subtrahat, nec suis propriis, suorùmque vsibus aliquid impertiatur: sed hæc quæ diuino amore & animarum salute patrauimus, inconcussa obseruent, æqualem & vnam nobiscum à Domino mercedem sperantes. Numerus verò Canonicorum inibi degentium volumus, atque expressè consolidari nitimur, nisi res addantur, vnde facultas subministretur, non transcendat quantitatem quinquagenarij numeri. Verùm & cùm quilibet diuinâ vocatione decesserit, alius subrogetur, ne præfatus numerus minuatur. Et vt etiam nostræ deuotionis auctoritas firmiorem obtineat vigorem, non solùm præcepto magni & piissimi Caroli Regis, verùm etiam dominorum Patrum, venerabiliúmque Coëpiscoporum meorum, quorum consensu ista peregimus, canonicâ auctoritate roborare obnixè decreuimus. Hincmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ Remorum Archiepiscopus subscripsi, Ansegisus Senonum Archiepiscopus subscripsi. Vuenilo Rotomagensium Archiepiscopus subscripsi. Hrothadus Suessionicæ Ecclesiæ Episcopus, Immo Nouiomagensis Ecclesiæ Episcopus, Lupus Catalaunicæ ciuitatis Episcopus, Folcrinus ciuitatis Morinensis Episcopus, Theodericus Ecclesiæ Cameracensis Episcopus, Ragenarius Ecclesiæ Ambianensis Episcopus, Erpoinus Siluanectensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Datum in ipsis Calendis Martiis in ciuitate Suessionis, ante altare Sanctorum martyrum Geruasij & Protasij, anno XXXV. regni domni Caroli Regis gloriosi, qui hoc priuilegium suâ pietate consensit, & regiâ auctoritate roborauit, indictione VIII. De eo Flodoardus variis locis Hist. meminit lib.3. c.12. 21. & 23. & apud Hincmarum Remensem Archiepiscopum in formulâ examinationis Vuiliberti ordinandi Episcopi Catalaunensis. Decessit Odo anno 880. post cuius 880.
obitum Hincmarus scripsit Formatam ad Clerum & plebem Bellouacensem, de electione Episcopi ad Hadebertum Antistitem Siluanectensem cuius hoc est exordium: « Dilecto fratre ac venerabili Consacerdote nostro Hodone Episcopo Ecclesiæ Beluacensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater charissime, vt eiusdem Ecclesiæ officio Visitatoris, consensu domini nostri Ludouici Regis, nostræ humilitatis Metropolitanâ delegatione suscepto, ad eandem Ecclesiam quantocius studeas properare, & assiduis hortationibus Clerum, plebémq; eiusdem Ecclesiæ publicè admonere festines, vt remoto priuato studio, vno eodémque consensu talem sibi præficiendum expetant, & eligant Sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. »

33. RONGARIVS, in veteribus Episcoporum indicibus successor Odonis reponitur, de quo tamen præter nomen nulla extant monimenta. Verùm notare hîc conuenit, post mortem Odonis nominatum fuisse Antistitem Odacrum, contra quem scripsit Hincmarus Remensis ad Ludouicum 3. Regem Francorum: in eodem Hincmaro leguntur Rodulfus quidam, & etiam Honoratus designati Episcopi Beluacenses, sed

postea repulsam passi, de quibus in Concilio apud S. Macram memorato in eadem epistolâ Hincmari: sic ergo ille: *Episcopi qui apud martyrium sanctæ Macræ in nomine Christi conuenimus, non pro ullâ indebitâ voluntate, sed pro sancta Ecclesia, ac vestro & regni vobis commissi honore ac saluamento, quæ vobis per Consacerdotes nostros transmisimus, reiectâ præsumptione Cleri & plebis Ecclesiæ Beluacensis, qui personam regulis sacris incongruam cùm decreto singulorum manibus roborato nobis præsentarunt, quando Frimoldum quendam elegerunt, & reiecto illo propter insipientiam & improbitatem, Hodo ex vicinâ parochiâ ibidem cùm decreto Canonico fuit electus. Quod scripsistis vota omnium qui commorantur in Beluacensi Ecclesiâ in Odoacrum concordari, non mirum si stulti ac improbi, ac cupiditate cæcati toties taliter agunt, non correcti de reiectione prauæ suæ electionis in Frimoldum, & reprobato Radulfo, & à se electo Honorato, sacro Episcopali Ordini adhuc fidei doctrinâ incongruo, perdiderunt electionem sicut ostensum est illis in synodo, & per sacras regulas non alterius, sed Episcoporum esse electionem, quàm non præire, sed subsequi, & non se ab eâ debuére excidere, & nunc contra regulas & leges sine Visitatore præsumpserint electionem. Quod scripsistis vt per meam voluntatem & ministerium Beluacensis Ecclesiæ Episcopatum dilecto filio meo, & fideli vestro Odoacro tribuere valeatis: si vestræ dominationi de illo est cura, hoc nullatenus faciatis, ne fortè si feceritis, ipsi Episcopium illud, & Pastore vacantem Ecclesiam contra sacras regulas exigenti, quod non opto, contingat vt vlterius nec in vitâ meâ, nec post mortem corporis mei in diœcesi Remensi in gradu Ecclesiæ valeat ministrare.* Huc vsque Hincmarus.

34. Honoratus mortuo Hincmaro ad hunc Episcopatum euectus est. Fulco Remensis Archiepiscopus, verba sunt Flodoardi lib. 4. Hist. Remensis cap. 6. scribens huic Honorato Beluacensium Præsuli asserit se vehementissimè mirari, quomodo id potuerit contingere, vt animus ipsius tam contrarius & aduersus sibi existeret, cùm sciret qualis erga eum fuerit, & qualiter loco fratris ac filij eum semper habuerit, qualique affectu, vt ad eundem honorem perueniret, decertauerit: nec tamen ideo desperare debeat, sed quantocius ad pacem & concordiam secum tenendam redeat. Monet igitur eum tanquam filium carissimum redire ad semetipsum, & cogitare cuius sit ordinis, cuiúsque professionis, perpendátque quòd in nullo ab ipso læsus existat: & si possibile sit ad se veniat, quatenus de his collato sermone melius conferant. Notificat etiam se audiuisse quædam de ipso, quæ non facilè credere potuerit, scilicet quod rapinis insisteret, alienas possessiones inuaderet, & pecunias diriperet: nominatímque designat Robertum quendam apud se fuisse conquestum, quod vniuersa mobilia sua ei abstulerit. Ego autem inquit, non hoc de vobis credere possum, sed puto aliquem qui vestrâ gratiâ & authoritate fretus hoc agere præsumpserit, & idcirco vobis adscribitur &c. Porrò nominatur Honoratus anno 892. in cartulario Are- 892
marensi: interest & synodo Remensi an. 900. pridie Nonas Iulij, vbi excommunicantur interfectores Fulconis Metropolitæ. Obiit 13. Ianuarij.

35. Erlvinvs adfuit Concilio Trosleiano an. 909. defunctus anno sal. 921. apud Flodoardum in Chronico.

36. Bovo ex monacho S. Luciani Bellouacensis ad Episcopatum ascendit anno 922. quem sex mensibus, 922
aut circa administrauit; necrologium S. Luciani: *die 24. Maij obiit Bouo Episcopus Belleuacensis, qui dedit S. Luciano Ecclesiam S. Iusti des Marestz, decimam & villam sub S. Maxiano Fulgentias nomine.*

37. Hildegarivs consecratus fuit Antistes per Artaldum Remensem Archiepiscopum anno 933. 933
sic refert Frodoardus in chronico: Rodulfus Rex, ait, munitionem Heriberti quæ dicitur castellum Theoderici, obsidet hebdomadis sex. Synodus inter obsidendum prædictum præsidium, celebratur, congregatis nonnullis Franciæ, vel Burgundiæ Præsulibus, cui præsederunt domnus Artaldus Antistes Remorum, & Teutolo Turonensis Episcopus: tunc quoque domnus Artaldus Hildega-

» rium ordinauit Episcopum vrbis Bel- A
» uacensis. Flodoardus lib. 4. cap. 35.
948. anno 948. loquens de eodem Hildegario & synodo Engelenheimensi: *Marinus*, inquit, *proferens literas quas Sigiboldus Romam tulerat, precepit eas coram synodo recitare. In quarum recitatione repertum est, prout ipsæ litteræ fatebantur, quòd Vuido Episcopus Suessionicus, Hildegarius quoque Beluacensis, Rodulfus Laudunensis, cæterique cuncti Remensis diœceseos Episcopi* „*easdem literas ad Sedem delegauerant Apostolicam, pro restauratione Hugonis in sede Remensi, & expulsione Artoldi*, & cap. 37. eiusdem libri addit: vocatur Hil- B
» degarius Beluacensis Episcopus lite-
» ris præfati Marini, vt veniat coram
» ipso, vel eat Romam rationem red-
» diturus coram Papâ pro illicitâ ordi-
» natione prædictorum Pseudoepis-
» coporum, cui interfuerat: Tetbaldi nimirùm Ambianensis, & Iuonis Siluanectensis Antistitum. Deinde obses datur pro Ludouico Rege Vltramarino apud Ducem Normanniæ, vti testantur Vuillelmus Gemmeticensis lib. 4. cap. 8. & Dudo S.
» Quintini Decanus lib. 3. hoc consi-
» lium Normannorum, ait, Principes
» collaudantes, & in Hugonis magni C
» Ducis fide spem totius fiduciæ ha-
» bentes, reddiderunt Regem, filium
» eius, duósque Episcopos Hildierum
» Beluacensem & Guidonem Suessio-
» nensem, & quamplurimos milites
» pro eo recipientes. Eius obitus notatur in vetusto necrologio 5. Nonas Maij: ac dedisse S. Petro Prisciacum.

949. 38. HVGO anno 949. hanc sedem rexit, qui teste obituario S. Luciani mortuus dicitur 13. April. ac altaria libera fecisse à personis: de hoc nimirum in veteri Necrologio scribitur ad diem 11. Idus Aprilis: D

Idibus iis animam Hugo Præsul reddidit almam,
Cui Petri precibus tu miserere Deus,
Quia dedit nobis Magesi vallem.

39. VVALERANVS seu GVALERANVS, cuius nuda extat in diptychis Bellouacensis Episcopij nominis memoria: defunctus 4. Idus Iulij.

40. HERVEVS interest pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli 15. Calend. Iulias 991. ex historiâ depositionis Arnulfi Remensis Metropolitani: iecit fundamenta Chori Cathedralis. Vetus Obituarium Bellouacense de eo meminit in hunc modum: *Sexto Idus Aprilis obiit Herueus Episcopus, qui dedit S. Petro mansos 12. in suburbio, & duo molendina ad constructionem noui operis.* 991.

41. ROGERVS DE CHAMPAGNE nobilissimâ stirpe satus, Odone scilicet huius nominis primo Comite Blesensi, Carnuti, & Turonum, ac Bertâ Burgundâ, Conradi 1. Regis natâ ex Mathildi à Franciâ parruum is habuit Hugonem Archiepiscopum Bituricensem, fratrem verò Odonem 2. Campaniæ Comitum progenitorem: auunculus quoque exritit ex sorore Eluisâ, Odolrici Episcopi Aurelianensis: nominatur Franciæ Cancellarius in tabulis Abbatiarum Burguliensis 995. sancti Mauri Fossatensis 998. & 1000. Episcopus item Bellouacensis iam ab anno 996. quo adfuit synodo Calensi. Donauit Ecclesiæ suæ Comitatum Bellouacensem, quem habuerat commutationis causâ ex iure paterno pro toparchiâ Sacricæsaris, disertè id prodit Albericus in Chronico sub annum MXV. *Rogerus Episcopus Beluacensis ab Odone Campaniensi Comite acquisiuit Comitatum Beluacensem, pro castro Sincerio, quod erat sui patrimonij in diœcesi Bituricensi.* Hoc decretum confirmauit apud castrum S. Dionysij Robertus Rex, diplomate quod ex Bellouacensis Ecclesiæ archiuo suis intexuit Antiquitatibus Louuetus: tenorem huiusmodi etiam visum est hîc subiicere. CHAMPAGNE. BLOIS. 996.

IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Robertus Dei gratiâ Francorum Rex Serenissimus cunctis orthodoxæ fidei cultoribus. Quoniam diuinâ propitiante clementiâ, nos Gallica liberalitas ad regni prouexit fastigia, dignum ideò duximus Ecclesiarum Dei nostri operam dare profectibus, & consulere vtilitatibus. Proinde nouerit omnium tam præsentium ætas, quàm futurorum posteritas. Quod Rogerius sanctæ Beluacensis Sedis venerabilis Pontifex, quamplurimum eiusdem Sedis competentibus & honestis inhians augmentis, multis precibus, & obsequiis implorauit dilectionem Odo-*

nis nostri præclari Comitis, quatenus ea quæ sibi iam dederat in beneficio, conferret sanctæ suæ Ecclesiæ pro remedio animæ ipsius Comitis, id est omnes exactiones, ac redditus Comitatus, quem tenebat ex nostro beneficio in suburbio Beluacensis vrbis, & in villis extra ambitum ciuitatis constitutis, sicut iam ipse Episcopo concesserat ac diuiserat. Præterea omnes exactiones, & reditus, quidquid pertinebat ad Comitatum, in villis subter adnotatis, hoc est in villâ Episcopi quæ dicitur Braellis, in villâ S. Iusti, in villâ Castiniaco, in villâ Bureio, in villâ Flauiaco, medietatem quoque Comitatus in villâ quæ dicitur Senentes, & in Montigniaco, & Amonciaco, & in villâ quæ dicitur Cogiacus, medietatem etiam Comitatus, & mercatum quod tenebat Franco de castro quod dicitur Gerberodum. Præfatus itaque clariss. Comes prædicti & memorandi Antistitis benignè annuens votis, cultúque diuini amoris permotus, sanctam Beluacensem adiit Ecclesiam, eámque in conspectu reuerendissimi Pastoris, sub testimonio totius Cleri, ac populi, fecit hæredem præscripti Comitatus, secundùm cautionem superiùs definitam. Insuper ipsam diuisionem Comitatus nobis reddidit, & hoc regiæ dominationis præceptum obnixè flagitauit, nostræ munificentia imperio fieri ipsi S. Ecclesiæ Beluacensi, idque super altare B. Petri Apost. Principis locauit, vt habeat, atque possideat supradictus Episcopus præfatam diuisionem Comitatus, cùm omnibus suis successoribus, nemine posthac inquietante, vel repetente, seu reclamante; hâc autem conditione id corroboratum est, quatenus per singulas hebdomadas succedentium annorum, in Ecclesiâ B. Petri semel Missarum sacrosancta mysteria pro abolendis excessibus animæ memorati Comitis celebrentur, vt propensiori curâ cæteri ad zelum incitentur largiflua pietatis: postquàm verò humanâ fragilitate naturæ cesserit, ei dies anniuersarij ab Episcopo & Canonicis S. Beluacensis Ecclesiæ tam strenuè, quàm religiosissimè fiat per singulos annos: si quis autem, quod absit, & quod minimè per gratiam Dei speramus, contra hoc nostræ regiæ maiestatis præceptum venire tentauerit, si præpotens sit, centum libris auri multetur, si mediocris fortunæ, decem, si abactor, regiæ vltionis vindictam cùm detrimento sui patiatur. Hanc igitur nostræ auctoritatis notitiam inconuulsam, & inuiolatam fore cupientes per succedentia temporum diludia, manu propriâ eam corroborauimus, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Actum apud castrum B. Dionysij anno ab Incarnatione Do-
mini nostri Iesu Christi MXV. *regnante* 1015.
Roberto Rege gloriosissimo anno XX. *Robertus Franco Cancellarius sacri Palatij subscripsit.* Restaurator fuit Abbatiæ B. Mariæ Columbensis in pago Carnotensi, atque magnis beneficiis suam Cathedralem affecit Rogerus, qui fato fungitur 8. Cal. Iulij
ex obituario, anno verò 1024. vti 1024.
Sigebertus & Albericus in Chronicis produnt: Hoc tempore in Galliâ Beluacensi vrbe inclytus Rogerus decessit Episcopus, qui inter alia beneficia dedit Ecclesiæ sancti Petri cui præsidebat, Alliacum in Normanniâ & Montiacum in Vermandensi patriâ. Comitatum quoque eiusdem vrbis ab Odone Campaniensi Comite impetrauit, dato ei pro comercio castro Sincerrio in Bituricensi territorio sito, quod sibi patrimonij iure competebat. Iacet in Ecclesiæ choro tali epitaphio:

Hoc quod dotata est Comitatu Ecclesia tanto
Iure mihi acceptum grata referre potest.
Vos quibus hæc data sunt, saltem id præstate sepulto
Ne malè re patriâ dicar abusus ego.

In veteri codice Capituli ad Antistitis de Clero benemeriti perennem memoriam, hæ leguntur inscriptiones:

Egregius Pastor ROGERIVS ....
.. quando fuit, non est modo, non erit vltra,
Qui moritur cùm mox oritur Baptista Ioannes.
Vt sit in intuitu mentis, sepelitur in orâ,
Quod latet vt pandeat quoties visus redimunus,
Cuius amor sponsi fecit, sua sponsa quod esset,
Sic variis circundata, sic ornata monilij,
Rebus prædictis, sic filia Regis & intus,
Et foris, in sponso cui gloria contigit omnis,
Sponsa memor quia plus meruit plus semper amauit.
Demonstrat, functo viuum dilexit, vt illum,

In thalamo tumulata virum, nec morte remotum,
Fecit et quod non alij, nec fecerit vlli.
Huic non consimilis non si se ruperit omnis.

Epigraphe altera ex tabulâ æneâ sub crucifixo propè tumbam eiusdem Episcopi ita proloquitur.

Inclyte Rogeri decus & protectio Cleri
Sub te grex ouium non tulit excidium.
Quid domus hæc decoris tibi debeat & quid amoris,
Res est interior, testis & exterior.
Quod Comitis toto gaudemus iure remoto
Hoc anathema tuum dat fore perpetuum.
Eius natalis tibi contigit exitialis
Cui se vita sacro subdidit in lauacro.

Altero etiam elogio cohonestatur hisce carminibus.

Ortus Baptistæ cùm mundum lætificaret
Beluacum tristem fecit moriendo Rogerus,
Sanguine qui clarus, sed clarior indole morum.
Hic rexit Cathedram non pressit pontificalem,
Ornamenta domus, status & possessio Cleri,
Libertas patriæ pulso Comitis dominatu,
Atque viatorum demisso gaudia censu,
Rebus & in multis totius commoda plebis,
Quod pater & rector, decus & tutela suorum
Extiterit meliùs, quàm vox aut litera pandunt.

42. VVARINVS confraternitatem iniit cùm Abbatiâ Vedastinâ Atrrebatensi, & Ecclesiâ S. Petri, pro mutuo precaminum subsidio, idcirco altare villæ de Angicorte concessit, ex cartularij Vedastini membranâ, in Consilio Regis Roberti apud Compendium Palatium scriptâ vbi sic loquitur: Ego Vuarinus Beluacensis Episcopus meo bono omine interfui, cùm ibidem tanti viri notitiam (Leduini Abbatis B. Vedasti) & sacræ societatis præsidium pararierim meæ indignitati. Communicato enim cùm Sancto viro sermone, nihil ab eo visum est optabilius exposcere, quàm suam societatem, & sanctæ Ecclesiæ sibi commissæ, quam ipse cùm summo caritatis affectu mihi & omnibus de Ecclesiâ B. Petri filiis, Episcopalis scilicet Sedis concessit: suppliciterque vt & ipse meam, & Ecclesiæ nostræ societatem & beneficium mereretur, expetiit. Sic vnitâ alternatum Ecclesiarum fraternâ societate, visum est mihi hanc sanctæ societatis pactionem, memoriali caritatis pignore confirmare. Adfuit dedicationi Ecclesiæ S. Aniani Aurelianensis 1024. de 1024.
quâ Helgaudus Floriacensis, in libro Aganonis S. Petri Carnotensis, legitur præpositus in côuentu habito coram Rege Roberto, & Reginâ Constantiâ, vt Stephanum & Lisoium Arefasti hæreseos sequaces, Aurelianis ad rectam fidem reuocaret; subscriptus habetur quoque cartæ Roberti fundationem Abbatiæ de Columbis confirmantis 1028. animam reddidit anno 1030. in veteri obituario S. Petri *die 4. Nouembr. obiit Garinus Episcopus qui dedit Ecclesiæ altare S. Stephani cùm dimidio vicariæ Gadonis Casati, & Ecclesiam Riuolij.*

43. DROGO eligitur Episcopus anno 1030. fundauit Canonicos S. 1030.
Laurentij, beati Geremari Flauiacensis Asceterium in suâ diœcesi extruxit, cœnobitis è S. Mauro Fossatensi euocatis; monasterij item Sancti Symphoriani auctor, cuius tempore construuntur Ecclesia Collegiata S. Bartholomæi ab Odone Equite, nec non Abbatiæ S. Pauli & Bretolij: dedit S. Luciano Ecclesias de Martines & de Bonnieres cùm totâ vicariâ de Vuarloso: 11. *Cal. Maij* inquit necrologium, *obiit Drogo Episcopus, qui inter cætera dedit nobis Ecclesiam de Haudiuillari, de Exulto, & Ecclesiam de S. Eusebiâ.*

44. GVILBERTVS eius Ecclesiæ inauguratur Antistes absque Pontificis & Metropolitani assensu, vt est in tabulis Abbatiæ S. Quintini, quamobrem Nicolaus Papa Geruasio Remensi in mandatis dedit, vt ab Episcopali functione interdiceretur: Epistolæ hæc sunt verba: Audiuimus relatione multorum, quòd Beluacensis Episcopus contra statuta canonum, sine vobis, & sine vestro assensu fuerit consecratus, immò execratus, & quòd peius est ad Episcopatum sublimatus. Accingimini igitur, & fultus hâc nostrâ auctoritate, ex parte omnipotentis Dei, aucto-

» ritate B. Apostoli Petri, omne Epis-
» copale officium sibi, vsque dum ad
» Romanam synodum in tertiâ septi-
» manâ post Pascha, ante nos discu-
» tiendus veniat, interdicite. Si au-
» tem in aperto res est, quòd pecu-
» niam dederit omnibus Beluacensi-
» bus Clericis ac laicis, vt sibi ante
» prædictum nostrum iudicium non
» obediant, sub excommunicatione
» prædicti Apostoli Petri auctoritate
» interdicite. Vetus necrologium de eodem Guilberto, 11. *Idus Septembr. obiit Guibertus Episcopus, qui dedit nobis in Beluacensi suburbio vnum molendinum cum furno & cambâ.*

45. GVIDO ex Decano & Custode S. Quintini Viromanduensis, & Archidiacono Laudunensi, munus
1066. vnctionis accepit anno 1066. vt docet Albericus in Chronico, vel sequenti iuxta Sigebertum: *His temporibus Beluacensi ciuitate suo destitutâ Antistite, Guido Decanus, Cuiusque Ecclesiæ S. Quintini Viromandensis, & Archidiaconus Laudunensis, constituitur Beluacensis Episcopus, & à Geruasio Remensi Metropolitano consecratur, qui grauiter ferens carere se præsentiâ Quintini martyris, in eius honore & memoriâ ædificauit Ecclesiam, haud longè à mœnibus Belloaca vrbis.* Et post pauca ad an.
1069. 1069. *Guido duobus annis perfectam dedicauit Ecclesiam in honore Aduocati sui Quintini Martyris 4. Nonas Octobris.* Huic porrò monasterio à se condito plura dominia ac parochias contulit. Interim vrbe suâ cùm eiectus fuisset, Romam ad Gregorium 7. Pontificem se recepit, cuius patrocinio controuersiâ cùm Rege ac proceribus compositâ, obtinuit Guido absolutionem ab eodem Gregorio in synodo pro Clericis & ciuibus, qui ob iniurias illatas excommunicati fuerant anno
1074. 1074. Gregorij epistola 74. lib. 1. id docet, scripta Clero & populo Bel-
» uacensi: Postquam filius & confrater
» noster Guido Episcopus vester pater-
» nâ pietate rogando pro vobis, episto-
» lam suam in tempore synodi direxit,
» sentientes eum erga vos beneuolum,
» ac resegentem pro malo bonum;
» precibus eius moti, solitâ pietate
» condescendimus, & per auctoritatem
» B. Petri Apostolorum Principis vos
» absoluentes, indultam absolutionem
» continuo vobis per literas nostras

A significare destinauimus. E[illegible]pa «
tui suo posthæc restitutum [illegible]
produnt quoque hæc verba vi[illegible]
Romanæ in cartulario B. Quintini [illegible]
Cum Rex Philippus adolescens [illegible]
Procuratoris potestate egressus, re
gni sui gubernacula suscepisset, &
iuueniliter iracundia eius exardes-
cens in venerabilem Episcopum Bel- «
louacensem, non iure expulsum a
Episcopatu suo, ablatis omnibus, «
anno integro exilij pœnâ fatigasset, «
tandem recuperatâ Regis beneuolen- «
tiâ, desolatæ, ac penè ad nihilum «
redactæ sedi restituitur Episcopus. «

B Sub eo Guidone instituuntur Canonici S. Nicolai Bellouaci 1078. disceptauit autem grauiter cùm Odone Castellano Bellouacensi, sed post[illegible] eius cùm Præsule dissensio dirimitur, vt patet ex rescripto Vrbani P[illegible] ad Clerum Bellouacensem. [illegible]cessit circa annum 1087. & anniuersarium habet 9. Cal. Maij in Necrologio S. Petri *Obiit Guido Episcopus qui dedit B. Petro sex modios vini qui soluebantur quotannis in clausu de Puriaco, & omnem iustitiam, & censamen*
C *tum de terris B. Petri de Ballonis valle, & pereunt iustitiam recuperauit ista Ecclesia suam decimam, pro quo Episcopo Capitulum reddit 20. solidos in die anniuersarij sui Canonicis; apud Essuilles sumuntur.* Et alibi legitur 4. *Nonas Octobris obiit domnus Guido Præsul huius Ecclesiæ, concessit Canonicis S. Petri redditum suum quem habebat in vineis eorum de Buriaco, eâ conditione vt hoc vadat honorificè processio ipsorum ad festum dedicationis Ecclesiæ B. Quintini.* Necrologium Abbatiæ præfatæ Guidonis munificentiam expressit ve[illegible]s istis: *Guido Episcopus huius Ecclesiæ fundator extitit & ædificator, quam multis possessionibus ditauit, & quam*
D *plurimis ornamentis decorauit: fecit enim in Ecclesia coronam argenteam, tabulas, feretrum in quo frons erat, duas marcas auri habens, duos textus, crucem argenteam, cappas nouem meliores cum casulâ, decem campanas maiores & minores; fecit etiam omnia vetera ædificia, dedit villam S. Quintini totam liberam, & syluam quæ parcus nominatur: dedit parochiam S. Hyppoliti, prabendam S. Petri, prabendam S. Vedasti, decimam molendinorum suorum ante portam, censum pellium, portam S. Symphoriani & S. Iacobi, dedit Ecclesiam de Braellâ, Fa-*

gietum

gietum totum cum nemore, & terram duobus aratris sufficientem. Ecclesiam de Bonsualle, Ecclesiam de Nouonico, altare de Antoilo pro cuius Guidonis animâ Canonici S. Quintini dare debent modium frumenti ad eleemosynam singulis annis. In Calendario Bellouacensi mater Guidonis vocatur Mathildis.

46. VRSIO præfuit annis 2.
1089. mortuus an. 1089. 14. Calend. Maij ex citato obituario.

BEAVVAIS. 47. FVLCO DE BEAVVAIS Lancelino parente, & Fulcone auo ex Equestri familiâ natus: monachus erat Beccensis cœnobij in Normanniâ, cùm ad hanc sedem promotus est postulante Clero, sed renitente D. Anselmo Abbate Beccensi, Cathedram adipiscitur: confestim variis procellis turbatur eius Pontificatus, quemadmodum declarat epistola, quam à narratione non alienum erit
» adiungere: VRBANVS Episcopus
» seruus seruorum Dei, dilecto fratri
» F. Episcopo Beluacensi salutem. Mul-
» ta & grauia aduersùs fraternitatem
» tuam ad nos peruenêre capitula, vn-
» de satis mirari non sufficimus, & gra-
» uiter condolemus. Nos enim cùm
» pro tuâ egregiâ indole, tum pro mo-
» nastici Ordinis disciplinâ non mini-
» mam de te confidentiam gessimus,
» quòd eruditionis præteritæ regula
» simplicitatem tuam à secularium ne-
» gotiorum prauitatibus cohiberet.
» Nunc autem contra opinionem no-
» stram nonnulla audiuimus sacerdo-
» talis ordinis puritati valde contraria;
» diceris enim, quod absit, homicidiis
» & hominum proditionibus commis-
» ceri: commissæ námque Ecclesiæ tuæ
» Clerici conqueruntur, quod Huber-
» tum Siluanectensis Episcopi fratrem
» pro expilatione pecuniæ in vincula
» conieceris, & ipsius bona effractis
» domibus diripueris, tandem regiæ
» tradideris captioni. Quamobrem Bel-
» uacensis Ecclesia tandiu destituta
» officiis ingemiscit, quòd nequam ex-
» communicationibus variis te immis-
» ceri clamitant, quod anathema à re-
» gni vestri Episcopis pro communi pa-
» ce sancitum est, parui pendis, & à
» Parisiensi Ecclesiâ excommunicatum
» in communionem recipis, atque ipsius
» Apostolicæ memoriæ prædecessoris
» nostri Gregorij de Odonis Castellani

A rebus præsente prędecessore tuo Gui- «
done confirmatum, temerarius in- «
fregisti: multas enim de eadem Ca- «
stellaniâ per te sibi illatas iniurias «
idem Odo conqueritur; tuo enim «
instinctu sui serui & seruientes eum «
ante domum propriam sunt aggressi, «
& cùm homicidium & proditionem «
perfecisse non possent, apud te faci- «
noris sui tutamen sunt adepti. Eun- «
tem etiam ad coniugem deducen- «
dam, frater tuus, & milites insidiis «
circumuenire moliti sunt, sed spe «
B frustratâ, quia aliâ iste viâ regressus «
est, te tutorem, te patronum tantæ «
nequitiæ habuerunt: sexto prætereà «
ante Natiuitatem Dominicâ die, do- «
mus eius fores obsideri fecisti, & quia «
ibi tunc capi, interficíque non po- «
tuit, vrbis etiam portas, ne egredi «
posset, obseruari vsque in diei alterius «
meridiem præcepisti: portarum cla- «
ues, quas ipse ex more tenuerat, «
ademisti: Amelbertum eius famu- «
lum, & Isabellam famuli coniugem «
ipsius ancillam, ac Helinandum Isa- «
bellæ fratrem qui eum tibi prodere «
conati sunt, cùm hæredibus suis vio- «
lenter ab eo liberos & immunes fie- «
C ri compulisti. Capellanum ipsius qui «
proditionem eius meditatus fuerat, «
tuis subsidiis foues, tuo munimine «
quasi insontem protegis. Nunc igi- «
tur præsentium tibi literarum aucto- «
ritate præcipimus, vt his visis literis, «
infra quindecim dies suos ei seruos in «
propriam restituas potestatem: nul- «
lum enim inuitis dominis liberum fie- «
ri, & legalibus & canonicis prouisum «
est institutis. Tum sub finem sic fatur: Porrò illud te expedit sollicitè «
meminisse; quod in manus nostras «
cùm te in Episcopalis officij plenitu- «
dinem restituimus, promisisti, quòd «
videlicet quandoque tibi à nobis «
D præceptum fuerit, ab Episcopali sis «
ordine cessaturus: ita ergo præterita «
corrige, & futura præcaue, ne «
quod spontè pollicitus es, inuitus «
quoque, quod absit, implere coga- «
ris. Verùm Iuo Carnotensis ep. 30. »
eum solatur, quatinus propositi & «
officij memor, mundanam super- «
biam non armis mundanæ malitiæ, «
sed armis Christianæ militiæ supera- «
re valeat, suadendo etiam, vt con- «
tra domni Apostolici, & Legati eius «
Lugdunensis Archiepiscopi, vbi re- «
stat adhuc aliqua anchora spei, nullâ «

„ ratione caput erigat: epist. 31. idem Iuo prælationem Abbatiæ B. Quintini in eius manu deposuit. Ille ergo vt coram Apostolico Papâ se se purgaret, D. Anselmus pro eo ad Vrbanum scribit epist. 3. lib. 2. *De dilectissimo nostro Episcopo Beluacensi, quem eâ diligentia qua sciui & potui exquisito eius introitu, vt onus Episcopale susciperet, coegi, non minimam idem Episcopus persecutionem patitur propter iustitiam; nam in tantum eius odium Canonici & presbyteri eius Episcopatus paucissimis exceptis, & quidam laici exardescunt, vt non solùm ipsum, sed & illos immoderatè detestentur, & detestabiles monstrare conentur, qui ei aliquod solatium impendunt. Canonici & presbyteri hoc illi faciunt, quia eos à prauis consuetudinibus, & maximè à mulierum reprobâ conuersatione vult prohibere, & filios eorum, siue quos sibi secundùm placitum hæredis eligunt, à præbendarum hæreditariâ successione, atque sacrorum ordinum promotione conatur arcere; laici verò idcirco, quia inuasionibus rerum Ecclesiæ inordinatè factis non vult fauere.* Vnde idem Iuo epist. 289. ad Vrbanum Pont. *Episcopum Beluacensem sanctitati vestræ commendo, cuius simplicitas hoc habet laudabile, quod nec peruersa agentibus placere, nec rectè sapientibus displicere potest: nouit enim prudentia vestra eum in quibusdam accusatum, non tam zelo iustitiæ, quam virtutis æmulatione:* De Fulcone audiendus idem S. Anselmus, vbi de eius calamitatibus in hũc modum edisserit lib. 2. ep. 24. ad Vrbanum: „ De Beluacensi Episcopo „ quod sentio breuiter, sed magno af- „ fectu dico, & vt multùm sit vestræ „ pietati desidero; nihil proficit in E- „ piscopatu: sed & ipse à sui custodiâ „ impeditur, nec rebus Ecclesiæ pro- „ dest, nec in futuro, & ego aut ali- „ quis eorum qui rem nouerint, & se- „ cundùm Deum eam considerare vo- „ lunt, non aliquid melius, sed dete- „ rius expectamus, non quia sit in eius „ innocenti vitâ aliqua culpa malæ vo- „ luntatis, sed quia non est talis, qui „ tantam malitiam irruentem repelle- „ re, tantas insidias circunstantes ca- „ uere. Vnde valde timeo, ne abun- „ dantiori tristitiâ absorbeatur, in quâ „ cùm nimio dolore cor eius versatur, „ & in quâ nullo alio vinculo quàm „ solâ vestrâ iussione ligatur. Quapro- „ pter ego & alij secundùm Deum amici eius, corde cùm ipso prosternamur ad vestigia vestræ misericordiæ, vt ei viscera sua aperiat, & de tanto malo & periculo, in quibus sine vtilitate esse sentit, clementer eripiat: nec prohibeat agnum mitem de medio circumuenientium luporum & leonum fugere, nec puerum innocentem de Chaldeorum fornace exire: Mirari forsitan potest vestra sapientia, cur sic mihimet contrarius videar existere, vt quem Episcopũ fieri coegi, Episcopatum velim deserere. Sed fateor illi, cui conscientiam meam celare non debeo, quia mala quæ patitur, prius sensi & prædixi, cùm ad Episcopatum peteretur. Confecto itinere Romano, pax inter eum & Castellanum Bellouacensem sancitur, atque Capitulo per Lanscelinum patrem restituitur Berrilicurtis & Longoilum, ex veteri schedâ cartularij Episcopalis: in necrologio legitur, IV. *Idus Septembris obiit Fulco Episcopus qui dedit nobis froscos.*

48. ROGERVS II. Concilio Claromontano in Aruerniâ adfuit 1095. 1095.

49. ANSELLVS, reperitur Episcopus anno 1099. ad quem scribit Iuo Carnotensis epist. 281. 1099. Audiuimus „ quia Canonici S. Petri Beluacensis „ inferunt calamitatem Canonicis S. „ Quintini, qui illam terram absque „ omni contradictione possederunt tẽ- „ pore domni Vuidonis Episcopi præ- „ decessoris vestri, & subsequentium „ Episcoporum vsque ad tempora ve- „ stra: videre ne temporibus vestris „ Ecclesia paupercula possessionibus „ suis minuatur, non faciente iusti- „ tiam, ad quem Ecclesiasticarum re- „ rum gubernatio peruenit Dei pro- „ uidentiâ: De eo scribitur in obituario S. Petri: XI. *Calend. Decemb. obiit Ansellus Episcopus, qui dedit nobis priuilegium de libertate hospitum Heruei Episcopi, & molendinorum nostrorum, & de potestate excommunicandi & absoluendi de nostris forfacturis, & 40. sol. donantur Canonicis, quos Capitulũ tradit.*

50. STEPHANVS DE GARLANDE Garlande Guillelmi Franciæ Dapiferi, Liuriaci toparchæ quartus natu filius, Cancellarius, Dapifer Ludouici Grossi Regis, & Status Minister, post obitum Anselli Ecclesiæ Beluacensi præ-

positus est quorumdam factione, sed A Rege in primis ac Bertradâ pellice opitulantibus inueni nobilitatis inclytæ, sed nondum Ordinibus sacris initiato, quem etiam Iuo Carnotensis, singularis tum probitatis ac doctrinæ Antistes apud summum Pont. insimulauit de variis criminibus, vt irrita esset eius nominatio: is itaque palam eum verbis istis perstringit epist. 87. ad Ioannem & Benedictum Cardinales Presbyteros, & Romanæ Ecclesiæ Legatos: *Quia Beluacensis Ecclesiæ lapsum dudum vobis ex parte per litteras insinuaui, nunc in* B *quantum profundum malorum descenderit, sollicitudini vestræ reticere non valeo. Prædicta enim Ecclesia tamdiu iam bonos desueuit habere pastores, vt malos habere, videatur ei quasi legitimum, bonos autem eligere quasi nefarium. Quod in hoc satis patet, quòd aduersùs litteras domni Papæ, & vestras de electione, vel assumptione Episcopi illicita prohibentes, ad contemptum Sedis Apostolicæ irrisoria & contemptibilia verba in vos protulerunt, & postpositâ omni canonicâ obedientiâ, Clericum quendam illiteratum, aleatorem, & cæteris huiusmodi lenociniis vacantem, procul etiam à sacris ordi-* C *nibus inuentum, quondam quoque propter publicum adulterium à Legato Romanæ Ecclesiæ Lugdunensi Archiepiscopo de Ecclesiâ eiectum, pro voluntate Regis, & illius contubernalis sua in Episcopum assumpserunt. Prædictus autem intrusus Stephanus vocatur de Guarlandâ. Cui si ad Episcopalem ministrationem aliquando Apostolicâ auctoritate patuerit aditus, manifestum est temporibus nostris exitiale silentium impositum esse canonicis legibus: his & huiusmodi præmonitam & præmunitam volo esse sollicitudinem vestram, vt & vobis caueatis, & domnum Papam super his cautum faciatis: prædictus* D *intrusus festinat vt citò Romam vadat, aut mittat, & Palatinos quibus poterit muneribus, vel promissionibus flectat in suam partem, & domnum Papam quacumque poterit machinatione decipiat.* Haud equidem acriori stylo in Garlandam inuehitur epist. 89. ad eundem Paschalem: *Notum facio excellentiæ vestræ Beluacenses Clericos contra interdictum vestrum & Legatorum vestrorum, quendam Clericum nomine Stephanum in Episcopum assumpsisse; procul à sacris ordinibus inuentum, vtpote nondum Subdiaconum, hominem illiteratum,* A *aleatorem, mulierum sectatorem, publicè olim de adulterio infamatum, & ob hoc à Domno Lugdunensi Archiepiscopo tunc temporis Sedis Apostolicæ Legato, Ecclesiæ communione priuatum. De quo dici possent multa alia inhonesta; sed hæc quæ vera & manifesta sunt ad repulsionem eius sufficiunt. Volo itaque sanctitatem vestram à paruitate meâ super hoc esse præmonitam, ne per surreptionem innocentiam vestram aliquis decipiat, vt licentiâ vestrâ ad Episcopatum perueniat. Sciat autem Sanctitas vestra hunc Stephanum priùs à Beluacensibus propter prætaxatas causas fuisse repulsum: sed* B *cùm sanior pars assensu Regis quendam religiosum vellet eligere, à quibusdam maleuolis clericis & laicis excommunicatis eundem fuisse receptum.* Postmodum Iuonem ei aliquatenus fauisse subindicant verba hæc epist. 92. ad Paschalem: *Mater mea Beluacensis Ecclesia, quæ in Christo me genuit, quæ lacte suo me aluit, crebrâ mutatione perniciosorum aut inutilium Episcoporum valde vexata, & vehementer attrita, lacrymabili vociferatione post me clamat, tanquam per me impediatur Electi sui consecratio, vel eam apud Sanctitatem* C *vestram mea impetrare possit intercessio: Postulat eadem Ecclesia in personâ electi sui vnam tantum imperfectionem remitti: videlicet quod in sacris ordinibus non est inuentus, cùm in cæteris eius integritatem prædicet, vtilitatem commendet: scimus ad audientiam vestram & Legatorum vestrorum quorumdam relatione fuisse perlatum, aliquando prædictum Electum insimulante Lisiardo prædictæ Ecclesiæ Archidiacono, cuiusdam criminis obiectione fuisse pulsatum; non tamen spontè confessum, vel aliquo Ecclesiastico, vel sæculari iudicio fuisse conuictum: Asserit itaque prædicta Ecclesia eundem ad om-* D *nia obiecta fore paratum canonicè respondere: prædictus etiam Lisiardus qui tunc inimicus accusabat, nunc conuersus specialiùs eum diligit, præ cæteris expetit, quantâ potest excusatione defendit.* Vt vt sit, Garlanda in sedem intrusus
ad annum 1100. hanc minimè adeptus 1100.
est, Iuo quippe à Paschali Papâ reprehenditur, quòd pro eius confirmatione posthæc ad Sedem Apostolicam scripsisset. De Stephano autem plura habet Baro Autolij in Historiâ Ministrorum Status-Franciæ.

51. GALO ex Abbate S. Quintini

suffectus in Cathedrâ Beluacensi, repulsam passo Stephano Garlandensi
1101. post annum 1101. vir probitate vitæ ac eruditione insignis, quem hoc elogio prædicat Iuo epist. 104. ad
» Paschalem: Beluacenses Clerici me-
» lioris famæ, & consilij sanioris, præ-
» cedente consilio vestro, consilio op-
» timatum diœcesis suæ, & laude po-
» puli domnum Galonem virum vitâ
» honestum, litteralibúsque studiis &
» Ecclesiasticis disciplinis ornatum in
» Episcopum sibi elegerunt. Pauci ta-
» men ex Clericis Stephani illius re-
» pudiati complices, quos sibi pelli-
» culis peregrinorum murium, atque
» aliis huiusmodi vanitatum aucupiis
» inescauerat, huic electioni non ad-
» senserunt, nec tamen ei aliquid quod
» sacris canonibus obuiet, obiicere po-
» tuerunt. Cùm verò rem per se im-
» pedire non valerent, Regem adie-
» runt, quædam verba auribus eius in-
» stillauerunt, quæ facilè in cor eius
» eliquauerunt: videlicet quod præ-
» dictus electus discipulus meus fuerit,
» apud mei nutritus, addentes quòd à
» Sãctitate vestrâ fuerit electus, & quod
» magnus ei futurus esset aduersarius, si
» in regno eius aliquando fieret Episco-
» pus. Rex itaque virulentis his verbis
» succensus, & ab omni bonâ voluntate
» turbatus, non vult electioni assensum
» præbere, nec electo bona Episcopalia
» dimittere.

Electionem Galonis pariter declarat Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ad Paschalem Pontif. scribens: *Ecclesia Beluacensis vestro consilio directa, & auctoritate roborata, Domnum Galonem Abbatem Ecclesiæ S. Quintini elegit, & electum desiderat sibi constitui Episcopum. Est enim in quantum humana potest iudicare cognitio, hic aptus & vtilis ad hoc in omnibus, quæ in eligendo Episcopo consideranda sunt, vt melior vel aptior in eadem Ecclesiâ inueniri nequeat: de personâ quam eligunt secundùm conscientiam meam loquor, quia in prædictâ Ecclesiâ ad Episcopatum, nec meliorem, nec æqualem inueniri posse intelligo, nec aliquid de illo aut famâ, aut experimento, quod eius obstet electioni aliquando sensi; sed multa quæ eius electionem approbant experimento & famâ cognoui. Quapropter eidem Ecclesiæ post multas quas nostis tribulationes, quas passa est, misericordia vestra subueniat.* Tametsi autem Galo electus fuisset canonicè,

A non potuit Episcopatum Beluacensem pacificè possidere, propter sacramentum Regis, ex eo orta dissensio quæ Ecclesiam istam conturbauit: sed paulò mox dimisso Beluacensi Pontificatu, Parisiensem consequutus est; vnde Iuonis locus epist. 144. referri huc potest ad Pont. scribentis:
Sanctæ paternitati vestræ sup- «
plicando suggerimus, vt dominum «
Galonem Coepiscopum nostrum, «
de Beluacensi Episcopatu, quem «
propter sacramentum Domini Lu- «
douici habere non potest, per ma- «
num Senonensis Archiepiscopi trans-
B ferre iubeatis in Parisiensem Epis- «
copatum, quem ei gratanter & de- «
uotè concedunt pro vestro amore «
Rex & Regis filius: vt cognoscatis «
eum benè posse transferri, qui se- «
dem propriam nullâ ratione præua- «
let adipisci.

Quare epist. 146. Daimberto Senonensi Archipræsuli hanc promotionem significat: *Notum facimus vestræ paternitati, quod Clerus & populus Parisiensis Ecclesiæ voto, & voce dominum Galonem Beluacensi Ecclesiæ consecratum in Episcopum elegerunt, &* C *ipsam electionem cùm litterarum adstipulatione, missis ex Clero idoneis personis prædicto Episcopo præsentes, vt pastoralem prædictæ Ecclesiæ curam susciperet, humiliter & deuotè petierunt.* Cætera Episcopatus gesta vide supra in Parisiensibus Præsulibus. Aduertendum autem in vulgatâ serie Episcoporum Loiselij, mendum esse, vbi adiicitur Galo successor Gaufredi, quem antecessit, ex ærâ quippe annorum id liquet.

52. GAVFRIDVS I. per translationem Galonis ad Parisiensem Eccl. assumptus est ad Bellouacensem circiter an. 1103. cui plures epi- 1103.
stolas scribit Iuo Carnotensis Ecclesiæ Minister epist. 151. in causâ Odo-
D nis electi Abbatis S. Quintini, 177. in negotio Drogonis excommunicati, & 193. pro eadem Ecclesiâ sancti
Quintini: humili, ait, deuotione piis «
precibus dilectionem vestram peten- «
do, pulsando imploramus, quatinus «
prædictæ Ecclesiæ quietem & ipse «
conseruetis, & ab aliis conseruari, «
postpositâ omni occasione & æmu- «
lorum delatione studeatis, nunquam «
enim aduersùm vos in iudicio ve- «
nire volumus, nunquam æmulis ve- «
stris & detractoribus aurem cordis «

» accommodauimus. Sed si quid inde-
» cens de vobis fama sonuit, piè dissi-
» mulare, & fraternâ compassione ve-
» lare studuimus. Hoc autem est quod
» à dilectione vestrâ postulauimus, &
» adhuc postulamus, vt priuilegia quæ
» dicta B. Quintini Ecclesia ab ante-
» cessoribus vestris obtinuit, & Apo-
» stolica manus roborauit, regia quo-
» que Maiestas pragmaticâ sanctione
» firmauit, intemerata seruetis: deni-
que extat ad eum altera epist. 212.

1113. Mortuus est circa annum 1113. huius verò transitus notatur in necrolo-
» gio his verbis: XI. Nonas Decemb.
» obiit Gaufridus Episcopus, qui de-
» dit nobis sex bolengarios: & 7. Idus
» Iulij: obiit Episcopus S. Andreæ in
» Scotiâ, pro quo Gaufridus Beluacen-
» sis Episcopus dedit nobis quartam
» partem decimæ d'Andeuille: & infra:
» 6. Calend. Septemb. Gaufridus istius
» Ecclesiæ Episcopus, dedit nobis in
» anniuersario suo medietatem deci-
» mæ de Andeuille: alibi subiungitur,
» VI. Cal. Octob. Ioannes Episcopus Sa-
» binensis & Cardinalis, pro quo Gau-
» fridus Episcopus Beluacensis dedit
» nobis quartam partem decimæ de
» Andeuillâ.

53. PETRVS I. monasterij sancti Quintini benefactor vocatur ad infulas anno 1114. quo tempore celebratur synodus Beluacensis per Cononem Legatum Apostolicum, vti obseruat Continuator Sigeberti. Præbendam concessit Canonicis Regularibus Sancti Quintini in basilicâ Cathedrali, codicillis ex tabulario depromptis in hæc verba: AD EPISCOPORVM *specialiter manifestum est sollicitudinem pertinere, eorum qui iuxta Sanctorum memorias diuinis obsequiis vigilanter insistunt, necessitatibus misericorditer obuiare, & eorum fraternitatem, & amicitiam velle promereri, qui licet in terrà positi, iam mente conuersantur in cælo: hoc ego* PETRVS *Beluacensis Minister in Domino pro captu meo diligenter attendens, sub præsentiâ & auctoritate Domini Humbaldi venerabilis Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopi, & Apostolicæ Sedis Legati, communi interuentu, & consilio & assensu Rogerij Decani, & aliorum Canonicorum Beluacensis Ecclesiæ B. Petri, Dei fretus auxilio, & misericordiâ dictante, concessi Canonicis qui sub regulari disciplinâ militant Deo in Ecclesiâ B. Quintini, & eorum successoribus in perpetuum, vt deinceps vnius anni spatio habeant & quietè possideant redditus singularum præbendarum iam dictæ Ecclesiæ B. Petri, quam citiùs vel eiusdem Ecclesiæ quisque Canonicus ab hac vitâ moriendo decesserit, vel alicubi ad sanctioris vitæ se conferens Ecclesiam, Præbendam suam omnino reliquerit: huius munificentiæ nostræ beneficio, Canonici iam dictæ Ecclesiæ B. Quintini non ingrati, se Missarum & precum obsequia Deo oblaturos promiserunt, pro salute defuncti Canonici cuius redditus obtinebunt, & hoc à die mortis eius per totum illum annum vsque ad anniuersarium diem fideliter exequentur. Quod si prætaxatæ Ecclesiæ B. Petri Canonicus præbendam suam relinquendo, ad sanctiorem peruenerit vitam, & fortè [illegible] superuixerit, cum vt in hac vitâ Canonici S. Quintini vt fratrem suum, suis apud Deum iuuabunt orationibus, & eius obitu quandoque contingat audito, statim pro eo precum & Missarum solemnia incipient soluere, & per totum illum annum, vsque ad obitus anniuersarium diem fideliter exequentur. Præterea Canonici S. Quintini per manum Abbatis sui Domini Radulphi qui ibidem præsens aderat promiserunt se daturos, vnum de Canonicis & Compresbyteris suis sæpe dictæ Ecclesiæ B. Petri, qui in eâ intersit & subueniat diuinis & officiis diurnis & nocturnis, iuxta bonam consuetudinem Canonicorum nostrorum hic habitantium. Si tamen Abbas Ecclesiæ S. Quintini Compresbyterum, vel pro Ecclesiæ suæ necessitate, vel aliâ qualibet rationabili causâ ad Ecclesiam suam reuocare voluerit, hoc erit in potestate & arbitrio ipsius Abbatis, vt videlicet quotiescumque voluerit reuocet eum, & alium in eius loco substituat qui vices eius fideliter exequatur. Ad augmentum etiam & firmamentum fraternæ charitatis, Canonicis B. Petri ab eodem prædicto Abbate concessum est, quod si quis ex eis nimiâ paupertate compulsus ad eorum Ecclesiam & Religionem venire voluerit, vt in Ecclesiâ B. Quintini benignè recipiatur, & ibidem temporalibus & spiritualibus tanquam eiusdem frater deinceps fideliter sustineatur beneficiis: vt autem hac carta firma & inconcussa permaneat, eam Episcopali authoritate confirmo, sigilli nostri impressione consigno. Ego quoque Humbaldus Lugdunensis Ecclesiæ Episcopus & Apostolicæ sedis Legatus,*

huius perscriptæ donationis sententiam firmam & inconcussam seruari, Apostolicâ auctoritate præcipio, eamque in Dei nomine sigilli nostri impressione consigno. Nos etiam Canonici Beluacensis Ecclesiæ B. Petri, quorum communi interuentu, consilio, assensu facta est præscripta donatio, eam sigilli assertione & munimento corroboramus. Actum Incarnatio-
1126. *nis Dominicæ anno 1126. Ind. 4. S. Rogerij Decani, Theobaldi Archidiaconi. Henrici Archidiaconi. Gerardi Abbatis S. Luciani. Odonis Abbatis S. Symphoriani: nomina Canonicorum qui interfuerunt, Hugo Cantor, Vrsio Succentor, Angerus & Robertus Sacerdotes.* Nominatur etiam in tabulis an. 1132. die 7. Septembris: ac necrologio Beluacensi VI. Idus Nouemb. obiit Petrus „ Episcopus, qui dedit nobis duas domos, vnam in claustro, alteram in burgo.

54. ODO II. ex Abbate S. Sym-
1136. phoriani 1136. recensetur in titulo confirmationis Ludouici Regis pro permutatione inter Radulfum Comitem Viromanduensem factâ cùm Canonicis S. Petri: memoratur item anno 1140. in cartâ institutionis Abbatiæ de Lanneio, & in actis consecrationis basilicæ S. Dionysij, ac translationis corporum sociorum eius apud Sugerium: inter cuius epistolas tomo 4. Historicorum Franciæ Scriptorum duæ extant Odonis, qui diem postremum clausit circa an. 1144.

55. ODO III. Abbas antea sancti Geremari Flauiacensis, in schedâ S.
1145. Martini Parisiensis 1145. Pontificatus annum secundum denotat. Monasterio S. Symphoriani totam iustitiam insularum cessit, quæ adiacent ponti vrbis, ac loco Canonicorum Regularium S. Augustini, Præmonstratensis Ordinis Religiosos in cœnobio S. Iusti induxit, vt ex eo » diplomate apparet. IN NOMINE » sanctæ & indiuiduæ Trinitatis sit notum omnibus, quoniam ego Odo » Dei gratiâ indignè vocatus Beluacensis Episcopus, consensu & assensu » Capituli nostri, apud S. Iustum in » Ecclesiâ nostrâ Canonicos regulares » posui de Ordine Præmonstratensi, » & de Ecclesiâ S. Iodoci, eisque de » suo ipsorum Collegio religiosum Ab» batem præfeci nomine Ioannem. Contuli etiam eidem loco, & con- « firmaui quidquid venerabiles prædecessores nostri Beluacenses Episcopi « D. Gaufridus, & Petrus, & Odo « contulerunt, iustitiam scilicet post « Episcopum Ecclesiasticam, ius Archidiaconale, Capellaniam integram « totius parochiæ. Quod vt ratum &c. « Actum anno Verbi Incarnati 1147. « 1147.
Ind. 10 regnante Ludouico Ludouici « Regis filio, anno regni eius XI. Episcopatus autem nostri anno 3. «

56. HENRICUS DE FRANCE frater Ludouici VII. Regis Francorum, qui primò Clericus, inde Archidiaconus Aurelianensis, omniúmque fermè Regalium Abbatiarum cœnobiarcha extitit: inde verò sub Diuo Bernardo apud Claramuallem religionem amplexus, Beluacensis Ecclesiæ Pontifex postulatur sub finem anni 1149. vti docet Ioannes 1149.
Parisiensis: priusquàm autem eam nominationem ratam haberet, Bernardus Petro Abbati Cluniacensi scripsit epist. 8. lib. 5. quam hîc non pigebit referre. *Placuit sanctitati vestræ humilitatem meam consulere, quid mihi super electione Fratris Henrici filij vestri videretur, vtrum eidem assensum præbere deberetis, an non. At vos quidem plenus spiritu consilij & timoris Dei meo super hoc consilio non egetis, nec necesse vobis est ab aliquo talium, qualis ego sum, mutuare, quod ex collatâ vobis à Deo gratiâ aliis affluenter, & nostris soletis accommodare: quia tamen quid inde sentiam audire vultis, breuiter dico: si vitæ meritum quæritur, magnum est. Quomodo enim non magnum est, cùm de tanto tantillum se fecerit; cùm regij sanguinis, vt sic loquar, superbiam, tam robustæ humilitatis pede calcauerit, cùm luxus & pleno cornu fluentes mundi delicias, tormentis innumeris & mille mortibus commutauerit: cùm vndique arridentem mundum triuerit, cùm abnegans semetipsum, & tollens crucem suam, Christum morientem secutus fuerit? si concors electio de Clero vel populo Beluacensi nec vnus dissentire dicitur. Si Metropolitani & Coepiscoporum assensus: etiam vniuersorum preces vobis vt competit, pro confirmando tam sacro opere frequenter oblatæ sunt. Si insuper domini Papæ voluntas, quantùm hoc ei placuit, ipsius epistola domino Remensi, vt audiui, directa testatur. Quid ergo restat vir venerande, nisi vt voluntati Dei quæ tot*

HENRIC. Dans les Gr. de France de Ind'ec.

monachus se declarare videtur, vestram subiiciatis, nec vltra Ecclesiam illam laborare, aut in eundo, vel redeundo sua frustra expendere permittatis. Quòd si de scientiâ veluti minus talia experti diffiditis, potens est Deus cui ei iam dedit magna, etiam præstare maiora. Vnde in quantum cernere datur, non est vltra procrastinandum, non est vltra differendum, sed cùm ad vos magnæ partium vestrarum personæ, quæ vt mihi relatum est, hac de causâ in proximo venturæ sunt, venerint, eos alacriter suscipite, benignè audite, & tam diurnum desiderium eorum, toties & toties repetitam postulationem eorum, causâ eius qui replet in bonis desiderium suorum, celeriter quia sic iustum est, admolete. Conqueritur autem de suâ electione ad Petrũ Venerabilem Cluniacensem Abbatẽ ep 9. eiusdẽ libri sic incipiente: *Domino Petro Abbati Cluniacensium, frater Henricus, siue iubente, siue permittente Deo Beluacensis Episcopus.* Parcat vobis omnipotens Deus: quid est quod fecistis? sepultum hominem reuocastis ad homines, & consilio vestro, cui nimium creditum est, expositus sum, & repositus in terribile curarum pelagus: vt me iterum honoris altitudo resorbeat. Nesciui, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab, quas suscepi tegendas regi, non regere opus habens. Manus meas miserunt ad fortia, opus esset fortitudine. Speculator domui Israël factus sum, opus esset prudentiâ. Sapientibus & insipientibus debitor factus sum, opus esset iustitiâ. Prædicator populo Dei datus sum, opus esset temperantiâ: ne fortè cùm aliis prædicauero, reprobus, quod absit, inueniar. Sed quæ sunt ista, & quis sum ego? vel vbi ista, & vbi ego? Domine Pater, & Deus vitæ meæ: imperfectum meum viderunt oculi tui. Domine vim passus sum, responde pro me, quia sola obedientia coëgit me: sine quâ iuxta virum sanctum, infidelis quisque esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Et quia nemo maiori fiduciâ vtitur, quàm qui ex affectu diligit: nunc vos quasi portionem animæ meæ conuenio, deponens apud vos familiarem, & dolentem querelam. Quid vobis visum est, vt literis vestris ad dominum Abbatem missis, faceretis stultitiam meam eleuari super candelabrum? Credidisti quidem Domine, propter quod loquutus es: nec fallere, nec falli voluisti, sed non euasisti fecundum. Verumtamen quoquo modo factum sit, & quaquauersum vertat exitum rei Dominus Deus noster: ego vester sum, & ad vestrum seruitium, si dignamini, præparatus. Me accipite in seruum, in amicum, in filium, & illi sanctæ multitudini, cui Deo auctore præestis, specialem & veterinum monachum, ne dicam Episcopum sempiterno fœdere sociate. At Epistolâ 49. ad Sugerium Abbatem de hac electione sic loquitur: AMANTISSIMO Patti & Domino Sugerio Dei gratiâ Abbati S. Dionysij, Henricus indignus Monachus Claræuallensis æternam in Christo salutem. Molestum mihi est, quòd occasione mei Beluacensis fatigatur Ecclesia, vnde & ab initio denuntiaueram Clericis, ne inutilem laborem assumerent, aut Ecclesiam ipsam damnosâ dilatione grauarent. Vtinam autem vel nunc ipsa vexatio eis dederit consilium, vel intellectum, vt omni frustratoriâ dilatione præcisâ, Ecclesiæ Christi præuidere festinent, personam aliam idoneam tanto ministerio eligentes. Quod vt celeriter fieri iubeatis, & deinceps suauiter laborare, si id forsitan tentare voluerint, omninò prohibeatis, dilectam mihi in Christo paternitatem vestram obnixius, & affectuosius rogo. Hoc enim indubitanter vos credere volo, quia quantò amplius super hoc laboris assumeretur, tantò ampliùs amitteretur. Valete in Domino semper. Porrò vir iste Apostolicus, sicuti vocatur à Baronio in Annalibus, sibi commissam administrans Ecclesiam, aduersùs Octauianum Cardinalem intrusum in Sedem Apostolicam, Tertij Alexandri electionem tutatus est, ad hunc enim rescribens Petrus Abbas Cellensis epist. 26. lib. 2. hæc habet: *Noui in te regiam animositatem, noui contra inflexam iustitiam inflexibilem ceruicem, noui ardorem zeli. Age ergo pro dignitate officij, pro sublimitate natiui sanguinis, pro religione ordinis, pro debito Christianæ professionis, quod debes, & potes.* Sed & germanum suum Ludouicum Regem in pastorali regimine expertus est aduersarium, vt no-

tat D. Bernardus litteris 177. & 304. pro ipso ad Eugenium Papam datis: de hâc autem discordiâ Sugerius Abbas sequenti epistolâ hæc memo-
» rat: Venerabili Episcopo Beluacensi
» Henrico, & nobili Ecclesiæ B. Petri
» Capitulo, Clero simul & populo, Su-
» gerius Dei gratiâ B. Dionysij Abbas.
» Ex eâ familiaritate &c. Quid est quòd
» contra Dominum vestrum Regem
» videlicet Pium, Ecclesiarum amicum,
» & totius boni æmulatorem intentis-
» simum calcaneum extulistis? si ma-
» lorum persuasione aliquid fortè mi-
» nus boni aduersùm vos egisset, com-
» modius vtique prius erat eum mo-
» nere per regni Episcopos & proceres
» suos, siue potiùs per Dom. Papam, qui
» caput est Ecclesiarum, quique omnia
» facilè pacificare potuisset. Redeat
» igitur ad cor noui Episcopi nobilitas,
» qui quamuis plebeio tectus amictu,
» indocilis priuata loqui, Regem Do-
» minum & fratrem magis placandum
» grauiter commouit. Si ex amore Ec-
» clesiæ suæ hæc faciat, habeat zelum
» secundùm conscientiam se benè of-
» ferre, & voluntati illius exponendo
» tam sibi quàm Ecclesiæ suæ & ciui-
» bus reconciliet, ne diabolicâ astutiâ,
» aut proditionis coronâ, aut fratrici-
» dij infamiæ ignominiâ, vel tale quid
» emergat. Et quid de vobis dicam ca-
» rissimis amicis Decano & Archidia-
» conis, nobili Clero Capituli, si au-
» diero nobilem statum Ecclesiæ ve-
» stræ subuerti, Ecclesiarum Dei co-
» piam hac occasione igne conflagrari:
» Miseremini vestri, misereatur sibi no-
» bilis Pontifex, misereatur Clerus sui
» ipsius, quia sicut non poterit formi-
» ca currum trahere, sic nullo modo
» poteritis ciuitatis Beluacensis sub-
» uersionem à fortitudine defendere.
» Si quid fortè possum, si quid retinui,
» qui iam intus consenui, vestra longo
» tempore parta raptoribus & facibus
» expendetis, iram Domini Regis, imò
» & succedentium omnium vobis ac-
» cumulabitis, vel odium sempiternum
» vestris generationibus generabitis.

Rebus post hæc ad pacem compositis, Ecclesiæ suæ priuilegia Apostolicæ Sedis patrocinio donari impetrauit, vti sequenti documento innotescet EVGENIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Henrico Beluacensi Episcopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum, &c. Venerabilis in C[illegible] frater Henrice Episcope tuis iustis postulationibus clementer annuimus, & B. P[illegible] Beluacensis Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub ipsius Apostolorum Principis, & nostrâ protectione suscipimus: statuentes &c. vt firma tibi, tuisque successoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Abbatiam S. Symphoriani, S. Luciani, S. Quintini, S. Geremari de Flaiaco, S. Mariæ de Bitolio, S. Martini de Ruricurte, S. Paul, Ecclesiam S. Bartolomæi, S. Michael., S. Laurentij, S. Mariæ & Eccl. de Monthatere cùm omnibus pertinentiis. Præterea ciuitatem, Comitatum, teloneum, foragium, & præposituram ipsius ciuitatis, culturam quoque & molendina, & terram de maresco cùm adiacente sylua, & iustitiis suis, & pertinentiis suis, Hosdingum cùm omnibus appenditiis suis, Laucrcinum, Castanetum, Burtacum, Serronem, S. Iustum Bertacurt, & Congel cùm omnibus pertinentiis suis. Quidquid insuper libertatis seu immunitatis vel iuris, possessionis ab illustribus Francorum Regibus, vel aliis Principibus eidem Ecclesiæ piâ deuotione, & rationabili prouidentiâ concessum est, tibi, tuisque successoribus nihilominus confirmamus. Sancimus autem vt quidquid à defuncto Episcopo, vel ab aliis de rebus ipsius vsque modò illicitè alienatum est, viribus omninò careat, & irritum reuocetur. Prohibemus quoque vt mensam Episcopi, vel custodiam granarij & cellarij nullus hæreditario iure possidere præsumat. Decernimus ergo &c. Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, ego Subaldus Presbyter Cardin. Eccl. S. Praxedis, ego Nicolaus Card. Presb. Eccl. S. Ciriaci, ego Albertus presbyter Card. Eccl. S. Anastasiæ &c. Datum Ferenti per manum Tosm. sanctæ Rom. Eccl. Scriptoris, Nonis Martij Incarnat. Dom. anno* MCL. *Pontificatus verò Domini Eugenij* 3. *Papæ anno* 7. 115[illegible] Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum memorat ad an. 1159. quòd cùm Henricus Anglorum Rex misisset Theobaldum Comitem Blesensem ad vexandos Francos, quoniam Ludouicus Rex præmunierat Tolosam aduersùs Anglum eam obsessurum, Henricus noster Episcopus Robertúsque Druidum Comes ei restitêret, atque oram Normannicam ferro, flammâque vastauerunt. Posteà

transit

transiit, vt dictum est, ad Metropolim Remensem: non inutile autem erit subijcere locũ Necrologij S. Petri eo contextu: *Idib. Nouemb. obiit Dominus Henricus huius Ecclesiæ Episcopus, posteà Remensis Archiepiscopus, qui hanc Ecclesiam multis expensis reparauit, multis pretiosis ornamentis decorauit, multis etiam luminaribus amplificauit: insuper & Ecclesiam de Castanedo, & duos modios frumenti, & vnum auenæ, & vinagium nobis contulit*: in eodem Martyrologio scribitur: 14. *Cal. Decemb. obiit Adelais, pro quà Henricus eius filius dedit S. Petro lanternam argenteam* 12. *marcarum*: ac denique scriptum adnotatur in præfato codice: 14. *Cal. Aprilis dominus Henricus Remensis Archiepiscopus dedit nobis decimam quam emerat apud Songerus dum erat Thesaurarius*. De eo vita S. Bernardi lib. 4. cap. 3. Guillelmus Brito Philippidos l. 3. Nicolaus Clareuallensis ep. 39. & Sanmarthani Histor. Geneal. lib. 12. cap. 6.

Montcornet. 1162. 57. BARTHOLOMÆVS DE MONTCORNET *anno* 1162. inquit Albericus in chronico, *in Episcopatu, prædicto Henrico successit Bartholomæus; natus de Montcornet in Ardennâ*: iste in fundationem præbendarum B. Mariæ de Castro bona largitus est: ei scribit Alexander 3. Papa; vti & Petro Abbati S. Remigij Remensis, pro monasterio S. Geremari Flauiacensis: Huc autem spectat instrumentum de Præbendâ Merloti: BARTHOLOMÆVS *Dei gratià Beluacensis Episcopus, vniuersis fidelibus in perpetuum. Notum fieri volumus, quòd prædecessor noster Dominus Henricus venerabilis Remorum Archiepiscopus, dum in Ecclesià Beluacensi præsideret, Ecclesiæ B. Quintini quandam Præbendam in Ecclesià B. Mariæ de Merloto, concessione Guillelmi de Merloto, & Raimundi fratris eius, & Canonicorum ipsius Ecclesiæ concessit, & eam sigillo ac litteris suis eidem confirmauit. Similiter eidem confirmauit sex arpennos vinearum iuxta Merlotum, & totidem pratorum quos Yuo Beluacensis Decanus eidem in eleemosynam dedit, de quibus etiam tempore nostro inter iam dictum Guilelmum de Merloto, & etiam iam dicti Martyris controuersia fuit, sed posteà idem Guilelmus Hierosolymam profecturus, vineas & prata prænominata eidem Ecclesiæ concessit, & in manu nostrà donum posuit, præsentibus Abbatibus Petro S. Luciani; Galtero S. Symphoriani: & ne quis super Præbendà, vineis & pratis Ecclesiam B. Quintini aliquo modo deinceps inquietare præsumat; vniuersa hæc præsentis paginæ testimonio ipsi confirmauimus, & sigilli nostri patrocinio communiuimus, & domnum Henricum Abbatem eiusdem Ecclesiæ de his omnibus inuestiuimus. Datum Beluaci anno Incarnationis Domini* MCLXV. Recensetur etiam idem 1165.
Præsul in literis istis; quæ recitantur apud codicem Molismensem: BARTHOLOMÆVS Beluacensis Episcopus vniuersis fidelibus in perpetuum. Notum fieri volumus præsentibus & futuris, quòd cùm Ecclesia Beatæ Mariæ Molismensis, & Monachi eius apud Mustellum Deo seruientes, decimam Bellimontensem benignâ donatione antiquorum diu liberè ac quietè possedissent, Ansculphus de Hannonis villâ eam violenter & iniustè occupauit, ac sibi vsurpauit. Vnde cùm ex mandato venerabilis Domini Rotrodi Rotomagensis Archiepiscopi in cuius parochiâ manebat, semel, secundò ac tertiò, super hoc à nobis citatus venire contempsisset, anathematis vinculo innodatus fuit. Denique sui pœnitens erroris, in Ecclesiâ B. Laurentij Bellimontensis, sub frequentiâ populi super tanto excessu satisfecit, atque in manu Pagani nostri de Mern qui vices nostras agebat; decimam prædictam reddens, quidquid in eâ clamauerat, siue tenuerat, cùm Simone & Mathildi pueris suis Ecclesiæ prænominatæ & Monachis de Mustello, assensu Mathei Comitis & filiorum eius Mathei [illegible] militis, & alterius Mathæi ac Philippi, & Simonis de Campanis, ad cuius feodum decima ipsa ab antiquo spectauerat; liberè ac quietè perpetuò possidendum concessit, ac pro illâ concessione decem Parisiensium libras de charitate Monachorum recepit &c. S. Mathei Comitis, S. Mathei maioris, & multorum aliorum. Actum apud Bellummontem anno 1170. Moritur die 19. 1170.
Iunij 1177. de quo hæc inter alia continet citatum Necrologium Cathedralis: XVI. *Cal. Iunij obiit Bartholomæus huius Ecclesiæ Episcopus, qui dedit nobis domum sub muro ciuitatis cùm molendinis, pannos fulcientibus & omnibus*

appendentiis suis, & in vico qui Cultura dicitur molendinum vnum, pannos fulientem, sub monte S. Symphoriani medietatem molendini vnius ad lannum molendum, & medietatem omnium ad ipsum molendinum pertinentium; apud Bragellam etiam arpennos vineæ 14. duos præterea modios frumenti, quos ab Hannerio Rufo emerat ab Ecclesiâ de Fresmont, annuatim per vecturam eorum recipiendos ad mensuram Belnaci.

Drevx. Echiqueté d'or & d'azur à la bordure de gueulle. 58. Philippvs de Drevx, Roberti Drocarum Comitis ex Regiâ progenie, germani Ludouici VII. Iunioris, & Agnetis de Branâ filius, frater Henrici Aurelianensis ac patruus cognominis Antistitis Remẽsis, huic Sedi præficitur anno 1177. teste Helinando Frigidimontis monacho, qui habet ista in chronico: *Anno*
1180. 1180. *Philippus filius Comitis Roberti de Branâ, nepos Ludouici Regis, per industriam patrui sui Archiepiscopi, in Episcopum Beluacensem post Bartholomæum electus, rediens hoc anno à viâ Hierosolymitanâ, post annos quatuor suæ electionis Remis consecratus est.* Interfuit porrò expeditioni sacræ an. 1178. vt narrat Guillelmus Tyrius Archiepiscopus l. 21. c. 30. in quâ ab infidelibus captus, & apud Babylonam in custodiâ detentus, redemptionem suam pretio pacificitur: in Galliam reuersus, post inaugurationem anno proximè sequenti 1181.
1181. transfigit de iure Annualium cùm Canonicis S. Quintini Beluacensis. Cæterùm Crucem iterum assumpsit cùm Philippo Augusto Franciæ, & Ricardo Angliæ Regibus an. 1187. quemadmodum tradit Rigordus, castra metatus in obsidione Acon ciuitatis mense Octob. 1190. aiunt enim Mathæus Paris, & Rogerius Houedenus in parte posteriore Annal. Angliæ, *Comes Robertus de Druis, & Episcopus Beluacensis, & Comes Airardus de Brene, & Franci & Campani cùm gentibus Regis morabantur ibi, iuxta Turonum propè villam.* Paulò mox regressus, adstitit coronationi Isemburgis Danicæ in Reginam, cuius
1193. sponsalia celebrantur Ambiani 1193. apud eundem Houedenum. Vigente interim bello inter Francos & Anglos, cùm illi extra suos fines vltra progressi totam regionem latè depopularentur, Philippus iste cùm suis copiis contra canones iúsque Ecclesiasticum, armatus hastâ & clypeo in medios hostium cuneos irrumpens, captus est ab Anglicis cohortibus, duce Mercadero, prout testatur Guillelmus Neubrigensis lib. 5. c. 30. de Rebus Anglicis: « Beluacensis Episcopus, homo ferocis animi, « & propinquitate regiâ inclytus, audiens Miliacum oppugnari: sumptis « properè armis, non suis, id est, militiæ secularis, non spiritualis, cùm « armatâ multitudine contra hostes « audacter egressus, & fortiter cùm « eis congressus: bellicosus magis Pontifex, quàm religiosus apparuit, sed « fortunam non rectè culpauit. Nam « iudicio Dei victus, captus & vinctus « cùm quibusdam aliis nobilibus, Regi Anglorum, cui tam in Orientali « expeditione, & Alemannicis vinculis constituto, quàm regresso ad propria supramodum infestus exstiterat, « gratissimum munus oblatum est. De « hoc certamine Guillelmus Brito Philippidos lib. 3. Quomodo etiam id gestum fuerit, recenset ita Mathæus Paris in Historiâ Angl. sub an. 1196. 1196.
Diebus sub eisdem Markadeus, Algais, & Lupescarus, natione Prouinciales, terras Regis Francorum, Rege iubente Richardo, exterminio lethali vastauerunt, Ecclesiæ, ætati, vel conditioni minimè parcentes. Insidiabantur autem maximè Episcopo Beluacensi Philippo & eiusdem Archidiacono; qui metas ordinis sui impudenter transgredientes, bellicis negotiis vigilanter indulserunt: vnde non mediocriter Regem Richardum damnificarant. Trahentes enim exercitum copiosum, castra nonnulla Regis Richardi violenter occupauerant; multos ac seruientes interceperant, & multos eisdem resistentes trucidauerant, nec cessarunt die vel nocte, talibus iugiter indulgere: erant námque strenui, generosi & potentes. Vnâ igitur dierum dum dicti Markadeus & Lupescarus qui Duces fuerunt cateruæ (quam Ruttam vocamus) militante sub Comite Ioanne fratre Regis Richardi, equitationem facerent impetuosam ante ciuitatem Beluacensem; prædæ intendentes & captionibus, indignantes vehementer super hoc, ciuitatis ipsius Episcopus Philippus, & eiusdem Archidiaconus, cùm plebe multâ ipsius ciuitatis eleganter ad vnguem armati, exierunt contra eos, vt tantam iniuriam repellerent, & potenter vindicarent. Vuillelmus quoque

de Merlo, Regi Francorum meritò propter suam carißimus probitatem, cùm militiâ strenuâ ac numerosâ, additus est illis in auxilium, licet non indigere viderentur, militiâ & manu pedestri ordinatâ & bene armatâ, & facto impetu cruentißimo, ceciderunt multi vtrinque. In quo tandem certamine Franci calculum deteriorem reportarunt, capti sunt enim vniuersi nobiliores, & ex caternis pedestribus pars maxima est interfecta: quidā spiculis, quidā lanceis vulnerati vel gladiis, quidā autē equinis pedibus interierunt conculcati. Capti sunt autem in illo conflictu à Markadeo, Episcopus Beluacensis & eius Archidiaconus, & armatos præsentauit eos idem Markadeus dicens: cepi, & do tibi ò Rex, cantorem & responsorem, repone eos & conserua, si scis. Dominus autem Papa, cui proposita fuit super hac per Capitulū Beluacense grauis querimonia, amicabiliter scripsit Regi Richardo pro Episcopi liberatione, quem in epistolâ suâ carißimum vocauit fratrem, & filium suum, & Ecclesiæ, vt sic protinus flecteret Regem ad parendum. Præcepit igitur Rex ob reuerentiam Papæ, vt lorica Episcopi exuta ipsi Papæ præsentaretur, & diceretur: Vide an tunica filij tui sit, an non? Cui Papa: non filius meus est vel Ecclesiæ, ad Regis autem voluntatem redimatur, quia potiùs Martis, quàm Christi miles iudicatur. Hæc ille: Thomas autem Walsinghamus in Ypodigmate Neustriæ idem narrat;

1197. Anno 1197. Marcadeus miles soldarius Ricardi Regis, Brabantinorum vallatus caterуis, cepit Philippum Beluacensem Episcopum, Guillelmum de Merlou, & multos alios iure belli. Qui videlicet Episcopus erat in armis vir strenuus, & Regis Francorum consanguineus, homo Marti plus deditus quàm cultor Martyrum. Quem in concaptiuis durissimis constrictum vinculis transmisit Rotomagum. Interim suam liberationem apud Cælestinum 3. Papam sollicitè procurasse, misso Romam Aurelianensi Episcopo fratre, intelligetur ex epistolâ Pontificis, relatâ parte posteriore Annal. Rogerij de Houeden sub Ricardo 1. quæ sic habet.

VENERABILI Domino, & patri Cælestino summo Pontifici Philippus Beluacensis Episcopus, salutem, & obedientiæ canonicæ deuotionem. Supernæ dignitatis fauor fœlicitatem vestram, & multiplices successus euexit in altum, ad memoriam reducens illud legale, insontes inuitat ad culpam, qui sontes præterit impunitos. Vniuersis Ecclesiis iam quasi notorium habetur, quàm irreuerenter, quámque inhumaniter in dominum suum Regem Francorum Rex Angliæ iam pridem insurrexerit, similis homini, qui montem magnum fune circumligatum temptat deücere: afferens igitur secum ignem & gladium, subnixus etiam apostaticis Braibancenorum cohortibus, patriam nostram irruebat circumquaque depopulando. Quod cùm vidissem, illius legalis non immemor: vim vi repellere licet, & illius: pugna pro patriâ, militum & ciuium cuneis, & aciei procerum immixtus, hostibus irruentibus obuiam exiui. Sed humanis nouerca fortuna cōsiliis propositū rei sinistro mancipauit effectus. Captus quidē ibi sum, & vinculis grauibus, & catenis addictus, nec ordinis dignitas, nec Dei reuerentia remedij aliquid, vel mitigationis mihi contulerunt. Taliter ergo Rex Angliæ in Christum Dominum more lupino sæuire non formidauit: nec vestris auribus incognitum existimamus. Quid ergo dissimulatis? Quis pater videret filium errare & taceret? Quis virgâ filium non percuteret, vt gladium non incurreret? desperat pater de filio, quum comminatione non corripit, vel flagello. Luce quidem clarius eluceſſit, quòd Rex Angliæ, cæterísque complices sui, qui violenter manus in nos iniecerunt, dictæ sententiæ canonem inciderunt; iniurias nobis, & molestias enormiter illatas vestræ paternitati lachrymabiliter insinuans lachrymis nostris, & petitioni clementer condescendatis. Indignum est siquidem subiectorum petitionem ad vos directam vacuam reuerti, & inanem, quæ & humilitatem redolet, & rationis subnixa est præsidio. Nec immunis est à culpâ, qui quum potest corrigere, dissimulat emendare, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Licet igitur verba doloris totiens multiplicauerim pater sancte, ne mireminі. Nescit, imò nequit pectoris claustro dolor assiduus sepeliri. Valeat paternitas vestra. Rescriptum autem Cęlestini tale est, quo lepidè arguitur:

» CÆLESTINVS Episcopus seruus A
» seruorum Dei, dilecto fratri Philippo
» Beluacensi Episcopo salutem, & ab
» exorbitatione reditum maturare. Si-
» nistre licet tibi euenerit, nec mirum;
» cunctorum enim meretur odium,
» qui omnium se in commune appro-
» bat inimicum. Præsulem namque pa-
» cificum exuens, militem bellicosum
» induisti: Clypeum pro Infulâ, gla-
» dium pro stolâ, loricam pro albâ,
» galeam pro mitrâ, lanceam pro ba-
» culo pastorali, ordinem rerum & se-
» riem peruertens temerarius baiulasti.
» Non vim (sicut allegas) sed virtutem
» vi repellere volens, non pro patriâ, B
» sed contra patriam pugnans. De Gal-
» liâ namque vestrâ iam publicè de-
» clarare possumus. Væ terræ cuius Rex
» puer est. Rex namq; vester Regi An-
» glorũ sacramento corporaliter præsti-
» to tenebatur astrictus super indemni-
» tate tam oppidorum, quàm terrarum
» suarum sibi fideliter obseruandâ, saltẽ
» vsque ad reditum ab itinere peregri-
» nationis suæ. Sed contra fidem & sa-
» cramentum impudenter veniens, op-
» pida prædicti Regis violenter occu-
» pauit, terram suam hostili manu cru- C
» deliter vastauit: ab ergastulo tandem
» rediens Regi vestro Rex ille viriliter
» occurrit, non de multitudine, sed in
» Domino Deo spem ponens: Non
» enim virorum, vel virium, sed virtu-
» tum copiâ bella vincuntur. Pro Re-
» ge quidem Angliæ contra superbiam
» humilitas, contra iniuriam ius, &
» æquitas, contra arrogantiam & in-
» temperantiam modus & modestia
» hucusque dimicauerunt: Numerosis
» enim virtutibus, non viribus immu-
» nes viri victoriam consequuntur.
» Iniuriam armis irrogatam armorum
» propulsare remedio leges, & iura D
» permittunt. Nunc verò tamen, licet
» sero, Rex Angliæ se, suámque mani-
» festauit animositatem: quoniam vix
» est, vt virtus clausa celari, vt ani-
» mositatis ardor extingui, vt probita-
» tis scintilla comprimi valeat, & con-
» cludi: Virtus enim claudi nescit: &
» ignis oppressus in flammam erumpit.
» Effrænem siquidem domini tui ve-
» saniæ non solum consiliarium, sed &
» complicem te tam insipientem, quàm
» insolentem exhibuisti, quæsisti & in-
» uenisti: pulsasti, & pulsatus procu-
» buisti: in foueam quam fecisti, me-
» ritò incidisti: vbi autem inuentus,

ibi iudicatus. Sicut igitur ex litera- «
rum tuarum nobis directarum teno- «
re perpendimus, excessus patrios no- «
bis imputans, culpam tuam in nos «
retorquere laboras, nos tepidos af- «
ferens, & dissimulatores. Quid ergo «
si ouis in pastorem, in patrem filius «
insurgat? nec pastor, quem non pa- «
uisse, nec pater erit, quem non pœ- «
niteat educasse: Nocens ergo in ho- «
mine telum est, simplicitatis imagi- «
ne malignam astutiam palliare. Regi «
tamen Anglorum pro te literas diri- «
gimus supplicatorias. Qualitate nam- «
que captionis tuæ medullitus inspe- «
ctâ, in tali casu non possumus, nec «
debemus imperare, sed tantùm sup- «
plicare. Victor ergo sapienter vin- «
cendus est, quia sic legitur: sapien- «
tia vincit malitiam. Nos autem pro te «
supplicamus nõ importune sed oppor- «
tunè. Argumentum enim diffidentiæ «
est importuna precũ instantia. Debi- «
tum quoq; facilius exequitur patiens «
expectatio, quàm extorquet importu- «
na petitio. Interim verò vinculis, & «
lamentis mancipatus, vincula tua, & «
lamenta leniter, patienterque susti- «
neas iuxta illud Poetæ. «

Leniter ex merito quidquid patiare, fe-
rendum est:
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Huc vsque Houedenus. At Neubri-
gensis totidem subdit hisce planè
verbis: *Bellicosus Pontifex seruabatur
in vinculis & tractabatur ab hostibus mi-
tius fortè quàm meruerat, sed planè du-
rius, quàm Episcopum decebat. Inter-
pellauit autem per suos Romanum Pon-
tificem, vt Ecclesiastici vigoris instantiâ
liberaretur de manu detentoris. Idem ve-
rò summus Pontifex prudenter conside-
rans, quòd Rex Anglorum Episcopum
non prædicantem, sed præliantem cepisset,
& rigidum magis hostem, quàm pacifi-
cum Præsulem teneret in vinculis: vt
victum relaxaret, illi molestus esse noluit,
sed interpellanti sapienter & discretè re-
spondit: improperans, quòd secularem
militiam Ecclesiasticæ prætulisset, & pro
baculo pastorali lanceam, pro mitrâ ga-
leam, pro albâ loricam, & clypeum pro
stolâ sumpsisset, & gladium ferreum pro
gladio spiritus, quod est verbum Dei:
negánsque se pro eo imperaturum Regi
Anglorum, sed opportunè supplicaturum
pollicens. Vinctus itaque Pontifex re-
laxationem suam citra Regum concor-
diam desperabat: atque ideò patem,*

quam priùs incentor belli oderat, in illo vinculorum tædio iugi desiderio suspirabat. Cæterùm per Ioannem Ricardi
1202. successorem anno 1202. libertate donatus, sub pacto sex millium marcarum argenti, vt notant Parisius, & Vualsinghamus; biennio post in Archiepiscopum Remensem postulatur, at verò Theobaldus de Pertico Archidiaconus, inquit in suo chronico Canonicus Laudunensis, Philippo arma militaria, & eorum vsum obiecit, & virum incendiarium esse dixit; quapropter ab eâ Sede eiectus est. Nec propterea Philippus bellicis artibus renunciauit, hunc námque cùm aliis sacram militiam professum aduersùs Albigenses anno 1210. testatur Petrus de Vallibus Cernaij in Hist. cap. 41. Occasione deinde castri & munimenti de Bragellâ ab ipso Præsule in pago Beluacensi constructi, grauis iterum controuersia exoritur, quam sigillatim Rigordus in Historiâ recenset: An-
1212. no 1212. Reginaldus de Domnomartino Comes Boloniæ diruit quandam forteritiam nouam, quam Philippus Beluacensis Episcopus cognatus Regis erexerat in pago Beluacensi, pro eo quod videbatur damna facere Comitissæ Clarimontis, quæ erat cognata eiusdem Comitis. Propter quod idem Episcopus diruit quandam aliam munitiunculam fundatam de nouo à dicto Comite in foreste de Halmes. Vnde orta est discordia inter ipsum Comitem & prædictum Episcopum, & nepotes suos filios Roberti Comitis ex alterâ: eò vsque prosiliit dissidium, vt ad arma deuentum fuerit, sicuti notat idem Rigordus. Interfuit porrò celebri pugnæ Bouinensi cùm Philippo Augusto Rege, armatúsque clauâ militari, multos letho dedit, & ipsúmmet Stephanum Longam Spatam Comitem Saresberiensem, Ioannis Regis Angliæ fratrem spurium humi prostrauit, quod hísce carminibus expressit Guillelmus Brito Philippidos lib. x.

Nam Beluacensis vt vidit Episcopus Angli
Germanum Regis, cui, cùm sit viribus ingens,
Anglìgenæ longo dederat agnomen ab ense,
Sternere Drocenses, & damnificare frequenti
Cæde sui fratris acies, dolet, vtque tenebat,
Clauam fortè manu, sic illum dissimulato,
Præsule percussit in summo vertice fracta
Cassìde, quòd sterni tellure coegit eundem,
Corporis & longi signare caractere terram.
Et quasi celari facti tam nobilis auctor
Possit, néue queat Præsul gerere arma notari;
Dissimulare studet quantum licet, atque Ioanni,
Seruit adhuc patrum cui iure Nigella, suorum,
Hunc vincire iubet, & sumere præmia facti.
Sic plerósque alios clauâ sternebat eadem,
Militibus super hoc titulum palmámque resignans.
Accusaretur operam ne fortè Sacerdos
Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter
Esse licet, ne cæde manus, oculósque profanet.

Cùm ergo ille rebus bellicis potiùs, quàm sacræ functioni vacaret, ex eo iura Episcopalia non mediocre detrimentum tulère, vti Capituli scheda huiusmodi pridie Cal. Iunij 1212. fidem facit: DOMINVS Beluacensis Comes est & Episc. & moneta Beluacensis ipsius est &c. In communiâ Beluacensi solebant esse duodecim Pares ad consulendum Reipublicæ. Iustitia enim ciuitatis ad Episcopum pertinet, & quia inter illos duodecim nullus maior erat, in tantâ confusione qui iniurias patiebantur ad iustitiam Episcopi recurrebant. Iste autem Episcopus permisit eis habere duos Maiores, ad quos, quasi ad certa capita nunc recurrunt quærimoniæ, in præiudicium sedis Episcopalis: & quia in tempore tam potentis viri diminuta est iustitia Episcopalis, timendum est, ne si post decessum eius eligatur inferior, tota iustitia depereat. Petimus vt in pristinum statum rem restituat, vt in illâ communiâ Maiores non sint. In hanc rem extat titulus, hócce contextu in tabulario Episcopali: *Anno Domini 1214. feriâ 6. ante festum Apo-* 1214.
stolorum Simonis & Iudæ, Capitulum & Canonici Ecclesiæ D. Petri Belua-

censis requisiuimus dominum Episcopum Beluacensem in domo suâ Parisius sub hâc formâ : Domine benè nostis quòd ciuitatem Beluacensem dedit quidam Comes in eleemosynam Ecclesiæ B. Petri Beluacensis, & Comitatum illum tenuerunt prædecessores vestri, & vos ipsi vsque ad dies istos, in tantâ libertate, quod Rex Franciæ, nec bannum in præcepto, vel prohibitione habeat Beluaci, nec saisinam, nec arestationem faciebat : vos autem induxistis dominum Regem ad hoc vt saisiat, & arestet census & domos, & alias res, & permittitis eum vsurpare ius Episcopale, vnde multis modis manifestè exhæredatis Ecclesiam. Requirimus ergo vt brachium seculare, & regiam potestatem amoueatis sicut debetis : requirimus etiam pro maiori Ecclesiâ, pro Ecclesiâ S. Luciani, S. Quintini, monasterio de Beaupré, & de Froidmont, & census & domos qui auctoritate domini Regis, & vestrâ auctoritate sunt, restituatis. Interfuit inde solemni iudicio Parium Franciæ Meloduni 1216. mense Iulio pro Comitatu Campaniæ; demum ægritudine quâ interiit correptus, testamentum
1217. condit Bellouaci 1217. mense Nouembri in crastino omnium Sanctorum : cuius exemplar videre est apud Quercetanum & Louuetum; quo multa Cathedrali suæ, ac diœcesis Ecclesiis legauit bona, redditus, variáque ornamenta largitus est; nepoti autem Henrico Drocensi Thesaurario Beluacensi, terras de Gollencourt, de Corbeual, & de Senentes, ita tamen quòd post decessum ipsius hæ toparchiæ ad Episcopum Beluacensem reuertantur : sepultus est in choro basilicæ maioris vbi tali condecoratur epitaphio:

Francorum soboles Regum generosa
PHILIPPVS,
Præsul in hoc templo quondam iubet ossa recondi,
Ex humili quando istud opus consurgit in altum,
Huc translata iacent Comiti sociata Rogero.

In Necrologio Cathedralis de eo adnotantur hæc verba : 2. *Nonas Nouembris obiit bonæ memoriæ Beluacensis Episcopus, qui dedit nobis centum solid. annui census in hâc ciuitate, & vnum modium bladi, in decimâ de Francouille : item dedit nobis decimas de Villaribus S. Pauli, de Pomponâ, & de Cheurieres, & quidquid acquisierat in dictis locis : dedit etiam nobis domum quæ fuit Guillelmi presbyteri de Gerboredo, quam dominus Henricus Thesaurarius tenet, ita quod vendatur de Canonico in Canonicum bonâ fide. Honorauit autem prædictus Episcopus Ecclesiam istam in multis, in sanctuariis, in vasculis de auro, argento, cristallo & aliis, & ampliauit multùm redditus Episcopatus, & istius Ecclesiæ : obiit autem anno Dominicæ Incarnationis 1217. mense Nouembri.*

59. MILO DE CHASTILLON, dictus DE NANTVEIL, 1. Gaucheri dynastæ de Nantueil la Fosse, ex Heluide Nantolij dominâ prognatus, Canonicus Beluacensis, inde Præpositus Remensis, ac Roseti, in Archiepiscopum postulatur an. 1204. sed propter iuueniles annos ab eo gradu repulsam passus est referente Chronico Laudunensi. Fatis autem cedente Philippo decessore hanc sedem iniit 19. Decemb. 1217. & priusquàm sacraretur Episcopus in Terram Sanctam progressus, ante Damiatam pro Christianis fortiter dimicans, ab Infidelibus captiuus abducitur 1219. Iacobo Vitriacensi te- 1219.
ste lib. 3. Hist. Orientalis; cuius vice interim Administrator Episcopatus recensetur in tabulis anni 1221. Ioannes Suessionensis Præsul : insequenti anno cùm Capitulo suo & Rege super clientelari præstatione Comitatus Beluacensis concordiam confecit, reuersúsque anno
1223. adfuit funeri Philippi Augusti 1223.
Regis, & paulò post sacro D. Ludouici tanquam Par Franciæ. Cæterùm Cathedrali igne combustâ, in eius instaurationem quædam impendit beneficia, ac huiusce tenoris litteras dedit relatas in cartophilacio Ecclesiæ : « MILO Dei gratiâ Episcopus, & G. Decanus, & Capitulum Beluacense, omnibus Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem in domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm casu miserabili contingente, combusta esset Ecclesia nostra, inuitatis omnibus Canonicis Beluacensibus qui fuerant euocandi, & ad tractandum de reædificatione dictæ Ecclesiæ in Capitulo conuenissemus. Tandem post multos tractatus de dictâ reædificatione

CHASTILLON.
De gueulle à 3. pals de vair, au chef d'or, au canton dextre du chef vn lion passant de gueulle.

» habitos, Capitulum videlicet tam A
» personæ quàm Canonici, vnanimiter
» & concorditer ordinationi meæ Mi-
» lonis Episcopi se commiserunt, pro-
» mittentes quod quicquid supra dictâ
» reædificatione, tunc in ipso Capitu-
» lo bonâ fide ordinaremus, tam de
» meis rebus & redditibus, quàm de
» redditibus Capituli & personarũ eius-
» dem Ecclesiæ ad dictam Ecclesiam
» pertinentibus, ad dictam reædifica-
» tionem conferendum fuerit inuiola-
» biliter, obseruarent. Ego verò neces-
» sitati dictæ Ecclesiæ compatiens, &
» deuotionem dicti Capituli attendens,
» de reædificatione dictæ Eccl. ita ordi B
» naui. Imprimis de consensu & vnani-
» mitate totius Capituli, omnium paro-
» chialium Ecclesiarum de cætero va-
» cantium, quocunque modo vacent
» cedente, vel decedente presbytero
» in diœcesi Beluacensi, Annualia in-
» tegrè vsque ad decem annos perci-
» pienda fabricæ dictæ Ecclesiæ con-
» fero: omnes etiam succursus paro-
» chialium Ecclesiarum totius diœce-
» sis Beluacensis, ab hâc die vsque ad
» decem annos integrè percipiendos:
» similiter fabricæ dictæ Ecclesiæ con-
» cedo quod 11. c. mihi, 11. c. dicto Ca-
» pitulo, 11. c. de annualibus, 11. c. de
» dictis succursibus licebit ad aliam re- C
» laxare. Insuper omnium redditūum
» & prouentuum meorum tam spiri-
» tualium quàm temporalium, tam
» Beluaci quàm extra, & venditionum
» nemorum præpositurae Beluac. &
» aliorum omnium, exceptis foresfa-
» ctis de Comitiuâ meâ (nisi in firmâ
» fuerint comprehensa cùm aliis) deci-
» mam partem vsque ad decem annos
» fabricæ dictæ dono: ita quod de hâc
» decimâ fideliter & integrè reddendâ,
» omnes Baillivi mei dicto Capitulo sin-
» gulis annis fidelitatem, per sacramen-
» tum facere tenebuntur. De redditi-
» bus autem Capituli ita ordinaui, D
» quod tam personæ, quàm Canonici
» decimam partem personarum & præ-
» bendarum fabricæ dictæ Ecclesiæ
» singulis annis, vsque ad decem an-
» nos conferre tenebuntur. Exceptis
» quotidianis distributionibus quæ fiunt
» in Ecclesiâ, quæ non decimabuntur,
» & exceptis Archidiaconis qui pro eo
» quod tertiam partem succursuum,
» vsque ad decem annos dictæ Eccle-
» siæ præstant, cùm ipsi succursus in-
» tegraliter fuerint fabricæ dictæ Ec-

clesiæ deputati, à decimâ suorum Ar- «
chidiaconorum erunt immunes. Hâc «
autem ordinationem nostram à toto «
Capitulo approbatam, firmiter & «
inuiolabiliter me obseruaturum pro- «
misi. Actum anno Domini 1225. 3. 1225.
Nonas Nouembris. Ex iisdem archi-
uis iste Milo sententiam pronuncia-
uit aduersùs Decanum Cathedralis,
qui spiritualem iurisdictionem sibi
arrogabat in Decanatibus de Braio,
& de Montanâ, eo pacto scilicet,
quòd vnus ex tribus Archidiacona-
tibus diœcesanis, annexus fuisset
Decanatui; ab hoc tempore graues
dissensiones inter Præsules & Deca-
nos, quæ adhuc sub iudice. Vincen-
tius Beluacensis sub an. 1226. in Hi-
storiâ docet, Beluaci proceres inter
ac plebem obortam fuisse contro-
uersiam propter electionem Maioris,
vnde nonnulli perempti, alij in er-
gastulâ coniecti sunt: cui dum Epis-
copus pro suo munere & iurisdictio-
ne consulere satagit, Rexque supre-
mâ Gallicæ Coronæ auctoritate à
factiosis vltionem repetere nititur,
id ægrè ferens Episcopus, ciuitatem
Ecclesiastico anathemate multauit:
rem fusiùs habes descriptam apud
Louuetum. Eamobrem Romam pro
ficiscitur, inquit Albericus in chro-
nico ad an. 1230. *Milo Beluacensis* 1230.
Episcopus innumeris obligatus mentis ad
Papam abiit, qui constituit eum domi-
num Ducatus Spoleti, & Marchiæ quæ
dicitur Garnerij, & totam terram illam
per triennium potenter obtinuit. In redi-
tu tetenderunt ei insidias vicini Lom-
bardi. Itaque plus ibi perdidit quàm lu-
cratus sit: Et infra ad an. 1234. *Milo* 1234.
Beluacensis Episcopus apud Camerinam
ciuitatem Italiæ moritur, post quem Gau-
fridus in Episcopum eligitur. Epitaphij
loco subiicienda hæc verba MS. Ne-
crologij 8. *Idus Septemb. obiit Milo*
bonæ memoriæ Beluacensis Episcopus, qui
dedit nobis præposituras terræ nostræ, red-
ditus præpositure, & totius terræ iusti-
tiam: dedit etiam nobis executionem sen-
tentiarum nostrarum latarum à nobis in
malefactores nostros. Concessit etiam no-
bis, quòd in quacunque parte anni aliquis
Canonicorum nostrorum suum stagium
compleuerit, si eum decedere contigerit,
habeat, & percipiat integraliter fructus
prebendæ suæ à festo B. Arnulfi, sequen-
ti, vsque ad aliud festum B. Arnulfi,
anno reuoluto, hoc nonobstante, quòd

aliquis ante dictam collationem non A *potest percipere fructus præbendæ suæ, nisi viueret vsque ad dictum festum: dedit etiā nobis 30. sol. de censu super vineas de Hodene: item 10. sol. de censu super hospitem de Castenoy: dedit etiam totam decimam quam habemus apud Morangles: dedit caput B. Mathæi Apostoli & Euangelistæ, & Virgam Aaron.* Huius Milonis elogium scripsit Quercetanus lib. x. Histor. Castellioneæ.

CLERMONT NELLE. De gueulle à deux bars adossez, semé de tresfles de mesme.

60. GAVFRIDVS DE CLERMONT, dictus DE NELLE II. consecratur Episcopus anno 1234. ipso die Natiuitatis Christi, adstantibus Suessionensi Præsule, necnon Abbatibus B S. Luciani, & Diui Quintini: donauit cœnobio S. Geremari 1236. domum de Riuis: ac lite decessoris inchoatâ pro interdicto, eam calculo suo probat Capitulum cartâ tabularij Episcopalis an. 1235. 4. Idus Iunij, de quâ prolixius agitur in documento veteri inquisitionis, super hoc litigio confectæ, apud Louuetum Moritur anno 1236. referente Alberico in chronico.

1234.

1236.

CRESSONSART. Vaire au lió de gueulle couroné brochant sur le tout.

61. ROBERTVS DE CRESSONSART, Drogonis toparchæ de Cressonsart in Beluacesio, & Agnetis filius, ad hanc Sedem promotus est ex Decano maioris Ecclesiæ apud eumdem Albericum, cùm ex vetusto Cameræ Computorum Parisiēsis registro constet eundem Episcopatum fuisse in Regaliâ anno integro incipiente à festo S. Bartholomæi 1236. ad idem festum an. 1237. nominatur in cartulario Cluniacensi 1240. & ab illo Abbate accepit Ecclesiam Buriaci in suâ diœcesi; instituit eodem anno duas præbendas sacerdotales in Collegiatâ S. Bartholomæi, delectúsque inter executores testamenti Mathildis Bononiæ Comitissæ. Demum concordiam ac pacem iniit cùm S. Ludouico, & anathema per decessores in diœcesim promulgatum reuocauit, ac cùm ipso Rege composuit super gistis, aliísue iuribus, quæ sibi ab omni æuo vindicabat, hoc diplomate ex registro tabularij regij: LVDOVICVS Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus, quòd cùm diceremus nos habere tot gista, quod volebamus super Episcopum Beluacensem, seu nos debere ab eo procurari A ab eodem Episcopo, quotiescumque apud Beluacum venientes. Nos deuotionem quam idem Episcopus ad nos habebat, attendentes, eidem & Ecclesiæ Beluacensi imposterum pro periculis & expensis, quæ vel quas Episcopus qui pro tempore erit incurrere possit, præcauere volentes, volumus, & concedimus, vt qui pro tempore fuerit Episcopus Beluacensis, nobis & successoribus nostris singulis annis pro dictis gistis in 100. libris Parisiensibus; in Ascensione Domini Parisiis persoluendis tantummodò teneatur, siue veniamus B apud Beluacum, siue non veniamus, & in vno gisto de 100. libris Parisiensibus semel in anno, si ad ciuitatem Beluacensem nos venire contigerit. Ita quòd dictum gistum summam centum librarum non excedat. Et quicquid iuris habebamus, vel habere poteramus in dictis gistis, eidem, & Ecclesiæ Beluacensi pro prædictis in perpetuum remittimus, & quittauimus, saluis nobis aliis gistis quæ habebamus aliàs in diœcesi Beluacensi. Quod vt perpetuæ stabilitatis robur obtineat, præsentem C paginam sigilli nostri auctoritate, & regij nominis caractere inferiùs annotato fecimus communiri. Actum apud Hospitale iuxta Corbolium anno Incarnationis Dominicæ 1248. mense Iunio, regni verò 22. astantibus in Palatio quorum nomina supposita sunt & signa, Dapifero nullo. Signum Stephani Buticularij, Ioannis Camerarij, Constabulario nullo, vacante Cancellariâ. Porrò cùm Principibus & proceribus viris nomen dederat Robertus sacræ expeditioni in Terram Sanctam aduersùs infideles, de quâ meminit D Mathæus Paris in Historiâ Angl. sub an. 1245. *Multi de regno Francorum nobiles Cruce signantur, videlicet frater Regis Robertus Comes Atrebatensis, Dux Burgundiæ, Dux Brabantiæ, Comitissa Flandriæ cùm duobus filiis suis, Comes Britanniæ P. Comes Britanniæ filius eius, I. Comes Barrensis, Comes Suessionensis, Comes S. Pauli, Comes de Dreus, Comes de Retel, Philippus de Curtiniaco, Philippus de Iuueni, Ægidius de Mailli, Aduocatus Betuniæ: De Prælatis etiam, laici præbentes pium incitamentum, nonnulli simili zelo prouocati, Crucis signaculum humeris, ta-*

1237.

1245.

lionem

lionem Christo reddentes assumpserunt, videlicet Archiep. Remensis, Senonensis, Bituricen. Episcopus Laudunensis, Beluacensis & multi, quos Christus diatim aduocauit. Fatis autem fungitur in in- A
1248. sulâ Cypri an. 1248. sic enim scribit
Guillelmus de Nangiaco in Gestis
» S. Ludouici : His temporibus obie-
» runt de peregrinis Robertus Episco-
» pus Beluacensis, Comes Montisfor-
» tis Ioannes, Comes quoque Vindo-
» cinensis, Guillermus de Merloto, &
» Guillermus de Barris, dominus etiam
» Archembaldus de Borbonio, & Co-
» mes Drocensis, & alij quamplures B
» milites, quorum numerus vsque ad
» ducentos quadraginta æstimatur. In
Necrologio S. Petri, Roberti fit mentio iis verbis : *Calend. Octob. obiit Robertus huius Ecclesiæ Episcopus, qui dedit nobis quidquid habebat apud Vuilliacum, tam in hospitibus quàm redditibus, iustitiâ & censu; item octo modios frumenti in grangiâ monachorum S. Luciani apud Fontaines. Item redemit omnia gista quæ habebat Rex in ciuitate, excepto vno gisto de centum lib. Paris. dedit fabricæ mille lib. Tur. ad Capellam B. Mariæ: centum quoque lib. Paris. ad emendos reditus* : ibidem sic etiam inscribitur : 8. *Calend. Aug.* C *obiit Agnes domina de Cressonessart, pro quâ filius eius Episcopus Beluacensis dedit nobis duos modios bladi in grangiâ S. Luciani de Fontanis* : Et infra subdit : 18. *Calend Octob. obiit Drogo Miles de Cressonsart, pro quo filius eius Robertus Beluacensis Episcopus dedit nobis duos modios bladi in grangiâ S. Luciani de Fontanis.*

27 Grat. 62. GVILLELMVS DE GREZ I. Petri Episcopi Autissiodorensis germani Ioannis Equitum Tribuni, consobrinus, patriâ erat Brigensis : sub ipso floruit Guillelmus de S. Amore Canonicus Beluacensis, & Doctor Parisiensis magni nominis, de quo D
apud Nangium in vitâ S. Ludouici :
1257. anno verò 1257. Maiores & Communia Beluacensis coram Rege quæstionem mouerunt pro libertatibus Communiæ, de quâ vetus instrumentum eiusdem anni in Hist. Beluacensi extat, vti & carta anni 1265. data die Mercurij ante Ramos Palmarum, quâ vrbem suam Episcopus propter veterem controuersiam cùm Beluacensi Maiore, multauit anathemate. Dedit in fabricam maioris campanæ sex millia librarum Parisiensium, multísque sacrarium ornamentis instruxit. Ad hunc plures epistolas scripsit Alexander IV Pontifex lib. Decretalium, & Vrbani IV. extat huius ad eum epistolâ, quâ re- «
spondet graue ipsi videri non debe- «
re, quòd in eius Ecclesiâ de præ- «
bendâ Marhæo de Columnâ conso «
brino Cardinalis, de præbendâ item «
& dignitate Guidoni de Gebennâ «
consobrino Reginæ Franciæ; ipsius «
Reginæ & Cardinalis obtentu man- «
darit prouideri, cùm non ignoret, «
ita sibi Ecclesiæ suæ administratio- «
nem esse commissam, vt superioris «
potestatem non excludat. In archi- «
uis celebris Collegij Sorbonæ Parisiis memoratur primus Prouisor Robertus de Sorbonio, siue de Sorbonâ, coætaneos habuisse Guillelmum de S. Amore Cabilonensem Canonicum & Beluacensem, quem Vniuersitas Parisiensis epistolâ sæculari
ad Episcopos vocat doctissimum Cle- «
ricum suum, Guillelmum nostrum «
de Cresseio Episcopum Beluacensem, Odonem de Duaco, Christianum Canonicum Beluacensem, Laurentium Auilum, cuius mentio apud Cantipratensem, Decanum Ecclesiæ B. Mariæ Curtracensis, Giraudum de Abbatisuillâ. Extant omnium vel summulæ, vel sermones in Bibliothecâ Sorbonicâ. Defunctus est Guillelmus 22. Februarij die fe-
stiuitatis Cathedræ S. Petri an. 1266. 1266.
iacet in Capellâ Deiparæ retrò Chorum basilicæ maioris, vbi cœnotaphio insculpta hæc epitaphia :

G. Beluacensis Præsul, patriâque Briensis.
Moribus ornatus, meritis insignis, humatus
Hoc in sarcophago iacet, hæc vt monstrat imago.
Virginis eximium citiùs coniungitur aræ,
Præsul præsidium, vt sibi sentiat auxiliare.

Altera inscriptio etiam spectatur :

G. Beluacensis Præsul, patriâque Briensis,
Subiacet huic petræ cùm puluere qui tibi Petre,
Cultu sincero seruiuit, cordéque vero
Muneribus, cuius ferè fabrica dicitur huius
Ecclesiæ facta, vel magnâ parte peracta

Librarum Ecclesiæ duo millia contulit iste, A
Pro defendendâ terrâ Sanctâ, vel habendâ
Pace, decem cùm mille libris moriens dedit ille.
Prætereà senibus, viduis, nudis recreandis,
Necnon virginibus propriis sponsis sociandis,
Theologisque, Logicisque scholaribus, & studiosis,
Cæcus, mendicis, verecundis, religiosis,
Bis decies Christo ferè millia contulit iste. B
Anno milleno centum bis, L. duodeno,
Et quartum numerum complens viuendo dierum,
Parisius moritur, sed in vrbe suâ sepelitur,
Depositus feretro Cathedrato Simone Petro.

De quo hæc habet Necrologium Cathedralis: IX. Calend. Martij obiit » GVILLEMVS DE GRESSIBVS » Episcopus, qoi dedit nobis pro an- » niuersario suo annuatim faciendo 10. » solidos annui census, quos reddit C » domus pauperum scholarium Sancti » Thomæ. Item 21. solidos Burd. an- » nui census super molendinum ad » tannum Odonis Maupin in parochiâ » S. Andreæ. Item 60. solid. super do- » mum Ioannis Cailleu & eius vxoris, » & 26. solid. super domum Philippi » Cailleu & eius vxoris, item 10. so- » lidos super domum Ioannis de » Cailly. Item dedit 20. libras Pari- » sienses annui redditus quas emit apud » Gerboredum. Item dedit 2000. lib. » Paris. ad emendum redditus pro no- » uis Vicariis in Ecclesiâ Beluacensi » instiruendis, pro augmentatione ser- » uitij & cultus diuini. Item dedit 800. D » libras Parisienses ad fundandas qua- » tuor Capellanias in Ecclesiâ Belua- » censi. Item dedit decem modios bla- » di hibernagij, annuatim ad panem » distribuendum Canonicis secundùm » ordinationem suam in literis suis su- » perhoc confectis contentam, & 200. » libras Paris. ad emendos redditus pro » augmentatione eiusdem panis.

NANTVEIL. De gueulle à six fleurs de lis d'or.

63. REGINALDVS DE NANTVEIL, ex Decano Bellouacensi, frater Ioannis Episcopi Trecensis, Theobaldi Cantoris Beluacensis, & Galteri Ecclesiæ Remensis Canonici, qui omnes Philippo Nantolij toparchâ geniti, sub Philippo Augusto Rege militari laude strenuo Equite. Episcopatum consequutus anno 1267. ite- 1267.
rum disceptauit cùm Maiore & Paribus villæ Beluacensis, tandémque interuentu Simonis Cardinalis & Apostolicæ Sedis Legati, cæterísque à Rege missis, vetus querela componitur diplomate dato apud Montemargisium mense Augustu 1276. Paulò post transegit 1279. de iure hominij Comitatus Clarimontis; ac cessit Episcopatui toparchias de Thiers & de Neufmolin; Capitulo autem dynastiam S. Martini de Noé propè Verberiam, & terram quam acquisiuit apud Bez: demum viuendi finem fecit die 27. Septembris 1283. huma- 1283.
tus in Choro S. Petri sub eo epitaphio:

Hic decus Ecclesiæ REGINALDVS gemmua sophiæ,
Lux Beluacensis, iacet ortu Nantoliensis.
Diris effrenus, sanus sibi, largus egenis,
Anno milleno centum bis, & octuageno
Cùm tribus humani generis Cosmæ, Damiani,
Debita pro festo soluens Deus huic pius esto,
Et sibi propitia genitrix pia Virgo Maria.

De illo etiam in hunc modum scri- « bit Necrologium Cathedralis: VI. « Cal. Octobris anno Domini 1283. in « die sanctorum Cosmæ & Damiani « obiit bonæ memoriæ Reginaldus de « Nantolio quondam Episcopus Bel- « uacensis, qui dedit nobis & Eccle- « siæ nostræ 60. lib. Parisien. anno quo- « libet capiendas in bursâ Episcopi « Beluacensis qui fuerit pro tempore, « pro quâ pecuniæ summâ ab Episco- « pis Beluacensibus qui erunt pro tem- « pore persoluendâ, dictus R. legauit « & donauit Episcopatui Beluac. & « Episcopis qui erunt pro tempore, « acquisita sua de Sainctines, vnà cùm « domo & appendentiis de Tiers. «

NANTVEIL.

64. THEOBALDVS DE NANTVEIL superioris nepos ex fratre Philippo 2. Nantoliensi: ipsémet toparcha erat Nantolij ac Pomponæ, tum ex Archidiacono Beluacensi electus Epis-

copus 1283. per Petrum Metropolitanum Remensem confirmatur. Adfuit iudicio per Carolum Regem Siciliæ promulgato in causâ Comitatuum Pictauij & Aruerniæ, vt notant Acta Parlamenti Parisiensis: diem po-
1300. stremum clausit anno 1300. sic enim Necrolog. Beluacense: v. *Idus Ianuarij obiit dominus Theobaldus de Nantolio Episcopus, qui dedit nobis* 105. *solidos Paris. annui redditus capiendos super terram de Marà*; ibidem subiungit: » iv. Cal. Iulij debet celebrari anniuersarium pro omnibus Episcopis » Beluacensibus, & pro omnibus amicis & parentibus Episcopi Theobaldi, & pro ipso cùm magnâ celebritate: legauit Ecclesiæ manerium suum » de Vicinoloco cùm eius appendentiis, in augmentationem annui redditus tenendum, possidendum & habendum ab ipso Capitulo. Epitaphium eius spectatur in Choro S. Petri:

Continet hæc fossa THEOBALDI *nobilis ossa,*
Nantolij domini, quod vociferant Hodumi;
Præsul magnificus, humilis, pius, atque pudicus,
Sedit Beluaci stadium dans vndique paci.
Huius erat moris cunctis celebrare diebus,
Postpositis rebus vanis, meritiue minoris,
Flebat in Ordinibus quos valde frequenter agebas,
Largus pauperibus, victum tamen retinebat.
Post annos mille trecensos transiit ille,
In Stephani festo, sibi Christe propitius esto:
Iungitur huic frater, hos edidit vnica mater,
Hos iunxit funus, fuit horum spiritus vnus.

CLERMONT NEELLE.

65. SIMON DE CLERMONT, aliàs DE NEELLE, Simonis Nigellæ domini, & Beatricis, Amalrici Comitis de Monteforti, Franciæ Constabularij tertius natu filius, germanos habuit Radulfum Nigellæ dominum, Equitum Franciæ Magistrum, ac Guidonem de Claromonte Marescallum item Franciæ ex nobili familiâ Picardiæ. Suffectus Theobaldo, iste Simon qui vir militaris, tuendorum Ecclesiæ iurium gratiâ cùm Maiore, Paribus, ac Communiâ ciuitatis iterum contendit, prout fidem faciunt varia instrumenta 1305. 1305.
& 1306. super eâ re promulgata, de quibus fusè Loiselius ac Louuetus ex tabularij documentis: de illo sic necrologium S. Petri: *Obiit Simon de Nigellâ Episcopus Beluacensis anno* 1312. *qui dedit S. Petro septem libras annui redditus amortisati, assignatas super prouentibus terræ sitæ apud Coiseaux.*

MARIGNY.

66. IOANNES DE MARIGNY I. frater Enguerrani Equitis Normanni, Comitis Longævillæ, Philippi Pulchri Regis à consiliis, & Ærarij Franciæ custodis, de cuius tristi exitu vide Annal. Francorum: is germani fauore præficitur Cathedræ Beluacensi anno Domini 1312. ex Continuato- 1312.
re Guillelmi Nangij. Fuit Locumtenens Generalis Regis Philippi Valesij in partibus Occitaniæ, Lemouicum, & Santoniæ; interfuitque Parlamento Parium in causâ Roberti de Bethunâ Flandriæ Comitis mense Iulio 1315. Reperiuntur in archiuo collegiatæ Basilicæ B. Mariæ d'Escouis in Vulcassino, à fratre exædificatæ, (vbi Ioannes iacet ad summi altaris sinistram sub fornice cùm tumulo marmoreo,) Philippi Regis Francorum litteræ, quibus eidem Ioanni Consiliario, & Roberto fratri ob nauatam operam in bellis Vasconiæ, indulget, vt possint à Delphino Viennensi Normanniæ Duce emere, quidquid possidebat in Bailliuiâ Gisortij, codicillis datis in castro Vincennarum 1340. posteà fit Ro- 1340.
tomagensis Archipræsul: at in obituario Beluacensi legitur: *Cal. Nouemb. obitus bonæ memoriæ & excellentissimæ, domini Ioannis de Marigniaco quondam Episcopi Beluacensis, deinde Archiepiscopi Rotomagensis, qui temporibus suis mare transfretauit, & prudenter & sapienter Ecclesiam regere habuit, & rexit: inhumatus est in Eccl. B. Mariæ d'Escouis Rotomagensis diœcesis cùm patribus suis.*

BERTRAND. D'or à vn lion de sinople armé & lampassé de gueule.

67. GVILLELMVS BERTRAND II. ex nobili stirpe Neustriæ dominorum de Briquebec, creatur Episcopus 1347. dicat Ecclesiam S. Martini 1349. 3. Maij, præsens & tralationi S. Fursei

1356. Peronæ 1356. quo anno è viuis abiit, sepultúsque in choro S. Petri; eius cœnotaphio insculpta hæc epigraphe:

G. BERTRAND *natus iacet hic Præsul tumulatus,*
Monfort stirpe satus, fuit & Magela generatus,
In Nouio gratus, Baio post hic decoratus,
Flos Prælatorum, lux Cleri, clauis honorum,
Pax subiectorum, via iuris, dux miserorum.
M.C.T.I. sena decies v. carpit amœna
Morte, die nonâ decimâ Maij sibi pronâ,
Vt Cæli dona fungatur Christe corona.

ALENÇON.

68. PHILIPPVS D'ALENÇON regiæ familiæ Princeps, Caroli Comitis de Alençonio natus, iucundum ingressum fecit in vrbem nondum
1357. sacratus 24. Martij 1357. quo nomine Electi Præsulis & confirmati, recensetur adhuc in documento Capitulari super vacatione Thesaurariæ Beluacensis 14. Iunij 1360. traductus inde ad Metropolim Rotomagensem.

DORMANS. D'azur à 3. testes de Leopard d'or lampasses de gueulle.

68. IOANNES DE DORMANS II. Franciæ Nomophylax, in vigiliâ festi S. Michaëlis 28. Septembris 1361. sigillo Cancellariæ donatus à Rege ex veteri memoriali, vrbem suam solemni pompâ inuectus est 17. Iulij
1360. 1360. quo eodem anno interest tractatui pacis Britiniacæ: excepit clientelare iuramentum Ludouici Ducis Borbonij pro Comitatu Clarimontis 24. Februar. 1366. condidit Parisiis Collegium Beluacense dictum in Academiâ anno 1370. die 8. Maij: missus in Angliam Legatus à Gregorio XI. causâ tractandæ pacis, iam inter purpuratos Principes allectus ab Vrbano V. 1368. mense Septembri, tit. SS. Quatuor Coronatorum: vocatur in Actis Senatus Parisiensis summus, ac præcipuus Consistorij regij Minister 1371. apud Tilium. Carolum 6. Regem in æde Paulinâ Lutetiæ, susceptum à Carolo Monmorenciaci toparchâ sacro latice
1368. tinxit 1368. ac Lutetiæ defungitur condito testamento in Beluacensi palatio suo, non Auenione, vt perperam legitur à quibusdam die 7. Nouembris 1373. sepultus ante aram maiorem chori Cartusianorum Parisiis cùm fratre Guillelmo, hoc addito epitaphio:

Anno milleno ter C. ter I. septuageno
Solutus & membris septenâ luce Nouembris,
I. DE DORMANO *primo prole Romano*
Præsule susceptus, Pater hinc Beluacus adeptus.
Sub Franco Rege Cancellauit duce lege.
..........fouendo sub alis
Intus confratrem; puerorum quem scito Patrem
Collegij Claustri Brunelli; sit sciens astri.

Cuius in codice obituariorum S. Petri istiusmodi extat commemoratio:
" Anno Domini 1373. obiit bonæ memoriæ D. Ioannes de Dormanno, SS. Quatuor Coronatorum sacrosanctæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, qui per 9. annos Beluacensi Episcopatui præfuit, & postmodum anno 1368. die 24. Septembris ad apicem Cardinalatus assumptus est: fuit Francorum Regis in vitâ specialis & fidissimus Consiliarius, demùm Franciæ Cancellarius, qui dum ageret in humanis, dedit S. Petro tertiam partem tertij decimi denarij foragij, quæ fuerat nobilis viri Radulfi de Sanctis, Militis: hic post suam ordinationem vixit tres annos, octo menses & dies 25. " 1373.

DAVGERAN. D'or au lion d'azur armé lampassé de gueulle au lambel de 3. pieces de mesme brochant sur le lion.

69. IOANNES DAVGERAN III. ex Carnotensi Antiste, ac Præside in Camerâ Rationum Parisiensium, per assumptionem Ioannis ad Cardinalatum Cathedram ascendit, cui præerat an. 1373. ex registro eiusdem Cameræ. Viuendi finem fecit Parisiis 24. Ianu. 1374. legasse dicitur Ecclesiæ suæ mille & quingentas libras in obituario: iacet Bellouaci cùm hâc inscriptione: 1374.

Hic Ageranti populus dixère Ioannem,
Præsul Carnotis fuit, & cunctis sibi mitis.
Hunc dilexerunt quia gesta sui meruerunt,
Et dehinc Beluaci quam rexit mente sagaci,
I. tribus x. bina primi mensis medicina,

Non iuuat hunc X. & L. annis sex minus extra.

DORMANS. Escartelé au 1. & 4. de Dormans au 2. & 3. d'or à vne croix cantonnée de 4. clefs de gueulle.

70. MILO DE DORMANS Franciæ Cancellarius, frater Guillelmi Senonensis Arch. patrẽ habuit Guillelmum Togatæ militiæ Principem: Ioannis superioris nepos, ex Andeganensi, Baionensis, denique Beluacensis Pontifex declaratus iam
1375. ab an. 1375. possessionem adiit 6. Aprilis: de hoc sic legitur in memoriali » Cameræ Computorum Parisiis. Ludouicus filius Regis Francorum Dux » Andeg. & Turon. propter subætatem Regis Caroli V. & Lud. filiorum » defuncti Caroli, adeptus fuit possessionem regiminis regni, & die Lunæ » 1. Octob. 1380. idem Regens volens » procedere super facto regni boni regiminis, creauit & publicauit Cancellarium ex deliberatione sui magni Consilij, Milonem de Dormano Episcopum Beluacensem, qui » præstitit eadem die in manibus Regentis solitum iuramentum. Decessit 1387. 17. Aug. tumulatus in æde Collegij Beluacensis Lutetiæ cùm epitaphio: fundauit duos obitus super Præpositurâ S. Iusti in Beluacesio, quam acquisiuit Episcopatui.

VIENNE.

71. GVILLELMVS DE VIENNE III. ex Abbate S. Martini Eduensis, & S. Sequani, Præsul Bellouacensis, iuramentum pro temporali Regi pro-
1387. fitetur Parisiis vltimâ Septemb. 1387. solemni pompâ vrbem ingressus 7. Octobris sequentis adstante Rege Carolo: transfertur ad Rotomagensem Sedem anno 1388. vt diximus supra.

ESTOVTEVILLE. Burelé d'argent & de gueulle de 12. pieces au lyon de sable brochant sur le tout.

72. THOMAS DESTOVTEVILLE ex vetustâ & nobili gente Estoteuillæâ in Normanniâ, frater Guillelmi Episcopi Lexouiensis, & Estoldi Abbatis Fiscanensis, necnon Nicolai de Torciaco, & Ioannis Villaboni dynastarum: Libellorum Supplicum erat Magister, cùm ad hanc cathedram assumptus est per promotionem Guillelmi ad Rotomagen-
1392. sem; transegit cùm Capitulo 1392. super quadam pactione: è viuis exemptus 1394. cadauer terræ mandatur in choro S. Petri, cùm subiecto epitaphio: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater D. THOMAS DE ESTOTEVILLA, Legum Doctor, Consiliarius Regis, & huius hospitij quondam Magister Requestarum, & posteà Episcopus & Comes Beluacensis, qui ætate medius, defunctus est die 22. Martij anno Domini 1394.*

ORLEANS. D'azur à 3. fleurs de lis d'or au lambel d'argẽt de 3. pieces.

73. LVDOVICVS D'ORLEANS I. ex Monacho Abbatiæ S. Luciani, Episcopus Pictauiensis, Thomæ subrogatur; quem aliqui ex regiâ stirpe, Philippi videlicet Ducis Aurelianensis, Philippi VI. Regis nati filium naturalem coniiciunt ex scuto, quod in ornamentis basilicæ S. Luciani depictum obseruatur, parmâ scilicet cæruleâ, cùm tribus liliis aureis ac limbo argenteo, familiæ Aurelianensis tesserâ gentilitiâ. Episcopus creatus pactionem raram habuit cùm Maiore, Paribus & Communiâ Beluacensi 24. Ianuarij 1395. quo eodem 1395.
anno inter Consiliarios Caroli VI. annumeratur. Mortalitatem expleuit Hierosolymis 27. Martij 1396. ad cuius exequias Senatus Parisiensis inuitatus fuit, vt habetur in registris Curiæ. De hoc ita Necrologium S. Luciani: *Dominus Ludouicus Aurelianensis monachus professus, Episcopus Beluacensis obiit vltra mare 6. Calendas Aprilis.*

SAVOISY. D'or à trois cheurõs de gueulle à la bordure engrellée de mesme.

74. PETRVS DE SAVOISY II. ex Præside Curiæ Iuuaminum Parisiis, adlectus Episcopus, iurat Regi sacramentum hominij pro temporali 1397.
19. Februarij 1397. in possessionem missus Dominicâ 25. Maij die festiuitatis Sanctissimæ Trinitatis 1399. Legationem suscepit ad Benedictum de Lunâ Pseudopontificem pro vnione Ecclesiæ aduersùs schisma, auctore Monstreleto lib. 1. cap. 23. ei iurat fidelitatem pro Comitatu Clarimontis Ioannes Dux Borbonij 23. Feb. 1401. moritur die Martis 13. Sept. 1412. ex registro MS. Cameræ Computorum Parisiensium, tumulo mandatus in suâ Cathedrali: in necrologio Beluacensi eius anniuersarium notatur hisce verbis: *2. Idus Septemb. obitus ad duplum pro bonæ memoriæ Domino Petro de Sauoisy quondam Beluacensi Episcopo, pro quo percipiet Ecclesia Beluacensis annis singulis super omnibus & singulis redditibus & emolumentis Episcopatus 100. lib. Paris. dedit nobis duas domos, vnam in claustro, alteram in burgo.*

Chevenon. D'argent à vne fasce de gueulle à 3. quintefeuilles de mesme 2. 1. & en la pointe de l'escu vn coeur d'azur.

75. Bernardvs de Chevenon A
ex Ambianensi Antistite, nanciscitur possessiooem 19. Ianuarij 1413. delegatus est cùm Duce Burgundiæ ad Regem Angliæ pto pace ineundâ, & sublatus à medio 10. Februarij anni 1419. cui suffectus legitur in actis Curiæ Eustachius de Laitre Cancellarius Franciæ, Præses Cameræ Com-
1419. putorum, Canonicus & Succentor Beluacensis, partiúmque Burgundicarum fautor, defunctus ante adeptam possessionem an. 1420. ex Monstreleto, idcircò inter Præsules non adnumeratur.

Cauchon. D'azur à vne fasce d'argent & 3. coquilles d'or 2. 1.

76. Petrvs Cavchon III. Campanus, ex Vicedominis Ecclesiæ Remensis ortus, vt quidam volunt, Theologiæ Doctor Parisiensis, factione Ducis Burgundiæ, cui impensiùs fauebat, Cathedram obtinuit. Solemnem inaugurationis suæ pompam, & iucundum in vrbem ingressum memorat Monstreletus Hist. lib. 1. c. 233. & Philippum Ducem
1420. Burgundiæ anno 1420. post Natiuitatem Domini suâ præsentiâ honorasse. Interest sacro Henrici 6. Regis Angliæ Parisiis 1431. atque vt erat auerso in Carolum VI. animo, C
vbi audiuit eum vrbe Beluacensi potiri, Rotomagum se recepit: interim verò Ioannâ d'Arciâ cognomento Puellâ Aurelianensi, ab Anglis ibidem deductâ captiuâ, falsis criminationibus damnatur ab ipsomet Petro, igne publicè comburenda. Huius porrò Heroinæ vindicias & Historiam edidit Ioannes Hordal, ac Gersonius insignis Theologus peculiari tractatu eius gesta comprobauit; de quâ etiam videndi Gobelinus in Historiâ Pij 2. Papæ, Belforestus qui ex monumentis Victorini cœnobij historiam integram D
suæ intexuit, Quercetanns in Hist. Angliæ lib. 18. & cæteri alij Rerum Francicarum Scriptores: sub eius Pontificatu à Rege obtinuit diplo-
1422. ma 1422. die 22. Aprilis, publicis tabularijs Parlamenti inscriptum, quo prohibetur Bailliuo Siluanectensi, & aliis regij muneris administris, ne Beluaci, atque in toparchiis Episcopalibus sæculare forum iuridicum exercerent, per totum Comitatum & Vicecomitatum Gerboredi, quod & successores Reges posteà scripto

suo probauêre. Quin etiam, vti apparet ex cartophilacio Cathedralis, cùm Maior ac Pares vrbis, inconsulto Antistite suo collectam duo millium librarum per capita ciuium, reficiendis munimentis ac propugnaculis vrbis deputatam, conscribere moliti fuissent, refragatus est ille Episcopus, & tamen propter vrgentē temporum ac belli necessitatem assensum dedit, vt hâc vice ab istis magistratibus librarum mille ac trecentæ in sumptus publicos expenderentur, prout docent acta Episcopa- B
lis tabularij. Qui quidem Petrus posteà Lexouiensis Pontifex 1433. denascitur 1441. in obituario autem Beluacensi 18. Decembr. 1442. de 1433.
cætero eum miserè enecatum fuisse, dum barba tonderetur, nullo id legitimo scriptore assertum legitur.

Vrsins. Bandé d'argent & de gueulle de six pieces, au chef d'argēt chargé d'vne rose de gueulle soustenue d'or.

77. Ioannes Ivvenal des Vrsins, IV. Parisiis natus 1388. Magister Libellorum Supplicum an. 1416. Aduocatus Generalis 1429. pro Episcoparu Bellouacensi sacramentum fideliratis Regi exhibuit 1. Iunij 1432. Ambasiæ, consecratus Antistes Romæ in palatio Iordani Cardinalis Vrsini 24. Martij eiusdem anni, Laudunensem Ecclesiam administrandam suscepit 1444. 3. Nonas 1444.
Aprilis ex Actis Consistorialibus Vaticani; denique Remensis Metropolita, vbi de eo plura consule.

Hellande. Ecartelé au 1. & 4. d'argent à la bande de gueulle chargeé de 3. fers. . d'or: au 2. & 3. de Montmorency, chargé d'vn escu de Clermont Neelle,

78. Gvillelmvs de Hellande, IV. Roberti Equitis domini de Hellande, & de Lamberuille apud Caletos Normanniæ, ex Ioannâ Monmorenciâ, è ramo dynastarum de Beausault filius: ex Archidiacono Remensi eligitur 1444. die 3. Non. Aprilis quemadmodum indicant Acta Consistorialia; per procuratorem adiit possessionem 24. Aug. eiusdem anni: ac pro Episcopatu & Comitatu Beluacensi recognouit Regi clientelare debitum in Camerâ Computorum 1454 delegatus fue- 1454.
rat in processu Ioannæ Puellæ Diem postremum obiit 3. Aprilis 1461. tumulatus in choro Beluacensi, hoc epitaphio:

G. de Hellande hic est meriti cui concio prodest,
Beluacensis apex fuit, annis hîcline ter sex;

Ornamenta dedit, reditus, & tapeta, discos.
Quem fera mors rapuit anno post mille C. quadro
Et sexta decade, quibus tu vnam superadde,
Aprilis terna fœlix micet æde supernâ.
Tres missas qualibet septimanâ dotauit in basilicâ Dominicanorum: in
» necrologio verò eius obitus recen-
» setur 3. Non. Aprilis & 2. Octob. pro
» quo legauit cc. libras, & feodum
» apud Marsiliam, Alchiacum, & Bel-
» uacum, quod emerat à Iacobo di-
» cto Estandardi: item tres modios
» bladi, quatuor auenæ ad mensuram B
» Bretolij, percipiendos in grangiâ de
» Surmaison, totidémque auenæ ceo-
» sualis apud Hauduillare; variis etiam
» ornamentis & aulæis basilicam suam
» locupletauit.

de Bar. Fascé d'or & d'argent & d'azur de 9. pieces.

1462. 79. Ioannes de Bar, v. ex Comitibus de Barro, vt placet Loiselio, sed repugnant stemmata gentis: hac autem Sede potitus est per procuratorem 20. Iunij 1462. ingressus vrbem solemni ritu 6. Nouembris sequentis. Eo viuente Beluacum à Philippo Duce Burgundiæ obsidetur; fatis functus est an. 1487. sepelitur in choro S. Petri sub ea epigraphe: C

Sancta requestarum cecinit qui iura Ioannes
Bar, *& Bellonâ Præsul in vrbe fuit.*
Canonicísque pios placidâ qui voce regebat
Veridico donat qui sacra verba tono.
Officium clarâ Domini qui voce canebat,
Et per quem terso splenduit eloquio.
Hic iacet in tumulo, volitat sed fama per orbem;
Spiritus ætherea viuat in arce Dei. D
Mil semel & centum quater, xx. *quater,* v. *semel,* 1. *bis*
Per vernas Idus orbe recessit ab hoc.

Mortis eiusdem dies adnotatur in necrologio 16. Octob. legauit Capitulo feodum de Alchiaco, atque vltimis codicillis nominauit testamenti curatores Ægidium de Bertaucourt Cantorem, & Petrum Thesaurarium Beluacensem.

1487. 80. Ludovicus de Villiers l'Isleadam ii. Iacobi toparchæ Insulæadæ ad Isaram, Boloniensis Seneschalli, ac Præturæ Parisiensis Præpositi, secundus natu filius, ex connubio Ioannæ de Nigellâ; germanos habebat Antonium Insulæadæ dynastam, & Philippum Magistrum Ordinis Hierosolymitani. Confestim verò ab excessu Ioannis de Barro, Philippus de Creueccœur dominus d'Esquerdes, Prorex Picardiæ, Equitum Tribunus, ob egregia in Rempublicam merita, virtute Bullarum Innocentij 8. Papæ an. 1486. probante Rege, quibus ille Episcopatus viâ reseruationis Antonio du Bois Protohotario Apostolico, ipsius nepoti destinabatur, hanc Capitulo Beluacensi renuociauit, Rex ipse Ludouicus eam ratam habuit, scriptis, in hanc rem pluribus epistolis Beluacensi Clero, vt idem Antonius eorum suffragiis postularetur Episcopus: idcirco missa est etiam Regis ad Capitulantes Canonicos legatio, sed necquicquam moliente Antonio, & postpositis omnibus reseruationum iuribus, suffragiis vocum vnanimi electione Capituli Episcopus adlectus est Ludouicus, & in choro Cathedralis installatus; exinde Remis feriâ 2. post Epiphaniam Domini 1488. confirmatur. Antonio interim reclamante, qui reperitur in tabulis S Luciani, cuius erat Abbas Commendatarius, Administrator perpetuus Ecclesiæ & Episcopatus Beluacensis. Interim caruit possessione pacificâ vsque ad annum 1497. quo inauguratus Pontifex Regi sacramentum hominij pollicetur penultimâ Decemb. Catalauni: tum mense Septembri insequenti, festiuo apparatu vrbem suam inuectus est. Vocatur cùm aliis Præsulibus ad synodum Pisanam; suóque tempore in acta conscribitur codex consuetudinis localis Vicedominatus Gerboredi 23. Aug. 1507. Extructo in vrbe Episcopali maiore palatio, & castro de Bresle, testamenti tabulas edidit, quarum summa apud Louuetum, denique fato suo fungitur 24. Aug. 1521. sepultus in choro basilicæ Cathedralis, vbi leguntur hæc epitaphia: 1488. 1507.

L'Isleadam. Escartelé au 1. & 4. d'or au chef d'azur chargé d'vn bras dextre vestu d'hermines au fanõ de mesme; au 2. & 3. de Clermont Neelle.

Villaris, *hoc tegitur busto* Ludovicus *aheno*
Quem tulit Isareis Insula iuncta vadis.

Nobilium Clerique decus pia cura popelli,
Spes inopum, & doctis portus & aura viris.
Collapsas reparare domos, sacra iura tueri
Sedulus, & gemini tetrica scussa fori.

Hic iacet piæ memoriæ Reuerendus in Christo Pater & D. LVDOVICVS DE VILLIERS *ex nobili familia Insulæ Adæ oriundus, huius insignis Ecclesiæ Beluacensis quondam Episcopus, qui post nonam Valerij litem pro defensione iuris suæ electionis, viginti quatuor annis huic præsedit Ecclesiæ: obiit*
1521. *anno Domini 1521. die 24. mensis Augusti.* Leguntur de eo hæc verba in Necrologio S Petri: *Obiit Reuerendus in Christo Pater* LVDOVICVS DE VILLIERS *de l'Isle Adam Episcopus Beluacensis, qui Canonicis S. Quintini reliquit feodum quod in grangia apud Faietum habebat. Qui pro salute parentum donauit fundum, terram & dominium d'Auchy in Montanâ cùm appendentiis suis, & omnimodâ iurisdictione altâ, mediâ & bassâ, quod quondam spectabat ad dominam Mariam de Riencourt, mouens ab eodem dicto patre ad causam sui Comitatus, per eundem patrem acquisitum à Magistris Regentibus & facultatibus Collegij de Montanâ Parisiorum, habentibus in cessionem & transportum à nobili Domicellâ Ioannâ de Mailly ad eandem pertinente ex suo conquestu, à domino Francisco le Veneur milite, & dominâ Mariâ de Hellande, eius vxore; obiit inquam anno 1521.* Cæterùm apud Louuetum mendosè Ludouicus de Canossâ legitur ex epistolis Bembi, Beluacensi Episcopatu honestatus à Francisco 1. namque veriùs fuit Baiocensis, vt in Præsulibus eius Ecclesiæ recensuimus.

LASCARIS TENDA. Ecartelé au 1 & 4. de gueulle à la croix pleine d'argent, au 2 & 3. de gueulle à l'Aigle eployée or, ecartelé de gueulle au chef d'or: à la bāde d'azur brochāte sur les 4. cartiers du grand escu.

81. ANTONIVS LASCARIS DE TENDE, Honorati Lascaris Vintimiliensis Comitis Tendæ, cognomento Magni, ex Margaretâ Carertâ è Marchionibus Finarij ortus, qui maternam originem ad Irenem Theodori Lasoaris 2. Imperatoris Byzantini filiam referebat: primò Regiensis in Prouinciâ Præsul fuit, ad hanc Bellouacensem Cathedram translatus possessionem sumpsit 1513. die 9. Iulij. paulò post ex permutatione ad Lemouicensem Episcopatum transiit mense Ianuario 1529.

VILLIERS.

82. CAROLVS DE VILLIERS I. Abbas beatæ Mariæ de Valle, Antonio Insulæ Adami & Nogenti toparchâ, atque Agnete du Moulio de Fontenay parentibus natus, Ludouici superioris nepos, Canonicus Beluacensis, tum ad Archidiaconatum à Ludouico de Villari patruo promouetur 9. Aprilis 1501. vacantem per obitum Ioannis de Corbeiâ: ex Episcopo autem Lemouicensi, primus nominatur Beluacensis à Rege, & Episcopatus nanciscitur possessionem per procuratorem 24. Martij
1529. persooaliter Ecclesiam ingres- 1529.
sus 29. Maij 1530. Statuta synodalia edidit Lutetiæ an. 1534. Annæ Monmorencio Magistro Equitum Franciæ cognato suo toparchiam Insulæ Adæ donauit tabulis 10. Septembr. 1527. desiit esse in viuis anno 1535. humatúsque in Abbatiâ B. Mariæ Vallis, diœcesis Parisiensis, quam plurimis beneficiis ac bonis adauxit: iacet ante maius altare à parte sinistrâ, tumulóque superposita imago cùm hâc epigraphe ex Gallico sic expressâ: *His iacet Reuerendus pater in Domino, dominus Carolus de Villiers, dum viueret Episcopus Bellouacensis, Abbas Commendatarius B. Mariæ Vallis, & S. Petri Catalaunensis, dominus de l'Isle Adam, Valmondois, & Nogenti*
ad Isaram, qui obiit 26. Iunij 1535. 1535.

COLIGNY. De gueulle à l'Aigle d'argent membrée & becquée d'azur.

83. ODO DE COLIGNY Cardinalis de Chastilloo, Gaspari Equitum Tribuni ex Ludouicâ de Montmorency, Annæ Ducis Franciæ Constabularij sororis, filius, nominatur à Francisco 1. an. 1535. cui iuramentum clientelæ exhibet pro tem-
porali Episcopatus 30. Decemb. 1536. 1536.
iucundum ingressum fecit in vrbem comitante Archiepiscopo Rotomagensi, & Episcopo Ambianensi: De quo vide Archiepiscopos Tolosanos, cæterósque huiúsce temporis Historicos.

BOVRBON.

84. CAROLVS DE BOVRBON II. Cardinalis Borbonius, Ecclesiam
suam ingreditur 24. Maij 1572. ab- 1572.
dicauit 1575. pro Abbatiâ Culturæ in Cenomanis, Archiepiscopus & Rotomageosis, vbi de eius vitâ fusiùs.

85. NICOLAVS

85. NICOLAVS FVMEE, Parisiensis, Abbas S. Petri de Culturâ Cenomanensis, ex dominis des Roches in Turonibus ortus, Martini Supplicum libellorum Magistri, ex Martinâ d'Alez filius, proauum habuit Adamum Fumeum dynastam de Rupibus, Franciæ Procancellarium regnante Ludouico XI. Ex permutatione cùm Cardinali Borbonio hanc Ecclesiam obtinuit per possessionem die 29. Septembr. 1575. paulò mox vrbem inuehitur 14. Octobris 1576. Eo sedente instituitur sedes Præsidialis Bellouaci: quantum autem illi per temporum ac ciuilium bellorum calamitatem licuit, munera obiit Episcopalia sollicitè, diœcesim suam lustrando: plurima autem damna perpessus est à Fœderatis, qui Duci Meduanæ fauebant, cùm in carcerem Nouioduni, vnà cùm Claudio Gouine Decano coniectus est. Plures legationes suscepit nomine Cleri ad Regem Henricum IV. à cuius partibus stetit: extinctus demum Carnuti 3. Martij 1592. defertur sepulturæ in basilicâ castri gentilitij des Roches Fumée iuxta Lochas in Turonibus.

1592.

86. RENATVS POTIER Nicolai domini du Blancmesnil, in Senatu Parisiensi Præsidis, Reginæ Cancellarij, ex Isabellâ Baillet, è dominis de Tresmes primogenitus filius, Comes anteà Consistorianus, de Episcopatu prouisus est ab Henrico Magno, & consecratur Antistes 1595. hoc eodem anno in possessionem inductus per procuratorem Antonium Loiselium Patronum Parisiensem 21. Martij, ac festiuo apparatu ciuitatem ingreditur 29. Octobris an. 1598. interfuit Comitiis Parisiensibus 1614. & 1615. quo tempore habuit orationem Cleri Francici nomine pro restituendis Episcopis, & instaurandâ religione Catholicâ in prouinciâ Benearnensi: multis iste grauissimis legationibus coram Rege, sacro Consistorio, & Comitiis Cleri Generalibus, diœcesanisque Conuentibus inclaruit, de quo Arnaldus Cardinalis Ossatus lib. 2. ep. 62. Eo sedente Capucini recipiuntur Bellouaci. Migrauit tandem à sæculo magnæ existimationis Præsul, vt videre est in elogio Loiselij, apud Bellouacum 4. Octobris 1616. tumulatus 1618. in Ecclesiâ Sanctorum Innocentium Parisiis cùm proauis ex gente Poticrâ, apud Parisios amplissimâ, & Togæ præcipuis muneribus perfunctâ.

1595.

87. AVGVSTINVS POTIER Annæ ab Hispaniâ Reginæ Christianissimæ magnus Eleemosynarius, Renato fratri successit, Romæ consecratus Dominicâ 17. Septembris anni 1617. in Ecclesiâ S. Ludouici nationis Gallicanæ: in possessionem missus die 29. eiusdem mensis per procuratorem: 20. Februarij 1618. iucundum ingressum fecit in vrbem; Comitiis generalibus Cleri Parisiensis interest 1625. ac Conuentui Notabilium Lutetiæ an. 1626. Antonius Loiselius annno 1617. ac Petrus Louuetus an. 1631. prouinciæ Beluacensis Antiquitates & Episcoporum Notitiam ei Præsuli nuncuparunt, qui diem suum postremum obiit in castro Episcopali de Bresle Dominicâ 19. Iunij 1650. cadauer humandum reconditur in choro Cathedralis Beluacensis, vbi hoc legitur epitaphium: 1650.

POTERII *cineres* AVGVSTI *Præsulis vrnam*

Nobile depositum terræ, sacra pignora cœlo,

Exuuias plebi dulces lapis iste recondit.

At circum astant virtus ignara repulsæ,

Largitrix pietas, inopúmque tenerrima mater,

Cana fides, niueus candor, melioribus annis

Dignus, & expellens segnes vigilantia somnos,

Doctrina haud parcus amor; mirare viator,

Quot viui Comites, totidem ornamenta sepulti.

Vique operosæ manus steriles conuellere spinas

Septennis studuit lustris diuina per arua,

Angelicis metuendum humeris dum munus obiret;

Sic lacrymis tumulum irrora, sic floribus ambi,

Sic precibus succende piis; nil te moret vltra

Disce mori, totúmque animo simul exue mundum.

Choart. Ecartelé au 1. & 4. d'or a vn cheurō d'azur à 3. merletes de sable 2. 1. au 2. & 3. de l'escu de Potier cy dessus.

88. Nicolavs Choart, II. Episcopus Comes & Castellanus Bellouacensis, Vicedominus Gerboredi, Par Franciæ, Theodori domini de Buzenual & Magdalenæ Potier sororis Augustini decessoris filius: inauguratur Antistes Parisiis Dominicâ 8. Ianuarij 1651. die festo S. Luciani primi Beluacensium Præsulis, in basilicâ S. Maglorij Patrum Oratorij Domini Iesu, suburbij S. Iacobi Parisiis, à Leonorio d'Estampes de Valancay Archiepiscopo & Duce Remensi, sacro operam nauantibus Simone le Gras Suessionensi, & Ferdinando de Neufuille Maclouiensi Episcopis: eodem anno 14. die eiusdem mensis Regi ex more sacramentum hominij pro temporali iurauit, vrbem suam solemniter ingressus 15. Februarij sequentis: inde Sacro Ludouici 14. Remis adfuit.

DECANI ECCLESIÆ BELLOVACENSIS.

927. Atfredus memoratur in tabulis ad annum 927.

Hugo de Gerberoy 1080. recensetur & in cartâ Ancelli Beluacensis Præsulis an. 1099. die 15. Cal. Martij: de quo vide epist. 77. Iuonis Carnotensis.

Petrus 1. 1107.

1118. *Goscelinus* Decanetum gessit 1118.

Rogerius 1123. & 1126. indict. 4. consensum præbuit donationi præbendæ in Ecclesiâ S. Petri Beluacensis Canonicis S. Quintini.

Petrus 2. 1134.

1136. *Rogerius* 1136.

Iuo 1. 1148. in cartâ cœnobij S. Luciani.

Eustachius 1153.

1154. *Iuo* 2. 1154.

Reginaldus 1156.

1161. *Hugo* an. 1161. confirmauit assentiente Capitulo S. Petri collationem annualium præbendarum quoquo modo mutarentur in Cathedrali, Canonicis S. Quintini, cuius rei extat carta in archiuo Sanquintiniano.

Garnerus 1175.

Iuo 3. anno 1177. 1177.

Lancelinus de l'Isleadam 1178. & 1181. in transactione cùm S. Quintini Canonicis habitâ de Annualibus quæ sibi tribuebant, Philippo Antistite: item mentio huius extat in cartâ Philippi Episcopi 1189. mense Maio, Roberto Thesaurario, & Archidiacono, Adam Præcentore, Adam Succentore.

Valeranus vel *Valanus* 1200. 1200.

Odo 1203.

Ioannes 1. 1207. & 1217. 1207.

Gaufridus 1220.

Robertus de Cressonsart 1236. posteà Beluacensis Episcopus.

Reginaldus de Nantueil 1256. 1256.

Hugo 1261.

Girardus, posteà Canonicus S. Victoris 1274. vbi moritur 1283. pridie Nonas Februarij. 1274.

Theobaldus de Nantolio ex Archidiacono Beluacensi, resignauit.

Ioannes de Neantello 2. Archidiaconus Rotomagensis, quo non consentiente electioni de se factæ.

Galterus de Sinemuro ex Canonico electus est in crastino Epiphaniæ Domini 1280. Episcopo hominium iurat die proximè sequenti, ex autographo in registris Capitularibus. 1280.

Hugo à Lugduno obiit 1326. sepultus in Capellâ Decanorum.

Robertus de Artemie 1316. 1326.

Ioannes de Pacy 3. dominus de Leuignen, Canonicus & Decanus Beluacensis, vti apud Quercetanum legitur l. XI. Hist. Castelloneæ.

Ioannes de Pratis 4. 1337. in cartâ magni Pastoralis Parisiensis, inde Episcopus Tornacensis.

Geofridus 1367. 1367.

Reginaldus de Chartres 1404. po- A stcà Remensis Archiep.

Ludouicus de Nesle, ex nobili stirpe de Nigellâ, filius Guidonis domini d'Offemont, electus 1421. fautor Delphini aduersùs Anglos, idcirco redditibus suis priuatur.

1455. *Martinus Quesnel* 1455.

Girardus de Grandiuillâ 1457.

Guillelmus de Cambray anno 1488.

Bernardinus de Mornay Abbas S. B Wlmari in bosco diœcesis Bolonien-sis, Philippi domini de Buhy & d'Ambleuille, ex Bertâ d'Isque filius, obiit
1555. 1555. patruus Philippi Plessæi hæreticorum nostri temporis facilè principis.

Gobertus de Thory decessit pridie Cal. Februarij 1556.

Iacobus Gognon moritur 3. Nonas
1587. Iunij 1587.

Claudius Gouine probitate & Iuris scientiâ clarus apud Thuanum Hist. lib. 107. interiit 1607. vtriúsque Iu- C ris Doctor, Vicarius & Officialis trium Episcoporum.

1607. *Robertus le Roy* 1607. & 1613.

Isaacius de Balandre ex Archidiacono minore.

Ioannes Iaillon 5. Doctor Sorbonæ
1652. & Decanus 1652.

BITERRENSES EPISCOPI ET DOMINI. D

Biterrensis Laus Pardis fui [illegible]

INTER Septimaniæ vrbes haud postremum locum obtinet Biterrensis, antiqua, nobilis, & amœna: ciuitas Biterrensium, in Volcis Arecomicis, Beterrensis in Notitiis Prouinciarum, Blitera apud Senecam, & Bliteræ in variis manuscriptis vocantur, Bitera apud Plinium lib. 3. cap. 4. Baitiræ Ptolemæo l. 2. cap. 10. quæ & Beterræ Pomponio Melæ lib. 11. cap. 5. Antonino, & antiquis inscriptionibus, Beteris in tabulis Pentingeri. Biterris etiam vrbs famosa dicitur Fredegario Scholastico, Bliterium Ildeberto in vitâ S. Hugonis Cluniacensis, Bederensis Guillelmo Neubrigensi l. 2. c. 11. ad Obrim sita, & distans Narbone quatuor leucis, benè munita iuxta Strabonem, opulentissima apud Rigordum, populosa & ampla iuxta Robertum Autissiodorensem. Incertum quo tempore cœperit florere, à Plinio & Melâ lib. 2. cap. 1. Colonia Septimanorum appellatur, à septimâ legione deductâ, quæ renouata creditur Dictatore Iulio Cæsare ante Christum, à Tiberio Claudio Nerone, eodem tempore quo Narbonensis; vnde Iuliæ Bæterræ nomen accepit, vti testatur fragmentum veteris inscriptionis. Sed & duo templa condita Biterris, alterum Augusto Cæsari, aliud Iuliæ Augustæ coniugi suæ, quæ sic vocata est mutato nomine Liuiæ Drusillæ, teste Suetonio, & Macrobio. Eâ verò per Gothos expugnatâ, nobilitatis Romanæ insignia diruta sunt: eisdem ferè semper dominis paruit quibus Narbona, suósque habuit magni nominis peculiares Vicecomites. Iurisdictio ciuilis constat Sede Præsidiali, & Vigueriâ regali sub Parlamento Tolosano, & Archiepiscopatu Narbonensi, cui primo à Metropoli loco suffragatur. Basilica maior S. Nazario sacra est, & in diœcesi præter parochias triginta, computantur Abbatiæ:

S. Afrodisii *Biterrensis*
Saint Afrodise de Beziers.

S. Iacobi *Biterrensis* O A.
S. Iaques de Beziers,

de Ivncellis *de Iancels* O B.

Villæmagnæ *Villemagne* O B.

Duas illas scilicet S. Afrodisij & S. Iacobi sub Episcopi Bitterrensis ditione, atque regimine, iam ab ipsarum primordiis, vt mos erat, positas fuisse perspectum est; si quidem earum Abbates in ipso institutionis suæ limine, hominium solemne Præsuli Biterrensi reddere, fidémque clientelæ ac obedientiam spondere, quippe ipsius feudatarij, coram ipso ad-

ſtantes capite derecto, manibus iunctis, ac genibus flexis tenentur iurare ſacramentum, cuius formula in vulgatis tabulis continetur; hoc prorſus hominij iuramentum ab omnibus Abbatibus obſeruatum liquet, vti à Girardo de la Bricogne 1419. à Raimundo Arditi 1431. Arturo Bureau 1511. Antonio de Veſco 1530. & Petro Dalmatio 1605. At verò iam ab an. 1175. ſolemni decreto pactum fuit, vt Abbate è viuis ſublato, totum Abbatiæ regimen ad Epiſcopum deuolueretur, cuius adminiſtrationis penes eum conſiſtentis quamplurima extant documenta; nempe viſitationum Epiſcopalium actis comprobata, tum ordinationibus aliis per Epiſcopos Biterrenſes paſſim ritè datis, non modò pro earum Eccleſiarum Abbatialium ſtatu & moderamine, ac dignitate conſeruandâ, verùm etiam, pro Abbatum, Canonicorum, & aliorum dictis Eccleſiis deſeruientium ſpiritali commodo: ſi quæ enim aliquando lites inter illos Abbates, Canonicos, alióſue de Clero huiúſce Eccleſiæ ſint exortæ, eas ab Epiſcopis Biterrenſibus, vel eorum Officialibus iudicatas, diremptáſque teſtantur decreta ob id conſcripta. Ex veterum quoque cartarum inſtrumentis innoteſcit, iſtas duas Abbatias, duas præbendas Cathedralis Eccleſiæ nuncupari, quarum Abbates ſtatutis anni temporibus, in Cathedrali miniſterium quoddam exhibere, & vt acta loquuntur, ſuam hebdomadam facere de more tenebantur, ideóque certâ quadam penſi diſtributione, veluti vnus à Canonicis præfatæ Eccleſiæ Cathedralis, quilibet Abbatum potiebatur. Imò & ſi forſitan contingeret, vt Abbates illi ſine causâ legitimâ à prædictis miniſteriis abſtinerent, tenebantur dare vnuſquiſque pro ſuo defectu quinque ſolidos Biterrenſes maioribus Hebdomadariis, quia ſic conſuetum erat in Eccleſiâ Biterrenſi, vti compertum habetur ex tabulis. Quæ autem de Epiſcopis Biterrenſibus modò dabimus, exactè & accuratè à necrologiis, cartulariis, & veteribus documentis eiuſdem Eccleſiæ recenſuit Philippus Guynard Preſbyter & Canonicus Cathedralis Biterrenſis, ad nos tranſmiſſa ſtudio Ioannis-Baptiſtæ de Rocoles: hæc poterunt item conferri cùm Hiſtoriâ Epiſcoporum huius ſedis, quam Petrus Andoque publici iuris fecit, necnon & nomenclaturâ Guillelmi Carelli in ſuis Occitanicis editâ. In primis verò noſtram hanc ſeriem, ex monumentis S. Nazarij, aliiſue ſcriptis locupletatam, & emendatiorem digeſſimus.

1. S. Afrodisivs primus Epiſcopus & Confeſſor, de quo hæc ſcribit Vſuardus ad diem XI. Calend. Aprilis: *Apud Septimaniam ciuitate Biterris, depoſitio S. Aphrodiſij Epiſcopi & Confeſſoris. Hic à B. Paulo Narbonenſi Epiſcopo eidem vrbi ordinatus Antiſtes, fidei documenta prætulit, virtutúmque meritis ornatus quieuit in pace.* Ex quo apparet Epiſcopatus Biterrenſis primordia referri debere ad tempus Pauli Narbonenſis; quem Afrodiſium Acta Biterrenſia pluribus locis demonſtrant capite truncatum fuiſſe Biterris: de eius vitâ conſule Andoquum & alios auctores. Rectè autem aſſeruit Smagium nunquam fuiſſe Epiſcopum Biterrenſem, contra quod tradunt Bernardus Guidonis in Chronico, & ex eo Planiauitius in ſuis Epiſcopis Lodouenſibus; nam ille Smagius qui Concilio Elibertino nomen appoſuit, fuit Epiſcopus Beatienſis, aut Bigerenſis, ſub Archiepiſcopatu olim Toletano, vt habent antiqua Concilia Hiſpaniæ. Bigerra enim ciuitas fuit Tarraconenſis exterioris in Spartario campo: nuſquam verò inter Biterrenſes locum habet; ab iiſque expungendus videtur. Sed quoniam Epiſcoporum nomina vſque ad Paulinum exciderunt, non pigebit addere Pſeudoſynodum Biterrenſem anno Chriſti 356. coactam fuiſſe im- 356.
pellente Saturnino Arelatenſi Epiſcopo, in quâ relegatus fuit ab Arianis Phrygiam in exilium S. Hilarius Pictauienſis, vt narrant Sulpitius Seuerus, & S. Hieronymus.

2. Pavlinvs I. fuit Epiſcopus eius Eccleſiæ, ſicuti docet Idatius Lemicenſis Prçſul in chronico ſuo: *In Gallicanâ regione, in ciuitate Biterris multa ſigna effecta terrifica, Paulini epiſtola eiuſdem ciuitatis enarrat vbique directa.* Id poſt æram Chriſti an. 418. accidiſſe liquet ex eodem 418.

Idatio, post assumptionem nempe Bonifacij, Zosimi successoris, ad summum Pontificatum.

3. HERMES à suis pulsus Narbonensem Cathedram inuasit, vt docet epist. 18. Hilari Papæ ad Episcopos Galliæ sub an. 462 his verbis: 462.
» QVIBVS factum constat exemplis, » & quâ non obiurgatione dignissimum est, quòd sanctorum Patrum » decretis, & ipsis repugnat Canonum institutis? cùm ideò se frater » iam & Coepiscopus noster Hermes » à Narbonensi Ecclesiâ credidit iure » suscipi, quia indignè à Biterrensibus, » quibus ordinatus est, dicebat exclu- » di. Qui si verè hoc in se factum doleret, & legitimo remedio subuenire » propriæ sciscet iniuriæ, vindictam » magis debuit sperare perpessis, quàm » veniam perpetratis. Denique si nunc » saltem communi omnium Domini » sacerdotum vtatur animo, si imitetur » exemplum, si ad hæc, quæ Ecclesiasticæ quietis contemplatione vtcumque sopita sunt, oculis cordis intendat, & pro totius Ecclesiæ pace, » vel fide, quæ sunt multipliciter errata consideret: nihil est profectò, » quòd non etiam ipse reprehendat, » & erubescat sibi annui, quòd in altero laudabiliter improbant. Scimus » enim, & iam diu de memorati fratris » conuersatione nihil habemus ambiguum, cùm anteactæ vitæ ipsius cursum, & retro antepositum nostro » reuoluentes animo, hos illum, quos » in eo arguimus, incurrisse potiùs, » quàm fecisse, æstimamus excessus.

589. 4. SEDATIVS interfuit Toletanæ synodo 3. celebratæ an. 589. quo Reccaredus Gothorum in Hispaniâ Rex, eiuratâ Arianorum hæresi fidem Catholicam per Hispaniam restituit: paulò post cùm in eadem synodo definitum esset can. 18. semel in anno Concilia in Metropoli qualibet conuocari Calendis Nouembris Narbonense eodem anno congregatum est, cui Sedatius calculum apposuit hoc chirographo: *Sedatius in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Biterrensis Episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.*

633. 5. PETRVS I. in synodo Toletanâ 4. anno 633. subscriptus reperitur Veterensis Episcopus in Conciliis Garsiæ Loaisæ; in vulgatâ autem editione iuxta aliam lectionem scribitur ad marginem Biterrensis: nihilominus posset id in dubium reuocari, cùm quos Veteres nuncupat Kyliander, sint Hispaniæ Tarraconensis populi, quorum Episcopus Veterensis potuit esse Petrus.

6. ROGATVS adfuit Concilio Toletano XI. sub quo Episcopatuum limitatio & terminatio facta fuit à Rege Vuambâ Gotho, & illius temporibus rebellauit ciuitas Biterris, sicut & Narbona incentore Paulo Duce, vt obseruauit Iulianus Archiepiscopus Toletanæ sedis in Historiâ Vuambæ Regis, apud Quercetanum tomo 1. Historiæ Francorum Scriptorum.

7. PAVLINVS, II. memoratur in synodo Toletanâ XII. anno 681. 681.

8. CRESCITARIVS, vel CRESCITARVS, subscriptus legitur actis Concilij Toletani 13. anno 683.

9. PACOTASIS interfuit Concilio Toletano 14. anno 688. 688.

10. SACROSVS in Synodo Toletanâ 15. anno 690.

11. ERVIGIVS, seu ERVINGIVS, adstitit synodo Toletanæ XVI. vnà cùm Eugenio Præsule Lodouensi regnante Egigâ Rege Gothorum anno 693. quo sedente, Iudæi, permittente Vitisâ, Biterras redeunt à Vambâ prius depulsi. Successores Eruigij ignorantur per integrum ferè sæculum, Sarracenis totam latè regionem occupantibus. Notandum verò est quòd Pipino in prouinciâ Galliæ Narbonensis existente, Ansemundus Gothus vrbem Biterrensem tradidit, sicut in Marescallo Arelatensi habetur: & idem Princeps ad requisitionem Benedicti Abbatis Iuncellensis cœnobij, sub inuocatione S. Petri fundati in valle Lunatensi, dedit ei totum territorium de Iuncellis, sicut ex instrumento donationis asseruato in scriniis monasterij colligitur. 693. 772.

12. VVLFEGARIVS fuit acer-

rimus defensor iurium & limitum sui A Episcopatus, prout apud Catellum legitur, contra Danielem Archiepiscopum Narbonensem, & id dum essent Episcopi congregati Narbonæ aduersùs Felicem Episcopum Vrgel-
788. lensem an 788. ad cuius vicem Dominicus Presbyter acta subsignauit quæ extant in Commentariis Occitaniæ. De Petro autem Biterrensi, qui interfuerit consecrationi altaris S. Saluatoris Anianensis, ab aliquibus in dubium reuocatur.

13. Maricvs chirographum appoluit canonibus Synodi Tricas-
878. finæ 2. anno 878.

14. Agilbertvs successit Marico, cuius mentionem fecit apud Catellum, vita antiqua S. Theodardi Narbonensis quem consecrauit: de-
» functi enim Sigebodi cùm Gislerano
» Carcassonensi curauit supellectilem
» domesticam, argenteam, librariam,
» instrumento publico enumerari, tum
» peractâ frugalitate triduanâ, vnà cùm
» futuro Episcopo Theodardo electo,
» comitante secum innumerâ Cleri &
» populi multitudine S. Mariæ intra- C
» uère Ecclesiam, vt deuotè consecra-
» rent Episcopum Narbonæ; erat au-
» tem dies Dominica Aug. 15. in quâ
» celebratur Assumptio Dei Genitricis
885. » anno Incarnationis 885. Insequenti anno adfuit Concilio Nemausensi in villâ Portu contra Seluam Archiepiscopatum Narbonæ affectantem. Acquisiuit à Seruodei Episcopo Gerundensi allodia quæ habebat in loco de Valrano propè Biterras, & iuxta mare, pretio 180. solidorum Melgoriensium, non in territorio Agathensi sita, vt asserit Adoque: anno autem 890. Cuminianum mensæ Episcopali acquisiuit, ex pancartâ nigrâ Cathedralis. D

15. Reginardvs, I. synodo prouinciali apud Iuncarias in regno
894. Septimaniæ interfuit anno 894. Nonis Maij, quod patet ex veteris schedæ fragmento: inter manus suas & Mantigisi Vceticensis Præsulis expirauit Arnustus Archiepiscopus Narbonensis apud Catellum: Vide epistolam Ioannis summi Pontificis pro Agione in Archiepiscopum electo, contra Gerardum, quæ dirigitur Reginaldo Biterrensi, & aliis.

16. Frvctvarivs: sciendum quòd rogatu Bulphardi Abbatis indultus fuerat Rainardo Vicecomiti Biterrensi, pro assiduâ fidelitate quã semper pro Rege habuerat in bellis suis, sanctus Romanus de Aspirano, Albinianum in territorio de Casulis, Ecclesia S. Felicis de Colobrices cùm campo & adiacentiis, & Paulinianum iuxta Colobrices anno 9. Regis Franciæ Odonis, vt in archiuis Capituli Biterris reperitur. Hoc 897.
dono facto Rainardo Vicecomiti, habetur commutatio inter Fructarium Episcopum cùm Canonicorum B suorum assensu, & Rainardum Vicecomitem, Didáimque eius vxorem, quæ sic facta est: Fructarius Episcopus cessit Rainardo in excambium locum & territorium de Tabellis in diœcesi Nemausensi, cùm Ecclesiis S. Petri & S. Ferreôli: Rainardus verò donauit Episcopo in pago Biterrensi villam de Aspirano cùm Ecclesiâ S. Romani, cùm terris & molendinis, excepto Valcarone, id est terrâ Valcaronis, nunc Villenoueta, quam ei ipse Rainardus anteà dederat: largitus est quoque illi in excambium villaria de Ariciaco in territorio de Thesano, & de Albiniano, regnante Odone 17. Calend. Augusti, sub chirographo Bosonis Vicecomitis Biterrensis. Cùm autem idem Valcaro haberet ex dono dictum territorium à Rainardo Vicecomite, voluit illam fieri parochiam, cùm anteà esset de parochiâ S. Martini de Podio: hinc est, quòd ipse sumptibus suis construxit Ecclesiam B. Mariæ, quæ à Fructario Episcopo de consensu Canonicorum suorum consecrata est, & pro sustentatione parochi data est decima huiúsce territorij; ne verò Capellanus S. Martini de Podio in hâc donatione grauaretur, datæ sunt illi vineæ in parochiâ S. Martini. Multa alia dici possunt de præfato Fructuario, præsertim pro quadam insulâ contra Amalricum, de quâ vide Historiam Andoqui.

17. Reginaldvs II. donauit ex testamento in regno Septimaniæ, & Comitatu Biterrensi S. Petrum de Apullo, siue de Bosco, cùm suis molendinis Canonicis S. Nazarij, vt haberet vnde in cõmune viuere possent,

anno 1. quo obiit Carolus Rex, tertius nempe cognomento Simplex. Huic & Canonicis suis Pontio Comes ac Marchio Tolosanus an. 937. cessit villas de Bouiano, & Tampoiano, seu Fonte Garrisione cùm Ecclesiis suis. Ipse Pontius expulit Hungaros è Gothiâ, sicut habetur in epistolâ quam misêre Ioanni summo Pontifici Emericus Narbonensis, Reginaldus Biterrensis, & Hugo Tolosæ Episcopi. Obseruandum verò quòd terra S. Ioannis de Aureliaco erogata fuit quibusdam familiis, quæ sub Ludouico Pio venerant in Galliam Narbonensem, vt illam inhabitarent, de iis nouemdecim Ecclesiam parochialem fundauerunt sub innocatione B. Iuonis, de quâ portiones decem donatæ sunt S. Nazario anno 919. vt in archiuis habetur.

18. RODOALDVS interfuit consecrationi Ecclesiæ Abbatialis sancti
937. Pontij Tomeriarum 937. idem anno 955. indulget Trossario vineas ad complantandum in territorio de Cirzio, ad vtilitatem suam & Canonicorum suorum, ex archetypis tabulis Biterrensibus.

19. BERNARDVS I. cuius frequens in archiuis habetur memoria
956. anno 3. regni Lotharij ei concedunt Abbo, vxórque Seruanda allodia in territorio Badonis: confirmat donationem Reginaldi decessoris factam D. Nazario de S. Petro de Apullo. Vicecomitem Reginardum tumulo mandari in Ecclesiâ S. Iacobi curauit, eius testamenti executioni præpositus. De consensu verò Capituli tradit vsufructus titulo, Lailulfo Presbytero Ecclesiam S. Stephani de Bouiano cùm terris de Garrisione. Huius temporibus fit commutatio anno 16. Regis Lotharij inter eum atque Canonicos ex vnâ parte, Iterium & Pontium Clericos fratres ex aliâ, qui donauerunt Bernardo & Canonicis villam Pardinas, siue Villare la Belle, & medietatem de alode qui fuit Gislæ matris eorum, cùm medietate Ecclesiæ S. Stephani & salinis: Episcopus verò & Canonici cessêre eis allodia in Betigniano, territorio de Abelhano, & Sampremiano, territorio de Colobricis cùm tertiâ parte Ecclesiæ S. Andreæ: item

A salinas in Serinhano, alodes in Villanouâ, campum, & vineas ad molarias in territorio Saluiani. Cùm Fulcrando Lodouensi Præsule permurat dominia, quæ vterq; in alterius possidebat diœcesi. Anno 979. Guillelmus Vicecomes Biterrensis & vxor 979.
Ermentrudis cessêre Diuo Nazario villam de Lignano, cùm molendinis, in manu huius Bernardi Episcopi, ad opus construendi Ecclesiam Cathedralem: quâ perfectâ, reuerteretur hæc villa ad mensam Canonicorum in commune viuentium, vti continetur in iisdem cartophilaciis, quæ
B habent anno 967. Salaconem dedisse B. Nazario & S. Iacobo de Biterris medietatem Ecclesiæ, turris, iurisdictionis, & poggij S. Baudini Desclassano. Anno item 969. Rainardus Vicecomes indulget eisdem basilicis S. Nazarij & Iacobi, villam atque Ecclesiam S. Martini de Luc, assentientibus Guillelmo & Bosone. Amelius verò ex testamento erogauit 972. alodem suum ad Campanianum S. Michaëli, id est villam & Ecclesiam S. Saturnini, quam hodie possidet Præcentor, & quoniam præerat scholæ Clericorum qui de eodem alode
C debebant sustentari, cuius erat moderator, ipse Præcentor eandem administrationem in suos vsus ac proprietatem conuertit.

20. MAFFREDVS I. vel MANFREDVS, seu meliùs ALAFREDVS, & ANSEFREDVS, Præsules Biterrenses habentur in cartulariis S. Nazarij: an verò fuerint vnus Episcopus sub diuersis nominibus malè scriptis, seu plures Antistites, vno, aut diuersis temporibus, adhuc in dubio est. A Comite Vuillelmo & vxore 993.
Arsendi dono accipit domicilium ad
D sanctum Ioannem Aureliaci an. 7. regni Hugonis Capeti. Bernardus Guifredus Archidiaconatum S. Nazarij, quem anteà eius auunculus Salomon obtinuerat, cedit Deo, & Manfredo Episcopo, qui eidem hanc dignitatem restituit titulo feudi Clericalis, ita tamen vt Ecclesiæ inseruiat, nec vllâ fraude impediat, quin illo satis functo, Archidiaconatus pertineat ad Episcopum Biterrensem. Maffredus iste sedit etiam an. 995. 995.
eum vocat Plantauitius Maffredum de Villacunio, quique Episcopatum

Lodouensem per annos nouem administrauit, nec tamen dimisit Biterrensem Ecclesiam, prout fertur in veteribus instrumentis, anno etenim 1010. hoc titulo accepit quamdam donationem nomine Episcopatus sui. Interfuit Lodouæ quando S. Fulcrandus eius ciuitatis Antistes animam Deo reddidit. Extat in cartulario S. Nazarij repertorium bonorum Ecclesiæ, quando Ansefredus factus fuit Episcopus, qui in altero inuentario Alafredus vocitatur.

1010.

21. STEPHANVS donauit Rainaudo Presbytero vineas ad Badonas ad complantandum æqualiter; eique vendidit Deusdet Presbyter vnum maillolum, seu vineam quæ illi aduenerat, pro ædificatione Ecclesiæ S. Andreæ de Pailliniano sitæ in villâ dicti loci, pretio 27. solidorum, de denariis Biterrensibus. Ecclesiæ suæ S. Nazarij dedit duas condaminas; vnam ad Cagaranlerium, & aliam ad Diuisanum, quas postea Arnaldus Episcopus Magalonensis abstulit. Item an. 1036. largitus est quoque duas condaminas, maillolos, quistas, census, placitos, in villis de Paleariis & Ameliaco, vti liquet ex archiuis Biterrensibus.

1027.

32. BERENGARIVS I. donauit Rainardo Salomoni ad feudum burgos extra portas ciuitatis, vt illum haberet in auxilium contra violentam nobilium inuasionem bonorum Ecclesiæ suæ: hic Rainardus Salomonis erat dominus de Bouiano, & de Badonis. Eodem Episcopante, Pontius Niger Canonicus S. Nazarij, antequam proficisceretur ad sepulchrum Domini, codicillis testamenti decreuit, quòd Ecclesia de Betignano reuerteretur ad B. Nazarium, sed Odo, Bernardus, Rostagnus, & Guillelmus eius fratres, voluerunt illam possidere tanquam esset de bonis paternis; at conquæsti sunt Canonici, Bernardus Clauiger & Præpositus, Guillelmúsque Archidiaconus coram Berengario Præsule, Ermengaudo de Cailus, & Manfredo filio Abbate sancti Iacobi. Post diuersa placita, vnum ad Aspiranum conuocatur, quò nullum instrumentum cartarum proferentibus

1040.

A Canonicis, inclinabant iudices vt pugna decerneretur cùm fuste & clypeo: sed tandem in altero apud S. Hippolytum res in controuersiam deducitur, cui adfuère etiam Vicecomes Berengarius, Amblardus, Gaucelinus, & alij. Porrò hæredes Pontij se tuebantur ex eo quod iam fidem clientelarem iurauerant Berengario Episcopo: alius denique conuentus indictus est ad Cortilellas coram Berengario, & Manfredo Abbate, re infectâ. Mortuo autem Berengario, cui suffectus est Bernardus, pax stabilitur in quarto B placito apud Linianum 13. Septemb. 1053. adstante Berengario Vicecomite, vbi adiudicatur decima Canonicis, & pro trecentis solidis Melgoriensibus, in palatio Episcopali Odo & eius fratres fecerunt querpitionem, quemadmodum obseruatur in cartophylacio Episcopali. Petrus Raimondus Comes 1043. cùm esset iturus ad S. Iacobum Galliciæ, dedit S. Nazario mansum infra muros Biterris, quem comparauit Isembertus Canonicus de Beniamin Hebræo, quæ domus ac vicinæ iunctæ C componebant vnum de palatiis Vicecomitum, ibique fuit constructa magna turris, murique antiquæ ciuitatis non prætergrediebantur Ecclesiam Monialium S. Mariæ. 1053.

23. BERNARDVS II. successit Berengario vt ex eadem de Bersignano controuersiâ discitur, & etiam interfuit consecrationi Ecclesiæ S. Petri de Magalonâ, quæ à Carolo Martello solo adæquata, per Bernardum Magalonensium Episcopum de nouo construitur. Interfuit Con- D cilio Tolosano an. 1056. ac querpiuit panges censuales quos Rangardis Comitissa, & Raimundus Bernardus Vicecomes, cùm Ermengardi vxore acceperant à S. Nazario, & Bernardo Episcopo, sicut mansum & Isemberti: hoc eodem anno Petrus Comes cùm Rangardi vxore donauerunt S. Nazario Abbatiam de S. Genesio iuxta mare, in territorio de Serignano, quam Abbatiam interpretantur parochiam. 1056.

24. MATFREDVS II. vel MAFREDVS Canonicus S. Nazarij antequam fieret Episcopus, & post Abbas

Abbas S. Affrodisij, inde ad Cathe-A dram sublimatus: iste considerans destructionem Canonicæ, siue Capituli S. Nazarij factam ab antecessoribus suis, propter quamplurimas vniones Ecclesiarum monasteriis, tam huiúsce diœcesis, quàm vicinarum; námque carebant Canonici subsidiis vnde communiter viuere possent, donauit illis Præpositatum, seu dignitatem Præpositatus, quæ erat Guillelmi Præpositi Ecclesiæ Cathedralis, sicut & Sacristiam minorem, quæ fuit Petri Rogerij cùm Eccl. S. Magdalenæ, S. Felicis, S. Andreæ, B S. Saturnini, & S. Iuliani, cessit totum in stipendia Clericorum & eleemosynas pauperum; quo tempore fit donatio Ecclesiæ Biterrensi de Prioratu S. Felicis de Turrillis. Anno
1077. 1077. à Bernardo de Fulgerio accepit terras quas possidebat in Aspirano; tum an. 1084. Bernardus Trincauellus Vicecomes Biterrensis, in gratiam Maffredi dimisit ius quod obtinebant Vicecomites, vt decedente Episcopo eius suppellectilem occuparent. Adiunxit paulò post dominio Episcopalis mensæ in territorio Columbario quasdam possessiones; minorem quoque S. Nazarij Sacristiam locu-C pletauit, Ecclesiarum vnione B. Felicis, Saturnini, Andreæ, Iuliani, & Magdalenæ. Vetus scriptum cartophilacij continet querelam ipsius in Menguardam Vicecomitissam Biterrensem, inra Episcopi feodalia vsurpantem in villâ S. Nazarij, piperis nempe, saccari, pellium agnorum, quæ à Iudæis die Natalis Christi persoluebantur Episcopo. Demùm Concilio Narbonensi adstitit, necnon sepulturæ Dalmatij Archiepiscopi
1096. 1096. à quo fuerat consecratus.

FREDOLI, 25. GVILLELMVS FREDOLI, I. dominus de Verunâ, interfuit 5. Idus D Iunij restitutioni quam fecit Guillelmus Arnaldus de Biterris, de villâ & molendinis S Petri de Bosco, sicut & de villis de Badonas, Pailleriis, & Villari bellâ, quæ omnia vsurpauerat Ecclesiæ Cathedrali Biterrensi dictus Guillelmus Arnaldus, ex cartis sancti Nazarij.

1122. 26. ARNALDVS DE LEVEZE, cùm Vicecomitissâ Biterrensi præsens reperitur donationi factæ per Guillelmum Biterrensem 1098. Ca- 1098.
nonicis S. Nazarij terrarum quarumdam in fundo S. Petri de Syluâ: an. 1101. signat cùm Bertrando Narbonensi, Petro Carcassonensi, Isarno Tolosano, & Godefrido Magalonensi instrumentum de restauratione monasterij S. Aniani. Interfuit autem consecrationi Beatæ Mariæ de Cassiano, Ord. D. Aug. cui eadem die Ecclesiam S Laurentij de Roiano tribuit, sicuti & Sicardus Albiensis Præsul eidem cessit Ecclesiam de Murato, & Rigaldus eiusdem Sedis Episcopus basilicam sancti Seueri; Petrus Pelleti Ecclesiam de Posolis 1118. ac Petrus de The- 1118.
sano illi quoque in pignus dedit decimam & parochiam de Erignano cùm villâ, pro trecentis solidis Melgoriensibus. Ob vitæ integritatem & maximam erga pauperes caritatem assumitur ad Archiepiscopatum Narbonensem, vbi ad meliorem vitam transfertur 1149. iacet in Ecclesiâ S. Pauli Narbonæ. Fertur quoque ex transcripto veteris membranæ, Amelio Episcopo Tolosano absente, hunc Pontificatum administrasse dù adhuc Biterris sederet.

27. S. GERALDVS, seu GVIRAVDVS, oriundus erat ex Podio Salicone, non ignobili pago agri Biterrensis, hic locus ferax est Præsulum, etiámque protulit Guillelmum de Broâ Archiepiscopum Narbonensem, virum doctum & magni consilij, humatum in Ecclesiâ Sanctorum Iusti & Pastoris, in Capellâ, in quâ collocata est insignis pictura Lazari. Septimestris tantùm, vti memorat ipsius legenda, cùm aquis baptismi ablueretur, efferbuit vnda, sicut immisso ardente ferro solet ebullire, quod fuit omen sanctitatis. A puero traditus monachis S. Mariæ de Cassiano, electus Prior, dein Episcopus; tum vnionem factam à Maffredo Episcopo confirmauit an. 1123. Præpo- 1123.
sitatus & Sacristiæ minoris. Contulit etiam domui de Cassiano partem decimæ de Aureliaco, hoc est medietatem saluo iure matricis Ecclesiæ S. Nazarij, idque Amblardus de Villanouâ cùm vxore & filiis largitus est Geraldo Præsuli, & Canonicis suis Ecclesiam de Villanouâ Ricuini, seu de Villenouete. Huius memoria

Sanctorum fastis apud Biterrenses inscribitur 5. Nouemb. cuius pignora religiosè asseruantur in Abbatiâ S. Aphrodisij. Migrauit ad Dominum
1122. anno 1122. sepultúsque in Ecclesiâ S. Aphrodisij: tumulo superposita hæc inscriptio:

Præsulis hic almi sunt condita membra Geraldi,
Hic vir honestatis, & miræ simplicitatis,
Moribus ornatus fuit & flos intemeratus,
Hunc meruit florem Cacianus habere Priorem,
Hic speculum terris fit Præsul in vrbe Biterris,
Eximitur membris quintâ sub luce Nouembris,
Quo Deus in pannis iacuit vergentibus annis,
Bis quingentenis centum tribus & duodenis.

BERNCH. 28. BERMONDVS DE LEVESONE ex Archidiacono maiore Biterrensi ad Episcopatus apicem ascendit: cui Pontius de Corneliano & vxor Adalais dedêre allodia Baxani primâ die
1128. Aprilis 1128. tum die Iunij 12. discordes pro diuisione castri S. Felicis C compošuit Raynaldum Salbaianum & Lambertam: hoc eodem anno 7. Augusti decimas Ecclesiæ de Remeiano accepit à Petro de Cers & Ermesindâ: donauit Augerio Abbati S. Saluatoris de Lodeuâ Ecclesiam S. Felicis de Peseto, præsentibus Arnaldo Narbonensi Archipræsule, Bertrando de Ventaiono, Berengario de Lignano, & Petro de Caneto: Eodem anno tribuit Biterrensi ptochotrophio Ecclesiam ac decimas S. Martini de Luco, assensu Raymundi de Monterotundo Archidiaconi, Matfredi Præcentoris, Hugonis Camerarij, Bernardi de Thesan Sacristæ, & Ioannis Scholarum Magistri D ex archiuis Episcopalibus. Posteà
1130. verò 12. Iunij anni 1130. Canonicis largitur Abbatiam sancti Genesij iuxta mare, & suæ Cathedrali Ecclesiam de Cirzio, in ædificium præfatæ basilicæ maioris. Ipse æquissimus obseruator erat iustitiæ temporalis, quam per seipsos Episcopi, assistentibus sibi Canonicis suis reddebant, vt notatur in originali autographo iudicij de manso S. Felicis, inter Raymundum de Saluiano & Gallicanam eius vxorem. Acquisiuit

A autem à nobilibus decimas S. Genesij de Gresano, & S. Felicis de Baissano. Composuit porrò controuersiam in quâ erat an. 1131. cùm Rogerio & Raimundo Trincauello Vicecomitibus super iurisdictione tam ciuili quàm criminali in ciuitate & burgis Biterrensibus; & illud quidem iuxta sententiam Alsonsi Comitis Tolosani, cuius erant ambo feudatarij, quæ in vrbe Monspelij fuit pronunciata; hâc quidem sententiâ idem Princeps tribuit ius Episcopo de furtis decernendi in villâ S. Nazarij, toto mense Aprili, eique soli in omni- 1131.
B bus villis ad Præsulem & Vicecomitem spectantibus, sepulturæ ac funerum prouentus, necnon lectos defunctorum addixit; numerum quoque centum militum, quos Episcopus Vicecomiti bellum gerenti subministrare debebat, ad quinquaginta reuocauit; cætera autem Trincauello permisit, instrumento pancartæ nigræ Episcopalis datæ apud Monspelium 1131. adstante Arnaldo Narbonensi Pontifice, Rogerio Vicecomite Carcassonæ, & aliis nobilibus viris. Consecrationi Ecclesiæ parochialis S. Martini de Creissano in diœcesi Narbonensi adstitit an. 1132. vbi pro Bernardo legendum Bermondo. Deinde verò 7. Ianuarij 1133. Bernardus 25. libris argenti acquirit à nobili Archembaldo de Thesan, & Aiciâ vxore, partem decimarum Aspirani, testibus Arnaldo Narbonensi Præsule, & Manfredo Archidiacono Biterrensi: octingentis pariter solidis Melgoriensibus emptionem fecit 1138. à Bernardo & Arnaldo Esquadocens terrarum in Lignano: tum de consensu Deodati Archidiaconi, Guillelmi Biterrensis Sacristæ, & Vuillelmi de Murouieteri Canonici anno 1143. S. Thesodiæ Ecclesiam Hierosolymitano nosocomio adiunxit, seruatâ quartâ parte decimarum, quemadmodum legitur in archiuis Episcopalibus. Posteà 1145. de castri Lignanensis portione paciscitur, quæ spectabat ad Guillelmum & Berengarium fratres, ex hæreditate matris Sybillæ Lignanensis. Raimundus Trincauellus Biterrensis Vicecomes anno 1147. permisit Canonicis D Nazarij, mediante summâ 620. solidor. Melgor. habere portam in muro, hâc lege, quòd si bellum

Margin: 1131. (beside "pelium 1131."), 1138.

aduenerit, ille de Canonicis quem
Vicecomes voluerit, teneat clauem,
ex documento veteri. Accepit quo-
1140. que anno 1148. à Raimondo Ruffio
partem decimarum Villænouæ: nec
omittendum quòd anno eodem Hie-
rosolymitano ptochotrophio tribuit
Ecclesiam D. Saturnini extra vrbem,
modò tamen nullus in eâ sepultu-
ram, vel baptismum exciperet, nec
missa solemnior cantaretur, nisi die
dedicationis. Cùm autem familiari-
tate semper vsus esset Arnaldi Nar-
bonensis Metropolitani, eius te-
stamento accepit seruos Sarracenos
villæ suburbanæ de Sales anno 1149.
quo decessit Arnaldus: hæc autem
de Bremundo desumpta sunt ab ar-
chiuis Ecclesiæ.

29. Gvillelmvs II. cùm ad
Sedem Biterrensem euectus fuisset,
1150. huic scripsit Raimondus Comes To-
losanus, Dux Narbonensis & Mar-
chio Prouinciæ, pro iucundâ & no-
uâ promotione his verbis: *Sic tran-
sire per bona temporalia, vt non amit-
tas æterna. Quoniam omnipotens Deus
per gratiam suam vos vineæ suæ dili-
gentem disposuit cultorem, ille benedi-
catur, cuius sacerdotium in æternum ma-
net: deinde discretionem vestram enixè
oro, vt res Ecclesiæ minuere non dimit-
tatis Trincauello, nec aliis, quia in ea-
dem amicitiâ quâ nostri prædecessores
fuerunt cùm vestris, vobiscum permanere
cupio, & in maiori, si potero, saluandi
& defendendi res Ecclesiæ, & opus eius,
cùm necesse fuerit, mihi mandate, & si
placet pro nobis orate.* Cùm ergo Epis-
copale solium esset consequutus, in-
uisit posteà limina Apostolorum Ro-
mæ, & osculatus est pedes Hadria-
ni IV. Pontificis, qui vt ipse rediens
Episcopus in suam diœcesim, ab
omnibus cùm honore debito exci-
peretur, bullam misit dilectis filiis
Abbatibus, Prioribus, Clero & po-
pulo Biterrensi: Scripsit & aliam
contra inobedientiam Abbatum,
necnon & Religiosorum, seu mona-
chorum S. Benedicti, & B. Augusti-
ni. Ille Episcopus fuit in suâ diœ-
cesi honoratissimus, habebat enim
Senescallum quando curiam con-
uocabat: hæc autem Senescallia te-
nebatur iure feudi à Pontio de Cor-
neillano, pro quâ inter eos fit com-
1153. positio anno 1153. Hic à Guillelmo

A Ramalio de Corneliano Lignani
quasdam terras emit 200. Melgo-
riensibus solidis anno 1151. cum an-
no præfato 1153. Eugenius diploma-
te à quatuor Cardinalibus subscri-
pto, Ecclesias omnes à Biterrensi
pendentes, suæ tutelæ commisit.
Guillelmus autem Canonicis S. Na-
zarij de consilio Guillelmi Abbatis
S. Aphrodisij, adiudicat Canonicis
vineas de quibus iis controuersia
mouebatur 1154. Cæterum cùm Iu-
dæis graues molestiæ inferrentur à
B plebe, remisit Trincauello Viceco-
miti, & dictis Iudæis commoranti- 1160.
bus in ciuitate Biterris, insultum & «
lapidationem fieri solitam; illis à «
primâ horâ diei Sabathi ante Ramos «
Palmarum, vsque ad extremam ho- «
ram feriæ secundæ post Pascha: ipsi «
verò Iudæi donauerunt ex gratiâ «
Guillelmo Episcopo 600. solid. Mel- «
gonienses ad commodum Ecclesiæ «
Cathedralis, & quatuor lib. Melgor. «
annuales in die Palmarum ad orna- «
menta Ecclesiæ, quod prolixiùs nar- «
ratur in originali Capituli Biterren- «
sis. Interim ad S. Ægidium profectus
Guillelmus, vt salutaret Pontificem
C Alexandrum 3. apud eum conque-
stus est, quòd excommunicati, ritu
Christiano terræ mandarentur, cui
abusui vt mederetur, delegatus est
Epis. Lodouæ Gaucelinus. Decima
Badonæ ab Alisaro & Arnaldo con-
cessa est 1164. Antistiti nostro, qui
nominatur etiam anno 1166. in ven- 1166.
ditionis instrumento, quam fecit
Guillelmus de Corneliano, Manfre-
do Archidiacono Biterrensi.

30. Bernardvs Gavcelin III. fuit ex prosapiâ Gaussélinorum Gaucelin.
Nemausensium, Baronum vrbis de
Lunello, Guillelmâ matre genitus,
D propter quam ipse nuncupabatur
vulgò Guillemetæ natus, quæ erat
filia Guillelmi 2. domini de Monte-
pessulano. Anno 1167. à Giraldo de 1167.
Montepetroso dono accepit partem
molendini de Carleto super Orbim
fluuium, præsentibus Guillelmo Ma-
ragone S. Aphrodisij, & Guillelmo
Bernardo S. Iacobi Abbatibus. Is
esse creditur Episcopus, quem Vuil-
lelmus Neubrigensis de Rebus An-
glicis lib. 2. cap. 11. ait, in basilicâ
Cathedrali ad altare Domini, vidisse
barbaram obtruncationem Trinca-

uelli Vicecomitis vrbis per sicarios, quibus vsque ad periculum vitæ obstitit Episcopus : commotâ autem vniuersâ ciuitate rebelli, ab eâ fugere cogitur Bernardus, & Rogerius occisi filius ope Alfonsi Regis Arragonum vrbem recepit: cùm verò multis impensis belli ærarium exhausissent Episcopus ac Vicecomes, paulò post quàm Biterras obtinuêre, vectigal trium librarum piperis annuatim à qualibet familiâ emendarum imposuêre, cuius rei collector constituitur Bernardus de Causiniols, qui fidem iurauit Præsuli & Vicecomiti, verba autem sunt cartæ quæ sic desinit:

1170. Actum anno 1170. paucis diebus antequàm Rogerus ope Alfonsi Regis Aragonum Comitis Barcinonensis, recuperasset ciuitatem Biterrarum, quam parricidæ parentis diu detinuerant, illo ac Præsule in vrbem ingressis. Concordiam fecit cùm Raimondo Abbate Anianæ, cuius monasterium cùm sit in diœcesi Monspeliensi, possidet tamen multas Ecclesias in Biterrensi: recusabat in iis soluere quartonem : at interueniente Pontio Archiepiscopo Narbonensi concordarunt pro eodem, illúdque reduxerunt ad quantitates frumenti & ordei, pro quâ pensitatione Abbas Episcopo reddidit totum honorem de Cazilaco cùm omnimodâ iuridictione : item honorem in parochiâ S. Stephani de Pedano, & Podio Salicone, villámque S. Michaëlis de Carauciano, & alia multa. Extat in citatis archiuis Episcopalibus placitum Guarcindæ

1174. anno 1174. à Bernardo repetentis portionem burgi de Maureliano, quæ per genitorem suum Arnaldum de Corneliano empta fuerat 1160. solid. Melgoriensibus : hæc verò controuersia inito pacto componitur ab Episcopo, qui Guarcindæ 700. solid. Melgorienses persoluit, vt refertur in pancartâ nigrâ. Compositionem pariter iniit cùm Abbate S. Aphrodisij 1175. super stationibus & honoribus, quos dictus Abbas debebat cùm suis Canonicis Cathedrali D. Nazarij : vniuit & Ecclesias S. Petri de Ledimiano in territorio Biterrensi, S Stephani de Boiano, S. Mariæ de Badonas, & B. Saturnini de Pousfac: statutúmque fuit inter Episcopum & Canonicos Cathedralis, quòd cùm vacauerit aliqua de Ecclesiis, ad eommunitatem S Nazarij pertinentibus, claues & honorem ipsius accipiant, donec de Capellano per eosdem Canonicos prouisum fuerit, quorum electioni contradicere non poterit Episcopus: tamen dictus Capellanus de manu Antistitis accipiet curam animarum, à Canonicis autem temporalia. Vocatus ad synodum Lateranensem per Apostolicum, in sumptus itineris accepit à Petro de Lybouiriac Sacristâ, Bernardo de Narbonâ Camerario, & Raimondo de Nisâ Succentore 2300. solidos Melgoriensis monetæ, facto oppignerationis instrumento 10. Decembris, testibus Bernardo S. Iacobi Abbate, & Guillelmo Maragono sancti Aphrodisij : de quo non est omittendum, quòd hísce temporibus donauerit suæ Ecclesiæ D. Affrodisij decem millia solid. Melgor. vt essent in posterum duodecim Canonici, cùm anteà essent monachi sub Regulâ Benedictinâ, quod patet ex archiuis eiusdem basilicæ. Interim verò Româ reuersus anno 1180. 10. 1180.
Martij Bernardus, Deodatum Abbatem Iuncellensem confirmat ante maiorem aram S. Nazarij. Traducitur inde ad Archiepiscopatum Narbonensem anno 1181. vt diximus. Guillelmus Catellus & Andoqus in suis Catalogis, eum dicunt alium esse à Bernardo Gaussellino, & hunc quidem filium Guillemetæ, sed inter illos non est alia diuisio, neque ex parte prosapiæ, neque ex parte personæ: nuncupatur enim, vt præfatum est Gaussellinus, & filius Guilmetæ, quæ duo illi conueniunt ab vtróque parente. Sed ex quo factus fuit Archiepiscopus Narbonensis, non dimisit Cathedram Biterrensem, sicuti fidem facit documentum Episcopalis tabularij 4. Decembr. 1180. venditionis à Bonâ factæ Guirardo, de consilio huius Bernardi Archiepiscopi Administratoris Sedis Biterrensis. Contendebat autem an. 1182. pro Ecclesiâ Reddensi cùm Berengario Abbate Vallismagnæ, controuersiæ arbitris Vuillelmo S. Aphrodisij Abbate, & Vuillelmo de Narbonâ Canonico S. Nazarij.

31. GAVFRIDVS DE MARSEILLE Abbas S. Victoris Massiliæ, oriundus MARSEILLE.

& ipse ex sanguine Vicecomitum: fuit Canonicus Biterrensis, posteà Episcopus adlectus, primo anno sedauit discordiam quæ erat inter illum atque Abbatem S. Iacobi; idcirco fuit concordatum Abbatem debere Episcopo honorem, reuerentiam, ac debitam subiectionem, & obseruare interdictum Episcopi, saluo quòd Abbas potest corrigere suos Canonicos secundùm regulam Sancti Augustini, & is tenetur soluere Ecclesiæ Cathedrali decimas omnium fructuum collectorum in terris suis, tam vltra, citráque flumen Orbis: ei Petrus de Thesano ac Ricar-
1186. da vxor donationem fecêre an.1186. quartæ partis decimarum Baxani: testis recensetur in iudicio quod pronunciauit Brinoliæ Ildefonsus Rex Aragoniæ, Marchio Prouinciæ, apud Toronetum pro monialibus de Arcellâ 1189. mense Februario, ex cartâ archiui regij Aquensis. Inde anno 1193. die 17. Martij, Rogerus Vicecomes Biterrensis, testamentum suum quod in archiuis Cassiani asseruatur, eius fidei demandauit: eodémque anno Sybilla filia Arnaudi de Maureliano, Guillelmi de Abeliano mariti sui consilio, vendidit Gaufrido Episcopo partem burgi de Maureliano, 2500. solid. Melg. quam tenebat ab honore, id est toparchiâ, Ecclesiæ Cathedralis. Interim Bertrandus de Seissaco tutor nomine filij Vicecomitis Rogeri, coram Episcopo Godefrido recognitionem mutuam professus est iurium ac priuilegiorum Episcopi, & ciuium Biterrensium ac Vicecomitis: tenorem autem diplomatis è tabulario Biterrensi in hunc modum inseruit suis Occitaniæ Commentariis Catellus lib. 4. quod operæpretium visum est apponere ipsismet verbis.

Notum *sit omnibus hominibus: Quòd cùm quondam Rogerius Biterrensis Vicecomes, vellet donare ius quod habebat in villà Biterris Regi Aragoniæ, facta est recognitio in Ecclesiâ S. Nazarij præsente ipso Rogerio, & Rege, & Gaufrido Biterrensi Episcopo tunc electo, & Abbatibus, & Guillelmo de Montepessulano, & multis aliis terræ Baronibus, & vniuerso populo ciuitatis, quid iuris habet Episcopus in ciuitate & suburbio, & quid Rogerius: facta est autem iam dicta recognitio de consensu Episcopi, & Capituli, & Rogerij, & curiæ eius, referentibus eam Bernardo Boffato, & Raimundo Reddario, & Petro Vatrato ciuibus Biterrensibus coram prædictis omnibus, & populo vniuerso. Recognitum est igitur & concessum, quòd Biterrensis Vicecomes in villâ Biterris, in hominibus Ecclesiarum, vel in suis, non haberet toltam, questam, aut albergam. Concessum est etiam & recognitum, quòd in hominibus Ecclesiarum nullam haberet Vicecomes firmantiam, vel districtum, vel iustitiam, nisi fortè si aliquis homo prædictarum Ecclesiarum homicidium, vel adulterium perpetrauit, & de perpetrato homicidio, vel adulterio, coram Episcopo vel eius iudice, vel Abbatibus fuerit legitimè conuictus, & condemnatus. Tunc enim persona condemnati traditur ab Episcopo vel Baiulo eius, vel Abbatibus Vicecomiti corporaliter punienda rebus mobilibus & immobilibus, vel apud heredes condemnati, vel apud Ecclesiam, secundùm quod iuris ordo dictauit remanentibus. Si verò mulier deprehensa fuerit adulterio, persona eius punitur: bona verò mariti quæ ex nomine dotis, vel suo habuerit, debent integra remanere apud maritum: pro nullo alio facto, neque etiam pro quantacunque sanguinis effusione, nisi inde secutum fuerit homicidium super homines Ecclesiarum, vel ipsorum res, habeat Vicecomes iustitiam. Recognitum est etiam & concessum, quòd Vicecomes Biterris in hominibus Ecclesiarum, & suis, & Episcopus similiter pari iure in hominibus suis, & Vicecomitis, habeat caualgadas, tantummodò infra terminos Episcopatus Biterris. Fuit similiter recognitum & concessum, quòd nec Vicecomes sine Episcopo, nec Episcopus sine Vicecomite debet recipere sacramentum, vel petere ab hominibus Biterris. Habent de consuetudine homines Biterris, quòd si Vicecomes iustitiam habuerit pro quolibet delicto, de quolibet homine, vel fœminà ipsius villæ, vxor ipsius Vicecomitis nullam debet habere dudrariam, de ipso homine vel fœminà, nisi tantùm de illâ pecuniâ quàm Vicecomes iure habuerit. Et habent similiter de consuetudine Baiulus Vicecomitis, vel Episcopi, vel aliquis, vel aliqui de curià ipsorum non credantur de captione alicuius hominis, vel fœminæ in adulterio, nisi cùm ipsi vicini, vel aliqui probi homines fuerint in ipsà captione. Ha-*

bent etiam de consuetudine, quòd si Vicecomes vel Episcopus, vel baiuli eorum vocauerint aliquem hominem vel fœminam Biterris pro aliquâ querimoniâ de his factâ, ille vel illa, nisi firmantiam dare potuerit, debet iurare mandamentum curiæ se tenere, & debet placitare sine pignoribus, sed ipse homo vel fœmina debet tenere astaticum infra ambitum ciuitatis, si Vicecomes, vel Episcopus voluerint, donec ipsa querimonia sit terminata. Et si fortè sine consilio Vicecomitis, vel Episcopi de ciuitate exierint, poterunt illum vel illam, iterum Vicecomes, vel Episcopus, vel Baiuli eorum capere vel distringere ad volũtatem suam, B *vbicumque illum, vel illam inuenerint. In causis huiusmodi debet obseruari iustitia; quòd ex parte eius qui iustitiam fouerit, nomine iustitiæ nulla pecunia exigatur, sed solummodò rationabiliter, & moderatè expensæ. Ex parte verò condemnati rationabiles iustitia & expensa. Consuetudo est in villâ Biterris, quòd si aliquis homo vel fœmina pro quolibet delicto intrauerit quamlibet Ecclesiarum, vel aliquod hospitale Biterris, causâ salutatis, exeat absolutus; si verò ad tabulas nummulariorum, vel ad apertoria,* C *vel domos ciuium Biterris confugit, non debet inde violenter extrahi, sed tantùm à baiulis curiarum custodiri. Est etiam consuetudo, quòd si homo vel fœmina iurauerit se manere per annum in villâ Biterris, debet esse liber ab extractione sicut alij homines Biterris, quandiu Biterris manserit; Et si fortè aliquis homo vel fœmina, Biterris vendiderit suum bladum ad suam eminam vel sestarium, nulla pœna debet eum inde sequi, nisi tantùm quòd emina vel sestarius potest frangi. Si quis in villâ Biterris decesserit, & præsens hæres non comparuerit, bona eius debent apud religiosa loca, vel apud fideles sequestres per annum & diem* D *reseruari; & si tunc hæres non comparuerit, apud eum in cuius burgo decesserit, bona ipsius remaneant. Habeant præterea homines Biterris ex donatione quam dominus Rogerius inde eis fecit, quòd omnis homo qui Biterrium venerit causâ manendi ex quacunque parte venerit, sit liber & solutus ab ipso Vicecomite, & à quocumque dominio, & ab omni seruitute, sicut alij homines Biterris. Dedit etiam dominus Rogerius, & dimisit in perpetuum hominibus Biterris, quòd non darent leddam apud S. Tyberium. Hæc omnia sicut superiùs scripta sunt, ego*

A *Bertrandus de Seissaco fidelis tutor Raimondi Rogerij Vicecomitis Biterris per me, & per ipsum Vicecomitem laudo, confirmo in perpetuum valitura, quæ audiuimus & cognouimus, omnia ea esse vera ab antiquis & probis hominibus Biterris, & promitto per me & Vicecomitem quòd nunquam contra veniemus, vel venire faciemus, aliquo modo, vel aliquâ occasione, vel alicuius suggestione, sed omnia sicut supradicta sunt, tenebimus & obseruabimus, firmiter, & fideliter tibi domino Gaufrido Biterrensi Episcopo, & successoribus tuis, & vniuerso populo villæ Biterris, saluâ tamen* B *fidelitate Vicecomitis: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta quatuor Euangelia. Tracta autem hæc apud Biterrim in palatio Vicecomitis, anno Natiuitatis Chri-*
sti MCXCIV. *regnante Rege Philippo, 2.* 1194.
Idibus Augusti, præsentibus Adaleisse Comitissâ, Arnaldo Ramundo Vicario Carcassonensi, Guilielmo Assalito Vicario Reddensi, Rigaldo de Monteregali, Galliardo de Fangiaus, Stephano de Seruiano, Berengario de Lignano, Salamone de Fulgariis, Guilielmo de Casulis, Petro Raimundo de Columberiis, Raimundo fratre eius, Raimundo de Corneliano, C *Berengario de Tesano, Ermengando de Fabresano, Bernardo Pontio de Montadino, Bernardo de Biterri, Pontio de Bessiano, Berengario de Iourles, mandamento omnium prædictorum, in operatorio Bernardi Cota, ipso præsente, Bernardus Martini hæc scripsi.*
Valdensibus autem Biterris hæresim suam disseminantibus, iniit pactum cùm Episcopo idem Vicecomitis tutor, vt iunctis viribus eos propulsa-
rent: obiit 1199. 2. Idus Maij, vt ha- 1199.
betur in martyrologio Ecclesiæ maioris Massiliensis.

D 32. GVILLELMVS DE ROQVE- ROQVESEL.
SEL III. Abbas S. Aphrodisij, Priorque de Cassiano, & Canonicus S. Nazarij: paucis diebus ab obitu Godofredi eligitur 1199. Englicio clientelaris fidei titulo quasdam terras Lignani concessit ex archiuis Cathedralis: testis & an. 1200. in feudi venditione factâ Canonicis S. Nazarij, à Bernardo de Montesquiuo, & Guillelmâ vxore pretio 1150. Melgoriensium solidorum; nominatur item præsens actui quo datur licentia per Raimondum Rogerum Canonicis S Nazarij, vt D. Petri de Bosco Ecclesiam

munirent contra Valdensium impetus, ne rusticanam basilicam inuaderent, aut eam diriperent, eorum in dies apud Biterras numero crescente. Anno autem 1204. liberatur per Vicecomitem ab onere quinquaginta militum, quos belli tempore suis stipendiis alebat Episcopus; & eodem anno, Guillelmus feudum à Pontio de Ceiras acquisitum dedit
1105. Abbati Anianæ. Denique 1105. occisus est iste Guillelmus de Roquosello famulorum suorum fraude, iacet in Ecclesiâ Prioratus sui de Cassiano: huius epitaphium legitur in claustro quod adhæret parieti Capellæ S. Priuati: vnde facilè creditur illam Capellam cùm mausolæo ad honorem illius sepulturæ esse constructam.

33. ERMENGAVDVS, defuncto Guillelmo adlectus Pôtifex è gremio Canonicorum 1105. acquisiuit aliam partem burgi de Maureliano, quæ fuerat Arnaudi & Ermengaudi de Maureliano fratrum, illámque dederat in pignus Richerio patri Garsindis, vno è sicariis qui Trincauellum Vicecomitem trucidauerant: quia verò omnia bona illorum fuerant fisco Vicecomitis adiudicata, dictáque Garsindis in bonis paternis per Rogerum Vicecomitem Biter. restituta, concordarunt, ac præfata Garsindis pro 575. solidis Melgor. reliquit omnia iura sua Episcopo: Raimundus de Florenciaco cum Aiciâ vxore vendiderunt ei Præsuli tertiam partem burgi memorati pretio 1500. solid. Melgoriensis monetæ, quæ pars tenebatur ab Ecclesiâ Cathedrali: biennio post Guillelmus Seguierius feudum Diuisani tradidit
1108. Episcopo, qui anno 1108. fatis defungitur.

1612. 34. RAIMVNDVS NIGER factus primò Clericus S. Nazarij, Canonicus erat Præpositus annualis Capituli 1101. tum Sacrista eiusdem Ecclesiæ 1102 & 1106. dicitur Archidiaconos, præsens quando Ermengaudus acquisiuit tertiam partem burgi de Maureliano à Raimundo Florenciaco. Episcopatum autem consequutus circa an. 1108. donauit pro constructione Ecclesiæ Cathedralis 1000. solidos Melgor. tum pro fundatione vnius Hebdomadarij perpetui 4700. solid. quam summam in suâ vltimâ voluntate auxit tribus aliis millibus. Vix fuit Episcopus per annum, exemptus è viuis 10. Aprilis, iacet in Ecclesiâ Cathedrali.

35. REGINALDVS DE MONTPESLIER, III. ex Canonico sancti Nazarij ad Episcopatum subuectus præerat anno 1209. Hunc asserit Plantauitius Episcopus Lodouensis interfuisse translationi S. Fulcrandi ex Capellâ D. Michaëlis Ecclesiæ Lodouensis ad basilicam S. Genesij, sed verè erat tantùm Canonicus Biterrensis, sicut & alij volunt ipsum Episcopum creatum, morienri Raimundo de Guillelmis qui & de Maderiis auunculo suo adstitisse anno 1197. sed sicut anno nono non erat Episcopus, neque septimo. Eodem Præsule, Biterræ ab exercitu Crucesignatorum contra Albigenses congregato, propter hæresim expugnatæ, & internecione deletæ sunt, an. 1209. Duce Simone Monfortio: de hac expeditione illustris locus apud Petrum Monachum de Vallibus cernaij Historiæ cap. 16. ERAT *Biterris ciuitas nobilissima, sed tota veneno hæreticæ prauitatis infecta, nec solùm hæretici erant ciues Biterrenses, sed erant raptores, iniusti, adulteri, latrones pessimi, pleni omni genere peccatorum. Non sit onerosum lectori si de malitiâ dictorum ciuium aliquid specialiter disseramus. Pergebat quadam nocte in ipso diluculo sacerdos quidam ciuitatis illius, ad Ecclesiam diuina celebraturus mysteria, portans calicem manibus suis: quidam autem de Biterrensibus qui se posuerant in insidiis, arripientes sacerdotem illum, & vehementer verberantes, fracto brachio, ipsum grauissimè vulnerarunt, accipientésque calicem quem tenebat sacerdos, ipsúmque discooperientes, minxerunt in eo in contemptum corporis & sanguinis Iesu Christi. Alibque tempore, ciues sæpedicti in Ecclesiâ B. Mariæ Magdalenæ quæ in ciuitate dictâ sita est, dominum suum Vicecomitem Biterrensem Trancauilum, traditores pessimi interfecerunt, Episcopo etiam suo, qui Vicecomitem ab illorum manibus defendere nitebatur, dentes confregerunt, &c. Antequam Crucesignati ad Biterrensem peruenirent ciuitatem, Vicecomes Biterrensis Raimundus Rogerij nomine,*

nobilis quidem genere, nepos Comitis Tolosani, qui sectans auunculi prauitatem, in nullo hæreticos comprimebat, promiserat firmissime Biterrensis ciuibus ciuitatis, quòd eos nullatenus desereret, sed cùm ipsis ad mortem vsque perseuerans, in sæpe dicta ciuitate aduentum Christi militum expectaret. Sed cùm nostros appropinquare audiret, pacti oblitus, fœderis nescius, fidem frangens, confugit Carcassonam aliam suam nobilem ciuitatem, plures de Biterrensibus hæreticis ducens secum: peruenientes igitur Biterrim nostri transmiserunt in ciuitatem, ipsius ciuitatis Episcopum, qui exierat obuiam eis, magistrum videlicet REGENALDVM DE MONTEPESSVLANO, *virum ætate, vitâ, scientiâ venerandum. Dicebant siquidem nostri, quod causâ perdendorum hæreticorum aduenerant, mandaueruntque ciuibus Catholicis, si qui erant, vt in manus ipsorum traderent hæreticos, quos idem venerabilis Episcopus qui eos plenè nouerat, & etiam in scriptum redegerat, nominaret, vel si istud facere non possent, exeuntes de ciuitate dimitterent hæreticos, ne perirent pariter cùm eisdem. Quod verbum cùm sæpe dictus Episcopus ex parte nostrorum memoratis ciuibus retulisset, noluerunt adquiescere, sed se aduersùs Deum & Ecclesiam erigentes, inito cùm morte fœdere, elegerunt potiùs mori hæretici, quàm viuere Christiani: priusquam enim nostri eos aliquatenus expugnarent, exierunt quidam de ciuitate, coeperùntque nostros sagittis acriùs infestare, quod videntes seruientes exercitus, qui publicâ linguâ dicuntur Ribaldi, cùm indignatione maximâ muros adeunt ciuitatis, nobilibúsque exercitus nescientibus, & penitùs inconsultis, facto insultu ipsâ horâ, quod dictu mirabile est, capiunt ciuitatem. Quid plura? statim intrantes, à minimo ad maximum omnes ferè necati, tradentes incendio ciuitatem. Fuit autem capta ciuitas sæpedicta in festo S. Mariæ Magdalenæ. O iustissima diuinæ dispensationis mensura, sicut in principio huius libri diximus, dicebant hæretici B. Mariam Magdalenam fuisse Christi concubinam, præterea in Ecclesiâ ipsius quæ erat in ciuitate, sicut supra tetigimus, ciues Biterrenses dominum suum occiderant: Episcopo suo dentes confregerant. Merito igitur in illius festiuitate capti sunt & destructi, de quâ contumeliosa tot dixerant, cuius etiam Ecclesiam sanguine domini sui, Vicecomitis videlicet, nec non Episcopi fœdauerant canes impudentissimi. In eadem etiam Ecclesiâ, in quâ, vt sæpè dictum est, dominum suum occiderant ciues Biterrenses, ipsâ die captionis ciuitatis, fuerunt vsque ad septem millia de ipsis Biterrensibus interfecti. Notabiliter est notandum, quòd sicut ciuitas Ierusalem 42. anno à passione Domini nostri, à Tito & Vespasiano fuit destructa, ita ciuitas Biterrensis 42. anno ab interfectione domini sui per Francigenas est vastata: hoc quoque non est omittendum, quod sæpe dicta ciuitas multoties deuastata fuerit ob caussam superiùs memoratam, semper in die festi S. Mariæ Magdalenæ, in cuius Ecclesiâ tantum scelus perpetratum fuerat, dignam recepit eiusdem sceleris vltionem.* Eadem fermè habet auctor Anonymus libri, cui nomen, Præclara Francorum Facinora. Capta Biterra cessit in dominium Simonis Monfortij, qui partem toparchiæ Castri noui iuxta Vendras tradidit Reginaldo 1210. quíque etiam nobiles adegit anno 1211. decimas quas feudi titulo occupabant, imposterum Episcopis restitui, vnde hi reperiuntur in archiuis Episcopalibus inter cæteros proceres Septimaniæ has cessisse, Guillelmus de Thesan decimas Thesani & Aspirani, Guillelmus Seguierius Bouiani, Berengarius de Moresio Caletes, Guillelmus & Rogerius de Fulgeriis, Fulgerias, Raimundus de Lair, Roiani, Arnaldus de Gignac, Pereti, Raimundus de Columberiis, Columbarias, Guillemeta & Maria de Montepetrosâ, Pousolas, Berengarius & Guillelmus, Maraussani, Atracerius de Cabrairol, S. Petri de Valetâ & S. Genesij de Grasano, Ioanna & Iaqueta de Seruiano, de Lunas, Bernardus Gaucelinus de Seruiano, Seruiani, Dulcia Arnaldi, Iuncellæ & Dianæ, Guido de Rocosels, Rocoselli, Bernardus de Rocabruno, Rocabruni, & Raymundus Berengarij de Murouèteri, decimas de Murouèteri; sic omnes fermè nobiles huius diœcesis Biterrensis, in manus suas ipsi remiserunt plusquam centum Ecclesias, quarum ipsi possidebant decimas, seu iure feudi, siue per puram vsurpationem. Anno 1210. Simon Monfortij Comes Tolosanus, illi etiam donauit castrimonnium in termino & parochiâ de Venere cùm

iuris

iurisdictione. At Reginaldus eodem anno cessit Bernardo S. Afrodisij Abbati decimam Faissani, quam tamen abstulit posteà, & S. Nazarij Capitulo obrulit. Legendus verò Almaricus Augerius Biterrensis Occitanus, à patriâ sic dictus, qui scripsit de bello contra Albigenses, citátque illum Card. Baronius qui etiam vitas summorum Pontificum edidit: huius opera seruantur in bibliothecâ Pontificiâ Vaticani.

XXXVIII. 36. PETRVS D'ARFEVIL II. Canonicus Biterrensis 1207. quo anno Raymundus Niger erat maior Archidiaconus & Præpositus Capituli. Raimundus Vceticensis Episcopus, summi Pontificis Legatus, illi iniunxit, vt sedaret controuersiam de pedagiis Episcopi Lodouensis ac ciuium anno 1212. quæ à Comite Rutenensi fuerant acquisita, de quibus vide Notitiam Episcoporum Lodouensium: Vix per annum sedit, moritúrque eo tempore, quo Montisfortis Comes cùm Episcopis Occitaniæ Biterris agebant de bello contra Albigenses. Non pigebit addere in fauorem Ecclesiæ Cathedralis Biterrensis, habuisse Canonicos, qui ad fastigium Episcopatus aliarum Ecclesiarum, præsertim Metropolitanæ Narbonensis euocarentur, sicut iis temporibus Petrus Amelius vir egregius, ex Clerico S. Nazarij 1201. fit Camerarius 1216. & 1226. Archidiaconus maior Narbonensis, demum fuit Archiepiscopus; is habuit Concilium prouinciale Biterris 1231. obiit 1245. iacet in Ecclesiâ de Cassiano, in quâ fundauit quatuor Capellanos, seu Canonicos seculares; pro illo fiunt obitus in Ecclesiis Narbonensi, Biterrensi, & Cassiani. In locum autem Petri subrogatur.

37. GVILLELMVS IV. Parisiensis Ecclesiæ Archidiaconus, qui inter Crucesignatos ad bellum sacrum aduersùs Albigenses processerat, & Biterris tum degebat, cùm ad Episcopatum postulatur, de quo hæc Monachus Vallium Cernaij Histor. 1212. c. 65. sub annum 1212. *Dum autem essemus apud Biterrim, & Sedes Episcopalis vacaret, Canonici illius Ecclesiæ communi assensu elegerunt venerabilem Archidiaconum Parisiensem Guilelmum in suum Episcopum & Pastorem, sed ipse nullâ ratione ad hoc potuit induci, vt electioni eorum assensum præberet.* Quem etiam mirificis præconiis extulit idem Petrus Monachus cap. 41. verba eius sunt: Erat in exercitu vir venerabilis, Guillelmus videlicet Archidiaconus Parisiensis, qui zelo fidei Christianæ succensus, totum se pro Christi seruitio laboriosis sollicitudinibus exponebat: prædicabat quotidie, instituebat collectas in sumptus machinarum, cæteráque huius necessariæ sedulitatis officia prouidus exercebat. Ibat sæpissimè ad nemus, ducens secum multitudinem peregrinorum, & ligna ad vsus petrariarum deferri copiosissimè faciebat. Quadam etiam die, cùm nostri vellent quandam machinam erigere propè castrum, vallísque profunda eos impediret, vir magnæ constantiæ, vir feruoris incompatabilis, aduersùs huiusmodi impedimentum, in spiritu consilij & fortitudinis pernecessarium excogitabat remedium. Peregrinos siquidem ducens ad nemus, iussit afferri lignorum abundantiam copiosam, vallémque illam lignis, terrâ, lapidibus impleri fecit: quo facto, nostri dictam machinam, in loci illius planicie locauerunt. Et quia non possemus omnes prouidas & sollicitas strenuitates dicti Archidiaconi, laborésque quos in dictâ obsidione sustinuit, ad plenum exprimere, breuiter hoc asserimus, quòd huic præ cæteris, imò soli post Deum, adscribenda est peruigil, & diligentissima huius obsidionis cura, victoria captionis. Erat siquidem sanctitate præclarus, consilio prouidus, animo virtuosus: cui in huius negotij exercitio tantam gratiam diuina virtus contulerat, vt in omnibus quæ ad obsidionem necessaria videbantur, peritissimus haberetur. Docebat quippe fabros, carpentarios instruebat, omnémque artificem in edocendis his quæ ad obsidionis spe ctabant negotium, superabat, implere faciebat valles, sicut iam dictum est, itémque cùm necesse esset, altos colles profundis vallibus adæquari. Et eodem capite subdit: *Archidiaconus Guillelmus confratrias instituens, collectas, sicut diximus, faciebat, & quidquid exterquere poterat exactor egre-*

gius, pius raptor, in machinas & cætera ad obsidionem (castri Termarum) *pertinentia, sollicitus impendebat.* Tametsi autem hic Guillelmus apponatur tanquam Præsul Biterrensis, re verâ nihil Episcopale gessit.

S. Gervais. 38. Bertrandvs de Saint Gervais i. in locum Guillelmi successit iam ab anno 1213. illi remisit Bernardus de Biterris vnus è feudatariis Episcopi, omne ius quod ipse putabat ad se pertinere in equo & cappâ, & quolibet ornamento Episcopi nouiter intrantis palarium Episcopale. Ille acquisiuit molendina de Carleto à Petro Veirato, & condamioas ad Spiranum: quamuis autem Comes de Monteforti donasset Castrumoouum Reginaldo Episcopo, tamen quia in illo Guillelmus Ato de Corneillano petebat seniorium, ei iuri renunciauit, mediantibus 120. solidis Melgoriensibus, quos eius hæredes relaxarunt, ex tabulis publicis Episcopatus. Ad Innocentem 3. scribit, vt eum ad bellum Albigense prosequendum excitaret contra Tolosæ Comitem, cùm iam esset in procinctu Pontifex inire fœdus pacis: idem Bertrandus emit 60. solid. Melgor. domum apud Lieuranum, vt habetur in actis Episcopatus.

Cvxiaco. 39. Bernardvs de Cvxiaco iv. fit Episcopus post Bertrandum, qui à diuersis nobilibus viris acquisiuit castrum & honorem de Linhano à suis antecessoribus alienatum, & in 1214. feudum dedit 1214. in territorio Biterrensi quandam terræ porrionem Guillelmo ac Bernardæ coniugatis, ex cartophilacio Episcopali: Insequeoti anno adsuit Concilio Monspeliensi, ac per id tempus Amalricus de Mootemorello cessit ei quidquid possidebat in suburbio Biterrensi: mense Ianuario anni 1216. Guillemeta de Rodemol Bernardo etiam diuendidit 2000. solid. alteram porrionem molendini de Carleto apud Liohanum. Cùm autem Ecclesiæ & decimæ suæ diœcesis essent in manu suâ, taoquam antehac Reginaldo Episcoparui restitutæ, ad huiùsce rei libertatem obtinuit bullam ab 1216. Honorio 3. 1216. qui eas omnes diplomate Apostolico donauit, vt fertur in pancartâ nigrâ, vbi extant aliæ bullæ Pontificum, quibus basilica S. Nazarij cùm omnibus suis immunitatibus Episcopio indultis, confirmatur. Idem aono 1217. 11. Aprilis acquisiuit à Mariâ de Biterris viduâ Berengarij de Lignano 6000. solid. dominium feodorum & terrarum in loco de Lignano, teste Stephano de Murouereri: & 1218. dimisit Bernardo Abbati S. Tiberij ius in decimâ Firmiani, posteáque an. 1221. summâ 1221. 400. solidorum comparauit à Petro Seguerio & Hermesindâ coniuge insulam Carleti, cùm bosco Ermengaudi, adstantibus Capituli primariis viris, ac Stephano Engilberto Archidiacooo S. Nazarij. Amalricus Dux Narbonæ, Comes Tolosæ, & dominus Montisfortis, tam pro se quàm pro Guillelmo patruo, & Vuillelmo fratre, donauit Bernardo Episcopo castrum de Casulis, quod recognouit ab ipso teneri, sicut in quadam concordiâ factâ cùm Senescallo Carcassonensi cootinetur. Aono 1227. 1227. idem Bernardus legauit 5000. solid. Melgor. pro ædificio Ecclesiæ monasterij Vallismagnæ: quædam etiam à Bertrando Descadousens acquisiuit an. 1229. vti & 1230. pro 2000. solidis ius in castro & terris de Marauslan. Hoc eodem anno cùm Adamo de Millaco Regis in partibus Occitaoicis Progubernatore transactionem confecit de iustitiâ, feodis, & iuribus Episcopi cùm Rege, io vrbe, ac territorio Biterrensi: circa annum 1231. 1231. Concilium Biterris celebratur, cuius statuta condita præsidente Apostolicæ Sedis Legato; cessit verò 1232. præceptori de Pedenasio Ecclesias, pro quibus soluit ei annuatim duo modia frumenri, ac duo hordei, comparauítque emptione toparchiam de Gabiano 1234. & 1236. 26. Septembr. dirimit litem inter Petrum Lodouensem Præsulem et ciues suos, demum obiit 23. Ianuarij 1241. vel sequenti, vt notat vetus liber Capituli.

Valiovqviz. D'azur à vn cor d'argent. 40. Raimvndvs de Valiovqvez ii. Monspeliensis, de prosapiâ dominorum de Murles, creatus Episcop. interfuit consecrationi Guillelmi de Casulis Episcopi Lodouensis apud Pedeoasium, cùm Agathensi & Magalooensi. Præsens cessioni Trincauelli Vicecomitis Biterræ & Carcassonæ, Raymundi Rogerij filij,

omnium iurium quæ possidebat apud Biterras & Carcassonam, confecto originali apud Biterras, inquit » carta, in plano S. Felicis iuxta Ecclesiam anno 1247. 7. Idus Aprilis, in
1247. » præsentiâ & testimonio Guillelmi » Narbonensis Archiepiscopi, Pontij » Agathensis, Raimundi nostri Biterrensis, Guillelmi Lodouensis, Raimundi Abbatis Villæmagnæ, Abbatis S. Pauli Narbonæ, Abbatis S. Tyberij, Pontij de Sragno Prioris de » Cassiano, Iacobi Abbatis S. Aphrodisij, Berengarij, Guillelmi domini Clarimontis, Deodati de Bouhachiis, » Gualfredi domini Falgariarum, Pontij de Olargio, Sicardi de Muroueteri, Guillelmi Raimundi de Columbariis, Guillelmi de Lodeuâ, » Guillelmi de Thesano, Raimundi » de Cane Suspenso, Guillelmi de » Roquosello, & aliorum qui recensentur in autographo Episcopalis tabularij per Catellum typis edito l. 4. Commentariorum Occitaniæ. Fundauit cùm suo Capitulo 1249. duo-
1249. decim Hebdomadas, ac rescidit numerum Canonicorum. Ille autem mediator vnà cùm Guidone Archiepiscopo Narbonensi extitit, obortæ controuersiæ inter Guillelmum de Broâ Archiepiscopum Narbonensem, & Amalricum Vicecomitem, pro multis grauaminibus & iniuriis à Vicecomite Archiepiscopo illatis, instrumento archiuij Cathedralis Narbonensis. Cæterùm Biterris habita est Synodus, Canon. 22. qui extant apud Sorbinum & in Summâ Conciliorum Coriolani: vniuit & 1246. Ecclesiam de Bassano Cathedrali: condidit plura statuta 1249. cùm Capitulo, quæ recensere longum esset, fundauitque eodem anno vnum Hebdomadarium perpetuum attributis 45. sextariis frumenti & 45. hordei super Ecclesiâ de Serignano. Vnà cùm Capitulo adiunxit basilicam de Turrillis Ecclesiæ de Paillerüs, cuius Rector pro augmentatione suæ sustentationis debet habe-
1254. re vnum modium arraonis. Porrò in Actis cuiusdam Concilij prouincialis habiti Biterris 1254. cuius canones manu exarati seruantur in tabulario Episcopali, Raimundus hic de Vailhauquesio primum Suffraganeũ Archiepiscopatus se se indigitat: die 8. Id. Iunij 1261. postremum diem obiit.

41. Pontivs de Saint Ivst nepos Raimundi, filius fuit Bernardi de S. Iusto propè vrbem Lunelli, & Æglinæ dominæ de Castris & Porsiano in diœcesi Monspeliensi, auunculum quoque habuit Bertrandum de S. Iusto Episcopum Agathensem, in carceribus Friderici Imperatoris enecatum, dum iret ad Concilium, quem Pontius Capuâ Biterras deferri curauit, & sepeliri in mausolæo elato in Capellâ S. Michaëlis Ecclesiæ Cathedralis. Primò fuerat Canonicus Biterrensis, post Camerarius, inde Archidiaconus maior, demùm insulis Episcopalibus ornatus circa an. 1261. Fundauit duos 1261.
Hebdomadarios in Cathedrali, pro quorum dote vniuit Ecclesiam de Maraussano dictæ Ecclesiæ Biterrensi: vnusquisque autem illorum debet accipere sicut vnus aliorum Hebdomadariorum, hoc est medietatem Canonici. Graue dissidium habuit mense Maio anni 1264. cùm Capitulo & Canonicis Ecclesiæ sæcularis ac Collegiatæ D. Aphrodisij, quod sine eius placito Petrum Vesiani Abbatem elegissent, vnde & Pontius Canonicos anathemate ferijt; sed lis ista per Guidonem Episcopum Sabinensem dirimitur, decreto promulgato in vrbis palatio Episcopali 29. Iunij eiusdem anni, coram Petro Agathensi Præsule, Petro S. Iacobi Biterrensis Abbate, aliísue de Clero Diui Nazarij. Construxit duo Hospitalia, vnum pro Leprosis vltra flumen Orbis, aliud citra, in capite pontis, in quo voluit esse 30. Moniales & tres Capellanos, ídque permittente Bonifacio 8. & Philippo Rege, quibus donauit decimam de Pontiano, vacaturam per obitum Petri Bedotij Eleemosynarij S. Nazarij: acquisiuit & ab Eduardo de Maleduno partem dominationis de Casulis, qui locus Baroniæ titulo claret, cuius membra erant castra de Maureliano, de Montadino, & alia vicina. Auxit quoque an. 1272. lumi- 1272.
nare altaris maioris, pro eo largitus Sacristæ tertiam partem decimæ de Luco, & nouem cartalia olei, ex publicis documentis Cathedralis: mensæ Episcopali vniuit pariter portionem toparchiæ de Casulis quam suo ære acquisierat: anno verò 1276. Concilium Biterris celebratur à Si-

S. Ivst.
De gueulle à vne etoix d'or.

mone Cardinali S. Ceciliæ Legato Apostolico; præsens.1283 electioni Petri Narbonensis Metropolitani cùm aliis Coepiscopis suis; in solemnibus item exequiis apud S. Iustum Narbonæ Regis Philippi 3. Audacis Perpiniani extincti, interfuit noster Pontius, dum eius viscera in choro terræ condita sunt: ipse verò ad alteram vitam migrauit 1293. De hoc in veteri memoriali scriptum legitur:
1293. *Anno Domini 1293. obiit Reuerendus Pontius de S. Iusto Biterrensis Episcopus, & anno 1299. translatum fuit eius corpus & positum in sepulchro suo marmoreo, quod est in choro Ecclesiæ Biterrensis*, humatus nempe ante Capellam D. Michaëlis.

COLOMBIERS. D'argent à 3 corneilles de sable, becquées & membrées de gueulle.

42. RAIMUNDUS DE COLOMBIERS, III. Canonicus erat Ecclesiæ Cathedralis an. 1279 antequam sedem istam administraret 1293. de cuius mandato Raymundus Guibertus Rector de Colombariis eius nepos fundauit vnum Hebdomadarium, pro quâ dotatione largitus est 5000. solidos Melgorenses: sub ipso nauis basilicæ maioris ampliata est:
1294. obiit anno 1294. vt notat vetus codex Capituli.

43. GUILLELMUS IV. an. 1295. Cathedram Biterrensem regebat, de quo nihil habemus nisi epistolam Bonifacij 8. Pontificis quæ habetur in Sexto Decretalium, super formâ degradationis. Vitam finiuit 1298. ex citato memoriali Episcopatus.

FREDOL. D'argent au chef de synople.

44. BERENGARIUS DE FREDOL, II. Senior Cardinalis Biterrensis, dominus de Veruna propè Monspelium, oriundus de Castro Bennâ Magalonensis diœcesis apud Almaricum Augerium Biterrensem: adhuc iuuenis deligitur Canonicus, posteà Succentor S. Nazarij, Abbas & Beati Aphrodisij in vrbe, Biterrensis dein Pon-
1298, tifex renunciatur ad an 1298 sub eo per Metropolitanum Ægidium Ameliini Biterris duæ Synodi annis 1299. & 1302. celebratæ sunt. Fuisse inter Doctores Iuris Canonici suo tempore charissimos, constat ex auxilio quod præstitit in condendo libro Sexto Decretalium Bonifacio 8. cuius extiterat Capellanus, adiuuantibus Ricardo de Senis Cardinale, & Guillelmo Ebredunensi Antistite Clemente v. electo ad summi Pontificatus apicem, ab eo Purpurâ insignitur in primâ creatione Lugduni 1305. tit. SS. Nerei & Achillei, posteà Episcopus Tusculanus Boccamatio successit 1309. dictus perperam Stedelli, pro Fredoli à Ciaconio. Consentiente summo Pont. suóque Capitulo, xenodochium institutum per Pontium decessorem in Monasterium Sanctimonialium commutauit, quod Sanctorum Nazarij & Celsi nuncuparetur; tabulas in Capitulo S. Nazarij 23. Octob. 1305. editas recitat Andoqus in Historiâ Episcoporum. 1305. Cùm autem obijsset Clemens v. grauisque esset discordia de eligendo nouo Pont. omnium Cardinalium suffragia propendebant in electionem, vel Cardinalis Biterrensis, aut Arnaldi de Pellegrue, adeò vt increbrescente dissidio compromiserint in Iacobum d'Ossa, qui seipsum elegit, dictus Papa Ioannes XXII. prout docet Ioannes Villanus Historicus Florentinus, quem citat v. cl. Bosquetus Lodouensis Præsul in suis Notis ad Clementem v. Obiit Berengarius Auenione 5. Idus Iunij circa an. 1323. cuius corpus à Guillelmò Fredolo nepote & successore elatum, sepelitur in Cathedralis capellâ Sancti Stephani. Iurisprudentiæ scientiâ clarissimus ad Guillelmum de Mandagoto Archidiaconum Nemausensem, à quo libri de electionibus Prælatorum nuncupatione honestatus fuerat, vicissim ipse volumen scripsit super Summam Ostiensis; aliásque edidit lucubrationes. De eo inter cæteros legendus Vghellus tomo 1. Sacræ Italiæ. 1323.

45. RICARDUS obtinuit Episcopatum vacantem per promotionem ad Cardinalatum Berengarij sub an. 1305. cùm superiori habita esset synodus Episcoporum in vrbe suâ, pro decimâ colligendâ in prouincijs Narbonensi, & Lugdunensi, ex placito eorum Regi Philippo Pulchro concessâ: ab eodem Principe delegatur cùm Sicardo de Barro ad partes Tolosanas, pro nouâ regij ærarij Flandrensis administratione, ac Romam profectus cùm aliis Præsulibus, vti memoratur in veteri registro. Excepit 1305.

clientelam Salomonis de Fulgeriis A pro roparchiâ de Carlenguas 1306. eodem anno terras è mensâ Episcopali apud territorium de Casulis commutat. Coram dicto Ricardo & Canonicis an. 1307. facta fuit fundatio per Cardinalem Berengarium in Ecclesiâ Cathedrali, & in Capellâ nouiter constructâ sub inuocatione S. Spiritus, de sex Capellanis, pro quorum sustentatione attribuit prouentus Ecclesiæ Bayssani, & aliarum basilicarum in territorio Biterrensi, quod confirmatur ab ipsomet Pontifice 1307. 8. Aprilis & à Rostagno de Claromonte Præcentore, aliisque B Canonicis S. Nazarij. Paucissima habemus de eo instrumenta, quia per annos tres tantùm sedit, mortuus die 10. Maij 1309. ex Martyrologio S. Nazarij.

46. BERENGARIVS FREDOL, III. Cardinalis Portuensis, cognomento Iunior, superioris nepos, post excessum Richardi Biterrensem Ecclesiam regendam suscepit 1309. Canonicus anteà & Camerarius S. Nazarij: eodem anno confirmatur Episcopus, vt docent archiua Cathedralis, in quibus reperitur anno 1311. excepisse C Guillelmum de Montepesato ad hominium feodi de Montibello; anno item 1312. mense Octobri furnum ad bannum de Casulis ad censum oppignerauit. Notat dominus Bosquetus Episcopus Lodouensis in libro Pontificum Gallicorum Auenione commorantium, eum Berengarium in secundâ promotione Clementis v. creatum fuisse Cardinalem: certè à superiori patruo eum differre, duósque Berengarios Cardinales eiusdem nominis & cognominis extitisse, rectè probat Contilorus ex libro Obligationum Vaticani, primum Seniorem D Tusculanum, alterum Iuniorem Episcopum Portuensem, ambos à Clemente inter Cardinales adlectos; & verò Ciaconius ac Frizonus, vnum fuisse Berengarium asserentes, duos enumerassent, si Vaticana monumenta inspexissent: hæc Vghellus notat tomo 1. Italiæ Sacræ in Episcopis Portuensibus. Moritur Berengarius Iunior, die 24. Aprilis 1316.
1316. cuius etiam meminit repertorium vetus Episcoporum, conditum à Toisonio Canonico Biterrensis Ecclesiæ anno 1515.

47. GVILLELMVS FREDOL V. FREDOL. fratri Berengario successit, germanúmque alterum habuit Andream Magalonensem Antistitem: permutauit anno 1316. cùm Arnaldo de Lairo quasdam terras secus stagnum de Cailan, pro dominiis feudalibus in territorio de Casulis: fundauit vnum obituarium an. 1318. pro animâ Petri Fredoli domini de Verunâ 1318.
parentis. Illi plura fuerunt præstita hominia à nobilibus qui circa vrbem feuda possidebant, quæ ab Episcopo Biterrensi tenentur: etenim Iacobus Calueti miles, & Guillelmus de Pataut eius nepos domicelli de Villanouâ. reddiderunt clientelam 1317. pro condaminâ eorum in decimariâ de Circio, anno 1323. 9. Decembris Hugo de Foussieres condominus de Pezenâ, ab ipso recognouit territorium de Puseco, & Bernardus de Fodillione hominium illi exhibuit 1318. de feudo Carausini. Synodum diœcesanam conuocauit in æde S. Nazarij 17. Aprilis 1310 vbi decreta 1320.
quædam edita sunt contra Iudæos; ipse verò cùm suis Canonicis in Capitulo generali die 1. Maij 1342. condidit statuta & consuetudines Ecclesiæ, habitâ oratione quæ in archiuis Episcopalibus asseruatur, coram Berengario Fredolo nepote primo Archidiacono, Ioanne Albaiam Præcentore, Bernardo de Cailus Sacristâ, Pontio Arhrando Succentore, aliísque Prioribus & Decanis diœcesanis: morti debitum persoluit 23. Decembris anni 1349. tumulatus in 1349.
Cathedralis Capellâ S. Michaëlis.

48. HVGO DE IVGE I. frater IVGE. Petri Archiepiscopi Narbonensis, tum Rotomagensis, ac Cardinalis, efficitur Episcopus circa an. 1350. hoc eodem tempore transegit cùm Pontio de Thesano, & Berengario domino de S. Genesio fratribus pro castro de Aspirano: sequenti an. 1351. 1351.
Narbonensis Metropolita synodum prouincialem Biterris conuocauit 7. Nouembr. cuius acta in archiuis habentur, ei adfuêre Petrus Agathensis, Arnaldus Magalonensis, Elias Vceticensis, Gilbertus Carcassonensis, Ioannes Nemausensis, & cæteri delegati Episcoporum: porrò in hoc conuentu Hugo quæstionem mouit de prærogatiuâ sessionis, vt fusiùs

A habetur apud Andoqum. Concor-
1352. diam iniit 1352. cùm Canonicis suis super decimis, & 1354. solemniter vrbem ingreditur per portam Pontis, Consulibus iuramento pollicitus, nihil quidquam innouaturum in priuilegiis ciuitatis, quemadmodum obseruant vrbis codices publici, quæ non modicum tulit detrimentũ, ruinâ suburbij S. Iacobi, quod Anglis Septimaniam depopulantibus, & Biterris obsidionem minantibus, dirutum fuit, vnà cùm cœnobiis Eremitarum S. Augustini, Franciscanorum, Religiosorum B. Antonij, Monialium S. B Claræ, aliisue basilicis. Hic verò impendit 2000. denarios auri in redemptionem Ioannis Regis captiui in Angliâ. Fundauit mense Aprili
1368. 1368. Vigueriam Cathedralis suæ, eodémque anno conuenit ad Synodum Vaurensem indictam 1. die Maij, cui prætet Metropolitam Narbonensem præsentes adfuêre, Gaufredus Tolosæ Archiepiscopus, Ioannes Carcassonensis, & Bertraudus Conuenarum Antistites, vti fidem faciunt acta MS. in archiuis Biterrensibus. Sub Egidio Narbonensi paulò mox congregatur Concilium Biterris 1370. cui Hugo adfuit, & 1371. C Gregorius XI. ipsius consanguineus, cuius fauore Episcopatum adeptus fuerat, vt illi rem gratam faceret, vniuit sedi S. Nazarij Ecclesiam de Gabiano: Ioannam à Franciâ Philippi Valesij Regis & Blancæ Nauarræ natam, cùm in Hispaniam tenderet, Ioannis Ducis Gironæ vxorem futuram, excepit in palatio Episcopali,
1371. vbi ægritudine occubuit 1371. legatâ pro animæ salute Cathedrali, coronâ aureâ, & margaritis pretiosis: postmodum Blanca eidem Ecclesiæ largitur libras 80. redditus in dominio de Ruel, vt preces ad Dominum pro D salute filiæ à Canonicis funderentur. Cùm autem Hugo Biterris Aueniomem proficisceretur ad salutandum Greg. XI. Pontificem, ibidem excessit è viuis 1371. die 13. aliis XXVII. Iulij, de quo obseruatum legimus in veteri codice S. Nazarij: *Anno Domini 1371. die 13. Iulij obiit Auenione Reuerendus in Christo Pater Dominus Hugo Episcopus Biterrensis, pro cuius animâ Reuerendus in Christo Pater Archiepiscopus Rotomagensis frater illius, & executor illius testamenti, instituit vnum obitum generalem in Capellâ S. Nazarij anno 1375. quo tempore translatum fuit illius corpus ex Auenione, & sepultum in Capellâ S. Eligij Ecclesiæ Biterrensis.* Prætermittimus *Raymundum Nigry* ex familiâ de la Redorte, de quo nihil penitùs habemus in tabulis Biterrensibus, nisi quod Andoqus dicit illum à Gregorio XI. electum, sed à Clero & populo nonobstante illius præcepto reiectum.

49. SICARDVS DE LAVTREC ex Vicecomitibus de Lautreco, frater Archembaldi Præsulis Catalaunensis, cognominatus d'Ambres in tabulis Episcopalibus ac ciuitatis, quia ex prosapiâ dominorum d'Ambres, prognatus erat, parentibus Amalrico, & Margaritâ de Petragoriis, Talayrandi Cardinalis sorore. Eligitur autem die 12. Augusti 1371. ex actis Episcopalibus, regìstra Vaticana aiunt 4. eiusdem mensis; ingressus vrbem cùm solemni apparatu 4. die Decembris sequentis, ad portam Clarissarum Consulibus iureiurando spopondit priuilegia vrbis tutari, tum anno 1374. adornandæ 1374.
basilicæ suæ curam atque animum adiecit, quam variis picturis decorauit, in hanc rem largitus 4000 solid. Melgorij: anno etiam 1377. die S. Andreæ per suum Viguerium admittit iusiurandum clientelæ Consulum Biterrensium, ac 1381. vti habent manuscripta Stephani Storriaci, Ioannis Ducis Biturigum Occitaniæ Gubernatoris iracundiam facundiâ suâ temperauit, qui à ciuibus pessimè habitus vrbi excidium minabatur: Obiit verò Sicardus 22. Iulij 1383. die festo S. Magdalenæ horâ 3. sepultúsque iuxta tumulum Raimundi de Vailhauquesio Episcopi, & Ioannæ filiæ Philippi Valesij, quæ Biterris mortua erat; cuius ossa postmodum relata sunt in Ecclesiam S. Dionysij, curâ Ducis Andegauensis Occitaniæ Proregis.

50. BARTHOLOMÆVS DE MONCALVE succeßit Sicardo, Religiosus anteà Ordinis S. Antonij Viennensis, Præceptórque Laudensis ad Episcopatum vocatur 1384. sed quia 1384.
post inaugurationem distulit visitare limina Apostolorum, ad illum misit Archiepiscopus Tolosanus Papæ Ca-

merarius literas excommunicationis. Ioannes Froissartus in Annalibus refert Carolum VI. Regem Biterras aduentantem 1389. cùm Clerò excepisse extra vrbem, quem S. Nazarij basilicam ingredientem comitabatur à dextris, Duce Borbonio à sinistris adstante. Huius Bartholomæi extant plurima documenta in archiuis Cathedralis, anno enim 1391. mense Ian. ipse ordinauit diuisionem collationum quas habent Canonici, vnusquisque separatim, tam intra quàm extra Ecclesiam Biterrensem: paulóque post cùm Canonicis S. Aphrodisij pacificatur, in controuersiâ temporalis œconomiæ huius cœnobij, quoad nouus Abbas renunciatus fuisset: transegit pariter cùm Capitulo S. Petri Monspeliensis 1397. ratione cuiusdam feudi communis in territorio Biterrensi: Vniuit Ecclesiam S. Ioannis de Gresano 1394. Cartusiæ B. Mariæ de Bellouisu propè Castras, saluo iure Episcopi & Ecclesiæ Cathedralis. Moritur Bartholomæus de Montecaluo anno 1402. 8. Iunij, sepultúsque in basilicâ Antonianâ diœcesis Viennensis, quam anteà multis beneficiis auxerat circiter 1380. vbi ex cartulario Abbatiæ, apud S. Antonium & Xenodochium duas præbendas instituit, pauperibus ac peregrinis erogandas. Sedes Episcopalis vacauit per annos duos, etenim vt notatur in cartulario, die 2. mensis Iunij in vigiliâ Pentecostes 1403. fuère consecrata altaria, maius Sanctorum Nazarij & Celsi, sanctæ Crucis, S. Stephani & B. Eligij Ecclesiæ Biterrensis, per dominum Mitylenensem Antistitem Lesbi insulæ in Ægeo mari, tunc Vicarium generalem in spiritualibus Francisci Archiepiscopi Narbonensis, Sede Biterrensi vacante.

1391. 1402.

51. SIMON DE CRAMAVD Cardinalis, Patriarcha Alexandrinus, creatur Episcopus Biterrensis anno 1404. per Benedictum XIII. Pseudopontificem, refragante Clero, qui ius electionum sibi arrogabat: idcircò in omnibus documentis datis tum Biterris, cartæ inscribebantur Sede vacante. Fuit & Pictauiensis Episcopus, atque vnus è sanctioris Consistorij Consiliariis Caroli VI. Regis, testimonio Iuuenalis des Vrsins, qui eum magnum Clericum nuncupat: de eo consule Archiepiscopos Remenses tom. I.

CRAMAVD. 1404.

52. BERTRANDVS DE MAVMONT II. nobilis Lemouix, accepit Episcopatum Biterrensem anno 1408. vacantem per dimissionem Simonis Cardinalis, in fauorem Bertrandi supradicti, qui de illo fuit prouisus per Benedictum XIII. ac receptus in Ecclesiâ Cathedrali à Capitulo & Canonicis die 14. Aprilis eiusdem anni. Cùm autem coëgisset Benedictus in vrbe Perpiniani Concilium, illi interfuit Bertrandus eodem anno, mense Nouembri, contra voluntatem Regis Caroli; hinc est quòd omnes illius redditus Episcopales ac toparchiæ, fuerunt sub regiâ manu depositæ à Roberto de Chalus Senescallo Carcassonæ: sed voluntate Ducis Biturigum Occitaniæ Proregis, cui acceptus erat Bertrandus, ei fuère restituti. Extat in iisdem scriniis Episcopalibus Præsulis mandatum, diœcesanis suis inscriptum anno 1409. pro celebratione festi Diuæ Annæ; & epistola Caroli VI. ad eundem missa vt excommunicaretur Clignetus de Brabantio Franciæ Admiralis. Consentientibus Bertrando Episcopo, & Oliuerio Ariau vltimo Archidiacono maiore fuit suppressus anno 1419. iste Archidiaconatus Ecclesiæ Cathedralis, mediante pensione 300. librarum annualium, ex quâ suppressione fuère vnitæ Capitulo Ecclesiæ de Venere & de Bouiano.

MAVMONT. 1408. 1409.

53. HVGO DE COMBAREL II. eligitur Episcopus post Bertrandum, de quo nihil habetur in tabulariis, nisi quòd anno 1423. permiserit Iudæis habere Synagogam Biterris, & cimiterium sub annuâ pensitatione grossi argenti, qualibet festiuitate Paschali persoluendâ ab vnoquoque Iudæo. Ciuitas autem Biterris tanta mala passa est propter eius obsidionem à Principe Delphino Caroli VI. nato, vt expugnata anno 1421. penè deleta fuerit, sed de consensu Regis fuit conseruata, soluendo 70000. libr. ad reficiendas Ecclesias destructas: Hugo iste translatus fuit ad Episcopatum Pictauiensem per Martinum V. Pontificem.

COMBAREL. 1423.

54. GVILLELMVS DE MONTIOYE VI. MONTIOYE.

De gueulle diapré d'or, a vne clef d'argent. prouisus à Pontifice Max. de Episcó-
patu Biterrensi bullâ datâ 19. No-
uemb.1424. filius Ludouici de Mon-
1424. tegaudio qui anno 1389. erat Prorex
in regno Neapolitano, seu Magnus
Iusticiarius pro Ludouico Rege. Iste
Episcopus in iucundo ingressu vrbem
Biterrensem depopulatione Anglo-
rum fermè vastatam reperiens, im-
petratis à Carolo VI. multis priuile-
giis, eam pristino decori restituit.
De ipso plura habent cartularia E-
piscopatus, cùm Ioannes Fuxi Co-
mes basilicam, ipsúmque Antistitis
palatium inuasit, & copiis militari-
bus muniuit, de quo vide Andoqum.
Excipit hominium Girardi de la Bri-
cogne Abbatis S. Aphrodisij 1429.
& 1430. interfuit Concilio Narbo-
nensi in Capellâ Magdalenæ palatij
Archiepiscopalis, cùm Gaufrido
Carcassonensi, Petro Lodouæ, Ioan-
ne Agathensi, & Vicariis Generali-
bus Antistitum Magalonæ, Nemau-
sensis, Aletensis, & Elnensis. Admi-
sit pariter clientelam Andreæ Abba-
tis S. Iacobi Biterrarum apud ca-
1433. strum suum de Linhano 1433. nomi-
natus & executor testamenti Iacobi
Borbonij Comitis Marchiæ, Regis
Siciliæ, cùm Petro S. Papuli Epis-
copo. Eius commendatione Ca-
rolus VI. Rex Monspelij tum degens,
Consulatum Biterrensem vrbi resti-
tuit, quo fuerat priuata circiter fe-
stum Paschatis an.1437.& 1442.exci-
pit in palatio Episcopali Mariam An-
degauensem Reginam, Caroli VII.
coniugem: magni nominis Præsul
hic Guillelmus de Montegaudio in
Ecclesiam ac pauperes summâ mu-
nificentiâ propensus, multa bona Ca-
thedrali suæ contulit, námque anno
1443. 1443. sacristiam contiguam Choro
S. Nazarij extruxit; testamenti au-
tem codicillis quæ asseruantur in ar-
chiuio Biterrensi elegit sepulturam
in cimiterio pauperum maioris xeno-
dochij Biterrensis, legauit pro ca-
pellâ S. Nazarij perficiendâ, & par-
tem castri de Linhano: altare maius
ornauit aulæo duplici, gradibus &
imaginibus argenteis deauratis: item
libros suos donauit valoris 2000. li-
brarum, & 4000. pro fundatione
quatuor Capellanorum, supellecti-
lem argenteam statuit impendi ad
vsus exequiarum, demum Capitulo
& Ecclesiæ suæ quædam alia largi-

A tur: vti & monialibus S. Spiritus,
B. Aphrodisij Ecclesiæ, & Domini-
canis Auenionensibus in quorum basi-
licâ sepultus iacet parens Ludouicus
de Montegaudio, in reliquis hæredes
nominat pauperes Iesu Christi. Tanta
porrò fecit, & pro Ecclesiâ suâ pas-
sus est, vt meritò verè sanctus Epis-
copus, Pater Pauperum, propter be-
neficentiam vocaretur. Ad meliorem
vitam transiit die 3. Aprilis an. 1451. 1451.
cadauer humatur in cimiterio pau-
perum Ecclesiæ S. Felicis, nullâ in-
scriptione appositâ.

B 55. GVILLELMVS DESTOVTEVILLE ESTOVTEVILLE.
VII. nobilis Normanus ex dominis
d'Estoteuillâ, monachus Benedictinus
& Prior S. Martini de Campis Lute-
tiæ, post Episcopus Morinensis, Lo-
douensis, electúsque Biterrensis per
obitum Guillelmi de Montegaudio,
iam Cardinalis, quam Ecclesiam di-
misit mense Ianuario 1453. tradu-
ctus ad Archiepiscopatum Roto-
magensem.

56. PETRVS BVREAV II. Pa- BVREAV.
C risiensis, filius Ioannis Burelli domi-
ni de Montalat, Equitis creati à Re-
ge Ludouico XI. ex Episcopo Aure-
lianensi transiit ad Biterrensem sedem
1453. regesta Vaticana aiunt 1451. 1453.
præsens electioni Ioannæ de Cluys in
Abbatissam monasterij S.Spiritus Bi-
terrensis 1453. 12. Nouembris: obiit
in castro de Linhano 1459. iacet in
Capellâ B. Mariæ iuxta maiorem
portam Ecclesiæ, non autem sancti
Stephani.

57. IOANNES BVREAV I. Pe- BVREAV.
tri defuncti frater, fauore paterno D'azur au
innixus, nupserat enim Nicolaus Bal- cheuron
ua dominus de Villapetrosâ, germa- vuidé d'or,
D nus Ioannis Cardinalis Andegauen- remply de
sis sorori suæ, Cathedram consequu- sable, potē-
tus, vrbem ingreditur anno 1460. cé & côtre-
multáque peregit in gratiam suæ potencé de
Cathedralis, tam in fundationibus, 13. pieces
quàm in vnionibus Ecclesiarum: in- aussy d'or,
stituit quippe deprecationem Inuio- accōpagné
lata, omnibus diebus Sabathi, & fe- de 3. phioles
stis B. Mariæ Virginis decantandam à de mesme.
Canonicis ante Capellam S. Virginis, 1460.
pro quâ doratione vniuit beneficia
de Reddis, de Fodilione, S. Petri de
Muris, & de Coiano: item in fauo-
rē Cathedralis assensum dedit vnioni
Priora-

Prioratum S. Petri de Lainiaco, de Causio, & de Montealbo: transactionem fecit 21. Maij 1489. cùm nobilibus Raimundo & Vuillelmo de Cailar germanis, dominis d'Espondeillan, pro libertate pascuagij mutuâ in territoriis de Casiliaco, & Lieurano, iteùmque toparchiâ Spondeliani. Ecclesiæ suæ sacrarium locupletauit aulæo serico, vbi expressa visuntur mysteria Domini nostri Iesu Christi. Lutetiæ diem clausit extremum, in domo suâ, vt apparet ex epitaphio quod prostat in æde Cælestinorum sub laminâ cupreâ in introitu Capellæ Ducum Aurelianensium, his verbis: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater dominus Ioannes Bureau, Episcopus Biterrensis, domini nostri Regis Consiliarius, qui obiit Parisijs 2. die mensis Maij anno Domini 1490. cuius anima requiescat in pace; Amen.*

1489.

1490.

IAVAULHAC 58. PETRVS DE IAVAULHAC iit. Canonicus & Camerarius Biterrensis, Vicariúsque Generalis supradicti Ioannis, in Antistitem adlectus est à Canonicis vacante Episcopatu per illius obitum, contra prohibitionem factam ab Innocentio VIII. rescripto ad Capitulum S. Nazarij 7. Ianuarij 1491. quo interdictum erat suffragiis solitis designare Antistitem, quoniam sede vacante, viâ reseruationis, nominationem noui Præsulis sibi arrogabat: verùm nonobstante etiam epistolâ per Carolum 8. Regem ad Canonicos scriptâ, illi scrutinio solito elegerunt Petrum; qui cùm haberet competitorem Antonium du Bois, ob timorem Regis Episcopatui renunciauit 1493. vltimus electorum à Capitulo.

1491.

59. ANTONIVS DV BOIS Abbas Commendatarius S. Luciani Bellouacensis, appellatus Antonius de Fiennes, Comes Caluimontis in Basligneio, parentem habuit Franciscum dominum des Querdes & du Bois. Is in vim prouisionis sibi concessæ ab ipso Innocentio VIII. nominatus à Rege, ac per Pontificem institutus die 22. Septembris 1490. horâ Vesperarum, nanciscitur possessionem. Cùm autem cessisset Episcopatui Petrus de Iaualhaco, iterùm Canonici nonnulli postulauêre Guidonem de Castronouo de Bretenous, qui pulsus est 1506. Petrus Siffredi maior Archidiaconus Cathedralis, præsumpsit etiam quòd in vim sui beneficij, ad illum pertinebat gerere se pro Vicario Generali, vt Decanus & prima dignitas Capituli; Episcopus contra asserebat habere se contrariam possessionem: tandem per sententiam Viguerij Biterris, tum etiam per Senatusconsultum, Præsul in suâ possessione stabilitur, exceptis iuribus descriptis in quadam sententiâ Viguerij Biterris, in quibus iste Archidiaconus fuit manutentus, idque pro iuribus visitandi Ecclesias parochiales anno 1509. Enumerauit omnia bona temporalia quæ possidebat vt Episcopus 1515. coram regiis Commissariis, præterquàm decimas: consensit vnioni Rectoriæ S. Martini de Valrano quam dimisit an. 1518. Iacobus Picardi Cathedralis Canonicus: fundauit in vigiliâ Annunciationis B. Mariæ Virginis an. 1530. Responsum *Gaude Maria Virgo*, erogatis 500. lib. quod quidem Respons. habetur in historiâ scriptâ per Raimundum Agiles Canonicum Podiensem, volumine inscripto, Gesta Dei per Francos. Ex actis domus Consularis 1533. Franciscum I. Regem Biterris solemniter ad portam Pontis excepit, & in Cathedralem basilicam deduxit. Paulò post verò senectute grauis Antonius vltimum diem clausit anno 1534. Cæterùm Capellam suam Episcopalem cùm nunquam persoluisset, ipso defuncto, Anna de Pisseleu Ducissa de Stampis illius hæres, quòd Bernardus du Bois consanguineus dicti Episcopi, partes Caroli de Borbonio Conestabilis sequutus fuerat, propterea rebellis Regi, ipsa eidem donauit Ecclesiæ Cathedrali peristromata, in quibus sunt fontes depicti, Prophetæ, & alia multa, quibus totus Chorus ornatur, sicuti notât in archinia Cathedralis. Sororem habuit iste Episcopus Barbaram de Bosco, Francisci I. Comitis de Rupefulcaudi, Principis de Marcillac secundam vxorem, ex quâ prognati Marchiones de Monteandronis.

1490. 1506. 1509. 1533.

DE LETTES. 60. IOANNES DE LETTES II. aliàs DES PRES, frater Antonij de Lettes, dicti de Pratis, domini Montispesati apud Cadurcos, Senescalli Pictauensis, Franciæ Marescalli, &

in Galliâ Narbonensi Protegis. Nominatur à Rege Francisco 1. vacante Episcopatu per obitum Antonij du Bois, cùm anteà idem Ioannes esset Abbas Burgidei. Eius statuta vi-
1534. suntur 1534. 1537. 1540. & 12. Decembris 1541. quasdam terras commutauit in territoriis de Vendris, & S. Bausilij, pro iis quæ Capitulum possidebat apud Gabianum: præerat adhuc ex actis publicis an. 1543. Nunquam autem fuisse consecratum Episcopum Biterrarum dicitur, sed hanc commutauit Ecclesiam pro Abbatiâ Moissacensi

NARBONE. De gueulle.

61. IOANNES DE NARBONE III. Abbas de Moissaco, ex nobilissimâ & illustri stirpe, Guillelmo de Narbonâ Barone de Canesuspenso, Perinhano, Fittorio, & Treilhis, ex Blancâ Coursur de Cesseras matre genitus, fratrem habuit Antonium Neapoli cùm domino de Lautreco 1528. mortuum, Bertrandum Abbatem Guatdæ Dei; patruum verò Guerinum de Narbonâ dominum de Sallelles, qui fuit Gubernator castrorum Perpiniani, & Castrinoui Neapolitani. In vim permutationis factæ de Abbatiâ suâ nominatur Episcopus Biterrensis à Francisco 1.
1543. 1543. instituente Paulo 3. Cal. Aprilis, adeptus possessionem vltimâ Augusti eiusdem anni, ac tandem 2. Februarij 1544. vrbem ingreditur adsistentibus Abbatibus Lodeuensi & Villæmagnæ. In Episcopatu verò fuit tam bonus & misericors, vt cognominatus sit Pater pauperum, quia sua omnia egentibus erogauerat, plerísque diœcesanis propter eas dotes mœrentibus interiit 17. Nouembris
1545. 1545. in castro de Linhano, sepultúsque in Cathedrali iuxta altare maius.

GOUFFIER. D'or à trois iumelles de sable.

62. FRANCISCVS GOVFFIER, Guillelmi domini de Bonniuet, Franciæ Talassiarchæ, Proregis Aquitaniæ & Delphinatus, ex Ludouicâ de Creuecœur d'Esquerdes filius, germanos habuit Ludouicum Bonniueti in Pictonibus toparcham, & Franciscum Picardiæ Progubernatorem. Fuit prouisus de Episcopatu à Paulo 3. nominante Rege Francisco 1. re-
1547. ceptúsque per procuratorẽ 1547. 12. Febr. quo eodem an. resignauit in manibus eiusdem Pauli in fauorem Laurentij Strozij: mortuus est Eques Melitensis in Britanniâ 1548. Andoqus obseruat in historiâ suâ post excessum Francisci, Ioannem Bertrand Franciæ Procancellarium ad hanc sedem Biterrensem regiâ schedulâ nominatum fuisse, sed qui ante expeditionem bullarum traductus fuerit ad Archiepiscopatum Senonensem.

STROZY.

63. LAVRENTIVS STROZY Philippi & Clarissæ Mediceæ neptis Leonis X summi Pontificis natus, Abbas S. Victoris Massiliensis, adipiscitur regimen huius Sedis 27. Fe-
bruarij 1548. Vicarium habuit generalem in spiritualibus Petrum Abbatem Villælongæ: translatus inde ad Cathedram Albiensem, & Archiepiscopatum Aquensem, sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis, vti in catalogo Archiepiscoporum reperies: iacet Auenione in Ecclesiâ S. Agricolæ. 1548.

MEDICIS.

64. IVLIANVS DE MEDICIS ex stirpe Mediceâ, fit Episcopus per resignationem Laurentij 1561. sub 1561.
ipso multa perpessa est Ecclesia Biterrensis, propter bella ab Hæreticis excitata, qui vrbem inuasêre, basilica maior S. Nazarij omni ferè ornatu expilata, bona Ecclesiæ item alienata, vt possent Episcopus & Cathedralis, cæterique beneficiati, decimis, ac aliis oneribus subuenire; eodem sedente Carolus cùm Reginâ matre Biterras ingreditur 1564. transfertur Iulianus exeunte an. 1571. ad Albiensem Episcopatum, sicut predecessor.

ESTIENE.

65. ANDREAS ESTIENE ex Canonico S. Saluatoris Aquensis, regiâ schedulâ Caroli IX. ad hunc Episcopatum vocatur 25. Ianuarij
1572. sed paulò mox nominatio rescissa est 27. April. 1573. sicque vix fuit iste Biterrensis Præsul, de quo vide Andoqum. 1572.

BONSI I.

66. THOMAS DE BONSI I. nobilis Florentinus, ex vtróque stemmate claro de sanguine natales habuit, parentes quidem Robertum Bonsium sub Francisco 1. militaribus copiis in Italiâ præfectum, matrem Mariam Soderini, Mediceis Principibus, Stroziis, Fliscis, primæque notæ familiis consanguinitate proxi-

nam: Roberti germanus Antonius A Terracinensis Episcopus, insignis Doctor & orator celebris, pro Republica Florentina legatus est ad Pontificem, ab eodemque in Galliam missus ad Franciscum Regem, pro matrimonio statuendo inter Henricum Aurelianensem Ducem, & Catharinam Mediceam. Thomas autem Cardinalis Strozij, ac post eum Iuliani Medicæi quorum affinis erat, in Biterrensi Episcopatu lectus Vicarius Generalis, cùm in eo Ecclesiastica vtiliter munia obiuisset, mox à B Rege, Catharinâ Mediceâ item consobrinâ commendante ad hanc Se-
1576. dem euehitur post an. 1576. nam per interpontificium, Episcopatus Vicariatum obtinebat Iulianus de Caylar maior Archidiaconus; paulò ante cæsis, profligatísque à Damuillæo, qui Sectariis adhæserat, Biterrensium copiis, ipsa ciuitas in prædam victoris cessisset, nisi Bonzio consternatos ciues erigente, ad deffensionem excitasset; quâ in re cùm vrbi & Regi operam fidelem nauasset, etiam prouidentiâ suâ effecit vnà cùm Monlucio Episcopo Valentinensi, vt Damuillæus ad Regis C
1578. obsequium rediret 1578. inde cùm animus & prudentia magis ac magis inclaruissent, ad Etruriæ Ducem delegatur, vt sponsalium fœdus iniret inter Ducem Alenconij, & Eleonoram Mediceam Ducis filiam; quod etsi statutum esset, nihilominus vt varij sunt rerum humanarum casus, ciuilibus bellis Galliam infestantibus, ea res euentu caruit. Reuersus autem Biterrim, præcipuè curauit vt Regi fida permaneret, etiam vitæ periculo inter belli procellas, quibus Septimania agitabatur; non ita tamen potuit obniti Damuillæi factionibus, qui à Rege iterum defe- D cerat, vt Nauarræ Principis vexilla sequeretur, quin Biterræ ab eo ex-
1586. pugnarentur an. 1586. Interim Præsul quà potis erat, diœcesi vacans, cùm accidisset S. Spiritus moniales ob Abbatissæ Annæ Plantauitiæ infirmitatem, vitæ laxiori indulgere, à Clemente 8. Papâ bullam excepit 1593. 5. Aug. quâ facultas concedebatur monasterium in gymnasium publicum commutandi, Societatis Iesu Patribus tradendum; cui cùm obstitissent plures, saltem id obtinuit Bonsius; vt moniales ad meliorem vitam reuocaret. Anno verò insequente Capucinos Biterris admisit: tum Ioanni Bonsio nepoti Episcopatus curam consignauit 1596. & 1596.
tandem octogenarius vitam morte commutauit 1603. Decembris 22. publicâ Epigraphe commendatus est, quam Thomæ, Ioanni, Dominico, & alteri Thomæ Bonsiis, curauit marmore exarari in Cathedrali Clemens Bonsius, in sacello S. Caroli Borromæi, quamuis Thomæ corpus in eâ, quæ S. Stephano sacra est, depositum fuisset: huiusmodi verò est epitaphium:

DEO OPT. MAX.

THOMÆ BONSIO *Senatori Florentino, Roberti Bonsij & Mariæ Soderinæ filio, paternâ maternâque nobilitate conspicuo, Antonij Terracinensis Episcopi pro Clemente Papâ VIII. ad Franciscum I. Regem Legatione functi, nepoti, Regis Consiliario: qui cùm Laurentij Cardinalis Strozij Biterrensis Antistitis & cognati vices gerens, per complures annos diœcesim hanc optimè administrasset, post Iulianum Medices consobrinum de Biterrensi Episcopatu, ad Archiepiscopatum Aquensem anno 1574. translatum, Præsul huius vrbis adscitus, calamitosis illis temporibus ob nascentem in Galliâ hæresim, & intestina bella, pietate in Deum, fidelitate in Regem, singulari in gregem pietate maximè enituit, vir constantiæ, dexteritatis & prudentiæ incomparabilis. Missus demum per Henricum Regem 3. Legatus ad Franciscum Magnum Hetruriæ Ducem: obiit octogenarius Biterris die 22. Decembris anno 1603. iacet in æde S. Nazarij M. vnà cum Equite Francisco nepote equestris turmæ ductore, in sacello Diui Stephani.* 1603.

Nec sanè prætermittendus est silentio Gabriel de Rocoles Biterrensis, Canonicus & Succentor S. Nazarij, Regi ab Eleemosynis, Iuris Canonici Doctor, & rerum Ecclesiasticarum notitiâ valde peritus, qui vixit his temporibus, pietate, religionis Catholicæ zelo, & laboribus pro suâ Ecclesiâ exanthlatis non ininimè commendandus. Fuit is Thomæ Bonsio percarus, vtpote qui sapienti consilio, studio, & operâ, in obeundo Pontificali munere ipsi non parùm adminiculi conferret, dignus

pastorali dignitate, ob id maximè, quòd nec offerenti ad id commendationem Henrico Monmorencio Connestabili, Occitaniæ Proregi, tunc temporis flagrante bello ciuili, præpotenti attenderet; vt testati sunt plerique coetemporales: sex diœcesano Synodicus factus & Procurator, Biterrensis, Agathensis, Vecciensis, Nemausensis, Mimatensis, & Carcassonæ, armis hæreticorum vndequaque perstrepentibus, Henrici Magni, eiúsque Ministrorum, ac procerum aures pro earum iuribus absque molestiâ, assiduis precibus, nec sine laboribus ac ærumnis fatigauit. Captus per viam grauissimis, sed gratissimis pro Christi nomine contumeliis afficitur, verùm Monmorencius pro eius libertate apud Carolum Lotharingum Meduanæ Ducem intercessit. At mutatâ Proregis in eum voluntate, ob negatam ab istis Ecclesiis ad copias militares maiorem pecuniæ quantitatem, illum solum posteà insectatus est: ferè quinquagenarius obiit Idibus Iulij anni 1600. tumulatus in Ecclesiæ Cathedralis sacello Deiparæ, Pulchræ dictæ: cuius viri tam præclarè de Ecclesiâ & Clero suo benemeriti elogium peculiare continetur in libro anniuersariorum obitus, seu depositionis Canonicorum Ecclesiæ Biterrensis.

Bonsi. 67. IOANNES DE BONSI, IV. Cardinalis S. Clementis, Reginæ Mariæ Mediceæ Maior Eleemosynarius, Dominici Senatoris Florentini, Duci Hetruriæ ab arcanis primi Ministri filius, ex Constantiâ Vectoriâ. Cùm Paduæ optimis literis institutus, Doctoris in vtróque Iure palmam meruisset, posteà Romano in foro causis agendis ita excelluit, vt à Francisco Duce Florentiæ arbiter eligeretur, vt controuersiam quæ ipsi cùm Clemente VIII. intercesserat de finibus vtriúsque dominij dirimendis componeret, quâ re fœlicem ad exitum deductâ, à Duce Senator, quamuis ætate impar creatus est, quo munere magnâ laude fungens, ab Henrico 4. Biterrensis nominatur Antistes patruo instante. Romam ergo profectus & inauguratus, Biterris deinde possessionem adeptus

1598. est 1598. quo an. Septemb. 30. toparchiam Castrinoui ab Episcopali dominio distractam à Syluano Pompeio redemit: insuper & S. Ioannis presbyteros admisit, vt pietati & literis excitandis vacarent, quod vt fieret commodiùs, à ciuibus eis annuos prouentus assignari curauit 16. Aprilis 1599. Decembris autem 18. ab Henrico Monmorenciaco dono accipit turrim quam erexerat iuxta palatium Episcopale, dum vigerent Galliæ tumultus, quam Ioannes optimâ bibliothecâ exornauit: S. Claræ moniales reformationi subiecit: tum anno 1600. à Ferdinando Duce 1600.
Florentiæ syngrapho facta est ei potestas, vt de Mariæ Mediceæ cùm Henrico 4. nuptiis serió ageretur, quod vbi perfectum est, à Mariâ electus est primus eius Eleemosynarius, & insuper Abbatiis Anianæ, & S. Guillelmi de Desertis remuneratus. Biterris verò 10. Maij 1605. fidei sacramentum suscepit à Petro Dalmatio sancti Aphrodisij Abbate, præsente Fulcrando Barrez, posteà Præsule Agathensi. Eiusdem mensis 25. Valiani toparchiam quæ erat iuris Episcopalis recuperauit ab Hieronymo Mercorantio, cui pretium rependit; aulâ iterùm repetitâ à Perronio epistolam accepit 1606. quâ eius ambit apud Reginam gratiam. Biterris autem Minimos excepit, & etiam Recollectos, vt nuncupant, admisit 1607. 9. Iunij. Octobris verò 16. à Capitulo Monspeliensi feudi 1607.
portionem quam in ciuitatem Biterrensem obtinebat pretio lib. 3150 emptam Episcopali ditioni adiunxit. In lucem edito Gastone à Franciâ 25. Augusti 1608. ipsum aquis lustralibus tinxit Bonsius apud Fontembellaquam, qui à Paulo V. inter Purpuratos renunciatur 1611. Augusti 17. Mota erat iam diu inter Societatem Iesu & S. Spiritus Moniales contentio, quam diremit Bonsius 18. Augusti 1614 eâ lege, vt 600. libras annuas persoluerent moniales: at sequente anno è Burdegalâ in vrbem moniales accersit S. Mariæ, quo etiam tempore delegatur à prouinciâ, vt Comitiis regni Generalibus interesset: inde Romam petiit, ibíque Iunij vltimâ pileum accepit purpureum à Paulo, & titulo S. Clementis cohonestatur 20. Iulij, necnon ad sacram Congregationem Rituum, & de propagandâ Fide admissus, tantâ apud

omnes æstimatione valuit, vt nulla A res momenti sine eius sententiâ decerneretur, & cùm præcipuè vtriúsque Iuris perspectam notitiam haberet, multas graues quæstiones interim nō modò disertè, sed eruditâ oratione explanauit, quæ à doctis vt publici iuris fiant, expetuntur. Cùm his officiis vacaret, nec esset facultas patriam repetendi, admisit Dominicum Bōsium Coadiutorem præcoce fato ereptum, cui paucis superstes fuit patruus Ioannes; cùm enim Gregorij xv. electioni adfuisset 4.
1621. Iulij, Romæ è viuis sublatus est 1621. B delatum corpus Florentiam, apud Theatinos tumulatur curâ Helenæ & Elisabethæ sororum, quarum illa Petro Ner Leonis xt. nepoti nupsit, hæc Ioanni Caponi Florentino nobili, quæ virtutum maximarum laude inclyta, à Baptistâ Castaldo Theatino commendatur, edito ipsius vitæ libro. Ioannis epitaphium sic proloquitur:

D. O. M.

IOANNI BONSIO *Thomæ Episcopi ex fratre nepoti, Dominici & Constantiæ Victoriæ fœminæ nobilissimæ filio, Senatoriâ dignitate præclaro.* I. V. C. *celeberrimo. Francisco & Ferdinando Ma-* C *gnis Hetruriæ Ducibus apprimè caro, qui post sedatas inter Clementem Papam* VIII. *& Ferdinandum Ducem limitum controuersias Biterras appulsus, Episcopali infulâ ornatus, diœcesim suam optimis in visitatione sanctionibus imbuit, & instruxit. Pias in vrbem virorum ac mulierum domos admisit. Quæque in heresum, bellorúmque ciuilium tenebr. diu iacuerant, singulari eius ope emerserunt. Mox ab Henrico Magno Rege* IV. *ob matrimonium cùm Mariâ Medices ineundum in Italiam missus, Magnus eiusdem Mariæ Reginæ Eleemosynarius mirum sibi amorem in regiâ curiâ conciliauit. Tandem Rege petente à Paulo Papâ* V. *Purpurâ illustratus. Romæ pluribus & arduis pro sede Apostolicâ & regno Galliæ negotiis summâ cùm laude peractis, eximiæ candoris, prudentiæ, pietatis & integritatis exempla reliquit: obiit Romæ die* 4. *Iulij anno* 1621. *iacet Florentiæ in æde S. Michaëlis Patrum Clericorum Regularium.*

BONSI. 68. DOMINICVS DE BONSI Maior Reginæ Eleemosynarius, Ioannis Coadiutor Episcopus Cæsariensis annuente Rege adlectus 1618. cùm Biterras accessisset, ibi magnâ eloquentiæ laude diuini verbi præco ex sacro suggestu inclaruit, ac paulò post immaturâ morte extinctus est Biterris 30. Aprilis 1621. & in S. Stephani Cathedralis sacello terræ mandatus cùm hoc epitaphio.

DEO OPT. MAX.

DOMINICO BONSIO *Florentino, Petri Senatoris filio, Ioannis Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis ex fratre nepoti, Episcopo Cæsareensi, patrui in Episcopatu Biterrensi Coadiutori dignissimo. Inter Antistites Paulo* V. *summo Pontifici adstantes Electo, Christianissimo Regi Ludouico* XIII. *à Consiliis, Mariæ Medices Reginæ primo Eleemosynario, ouilis sibi crediti Pastori vigilantissimo, immunitatis Ecclesiasticæ inuicto defensori: inexhausto diuinæ iustitiæ, & humanæ sapientiæ thesauro, quem sexto vix transacto lustro, non immatura minus, quàm tot virtutibus inuida mors, ordine naturæ turbato, ante patruum, summo omnium mœrore præripuit pridie Cal. Maias anno Domini* MDCXXI. 1621.
iacet in Ecclesiâ Cathedrali in sacello D. Stephani.

69. THOMAS DE BONSI, I. BONSI. Valiani Vicecomes, Petri Bonsij Comitis filius ex Lucreciâ de Manellis puer adhuc in Gallias deductus, curante patruo literis humanioribus imbutus, Ludouico XIII. regij Conclauis Ephæbus natus an. 14. satis functo patruo nominatur Antistes decimo & nono ætatis anno 1611. 1621. paulò post Episcopali palatio Regem excepit ex Aquitaniâ ad Montispessulani obsidionem properantem. Sed vbi primùm se se onere D pastorali grauatum sensit, mirum quo modo is qui aulæ illecebras inter enutritus, iuuenis admodum tantæ dignitati præpositus fuerat, diuinâ tamen numinis afflante gratiâ, totis viribus statim in id incubuit, vt muneris Episcopalis dignum se præberet, imò cùm se imparem huic crederet, vitæ monasticæ sese totum addicere decreuerat, nisi ab Vrbano VIII. prohibitus esset. Orationibus ergo vacans, studiis Theologicis mentem applicans, omniúmque vir-

tutum forma gregis factus ex animo,
A pauperes eleemosynis refouens, quos
domi sæpe excipiebat, Ecclesias sacris ornamentis instruens, quas bellorum iniuriâ dirutas restituebat;
monasticam etiam disciplinam apud
cœnobium S. Guillelmi de Desertis
cuius erat Abbas, collapsam, suâ curâ restaurauit: omnes ad pietatem &
sinceram vitæ sanctimoniam concionibus feruentibus, ac vitæ exemplo
hortabatur, S. Caroli Borromæi virtutes sibi imitandas constituens,
eius vestigiis quantum potuit insistebat: cuius honori sacellum è marmore & iaspide curauit apud Dominicanos excitari. Sed heu quæ sors
B est rerum humanarum, omnium mœrore raptus est adhuc iuuenis Augu-
1628. sti 27. 1628. vt ad meliorem vitam
anima euolaret, corpus apud Iesuitas
in Ecclesiâ vetere tumulo mandatur.

D. O. M.

THOMÆ BONSIO *Iuniori, domino Castrinoui, Valliani v. Comiti, Dominici Episcopi germano fratri, sexenni inter Christianissimi Regis Ludouici* XIII.
C *lectissimisque Galliæ Bissenos Ephoebos adlecto, dein lustro, patruo & fratre vitâ functis, Biterrensi Episcopio cœlitùs dato, pietate, doctrinâ, & amore in pauperes incomparabili prædito, Catholicæ fidei propugnatori ardentissimo, cuius innocentia vitæ sic omnibus, & ipsis quoque Caluinianis eluxit, vt plures eius percussi radiis, ex errorum tenebris ad veræ se religionis iter euocatos proprio testimonio comprobarint. Nec minus Thomæ studium fuit, vt in D. Guillelmi de Desertis cœnobio, cuius Commendâ fruebatur, monasticæ vitæ disciplina reuiuisceret: eius demum animi dotes, munificentia præcipuè ac liberalitas in multas sua*
D *diœcesis Ecclesias, tum in Cathedralem Organorum mirâ elaboratione, suâ maximè impensâ decoratam, tum etiam in hanc marmoreo ad honorem D. Caroli inchoato sacello nituère: obiit Biterris annum agens* VII. *supra* XX. *die 7. Augusti anni* MDCXXVIII. *iacet in Ecclesiâ Patrum Societatis Iesu.*

70. CLEMENS DE BONSI Episcopus & Toparcha Biterrensis, Baro Castrinoui, Abbas Anianæ, & S. Saluatoris Lodouensis, Thomæ decessoris frater: ex Canonico S. Petri Romæ: æstuante bellis ciuilibus Galliâ, cùm Dux Monmorencius apud Occitanos arma mouisset in Regem, ab eo non potuit eius fides corrumpi; dissipatâ ergò à Ludouico XIII. hâc tempestate, celeberrimo Conuentui apud Augustinianos Biterris habito interfuit Clemens, quò Biterrense edictum proclama-
rum est 10. Octobris 1632. quinquen- 1632.
nio post suis impensis legionem pedestrem instruxit, vt Leucata obsidione liberaretur, quod præstitum ipso castris præsente, cùm nocte profligatæ sunt Hispanorum turmæ à Schombergio exercitus ductore. Auxit ciuitatem Biterrensem familiis religiosis, & collatis domibus & Ecclesiis iuuit, nam Vrsulinas admisit in vrbem, Minimis Ecclesiam B. Mariæ Consolationis attribuit, Dominicanos B. Mariæ de Mugeriis, Capucinis Seruianum concessit, Caritatis Religiosos in nosocomium è Lutetiâ euocauit. Denique Lignani castellum dirutum ab hæreticis restaurauit. Vtque familiæ suæ decus & splendorem immortalitati consecraret, ornato sacello B. Caroli Borromæi marmoreis cancellis, tabulas quoque inscripsit elogiis Bonsiorum, qui Biterrensem sedem nobilitarunt, vbi sub finem hæc leguntur verba: CLEMENS BONSIVS *Episcopus & Dominus Biterrensis, Castrinoui dominus, v. Valliani Vicecomes, Abbas Anianensis, sacello suis sumptibus peracto, fratribus, patruisque amoris simul & honoris monimentum posuit. Anno Do-*
mini MDCXXXV. Historiam autem 1635.
Biterrensium Episcoporum Petrus Andoque eiusdem vrbis Præturæ Consiliarius dicauit Clementi Bonsio anno 1651.

Bonsi. D'azur à vne rouë ouuerte d'or de 8. rais.

BOLONIENSES
EPISCOPI

BOLONIA vrbs Morinorum Picardiæ iuxta mare Oceanum Britannicum posita, in Belgicâ Secundâ sub Remensi Archiepiscopatu, olim Gessoriacum Nauale veteribus dictum, seu portus Gessoriaci

Boulogne sur mer, en Picardie, près de la Lyane.

oppidi, portus Morinorum, & portus Iccij, vel Ittij, & nauahs Morinorum in pago Gessoriaco, quæ in idem recidere ait Marcus Velzerus, explicatione schedæ itinerariæ Peutingeri. Huius meminit vetus Panegyristes, Ammianus lib. 20. & 27. Eutropius lib. 9. Sozomenus lib. 9. Olympiodorus in historiâ Honorij
» Senioris. Iudices autem Bononien-
» ses memorantur c. 3. de Fide instru-
» mentorum. Notanda etiam sunt verba Hincmari Reménsis, contra Hincmarum Laudunensem cap. 1. & in
» epist. 6. cap. 18. Attrebatis, inquit,
» Viromandis, & Bononia, antiquio-
» res sedes cùm Episcopis propriis in
» Remorum prouinciâ extiterũt, quàm
» castrum Montislauduni inter sedes
» computaretur. His consonant verba quæ habentur in vitâ S. Bertulphi
» mense Feb. apud Surium, Bononia
» ciuitas mari Morinorum propinqua,
» mercibúsq; maximis præcipua. Quod videtur confirmare Robertus Montensis in Supplemento Sigeberti, &c. Molan. in præfatione Natal. Belgic. Iam verò Teroanâ Morinorum ciuitate primariâ funditùs deletâ à Carolo 5. Imperatore postridie Calend. Iunij, anni 1553. Sedes Episcopalis translata fuit Boloniam, pro eâ parte diœcesis quæ est in Regis Franciæ dominio, sedente Antonio Crequio. Bulla erectionis huius Episcopatus Boloniensis sequens, nunc primùm in lucem prodit desumpta ex Cathedralis tabulario: PIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Diuinæ maiestatis arbitrio super vniuersas orbis Ecclesias constituti, ex tradita nobis Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes in id mentis nostræ conatus intendimus, vt fides catholica, sine quâ, nemo salutis æternæ viam ingredi potest, etiam nouorum vbicunque vsus possit Præsulum institutione vsquequaque integra & illibata permaneat. Sed ea demum sollicitudo nos impensiùs vrget, cùm veteres huiusmodi Præsulum sedes hostilitate faciente indignè iacere videntur, nec propriis in locis reparari possunt, vt in aliis accommodationibus aliæ inde nouæ, sicut populorum salus & Catholicorum Regum deuotio postulat, salubriter ordinentur, ac in eis pastores idonei deputentur, quorum opera & vigiliis Christiana religio in suo solido statu valeat feliciter conseruari. Cùm igitur postquam in-*

A ter claræ memoriæ Henricum II. Francorum, & carissimum in Christo filium nostrum Philippum Catholicum Hispaniæ Reges conuentum fuerat, quòd olim ciuitas Morinensis prius expugnata, & euersa, deinceps non restitueretur, sed illius Ecclesia Cathedralis atque diœcesis vniuersa, necnon vtriusque beneficia, proprietates, census, decimæ, iurisdictiones, & iura omnia in duas partes cùm beneplacito sedis Apostolicæ diuiderentur, vt scilicet earũ altera Franciæ, altera verò inferioris Germaniæ futura esset, fœlicis recordationis Pius IV. prædecessor noster, eius rei causâ, suppressâ & extinctâ
B dictâ Morinensi Ecclesiâ prædictam partem inferiori Germaniæ designatam, partim Iprensi, partim verò Audomarensi Ecclesiis Cathedralibus, earúmque ciuitatibus & diœcesibus, iam in dictâ olim diœcesi Morinensi ex parte inferioris Germaniæ prædictæ, eadem auctoritate institutis, perpetuò assignauerit. Nos etiam carissimi in Christo filij nostri Caroli Francorum Regis Christianissimi precibus adducti, hoc insigne opus ad Dei laudem, & Ecclesiæ Catholicæ exaltationem absoluere intendentes, habitâ super his cùm
C fratribus nostris deliberatione maturâ, de illorum consilio Monasterium Beatæ Mariæ oppidi Boloniensis, Ordinis sancti Augustini, olim prædictæ diœcesis Morinensis, in quo septem vel octo duntaxat Canonici degunt, per obitum quondam Ioannis dum viueret ipsius monasterij Abbatis extra Romanam Curiam ante decennium defuncti, aut aliàs certo modo Abbatis regimine destitutum, & in eo nomen & titulum Abbatis, dignitatísque Abbatialis, necnon omnia & singula Prioratus, dignitates, officia, canonicales portiones, & loca eiusdem, ac tam in eodem, illiúsque Ecclesiâ, quàm etiam
D dependentibus Prioratibus cæterísque beneficiis Ecclesiasticis, ordinem, statum, & essentiam regulares, remanentibus tamen in ipso monasterio dictis septem vel octo Canonicis cùm suis habitu, & regulâ, cùm Canonicali portione quoad vixerint, seu ad alia huiusmodi loca regularia sponte & canonicè transierint, auctoritate prædictâ, tenore præsentiũ perpetuò supprimimus & extinguimus, ac prædictum oppidum populosum quippe & celebre, agro & annonâ fœcundum, commeatúque commodum, in ciuitatem, Ecclesiam verò Monasterij huiusmodi in Cathedralem deinceps Boloniensem nuncupandam sub inuocatione eiusdem Beatæ

hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum
1566. *anno Incarnationis Dominicæ* MDLXVI. *5. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 2. sic signatum supra plicam Io. Bapt. Fauchier.* Porrò ciuitas Boloniensis oppida duo continet, superius nempe cùm castro munitissimo, & inferius: in superiori præter Cathedralem Ecclesiam, in quâ est parochia S. Iosephi, & agnoscit patronam Deiparam Virginem, hæc templa & monasteria perspiciuntur; S. Vulmari Ord. S. Aug. in quo Patres Oratorij Domini nostri Iesu Christi degunt, monialium Annunciatarum S. Francisci, & S. Vrsulæ: in inferiori verò parochia S. Nicolai, monasteria Cordigerorum, Capucinorum, Minimorum, monialium Anglicarum Ord. S. Bened. & hospitale S. Ludouici. In diœcesi recensentur 423. parochiæ cùm sequentibus Abbatiis:

S. VVLMARI *in Boloniâ* O A. *S. Willemer de Bologne.*

S. VVLMARI *in Bosco* O B. *Samer aux Bois.*

ALCHIACI *Auchy* O B.

BLANGIACI *Blangy* O B.

S. IOANNIS *in Monte* O B.

DE DOVDEAVILLA O A. *S. Ieon Doudeauuille.*

S. MARIÆ IN BOSCO O A. *Ruisseauille.*

BELLILOCI *Beaulieu* O A.

LONGIVILLARIS *Longuilliers* O C.

LICQVENSIS *Licques* O P.

CAPELLÆ *la Chapelle.*

S. GERTRVDIS D'ANDRES. *Abbatia sine monasterio.*

Teroana autem celebris ciuitas, vel Teruana, aut Morinum in Tabulâ Peutingeri, & Antonini Itinerario memoratur, & à Ptolemæo lib. 2. cap. 9. in tabulâ veteris Galliæ ad fluuium Legiam, in Pontiuo, vnde & Ponticum nonnullis dicitur, sub Remensi olim Archiepiscopatu, & in Parlamento Parisiensi. In aliâ parte diœcesis, quæ in Artesiâ conrinetur, sede Audomaropolitanâ constitutâ, & in tertiâ, seu vltimâ parte, quæ est in Flandriâ, stabilitâ sede Iprensi, vtrâque posteriore Episcopali Sede Mechliniensem Archiepiscopatum agnoscenre ab an. 1559. Quâ de re copiosè Locrius, Gazæus, & Miræus in historiâ Belgicâ. Teroanensis verò Ecclesiæ templum maius dicatum est B. Mariæ, à Chlotario Franciæ Rege constructum, teste Locrio. Porrò Morini hominum extremi dicuntur Virgilio, & S. Hieron. epist. 11. & Lucano, ac vltimi Gallicarum gentium Melæ lib 3. cap. 2. At sunt nouem leucæ à Boloniâ in Angliam, & 7. tantùm à Caleto in eamdem Angliam. Vnde etiam breuissimum in Britanniam traiectum notat Cæsar lib. 4. Quod fretum Britannicum Straboni, fretum Gallicum Solino, Oceani Tacito circiter 25. mill. p. extenditur. De his autem Morinis triumphasse Augustum ex Dione lib. 51. tradit Adrianus Turnebus libro 23. Aduersar. cap. 5. Meminit quoque Innocentius 3. Episcopi Morinensis C. « Cùm dilectus, de Electione, & ad « Decanum, & Capitulum Morinensem scribit Alexander 3. cap. 1. de « Solutione, B. Paulinus epist. 26. ad « Victricium Episcopum Rotomagensem: In terrâ, inquit, Morinorum « situ orbis extremâ, quam barbaris « fluctibus fremitus rundit Oceani, « populi, qui sedebant in latebris, viâ « maris arenosâ, extra Iordanum, an- « tequam pinguescerent fines deserti, « in eâ orâ sibi per tuam sanctitatem « à Domino luce gaudentes, corda « aspera Christo intrante posuerunt. « Vbi quondam deserta syluarum ac « littorum pariter in rotâ aduenæ barbariâ, aut latrones incolæ frequentabant, nunc venerabiles & Angelici « Sanctorum chori, vrbes, oppida, in- « sulas, Ecclesiis & monasteriis plebe « numerosis pace consonâ celebrant. « Antistites autem Teroanenses hoc modo sequuntur ex Locrio, Gazæo, variisque tabulis Ecclesiæ, & monimentis desumpti.

Teroua-na.

TEROANENSES SEV MORINENSES EPISCOPI

1. SANCTVS ANTIMVNDVS, vel AVMONDVS, missus à D. Remigio Remensi
531. anno 531. ad Christi fidem iis populis promulgandam: hic cùm Patricio & Rustico reperit & sustulit corpora SS. Victoris & Vrsi Martyrum.

2. ATALBERTVS, vel ATILBERTVS.

3. S. AVDOMARVS monachus Luxouiensis creatur Episcopus annitente S. Aicaro Nouiomensi Præsule; dicitur Bononiæ ac Taruanensis Episcopus in vitâ S. Eustasij, à Ionâ conscriptâ apud Bedam, & Surium. Is sanctus Ecclesiam B. Mariæ in Monte extruxit, apud locum Sithiu, quam B. Bertino dedit; post diutinos labores decumbens in villâ Vuaurantis, quæ à Sithiensi loco distat ferè tribus millibus, accersito suo sodali D. Bertino cùm monachis, spiritum reddidit, cuius corpus populi ac Cleri frequentiâ comitante in Capellam B. Virginis apud Sithinm detulit Bertinus, ac sepeliuit
695. anno 695. ex chronico monasterij S. Bertini, de quo Martyrologium Romanum, Molanus, Miræus in Fastis & Annal. Belgicis, atque Origin. monasticis. Cæterùm nomen dedit vrbi in Artesio hodie Episcopali, vulgò fanum S. Audomari, cuius & Morinorum Apostolus, ciuitatisque tutelaris cognominatur.

4. DRANTIVS.

5. S. BAINVS Fontanellensis cœnobij in Normanniâ Abbas, cui dicat Ionas vitam S. Vulfranni apud Surium 10. Martij: transtulit corpus S. Vuandregisili Abbatis in ædem B.
719. Petri Apostoli anno 719. ex vitâ eiusdem Vuandregisili.

6. RAVENGERVS.

7. S. ERKEMBOLDVS Sancti Bertini Abbas, iacet in Cathedrali Audomarensi, De quo Ioannes Iperius in Chronico Abbatum Bertiniensium, & Molanus in Natalibus Belgicis.

8. ADALGERVS.

9. GVMBERTVS.

10. ÆTHERIVS, vel ETHARIVS, cui & Episcopis Galliæ ac Germaniæ scribit Zacharias Papa anno 744. 744.

11. RADVALDVS.

12. ATHALFVS.

13. VVIGBERTVS.

14. THEODOVVINVS in dedicatione Centulensis monasterij circa annum 800. 800.

15. EREMBALDVS.

16. S. FOLQVINVS Fulradi Abbatis D. Quintini Viromanduensis germanus, & Otuuini Comitis, qui parentes habuerant Hieronymum Comitem & Ermendrudim, auum autem Carolnm cognomine Martellum Maiorem Palatij Francorum. Ad hunc Episcopatum assumitur anno 816. per Ludouicum Regem. Folcoinus dicitur in Capitularibus Caroli Calui tit. 12. & in synodo Carisiacensi cui adfuit 848. Fulcoinus. 816. Legendus Locrius, Molanus, Ferrarius, & Miræus in Fastis Belgicis: migrauit ad Dominum 14. Decembris 855. conditúsque apud S. Bertinum cuius reliquiæ eleuatæ sunt 928. vt patet ex fragmento Historiæ MS. Abbatum D. Bertini auctore Folquino presbytero Audomarensi necnon ex schedulâ anni 1097. cuius tenor in probationibus Historiæ Gandauensis & Guisnensis auctore Quercetano. 928.

17. S. HVNFRIDVS, vel HVNTFRIDVS, ex Abbate Bertiniano creatus est Episcopus anno 855. 855. subscripsit Actis synodi Tusiacensis anno 860. & Suessionensis 3. 866. in quâ firmat suo chirographo priuilegium Solemniacensis monasterij apud Sirmondum: monetur autem à Nicolao Papâ an. 867. ne Eccle-

fiam suam in persecutionibus Normannorum deserat. *Sciscitaris*, inquit, *per Guldagarium Presbyterum vtrum cùm à Nortmannis de Episcopio depellaris, debeas de cætero in monasterio conuersari. In quo scias, carissime frater, quòd si perniciosum est proretam in tranquillitate nauem deserere, quantò magis in fluctibus? Vbi non dicimus, quòd persecutorum non fugiamus, maximè paganorum, insidias, cùm ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitùs assequuntur: præsertim cùm eis prodire vltrò non debeamus, & multos Prophetas & Apostolos, ipsum quoque Dominum huiusmodi infugisse consecutores luce clariùs constet.*

18. ACHARDVS, seu ATHARDVS,
870. ius diuinum Morinensibus dixit anno 870.

19. ADALBERTVS ordinatus fuit ab Hincmaro Remorum Archiepiscopo, vt patet ex documento professionis illius cùm esset consecrandus Episcopus; sic autem ad calcem tomi 2. Conciliorum Sirmondi, incipit: *Ego Adalbertus vocatus Episcopus Morinensis, reuerentissimo patri Hincmaro Remorum Archiepiscopo; supernâ gratiâ per sacrosanctum ministerium vestrum Morinensis Ecclesiæ futurus Episcopus, profiteor vnam fidem esse, eámque operante gratiâ superni largitoris me tenere, prædicare, atque defendere, quam à Deo inspiratam, & ab Apostolis traditam, atque à successoribus eorum custoditam habemus.* Subscripsit
876. Concilio Pontigonensi an. 876.

20. HERILANDVS in synodo Remensi anno 892. apud Flodoardum lib. 4. cap. 7. memoratur etiam in alterâ Remensi contra interfectores Fulconis Archiepiscopi.

21. STEPHANVS in Concilio Trosleiano 909. viuebat adhuc an-
928. no 928. ex Historiâ Lamberti Presbyteri Ardearum de Comitibus Ghisnensibus.

22. VVIFREDVS, seu Vuicfridus, ex monacho & Præposito S. Bertini ordinatus fuit Episcopus per Artaldum Remensem Metropolitam anno 935. vt habet Flodoardus in Chronico. Interfuit Concilio Treuirensi 948. atque ex Bononiâ corpus 948.
S. Bertulphi transtulit ad Harlebecum in Flandriâ: satis cessit circa annum 960.

23. BAVCO, aliâs DAVID ex monacho Sancti Petri Corbeiensis obiit 964. 964.

24. FRAMARICVS subscribit cartæ Balduini Marchionis, & Susannæ Reginæ matris, in monasterio Gandauensi apud Blandinium 988. recensetúrque in Historiâ Lamberti Ardearum habuisse magni nominis neptem Seluessam in terrâ Ghisnensi, quæ in manu suâ omnia allodia cesserit, mox & ab eodem Framerico ea resumpserit in feudum: 999.
mortuus est anno 999.

25. BALDVINVS ciuitatem incendio deformatam instaurauit, sexdecim præbendas in Ecclesiâ instituit, eámque omnimodâ libertate insigniuit, Barones fecit, necnô altaria ipsi Ecclesiæ dedit, quam ab omni seruitute liberam dimisit. Nominatur cùm Valtero Episcopo Eduensi anno 30. Regis Roberti. Synodo Calensi adfuit eodem Principe regnan- 1030.
te: decessit anno 1030.

26. DROGO ex monacho S. Vuinoci Bergensis, & pastore de Guistellâ sedem Morinensem obtinuit anno 1031. cum Concilio Remensi adstitit 1049. atque eleuationi S. Bertini 1050. extabulario Sithiensi: subscripsit etiam fundationi Collegij Canonicorum Insulæ 1066. cùm Varnerio Archidiacono suo, fundator Ecclesiæ S. Nicolai Ambiani; eius consilio Ardeæ Collegiatam condidit Arnoldus Teruanensis Comitatus Præses & Ardearum dominus 1069. animam exhalauit 1078. legendus 1078.
Vincentius lib. 29. cap. 13. vbi ait Drogonem scripsisse quædam auctor vitæ S. Godelenæ apud Surium.

27. HVBERTVS ex Archidiacono Drogonis electus, sedit in Concilio Suessionensi 1078. cui scribit Gerardus Cameracensis Episcopus mense Februario 1082. apud 1082.
Miræum in Chronico Præmonstratensi: abdicare coactus in S. Bertino

fit monachus, dum interim quidam A *Lambertus* Roberti Comitis Flandriæ patrocinio Cathedram inuasit; & anno cùm dimidio excommunicatus fuit, ac per proceres, Canonicósque Tarnanenses an. 1084. captus, linguâ & duobus digitis incisis turpiter eiectus est.

28. GERARDVS infulas iniit 1084. annum etenim Præsulatus primum subindicat in eius cartâ, quâ petitione Balduini Comitis de Guisnes altare villæ d'Andernes ad opus monachorum cœnobij S. Saluatoris B Carrofensis in Pictonibus donauit. Ad hunc extat epist. 49. lib. 2. S. Anselmi. Videndus Ariulfus in vitâ B. Arnulfi Episcopi Suessionensis c. 25. Gregorius 7. lib. 9. epist. 13. & 34. vbi de Lamberto intruso, & Gerardo canonicè electo: nominatur in membranâ Collegiatæ S. Valburgis apud
1095. Furnas 1095. per Vrbanum Pontificem ab Episcopatu depositus, in Abbatiam Montis S. Eligij Atrebatensis commigrauit.

COMMINES. 29. B. IOANNES DE COMMINÈS I. filius domini de Vuarneston, Canonicus sæcularis S. Petri Insulensis, C Archidiaconus Ecclesiæ, ex Religioso Montis S. Eligij, cùm optimis disciplinis sub Iuone Carnotensi fuisset eruditus, Cleri suffragio, accedente insuper fauore Clementiæ Comitissæ Flandrensis postulatur Episcopus, atque à Manasse Archiepiscopo suo Remensi consecratur
1099. 1099. Recensetur in cartulario S. Martini Parisiensis 1111. cùm Eustachio Bononiæ Comite i ei dicat vitam Beati Caroli Flandriæ Comitis Galterus Canonicus 1127. apud Surium; cui scribit Iuo epist. 97. meminit eius Miræus cap. 61. Origin. Cœnob. Belgicorum & in Fastis, D Molanus in Natalibus Belgicis 27. Ianuarij, & Nicolaus in vitâ S. Gofridi Ambianensis Episcopi lib. 2. Cùm Balduino Principe, matre Clementiâ, & Roberto Abbate Bertiniano vnus fuit ex reformatoribus cœnobij Blandiniensis: clarus miraculis 27 Ianu. Morinis in Christo obdor-
1130. miuit an. 1130. post quem sedes annum vacauit, propter litigium Balduini à Flandriâ, cùm Milone sequenti.

30. MILO I. ex primo Abbate S. Iudoci in Nemore, Præmonstratensis Ordinis, creatur Episcopus 1131. religione & scientiâ insignis 1151. apud Baronium: extat huius mentio in cartis Iprensis Capituli 1142. & 1150. in causâ ipsius cùm Theodorico Flandriæ Comite, quæ personarum Ecclesiæ ac Baronum examine discussa est: item 1151. in litigio pro basilicâ de Hesdinio. Concilio Remensi adfuit in causâ Gilberti Porretani Pictauensis Episcopi, delegatus cùm Hugone Altissiodorensi, ac Sugerio Abbate S. Dionysij, vt ipsi Pontifici exhiberent Gilberti capitula, teste Gaufredo monacho in epistolâ de rebus gestis huius controuersiæ. Dicat Ecclesiam Morinensem 1133. Aluisio Atrebatensi, Guarino Ambianensi, & Simone Nouiomensi præsentibus, vti auctor est Anselmus Gemblacensis: is etiam cùm Drogone fratre & Gualtero Titel Principe de Poix, Ecclesiam Selincurtensem construxisse, ac censu dotasse memoratur in tabulis, cui Lucas S. Cornelij Abbas dicat Commentarios in Cantica tom. 1. Bibliothecæ Patrum editionis quartæ. Ad hunc verò scribit Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis lib 4 ep. 8. vbi eum increpat, quòd Cluniacensibus infestus esset: hominem exuit 1158. 16. Iulij, quem hoc encomio 1158. commendat Robertus de Monte: *Anno 1139 florebat Gallicana Ecclesia per viros religione ac sapientiâ illustres, Milonem Morinensem Episcopum, humilitatis virtute præcipuum, Aluisum Atrebatensem, liberalitate, atque consilio & facundiâ clarum, Godefridum Lingonensem, Hugonem Autissiodorensem, Ioslenum Suessionensem, Goffridum Carnotensem, Albericum Bituricensem Archiepiscopum scientiâ literarum atque consilij prudentiâ clarissimum.*

31. MILO II. ex Archidiacono, & Abbate Russeauillano successit patruo 1159. prout docet Robertus 1159. de Monte in Appendice ad Sigebertum: *Mortuo*, inquit, *venerabili Milone Episcopo Taruennensi, electus est Milo Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, Canonicus Regularis, sicut decessor eius fuerat: quem cùm Samson Archiepiscopus Remensis vellet sacrare, Clerici ciuitatis Boloniæ, qui diu sub Episcopo Taruuen-*

nensi fuerant, volentes amodò suum proprium Episcopum habere, sicut antiquitùs habuerant, prohibuerunt Archiepiscopum sub appellatione Apostolicâ ne eum sacraret, nisi tantummodò ad titulum Taruennensis Ecclesiæ: quod prædictus Electus refutans, insacratus contra illos Clericos Romam perrexit, & ibi sacratus est. Corpus S. Rotrudis Virginis anno 1160. feretro inclusit præsente Arnulfo Guisnensi Comite: memoratúrque apud Lambertum Ardeensem in Historiâ.
1165. Anno 1165. per eum Taruanæ ostensum est corpus S. Maximi, assistentibus Balduino Nouiomensi, & Roberto Ambianensi Episcopis: fundator Abbatiæ S. Augustini in suburbiis, Ordinis Præmonstratensis.

32. DESIDERIVS Hugonis Insulæ Castellani nepos, ex Archidiacono Tornacensi & Præposito Insu-
1169. læ suffectus est 1169. reperitur eius mentio in cartulario S. Bertini 1177. cùm Vuillelmo S. Audomari Castellano, interfuitque Synodo Lateranensi 1179. Abbatiam S. Columbæ de Blandech monialium Cisterciensium, propè Audomaropolim condidit 1186. insequenti anno constituit Decanum Canonicis oppidi S. Pauli: mortuus verò 1194. cùm propter ætatem ingrauescentem Episcopatui
1191. iam cessisset 1191. humatus in æde monasterij Camberonensis in Hanoniæ Comitatu.

33. LAMBERTVS patriâ Brugensis, ex Cancellario Remensi adlectus Episcopus 1191. præsens erat coronationi Ingeburgis, Philippi Augusti Franciæ Regis coniugis, Ambiani 1193. ad quem scribit Stephanus Tornacensis Episcopus epistolâ 200. vbi eum Lambinum, pro Lam-
1207. berto vocat: fato fungitur 1207. 12. Cal. Iulij.

34. IOANNES II. Lamberti nepos, ex Archidiacono Teroanensi confirmatur ab Innocentio 3. subla-
1213. tus è viuis 1213.

35. ADAM ex Archidiacono Parisiensi, nominatur in cartâ Abbatiæ Andrensis anno 1215. mense Martio, testamenti executor Mathildis Lusitanæ apud Claramuallem sepultæ, vbi posteà ipse sit tandem monachus 1229. prout docent Bzouius, Miræus, 1229.
Hennquez, & alij.

36. PETRVS DE DOVY I. ex DOVY.
Canonico & Archidiacono Flandriæ in Ecclesiâ Morinensi creatur 1229. transfert corpus D. Bertini ad preces Iacobi Abbatis, coram Episcopo Atrebatensi, vti notatur in chronico 1250.
Bertiniano: obiit 1250.

37. RADVLFVS DE CALA interfuit tralationi S. Fursei Peronæ DE CALA.
1256. & dicat Ecclesiam Dunensis monasterij 1261. quo eodem anno adstitit inaugurationi Abbatiæ Caricampi: moritur 1264. 1264.

38. HENRICVS DE MVRIS I. DE MVRIS.
ex Cantore 1266. concordiam fecit cùm Capitulo Morinensi, quòd medietas emolumentorum sigilli, & emendarum tempore vacantis sedis, post obitum sui decessoris, sibi, vt successori cederet, & alia medietas Ecclesiæ, pro redditibus, ad augmentationem præbendarum & distributionum: sed hæc concordia mutata est tempore Ioannis de Viennâ: interiit 1283. 1283.

39. IACOBVS DE BOVLOGNE BOVLOGNE.
eligitur 1283.

40. ENGVERRANVS DE CREQVY CREQVY.
ex Cameracensi Antistite huc traducitur, cuius meminit carta Sacræ Capellæ Palatij Parisiensis 1306. Maij 17. adsuit Concilio Siluanectensi 1317. in Annalibus Flandriæ; probat autem fundationem Capellaniæ in Ecclesiâ Montis S. Eligij per Mariam Comitissam S. Pauli institutæ 1320. 1320.
mense Decembri.

41. IOANNES DE VIENNE II. VIENNE.
mutauit pactionem Henrici de Muris, ac nouam condidit cùm Capitulo, quòd medietas prædicta emolumentorum, in vsus suos ac successoris cederet, & alia fabricæ Morinensi, quæ compositio auctoritate Apostolicâ fuit confirmata: transfertur anno 1334. ad Archiepiscopatum Remensem. 1334.

42. RAIMVNDVS SAQVETI SAQVETI.
electus 1334. mense Nouembri, vt

notat liber Obligationum Vaticani. Orator Regis Philippi Valesij ad Eduardum Angliæ Regem pacis inter Principes Christianos conciliandæ gratiâ delegatur. Transiit ad Lugdunensem Archiepiscopatum.

AISCELIN. 43. ÆGIDIUS AISCELIN dominus de Listenois in Aruerniâ iuxta
1357. Billiomum, 1357. ex actis Consistorialibus Vaticani; fuit & Præsul Vaurensis, Cardinalis, Franciæque Cancellarius.

GENEVE. 44. ROBERTUS DE GENEVE ex Comitibus Gebennensibus, Amedei, & Mathildæ de Aruerniâ filius,
1365. instituitur Episcopus 1365. inde Cameracensis, posteà Pseudopontifex dictus Clemens VII. in suâ obedientiâ. Vide plura de ipso in Cameracensibus, atque in Historiâ Pontificiâ.

DAINVILLE 45. GERARDUS DE DAINVILLE nobilis Atrebas, eiusdem sedis anteà Episcopus, tum Cameracensis.

ROBERT. 46. AIMARUS, vel ADEMARUS ROBERT Cardinalis S. Anastasiæ, translatus ad hanc Ecclesiam anno 1371. demum ad Senonensem Metropolim, vt notant registra Vaticana.

ORGEMONT 47. PETRUS D'ORGEMONT II. Parisiensis, Præses Cameræ Computorum, Petri Franciæ Nomophylacis filius, posteà Parisiensis Episcopus.

TABARI. 48. IOANNES TABARI IV. Canonicus Parisiensis, cùm fuisset Medicus Regis Caroli ad quem scripsit lib. 6. de Medicinâ, in quâ arte versatissimus erat, promouetur ad
1384. sedem Boloniensem 1384. 21. Februarij, fautor Clementis VII. Antipapæ. Interest tralationi S. Ludouici 1392. Tabulas testamenti confecit anno 1402. 7. Martij, quibus constituit sepulturam ante altare dictæ Ecclesiæ Morinensis, legat Parisiensi 12. libras super domibus suis Lutetiæ. Item Ecclesiis Cathedralibus Parisiensi, Ambianensi, Carnotensi, Cameracensi, Tornacensi, Atrebatensi, ac Collegiatæ S. Petri Insulensis, in quibus præbendas obtinuerat, sacra sacrificia ordinat celebrari, vti & anniuersario die obitus in monasterio villæ Stirpensis, diœcesis Lemouicensis, in quâ natus fuit, & Capellaniam fundauit per

A Priorem Claustralem deseruiendam. *Ordino*, inquit autographum originale, *quòd in Missis celebrandis pro animabus Regis quondam Caroli defuncti, & Reginæ eius consortis, quidquid Rex de benignitate suâ, vti suus Secretarius pro me tractauit, omnibus modis & de eius immensâ clementiâ nutriuit, & faciendo dictum officium sui Secretarij defectus meos caritatiuè suppleuit, centum Franci presbyteris de bonis meis assignentur, licet à decessu suo citra orationes ac preces quas potui, feci, & pro salute suâ continuari procuraui, & faciam Deo dante quandiu vixero non immeritò obli-*
B *gatus.* Legat item quædam bona maritandis pauperibus puellis, ac quibusdam suis propinquis. Confratriæ S. Sebastiani quam de nouo incœperat in villâ suâ Morinensi, propter mortalitatem grassantem, quasdam missas dotat. Executores huiúsce testamenti nominat Hugonem S. Flori Antistitem, Henricum de Marlâ, & Iacobum de Rully Præsidentes in Parlamento: tum sub finem hæc subiungit: *Deuotissimè supplico excellentissimo Principi Carolo Francorum*
C *Regi, per cuius preces & scripta promotus fui ad Morinensem Ecclesiam, necnon strenuissimis Principibus dominis meis metuendis, Ioanne Bituriæ & Philippo Burgundiæ Ducibus, quorum Regum atque Ducum seruitor fui, me existente in officio Secretarij præfati Regis genitoris moderni Regis, ac germani prædictorum Ducum, intuitu Seruitiorum sæpefatis Regibus ac Ducibus per magna tempora fideliter impensorum, de liberalitate cuiuslibet ipsorum, magnificæ clementiæ, mei testamenti custodes, protectores ac deffensores adesse dignentur, & submitto tuitioni excellentiis, ac in toto orbe terrarum famosi in omni iustitiâ,*
D *ac semper laudabili Curiæ Parisiensis Parlamenti.* Mortuus est paulò post Parisiis Ioannes iste Tabari 1403. 1406.
14. Calend. Februarias, sepultus Teroanæ in suâ Cathedrali.

RENAUD. 49. MATHÆUS RENAUD Bapalmensis, ex Regis Confessore, scripsit vitas Pontificum Romanorum, & obiit 1414.

LUXEMBOURG. 50. LUDOUICUS DE LUXEMBOURG Cardinalis, ex clarissimâ stirpe Luxemburgensi, Præses Cameræ Computorum Parisiis, atque Henrici Angliæ Regis falsò, vt nuncupabatur,

Cancellarius, cuius coronationi in A ӕde Marianâ Lutetiæ interfuit; nominatur à Capitulo Morinẽsi, electione Canonicorum suffragia bifariam diuidente, inter Ludouicũ & Ægidiũ de Cãpis. Benedixit cemeteriũ in quo sepulti qui in prælio ad Azincurium castrum huius diœcesis in Picardiâ occubuêre 25. Octobris 1415. Deinum translatus ad Archiepiscopa-
1436. tum Rotomagensem 1436. vt diximus. Condidit testamentum vbi in autographo originali Archiepiscopum sese Rotomagensem, Franciæ Cancellarium, & perpetuum Administratorem Ecclesiæ Eliensis in Angliâ cognominat, in quâ basilicâ sepulturam deligit si extra Galliam moreretur, Rotomagi autem si in Franciâ: Teroanensi Ecclesiæ donat terram de Hermanuillâ propè Atrebatum, quam emerat pro fundatione sex Capellanorum in Cathedrali Morinensi: Rotomagensi largitur breuiarium, & quædam volumina in vsus Archiepiscoporum: nominat executores Episcopum Meldensem ac Fiscanni Abbatem, dato instrumento Rotomagi 15. Septembr. 1438.

LE IEVNE. 51. IOANNES LE IEVNE V. Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucinâ, ex Episcopo Ambianensi in Con-
1439. cilio Florentino 1439. Orator Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, de illo vide Ambianenses Episcopos.

LA BOVRGONGNE. 52. DAVID DE BOVRGONGNE filius naturalis Philippi Boni Burgundiæ Ducis, & Flandriæ Comitis, germanus Philippi Episcopi Vltraiectensis, Raphaëlis Abbatis Aldemburgensis, & Ioannis Præpositi S. Donatiani apud Brugas: recensetur electus Teroanensis Præsul in antiquo codice Cameræ Rationum regiarum Parisiensis, apertâ tum Regaliâ per excessum Ioannis Iuuenis Cardinalis, de quo Episcopatu Dauid Carolo 7. Regi fidem clientelæ pro temporali iurauit; postea fit Antistes Vltraiectensis 1455. 4. Idus Octobris.

LORRAINE. 53. HENRICVS DE LORRAINE Antonij Comitis Vaudemontij filius, Morinum Dominicâ 2. Paschæ solemni inaugurationis pompâ inue-
1457. ctus 1457. Episcopatum obtinuit ad annum vsque 1485. quem in gratiam Antonij de Croy resignauit. Obseruare hîc lubet, Ludouicum XI. Regem cùm Boloniam orationis causâ deuenisset, memor Deiparæ Virginis in eâ vrbe variis signis ac miraculis conspicuæ, vti & beneficiorum quæ ipsius patrocinio sese palam obtinuisse profitebatur, speciali Dominam suam honoris prærogatiuâ cohonestare cupiens, eidem Virgini in templo Boloniensi cultæ, cessit perpetuò ius feodi Comitatus Boloniensis, adeò vt in posterum ipse, ac successores Reges, vel qui Comitatu fruerentur, ipsi sanctissimæ Vir- B gini coram eius effigie, in manu Abbatis loci sacramentum hominij profiterentur, soluendo etiam debita feudataria, prout constat ex diplomate originali dato apud Hesdinium mense Aprili 1478. quod in acta Par- 1478.
lamenti, & Regiæ Cameræ Rationum Parisiis relatum fuit 18. & 19. Augusti eiusdem anni.

DE CROY. 54. ANTONIVS DE CROY I. Philippi Porceani Comitis ex illustrissimâ apud Belgas familiâ, & Iaquelinæ Luxemburgensis filius: crea- C tur primò Administrator, tum Episcopus consecratur 1486. sacrâ pere- 1486.
grinatione susceptâ obiit in Cypro, rediens Ierosolymis 21. Sept. an. 1495.

LVXEMBOVRG. 55. PHILIPPVS DE LVXEMBOVRG I. ex Atrebatensi, Cardinalis Tusculanus, ac Cenomanensis Episcopus, vbi de ipso plura. Huius Philippi tempore, Anglorum inuasione ciuitas Morinensis concremata fuit.

MELVN. 56. FRANCISCVS DE MELVN I. ex Præposito Audomaropolitano & Insulensi, Episcopus Atrebatensis, ac Morinorum 1512. ipsius gentiles fun- 1512.
D darunt Conuentum Annunciationis Bethunæ quem dedicauit 17. Maij 1517. in quâ æde visitur sepulchrum marmoreum Isabellæ Luxemburgensis fundatricis præcipuæ, Espinoij Principis.

LORRAINE. 57. IOANNES DE LORRAINE VI. Cardinalis tit. S. Onuphrij, Administrator Narbonensis, Morinensis, ac Virdunensis Episcopatuum 1530 Ca- 1530.
lend. Augusti ex indulto Apostolico. Fuit & Metensis, vide plura de eodem in Narbonensibus.

LA CHAMBRE. 58. PHILIPPVS DE LA CHAMBRE II. A
ex monacho & Abbate Corbeiensi,
Cardinalis, Episcopus Boloniensis, ac
Bellicensis, vt dictum est supra.

CREQVI. 59. FRANCISCVS DE CREQVY II.
Abbas S. Petri Selincurtis, Ioannis
domini de Crequy & de Canaples,
ex Iossinâ de Soissons Principe de
1535. Poix filius, consecratur Antistes an-
no 1535. obiit vltimâ Februarij 1552.

60. ANTONIVS DE CREQVY II.
Francisci frater, fit Episcopus 1553.
quo anno deleti Morini.

B

BOLONIENSES EPISCOPI

DORMY. D'argẽt au cheuron de gueulle accompagné en chef de 2. perroquets affrõtez de sinople, & en pointe d'vn besan de mesme.

1. CLAVDIVS-ANDREAS DORMY
Matisconensis origi-
ne, Teruanâ excisâ,
Sedes Episcopalis &
eius prædia pro par-
te Boloniam sunt translata, vt di- C
ctum est bullâ erectionis, cuius iste
primus Episcopus designatus præ-
fuit iam ab anno 1583. interfuitque
1583. Comitiis Blesensibus Regni an. 1588.

DORMY. 2. CLAVDIVS DORMY supe-
rioris ex fratre nepos, Prior Regalis
Monasterij S. Martini de Campis Pa-
risiis, qui Abbatiæ Cluniacensis mo-
nachus professus, post adeptum Epis-
1600. copatum Boloniensem 1600. ex dis-
pensatione Apostolicâ votis nun-
cium remittens, Martinianum cœ-
nobium Commendæ subiecit, Do-
ctor & ipse Iuris sacri ac Pontificij;
huius tempore Capucinorum Con-
uentus construitur & moniales S. Vr- D
sulæ stabiliuntur: fuit Episcopus an-
nis 26. Lutetiæ obiit ex aquâ inter-
cute die vltimâ Nouembr. 1626. se-
pultus apud Dominicanos Parisienses
in Capellâ gentis Dormiorum, vbi
sub effigie ad viuum expressâ, marmo-
reæ tabulæ hoc epitaphium prostat.

D. O. M. V. Q. M.

Adsta paululùm viator & carissimos manes aduerte. Cubat hic CLAVDIVS DORMY *dignissimus Morinorum Episcopus, quem nusquam gregi suo indormientem, curis tandem fessum, tertius supra sexagesimum ætatis annus, rebus humanis exemptum, Cœlo ad meliorem vitam locauit. Mortales exuuias frater maior natu Carolus Franciscus Dormy Regi ab Epistolis, communis parentis vnde sexagesimo ante defuncti, cineri apponendas gentilitio monumento curauit. Obiit pridie Cal. Decemb. 1626.* 1626.

BOVTHILLIER. D'azur à 3. fasces d'or accostées.

3. VICTOR BOVTHILLER
frater Claudij regiæ Gazæ Præfecti,
Torquatorum Equitum Thesaurarij,
& Sebastiani Adurensis Episcopi;
filius Dionysij Comitis Consistoria-
ni & Claudiæ Machecoæ; ex Cathe-
dralis Parisiensis Canonico per Lu-
douicum 13. vocatur ad hunc Epis-
copatum Calend. Decembr. 1626.
consecratur 9. Aprilis 1628. in basi- 1628.
licâ Carmelinarum suburbij Sancti
Iacobi, à Ioanne Fraocisco Gon-
dio Archiepiscopo Parisiensi, sa-
cro operam nauantibus Aginnensi,
& Siluanectensi Episcopis: eodem
anno ioterest Cœtui Cleri Fontane-
ti in Pictonibus. Sub eius Pontificatu
templa ædésque sacræ bellis grassan-
tibus dirutæ per suam diœcesim,
in Artesij ac Galliæ finibus, rursùm
excitatæ sunt. Collegium Oratorij
Sacerdotibus in Abbatiâ suâ Beati
Wlmari, stabilitur, iisque redditus
annuos notabiles constituit. Præte-
reà duæ domus Sanctimonialium, vna
Boloniæ Annunciatarum, altera apud
Ardeas Dominicanarum, S. Bene-
dicti strictiorem normam amplectun-
tur. Cùm autem B. Virginis imago
apud Boloniam miraculis inclyta,
Nouatorum bello ingruente fuisset
deperdita, iterum reperta, suo loco
reponitur in Cathedrali à Victore, &
eodem cultu quo à multis sæclis cla-
ruerat, condecorata est, signis plu-
rimis ad Diuæ aram paulò mox pa-
tratis. Demum Bertrandi d'Eschaux
in Archiepiscopatu Turonensi ad-
lectus Coadiutor 1630. eo mortuo 1630.
huius Metropolis apprehendit pos-
sessionem 1641. vt videre est tomo 1.
Archiepiscoporum.

DOLCE. D'argent à 3. cheurons de gueulle, & au franc cartier vne estoile de mesme.

4. IOANNES DOLCE Ber-
trandi d'Eschaux Archiepiscopi Tu-
ronensis nepos factus Antistes Bolo-
niensis Ecclesiæ iniit possessionem
1633. die 1. Martij: huius tempore
Minimi

Minimi admittuntur in Boloniâ in- A
1642. feriori die 25. April. 1642. posteà Agarhensis, ex quâ Sede promotus ad Baionensem, quam hodiéque moderatur.

PERROCHEL. D'azur à vn croissant en pointe d'or, & 3. estoiles de mesme en chef.

5. FRANCISCVS PERROCHEL Parisinus, Caroli Perrochel Magni Franciæ Audientiarij, & Mariæ de Gibercourt filius, ex Abbate S. Crispini Maioris Suessionensis, à Ludouico 14. Rege renunciatus est Episcopus per promotionem Ioannis ad Ecclesiam Baionensem. Bullas obtinuit ab Vrbano 8. summo Pontif.
1644. 1644. 8. Idus Februari, atque Pa- B risiis consecratur Episcopus in Ecclesiâ S. Lazari in suburbio Parisiensi an. 1645. die 11. Iunij, à Ioanne-Francisco Paulo Gondio Archiepiscopo Corinthio & Coadiutore Parisiensi, sacro operam nauantibus Felice Vialar Episcopo ac Comite Catalaunensi, & Francisco Fouquet Episcopo Comite Agathensi. Possessionem iniit solemni pompâ eodem anno die 2. Augusti: quo sedente in Boloniâ inferiori moniales Anglicæ Ordinis S. Benedicti stabi- C liuntur. Rex autem Ludouicus 14. ex debito decessorum, parentisque sui cognominis, Cathedrali Boloniensi persoluit duodecim millia librarum pro hominio Comitatus Boloniæ, quo ipsi Ecclesiæ adstrictus erat. Hic Episcopus duodecim omnino ab annis vt Pastorem optimum decet, verbo & exemplo Ecclesiam sibi creditam administrat.

DECANI ECCLESIÆ BOLONIENSIS.

1. PETRVS *d'Argues* primus qui occurrat Decanus Cathedralis Ecclesiæ Boloniensis, post extinctionem Morinensis.

2. *Florentius Brunel.*

3. *Petrus le Barbier.*

4. *Achilles Disque.*

5. *Natalis Gantois.*

6. *Ioannes Mouque* hodie superstes.

BOSCODVCENSES EPISCOPI.

Bosleduc en Brabant, sur le Dommel.

BOLDVCVM, vel Buscum Ducis, quasi dicas Siluam Ducis, primordium debet Henrico Duci Brabantiæ 1172. huius etenim prouinciæ membrum est & caput Taxandriæ, super fluuium Dommelium, syluâ hoc in loco excisâ, vt Gel- drorum irruptiones repellerentur. Nonnulli verò à Godefrido Duce initium habuisse produnt hanc vrbem, pulchram, & loci arte atque naturâ admodum munitam, in quâ erat Collegiata S. Ioanni Euangelistæ dicata, quæ à Paulo IV. an. 1559. sub Metropoli Machliniensi erecta fuit in Cathedralem: habet præterea in suâ diœcesi alias nouem vrbes, cùm decem ruralibus Decanatibus, & Collegiis totidem Canonicorum, partim in Brabantiâ, partim in Geldriâ cùm duabus Abbatiis.

TVNGERLOA *Tengerlo* O P.

BERNÆ *Berne* O P.

Episcopi huius Sedis peti possunt ex Guillelmo Gazeto, & Arnoldi Raissij Belgicâ Christianâ.

1. FRANCISCVS SONNIVS inde Antuerpiensis Præsul 1569. SONNIVS. 1569.

2. LAVRENTIVS METSIVS ex Decano S. Gudilæ Bruxellensis die Sancti Georgij per Maximilia- D num Archiepiscopum Cameracensem munus consecrationis accepit 1570. assistentibus Francisco Richardot Attrebatensi, & Francisco Sonnio Antwerpiæ Episcopis. Synodum indixit & lustrauit diœcesim, rectéque suum munus impleuit percarus Ioanni Austriaco Belgij Progubernatori, ac fatis cessit 1580. 17. Septembr. iacet Namurci in Cathedrali. METSIVS. 1570.

3. CLEMENTIVS CRABEELS Louaniensis, maior Vicarius & Officialis Gandensis, sacrarus die Epiphaniæ 1585. Tornaci à Maximiliano CRABEELS. 1585.

Morillon Antistite, adstantibus Ma- A thæo Moullart Arrebatensi & Ioanne Six S. Audomari Præsulibus: mense Aprili sequenti festiuâ inaugurationis pompâ Siluamducis inuehitur,
1592. mortuus 22. Octob. 1592. iacet in Cathedrali.

Masivs. 4. Gilbertvs Masivs Bomelensis, ex Pastore Siluaducis in Ecclesiâ S. Ioannis Euangelistæ, sacratus fuit Bruxellæ 1594. die S. Thomæ Aquinatis; ad quem scribit l.1. ep.28. B. Franciscus de Sales Episcopus Geneuensis.

B

Zoes. 5. Nicolavs Zoes Amesfortius, ex Canonico & Officiali Tornacensi, ac Senatore Magni Consilij Belgici; fuerat à secretis Ioannis de Vendeuille Episcopi Tornacensis. Eius inscriptio spectatur in basilicâ S. Ioannis hoc titulo.

Deo Opt. Max.

D. Nicolavs Zoes *Episcopus Buscoducensis, Magister Libellorum Supplicum & Consiliarius magni Consilij, C frequentibus Cleri populique precibus se commendatum cupiens, hoc loco sibi viuens monumentum elegit: vixit annis* LXI. *præfuit Ecclesiæ Boscoducensi an-*
1625. *nos* 10. *menses* 3. *& dies* 12. *obiit an.* 1625. *die* 22. *mensis Augusti.*

Ophovivs 6. Michael Ophovivs quondam Prior Fratrum Prædicato-
1630. rum Antuerpiensium sedebat 1630. probauit Historiam miraculorum B. Mariæ Siluaducensis ab Othone Zoilio Soc. Iesu Presb. conscriptam.

Bergaigne 7. Iosephvs de Bergaigne D Antuerpiensis Ordinis Minorum, Hispaniæ Definitor, & Commissarius generalis in Germaniâ & Flandriâ: nominatur Episcopus Siluaducensis 1637. posteà Cameracensis Archiepisc. 1645 Boscoducensem Ecclesiam Administratoris titulo ad obi-
1647. tum vsque rexit 1647. 14. Octobris. Iosepho autem nullus hactenus successor datus est: cuius Episcopatus hodie tenuissimi cura, Antuerpiensi viciniori Episcopo demandata est: captâ vrbe à Nouatoribus Batauis residentiam habet in Geldorpio.

BRIOCENSES
EPISCOPI
ET DOMINI.

VRbs S. Brioci, sic dicta ab Apostolo suo qui nomen oppido indidit, quod suo patrocinio fouet, inter duos amnes Prolemæo celebres situm, quorum alter Tritius, alius Argennus appellatur; in eâ Ducatus Britanniæ Armoricæ parte, quæ vergit ad Oceanum Septentrionalem; sub Archiepiscopatu Turonensi, & Parlamento Redonensi. Circa annum 844. in 844. Monasterio eiusdem S. Brioci constituta fuit Sedes Episcopalis per Nomenoium Ducem Britonum tempore Caroli Calui Regis Francorum. Pontifex loci dominus est temporalis, & templum maius B. Stephano Martyri dicatur. Capitulum constat Decano, Thesaurario, Archidiaconis Penteuriæ & Goelensi, Scholastico, Cantore, & viginti Canonicatibus. In hac diœcesi reperiuntur Abbatiæ.

Saint Brievc en haute Bretagne.

Lantenaci *Lantenac* O B.

S. Albini de Bosco O C.

S. Aubin des Bois.

Boqviani *Boquian* O C.

Belliportvs *Beauport* O P.

Præsules autem huic Ecclesiæ præfuerunt sequentes, ex Argentræo, Augustino du Paz, aliisue Aremoricæ Historiis, monumentisque collecti.

1. Adam anno 1004. obiit 1069. 1004.

2. Hamo, recensetur in tabulâ Abbatiæ S. Georgij Redonensis testis doni Gaufridi Redonensis Comitis, Abbatissæ Hodiernæ & monialibus; necnon in schedis S. Albini. Interfuit exequiis Eudonis Comitis Penteuriæ in Cathedrali sepulti an. 1079. fortassis idem ac Salomon, quem ita ab Argentræo legimus nuncupari.

3. Gvillelmvs I. 1090. pro- 1090.

bauit donationem Annæ de Leonio Comitissæ Porhoeti pro remedio animæ, præsentibus Moruano Venetensi, Benedicto S. Maclouij Episcopis, & aliis Abbatibus, Alano Fergentio Hoeli filio totius Britanniæ Consule.

4. Stephanvs i. anno 1100.

5. Robertvs i.

Le Beschevx. 1130. 6. Gvillelmvs le Beschevx ii. circa 1130. fundationem fecit in Cathedrali, quæ hodiéque celebratur quotannis die 2. Nouembris : iacet in capellâ nostræ Dominæ ad latus Septentrionis.

7. Ioannes i. 1132.

8. Ioscivs aliàs Iotho, vel Gotho, natione Brito, posteà Archiepiscopus Turonensis 1157.

1161. 9. Ivdicael anno 1161.

Tilly. 10. Olivarivs de Tilly, vel dv Rillet 1168. cuius memoria habetur in obituario Cathedralis 3. Ianuarij.

11. Gofridvs i. adfuit Concilio Lateranensi 1179.

1180. 12. Pregentivs 1180. interfuit Synodo prouinciali Redonensi.

13. Gofridvs ii. 1196. & 1198. defunctus 1201. 2. Nouembris, habet anniuersarium in suâ Ecclesiâ.

1202. 14. Ioscelinvs successit 1202. quo anno interfuit cùm aliis Præsulibus Britanniæ conuenticulo Vennetensi, vt vindicta sumeretur parricidij Ioannis Angliæ Regis, patrati in nepotem Principem Arturum Britanniæ Ducem : eius memoria extat in tabulis Abbatiæ Belliportus fundatæ per Alanum Comitem de Gouello.

1208. 15. Petrvs i. 1208. ex cartis Abbatiæ S. Albini, qui anno 1210. summâ celebritate excepit portionem relliquiarum S. Brioci, sepultus est 1218. iuxta maiorem portam Ecclesiæ.

1219. 16. Silvester anno 1219. obiit 1220.

Pichon. 17. S. Gvillelmvs Pichon iii. Oliuario & Ioannâ Fortin parentibus honestæ familiæ ortus, Siluestro subrogatur; iste iura Episcopij cùm fortiter tutaretur contra Petrum Ducem Armoricæ, malè ab ipso habitus, è diœcesi in exilium eiicitur, Pictauiúmque se recepit, vbi benignè exceptus ab Antistite qui tum decumbebat, eius vice munera obiuit Pontificalia; reuersus ad vrbem suam, ædificio Cathedralis animum intendens fato eripitur, interruptâ operis mole 1234. 29. Iulij. Clarus 1234. miraculis in Sanctorum numerum refertur ab Innocentio 4. Lugduni quarto Pontificatus; cuius vitam Surius tomo 3. ad diem 29. Iulij dicit scriptam fuisse à Gaufrido Bituricensi Archiepiscopo : De ipso plura in actis eius vitæ editis in Historiâ Britanniæ ac Pontificum. Auctor Genealogiæ de Flisco obseruat elucubratam ab Innocentio 4. Pont. ex eadem familiâ, eius vitam, atque etiam opera recenseri : Sancti Guillelmi mentio habetur in tabulis Abbatiæ S. Albini de Bosco 1231.

18. Philippvs, cuius extat memoria 1234. in cartis S. Albini, & 1134. 1243. inceptam basilicam absoluit, erogatis in id operis eleemosynis, quas fideles in gratiam S. Guillelmi decessoris largiebantur : in cartario S. Albini reperitur eius Præsulis mentio, in actu transactionis Gaufridi de Tournemine Equitis, domini de la Hunaudaye in Aremoricâ cùm Abbate & monachis S. Albini : ex cuius tabulario expungendi è diptychis Pontificum, Andreas ac Simon qui in vulgatis indicibus annotantur; etenim.

19. Radvlfvs i. successerat Philippo iam ab anno 1247. ex citato cartophilacio S. Albini; adhuc 1247. viuebat anno 1259.

20. Theobaldvs de Povence' ex dominis de Guerchiâ & de Pouencé 1260. fundauit in Cathedrali die 14. Ianuarij annuam commemorationem, inde fit Dolensis Episcopus. Povence'.

21. Petrvs ii. 1286. arbiter controuersiæ monasterij S. Albini de Bosco cùm Alano Goion ex dominis de Matignon 1289. 1286.

22. ALANVS DE LAMBALE, I. A
1290.

GVEGVEN. 23. GVILLELMVS GVEGVEN IV. ex parochiâ de Hilion eiusdem diœcesis oriundus, successit circa ann.
1297. 1297. & basilicam suam varijs beneficiis & fundationibus locupletauit.

24. GOFRIDVS III. vixisse reperitur ex documētis an. 1303. & 1310.

AVAVGOVR. D'argent au chef de gueulle. 25. IOANNES D'AVAVGOVRT II. Henrici 3. domini d'Auaugour & de Mayenne, ex Mariâ de Beaumont, B claro vtrinque stemmate nobilissimis parentibus progenitus, qui Ludouicus dicitur ab Argentræo. In Comitiis generalibus prouinciæ Armori-
1315. censis 1315. ab ipso Duce dominium temporale excepit, cuius autographum extat in registro cartarum Britanniæ: demum fuit translatus ad Dolensem Cathedram.

26. MATHÆVS enunciatur Episcopus 1328. 5. Octobris in libro prouisionum Prælatorum Vaticani.

LA FLECHE. 27. RADVLFVS DE LA FLECHE II.
1329. creatus Præsul 1329. 2. Maij ex Actis C Consistorialibus; huius inuenitur vetus scheda pro fundatione Capellaniæ nostræ Dominæ de Gouedic prope vrbem 1337.

28. GVIDO DE MONTFORT Episcopatum obtinuit 1346. & 1354.

MONSTRELAIX. 29. HVGO DE MONSTRELAIX ex Trecorensi 1360. Cardinalis tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, Episcopus Sabinensis.

30. ROBERTVS II. successor datur Hugoni in Sede Briocensi ex re- D gistris Vaticani.

DE ROHAN. 31. GOFRIDVS DE ROHAN, IV. Oliuarij 2. Vicecomitis de Rohano ex Ioannâ de Leon filius, Iosselini Maclouiensis Episcopi germanus an.
1370. 1370. de Episcopatu prouisus fauore Ioannis Ducis cognomento Magnanimi: iste fundauit anniuersarium in Cathedrali 2. Nouembris, mortuus anno 1375.

LA RVE. 32. ALANVS DE LA RVE II. breui Episcopatum rexit, qui statuta pro recto diœcesis regimine perutilia ordinauit, vti & duas missas, matutinales vocant; at per annum tantummodò huic sedi Antistes præfuit.

33. LAVRENTIVS DE BELLEFAYE electus 1375. die 26. Ianuarij ex iisdem Actis Consistorialibus, posteà traducitur ad Ecclesiam Abrincensem. BELLEFAYE 1375.

34. GVILLELMVS ANGER V. ex familiâ nobili du Plessis Anger iuxta Ploermelum, Theobaldi domini de Plessio Angerij ac Margaritæ de Castrobrientij natus, in Episcopum adlectus 1379. die 3. Decembris ex Actis Consistorialibus Vaticani; erat Ioanni Britanniæ Duci à Consiliis: præsens sacramento hominij quod Regi Carolo VI. profitetur 1403. in Cathedrali, censu dato 1403.
quasdam instituit fundationes. ANGER.

35. GVILLELMVS VI. memoratur in libro prouisionum Prælatorum Vaticani successisse Guillelmo 1385. die 17. Iulij, sed cùm eo temporis Ecclesia Dei schismate vexaretur, ac sederet Angerius, potuit nominari per Clementem VII. Antipapam.

36. STEPHANVS COEVVRET II. natus Fulgeriis, Nomophylax Ioannis huius nominis quinti, Ducis Armoricensis, ex Archidiacono Nannetensi 1404. reperitur Episcopus huius Sedis, in quâ dotationes fecit, inde traductus ad Cathedram Dolensem. COEVVRET.

37. IOANNES DE MALESTROIT III. Cancellarius Ducis, & Carolo Regi à Consiliis, Pontifex Briocensis extitit an. 1405. in æde maiori missam 1405.
statuit celebrari, pro quâ legat Capitulo terram Briæ iuxta Redonas, 1414. sequenti anno legatione fungitur Caroli VI. ad Philippum Ducem Burgundiæ, prout refert Ioannes Iouenalis Vrsinus in Historiâ: posteà fit Nannetensis Episcopus. MALESTROIT.

38. ALANVS DE LEON III. Camerarius Martini 5. Papæ, ex vetustâ, nobilique stirpe de Leonio in Armoricâ, obiit 1424. 1424. DE LEON.

39. GVILLELMVS EDER VII. EDER.

ex gente de Beaumanoir Eder propè A Quintinum, qui priùs Papæ Martini Referendarius fuerat, bullâ eiusdem an.1424.creatus Antistes,quam Capitulo per procuratorem exhibuit mense Octobri,ac viuere desiit 1431.

HVGVET. 40. HERVEVS HVGVET è familiâ du Boisrobin, in Episcopatu
1431. Redonensi successit 1431.

41. OLIVARIVS ex Leonensi Pontifice 1435.

BRILLET. 42. GVILLELMVS BRILLET VIII. B narus Virræi in Armoricâ, sedit an. 1440. translatus ad Redonensem Episcopatum.

PREGENT. 43. IOANNES PREGENT, IV. Francisci 1. Ducis ante à Consiliis, & Thesauri Cartarum Custos, ex Leonensi Præsule huc traducitur; interfuit iste homagio facto ab eodem Duce Regi Carolo 7. Chinone 14.
1445. Martij 1445. publicauit statuta diœcesana die 12. Octob. condidit Capellam S.Guillelmi in Cathedrali, super quam ædificauit aulam adornandæ bibliothecæ. Fuit & Præses Rotomagensis, translatúsque ad aliam C Sedem Episcopalem 1405. die 3. Cal. Maij ex citatis lib. Obligationum Vaticani; quem tabulæ Briocenses mortuum ferunt 2. Ianuarij 1471. iacet in Cathedrali.

ESPERVIER. 44. IOANNES ESPERVIER V.
1450. ex Protonotario Apostolico 1450. 3. Calend. Maij successit Ioanni, vt habent eadem Acta Consistorialia.

PEVREL. 45. IACOBVS PEVREL Iuris vtriusque Doctor, paulò mox subrogatur Ioanni Idibus Iulij eodem anno, vt Acta indicant Consistoria- D lia, de quibus Episcopis silet in catalogo Argentræus.

LAVAL. 46. PETRVS DE LAVAL III. perpetuus Commendatarius Ecclesiæ Briocensis, Archiepiscopus & Dux Remensis

PENEMARCH. D'or à trois merlettes d'azur. 2.1. 47. CHRISTOFORVS DE PENEMARCH nobilis Brito, è familiâ dominorum de Penemarch in diœcesi Leonensi, Henrici & Aleidis de Coetiuy natus; iurauit clientelam Francisco 2. Duci Britanniæ, quâ eum profitetur summum dominum, protectorem, ac conseruatorem Episcopatus sui, die vltimâ Iunij 1478. ex veteri regesto cartarum Britanniæ, quæ asseruantur in castro Nannetensi. Episcopus ille spectatæ fuit virtutis ac munificentiæ, plurimis fundationibus Cathedralem suam donauit, in quâ duas Capellas erexit, necnon castra Episcopalia multo sumptu adornari curauit, ac synodales constitutiones promulgauit. Eodem annuente, suóque patrocinio monasterium Franciscanorum iuxta S.Briocum extruitur: sepultus in Cathedralis Capellâ, de suo nomine nuncupatâ à Penemarcho.

48. OLIVARIVS DV CHASTEL Armoricus, ex clarissimâ familiâ de Castello, celeberrimis viris inclytâ, quæ sub Regibus Franciæ, Ducibúsque Britanniæ præcipuis perfunctâ est muneribus; Episcopatum is adipiscitur 1505. statutis Episcopalibus decessoris quædam addidit, Pontificias domos reparanit, & in Cathedralis Choro tumulatur 1523. DV CHASTEL. 1523.

49. IOANNES DE RIEVX VI. dominus de Chasteauneuf, è nobilissimâ familiâ de Rieux in Armoricâ natus, Abbas B.Mariæ de Precibus, Episcopus erat anno 1524. non consecrarus per plures annos fructus percepit titulo Electi Antistitis vsque ad 1548. & vxore ductâ posteà cessit Episcopatui, ex cuius progenie orti Marchiones d'Asserac & de Sourdeac. RIEVX. D'azur à 10. besans d'or 4.3.2.1.

50. FRANCISCVS DE MAVNY, Cenomanensis, de Episcopatu pronisus est an.1548. 12. Cal. Octobris, posteà Burdegalensis Archiepiscopus. MAVNY. 1548.

51. IOANNES DV TILLET VII. Parisinus, vir doctus, ab Henrico 2. nominatur 1553. Episcopatum possedit ad an. vsque 1567. & ad Cathedram Meldensem traducitur, vt supra dictum est. DV TILLET

52 NICOLAVS LANGELIER Parisinus, ex cessione præcedentis 1567. Præsul eruditione præstans Comitiis generalibus Britanniæ sæpiùs interfuit, à quibus delegatur ad LANGELIER 1567.

Henricum III vt codicem quærimoniarum prouinciæ offerret, in quibus & aliis muneribus Ecclesiasticæ libertatis propugnator, Clero generali, suæque Ecclesiæ Briocensi magnâ existimatione profuit; necnon pro eodem Clero Meloduni congregato 1579 3. Octobris, & 19. Nouembris 1585. coram Henrico 3. perorauit. Concilio quoque prouinciali Turonensi adfuit, cuius decreta redegit in acta 1583. mortuus est Dinanti
1595. mense Septembri 1595. ac sicuti cauerat, corpus in templo maiore Briocensi tumulatur iuxta Oliuarium de Castello, in medio Chori.

MARCONAY. De gueulle a 4. pals de vair, au chef d'or.

53. Melchior de Marconay nobilis Picto, Abbas Commendatarius S. Petri de Releyo in suburbiis Fulgeriarum, Ord. Augustiniani, post vacationem sedis annorum 5. & trium mensium fit Episcopus 1601. leuauit corpus B. Alberti Remis postridie Calend. Nouembr. 1612. Ludouici Archiepiscopi Remensis iussu: adera-
1614. rat Comitiis Parisiensibus 1614. atque anno sequenti admittit Capucinos in vrbem.

LE PORC DE LA PORTE.

54. Andreas le Porc de la Porte ex Baronibus de Vezins in Andibus, Renato & Annâ de la Tourlandri parentibus prognatus, nominatur à Rege Ludouico XIII. 1619. fundauit monasterium Vrsulinarum in vrbe, apud quas sepelitur, cùm defunctus fuisset anno 1631.

VILAZEL. D'or à vne corneille sable tenant en son bec vne brãche d'oliuier de synople; au chef d'azur chargé de 3. estoiles d'argent.

55. Stephanvs de Vilazel III. Tolosanus, Abbas & Comes S. Se-
ueti, Consiliarius ac Concionator ordinarius Regis Christianissimi, consecratur anno 1632. in Capellâ Palatij Archiepiscopalis Parisiensis Calend. Februarij à Ioanne Francis-
co de Gondy Archiepiscopo, assi-
1632. stentibus Nicolao Sanguin Siluanectensi, & Henrico Spondano Appamiensi Episcopis: excessit è viuis apud Santones 1. die Iunij an. 1641.

LA BARDE. D'or à 3. coquilles de sable. 2. 1. Au chef d'azur chargé d'vne molette d'esperon d'or.

59. Dionysivs de la Barde Sanbriocensis Episcopus & dominus temporalis, Regi Christianissimo à sanctioribus Consiliis, Eleemosynis, & Concionibus ordinarius, antiquus Agens, seu Sindicus generalis Cle-
A ri Galliarum, Sorbonæ Doctor, Parisiis natus, è Comitatus Marchiæ Lemouicinæ nobili prosapiâ, sacris baptismi vndis leuatur à Claudio Butillerio auunculo, arcanorum Regi à Secretis, & Gazæ summo Præfecto. Litteris humanioribus eruditus, ad Theologicas hortante Sebastiano Butillerio Antistite Adurensi gradum fecit; & quidem ita fœliciter, vt inter Sorbonæ Baccalaureos ad Doctoris lauream contendentes primas tenuerit anno 1630. Motâ autem contentione inter Capitulum Cathedralis Parisiensis, & Faculta-
B tem Theologicam, quo habitu Doctoris palmâ insigniretur, cùm iam esset Canonicus basilicæ Parisiensis, ex resignatione Victoris Butillerij auunculi, fratris Sebastiani Episcopi Boloniensis, posteà Turonum Archiepiscopi, (nullus enim vsquedum ex Canonico Parisiensi Doctor institutus erat) propterea distulit, donec compositâ hâc à Cardinali Richelio controuersiâ, cùm peragratis Europæ variis partibus, Angliâ, Batauiâ, Flandriâ, & Germa-
C niâ, Romæ versaretur, annuente Collegio Sorbonico, per dom. le Bret natione Gallum, tunc in aulâ Romanâ degentem, posteà S. Brioci Decanum, denique Tullensem Episcopum, Doctoris bireto donatur in basilicâ S. Ludouici Nationis Gallicanæ. Porrò dum Romæ maneret, pluries cùm Vrbano VIII. & Cardinalibus nepotibus Francisco atque Antonio Barberinis egit de Galliæ negotiis; nam à Ludouico XIII. anno 1633. commissus est, vt 1633.
promotionem Gallorum Cardinalium procuraret; quin etiam nomine Reginæ Anglorum, necnon varias
D in Orientem colonias Missionariorum, vt vocant, impetrauit ad fidem orthodoxam fouendam. Mortuo autem Ludouisio Cardinale Gregorij XV. nepote, cùm insignis Prioratus S. Martini de Campis Lutetiæ vacasset, & ab Vrbano 8. electus esset ad Commendam Antonius Cardinalis nepos, effecit vt ius cederet Richelio Cardinali, Antonius verò negotiorum Galliæ Protector apud Sedem Apostolicam à Rege nominaretur. Anno 1635. Agens generalis 1635.
Cleri Gallicani eligitur, quam dignitatem obiit per sex annos, ac Præ-

positi superioris Congregationis de propagandâ Fide Parisiis institutæ. His in muneribus sollicitudine suâ, varia à Rege diplomata, à Senatu decreta obtinuit ad tuendam rem Ecclesiasticam. Secretioris Consilij
1641. Assessor creatus 1641. ad Sedem Briocensem euebitur mortuo Stephano Vilazelio 1. Iunij; instante Cardinali Richelio, cui probitas nostri Antistitis & fides erga Regem satis perspecta erat, vt epistolâ ad eum propriâ manu datâ Abbatisvillæ significauit 10. Iunij. Tum Maij 26. an. 1642. in Consistorio admittitur, inde 6. Iulij sacro ritu à Victore Butillerio Metropolitano inauguratur Lutetiæ in templo monialium S. Mariæ vici B. Antonij; assistentibus Francisco le Febure de Caumartin Ambianensi & Stephano Puget Massiliensi Præsulibus. Vocatus est ad generalia Cleri Comitia an. 1635. 1641. & 1646. & ad ea quæ singulis bienniis in Armoricâ celebrãtur.
1643. Dum autẽ Vennetis agerentur 1643. fatis functo Cardinali Richelio Britanniæ Prorege, eius laudes oratione funebri proloquutus est, necnon ad Regem delegatus, à quo pro bono publico multa obtinuit: anno etiam 1646. coram Cleri Galliarum generali consessu ita eleganter perorauit, è viuis translato Henrico d'Escoubleau de Sourdis Antistite Burdegalensi, vt ex voto omnium orationem typis mandare teneretur: & 1651. Achille Harlæo Maclouiensi Præsule mortuo, idem obsequium præstitit, apud Nannetes in Comitiis, ac solemnibus exequiis adhibitis eius memoriæ parentauit. Deniq; eodem anno Franciscum Cosseum Brissaci Ducem extinctum, panegyrico sermone laudauit Nannetensibus in Comitiis, à quibus electus est, vt ad vniuersalia totius Galliæ, quæ apud Turones erant indicta, Britanniæ nomine adesset; quò bis profectus est
1651. annis 1651. & 1652. Et quidem ista eius prudentiam ac doctrinam satis attestantur, pastoralis autem officij dedit documenta, quòd diœceseos visitationi diligenter incubuit, cùm hoc anno duodenam absoluat, Clericos etiam curet institui in Seminariis: plebem verò tum ipse verbo Dei pascat, tum per varias missiones, Sacerdotes vocet ad synodum singulis annis, eósque saluberrimis decretis ad pietatem promoueat, maximè verò in Iubilæi celebratione anno Dom. 1651. quo per duos menses sedulò laborauit administrandæ Confirmationi, aliisque sacramentis. Gratiarum denique à Deo acceptarum non immemor, solemnes missas fundauit singulis annis in die consecrationis, alteram in Ecclesiâ Parisiensi, alteram in Briocensi, cuius Episcopale palatium ruinâ collapsum penitùs, magnis sumptibus nouum opus fecit, hortis, fontibus decoratum, ædificiis optimis commodum, fossis & mœnibus munitum. Germanum habet hic Antistes, Ioannem sacri Consistorij Consiliarium, qui iam octo ab annis Legatus Regius apud Heluetios singulari prudentiâ fœdus pro Ludouico XIII. fœliciter procurat; alter Dionysij frater postquam Theologiam non vulgari laude professus est, ab eodem Episcopo delectus fuit successor in suo Canonicatu insignis Ecclesiæ Parisiensis.

BRVGENSES EPISCOPI

BRVGÆ vrbs Comitatus Flandriæ, emporium olim celebre, à mari trium milliarium itinere situm, & elegantiâ ædium spectabile; hoc oppidum muro cinxit Balduinus Comes, vbi sex Ecclesiæ, quarum primaria olim S. Donatiani extructa per Comitem Lidericum, erigitur in Cathedralem decerptam à Tornacensi sub Metropoli Machliniensi operâ Pij 4. Pont. adiectâ huic sedi Præpositurâ Brugensi, & bonis aliquibus Abbatiæ Bertinianæ. Præsul autem Cancellarij perpetui & hæreditarij Flandriæ titulo gaudet; laudatur hæc ciuitas à Barlando, Cassandro, aliísue, vti & à Iodoco Damhouderio, libro quem inscripsit de magnitudine politiæ ciuitatis Brugarum. Abbatiæ verò hæ numerantur in diœcesi. *Bruges en Flandre, sur la Reye.*

ALDEMBVRGI *Aldembourg Ordinis Sancti Bened.*

S. ANDREÆ *S. Andre* O B.

DE BOSCO *fœm.* O B.

S. GODELENÆ *fœm.* O B.

QVERCETI *Echoute* O S A.

DE SPARMALIO O C.

Præfuêre huic Cathedræ Epiſcopi quorum ſeriem damus ex Sandero, qui hanc refert in ſuâ Flandriâ Illuſtratâ.

CVRTIVS.

1. PETRVS CVRTIVS primus patriæ Epiſcopus, ex Academiæ Louanienſis Theologiæ Doctore, & ibidem S. Petri Paſtore, ſenex ad hanc Cathedram aſcendit & conſecratur 8. Februarij 1561. magno zelo ſui Epiſcopatus munia impleuit, annis verò 5. præfuit, extinctus 6. Ca-
1567. lend. Nouemb. anno 1567. ætatis ſuæ 76. in Cathedral ſepultus cùm hoc epitaphio:

DEO OPT. MAX.

Reuerendiſſimo D. PETRO CVRTIO *Brugenſi, primo huius ciuitatis instituto Epiſcopo, perpetuo Flandriæ Cancellario, quondam apud Louanienſes ſacræ Theologiæ Profeſſori Ordinario, hoc monumentum extremæ voluntatis deſiderio poſitum eſt. Vixit annos* LXXVI. *obiit*
1567. XVI. *Cal. Nouemb.* MDLXVII.

DRVTIVS.

2. REMIGIVS DRVTIVS Caſletenſis ſucceſſor Petri, Conſilij ſupremi Machlinienſis anteà Conſiliarius, libellorum Supplicum Magiſter, & Præpoſitus B. Mariæ Brugenſis, nominatus priùs à Rege Catholico ad Eccleſiam Leouardienſem; ad Brugenſem autem an. 1569. tranſlationem confirmante Pio V. primæ ſynodo Machlinienſi interfuit, diœceſanam coegit 1571. functus dignitate Epiſcopali annis 24. caducam hanc vitam cùm aliâ fœliciore
1594. commutauit 1594. ſepultus Brugis: ſcripſit Concilia quædam & lecturas Canonicas MS. de quo Antonius Sanderus lib. 1. de Brugenſibus eruditione claris. Eius tumulo appoſita hæc inſcriptio: *Sepultura Reuerendiſſimi* D. REMIGII DRVITII *Caſletani Brugarum ſecundi Epiſcopi, Cancellarij Flandriæ perpetui, Regis Catholici in ſupremo Conſilio Mechliniæ* 13. *annos Conſiliarij, cum munia Epiſcopatus* 24. *annos, menſes ſex exercuiſſet, & annos ætatis ſuæ* LXXV. *ex[illegible]ſſet, caducam hanc vitam cùm aliâ fœliciore commutauit* XII. *Maij anno Domini* MDXCIV. *Orate pro animæ illius re-* 1594.
frigerio.

LAMBRECT.

3. MATHIAS LAMBRECHTVS è pago S. Laurentij in territorio Maldeghemienſi oriundus, ex Doctore Theologo Louanienſi, Pœnitentiarius primùm Brugenſis & Archidiaconus: demum Epiſcopus conſecratus fuit anno 1596 4. Cal. Auguſti. edidit linguâ vernaculâ Sanctorum vitas, & Hiſtoriam Eccleſiaſticam; annis ſex Epiſcopatum laudabiliter tenuit, ac migrauit ad Chriſtum anno 1602. Cal. Iunij, ætatis 63. ſepul- 1602.
tus in Cathedrali. De eo vide Sanderum libro citato.

RODOAN.

4. CAROLVS-PHILIPPVS DE RODOAN Berlegemius, nobilis Gandauenſis, Eccleſiæ Virdunenſis primùm Canonicus, exin Gandauenſis Decanus, & Middelburgenſis in Zelandiâ Epiſcopus, Abbas etiam Commendatarius Eynhamenſis, Brugenſium denique Antiſtes, in adminiſtratione Eccleſiæ ſuæ laudem promeritus ſingularem, vir pietatis non mediocris: obiit verò Eynhamiæ 7. Iulij anno 1616. anni- 1616.
uerſarium habet in Eccleſiâ Virdunenſi; auxit multùm Seminarium Brugenſe: breuis inſcriptio apud S. Donatianum de eo ita proloquitur: *Cœlum non ſolum.* DEO OPT MAX. CAROLVS PHILIPP. DE RODOAN *H. S. E. genere illuſtris, virtutibus illuſtrior ad ſumma aſcendit, fuit Canonicus, Cantor, Decanus Eccleſiæ Gandenſis, dein Præpoſitus D. Vualdetrudis in Montibus: ſtatum Eccleſiaſticum in Ordines Flandriæ induxit fuit Abbas Eynhamenſis, mox Middelburgenſis, poſt huius Eccleſiæ Epiſcopus: amiſſum lugete poſteri verè virum.* Vide Sanderum lib. 1.

TRIEST.

5. ANTONIVS TRIEST è nobili Gandauenſium familiâ ſatus, primus Brugenſium Antiſtitum in æde Cathedrali Epiſcopales infulas accepit à Mathiâ Houio Mechlinienſi, ſedit in hac Eccleſiâ per annos aliquot, ad Gandauenſem poſteà tranſlatus.

6. DIONY-

1625. 6. Dionysivs Christofori Antuerpiensis successit an. 1625 primùm Canonicus in Cathedrali fuit, inde Roberti Cardinalis Bellarmini à sacris & secretis, posteà Canonicatum Brugensem obtinuit à Papâ; Synodi prouincialis ab Houio Machlinensi conuocatæ Secretarius eligitur: post Antonium Triestium Decanus Brugensis, & in Comitiis Ordinum Flandriæ Assessor interfuit: ex Decano autem Episcopus renuntiatur, vrbis amor, & à plerísque summè expetitus vixit: in omnes ferè Ecclesias tam Brugensis ciuitatis, quàm diœcesis suæ valdè munificus. Caput B. Godelenæ argenteâ inclusit thecâ: iacet in Cathedrali cùm epitaphio. *Siste viator, meta ades ad quam properas, monumentum respice: perillustrem ac reuerendum* D. Dionysivm Christophori *huius quondam ædis Canonicum, Scholasticum, Decanum, dein sextum Brugensium Episcopum, magnum virum hæc vrna tegit, sed merita, sed virtutem non tegit, effulgebit illa in æternum in hac arâ, quam ære suo statuit, manu sacrauit, dotauit affectu: sibi superstes viuit in illustriore monumento, ciuium Brugensium animis, & pauperum memoriâ. Hac vrna annorum cursus, non annis mensus est, testis est religio, testis est patria, amba ab illo strenuè & fœliciter propugnata; sed proh dolor! in sex annos, menses decem, dies decem dignam sæculo Præsulis virtutem, mors immatura contraxit, ingemuit pietas, sed cùm pugile suo non occubuit. Victrix triumphat, cœlum vicit, quia patiendo luctata est: tu sepulto be-*
1629. *nè apprecare: obiit* MDCXXIX. VI. *Augusti.*

7. Servativs Qvinckervs origine Brugensis, ex sacræ Theologiæ Doctore, Canonicus & Archipresbyter, Ecclesiæ Cathedralis Decanus, & in Comitiis Ordinum Flandriæ Assessor, magnis rebus gerendis aptus, & assiduus in suo munere
1634. exercendo: consecrauit an. 1634. Ecclesiam cœnobij de Sparmaliâ.

8. Nicolavs de Hovdion dictus de Guibrechies, ex Præposito Ecclesiæ Gandauensis sedebat 1641.

9. Carolvs Vanden Bossche Episcopus Brugensis denomi-

A minatus, Cancellarius perpetuus & hæreditarius Flandriæ anno 1650.

D'or à la croix de table ... de 2. fleurs de lys au chef & 2 ... pomte d'azur.

PRÆPOSITI
S DONATIANI
BRVGENSIS.

1. Aldvinvs i memoratur in diplomate fundationis Collegij Canonicorum sancti Petri In- 1066.
B sulani anno 1066.

2. *Erkembertus* in tabulâ Balduini Comitis 1067.

3. *Reynarius* qui & Vicecancellarius vocatur an. 1080. & in subscriptione diplomatis Roberti Comitis 1089 vbi Cācellarius absolutè dicitur. 1089.

4. *Bertulfus* de quo Meyerus 1096.

5. *Guido* Cancellarius appellatur in fundatione S. Andreæ iuxta Brugas anno 1105. 1105.

6. *Bertulphus* in fundatione Abbā-
C batiæ Aldeburgensis 1119.

7. *Rodgerus* testis in donatione Theodorici Elsatij Comitis Flan- 1130.
driæ 1130.

8. *Arnulfus Stratensis* Cancellarius & Præpositus S. Donati 1126.

9. *Rogerius* signauit dona Theodorici Elsatij & coniugis suæ facta Aldeburgensi cœnobio an. 1130. decessit 1147. 1147.
sepultus Brugis.

10. *Robertus* Ecclesiæ Ariensis etiam Præpositus nominatur 1172. Vincentius Bellouacensis ait cum rexisse Atrebatensem & Tornacensem Epis-
D copatus, creatus Atrebatensis anno 1174. pendente illâ electione, fuit 1174.
electus Cameracensis; intercedente pro illo Philippo Comite Flandriæ: occisus eodem anno 4. Octobris à Iacobo Auesnensi apud pontem Scaldis, ex archiuis S. Donatiani.

11. *Gerardus d'Alsace*, Brugensis, S. Audomari Præpositus, filius tertio genitus Theodorici Elsatij, è Sybillâ Fulconis Comitis Andegauensis & Regis Hierosolymitani filiâ, an. 1205. 1205.

12. *Vuillelmus* 1. anno 1208.

13. *Franco de Maldeghem* obiit A
1240. 1240. ex Necrologio Ecclesiæ.

14. *Philippus de Sauoye* Præpositus Ecclesiæ Brugensis & Cancellarius, electus Archiepiscopus Lugdunensis; scribit ad illum Breue Pontifex Innocentius IV. quo illi confirmat Cancellariam Flandriæ: Lugdunensem Ecclesiam dimisit, deuoluto ad se Comitatu Sabaudiæ.

15. *Ioannes de Dampierre* 1. dictus *de Flandre*, perpetuus Cancellarius & Ecclesiæ B. Petri Insulensis, ac sancti B Donatiani Brugensis Præpositus, postea Metensis Episcopus ac Leo-
1291. diensis, vt infra suo loco narrabimus sepultus in cœnobio Flinensi ex cartis Ecclesiæ.

16. *Leonardus* de quo Meierus lib. 10. Annalium.

17. *Malinus à Niepâ* interfuit paci Lessinæ factæ, ex Meiero lib. 13.

18. *Sigerus de Bekâ*, sepultus in
1393. Choro Ecclesiæ: mortuus 1393.

19. *Vuilelmus Vernaehten* 2. decessit 1397. C

20. *Balduinus de Niepâ* 2. superioris agnatus, sublatus è vitâ an-
1410. no 1410.

21. *Ioannes de Bourgongne* 2. filius nothus Ioannis Ducis Burgundiæ 1412. Episcopus Cameracensis.

1420. 22. *Radulfus Maiorus* 1420.

23. *Rolandus le Meyere* fortè idem cùm Radulpho 1422.

24. *Dauid de Bourgongne* filius naturalis Philippi Ducis, posteà anno D 1456. Præpositus, dein Vltraiectinus Episcopus.

25. *Giselbertus de Brederode* nobilis Flander, Præpositus & Traiectensis 1459. eiusdémque Ecclesiæ Episcopus.

1459. 26. *Ludouicus de Bourbon* 1459. inde Leodiensis Episcopus, cæsus Leodij in seditione populari 1482.

27. *Antonius Hanneron* 1467. obiit
1475. 1475. iacet in Ecclesiâ.

28. *Franciscus de Busleyden* Archiepiscopus Bisonticensis, Præpositus Leodiensis & S. Donatiani 1496. 1496.

29. *Georgius de Bauiere.*

30. *Ioannes de Heusdin* 3.

31. *Ioannes de Carondelet* 4. Archiepiscopus Panormitanus, Primas Siciliæ, Præpositus & S. Vualpurgæ Furnensis, obiit ætatis anno 75. 1544. in Ecclesiâ S. Donatiani sepultus. CARONDELET. D'azur à vne bande d'or, accompagnée de six besans de mesme.

32. *Claudius de Carondelet* superioris nepos anno 1557. vltimus Præpositus S. Donatiani. Ipso viuente Præpositura hæc annexa fuit Episcopatui Brugensi: defunctus anno 1564. sepelitur in Ecclesiâ suâ. 1157.

CABILONENSES
EPISCOPI
ET COMITES.

CABILO Æduorum vrbs ad Araris ripam sita in amœno & fertili solo; castrum Cabilonense in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, ciuitas Cabilonensium in Primâ Lugdunensi, Cabillonum, Cabillonia, & Cabilonus variè appellatâ; memoratur Iulio Cæsari in Commentariis lib. 7. extremo, Straboni lib. 4. Ammiano lib. 15. Antonini Itinerario, & S. Ambrosio: Notitia Imperij Occidentis Præfectum Classis Araricæ Caballoduno statuit: portus autem Cabilonensis laudatur in Panegyristâ Constantini, cuius Imperatoris Lex, si quis 17. l. de Pœnis data est Cabilone, de quâ Pancirolus l. 2. Thesauri c. 24. sed & in Capitul. Caroli Calui tit. 31. num. 12. Cauilloni moneta recensetur in edicto Pistensi: à Sidonio autem oppidum & municipium vocatur ep. 25. lib. 4. & à Petro Venerabili lib. 4. epist. 21. soli " amœnitate cunctis penè Burgundiæ " partibus præminens. Sedes quondam " fuit regia Principum Burgundiæ, quam in primis Sigismundus Rex Burgundiæ incoluit; inde Francorum Regibus primæ stirpis paruit, à

CHALON en Bourgougne sur Saone.

à Chramno enim filio Clotharij t-obsessa, capta, & excisa fuit, vti à Childeberto ex Hispaniis reuertenti, qui eam instaurauit: at Gunrramnus Rex monasterij S. Marcelli fundator, in quo quiescit, præcipuo affectu regiam suam ibi collocauit. Vastata est à Lothario Rege & Imperatore, Ludouici Pij filio, cùm aduersùs Vuarinum vrbis Comitem arma mouit, quemadmodum Annales Francorum Bertiniani produnt sub annum 834. *Lotharius cùm suis Cabillonem veniens, eam expugnauit, ignique succendit, & Comites qui ibi aderant comprehendit, ex quibus tres interfecit, alios enim secum inde sub custodia duxit, ac sororem Bernardi Sanctimonialem in cupâ positam, in Ararim fluuium demergi fecit.* Comites Cabilonenses longâ serie ciuitatis dominio potiti sunt, è quâ denominationem sumpsit gens illustris Chalonia; hodiéq; Episcopi à quingentis ampliùs annis Comitatus Cabilonici honore gaudent cùm prærogatiuâ Consiliarij in Parlamento Burgundiæ, & priuilegio sessionis in publicis prouinciæ Comitiis. Cathedralis portò tutelarem colit S. Vincentium, cùm olim D. Stephanum agnosceret patronum, in quâ Ecclesiâ celebrata est Synodus: at huiúsce beati Martyris solemnitatem annuam, præcipuo cultu antiquitùs celebratam fuisse, docet Auitus Viennensis in epistolis, ex quarum sexagesimâ septimâ liquet, Sigismundum Regem Burgundionum Cabilonem frequentasse. In eâ basilicâ sunt 25. Præbendæ quas obtinent Canonici, ex iis septem Dignitatum nomine decorantur; Decanus, Cantor, Thesaurarius, ab electione Capituli, & quatuor Archidiaconi à collatione Episcopi pendentes; qui recensetur c. 15. de ætate & qualitate ordinandorum, & Ecclesia ipsa cap. 27. de sententiâ Excommunicat. & cap. 12. de Rescriptis, &c. in nostra de Procurat. Visitur in vrbe S. Petri Monasterium, & Collegiata S. Petri: ex Prioratibus autem S. Cosmæ, S. Crucis, S. Mariæ iniuriâ bellorum ciuilium euersis, superest ædes D. Laurentij, & alter celebris Prioratus B. Marcelli, Cluniacensis Ordinis. Sunt quoque Religiosorum familiæ, Franciscanorum, Carmelitarum, Capucinorum, Minimorum S. Francisci de Paulâ, domus Oratorij Iesu; Monialium olim Clarissarum, nunc Benedictinarum de l'Anchate, Carmelinarum, & Vrsulanarum Virginum. In eiusdem vrbis Præfecturâ, seu Bailliuiatu, continentur oppida octo muris cincta, præter vndecim minores Castellaniæ. Circumuicinas habet diœceses ab Occidente Æduensem, ab Oriente Bisonticensem, à Meridie Matisconensem, à Septentrione Lingonensem: in diœcesi reperiuntur parochiæ circiter 200. in quinque Archipresbyteratibus; de Montiniaco, de Demigneio sub Archidiaconatu maiore, seu Cabilonensi, de Bressiâ, de Trenorchio, & Oschariensi, qui singuli sunt sub singulis eiusdem nominis Archidiaconatibus: in quâ diœcesi sunt Abbatiæ.

S. PETRI O B.
S. Pierre de Chalon.

TORNVSIVM *Tournus* O B.

CISTERCIVM *Caput Ordinis.*
Cisteaux chef d'Ordre.

FIRMITAS O C.
La Ferté sur Grone.

MACERIÆ *Maizieres* O C.

MOLESIA *fœm. Moleze* O C.

De Episcopis & Antiquitatibus Cabilonensibus Gallicè scripsit Petrus Saniulianus Balleureus maior Archidiaconus Matisconensis, & Cabilonensis Decanus, vir genere & doctrinâ nobilis, vsus Commentariis Latinis Petri Naturelli Cantoris in eadem Ecclesiâ, è quibus pleráque eruimus: ex eo autem nonnulla hîc in seriem nostram digessimus; quam à selectis archiuis Episcopij & Capituli, & aliunde ex Historiâ Ecclesiasticâ Cabilonensi MS. Nicolai Sammarthani Scæuolæ gemelli filij, auctiorem & emendatiorem edimus.

1. DONATIANVS subscriptus habetur Concilio Agrippinensi Episcopus Cabilonensis anno Christi 346. Nec verò S. Marcellum martyrem egregium, qui rectè colitur vti primus Ecclesiæ Cabilonensis Apostolus, Præsulum huius sedis 346.

Coryphæum hîc apponimus, quia nullibi eius Episcopatus mentionem fieri aduertimus, licet fuerit Euangelij præco. Obseruant enim acta MS. eiusdem B. Marcelli Cabilonensis, ex quinquaginta Christianis in ergastulum coniectis in persecutione Aurelij, quadraginta octo glorioso agone pro Christo martyrium subiisse apud Lugdunum.; ex his autem Marcellum, & Valerianum superstites fuisse attestantur; & quidem Marcellus Sequanos venit, tum apud Cabillonum plebem simulacra colentem Christi mysteriis initiauit, sed à Prisco Præside apprehensus, & diris suppliciis enecatus prope Cabillonum, laureâ martyrij coronatur. De his vide lib. 2. Hist. Eccles. Gallicanæ eruditiss. viri Bosqueti Lodouensium Antistitis: Et certè in Breuiario Cabilonensi 4. Septembris dicitur tantùm Martyr, sed non Episcopus, vt nec in Calendario nouo; eiúsque martyrij meminit Baronius 179. & in Martyrologio Romano. Monendum verò S. Tranquillum, B. Desiderium, & nonnullos alios, incerto ordine collocari Præsules in diptychis & elenchis Cabilonensibus: contra quod alij sentiunt.

2. PAVLVS I. Senior, prout colligere licet ex cognomento Iunioris sequentis, quod præsupponit verisimiliter seniorem ante huic Cathedræ præsedisse.

3. PAVLVS II. Iunior, de quo Sidonius Apollinaris meminit lib. 4. epist. vltimâ mox referendâ.

4. S. IOANNES I. ex Archidiacono Cabilonensi renunciatus successor Pauli, sacratur à Patiente Lugdunensi Metropolitano, coram Euphronio Augustodunensi, & aliis
470. prouinciæ Episcopis circiter an. 470. ex citatâ Sidonij epistolâ quam lubet apponere: SIDONIVS *Domnulo suo salutem. Nequeo differre, quin grandis communione te gaudij festinus impertiam: nimirum nosse cupientem, quid pater noster in Christo pariter & Pontifex Patiens, Cabillonum profectus, more religionis, more constantiæ suæ fecerit. Cùm venisset in oppidum suprascriptum, prouincialium Sacerdotum præuio partim, partim comitante collegio, scilicet vt municipio summus aliquis Antistes ordinaretur, cuius Ecclesiæ disciplina nutabat, postquàm Iunior Episcopus* PAVLVS *discesserat, decesseratque: exceperunt Pontificale consilium variæ voluntates oppidanorum, necnon & illa, quæ bonum publicum semper euertunt, studia priuata; quæ quidam Triumuiratus accenderat competitorum: quorum hic antiquam natalium prærogatiuam, reliquâ destitutus morum dote ructabat: hic per fragores parasiticos, culinarum suffragio comparatos, Apicianis plausibus ingerebatur: hic apice votiuo si potiretur, tacitâ pactione promiserat Ecclesiastica plausoribus suis prædæ prædia fore. Quod vbi viderunt sanctus Patiens, & S. Euphronius, qui rigorem, firmitatémque sententiæ sanioris, præter odium gratiámque primi tenebant: consilio cùm Coepiscopis priùs clàm communicato, quàm palàm prodito, strepitúque despecto turbæ furentis, iactis repentè manibus arreptum, nihilque tum minus, quàm quæ agebantur optantem, suspicantemque sanctum* IOANNEM, *virum honestate, humanitate, mansuetudine insignem, (Lector hic primùm, sic minister altaris, idque ab infantiâ; post laborum, temporúmque processu, Archidiaconus; in quo seu gradu, seu ministerio, multùm retentus propter industriam, diu dignitate non potuit augeri, ne potestate posset absolui) attamen hunc iam secundi Ordinis Sacerdotem, dissonas inter partium voces, quæ differebant laudare non ambientem, sed nec audebant culpare laudabilem; stupentibus factiosis, erubescentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam sibi consecrauere. Nunc ergo Iurensia si te remittunt iam monasteria, in quæ libenter solitus ascendere, iam cœlestibus, supernisque præludis habitaculis: gaudere te par est de communium Patrum, vel patronorum, seu sic sentiente concordiâ, seu sic concordante sententiâ. Illius quoque nomine exulta, quem creauerunt Euphronius testimonio, Patiens manu, ambo iudicio. In quo fecit Euphronius, quòd conueniret non senectuti modò suæ, verùm etiam dignitatis longæuitati: fecit & Patiens, vir quamlibet magnis par tamen laudibus, quod satis deceat facere personam, quæ caput est ciuitati nostræ per sacerdotium, prouinciæ vestræ per ciuitatem. Vale.* Eius festum agitur 30. Aprilis & aliorum quos Ioan-

nes 8. in Sanctorum numerum retulit in basilicâ S.Marcelli 879. pridie Nonas Maij Gerboldo Episcopo postulante.

5. S. SILVESTER sacris imbuit Diuum Cæsarium, qui posteà Episcopus Arelatensis fuit, ac subscriptus reperitur ad calcem Canonum
517. Concilij Epaonensis an. 517. Gregorius Turonensis de eo cap. 85. libri de Gloriâ Confessorum his verbis: *Beatissimus verò* SILVESTER *Cavillonensem rexit Ecclesiam, qui quadraginta duobus annis, sacerdotio ministrato, plenus dierum atque virtutum migrauit ad Dominum. Habuit autem lectulum funibus subtilibus innexum: sub quo cùm semel atque iterum infirmi, siue quartanarij, siue variis febribus oppressi subderentur, statim virtute diuinitùs indità sanabantur: idcircò hic lectulus in Ecclesiæ sacrarium deportatus simili virtute nitescit. Multi enim, sicut oculis propriis inspexi, abscisis de funibus illis particulis in longinquum deferebant, ipsitque super infirmos locatis, sanitatis adesse beneficium contuebantur. Nam mater mea ab hoc decisâ particulâ, vt puellæ à fragoribus febricitanti collo dependi fecit, morbo extemplò depresso, puellam sanam aspexit.* Philagrius autem qui in vulgatis indicibus huic Sedi adscribitur Episcopus, fuit potiùs Cavalionensis Antistes, vt patet ex præfatis subscriptionibus Synodi Epaonensis.

6. S. AGRICOLA ex Ordine Senatorio, cùm Venantio Fortunato diuinarum scientiarum summâ studiorum consensione condiscipulus, ab ipso plurimi æstimatus laudatur, qui etiam à sanctitate, annuâ recordatione colitur ad diem 17. Mar. tij. Hic Concilio Aurelianensi 3. subscripsit anno 538. per Auolum Presbyterum, interest etiam 4. & 5. annis 541. & 549. vti & Aruernensi 2. 549. Parisiensi 2. 555. ac denique Lugdu-
567. nensi 2. 567. Floruit eodem sedente *Desideratus Presbyter apud monasterium Gurthonense reclusus, qui eximiis inlustratus virtutibus emicuit seculo*, ait Gregorius cap. 86. de Gloriâ Confessorum, *quod audiens beneditus Agricola Episcopus, misit Arthidiaconum suum vt beatum vrbis cemiterio deferret: sed resistentibus monachis, quod iussus fuerat, non impleuit. Post hæc ædificato xenodochio leprosorum, sacerdos suburbano in eius basilicam conlectis Abbatibus & omni Clero, beatum corpus transtulit, & in basilicâ superiùs memoratâ summo studio sepeliuit.* Scribit Agricola Sancto Germano Abbati B.Symphoriani Eduensis, posteà Parisiensi Episcopo, in vitâ ipsius Germani auctore Fortunato apud Surium 28. Maij: obiit regnante Chilperico I. Episcopatus anno 48. vt notat Brouuerus ex Fortunato: cuius dignum elogium profert Gregorius Turonensis lib. 5. Hist. Francorum cap. 46. AGROECULA *autem Cabilonensis Episcopus hoc obiit tempore: fuitque homo valde elegans et prudens, genere Senatorio. Multa in ciuitate illâ ædificia fecit, domos composuit, Ecclesiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, musiuo depinxit. Magnæ autem abstinentiæ fuit. Nam nunquam prandio vsus est, nisi tantùm cœnâ: ad quam sic temporiuè residebat, vt sole stante consurgeret. Humanitatis exiguæ, facundiæ verò magnæ erat: obiit autem Episcopatus anno 48. cui autem 83. Cui Flauius Referendarius Guntchramni Regis successit.* Aimoinus l. 3. cap. 42. eadem subdit ex Gregorio:
« His diebus, ait, Agricola Cabilonensis, & Dalmacius Rutenensis, viri
« in sanctitate præcipui, & Pontificatum optimè administrantes, è sæculo migrauerunt. E quibus Agricola Ecclesiam suæ ciuitatis columnis fulciuit, marmore variauit, musiuo depinxit. Fortunatus lib. 3. Poematum c. 22. eum tali epigrammate celebrauit:

Præsul honoris apex, generis, fideique cacumen,
Cultor agri pollens, pastor opime gregis.
Cum mea terra manu meruit genitoris arari,
Reddatur nati nomine culta sui.
Nam pater affectu dulci memorabilis orbi,
Me vobiscum vno fouit amore duos.
Corde parens, pastu nutrix, bonus ore Magister,
Dilexit, coluit, rexit, honesta dedit.
Ille pro studio sulcata noualia seuit,
Quod pater effudit, hoc mihi semen ale.

Huius sacra anniuersaria memoria colitur 16. Calend. Aprilis, notatúrque officium duplex in Calendario

Cabilonensi, & in Martyrologio 17.
Martij: eleuatum fuit in Ecclesiâ D.
Marcelli à Gerboldo Antistite.

7. Flavivs ex Referendario
Guntramni Regis, successor Agri-
colæ Episcopatum iniit an. circiter
580. 580. apud Gregorium Turon. loco
citato: In Synodo 1. Matisconensi
subscriptus reperitur anno 581. in
Lugdunensi 3. 583. Matisconensi 2.
585. ex Conciliis Galliæ. adfuit con-
uentui Nemptodorensis villæ in agro
Parisiensi in quâ baptisatus puer Clo-
tharius Rex anno 591. prout obser-
uat Greg. idem lib. 10. cap. 28. fun-
dator Abbatiæ Sancti Petri ad muros
Cabilonenses, colitur 30. Aprilis
in Calend. Cabilonensi. *Veranus* au-
tem ab aliquibus Scriptoribus Cabi-
lonensis Episcopus statuitur, sed po-
tiùs fuit Cauellionensis Antistes
in Comitatu Venaissino, quemad-
modum obseruauit Sirmondus No-
tis ad tom. 1. Conciliorum Galliæ,
vbi mendum putat esse apud Gre-
gorium lib. 8. cap. 31. & lib. 9. cap. 4.
cùm Cabilonensis, pro Cauellicensi
appellatur: & certè emendatio legi-
tima est, ambo enim Flauius Cabi-
lonensis, & Veranus Cabellicensis
eodem tempore subscripserunt Con-
cilio Matisconensi 11. Sub eo Ponti-
fice Flauio Guntramnus Rex in Vbi-
liaco Cabilonensi suburbio fundauit
Abbatiam S Marcelli, nunc Priora-
tum Ordinis Cluniacensis, anno re-
gni 24. ait Fredegarius Scholasticus
in Chronico, iussu Childebrandi
Comitis scripto: *Anno 24. regni sui
diuino amore tactus, Ecclesiam B. Mar-
celli, vbi ipse pretiosus requiescit in cor-
pore, quæ in suburbano quidem Cabillo-
nense, sed tamen in Segonum est terri-
torio, mirificè, & solerter ædificare ius-
sit: ibique monachos congregans, mona-
sterium condidit, ipsámque Ecclesiam re-
bus plurimis ditauit. Synodum* XL. *Epis-
coporum fieri præcepit, & adinstar insti-
tutionis monasterij sanctorum Agaunen-
sium, quæ temporibus Sigismundi Regis
ab Auito & cæteris Episcopis, ipso iu-
bente Principe fuerat firmata, idémque
& huius synodi comunctione monasterij
S. Marcelli Guntramnus institutionem
firmandam curauit.* Et infra addit: An-
„ no 33. regni Guntramni 5. Calend.
„ Aprilis ipse Rex moritur: sepultús-
„ que est in Ecclesiâ S. Marcelli in mo-
nasterio, quod ipse construxerat. De «
eo Paulus Diaconus lib. 3. Rerum
Longobardicarum cap. 17. & 35. Ado
in breuiario, Chronicon Benignia-
num, Aimoinus lib 3. cap. 3. & 8. ac
copiosè Saniulianus sequentia ha-
bet, quæ non inutile erit attexere:
Divina *disponevte gratiâ, seruus
seruorum domini Guntramnus Rex, re-
gnante Deo. Vniuersis sanctæ matris Ec-
clesiæ filiis salutem. Quoniam culpis exi-
gentibus, tum ob immoderatam Princi-
pum ingluuiem, tum ob negligentiam
Prælatorum, & incuriam, cœlestibus
fundatas obsequiis Ecclesias heu? pessum-
dari dolens video, indéque doleo: nec
me cunctis pro velle, efficacem sentio;
vnam saltem, ne ad Dominicam Ar-
cam manu vacuâ redeam, pretiosissimi
videlicet Martyris Marcelli Cabilonen-
sis, quam ei, Deo donante, construximus
basilicam, & solidioribus ditare prædiis,
& ordinationibus munire, & officiis dis-
ponimus. Censemus ergo, regalique aucto-
ritate roboramus, vt ibi manentes serui,
Hospitale construant: solarium verò cum
caminatâ illi de Gergeiaco, & de Alcia-
to faciant. Illi autem de Mercureis, &
de Canopis Lobiam ædificent. De Flo-
riaco quoque introitus Ecclesiæ, & Se-
cretarij, atque Thesauri: monachi ibidem
demorantes, operatores mittant. Illi de
Vermiaco ad claustri introitum prepa-
randum dirigantur. Porticum S. Petri:
illi de Rofiaco dimidiam: illi de Beri-
neit, & de Tapariaco, & de Blaico di-
midiam partem: Cellarium illi de Arco,
& de Ogniaço, & de Lilsaco construant.
Qui verò Frenis & Lingis habitant,
Refectorium faciant: & de Scociolis, &
de Oriengiis, & de Aquis cætera pera-
gant necessaria. Hæc autem sic disponi-
mus, vt quicumque ea turbauerint, de
vitæ libro deleantur. Amen.* His sub-
iungenda carta Theobaldi Cabilo-
nensis Comitis, quâ donationem
monasterij S. Marcelli Cabilonensis
Mayolo Cluniacensi Abbati factam
confirmauit, quæ extat in Bibliothe-
câ Cluniacensi. Ego in Dei nomine «
Theobaldus Comes Cabilonensis, «
omnibus filiis sanctæ Ecclesiæ in «
Domino salutem. Audiui à præde- «
cessoribus meis, & vicinis antiquis «
viris, quòd nobilissimus Comes Gau- «
fredus, qui post mortem præstan- «
tissimi, & Christianissimi Comitis aui «
nostri Lamberti, accepit eius con- «
iugem, auiam meam Adheidem Co- «

» mitissam, accessit ad beatæ recorda- A tionis Abbatem Mayolum, & commendauit illi monasterium in suburbio Cabilonensis ciuitatis, à Gunttanno nobilissimo, & religioso Rege magnificè constructum, vbi requiescit corpus S. Marcelli Martyris, eo tenore, vt religionem monastici Ordinis, quæ penè abolita fuerat, reformaret: iura, & possessiones ad ipsum locum pertinentes excolere, & vt ipse, & successores eius Abbates Cluoiacenses perpetualiter haberent & possiderent. Hanc autem commendationem, siue donationem fecit supradictus Comes Gau- B fredus domno Mayolo, cùm consilio coniugis suæ, & filij eius Hugonis tunc Clerici, posteà Episcopi, annuente & laudante Ainrico Duce; posteà verò regnante serenissimo Rege Roberto, auunculus meus domnus Hugo Comes & Episcopus præsente ipso Rege, Comitibus, & Episcopis istius patriæ, supradicti Monasterij donum tradidit domno Odiloni Abbati, successori Abbatis Mayoli, vt ipse iure antecessoris sui locum haberet, teneret & possideret. Ego verò gratiâ Dei Comes C Theobaldus, quod antecessores nostri & parentes Deo, & S. Petro, & loco Cluniacensi dederant, laudo, volo, & confirmo, & vxori meæ, & meis fidelibus laudare, & firmare facio, & quandiu vixero, testis & adiutor ero. Post meum decessum, qui contra hanc restitutionem venerit, iram Dei omnipotentis incurrere se se non dubitabit. Signum Theobaldi Comitis, qui hoc testamentum laudauit, atque affirmauit, suósque fideles & amicos firmare præcepit. sig. Ermentrudis eius coo- D iugis, sig. Hugonis de Montpaon, sig. Anseidei de Nouiliaco, sig. Tetardi de Raon.

8. S. Lvpvs Abbas beati Petri vbi & sepultus, Episcopatum obti-
601 nuit anno Christi 601. prout liquet ex epistolâ 52. lib. 9. S. Gregorij Papæ, quam diuersis Episcopis Galliæ, Mennæ Tolosano, Sereno Massiliæ, Lupo Cabiloni, & aliis inscribit an. 601. tomo 1. Conciliorum Galliæ Sirmondi; proinde ordo Episcoporum qui habetur in vulgatis Catalogis præposterus est, dum successisse Lupum Grato attestantur. Eius natalis celebratur 27. Ianuarij Officio duplici in Ecclesiâ Cabilonensi, quam hæredem instituit, Boyaco inter cætera bona relicto, quod ex veteribus tabulis docet Saniulianus.

9. Gelionivs vel Gilderinvs Dagoberto I. regnante qui sceptrum tenuit ab an. 628. ad 644.

10. S. Gratvs nobili stirpe satus fertur in veteri codice Regularum Chori Ecclesiæ Cabilonensis: Concilio in basilicâ B. Vincentij habito 8. Calend. Nouemb. an. 650. 650.
subscripsit, cuius Canones extant tomo 1. Conciliorum: habitabat, inquit Saniulianus, ad S. Vincentij Ecclesiam quam construxerat, in quâ & humatus die 8. Octobris, vbi nunc est Prioratus dependens ab Insula Barbarâ Lugdunensi: corpus ipsius multis coruscans miraculis inde fuit translatum in monasterium Paredi, Hugone Episcopo & Lamberto Comite ordinante.

11. Desideratvs cognomento Dido, Cabilonensis Episcopus fuit an. 685. eius notitia debetur vi- 685.
tæ S. Leodegarij Augustoduuensis Præsulis ac Maioris Domus Franciæ, quam tom. 1. Historicorum Franciæ Scriptorum inseruit doctissim. Quercetanus: námque præter hunc locum in Cabilonensis Ecclesiæ tabulario, nulla eius memoria extat, imò neque apud Saniulianum. Fuit iste nefariis conatibus Ebroini Maioris Domus regnante Theodorico I. cùm beatum Pontificem Leodegarium diris modis insectatus est, ait enim Scriptor vitæ memoratæ: *Erant in hoc mendacio primi, & quasi Rectores Palatij Desideratus cognomine Dido, qui quondam Cabilonia habuit Principatum, necnon & eius collega Bobo, qui vrbem Valentiam habuerat in dominium. Nec enim digni sunt vt vrbium nominentur Episcopi, qui magis terrenis desideriis inhiabant, & cœlestia non curabant. Horum talium Sacerdotum, & similium optimatum Ebroinus tyrannus vsus consilio, adeò vsque eleuatus & excæcatus est in hoc sæculo, quousque impœnitens præcipitatus est in infernum.* Hunc porrò Cabilonensem Episcopum auctorem in primis fuisse, vt

Leodegarius in carcerem truderetur, memoratur his verbis: *Adiunctis sibi nequissimis consiliis iniquorum, consulere cœperunt, quemadmodum B. Pontificem destruere possent. Ex iis autem Consi ianis duo, Dido & Vuaymirus caput malitia effecti, dixerunt se posse rapere eum de ciuitate, & in eum facere vindictam, ex qua, malitia Ebroini esset satiata.* Tum subiungit: *Inter cæteros Dux quidam erat Camp.ania Vuaymerus vocatus, qui ad hoc malum perpetrandum à finibus Austri venerat cum Didone. Igitur cùm hostes lati diuisissent spolia, Vuaymero hominem Dei* (Leodegarium) *tradiderunt in custodiam, qui cùm eodem, & cùm parte sui exercitus festinans repedauit ad patriam. Desideratus verò cognomento Dido, vnà cùm Bobone, & cùm Adalrico Duce, quem ipsi volebant Patricium fieri prouinciæ, vt patriam subiugarent, perrexerunt vsque Lugdunum, vt ita exinde adducerent Genesium, sicut de Augustoduno quondam expulerant Leodegarium.* Narrat idem Historicus, Didonem posteà damnatum in Synodo villæ regiæ 685. anno circiter 685 & ab Episcopatu pulsum fuisse: *Eodem tempore vir gloriosus Theodericus Rex, & idem Ebroinus synodo ad quandam villam regiam venientes, multam Episcoporum turbam adesse fecerunt. Ibique inter cæteros Didonem, qui sanctum virum Leodegarium cùm Vaymero expulit de suo Episcopatu, & pœnæ tradidit illectu, condemnatum ab ipsâ synodo, caluariâ acceptâ in capite expulsum segregant à sanctâ Congregatione. Deinde exilio condemnatus, mortéque secutâ, pœnâ capitis exsoluit quidquid doli in sanctum virum exercuit.*

12. ANTESTIVS.

13. AMBLACVS, cuius solum nomen ac superioris reperitur in antiquo cartulario Regularum Eccles. Cabilonensis: eos tamen Saniulianus in suo elencho non reponit.

14. HVBERTVS, Abbas sancti Marcelli Cabilonensis & Episcopus, enunciatur in documento veteri an-
779. ni 779. confirmationis priuilegiorum monasterij S. Marcelli, & quæcumque alij Reges indulsissent, ad petitionem Huberti rata habet Carolus Magnus subiecto diplomate, ex cœnobij scriniis sic eruto: CAROLVS gratiâ Dei Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, omnibus gentibus nostris, tàm præsentibus, quàm futuris iuuante Domino, qui nos in solium Regni constituit. Principale quidem clementiæ est cunctorum accommodare aurem benignam vtilitatibus, præcipuè in iis quæ pro compendio animarum à præcedentibus Regibus antecessoribus nostris, ad loca Ecclesiarum probamus esse indulta, deuotâ mente debemus perpendere, & congrua beneficia, vt mereamur ad mercedem esse participes, non negare, sed robore maiore pro nostris oraculis confirmare. Igitur magnificus Hubertus Episcopus Rector Basilicæ S. Marcelli, quæ ponitur sub oppidum Cabilonensis vrbis, vbi ille pretiosus Domini Martyr in corpore requiescit, nostræ celsitudini intulit suggestionem, eo quòd antecessores nostri anteriores Reges, vel bonæ memoriæ Dominus & genitor noster Pipinus quondam Rex, per eorum præceptiones, integras immunitates ipsi Monasterio concessissent, vt in villas, aut super terras ipsius Monasterij, nullus Iudex publicus, nec vlla potestas ad causas audiendum, vel freda exigendum, aut fideiussores tollendum, aut mansiones, aut paradas faciendum, nec vllas requisitiones requirendum, ibidem ingredi non deberent, vnde & ipsas præceptiones antecessorum Regum, & confirmationes eorum iamdictus Hubertus Episcopus nobis ostendit relegendas, & ipsa beneficia moderno tempore asserit esse conseruata. Sed pro confirmationis studio petiit clementiæ regni nostri, vt hoc denuò ipsi Monasterio nostra deberet authoritas confirmare. Cuius petitionem pro mercedis nostræ augmento, plenâ & integrâ gratiâ vsi, concessisse vestra comperiat magnitudo. Propterea ergò iubemus, vt inspectis ipsis priorum Principum authoritatibus, neque nos iuniores, neque successores nostri, nec vllus quilibet de iudiciariâ potestate in villas ipsius Monasterij, quas præsenti tempore habere videtur, aut inanteà à Deum timentibus hominibus fuerint conlatæ, aut conlaturæ, nullus Iudex publicus ad causas audien-

» audiendas, vel freda exigenda, aut A
» fideiussores tollendum, vel mansio-
» nes, aut paradas faciendum, nec vl-
» las redhibitiones requirendum ibi-
» dem ingredi non præsumatis, nisi in-
» tegrâ immunitate, sed sicut præce-
» dentium antecessorum nostrorum
» Regum ipsi Monasterio vsque nunc
» fuit conseruatum, ita vt deinceps per
» nostram authoritatem generaliter
» maneat inconuulsum; & si ante actis
» temporibus, per aliquam negligen-
» tiam Abbatum, aut tepiditate Re-
» ctorum, aut presumptione Iudicum
» de ipsis immunitatibus fuerit immu-
» tatum, aut raptum, eunllúmque aut B
» extractum, nostris authoritatibus &
» beneficiis restauretur: & vlterius
» quod consensimus, nec vos, neque
» minores vestri, infringere vel viola-
» re præsumatis. Si quis autem fuerit
» dominus vel Comes domesticus, vi-
» carius, seu qualicumquâ iudiciariâ
» potestate, indulgentiâ bonorum, aut
» bonitate piorum Christianorum, aut
» Regum antecessorum nostrorum,
» ipsas inrumpere, aut violare præsum-
» pserit, solidorum sexentorum mune-
re se cognoscat culpabilem, Ita vt
duas partes in archiuium ipsius Mo-
nasterij reddat, & tertiâ parte, ad
fiscum nostro sacello multam com- C
» ponat, vt non delectet quod ante-
cessores nostri, aut boni Christiani
» concesserunt, vel indulserunt, ab
» omnibus impiis hominibus lacerari;
» Et quicquid exinde fiscus noster po-
» tuerit sperare, in luminaribus ipsius
» Ecclesiæ S. Marcelli Martyris Chri-
» sti, pro stabilitate Regni nostri, seu
» nostrâ subsequente progenie profi-
» ciat in augmentum; Et vt hæc au-
» thoritas tam præsentibus quàm futu-
» ris temporibus, Deo adiuuante, fir-
» mâ stabilitate debeat perdurare, sub-
» ter eam, signaculis propriâ manu,
» decreuimus roborari. Signum glo- D
» riosissimi Regis. Data pridie Calend.
» Maias, anno decimo & quinto Regni
» nostri. Actum Haristalio.

15. Favo, vel Fova; quo for-
tassis sedente habitum Concilium in
813. hâc vrbe anno 813. cuius extant Ca-
nones sine chirographis Episcoporum
in Tomis Conciliorum. Subscriptus
habetur nomine Faouæ Cabilonen-
sis, diplomati Alberici Episcopi Lin-
gonensis pro restauratione Monaste-
rij Fontis Besuæ an. 830. in Chroni-
co Besuensi recensetur inter Epis-
copos qui interfuêre Synodo Theo- 835.
donsuillæ anno 835.

16. Milo, cuius nomen reperi-
tur in veteri exemplari Regularum
Chori Ecclesiæ Cabilonensis.

17. Godelsadus, ex palatio
regio vocatus ad assumendum li-
tuum Pontificalem, pro cuius con-
secratione, nomine Caroli Calui Re-
gis, Vuenilo Archiepiscopus Seno-
nensis, & Gerardus Comes epist. 81.
Lupi Abbatis scribunt sub an. 848. 848.
ad Amulum Lugdunensem Archie-
piscopum: illius hæc sunt verba: *Go-
delsadum quem ex palatio suo, more præ-
decessorum Regum maiorum suorum, vt
ante monstratum est, Cabilonensi præfici
Ecclesiæ flagitat idem Rex, in hac Qua-
dragesimâ non grauemini ordinare. Quod
si per absentiam Teutboldi Episcopi vi-
sum fuerit impossibile, quocumque tem-
pore constitueritis, congruum vobis cura-
bimus ex Episcopis nostris facere supple-
mentum, vt quod prosit populo Christia-
no, absque dilatione per vos Deus im-
plere dignetur.* Pluribus ille Conciliis
Galliarum interfuit ac subscripsit,
Suessionensi 2. anno 853. Vermeriensi
eodem anno: Tullensi ad Saponarias 860.
859. & Tusiacensi 860.

18. Gerboldus, seu Girbol-
dus, restaurator Abbatiæ S. Petri,
synodo Suessionensi an. 866. (in quâ
firmat priuilegium Sollemniacense &
vocatur Girbaldus Cauilonensis)
Cabilonensi item adfuit 873. in Ec- 873.
clesiâ S. Laurentij in quâ Concilium
celebrabatur, vbi liberáne, an sancti
Marcelli Ecclesiæ potestati esset sub-
dita, videre est in vetusto instrumen-
mento tabularij hoc tenore: Remi-
gius *sanctæ Lugdunensis Sedis Archie-
piscopus, & cùm eo Ado reuerendissimus
Archiepiscopus Viennensis, Liudo quo-
que Augustodunensis Episcopus, necnon
& Gilbaldus Cabilonensis, Bernardus
etiam Matisconensis, Reuerendi Episco-
pi, & Leubonius Corepiscopus Lugdu-
nensis, simulque acceptabilis multitudo
Canonicorum, & Monachorum, Ar-
chidiaconorum, Abbatum, & reliquo-
rum ordinum secundùm Dei voluntatem,
in suburbio Cabilonensi nobiscum congre-
gata apud Basilicam S. Laurentij, quæ*

iuxta mœnia ciuitatis eiusdem constructa est, omnibus Christum, per orbem quadrificum, adorantibus, pacis, concordiaque munus. Notum sit cunctis, quòd residentibus nobis in eadem Ecclesia, antefati Martyris nomine insignitâ, anno
873. *Dominicæ Incarnat.* DCCC LXXIII. *Regni domini Caroli tertio, post mortem nepotis sui Lotharij in Burgundiâ. Venit igitur in ipso Concilio quidam Presbyter nomine Leutherius, Præpositus & Aduocatus Canonicorum S. Marcelli Martyris, & stans in medio synodi monstrauit nobis per priuilegia eiusdem loci, ipsam Ecclesiam in quâ residebamus, à Regibus ipsius loci constructoribus, & consensu Episcoporum Cabilonensis ciuitatis fuisse tributam, eámque iniustè per incuriam & negligentiam perditam haberene; de quâ re, Dominum & fratrem nostrum præclarum videlicet virum Gilbadum Episcopum interrogantes, quid ei placeret (vt iustis rebus fuit semper an-» nuens) dixit. Si hæc nostris antecessoribus » iamdicto loco donata, vt superna nobis » patescerent limina, hæc ipsa ex nostrâ » parte dare debuissemus ei donaria: Sed » quia huiusce causa euidentia nobis mon-» stratur scripta, quòd eatenus à nobis ipsa » tenetur Ecclesia, decernat sanctitas ve-» stra, quid nos conueniat agere; Cuius verba audientes ex ipsius, cunctaque illius Congregationis Canonicorum consensu, iudicauimus S. Marcello ipsam Ecclesiam reddi, atque vt deinceps illi seruientes possiderent, cunctum Concilium nostrum, per has litteras laudauit, & firmauit, ac in ipso nemo contradixit. Et quicumque Clericus vel laicus contrariare præsumpserit, humanis legibus conuictus, etiam diuinis, iisque ad emendationem sub anathemate foret: Hanc autem scripturam fieri præcepimus, ac vt in futuris temporibus teneatur, manibus roborauimus. Remigius humilis Episcopus sig. Adu Viennensis Episcopus S. Liudo sanctæ Ecclesiæ Eduensis Episcopus S. Bernardus Matisconensis Episcopus S. Gilbaldus Cabilonensis Episcopus S. Leubonius Corepiscopus S. Heriboldus Monachus S. Herunius Abbas S. Eudo humilis Abbas S. Theotbertus Diaconus. S. Gondrannus presbyter S. Bertrandus Diaconus S. Gontardus Abbas S. Leussingus Archid. S. Dato Anno Incarn. Dominicæ* DCCC LXXIII. *Regno domini Caroli in Burgundia iij. 12. Kal. Iunij. Marcellus non meritus Leuita scripsit & roborauit in Dei nomine fœliciter. Amen.*

Interfuit quoque Synodo Pontigonensi 876. Tricassinæ an. 878. Mantalensi 879. pro Coronatione Bosonis in Regem Burgundiæ apud Paradinum lib. 3. cap. 168. Annalium Burgundiæ; vbi tamen & alibi corruptè Oricardus, pro Girbaldo, seu Gilbaldo appellatur. Itaque delendus ille *Oricardus*, qui non reperitur in libro Regulæ Cabilon. Coniectura est ipsum Girboldum iam moribundum, è viuis sublatum esse anno 882. circiter 882. eodem etenim anno Cabilonensi Ecclesiæ electio canonica Episcoporum indulta est, sequenti instrumento, quod ex tomo 3. Concil. Sirmondi hîc exscribi non pigebit: IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuinâ fauente clementiâ Imperator Augustus. Si ea quæ diuinis conueniunt authoritatibus, præcepto nostræ altitudinis confirmamus, supernam ob id gratiam promereri nullo modo dubitamus. Quocirca omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, & nostris præsentibus & futuris notum esse volumus, quòd venerabilis Agilmarus Aruernorum Præsul adiens genua Serenitatis nostræ innotuit, quoniam Girboldus Cabillonensis Ecclesia venerabilis Antistes & reuerendus, infirmitate iam, simúlque senio confectus, non modicum metu sui obitus, ciuibus & filiis Ecclesiæ suæ inferret dolorem. Itaque nostram humiliter deprecatus est dominationem, vt præfata Ecclesiæ canonicam electionem concedere deberemus. Placuit ergo nobis, saluberrimæ acquiescere postulationi. Decernimus igitur, & pro Dei amore hoc eidem concedimus, vt ubeunte Pastore proprio, omni deinceps tempore Canonicam habeat electionem: hoc denique quod diuino amore concessimus, nostro Imperiali præcepto confirmauimus, & annulo nostro insigniri iussimus. Signum Caroli Serenissimi Augusti. Salomon Notarius, ad vicem Liutuardi Archicancellarij recognoui, & subsignaui. Datum pridie Idus Iunij, Anno ab Incarnatione Domini 885. anno verò Regni Domini Caroli Imperatoris* VIII. *Imperij verò* V. *Actum apud Gundulphi villam, in Dei nomine fœliciter. Amen.* 885.

19. STEPHANVS, nominatur in cartulario S. Stephani Diuionensis cap. 6. & in Chronico Besuensi cùm agitur de quadam Synodo Cabilonensi pro rebus S. Marcelli 886. quo 886. anno ordinatus; præfati chronico

Besuæ hæc verba annotantur: *Anno* A
886. *Incarnat. Dom. 886. anno Domini & serenissimi Caroli Imp. Aug. in Gallia imperantis 11. indict. 5 xv. Calend. Iunij sacer Episcoporum conuentus ob pacem & tranquillitatem sanctæ Dei Ecclesiæ statuendam, & Ecclesiastica negotia decernenda apud Ecclesiam S. Marcelli Martyris in suburbio Cabilonensi in Christi nomine coadunatus est, vbi fuerunt Domini & sanctissimi Archiepiscopi Aurelianus, Bernuinus, necnon & reuerendissimi Episcopi, Adalgarius, Geylo, Stephanus, Gyraldus, Adalbaldus, Isaac, & Leboinus.*

20. Vvarnulfus, cuius præter nomen nihil potuimus indagari B in tabulis monasterij S Marcelli.

21. Ardradus viuebat circa
993. an. 993. quòd ex plurimis cartis ac veteri cartulario S. Petri Flauiniacensis compertum habetur: Gerfredi monachi iudex in causâ Adalgarij Episcopi Eduorum veneno sublati extitit, cùm per corpus Domini decredo synodi Cabilonensis sese purgauit. Concilio Cabilonensi habito in Ecclesiâ suburbicariâ S. Marcelli C hic interfuit an. 915. subscriptus in testamento Heriuæi Eduorum Præsulis; atque etiam cartæ restitutionis Valonis Eduensis Pontificis pro villâ Tiholaco ex schedâ cartophilacij S. Nazarij anni 918. Interest & alteri Synodo Cabilonensi in æde sancti Ioannis Præcursoris in conspectu vr-
918. bis celebratæ ad an. 918. firmat quoque chirographo priuilegium S. Stephani Eduensis, & vocatur ad sacrum Heriuæi in Episcopum Eduensem, sicuti docent cartæ Vergiacenses.

22. Mancio omissus in Catalogis, huic Adrado subiicitur ex Laurentio Surio; de quo vita S. Radbo- D di Vltraiectensis Episcopi die 29. Nouembr. cap. 2. his verbis: *Erant autem ei condiscipuli, Stephanus & Mancio ætate quidem superiores, sed non tamen studio litterarum in adolescentia: quorum virtus eò progressa est, vt non multò post vterque Episcopus creatus sit, Stephanus quidem Tungrensis Ecclesiæ, Mancio verò Cabilonensis.* Proinde in catalogo Antistitum huius sedis rectè subiiciendus est Ardrado, tametsi apud Petrum à sancto Iuliano nulla huius extet mentio: qui & *Axoranum* prætermittit in Historiâ Cabilonensi: diuersâ porrò nomenclaturâ in veteri Calendario legitur Andreas Cabilon. Episcopus obiisse anno 923. indict. 11. Addimus item Axoranum memorari in libro Regularum Chori Ecclesiæ Cabilonensis, cui proximè ex eodem codice subrogati annotantur sine annorum epochâ, *Stabilis* & *Durandus*, sed ab aliquibus pariter in dubium reuocantur.

23. Hildebodus, seu Hildebadus, quem synodo Trenorchianæ adfuisse testatur Saniulianus in originibus Trenorchij monasterij anno 944. cùm Guidone Lugdunensi, 944. & Goffrido Bisonticensi Episcopis. Anno 954. B. Maiolum electum à monachis in Abbatem Cluniacensem ordinauit, prout docet scriptor verus chronici Cluniacensium Abbarum: nominatur & in cartulario S. Simphoryani Eduensis cùm Amblardo Lugdunensi.

24. Frotgarius cuius memoria colligitur ex membranâ cartophilacij S. Marcelli anno 6. Lotharij Regis, cùm Roberto Comite, Ingelrrude eius vxore, Lambertto Comite, & Letardo Decano, die Iouis mense Iunio, vbi donat Ecclesiam de Sauiniaco basilicæ Sancti Marcelli. 959.

25. Radulfus memoratur in regiſtro veteri citato Regularum Chori Cabilonensis, sed absque æriâ Incarnationis.

26. Lambertus, nihil etiam de illius gestis compertum reperitur in eodem codice Regularum.

27. Hugo I. quem initio Principatus Hugonis Capeti Regis, Episcopatum obtinuisse coniecturâ tantùm asseritur.

28. Goffridus, siue Ioffridus, vel Gotofredus floruit an. 1015. subscripsit priuilegio 1015. Diui Benigni Diuionensis huic Abbatiæ per Robertum Regem confirmato, testibus Lamberto Præsule Lingonensi, Hugone item Comite Cabilonensi, qui Episcopus erat Autissiodorensis, & alus viris. Nominatur

in cartularij Flauiniacensis tabulâ instaurationis monasterij de Colchis in Burgundiâ ab Hugone Comite Cabilonensi; inde conuenit ad dedicationem Abbatiæ Trenorchianæ 4. Calend. Septembr. 1018. posteàque ad synodum Ansanam in territorio Lugdunensi anno 1025. præside Burcardo Metropolitano: dedicauit Ecclesiam de Siniciaco secus Diuionem, suasu Harduini Episcopi Lingonensis, qui ob infestationem Roberti Ducis illuc non audebat accedere, quam Ecclesiam Ingolio Gallicus fecerat. De eo mentio fit in diplomate S. Nazarij Eduensis Augustoduni dato anno 1032. cùm Enzelinus Episcopus Parisiensis, Vergiaci toparcha, Canonicorum Collegium in suo castro institutum subiecit Congregationi Cathedralis B. Nazarij.

1032.

29. Vido I. anno 1044. die 25. Martij subscripsit testamento Hugonis Archiepiscopi Bisontini, interfuitque solemni consecrationi primarij altaris superioris basilicæ sancti Stephani Vesontiensis anno 1050. per Leonem Papam IX. vt dictum supra in Bisonticensibus, non autem 1048. vt mendosè legebatur.

1044.

30. Achardus ex Decano creatus fuit Episcopus viuente Philippo I. Francorum Rege, cuius sacro adfuit Remis anno 1059. Accardum vocat Hugo monachus Cluniacensis in vitâ beati Hugonis Abbatis Cluniacensis, ait enim ipsum venisse Eduam cùm Episcopis & illustri procerum cœtu, vt pax sanciretur inter eum ac Ducem Burgundiæ Robertum, qui Aganonem Eduorum Episcopum nimiâ infestatione grauabat. Prioratum S. Laurentij subiecit Augerio Insulæ Barbaræ Abbati: præterea recensetur in conuentu procerum Burgundiæ apud castrum Paluellum, cùm Hugone Duce, Guillelmo Comite trans Ararim Principatum tenente, Aganone Eduensi Episcopo, Hugone Cabilonensi Comite, Gaufrido de Sinemuro, Richardo Borbonensi, Girardo de Fonte-vennæ, & Vidone de Sombernone. Achardi autem depositio notatur 6. Cal. Iunij in Calendario Benigniano.

1059.

A 31. Roclenus ex Decano in Episcopum suffectus Achardo, cuius tempore habetur Synodus Cabilonensis in causâ Cluniacensis Abbatis & Episcopi Matisconensis; vetus chronicon anno 1073. inquit, *Alexander Papa Giraldum Ostiensem Episcopum qui Petro successerat ad Gallias destinauit, & vices suas ei per Franciam & Burgundiam commisit. At ille ex præcepto Papæ Concilium apud Cabilonem instituit, cui præerat Roclenus Episcopus, literis apprimè eruditus, & in lectione diuinorum voluminum studiosissimus.* Ei scribit Gregorius 7. Pap. l. 1. ep. 75. ad Humbertum Archiepiscopum Lugdunensem, vbi legitur Roderius, & apud Baronium Rodericus, pro Rocleno. Inuenitur etiam subscripsisse in cartulario Floriacensi: eius quoque fit mentio in vitâ Sancti Hugonis Cluniacensis ab Hugone monacho descriptâ: memoratur item cùm Hugone Comite, vbi Ecclesia Aluziæ sancto Marcello datur. Sed & in veteri Martyrologio Cabilonensi hæc leguntur: Benedictio à Rocleno Præsule data « super populum, quando Christianos « excitabat, vt Iudæorum malefacta « punirent Qui ad vlciscendam Iudæo- « rum perfidiam, mentes nostras accen- « dit, zelo iustitiæ fidem quam nobis « contulit, augeat, eamque fructu bono- « rum operum vberare faciat, Amen. «

1073.

B C

32. Valterius I. ex Archidiacono maioris Ecclesiæ creatus fuit Antistes, fauente in primis eius promotioni S. Hugone Cluniacensi Abbate. At electionis huiusce formula visa est digna, quæ huc transferretur è veteri documento cartarum Thesauri Cabilonensis deprompta, licet Petrus à sancto Iuliano iam anteà eam descripserit, his verbis conceptam: AVTHOR *nostræ Redemptionis, vnigenitus altissimi Patris, sibi, nimirùm ante totius æui principium coæternus, & consubstantialis, cùm iam plenitudine temporis aduenien-te, de cœlorum supernis descendens, hominem induisset in terris, seruatâ in assumpto homine Maiestate Diuinitatis; Expletis tandem omnibus, quæ de ipsius susceptura temporaliter humanitate, nobilissimi antiquæ legis præcones veridicis prædixerant vaticiniis, protinus, sacrosanctæ status Ecclesiæ cœpit vbique terrarum innouari, saluberrimis Apostolo-*

D

rum doctrinis, imò magnitudine virtutum & excellentia signorum, quæ per eos » mirum in modum operabantur diuinæ gratiâ » dispensationis. Quorum videlicet sonus iuxta vaticinantis præsagium Regis, in omnem terram est diffusus: fines quoque orbis terræ verba eorum penetrasse profitetur omnis Christi fidelium cœtus. Hos itaque summos, & electos cœlestis Senatores aulæ, è vestigio sequuti, insignes Rectores Ecclesiæ, qui ob ducatum recti itineris ad superni palatium Regis, meritò habiti sunt digni Pontificum insigniri cognomine. Ita nimirum prælibatam Ecclesiam sibi à Pastore patrum commissam, verbo decorare pariter & exemplo studuerunt, vt licet summi Pontificij reuerendo essent sublimati culmine, sibi tamen subditis eligerent prodesse potiùs quàm praeesse, æquissimâ eos regentes censurâ, & discreto moderamine. Verùm si quando contra prauos subditorum mores, zelus exigebat rectitudinis moueri illo quolibet feruore districtionis: ita in mentibus illorum virtus custodiebatur mansuetudinis, cùm terrore seueritatis, vt & iram mansuetudo condiret discretionis, & eamdem mansuetudinem, vt fortè dissolueretur, idem zelus accenderet discretionis. Hos igitur tàm reuerendæ vitæ Patres, tamquam admirabiles cœlestis disciplinæ censores, nos humiles filij Sacrosanctæ matris Ecclesiæ Cabilonensis imitari potissimùm cupientes: ob id maximè, quoniam eadem nostræ Sedis Cathedra, iamdudum proprio Pastore viduata, multa, & innumera à mundanis potestatibus patitur ad præsens infestationum probra: communi assensu & pari voto elegimus quemdam eiusdem Ecclesiæ olim Clericum, & Archidiaconum, nomine VVALTERIVM *ad culmen Pontificij præfatæ sedis, Christo Domino disponente, regendum, cuius iurisdictioni & iugo sui regiminis nos, nostrùmque locum tradimus disponendum, secundùm Canonum, & inconuulsum totius Ecclesiæ priuilegium. Est quippè, vti in promptu habetur, generosi stemmatis prosapiâ ortus, peritia non modò sacrarum litterarum, verùm & mundanarum industriâ legum admodum eruditus, ieiuniis, vigiliis, & orationibus, ac cunctis misericordiæ operibus insignitus, probatissimâ morum honestate præclarus, omnium virtutum matre discretione pulcherrimè redimitus, luculentissimi etiam eloquij, & apprimè disertus, quantum quoque humanæ fragilitas conditionis admittit, omni bonitate manet conspicuus. Igitur pro tot & tantis cœlestium charismatum donis, sibi superno munere collatis, Spiritus Sancti cooperante gratiâ eligitur ad culmen officij Pastoralis, non solùm à nobis prælibatæ Ecclesiæ filiis, verùm etiam à diuersæ conditionis plebe cohabitante intra, & extra nostræ mœnia vrbis, quam prosequitur etiam innumera populi multitudo adiacentium regionum, diuersi sexus & ætatis. Qui omnes pariter intimis præcordiorum affectibus, & multiplicibus efflagitant votis, istius nostri Electi personam, Iesu annuente Domino, sublimari Infulâ Pontificali Cabilonicæ Sedis. Plerique etiam illustres, & prænobiles Ecclesiarum Dei Rectores existunt quoque, legitimi fautores istius nostræ electionis. Videlicet dominus Gibuinus Archipræsul eximius sacrosanctæ Cathedræ Lugdunensis, Dominus etiam Agano Antistes venerandus Ecclesiæ Heduensis, vnà cùm reuerendis cœtibus, vtrorùmque regimini, Christi Domini gratiâ prouidente, commissis. Religiosus etiam Præsul D. Landricus Ecclesiæ Matiscensis, cùm reuerendâ concione eiusdem Cleri, annuit, & fauet multiplici fauore, in laude istius Canonicæ nostræ electionis, sperans in Dei misericordiâ, sibi, suæque matri Ecclesiæ subueniri, in celebratione talis, tantæque ordinationis. His siquidem eximiis iam fatis Pontificibus, annectuntur illustres Cœnobiorum Patres, huic profectò electioni votis fauentes omnibus: inter quos nimirum extat Domnus Hugo sacri Cœnobij Cluniacensis Abbas reuerà celeberrimus, simùlque venerandus loci Trenorchiensis Rector domnus Petrus, præsidens quoque Abbatiæ B. Petri Cabilonicæ vrbis domnus Raynardus, vnà cùm reuerendis Patrum vtrorùmque locorum concionibus, sub Monasticæ tirocinio disciplinæ in Christi nomine militantibus. Qui omnes procul dubiò, toto annisu mentis idonei existunt authores, & legitimi corroboratores totius electionis. S. Gausleni matris nostræ Ecclesiæ Decani, S. Almarici Lingonensis Decani, S. Gotselmi Archidiaconi. S. Hugonis Portensis, S. Engilberti, S. Gaufredi, S. Landrici Archipresbyteri, S. Guillelmi, S. Petri, S. Caroli, S. Bernardi, S. Roberti, S. Lamberti, S. Hugonis, S. Letardi Archipresbyterorum, S. W. Vernensis, & matris eius Adelaidis, S. Valtherij Neblensis, S. Dalmasij de Ginsaco, S. Bernardi de Porta, S. Gotseranni,*

& Idmari fratris eius, S. Duranni Ar- A
chipresb. S. Ademari, S. Roberti, S. Iot-
faldi. Acta est hæc Ecclesiastica, & ge-
neralis electio anno Incarnati Vnigeniti
1080 *verbi* MLXXX. *præsidente diuinâ dispo-*
sitione Romanæ sedi excellentissimo Papâ
Gregorio: sceptra quoque moderante Re-
gni nobilissimo Regum Philippo; Con-
sulatu Cabilonicæ vrbis tunc temporis
manente absque terreno Principe. Huic
autem Galthero, Gofridus de Don-
ziaco è stirpe Niuernensi, in procin-
ctu itineris Hierosolymitani partem
suam Comitatus Cabilonensis, quæ
hodie spectat ad Episcopum, ducen- B
tis vnciis auri puri vendidit, vt vide-
re est in sequenti instrumento car-
» tophilacij Episcopalis: IN NOMINE
» summæ, & indiuiduæ Trinitatis Pa-
» tris & Filij, & Spiritus Sancti Amen.
» Quoniam humanæ mentes erroris
» sui caligine, nonounquam veri notas
» amittunt, sed & hominum dicta &
» facta, vetustas ab humanâ memoriâ
» abolere solet, nihilque illiteratum
» in diuturnâ cognitione habetur. Id-
» circo ego Valtherus Cabilonensis
» Ecclesiæ Episcopus, conuentionem,
» quam ego & Canonici nostri cùm
» Sauarico Cabilonensi Comite habui-
» mus, litteris & memoriæ commen- C
» dari curaui. Notum sit igitur omni-
» bus, tam posteris, quàm præsenti-
» bus, quia quo tempore Gaufridus
» de Donziaco Hierosolymam tende-
» re vellet, qui partem mediam Co-
» mitatus Cabilonensis possidebat,
» quam cùm Vidone de Tyes parti-
» tus fuerat, partem suam Comitatus,
» supradicto domino Sauarico auun-
» culo suo vendere disposuit. Venit
» igitur ad nos Sauaricus cùm vxore
» suâ, rogans vt partem ipsius medie-
» tatis quam emebat, ab se in vadio
» reciperemus, & ipsum de pecuniâ
» quam soluebat iuuaremus. Nos au-
» tem eâ inducti spe, ducentas vncias D
» auri purissimi quarum singulæ pretij
» quadraginta solidorum fuerant, de
» monetâ cuius media pars argentea
» erat, quas nos de tabulâ S. Vincentij
» corrasimus, domno Sauarico accom-
» modauimus, & vadium quod nobis
» offerebat, ab ipso percepimus, eâ
» videlicet ratione, vt Ecclesia Sancti
» Vincentij redditum tam iustorum,
» quàm iniustorum ad partem Gaufre-
» di, siue Sauarici successoris sui perti-
» nentium, medietatem in pace possi-

deat infra istas terminationes; à cru- «
cibus trans S. Marcelli villam con- «
stitutis, vsque ad portum Luci, si- «
cuti valicta defluit à ponte Doreti, «
vsque ad pontem campi Ferreoli: «
& sicut tota terra protenditur vs- «
que ad Forestam quam Canonicam «
Vabriam vocant, vsque ad prædictas «
cruces, præter casamenta militum «
& castaletum, atque ipsos quos ha- «
bet in dominio seruientes, & præ- «
ter capturas illas quas in rebus S. «
Marcelli iustè vel iniustè fecerit. Ipse «
etiam Sauaricus exactiones omnes «
ac consuetudines iustas, vel iniustas, «
quas se habere dicebat in villâ S. «
Isidori, & in Gemulâ, & ipsarum «
villarum appendiciis, ex toto ver- «
piuit, & condonauit; In Curiâ ta- «
men S. Isidori reditum suum retinuit, «
eo pacto, vt Canonicos, vel rusti- «
cos eorum non grauaret, & quòd in- «
de solidam pacem & firmam Cabi- «
lonensi Ecclesiæ teneret, præsente «
domino Iosserano Lingonensi Epis- «
copo; Fulcone de Reone, & Hu- «
gone Barasensi, Sauaricus se tenere «
pacem perpetuam iurauit, & vxor «
sua quemdam Militem Albertum «
nomine pro se iurare præcepit; & «
vt ista pax firmior haberetur, viginti «
obsides Sauaricus misit eo modo, vt «
si ipse Sauaricus aut quilibet suorum «
malè abstulerit, nisi intra quadra- «
ginta dies in quibus ratio composita «
fuerit capitale reddiderit, ambitus «
murorum vrbis Cabilonensis non exi- «
bit, nisi eâ prolongatione quam Ca- «
bilonensis Episcopus, vel eiusdem «
Ecclesiæ Decanus cùm duabus per- «
sonis fecerit. Hanc verò pactionem «
si prædictus Sauaricus executus non «
fuerit, postquam obsides ab Episco- «
po vel Canonicis conuenti fuerint, «
nec capitales infra quadraginta red- «
diderint tandiu capti in prædictâ «
vrbe manebunt, donec ablata re- «
staurentur. Hanc etiam conuentio- «
nem Sauaricus Simonem filium suum «
cùm vxore suâ, sed & Arneum fi- «
lium suum alterum laudare fecit: de «
obsidibus verò hæc lex data est, vt «
vbi vnus mortuus fuerit, alter in «
loco eius mox subrogetur. S. Iosse- «
ranni Lingonensis Episcopi, S. Fal- «
conis de Reone, S. Hugonis Barra- «
censis, S. Huberti de Villiaco, sign. «
Raymundi Gambaldi. Cæterùm de
Sauarico & Goffrido legendus est

Andreas du Chesnius in Historiâ A Vergeyâ lib. 2. cap. 5 & lib. 10. cap. 2. vnde disces Sauarici prolem tenuisse mediam partem Comitatus Cabilonensis vsque ad Hugonem IV. Burgundiæ Ducem, qui Comitatum assequutus est permutatione quadam factâ cùm Ioanne primùm Cabilonensi, inde Burgundiæ Comite 1237. Goffridum verò improlem decessisse, de quo sic habet Martyrologium Niuernense. Pridie Nonas Augusti,
» Goffridus Comes Cabilonensis huius Ecclesiæ Casatus, apud castrum
» suum Donziacum Monachus factus
» obiit. Id autem sequenti schemate B
» magis patebit. Girardus de Vergeyo
» Comes in Burgundiâ & Elizabet
» eius vxor, & heres Hugonis Comitis
» Cabilonensis; quorum filij Robertus
» de Vergeyo pater Sauarici Comitis
» Cabilonensis in parte, & Gofridus
» de Vergeio dominus Donziaci, Hen-
» ricus Comes Cabilonensis in parte.
» Gofridus de Vergeyo Comes Cabi-
» lonensis in parte, quam partem ven-
» didit Galtero Episcopo. Ordinauit Rainaldum Cistercij Abbatem quartum anno 1094. ex Orderico: interfuit & dedicationi Ecclesiæ S. Stephani Niuernensis 1097. Hoc quoque Præsule probante, fundantur Cistercium an. 1099. vt notat Cæsarius lib. 1. Miracul. religiosum virum appellans, & Firmitas, quod verùmque Cœnobium huius diœcesis, inter alias Abbatias infra describitur. Nominatur etiam arbiter cùm Lugdunensi Metropolitano dissidij inter Canonicos S. Vincentij, & Cathedralis D. Petri Matisconensis, pro iure sepulturæ: item in cartulario S. Marcelli 1107. indict. 15. Philippo regnante, cùm Iotsaldo Decano, & D

1114. Iosseranno Cantore, & 1114. epactâ 25. regnante eodem Philippo, & Pontio Abbate Cluniacensi, dat Hugoni Beraldi S. Marcelli Priori, Ecclesiam de Beyo, in Capitulo generali Canonicorum, Inuentionis S. Vincentij 9. Calend. Octobris.

33. GOTHSALDVS ex Decano Cabilonensi Pontificante Valtherio, quem alij Iotsaldum nuncupant, promotus est ad Cathedram circa

1116. an. 1116. Eo sedente Stephanus de Nanliaco Ierusalem proficiscens, villam suam Pontodium S. Marcelli Monasterio donauit. Ipse verò Præsul confirmat ius patronatus, quod Valterius contulerat S. Stephano Diuionensi, super Ecclesiam S. Martini ad Arcum super Tilliam, idque in Concilio Trenorchiano 1117. Meminit 1117. Gothsaldi S. Antoninus tit. 17. cap. 5. Obiit 6. Cal. Iulij.

34. ROBERTVS I. vixit anno 1120. reperitur in instrumento Hugonis Burgundiæ Ducis, de lite, seu actione inter Capitulum & Henricum de Branciduno, pro terrâ Rocheræ 1120. regnante Ludouico 6. præsentibus G. Æduensi, & R. Matisconensi Episcopis, ac Valterio domino de Colchiis.

35. VALTERVS DE SERCY, II. DE SIRCY. ex nobili familiâ Burgundâ de Serciaco, nominatur cùm Villenco Episcopo Lingonensi in natali Sancti Mammetis 1129. Lingonis, vbi dat, 1129. seu confirmat Ecclesiam S. Martini super Tilliam cœnobio S. Stephani Diuionensis; cuius Monasterij Ecclesiæ dedicationi interfuit anno C 1141. quâ de re in Gofrido Episcopo Lingonensi, & in eiusdem Calendario Ecclesiæ notatur obitus Galtheri Idib. Ianuarij. Prætereà dedit Cluniacensibus assensu Capituli Cabilonensis Ecclesiam Beatæ Mariæ Lotonensis, ad Ararim, tunc in Prioratum redactam ex Abbatiâ, quam olim Theodericus fundauerat. Hoc denique sedente obiit 21. April. an. 1142. ætatis 63 apud S. Marcellum 1142. propè hanc vrbem Cabilonensem, famosus Philosophus & Theologus Petrus Abaelardus Monachus Cluniacensis, suscepto habitu religionis à Petro Venerabili Abbate. In veteri MS hoc illi epitaphium exarauit Ricardus Pictauinus Monachus Cluniacensis:

Occidit, immanis factus dolor omnibus vnus.
Gallia nil maius habuit vel clarius isto,
Nec mors cuiusquam fit tanta ruina Latinis,
In quantum fama Romani nominis exit.
Illius ingenij, studiorum fama volauit.
Namque oritur patre Pictauis & Britone matre,
Cùm Francus studuit, monachus moritur Cabillonis.

De eodem Abaelardo Nicolaus Camuzatus in Promptuario Antiquitatum Tricassinarum, agens de Paracliti Cœnobio, Posseuinus, Baronius, ac Quercetanus. Adfuit & Galterus dedicationi S. Lazari Eduensis 1148. sepultus in Ecclesiâ Præmonstrati, illic professus Regularis Canonicus,
1152 an. 1152. habet hoc Epitaphium in alâ sinistrâ Chori. *Valtherus Episcopus quondam Cabilonensis.* Obitus verò notatur 26. Iul. creditúrque eius corpus adhuc esse integrum.

36. PETRVS I. ex Canonico electus, laudem posteà tulit eximiæ administrationis: memoratur ab anno Christi circiter 1153. ad annum 1173. tempore Stephani Cabilonensis Comitis. Conuenit Matisconem 1153. cùm Odone Card. Legato pro pace Ecclesiæ Cluniacensis, contra peruasores eius bonorum, vt est in Chronico Cluniacensi: recensetur &
1168. an. 1168. in cartulario Cisterciensi, vbi Hugo Regij castelli Cabilonensis dominus, Ducis Burgundiæ filius, dat Cistercio claustrum, vel clausum suum vinearum de Murisaltu in præsentiâ Villelmi Maceriarum Abbatis, ac Pontij S. Marcelli Prioris. Et eodem anno legitur in tabulis cùm Herueo Episcopo Eduensi, & Raymundo Comite Cabilonensi 1169. commodat ducentas libras Hugoni Donziacensi Ierusalem proficiscenti. Huius verò Præsulis ad Ludouicum VII. Regem extant litteræ in cartulario Capituli Cabilonensis, de controuersiâ Iosserani domini Branceduni cùm Capitulo Cabilonensi: quas lubet hoc loco adiungere: ILLVSTRI Domino suo Ludouico, Dei gratiâ Regi Francorum, Petrus Cabilonensis Ecclesiæ humilis Episcopus, salutem & prosperitatem. Graui corporis infirmitate detenti, ante præsentiam vestram nos exhibere non possumus. Scire autem vos volumus, quòd ad voluntatem vestram & seruitium vestrum pro posse nostro parati sumus, de querelâ domini Iosserani Grossi, & Canonicorum Cabil. necessarium vobis significare duximus. Quod ex mandato vestro vtrámq; partem ante nos euocauimus, & allegationibus hinc inde auditis, dom. Iosserano Grosso præcepimus, vt mandato vestro staret, & terram Canonicorum non inquietaret. Nec quicquam in illâ terrâ (quia tutoria erat) quæreret vel acciperet. Posteà verò prædictus Iosserannus Rochetæ in cœmeterio, in domo Canonicorum violenter stetit, & hominibus illorum damna intulit. Quæsiuimus, & non emandauit. Præterea de Sæuino de Aulâ, qui tertiam partem decimæ de Marcelley quam Canonicis Cabillon. querpiuit: & finiuit & pacem iurauit, & frater illius, & ipse Seguinus posteà cepit, nec iudicio stare vult, domnus Iosserannus Grossus de pace responsor existit, Quæsiuimus & non restaurauit; propterea Seguinum de Aulâ excommunicauimus, & terram domni Iosseranni Grossi interdicto supposuimus. Super hoc autem quid faciendum est, vt bonus Princeps pro Dei amore facite, & Ecclesiam vestram Cabillonensem grauiter afflictam diuino pietatis intuitu reformate. Valete, victoriam contra inimicos vestros tribuat vobis omnipotens Dominus. Huius præterea in eodem armario Cathedralis S. Vincentij epistola sic exorditur:

ILLVSTRI *Domino suo Ludouico diuinâ prouidente gratiâ Francorum Regi, Petrus Cabilonensis Ecclesiæ Episcopus, ab eo salutari, qui dat salutem Regibus. Ex mandato vestro pro querelâ Cabillonens. Canonicorum Iosseranno Grosso, standi ad cognitionem nostram, obsides quæsiuimus, nec habuimus, & plures dies illi inde statuimus, ad quos nec venit, nec responsales misit. Tandem volentes illi satisfacere, quia pretendebat milites suos in castro Vssellâ in estagio existere, illuc ad diem rogatu illius nominatam venimus, & Canonicos venire fecimus; allegationibus hinc inde ab Abbate de Firmitate prolatis, Canonici iudicium expetierunt, Iosserannus nec obsides quos promiserat dare, nec iudicium subire, nisi secundùm consuetudinem suam & antecessorum suorum voluit. Præterea magnitudini vestræ notum esse volumus, quòd homines dicti Iosseranni, ex quo à Burgundiâ venistis, in terrâ quam Cabill. à nobis habet Ecclesia in potestate Boyaci & Rochetæ, & aliis locis multa mala intulerunt, quæ Canonici ad diem dictam probare parati erant, & malefactores seruientes dicti Iosseranni nominauerant, nec sub silentio* prater-

prætermittere volumus, quòd Canonicis Cabil. & Iosseranno Grosso, pro querelis suis ante nos existentibus, Canonici sufficienti testimonio, nullâ rationabili causâ contradicente, prædicto Abbate de Firmitate præsente, roborauerunt, quod Hugo de Brancidano Ierosolymam proficiscens, Trenorchij, Bernardo Grosso Iosseranni patre præsente, & laudante, recognouit, & dixit, quòd nullam iustitiam, nullam exactionem, nullam custodiam in potestate Boyaci habebat, & si quam habebat querpiuit, & Præpositis suis iurare fecit, ne quicquam iustitiæ, vel custodiæ causâ ibi acciperent: Et nisi imbecillitate corporis detineremur, viuâ voce in præsentiâ vestrâ profiteremur; Vestræ igitur sublimitati, domine mi, Rex Reuerende, supplicamus exorantes, quatenus Ecclesiæ vestræ prouideatis, & à persecutione eam viriliter eripiatis. Præfati ergo Regis Ludouici iudicium super hisce querelis profertur è codicibus Cabilonensibus in hæc verba:

" LVDOVICVS, Dei gratiâ Francorum Rex, amicis & fidelibus suis Waltero venerabili Decano, & toti Ecclesiæ Cabil. salutem. Fidelis noster Iosserannus Grossus, in villis vestris Rochetâ & Boyaco, & in appenditiis, clamabat iure hæreditario Aduocationem & custodiam, vobis autem contradicentibus, diu agitatum est verbum in Curiâ nostrâ, & tandem cùm iuxta Matisconem in castris essemus, magnâ parte Capituli vestri, & Decano vestro, & ipso Iosseranno stantibus, in præsentiâ vestrâ secundùm rationes vtriusque partis, & secundùm quod res tractatæ sunt in Curiâ nostrâ, & litteræ nostræ, quas exinde habetis testantur: adiudicauimus vobis per iudicium Curiæ nostræ, possessionem & saisinam totius querelæ, donec eam Iosserannus legitimè deratiocinauerit in Curiâ nostrâ, interim autem præcipimus, quòd saisinam in pace teneatis. Prohibentes ne Iosserannus, aut aliquis ex parte suâ in eas villas manum mittere præsumat. Datum per manus Hugonis Cancellarij, Anno verbi Incarnati, millesimo centesimo septuagesimo primo, apud Trenorchium. Scripsit & eidem Ludouico Regi ad illum placandum, quòd nuncios suos indebitâ veneratione excepisse illi fuisset renunciatum. Epistola Sugerij Abbatis num. 231. tomo 4. Hist. Quercecetani id testatur, vbi ait: *Excellentissimo domino suo Ludouico Dei gratiâ Francorum Regi P. Ecclesiæ Cabilonensis humilis Minister: Non suspicetur dominus meus de seruo suo quicquam indignum, quia ad omnem voluntatem vestram, ad omne seruitium pro modo possibilitatis meæ sum paratus. Proinde, Regiæ Maiestatis vestræ genibus prouolutus supplex flagito, quatinus dulcedinem gratiæ vestræ nobis benignè indulgeatis, & laborem præsentiam vestram adeundi clementer nobis remittatis. Parcite ætati & debilitati nostræ, & paupertati Ecclesiæ nostræ, imò vestræ, quæ his diebus vltra solitum, dissensionibus & bellis apud nos omnia vastantibus periculis multis exposita, nunquam magis quàm nunc præsentiâ nostrâ indiguit. Si pro nobis ista omnia non satisfaciunt, placeat saltem clementia vestræ, vt nobis oportuniore tempore diem statuatis, aut causam istam domino Eduensi, siue Cisterciensi committatis.* Rodulfum Abtem Cluniacensem 7. Calend. Sept. an. 1173. consecrauit Petrus, vt est 1173.
in chronico Abbatum. Inscribitur & in cartulario basilicæ S. Vincentij anno 1173. cùm Cisterciensi Abbate, Galtero Decano Cabilonensi, Nicolao Ducis Capellano (is est primus Decanus S. Capellæ Diuionensis) Villelmo de Sodone, Hugone de Paluello, & Hugone Duce, vbi memoratur procuratio in refectorio die S. Ioannis Baptistæ, ab Hugone de Mirmandâ Canonicis debitâ. Cæterùm hunc esse putamus, quem iacere Cistercij indicat hoc Epitaphium iam in Æduensibus relatum.

Hic, duo Pontifices serui veri Salomonis
Pausant, Henricus Æduæ, Petrus Cabilonis.

Nam in eius Monasterij Necrologio notatur obiisse Petrus Cabilonensis Episcopus 6. Idus Nouembr.

37. ENGILBERTVS, de cuius promotione ad Episcopatum Cabilonicæ vrbis gratulatur Traimundus Monachus Clareuallensis epistolâ 12. tom. 4. Historic. Franciæ Scriptorum, cùm illi scribit Henricus Abbas Clareuallis: Sermo bonus " egressus à Domino non indignè qui- " dem de vestrâ nos electione lætifi- "

" cat, quos in vestrâ pariter dilectione A
" sublimat. Gaudemus si quidem ad
" altiora conscendere quos amamus:
" & eos præsertim de quorum datur
" conuersatione præsumere, quòd eis
" in signum gratiæ, operationémque
" virtutis, sublimis aduenimnt culmina
" dignitatis. Specialiter autem ex vo-
" bis specialem sumimus in hac pro-
" motione lætitiam, vbi ea materia
" exultationis offertur, per quam in
" arctioris amicitiæ statum præcedentis
" gratiæ merita fœderentur. Illa enim
" Ecclesia vos suscipit in Pastorem, B
" per quam vos mater Ordinis est ha-
" bitura Pontificem. Ita vt similis gra-
" tiæ parentela in subditam lineam
" descendente progeniem, habituri
" simus amodò viscera pij Patris, in
" quo habebamus hactenus simplicis
" beneuolentiam dilectoris. Ceterùm
" & prædictæ matri nostræ sicut benè
" confidimus, eò ampliùs assistetis, &
" sua in omnibus iura seruabitis, quò
" piæ religionis æmulari propositum
" ab ipsâ infantiâ ætatis vestræ didi-
" cistis. Vt autem ipsa incrementi ve-
" stri primordia lætis vtrîque fulcian-
" tur auspiciis, rogamus prudentiam
" vestram, quatinus in negotio Lon- C
" giuadi, & nostræ necessitudinis, &
" vestræ memineritis honestatis. Scribens autem Traimundus ex parte Abbatis Henrici, sequenti epistolâ hoc præconio Valterum antecessorem laudat: *Conualuit in Domino spiritus meus vestræ felicis promotionis auspicio, quam vtique acceptabilem Deo, salubrem vobis, Ecclesiæ vtilem, & vtrique nostrum arbitror esse communem: Ideòque attributa vobis cælitùs dignitati felices processus, & successus vberes imprecamur, optantes vt eam sibi non priuatus ambitus, sed publicus debeat vendicare profectus. Quod vtique diuinâ præeunte gratiâ hâc vobis ratione con-* D *tinget, si prodesse magis assueueritis quàm prodesse, & quodam æmulatoriæ imitationis obtentu, sollicitum vos prædecessoris vestri præstiteritis successorem: cui sic exuberauerit pietatis liberalitas in egenos, vt præstò semper esset iustitiæ seueritas in tyrannos. Confido ergo, carissimè, hoc ipsum vobis ex diuinâ prouisione collatum, vt ei succederetis in opus sollicitudinis, cuius tam vita quàm actionis exemplum vobis esset speculum sanctitatis. Gerenda est ergo vobis Ecclesiarum tutela, cura pauperum, defensatio pupillorum; talibus enim hostiis promeretur Deus.* Eadem epistolâ commendat Engilberto domus Altæcumbæ curam, & alterâ, electionem Cisterciensis familiæ: ei scribit quoque Ioannes Saresberiensis Episcopus Carnotensis ep. 161. 162. & 269. Solus autem ex prouinciâ Lugdunensi adfuit Concilio Lateranensi an. 1179. donat Capitulo Ecclesiam 1179.
de Arconceyo, necnon Miloni Abbati S. Stephani Diuionensis Ecclesiam de Pruneriis 1181. 6. Calend. Iunias. Motam litem Petri decessoris B cùm Capitulo an. 1182. in Octauis Paschæ composuit, quoad Canonicatuum & beneficiorum collationem, quam ad ius Episcopale pertinentem obtendebat Petrus, delectis in hac rem arbitris Abbatibus Firmitatis, & Flauigneij. Tandem abiectâ Pontificali infulâ Engilbertus fit Cartusianus & Prior S. Petri, diœcesis Laudunensis anno 1185. inde electus 1185.
etiam Prior celebris Cartusiæ Montis Dei in Remensi diœcesi, quam rexit ab an 1185. ad 1202. vt docent tabulæ manuscriptæ Montis Dei. Memoratur & à Petro Abbate Cellensi C variis locis, ad quem scribit ep. 14. lib. 6. sed nusquam eum nominando; at verò ep. 12. l. 5. subindicat scribens Basilio Priori Carthusiensium, per ipsum, aut Priorem Montis Dei, ab Henrico Comite Trecensi, vt Cartusiam in terrâ suâ suis sumptibus ædificaret.

38. Robertus II. migrante Engilberto ad eremum Cartusianam, ei subrogatus est Episcopus: adest Galtero Cabilonensi Decano testamentum condenti 1185. legitur etiam 1187.
1187. in cartâ quâ Hugo Dei gratiâ Dux Burgundiæ, cùm Odone filio D dat Ecclesiæ Cabilonensi 100. solidos annuatim percipiendos super pedagium Chagniaci, pro anniuersario domini Girardi de Reone; dedicauit Ecclesiam Cistercij 1193. 16. 1193.
Calend. Nouembris Odone Abbate: videtur quoque intelligendus ab "
Innocentio III. cap. 14. de Accusa- "
tionibus, vbi Episcopo Cabilonensi, "
& Abbati Firmitatis committitur à Papâ, famæ inquisitio, in Archiepiscopum Bisonticensem. Item nominatur cum Guidone Cistercij & Galtero S. Petri Cabilonensis Ab-

batibus, transigit cùm domino Se- A
1202. neceij pro hospitali Bellæcrucis 1202.
quo anno recensetur cùm Beatrice
Cabilonensi Comitissâ 14. Calend.
Iun. item cùm viro nobili G. do-
mino Virduni, & 1209. cùm Girar-
do Abbate S. Petri, 1213. cùm Girar-
do de Saudone; porrò eum iacere
Cistercij coniicimus, cùm altero Ro-
berto Lingonensi Episcopo; in cu-
ius Monasterij Calendario pridie Id.
Ianuar. Roberti Cabilonensis Epis-
copi obitus notatur.

39. DVRANDVS, cui præstat
hominium de terrâ de Riceyo (ager B
S. Vincentij dicebatur) Petrus Co-
1216. mes Autissiodorensis 1216. coram
Guillelmo Autissiodorensi Episco-
po, apud S. Priscum. Hic vero rectè
carta sequens ex tabulario appone-
tur. *Ego Alaidis Ducissa Burgundiæ
notum facio vniuersis præsentes litteras
inspecturis, me fecisse homagium Domino
Duranno Cabilonensi Episcopo, causâ
infirmitatis meæ, quâ tunc temporis gra-
uiter detinebar, in domo meâ sitâ in monte
Attalentis, saluo iure, & honore Ec-
clesiæ Cabilonensis. Actum est hoc anno* C
1218. *gratiæ 1218. mense Septembri.* Nomina-
natur in cartulario Cluniacensi 1219.
eidem pariter iurat clientelæ debi-
tum G. Comes Niuernensis pro Ri-
ceyo 1227. defunctâ Beatrice Comi-
tissâ Cabilonensi. Sed libet hîc ap-
ponere cartam ex tabulario Episco-
pij, quâ largitur Abbati S. Ruffi Ec-
clesiam de Chagniaco; & sic habet:
» REVERENDO Patri, ac domino
» D. Dei gratiâ Cabilonensi Episcopo,
» & eiusdem Ecclesiæ toti Capitulo
» quamplurimùm venerando, F. Ec-
» clesiæ S. Ruffi Abbas, & vniuersus
» eiusdem Ecclesiæ Conuentus, salu-
» tem, reuerentiam, & honorem. Si D
» pro omnibus beneficiis exhibitis &
» impensis, gratiarum multiplices ex-
» soluere dignum est actiones, & im-
» pendendis laudibus est immorandum:
» Profectò humanitati nostræ credi-
» mus expedire, laudes vestræ beni-
» gnitatis nunc, & semper pro viribus
» ampliare multipliciter, pariter & lau-
» dare. Recepimus enim litteras ve-
» stræ donationis, tam Episcopi Ca-
» bilonensis, quàm eiusdem Ecclesiæ,
» totius Capituli sigillis roboratas, pa-
» riter, & munitas, in quibus mani-
» festè continetur, quòd Ecclesiam

de Chaniaco nobis & Ecclesiæ S. «
Ruffi conceditis, datis vnanimiter, «
& laudatis perpetuis temporibus «
possidendam, quam vtique dona- «
tionem Ecclesiæ memoratæ gratam, «
ratam, & firmam habemus, & ean- «
dem Ecclesiam in nostram recepimus, «
prout vestra pagina protestatur, quæ «
nobis trànsmissa est in hunc modum. «
*Ego Durandus miseratione diuinâ Ca-
bilonensis Episcopus, omnibus præsentes
litteras inspecturis, rei gestæ notitiam
cùm salute. Ex iniuncto nobis officio te-
nemur benigniùs procurare, qualiter Ec-
clesias Religionis titulo multipliciter præ-
fulgentes possimus beneficiis & moribus
insignire. Nos itaque hac ratione ducti,
& assensu dilecti filij S. Decani, & to-
tius Capituli nostri, Ecclesiam de Cha-
gniaco, cùm Capellis de Bozerom & de
Rumigny, & omnibus pertinentiis suis,
& omnibus aliis quæ nunc habet, vel in
futurum largitione fidelium, emptione,
permutatione, & quolibet alio iusto titu-
lo imposterùm præstante Domino pote-
rit adipisci, tibi Falconi Abbati sancti
Ruffi in Valentiâ, & per te successori-
bus tuis, & Ecclesiæ tuæ concedimus
perpetuis temporibus tranquillè, & paci-
ficè possidendam, retento plenarie iure
nostro. Sciendum est etiam, quòd Abbas
S. Ruffi & Conuentus, vnum de fratri-
bus suis idoneum ad curam Ecclesiæ præ-
sentabunt, & tàm nos de cæterò, quàm
successores nostri præsentatum incurabi-
mus. Incuratus verò nobis & nostris suc-
cessoribus ad omnia ea tenebitur, quæ
tenentur alij nostri sacerdotes. Præsen-
tatus verò, & incuratus in vitâ suâ
præfatæ Ecclesiæ præesse tenebitur, nisi
ex sufficienti causâ per Episcopum Cabi-
lonensem, & Abbatem S. Ruffi debue-
rit immutari. Sciendum est autem quòd
præfatus Abbas, vel Conuentus autho-
ritate alicuius priuilegij impetrati, vel
deinceps impetrandi, sine aliâ qualibet
occasione contra prædictas pactiones ve-
nire nullatenus attentabunt. In cuius rei
testimonium præsentem cartam nostro, &
Capituli nostri sigillis fecimus roborari.
Facta est hæc concessio apud Cabilonem
anno ab Incarnatione Domini 1220.* 1220.
Vniuersa igitur supradicta prout me- «
liùs & saniùs possunt intelligi, au- «
thore Domino, seruabimus, nihil «
addentes, aut aliquid minuentes, vt «
iam huius rei maior firmitas habea- «
tur, præsentem cartam sigillorum «
nostrorum munimine roborauimus. «

Sequitur & altera carta, quæ tamen A
præcedere debebat, in iisdem Cabi-
lonensis Ecclesiæ scriniis, continens
pactum concordiæ de iuribus mutuis
Episcopi, & Capituli; necnon Du-
cis ac Comitis apud Cabilonum: est
» porrò huiusmodi: Nos Villelmus
» Dei gratiâ Catalaunensis Episcopus,
» notum facimus præsentes litteras
» inspecturis. Quòd cùm discordia ver-
» teretur inter venerabilem Patrem
» D. Episcopum Cabilonensem ex vnâ
» parte, & nobilem Ducissam Bur-
» gundiæ ex alterâ, super fractione ca-
» thenarum, & barrarum Episcopi apud B
» Cabilonem, & super aliis querelis
» quas prædictus Episcopus dicebat
» sibi & suis, à Ducissâ & suis illatas,
» nos inter eos pacem reformare vo-
» lentes, cùm pars vtráque dicto, &
» ordinarioni nostræ super hoc stare
» promisisset, pronunciamus in hunc
» modum. Quòd barræ & cathenæ
» reficiantur, & reponantur eodem
» loco, & eodem modo quo priùs
» fuerant. Post cuius inceptionem
» operis, statim campanæ pulsaren-
» tur, & diuina more solito celebra-
» rentur. Quo facto Abbas Trenor-
» chiensis, vel maior Archidiaconus
» Æduensis, ex parte Episcopi, ex C
» parte verò Ducissæ dominus Cla-
» rembadus de Capis, vel dominus
» Lambertus de Castellione, bonâ fi-
» de debent inquirere verum de iure,
» prædictæ cathenæ & barræ ibidem
» debeant remanere. Quòd si fortè
» Episcopus Cabilonensis vel Ducissa,
» illos quos nominauerunt habere non
» poterunt, alios eodem loco tenen-
» tur substituere bonâ fide. Si verò
» inter se concordare nequiuerint,
» nos desuper Abbatem Cistercien-
» sem loco nostri constituimus, qui
» similiter, factâ, sicut supra est ex-
» pressum, inquisitione, cùm illis duo-
» bus, vel cùm eorum altero, fine de- D
» bito negorium terminabit. Diximus
» etiam quòd res & capitalia Episco-
» pi & suorum, à tempore litis moræ
» à Ducissâ & suis intercepta, pro
» posse suo Ducissa faciet emendari,
» & rancores & inimicitias ad inuicem,
» si fortè occasione istorum suborræ
» fuissent, duximus remittendas. Hæc
» omnia bonâ fide prædictus Episco-
» pus & Ducissa se seruaturos fideliter
» & firmiter promiserunt. Quod vt
» ratum habeatur, præsens scriptum

sigilli nostri munimine duximus ro- «
borandum. Actum apud Diuionem, «
anno Domini 1219. mense Decembri. «
Tertio loco apponenda est sequens
transactio de vrbis Cabilonensis di-
uisione, seu partitione. Eam retulit
& explicauit Bernardus Durandus
in priuilegiis Cabilon. Ego *D. mi-
seratione diuina Episcopus, & Capitu-
lum Cabilonense, & ego A. Ducissa
Burgundiæ, & ego B. Comitissa Cabi-
lonensis, omnibus notum facimus quod
nos elegimus duodecim Dictores, qui iura-
mento præstito, nos super consuetudinibus,
& iure, quod vnusquisque nostrum ha-
beat apud Cabilonem, certificarent, qui
in hunc modum concordauerunt: clau-
strum durat vsque ad Furnum au Coq,
& dimidium vicum Iudæorum, & dimi-
diam Sagonam, quantùm claustrum
durat à ponte molendinorum vsque ad
pontem S. Martie, & medietatem du
Bies, vsque ad turrem Domini Verduni.
Duodecim sunt seruientes in Cabilone, tres
illorum, sunt Episcopi, & tres Capituli, &
tres Ducissæ, & tres Comitissæ, isti possunt
retinere homines apud Cabilonem, & li-
beri sunt ab omnibus costumis, nec debent
applegiare de foris facto suo, nisi coram
domino suo vnusquisque. Claustrum est
domini Episcopi, & habet in eo iustitiam
suam: Ducissa etiam & Comitissa ha-
bent in eo iustitiam, ita tamen quòd non
possunt vadiare in Claustro, sed quando
ille qui forisfecit, recedit à claustro, tunc
possunt emendam leuare secundùm quod
foris fecit; de paruis forefactis non de-
bent emendam leuare dicta Ducissa &
Comitissa, nisi indè clamorem habuerint,
vel Præpositus Episcopi, emendam inde
leuauerit, Et si ita fuerit, tunc possunt
emendam leuare famuli eorum: Si alie-
nus homo adierit in ciuitatem, & hospi-
tatus fuerit, penes aliquem eorum qui
possunt retinere homines, illius Domini
erit, si autem non fecerit, Dominum in-
fra annum & diem, erit Ducissæ & Co-
mitissæ. Si aliquis probetur esse fœnera-
tor per testes idoneos, totum mobile suus
erit Ducissæ & Comitissæ, quod tunc
habebit, & similiter quotiescumque aliàs
probaretur fœnerator. Doctores verò illum
solummodò fœneratorem intelligunt, qui
solidum, vel libram per hebdomadam,
vel mensem, vel annum, pro denario,
vel denariis eiusdem monetæ, vel alterius
accommodat, ludo excepto, ita quòd de
retractis, vsque ad confectionem car-
tæ non potest aliquis super hoc conuenisi,*

alio modo non intelligitur esse fœnerator, & debet probari de vsurâ ad turrim nouam, & de omnibus forefactis Claustri venietur similiter ad turrim nouam, & de aliis forefactis extra claustrum venietur ad Præpositos Ducissæ & Comitissæ & Vicecomitis, & in omnibus emendis Ducissæ & Comitissæ habet Vicecomes tertiam partem, sed Præpositi Ducissæ & Comitissæ emendam possunt quittare vsque ad quatuor denarios: de omnibus qui p...unt retinere apud Cabilonem homines, nullus potest retinere hominem alterius in Cabilone, vel appendiciis, nisi iustè & pacificè fuerit homo à domino suo separatus. Magnæ stratæ mercatorum, per aquam & per terram, sunt Ducissæ & Comitissæ: iustitia villæ S. Laurentij, & de Chauennes, & Sanctæ Mariæ sunt Ducissæ & Comitissæ, saluâ libertate Ecclesiarum, & cœmeteriorum, & pontenariorum Episcopi: homines de Cabilone non debent pedagium circa tres leucas extra Cabilonem, & si Episcopus, vel Ducissa, vel Comitissa, vel ille qui pro negotio Capituli mitteretur, voluerit ire per aquam, capiant de nauigantibus dominorum pro voluntate suâ, saluis expensis eorumdem. Nec Ducissa, nec Comitissa super Episcopum, vel Capitulum, vel suoi possunt aliquid alleuare, nisi de assensu eorum, & de residuo facient voluntatem suam, & si clamor venerit ad Episcopum, faciet inde quod ad se pertinet. Si crietur pro communitate villæ, criari debet assensu Episcopi & Capituli, Ducissæ, & Comitissæ, & Vicecomitis in Claustro & villâ, aliàs extra Claustrum, ex parte Ducissæ & Comitissæ, & Vicecomitis. Et iustitia Sanctæ Crucis, & sancti Martini, & sancti Alexandri, est Episcopi. Quidquid Ducissa habet apud Cabilonem, & appenditiis in quo partitur cùm Comitissâ, est de feudo Episcopi. Si verò aliquid est omissum, super quo non est à Dictoribus definitum, per eosdem Dictores, vel per alios, quos Episcopus & Capitulum, & Ducissa & Comitissa eligent, debet terminari. Actum est hoc anno ab Incarna-
1121. *tione Domini 1121. mense Augusto, die Iouis post festum Beati Bartholomæi.*

Prætereà recensetur Durandus in
» diplomate Honorij 3. qui & Duran-
» do rescribit c. ex parte, de Consti-
» tutionibus. Eidem hommagium facit in Capitulo generali Cistercij Comes Barri super Sequanam de his quæ tenet Riciaci. Præsens fuit cùm Aymone Matisconensi Præsule statutorum ordinationi in Ecclesiâ Matisconensi, pro Sacerdotibus in choro & maiore altari, ex cartis Matisconensibus. Obiit Durannus 1231 Albe- 1231
rico teste in chronico, sepultus in Monasterio Firmitatis, cùm Beatrice Cabilonensi Comitissâ, defunctâ 1227. 4. Idus Aprilis.

40. Gvillelmvs de la Tovr I. LA TOVR
ex prosapiâ Equestri dominorum de Turre, frater Simonis Decani Cathedralis, electus 1231. 10. Calend. April. nominatur in priuilegiis Diuionensibus, vbi consentit terram suam interdicendam ab hoc Præsule Hugo Dux Burgundiæ, si contrauenerit libertati marcharum Diuionensibus concessæ; & alibi eodem anno cùm Ioanne Cabilonensi Comite, & A. Decano, atque Odone Duce: sub eo ordinatum fuit statutum de præbendis Cathedralis an. 1232. dedicat Ecclesiam Maceriarum 1236. 4. Idus Octob. & legitur 1236.
in Bibliothecâ Cluniacensi mense Martio cùm Aymone Matisconensi Episcopo, quando Ioceranus dominus Branceduni vendidit castrum suum. Hugoni Abbati ei fidem iurat. P. dominus de Paluello Burgundiæ Marescallus de quodam feudo, qui cùm filio suo Hugone Connestabili dat multa iocalia Eccl. S. Vincentij 1245. Guillelmi quoque excommunicationi se submittit Odo dominus Montisacuti 1240. si fidem frangat in concessione franchisiæ oppidi de Chagniaco interpositam. Recensetur verò cùm Felicitate Abbatissâ Romaricensi 1243. interest Concilio Lugdunensi sub Innocentio 4. 1245. à quo eodem 1245.
anno transfertur ad Bisonticensem Ecclesiam epistolâ registri Vaticani num. 429. quam exscripsimus tom. 1.
Archiep. in quâ dicitur Vuillelmus «
vir secundùm cor Pontificis, famæ «
celebris, & notæ scientiæ. «

41. Alexander de Bovrgongne, Alexandro Domino de Montagu & de Chagny, è regiâ stirpe Ducum prognato & Beatrice Cabilonensi natus, nepos Hugonis 3. Ducis Burgundiæ, frater Odonis Montisacuti toparchæ: Decanus Bisontinensis Episcopatum iniit an. 1245. in Concilio Lugdunensi mense

BOVRGONGNE MONTAGV. Bandé d'or & d'azur de six pieces à la bordure de gueulles & au franc cartier de gueulle pour brisure.

Maio. Interfuit translationi relliquiarum B. Ferreoli & Ferrucij Vesontione 1246. cui Marildis Comitissa Niuernensis hominium exhibuit
1247. apud Colongias 1247. de Riceyo. At eius tempore Minoritæ in burgo S. Laurentij Insulæ Araricæ constituuntur, quorum posteà Philippus Bonus insignis benefactor. Huius quoq; Pontificatu tēpore vrbs Cabilonensis pluribus priuilegiis decoratur ab Hugone Duce mense Maio 1256. quæ in lucem edidit Durandus. Cæterùm huc schedula sequens referenda.
» Reuerendo Patri & domino A. Dei » gratiâ Cabilonensi Episcopo, S. ea- » dem gratiâ Matisconensis Episcopus, » salutem tamquam domino, atque » Patri. Paternitati vestræ innotescat, » quòd deuestiuimus nos de domo quā » tenebat quondam Ansericus nepos » noster in claustro Cabilonensi, & » quitamus quidquid iuris habebamus » in eâdem domo, rogantes paternitatem vestram, vt Villelmum Cle- » ricum, filium Villelmi de Oblato » militis inuestiaris de domo suptadi- » ctâ. Datum 11. Calend Ianuar. anno
1249. Dom. 1249. Eodem anno dat Ecclesiam de Isurrâ Capitulo Belnensi: At an. 1250. mense Aprili, primores ciuitatis Cabilonensis, coram Officiali huius Præsulis recognouerunt se elegisse sex viros, quibus negotia totius ciuitatis procuranda commiserint, eâ tamen lege, vt contra domini Episcopi & Capituli voluntatem nihil omninò possint attentare; vnde patet nondum tunc Ædiles, seu Scabinos fuisse ordinatos; prout notatur in Commentariis manuscriptis Petri Naturelli. Constituit etiam decem libras distribuendas in festo Assumptionis. Obiit autem Alexan-
1261. der 10. Calend. Ianuarij 1261. sepultus in Abbatiâ de Maceriis, Ordin. Cisterciensis ad cornu Euangelij hoc Epitaphio:

Præsul ALEXANDER *ex prole Ducum generatus,*
CABILONE *fertur onus olim Pontificatus,*
Virginis in sacro partu fuit hic tumulatus.
Sobrius, & castus, mundi phantasmata, fastus,
Vt licuit spreuit, & sic in pace quieuit.
Annis ter quinque tenuit Cathedram Cabilonis:
Custos deuotus sponsæ veri Salomonis;
Anno milleno centeno bis numerato,
Et sexageno primo, cùm fine beato
Se præsentauit Christo, quem semper amauit.

Eius Anniuersarium notatur 11. Cal. Ianuar. pro cuius fundatione, Capitulo Cabilonensi, terra de Vignolis propè Belnam ab executoribus testamēti data fuit; cùm ipse Alexander villam S. Lupi secus Macerias Sedi Episcopali legasset, vt notant tabularia. Quod donum posteà ab Hugone Duce, & Ludouico Francorum Rege confirmatum fuit 1263. De hoc Præsule Sammartani lib. 39. Tomi 1. Hist. Genealogicæ Domus Franciæ, & Quercetanus in Historiâ Ducum Burgundiæ.

41. THEOBALDVS, ex Canonico Trecensi eligitur 1261. præfectúsque fuit huic Ecclesiæ ab Vrbano IV. rescisâ electione Cantoris Æduensis, cui gratiam fieri rogabat Dux Burgundiæ, ad quem extant hâc de re Vrbani litteræ. Porrò legatum de villâ S. Lupi ratum habuit Vuillelmus de Monteacuto, hisce codicillis Episcopij Cabilonensis: EGO *Guillelmus, miles dominus Montisacuti. Notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego volo, laudo, concedo, atque ratum habeo legatum quod fecit Sedi Episcopali Cabilonensi reuerendus Pater Alexander, Dei gratiâ quondam Cabilonensis Episcopus auunculus meus, de villâ S. Lupi iuxta Macerias, & appenditiis eiusdem villæ, prout in ordinatione seu testamento eiusdem continetur. Et de omni iure quod habebam, vel habere poteram, seu etiam habere debebam in prædictâ villâ, & appendiciis eiusdem, & quod tenueram à tempore mortis eiusdem Episcopi, me deuestio, & venerandum patrem Theobaldum Dei gratiâ Cabilonensem Episcopum ratione dictæ sedis inuestio, & in corporalem possessionem mitto; saluâ villâ de Grangeyo, quæ mihi & meis remanet in futurum. Promittens pro me & meis hæredibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum non venire, nec contrauenienti consentire: iuramento meo super hac præstito corporali. In cuius rei veritatem sigillum meum præsentibus apponendum duxi. Datum die vigiliæ B. Laurentij anno Domini* MCCLXIII. 1263. *mense Augusti.* Sepelitur in Mo-

nasterio Firmitatis iuxta Durannum:
vti refert Nicolaus Camuzatus in
Promptuario Antiquitatum Tricassi-
narum, vbi describit hanc clausulam
testamenti ab ipso Theobaldo con-
1264. diti 1264. mense Nouembri: ex ar-
chiuis Collegiatæ basilicæ Bellio-
» censis: eligimus sepulturam nostram
» apud Firmitatem super Gronnam,
» cui loco damus & concedimus Bi-
» bliam nostram, Sententias Magistri
» Petri Lombardi, sermones nostros,
» quos propriâ manu subscripsimus.
Illius anniuersarium celebratur Ca-
bilone Nonis Decembris, pro quo
legauit annuatim quatuor libras
Viennenses.

43. GVIDO DE SENECEY II.
ex antiquâ stirpe dominorum de Se-
1264. neceyo, eligitur 1264. à Guillelmo
Decano, G. Cantore, Pontio The-
saurario, Guillelmo de Oblato, Si-
mone de Rochâ, S. de Sandone, G.
de Desisiâ, Simone de Rurelato, &
aliis Canonicis. Concordiam fecit
cùm Abbate Maceriarum pro supre-
mâ, & infimâ iustitiâ 1266. mense
Maio. Illi an. 1268. mense Septemb.
Dux Burgundiæ Hugo facit homi-
nium manuale de omnibus quæ te-
net Cabilone, Virduni, Branciduni,
& Buxiaci. At anno sequente 1269.
eidem præstat aliam fidem Odo Ni-
uernensis, Autissiodorensis, & Tor-
nodorensis, Comes pro Riciaco:
idémque fecerat 1267. mense Fe-
bruario Ioannes filius Regis Fran-
ciæ, dictus Tristanus, Comes Ni-
uernensis in oppido Sandionysiano.
Prætereà eiusdem gentis de Sene-
ceyo fuit Hugo Canonicus Cabil.
1304. & Ioannes Canonicus Lugdu-
nensis, ac Vicarius generalis Archie-
piscopi Petri de Sabaudiâ 1312. Obiit
1269. 1269. mense Octobri. Hoc etiam
tempore concessum fuisse Canonicis
ius cooptandi sibi collegas scribit
Chopinus l. 1. Politiæ Sacræ t. 1. n. 8.
eodémque tempore Ludouicus Rex
1264. sancit, ne vtensilia Episcopo-
rum Cabilonensium post mortem
eorum in vsus Regum conuertantur,
sed vt executoribus testamenti, vel
successoribus futuris Pontificibus re-
seruentur.

DE SISSEY. 43. PONTIVS DE SISSEY,
Anselmi toparchæ de Sissey, vel
Chissey filius, ad eam Sedem euectus
1269. ex Thesaurario, à Guilelmo
Decano, Galtero de Chagny Ar-
chidiacono, Simone de Rochâ, Si-
mone de Rurelato, Roberto de Desi-
siâ, G. de Capellâ, G. de Sandone,
Durando de Paluello Cantore Æ-
duensi, G. de Oblato, Odone de S.
Marcello, cùm obtineret Canoni-
catum ab an. 1255. Ioannes filius Re-
gis Franciæ Comes Niuernensis ei
fidelitatem præstat de terrâ S. Vin-
centij de Riciaco 1269. idémque fa-
cit Iolanda Comitissa Niuernensis
1272. die Veneris post Octauas SS. 1272.
Petri & Pauli Belnæ, cùm anno
superiore 1271. Pontius erexisset
Capellam S. Martini in Vastinâ, in
Ecclesiam parochialem, quæ anteà
Ecclesiæ de Allercyo vniebatur. Pon-
tius idem an. 1271. mense Decem-
bri cùm Abbate Benigniano transe-
git super lustratione Prioratus Bea-
tæ Mariæ Cabilonensis, quem visi-
tare potest Episcopus singulis annis,
& ibi pernoctare, & procurationis
nomine 60. solidos Viennenses per-
cipere. Idémque de Prioratu de
Chieures, necnon de alio de Com-
bertaud, pro cuius tamen procura-
tione percipit sex libras Viennenses,
cuius Prior in festo S. Vincentij de-
bet soluere Præsuli vnam libram
thuris, cuius delatori Episcopus de-
bet vnum cubitum candelæ cereæ,
& vnam libraturam auenæ. Sed mi-
rum quomodo hic Prioratus de Com-
bertaud subdebatur visitationi Ca-
bilonensis Antistitis, cùm in diœcesi
Eduensi positus sit. Prætereà bene-
dixit Rodulphum Abbatem Clunia-
ci 1273. 7. Cal. Septembris, quo anno 1273.
obiit Cabilone; huius executores
testamenti 1274. emerunt tertiam
partem decimarum de Fontanis,
quam pro fundationibus Pontij ab
eo ordinatis donarunt Ecclesiæ Ca-
bilonensi; nec omittendum Pontio
præsente, cùm Odone Archiepisco-
po Bisontinensi, & nobilibus Baro-
nibus, libertatem seu franchisiam,
datam fuisse hominibus de Louans
ab Henrico d'Antigny.

44. GVILLELMVS DV BLÉ I. DV BLÉ.
ex vetustâ familiâ de Oblato, Guil- De gueulle
lelmi Equitis dynastæ de Cormar- au cheuron
tin natus, ac frater Henrici, à quo d'or de 3.
progeniti Barones Duxelles. Episco- pieces.

1274. pus erat mense Maio 1274. confirmatus ab Archiepiscopo Lugdunensi, & reperitur in statuto de Vicariis in Ecclesiâ ponendis 1278. Ei Robertus Burgundiæ Dux 1284. mense Octobri facit hominium manuale de omnibus quæ habet Cabilone, Virduni, Branciduni: Margarita etiam Siciliæ Regina, Tornodori Comitissa
1285. fidelitatem iurat de Riciaco 1285. Apud eum quoque profitetur Abbas S. Petri teneri se ad recipiendos Cabilonenses Episcopos pridie ingressus solemnis, & interesse Synodis Episcopalibus. Nominatur 1290. mense Iunio cùm excellentissimo Barone Roberto Duce Burgundiæ, Henrico Archiepiscopo Lugdunensi, Girardo Decano Cabilonensi, Hugone Maceriarum Abbate, & Ioanne S. Lupi Curato, vbi agitur de decimis fructuum parochiæ ipsius S. Lupi; emit castrum de Paluello à nobili viro Durando Cantore Eduensi & Cano-
1284. nico Cabilonensi. Obiit 1284. 7. Septembris, sepultus in Cœmeterio Motæ, quod ipse benedixerat.

Bellevsvr-re.

45. Gvillelmvs de Bellevesvre II. nepos Anselmi de Pomarco Pontificis Eduorum, ex
1294. Archidiacono & Decano 1294. electus, confirmatur ab Hugone de Arciaco Eduensi Episcopo, Sede Lugdunensi vacante: námque eodem anno illius fit mentio in registris cartarum Thesauri Regij. Concedit Ecclesias Bucciaci & Sanctæ Helenæ Capitulo suo Cabilonensi pauperi 1296. & Abbati Sancti Petri Ecclesias de Cœlo secus Verdunum, S. Martini Brissiæ, & de Marigneyo in Carolesio. Eius consensu Canonicorum numerus ad viginti quinque redactus est in Capitulo generali post Synodum Paschalem 1298. Confirmat iura seu priuilegia hominum de Fontanis 1299. Decessit an-
1301. no 1301. 10. Calend. Decemb. Ecclesiâ Cabilonensi hærede relictâ in mobilibus, inter quæ fuit annulus cùm lapide graneto, quem à Roberto Duce Burgundiæ acceperat in vsum Episcoporum successorum. Testamento condito eodem anno mense Nouembri, sepelitur in cryptâ S. Ioannis Æduensis, iuxta auunculi sui Anselmi Æduensis Episcopi, & Theoderici de Monbeliardo fratris

A sepulchra. Vacauit Sedes vsque ad mensem Aprilem sequentem.

Desise.

46. Robertvs de Desise, III. eligitur 1302. à G Decano, Odone 1302.
Cantore, G. Thesaurario, B. de Capellâ Canonico: nominatúrque in instrumento Agnetis Burgundiæ Ducissæ, S. Ludouici filiæ 1306. quo eum vocitat metuendum suum Patrem in Domino. Eidem promittit Henricus Abbas Trenorchiensis non se deinceps sepulturum in suâ Ecclesiâ excommunicatos 1308. Calend.
B Augusti; & concedit fabricæ Ecclesiæ Cabilonensis fructus vnius anni Ecclesiarum parochialium vacantium infra decennium; concordat & cùm Capitulo de Vicedominatibus. Confirmat verò ius patronatus in Ecclesiâ de Pruneriis Hugoni de Asseyo Abbati S. Stephani Diuionensis. Nominatur 1310. cùm G. Deca- 1310.
no, Odone Cantore, Iosserando Archidiacono, Vandrico Thesaurario, Petro de Pomarco Belnensi Decano, Hugone de Seneceyo, Bertoldo de Capellâ, & Hugone de Corabeuf
C Archidiacono Oscariensi. Episcopalē mensam ditauit prouentibus variis apud Alereium, Cheuigneium, & Virdunum emptis. Demum obiit pridie Idus Ian. Cabiloni, datis duabus plenariis refectionibus, hoc est distributionibus panis, vini, & denariorum, vt est in veteri Martyrologio in die S. Nicolai, condito testamento an. 1315. 1315.
mense Iulio, Dominicâ in quindenâ Beatorum Apostolorum Petri & Pauli; cui subscripsêre & sigilla apposuêre, Odo Decanus, Hugo Cantor, Guido Thesaurarius, Berardus de Tenerrâ, Ioannes de S. Lupo, Hugo de Cusello Canonici Eccl. Cabilonēsis,
D R. Prior S. Petri, G. Prior S. Mariæ, & Ioannes Curatus S. Vincentij Cabilonensis. Quo quidem testamento humari vult in Ecclesiâ B. Mariæ de Mothâ, tumbâ honestâ & decenti, è regione tumuli Guillelmi de Oblato, iuxta maius altare, si non possit sepeliri ad altare S. Laurentij, quod construxit & dotauit in Ecclesiâ Cathedrali, in quâ anniuersarium habet pridie Idus Ianuarij. Cuius vltimæ donationis executores creat neporem suum Iosserandum Archidiaconum Cabilonensem Hugonē de Corabeuf Archid. Oscarēsem, ac dominum

minum Ioannem de Espinaciâ, hærede instituto dilecto nepote, sed multis piè legatis Capellæ in domo Episcopali à se iuxta cameram suam erectæ, & Capellæ S. Siluestri in Auditorio Officialatus constructæ, hospitali Beatæ Mariæ iuxta pontem Cabilone à se condito. Item Capellæ à maioribus suis conditæ in Ecclesiâ S. Martini de Desiziâ diœcesis Niuernensis, vbi patrem suum Guillelmum, & Guillelmum de Sicey nepotem suum appellat: sed & ibi Hugo & fratres eius defuncti memorantur. Ex quo etiam testamento paret eum acquisiuisse terram de Cheuigneyo ex hæredibus Simonis de Mailleyo militis. Instituit festum duplex per diœcesim Sanctorum Episcoporum 30. Aprilis.

Chapelle.
1316.

47. Bertoldus de la Chapelle, ex Canonico Episcopus declaratur an. 1316. ex libro partitionum terrarum Capituli. Eo præsente, Agnes filia S. Ludouici, vxor Roberti Burgundiæ Ducis legat annuos 60. solidos pro anniuersario in æde Vincentianâ faciendo: dissidium composuit inter decessores Episcopos & Barones de Seneceyo pro capellâ Gronnæ; emit dimidiatam decimam Girrei. Hoc verò tempore fundatur Collegium Canonicorum in Ecclesiâ parochiali S. Georgij in vrbe, ab Odoardo de Monteacuto, Equite, & Ioannâ de S. Cruce eius vxore, consensu Odonis Burgundiæ Ducis, sui consanguinei, creatis tredecim Canonicis, è quibus vnus sit Decanus, à sodalibus eligendus, & ab Episcopo confirmandus, Canonicorum nominatione cùm iure patronatus fundatori reseruato, eorumdem institutione Episcopo cónseruatâ, Bullâ Ioannis XXII. Auenione datâ Calend. Sept. anno Pontificatus 7. quam executus est Bertholdus, annuente Girardo S. Petri Abbate, die Sabbati post festum Apostolorum SS. Philippi et Iacobi
1324. 1324. litteris conscriptis cùm appositione trium sigillorum Episcopi, Officialis, ac fundatoris, quam donationem confirmat Henricus Odoardi filius. Eodem quoque anno Robertus Burgundus Comes Tornodorensis ei facit hominium de terrâ Riceij; ac die 8. Martij Sabbato ante Dominicam quartam Quadragesimæ, quâ cantatur Lætare, stabiliuntur Carmelitæ in vrbe. At anno 1323. Bertholdus vnit singulis Archipresbyteratibus singulas Ecclesias parochiales, Montano, Ecclesiam Buxiaci, Trenorchiensi, Ecclesiam Messeij, Demigneij, Ecclesiam de Rulliaco, Oscharensi, Ecclesiam de Longacuriâ, Brissiæ, Ecclesiam de Vlmis & Symandris; & in Capitulo 1327. festi Omnium Sanctorum, præsens consentit & confirmat, vt numerus Canonicorum vigesimum quintum non excedat. Anno quoque
1329. conceßit fabricæ Ecclesiæ Cathedralis vnius anni fructum omnium Ecclesiarum suæ diœceseos intra decennium vacaturarum. Præterea Bertholdus interfuit cùm Petro Bertrando Eduensi Episcopo, disputationi de iurisdictione Ecclesiasticâ contra Petrum de Cuneriis. Mortuus est anno 1333. 1329.

Corrabeuf.
D'azur au beuf d'or, au chef d'argét chargé de 3. cornets de gueulle, lies d'azur.

48. Hugo de Corrabeuf. II. ex Archidiacono Oscharensi, inde Cabilonensi Decano, Canonico Eduensi, ac Præfecto Attrebatensi electus anno 1333. 18 Maij vt patet ex Actis Consistorialibus, seu libris Obligationum Vaticani; de quo Præsule meminit Locrius in suo Chronico Belgico anno 1330. nominatur in tabulis publicis 1333. Gubernator 1333. & Locumtenens Generalis Comitatus Artesij, cui in eadem prouinciâ subrogatus Robertus de Ligny Thesaurarius Cabilonensis: huius depositio, seu obitus notatur in Calendario Diuionensi pridie Cal. Maij. Concordauit cùm Capitulo de iurisdictione in Choriales, vbi inter cætera, statuitur quòd in iis quæ spectant ad regimen Curarum, seu Ecclesiarum parochialium in diœcesi Cabilonensi, remanebunt in iurisdictione Episcopi.

Chalon.
De gueulle à la bande d'or.

49. Petrus de Chalon I. frater Henrici Decani, hanc sedem adeptus est 1342. 16. Iulij ex eodem Regesto Vatic. & fato fungitur anno 1345. 8. Idus Nouembris. 1342.

Aubriot.
De gueulle, au cheuron d'or accõpagné de 3. mollettes de mesme.

50. Ioannes Aubriot, III. patriâ Diuionensis, & Consiliarius Ducis Burgundiæ Odonis, eligitur 1346. quo anno 21. Ianuarij, recepit

hominium ab Odone Duce Burgundiæ: eodem quoque anno nominatur vnus executorum testamenti ipsius Odonis 12. Octobr. apud castrum Mazeyum, cùm Ioanne domino Castriuillani, & Ioanne de Thil Burgundiæ Cancellario. In eo verò testamento fundat Dux anniuersarium in Ecclesiâ Cabilonensi datis ei vigintis libris annui redditus, quod celebratur feriâ 5. ante Dominicam Ramorum. Confirmauit fundationem cuiusdam Capellæ in Ecclesiâ de Cusereyo huius diœcesis factam à Guilelmo de Tureyo Decano Lugdunensi, & Guidone eius fratre 1349. Ea verò Capella posteà fuit vnita Ecclesiæ parochiali, ibi institutis quinque Concuratis cùm Decano, beneficio nobilis Ioannis de Lugny domini de Ruffey, Bailliuo Cabilonensi, sibi, & successoribus suis nominatione reseruatâ 1506. Prætereà Ioannes primogenitus filius Regis Franciæ Philippi 6. Valesij & Ioannæ Burgundæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Pictauij, Andegaui, & Cenomani habens custodiam nobilem Ducatus Burgundiæ iurat clientelæ professionem
1350. Ioanni Episcopo 1350. 14. Aprilis Diuione; qui factus est Præses Cameræ Computorum Parisiis 1351. 21. Iunij: suffectus illi in eodem munere Ioannes Dangeran Episcopus Carnotensis 1360. At verò ex hac gente recensetur Hugo Aubriotus Præfectus Parisiensis, arcis Bastiliæ apud Lutetiam conditor, tumultibus popularibus sub Burgundicâ factione notus.

51. REGINALDUS, quem memorant libri Prouisionum Prælatorum in Vaticano ad hanc sedem as-
1351. sumptum fuisse anno 1351. die 25. Februarij: de hoc silet Saniulianus.

MELLO. D'or a la fasce de gueulle à l'otle de 9. merlettes de mesme 4.4 à.1.

52. IOANNES DE MELLO, IV. nobilis Burgundus, dominus de Giury in montanis Cabilonensibus, prosapiâ equestri de Melloto pernobili satus, Burgundæ, Tremoliæ, Cabilonicæ, Ioigniacæ, Meduanæ, Noyeriæ & aliis illustribus regni familiis matrimonio iunctæ, ex quâ item ortus Drogo de Melloto dominus Locharum, & Castellionis in Turonibus, Magister Equitum Franciæ. Iniit Episcopatum 23. Septemb.
an. 1354. solemni ingressu vrbem inuectus: extruxit ædificium apud B. 1354.
Dominam de Merloto, vbi erant moniales è familiâ Romarici montis, cuius anniuersarium in Ecclesiâ Cabilonensi agitur 22. Septemb. relictis pro eo 10. libris annui redditus in toparchiâ Giuriaci, Ecclesiæ in quâ & festum S. Marthæ duplex instituitur. Translatus inde ad Pontificatum Claromontensem.

GERMAIN. De gueulle a la croix d'or ancrée de 4. treffles de mesme.

53. IOANNES GERMAIN V. de Diuione Regis Senonensis diœcesis, vt ipse affirmat in præfatione Cartularij quod conficiendum curauit, & seruatur in tabulario Episcopali, vbi eius insignia spectantur. Fuit Regum Franciæ Ioannis & Caroli à Consiliis, ad hanc autem Ecclesiam promotus per assumptionem Ioannis de Melloto ad Claromontensem: in vtróque Iure Licentiatus, ex Decano Autissiodorensi fit Episcopus Cabilonensis, fauore Ioannæ de Aruerniâ Reginæ, vxoris Ioannis Regis Franciæ. Anno itaque
1357. die 19. mensis Martij ex instrumento, Venerabilis ac religiosus in 1357.
Christo Pater dominus Hugo permissione diuinâ humilis Abbas monasterij S. Petri Cabilonensis, Ordinis S. Benedicti, constitutus ante fores eiusdem monasterij, obuiam venit eidem Patri domino Ioanni Germain miseratione diuinâ Cabilonensi Episcopo, ad præfatum monasterium venienti: mortuus est Episcopus Autissiodorensis, mutatâ Sede, quod constat ex historiâ ms. Episcoporum Autissiodorensium.

S. IVST.

54. IOANNES DE S. IVST, V. Canonicus primùm S. Quintini Viromanduensis, dein Beluacensis, ac tandem Magister Computorum Regiæ Cameræ Parisiensis, sedit in Cabilonensi Episcopatu circa annum
1361. in cuius commendationem sequens diploma facit. IOANNES Dei « 1361.
gratiâ Francorum Rex, Dilecto & « fideli nostro, Ioanni Cabilonensi « Episcopo salutem & dilectionem. « Clara virtutum dona, ac quamplurima probitatis merita, quæ nobis « sicut fide digna habet assertio, suffragantur, nec non sincera quam ad « nos geritis, dilectionis affectio, me- «

» ritò nos inducunt, vt perſonam ve-
» ſtram tantis ornatam virtutibus, &
» moribus inſignitam, ſpeciali fauore
» & gratiâ proſequamur. Hinc eſt
» quòd nos in Conſilium noſtrum, &
» de Conſilio noſtro, in Ducatu no-
» ſtro Burgundiæ, de ſpeciali gratiâ
» ducimus retinendum. Mandantes
» tenore præſentium Gardiatori no-
» ſtro Burgundiæ, Bailliuo Cabilo-
» nenſi, cæteriſque Conſiliariis dicti
» noſtri Ducatus, & Officiariis, qua-
» tenus deinceps in noſtris negotiis,
» & aliis agendis, præfati Ducatus vos
» recipiant & admittant; in cuius rei
» teſtimonium, ſigillum noſtrum præ-
» ſentibus litteris duximus apponen-
» dum. Datum apud Villamnouam
» propè Auenionem die 17. Nouem-
1362. bris 1362. Quædam bona acquiſiuit apud Fontanas ſecus Cabilonum, quæ largitus eſt Epiſcopis deceſſoribus ſoluendo pro anniuerſario Eccleſiæ 10. lib. redditus ex tabulario. Præfuit ad annum 1369. De eo vide Petrum Miraumontium libro de Tribunalibus, Sedibúſque Iuſtitiæ, quæ ſunt in Senatu Pariſienſi, tractatu de Camerâ Computorum.

[illegible] ... porte ... quet ... eq. 1. ... 4. de ... rcelle.

55. Ioannes de Salornay, v. ex toparchis de Salornayo, villâ diœceſis Matiſconenſis, Epiſcopus ad annum 1372. habebat fratrem Canonicum Cantorem, & poſteà Decanum Matiſconenſem, & Vicarium generalem Cabilonenſem: Eiuſdem gentis fuit Petrus de Salornay Canonicus Lugdunenſis 1349. & Matiſconenſis Eccleſiæ, in quâ poſteriore fundauit duas Capellanias.

56. Goffridus, cui clientelam profitetur Philippus Audax Burgundiæ Dux, ob feodum quod ab Eccleſiâ Cabilonenſi poſſidebat, more anteceſſorum Ducum, & Diuione inſtrumentum publicum confici cura-
1372. uit 25. Ianuarij 1372. adſtantibus in Conſiſtorio Abbatibus S. Benigni, & S. Stephani, necnon toparchis de Sombernone, & aliis, vt habetur in archiuis Epiſcopij.

Varis. ... gent au ... d'azur, chargé d'v ... coquille ... ét, ac

57. Nicolavs de Veris oppidulo Pontium ſuper Ionam diœceſis Senonenſis humili ortus loco, ſed ſagacitate ingenij nulli ſecundus; Archidiaconus Senonẽſis poſt Gregorium XI.

A Papâ cuius fuerat Capellanus: in quodam contractu dicitur eximiæ diſcretionis, Canonicus Pariſienſis, & Caroli V. Secretarius. Eccleſiam Cathedralem ingreditur 17. Septembris 1374. Acquiſiuit terram de Deynignam 22. Nouembris 1385 ac partem mediam Portus Chauortij ad Ararim: ordinat in Capitulo die 2. Iunij 1382. Guillelmo de Lugnyaco Cantore & aliis præſentibus, fundationem Capellæ in Cathedrali, vbi primus Epiſcoporum ſepultus fuit, ſub mauſolæo quod ſibi extruxerat honorificè, cui ſuperpoſita erat effigies

B habitu Pontificio, priuſquàm à Nouatoribus fuiſſet diſturbatum. Obiit 1386. 8. Nouembris, habétque celebrationem anniuerſarij ſingulis annis, 1386.
& duo etiam quotannis apud Cartuſianos Valliſprofundæ, diœceſis Senonenſis, cuius benefactor magnus cognominatur. Porrò varia in ſuam Eccleſiam reliquit munificentiæ monumenta, adaucto Epiſcopij cenſu; acquiſiuit enim Cathedrali, ſucceſſoribus, ac Capitulo quædam latifundia. Chorus S. Vincentij ſub ipſo

C inſtauratur lapideo fornice à choro ad maiorem ianuam, ſuíſque impenſis duo lacunaria erexit, ac totidem Capellanias dotauit. Cæterùm paulò ante obitum poſtulatus fuerat in Archiepiſcopum Senonenſem, ſed non confirmatus: in eâ Eccleſiâ fundauit ſacellum S. Martini, cui donauit terras d'Epiry. Ex teſtamento autem Oliuarij de Martrolio apparet errare eos, qui ſucceſſorem Nicolao tribuunt *Guillelmum de Saligny*, è ſtirpe nobili Belloiocenſi, fratrem Ioannis Matiſconenſis Præſulis, cùm de eo nullum inſtrumentum repertum ſit in archiuio Cabilonenſi; tantùm nominatur Epiſco-

D pus huius ſedis in veteri Martyrologio 3. Iunij: ſed repugnant quoque regeſta Vaticana.

compagné de tois de gueulle en chef.

58. Olivarivs de Martrevil nobilis Aquitanus, Itherij Epiſcopi Pictauienſis germanus, ex Decano Eduenſi, Viuarienſis Epiſcopus, huic Cathedræ ſubrogatur 1387. die 9 Feb. ex lib. Obligat. Clementis 7. Antipapæ: an. 1393. die S. Vincentij celebrat Pontificaliter, dum Ioannes de Paluello obtulit cereum nomine Caſtellani Cabilonenſis; ſcribebat

Martrevil. Ecartelé au 1 & 4 de ſable, au 2 & 3 d'azur au lion d'or accompagné de 3 Aiglettes de meſme 2. en chef & 1 en pointe.

1397. venerabilibus & discretis Confratribus Decano, & Capitulo suæ Ecclesiæ Cabilonensis: idem confirmat fundationem Capellæ factam in Ecclesiâ de Vilgaudin per Guillelmum de Marchiâ in Bressiâ 1400. 10. Iunij. Consecrat Ecclesiam Cathedralem 1403. cuius dedicationis memoria agitur Dominicâ Cantate. 4. post Pascha. Parùm pacificè vixit cùm Capitulo, pro controuersiâ iurisdictionis in Canonicos & choriales. Cæterùm condit testamentum in camerâ paramenti magnæ turris castri sui de Camposerreolo propè Cabilonem, die Mercurij ante festum Ascensionis 7. Maij anni 1404. quod quia prolixius est, recensere omisimus è codice originali desumptum: inter alia ordinat sepulturam in Monasterio Abbatiæ Maceriarum vbi cœnotaphium erexerat, cuius loci Abbati die funebris pompæ legat quamdam pecuniam; Canonicis Cabilonensibus sex libras: vult quolibet anno celebrari sex anniuersaria pro suis parentibus in Eccl. Cabilonensi, & alterum die 25. Februarij, quo fuit receptus in Antistitem; donat Capitulo, quædam in villâ de Fontanis à se acquisitâ. Fundat Capellaniam S. Dionysij in Cathedrali sub collatione Episcopi; necnon missam in Capellâ monasterij Maceriarum: cessit Ecclesiæ Eduensi, vbi extiterat Decanus, sex viginti francos pro anniuersario: Pictauiensi, in quâ fuerat beneficiatus 20. francos pro anniuersario, cùm calice argenteo: Ecclesię similiter Viuariensi, cuius Pontificatum gesserat, pro anniuers. sex viginti francos; Collegiatæ de Seruiduno apud Eduos 50. lib. ordinat restitui Cabilon. Eccl. ornamenta Pontificia, Calicem, Missale, breuiarium, Pontificale: ibidem vocat Nicolaum de Veris antecessorem suum, à cuius hæredibus habuerit octingentas libras in reparationem ædificiorum Episcopij, & castrorum Campiferreoli, de Aulâ, de Fontanis, & loco S. Hilarij, vbi narratur ea castra à Britonibus & inimicis regni fuisse diruta: quo loco memorat maiorem turrim castri de Aulâ, & apud Campumferreolum ædificia reparasse, Auditorium etiam, seu Curiam Officialis Cabilonensis (vbi eius insignia spectantur) extruxisse: legat quoque Capellam suam in grain, tertiam portionem decimarum de Genneio, annexam decimis Sedis Episcopalis, Præposituram S. Lupi, & alia id generis; tum Decano & Capitulo centum francos, pro iis in quibus posset teneri: hospitali de Cabilone & aliis monasteriis dona largitus: vti & Ioanni Præposito claustri Cabilonensis & Guillelmo de Martrolio nepotibus, quos nominat testamenti huius executores, cùm Itherio de Martrolio Cantore Pictauensi, Heliâ Maceriarum Abbate, ac Petro Boucheto in Parlamento Parisiensi Præside. Hactenus autographum: dein fato functus est Oliuarius anno 1405. & eius exequiæ celebratæ 9. Maij in Ecclesiâ Vincentianâ.

Margin: 1400. 1404. 1405.

59. Ioannes de la Coste, viii. Iuris Pontificij Doctor, Canonicus Cantor in Ecclesiâ Baiocensi, & Referendarius Antipapæ Benedicti 13 à quo factus Episcopus Cabilonensis, accepit possessionem per procuratorem an. 1405. Calend. Augusti receptus in vrbem vltimâ Februar. 1407. Quo anno Ioannes Dux Burgundiæ Parisiis 19. Iunij fatetur se fecisse hominium dilecto & fideli Consiliario suo, domino Ioanni Episcopo Cabilonensi: Eodem tempore Dux emit Vicecomitatum Cabilonensem à Guilelmo de Brossiâ Equite: transigit cùm Capitulo super iurisdictione Chorialium 1409. mense Maio: & transfertur ad Ecclesiam Mimatensem per eundem Benedictum xiii.

Margin: La Coste. De .. à vne fasse chargé de six cheurons renuersez, accompagnez de 3. roses, 2. en chef, & vne en pointe. 1407. 1409.

60. Philibertus de Savlx, frater Ioannis Burgundiæ Cancellarij, in Carterio Cœnobio sepultri, è nobilissimâ familiâ Burgundâ de Salione ortus, anteà S. Amati Duaci Attrebatensis diœcesis Præpositus, Canonicus Eduensis, Archidiaconus Belnensis, promouetur à Benedicto xiii. apud Portum Veneris 1409 6. Idus Martias, Pontificatus anno 14. Ordinauit & dotauit Missam quam pigrorum vocant, singulis diebus ad altare Crucifixi incipiendam post maioris Missæ Epistolam, & quatuor anniuersaria in hâc Ecclesiâ Cabilonensi. Posteà an. 1413 20. Augusti fit 1413.

Margin: De Savlx. D'azur au lion d'or armé & lampassé de gueulle.

Epiſcopus Ambianenſis, quâ infulâ A
condecoratus cùm eſſet, Cabilone die
S. Vincentij 1414 celebrauit ſolemni-
ter in Pontificalibus.

DARSONVAL. Tranché à une comete d'or en chef, & de gueules en pointe...

61. IOANNES DARSONVAL, IX.
oriundus è parochiâ Arſonuallis in
Caſtellaniâ de Iaucourt, ex Canoni-
co Carnotenſi, præfuit anno 1413.
miſſus in poſſeſſionem die 19. Aug.
Ludouici Delphini Ducis Aquitaniæ
filij Regis Caroli VI. Confeſſarius,
1413. codicillos teſtamenti condidit Pa-
riſiis 1416. die 9. Aug. vt liquet ex
originali, iis vult ſepeliri Lutetiæ, B
vnúmque obitum ſolemnem in ba-
ſilicâ Cabilonenſi dotat, erogatis
mille libris ad opus ædificij nauis Ec-
cleſiæ: donat Carnotenſi ducentas
lib. quia præbendam ibi obtinuerat,
ante ſuam aſſumptionem ad Ponti-
ficatum: item Eccl. Trecenſi ad opus
campanilis cc. libras parochiali de
Arſonualle diœceſis Lingonenſis
100. lib. & centum ſcuta pro cele-
bratione ſacroſancti ſacrificij ob ani-
mam Delphini Viennenſis vltimò
defuncti; Petro Bechebien Magiſtro
in Medicinâ (qui poſtmodum pro-
motus fuit ad Epiſcopatum Carno- C
tenſem) quo vſus eſt in extremâ
ægritudine 20. lib. deligit executo-
res Ioannem Aguenin Procuratorem
Regium in Senatu Pariſienſi, & Ioan-
nem Mileti Regi à Secretis, ſuum
nepotem: die 21. eiuſdem menſis
Aug. aliàs tabulas ſcripto mandauit,
quibus benefacit Collegio Campa-
niæ, dicto Nauarræ, Theſaurario ac
Canonicis Sacræ Capellæ Palatij Re-
galis, in quâ fuerat Præbendatus:
1416. Interiit die 27. Aug. anni 1416. hu-
matus apud Cartuſianos Pariſien-
ſes. Anniuerſarium habet in Eccle-
ſiâ Cabilonenſi 31. Ianuarij.

DORGES. D'azur au lion couronné d'or, armé & lampassé de gueulle.

62. HVGO DORGES natus in
Mandubiorum vico Vilberni, diœ-
ceſis Eduenſis, cuius loci Eccleſiam
poſteà dedicauit, electus viâ com-
promiſſi ex Canonico die 3. Sept.
1416. ex laureato Doctore Pariſiis
& Archidiacono Catalaunenſi, con-
firmatus die 15. Ianuarij ſequentis
Lugduni à Ferrico de Grancè Æ-
duenſi Præſule: ingreditur vrbem
1417. 1417. menſe Aug. cui clientelare ob-
ſequium præſtat de rebus ac feodis
quæ habet Cabilone Philippus Bur-
gundiæ Dux apud Caſtellionem 29.
Maij 1420. eum vocans fidelem ſuum 1420.
Conſiliarium. Eo ſedente Henricus
Anglorum Rex, qui ſe pro Franciæ
Rege gerebat, anno 1423. à Capitu-
lo extorſit 80. lib. ſubuentionis no-
mine, vt eſt in Actis Capituli. S.
Vincentij eodem Præſule in ciuitare
& diœceſi Cabilonenſi inſtituta eſt
commemoratio ſolemnis defuncto-
rum 15 Ianuarij: permiſit ædificatio-
nem Capellæ S. Mariæ de Stratâ, ſeu
aggere ad Auxonam eámque dedi-
cauit 1429. Dominicâ Quaſimodo,
cuius patroni ſunt vrbis Scabini. Tan-
dem Hugo fit Archiepiſcopus Ro-
tomagenſis, 1430. Sed ad laudem 1430.
huius Præſulis facit, quòd, adhuc
Canonicus Cabilonenſis, & Belnen-
ſis, à Nicolao Raillardi Vniuerſita-
tis Pariſienſis Rectore, tanquam no-
bilis & ſtudioſus artium liberalium
commendetur Octob. 11. 1391. vnde
in actis electionis, Antonio de Se-
duno Cantore in Capitulo præſide,
dicitur ſcientificus & nobilis, in De-
cretis Licentiatus, & domini Ducis
Conſiliarius. Vide ſupra Rotoma-
genſes.

ROLIN. D'azur à 3. clefs d'or en pal 2. & 1. escartelé d'argent à la bade d'azur, chargée en chef d'vne merlette d'or, qui est des Landes.

63. IOANNES ROLIN X. Car-
dinalis tituli S. Stephani in Cœlio
Monte, Abbas S. Martini, patriâ
Auguſtodunenſis, Nicolai Burgun-
diæ Cancellarij, Baronis d'Emery &
d'Authun, & Mariæ des Landes prioris
vxoris filius, ex Archidiacono Eduen-
ſi prouiſus à Papâ Eugenio 4. ingre-
ditur ſolemniter ciuitatem & Eccle-
ſiam die Dominicâ 7. Octobr. 1431.
cui obuiam venêre Canonici proceſ- 1431.
ſionaliter, vſque ad portam pontis.
Fuit etiam Prior B. Saturnini Eduen-
ſis diœceſis, S. Germani de Boſco
Matiſconenſis, quibus ſuppellectilem
D librariam contulit, necnon S. Mar-
celli, vbi ſepulchrum Guntramni
Regis fundatoris exornauit, & ad
altare B. Lazari à ſe in Cathedrali
extructum Miſſam quotidianam fun-
dauit, cùm feſto ipſius Sancti Cal.
Septemb. & Antiphonam Salue Re-
gina, poſt Completorium à Clericu-
lis muſices decantandam in Capellâ
Veris, vt notatur in codice fundatio-
num. Donauit Capitulo omnes fru-
ctus Eccleſiarum quæ in ſuâ diœceſi
vacarent, pro refectione Cathedralis
Cabilonenſis. Poſteà fit Epiſcopus

Educensis 1436. vbi plura de eo.

GERMAIN.
D'azur a la fasce d'or, accômpag. de 3 e   oi es de mesmes en chef, vne en pointe.

64. JOANNES GERMAIN, XI. Aurei Velleris Cancellarius, patriâ Cluniacensis, tenui familiâ ortus, filius Iacobi Germani eiusdem loci Burgensis & Odettæ; qui cùm à pueritiâ litteris operam nauasset, Ducissæ Burgundiæ auxiliari beneficentiâ, & propriâ industriâ tantùm profecit, eruditione & ingenio præstans, vt ab eâ Lutetiam, præcipuam tum litteratorum sedem fuerit missus, studiis Theologiæ imbuendus, quò se continuit sub patrocinio illius Heroinæ; sedenim laureâ Doctoratus insignis, demum ad Episcopale fastigium sibi viam aperuit: illicò Duci Burgundo pergratus, ab ipsóque in arcanum Consistorium allectus, Niuernensem Pontificatum adipiscitur, dignitate etiam Cancellarij Velleris Aurei honestatus, vt notat Oliuarius de Marchiâ suis in Commentariis. Is igitur expeditæ facundiæ, ac singularis prudentiæ Antistes, à suo Principe ad Synodum Constantiensem legatus estOrator; motâ autem controuersiâ in Basileensi, cùm reliquis Ducibus & Electoribus Imperij, cuinam prior locus sessionis assignaretur, Germanus acerrimum domini sui Burgundi prærogatiuæ assertorem sese præbuit, eo successu, vt graui oratione habitâ immediatè post Reges fuerit collocatus, sententiâ Patrum, quæ in actis Conciliorum reperitur. Mox verò fit Episcopus Cabilonensis ab Eugenio 4. litteris Bononiæ datis
1436. 1436. exceptus solemniter in suâ Ecclesiâ die 26. Octobris. Verùm minimè prætereundum est sequens rescriptum in cartophilacio Episcopali, quo eum Pontifex Max. sic alloquitur. EVGENIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Cabilonensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Benedicimus & laudamus Deum qui Charissimi in Christo filij nostri, Ioannis Paleologi Romanorum Imperatoris illustris, & venerabilis fratris nostri Ioseph Patriarchæ Constantinopolitani, & Græcorum corda inspirauit. Et sanctis ei submministrauit consilia, cùm octauo die præsentis mensis Venetias applicuerint, & ad ciuitatem Ferrariensem pro Oecumenico Concilio ibidem celebrando venturi sint;*

A *Quod inter cæteros Prælatos, fraternitati tuæ significandum esse duximus, vt tu nobiscum in Domino gratuleris, & vero gaudio replearis: Nam ob huiusmodi Græcorum aduentum, iacta sunt fundamenta pacis, & vnionis in fide Christianâ, & Dei Ecclesiâ, quam, diuinâ suffragante clementiâ, nostris etiam temporibus cùm grege dominico, nobis desuper credito, assequuturos esse speramus. Hunc siquidem Græcorum aduentum populo tibi commisso, ad communem ipsorum lætitiam denunties, & vt hoc sanctum opus, orationibus ad Deum emissis, & processionum solemnitatibus, & aliis*
B *piis operibus adiuuent, inducere studeas. Verùm quia tuæ deuotionis ac fidei ardor, & zelus, erga incrementum Christianæ religionis, & Sedis Apostolicæ, nobis notus est, vt huius communis & salutaris boni particeps sis, eandem tuam fraternitatem ex corde requirimus, & hortamur in Domino, tibi etiam in virtute sanctæ obedientiæ & præstiti iuramenti præcipimus, & mandamus, vt confestim iter assumas ad Oecumenicum Concilium, & hanc Dei causam (quæ cæteris rebus preponenda est) accedas,*
C *& insuper tuæ diœcesis, qui de iure, seu antiquâ consuetudine ad generalia Concilia venire tenentur, nostro & tuo nomine, sub eadem præstiti iuramenti virtute & obedientiâ præcipias & mandes, vt quamprimùm se ad iter ponant, & ad hoc Oecumenicum Concilium accedant, & in eo Spiritus Sancti gratiâ adiuuante, per tuam assistentiam & sapientiam, & aliorum Prælatorum, ea tractentur & agantur, quæ ad ipsius Dei laudem cedant, fideique Christianæ vnionem & incrementum, reformationem & exaltationem Ecclesiæ suæ Sanctæ. Cæterùm aliqua commisimus dilecto filio Pe-*
D *tro de Comitibus, Iuris vtriúsque Doctori, Nuntio nostro, tibi referenda, cui debes fidem credulitatis plenariam adhibere. Datum Ferrariæ, Anno Incarnationis Dominicæ* 1437. 11. *Cal. Martias* 1437.
Pontificatus nostri an. 1. Germanoautem à prædictâ Synodo reuerso 1439. absoluitur Ecclesiæ Vincentianæ concameratio lapidea. Dedicauit Ecclesiam sanctæ Magdalenæ Tornusij 1448. Dominicâ post festum Assumptionis, & eodem anno Ecclesiam S. Mariæ suburbanam Cabilone, Dominicâ post festum Omnium Sanctorum. Hoc eodem Præsule facta fuit processio generalis, & singulis annis

imposterùm facienda 12. Augusti ob reductionem Normanniæ, vt est in actis Capituli, vbi asseruantur litteræ Regis Caroli 7. datæ Malliaci

1450. 1450. vltimâ Augusti Præterea eodem an. die Martis post festum hyemale S. Martini in castro Campi-Ferreoli, conficit Ioannes litteras fundationis Capellæ S. Mariæ de Pietate in Ecclesiâ Vincentianâ Cabilone, eásque Capitulo communicat præsentibus Quintino Vesontionensi Archiepiscopo, & Guillelmo Virdunensi Præsule, in quibus dicit se de Cluniaco Matisconensis diœcesis, Artium Magistrum, & sacræ Theologiæ Professorem, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Cabilonensem Episcopum, illustrissimi Principis Philippi Burgundiæ Ducis Consiliarium, & Ordinis Velleris Aurei Cancellarium; idque præsentibus Ludouico de Cantumerulâ domino Clayettæ, & Odeto de Malain toparchâ de Lux, qui Odetus vir nobilis fundauit Capellam in Cathedrali Cabilonensi in honorem S Michaelis vltimâ Augusti 1449. extruxit quoque sacellum eidem Diuo Michaeli apud Franciscanos, vbi eius effigies spectatur. Habet autem anniuersarium in S. Vincentio 27. Iulij vbi sepelitur; & ædificauit Chorum Carmelitarum Cabilonensium. Anno 1451. 21. Iunij apponit primarium lapidem fundamentis Ecclesiæ Minoritarum, in quâ Ioannes Portugalliæ Princeps religionem professus sepelitur. Porrò Ioannes condidit testamentum in eodem castro Cam-

1460. pi-Ferreoli 1460. die Mercurij 12. Augusti, vbi vocatur Regis Consiliarius: inter cætera legat centum solidos Conuentui fratrum Minorum S. Laurentij, item ducentos francos Ecclesiæ Cabilonensi, pro constructione bibliothecæ, cui dat inter alios libros vnam Mappam Mundi Spiritualem, cùm libro super eam elucubrato, dicatam Philippo Bono Burgundiæ Duci: extat in codice pergameno & scriniis templi Cathedralis picturâ adornata. Item Commentarios in Magistrum Sententiarum exarauit, volumen in quatuor libros distinctum, aliud contra Alcoranum Turcorum, aduersùs Mahometanos, seruatúrque MS. in Bibliothecâ Regiâ: librum de regimine

A. Ecclesiasticorum, & laïcorum suæ diœceseos, vulgò Iter Cœli, librum de Conceptione B. Mariæ Virginis, Thesaurum pauperum, ad instructionem parochorum. Epistolas S. Augustini & S. Hieronymi, Speculum Morale Vincentij, Quodlibeta S. Thomæ, & Goffridi: legat quoque ducentos francos ad perficiendum claustrum Carmelitarum Diuionensium, in quorum Ecclesiâ quiescit Iacobus pater Ioannis, mortuus an. 1424. 23 Septembris, qui nauim Ecclesiæ, librariam, & Capitulum Carmelitarum Diuione construxerat.

B. Germanus tandem ad patres appositus est die 2. Februarij in castro Salæ, ad S. Lupum propè Macerias Sedi Episcopali pertinente eodem anno 1460. conditus est in Cathedrali iuxta portam Ecclesiæ claustralem, è regione Capellæ suæ de Pietate, monumento ante obitum erecto, cùm statuâ, habitu Pontificio ad viuum expressâ: in eius exequiis 4. die Februarij celebratis, primam missam cantauit Archidiaconus Bressiæ, secundam Abbas Maceriarum, tertiam Abbas Firmitatis, quo die anniuersarium habet solem-

C. ne in suâ Cathedrali, sed & alterum notatur 18 Maij in Capellâ Ducali Diuione. De eo plura Saniulianus, cùm in Antiquitatibus Cabilonicis, cùm in Miscellaneis historicis, & Ludouicus Iacob de patriâ scriptis benè meritus, l. 1. de Claris Cabilonensibus. At de Germano obseruatur, quòd cùm fuisset seruæ conditionis & homo manus mortuæ, Comes Niuernensis in quibusdam feudis ei successerit, vt liquet ex documentis. 1460.

65. IOANNES DE POVPET XII. nobili apud Sequanos gente natus,

D. ex dominis de la Chaulx, toparchis castri de Popeto supra Salinas. Canonicus Vesontionensis, & creatus Cabilonensis ad effectum, Episcopus eligitur absens die 16. Febr. 1460. oratione à Ferrico de Clugny in eius commendationem, Philippi Burgundiæ Ducis, & Caroli Carolesij Comitis nomine, in Conuentu sacrorum sodalium habitâ laudatus, cùm ambiret Episcopatum Antonius de Thoulonion Cathedralis Canonicus, Roberti Dalmatij & Ioannis de Toulonione militum patrocinio fre-

POVPIT. D'or, au cheuron de sable, accōpagné de 3. perroquets de sinople, 2. en chef & 1 en pointe. 1460.

tus. Is ergo apud Dolam cùm mo-
raretur, per Canonicos missâ lega-
1460. tione 1461. salutatur Antistes, ab Ar-
chiepiscopo autem Lugdunensi con-
firmatur, & à Pio 2. Pontifice Max.,
„ à quo dicitur Iuris vtriúsque Licen-
„ tiatus, vitæ munditiâ, & honestate
„ morum, spiritualium prouidentiâ, &
„ temporalium circunspectione clarus,
„ permittit Antonio Episcopo Hip-
ponensi Ioannis Rolini Cardinalis,
Episcopi Eduensis Suffraganeo, con-
secrationem Eccl. S. Ioannis Bapti-
stæ de Vallibus, factam 1461. 17. Ia-
nuarij. Ordinatus ab Archiepiscopo
Bisontinensi solemniter Ecclesiam
suam ingreditur Dominicâ post fe-
1462. stum Corporis Christi, 1462. eius
permissu 1466. 20. Septemb. Eccle-
sia Franciscanorum dedicatur ab An-
tonio Buisson Carmelitâ Episcopo
Bethleemitano, Suffraganeo Ioan-
nis Cardinalis Rolin Episcopi E-
duensis, cui Ecclesiæ primarius la-
pis impositus fuerat à Ioanne Epis-
copo 21. Iunij 1452. Celebrat exe-
quias solemnes Cabilone Philippi
Boni Ducis 1467. Brugis defuncti
16. Iul. & paulò post mittitur cùm
Abbate Cisterciensi, nomine trium
Ordinum ad Carolum Ducem, no-
uum patris Philippi successorem; in
quorum Principum consiliis inti-
mis, iam ab anno 1465. adstitisse
memoratur. Ipse in castro Aulæ
1470. 26. Februarij absoluit nobilem
& potentem dominum Ludouicum
Damas dominum Montis-acuti, à
sententiâ excommunicationis, quam
violando iurisdictionem Ecclesiasti-
cam ipsius Episcopi, incurrerat. Re-
1473. format quædam 1473. in administra-
tione iurisdictionis Officialatus: im-
posuit primarium lapidem fundamen-
tis maioris turris, seu Campanilis,
mense Iul. 1477. eodémque anno
conficiendas curauit tabulas censua-
les Fontanorum. Cessit autem Epis-
copatu anno 1480. cùm clausulâ de
regressu in fauorem Andreæ nepo-
tis, cuius vices gerebat factus Epis-
copus Salonensis auctoritate spe-
ciali Apostolicâ 1485. 4. Ianuarij:
in cartâ quâ fundat Capellaniam S.
Blasij in Ecclesiâ S. Lupi secus Ma-
cerias, datâ in suo castro Salæ, in
1498. quo vitæ finem fecit anno 1498. 16.
Martij. Eius corpus iacet ad læuam
maioris altaris in Cathedrali, cor
verò sepelitur ad illud altare S. Blasij,
vt indicant hi versus sepulchro in-
scripti.

Hac cor IOANNIS *generosum petra*
POPETI.
Contegit, hoc CABILON *Præsule*
læta fuit:
Claruit Antistes multâ pietate beatus,
Iustitiâ populum rexit & ipse suum:
Inclyta perpetuæ meruit cognomina laudis,
Pontificem dixit publica fama bonum.
Hoc altare tibi pro voto ritè sacrauit,
Diue Blasi, & proprium, nobile cor-
que dedit.

66. ANDREAS DE POUPET Poupet.
Abbas Diui Petri Cabilonensis an-
no 1480. creatus per Sixtum 4. pri- 1480.
die Idus Iulij, cùm dispensatione de
illegitimatione, per cessione Ioannis.
Ingreditur vrbem solemniter Cal.
Iunij 1481. confirmat constitutiones
confratriæ Sancti Spiritus in Ecclesiis
Præpositura Braneiduni 2. Octobris
1482. interest Comitiis Turonensibus
1483. Eodémque anno creatur, seu
potiùs confirmatur à Carolo 8. Con-
siliarius in Parlamento Diuionensi,
in cuius officij possessionem mittitur
à Ioanne de Ambasiâ Episcopo Lin-
gonensi, & Ioanne de Baudricourt
Burgundiæ Gubernatoribus, Leo-
nardo des Potots primo Præside.
Visitat diœcesim 1485. & 1495. di-
citur etiam Andreas Regis Caroli
per Regnum & partes Aquitaniæ pro
vtilitate Reipublicæ Legatus anno
1491. in cartulario Episcopij Cabi-
lonensis, in litteris quibus datur ei os
brachij Sancti Caprasij Episcopi, &
Martyris Aginnensis. Excepit Ca-
rolum 8. solemni pompâ Cabilonem
aduenientē 1494. 14. Iunij, eúmque 1494.
habitu Canonicali induit. Resigna-
to autem hoc Episcopatu in gratiam
Ioannis sequentis, cùm clausulâ de
regressu, consentiente Capitulo, &
Rege probante factus fuit Episcopus
Salonensis sub Archiepiscopatu Spa-
latrensi 1503. Idibus Decembris à Iu-
lio 2. Papâ, iterúmq; 1504 mense Apr.
receptus fuit in Canonicum, & Archi-
diaconum Maiorem, ac posteà in De-
canum, excessione Ioannis de Ianly.
Ei porrò hominium exhibuit Engil-
bertus è Principibus Cliuiæ, Comes
Niuernensis, pro feodis quæ possideb-
bat apud Cabilonem, pro castro
Branciduni, Virduni, & cæteris ap-
penden-

pendentiis, Cabiloni 1499. 12. Aug. A Eodem anno publicat Constitutiones Synodales post festum Omnium
1501. Sanctorum: idem an. 1502. obtinet Senatusconsultum in Parlamento Parisiensi de Riccio, & terrâ S. Vincentij, pendente à Sede Episcopali Cabilonicâ; idque contra Comitem Tornodori. Defunctus est anno 1506. humatus in monumento quod sibi viuens erexerat in Cathedrali, sub eiusmodi epitaphio:

Hic iacet Andreas clausus sub mole Popetus
Antistes generis gloria magna sui.
Qui primis olim virtuti deditus annis B
In Iure est Doctor factus vtròque micans.
Posthac ingenio præstans, linguaque lepore,
Vrbem adiit Romam, Romulidúmque domos.
Et mox Pontifici clarâ virtute supremo
Dilectus, Francis Regibus inde fuit:
Namque inseruiuit tribus idem Regibus, hósque
Consilio iuuit, tempora longa suo.
Sicque huius vixit Præsul meritissimus ædis
Peruigil, vt propriæ qui refoueret oues. C
Quémque suus hæredem, Tiaraque, pedique reliquit,
Ille hac germano reddidit æque suo.
Hoc igitur tandem requiescit marmore carmen,
Qui supplex vestras flagitat ille preces.

Vpiet. 67. Ioannes de Poupet xii. Abbas S. Petri Cabilonensis, Gandani in Flandriâ natus, diœcesis tunc Tornacensis, domini de la Chaulx filius, qui in aulâ & nobili famulatu Ducis Burgundiæ tum clarebat, per resignationem antecessoris cùm regressu, ex Archidiacono hanc Se-
1503. dem obtinet à Iulio 2. Papâ 1503. Idib. Decembris, & solemnem possessionem adipiscitur 9. Augusti ætatis anno 25. sed Iuris vtriúsque peritissimus. Excommunicatur cùm nonnullis aliis, quòd interfuisset Conciliabulo Pisano 1509. de quo Posseuinus in Apparatu sacro, sed posteà absoluitur à Leone x. 1514. Martij 17. pro cuius Conciliabuli sumptibus expensis Clerus Cabilonensis 700. libras soluit, quarum expensarum summa erat librarum Turonensium 80000. Ioanni verò posteà præstat iuramentum 1511. dominus de Lugny tamquàm Capitaneus vrbis, idémque facit anno 1529. Georgius 1529.
Damas dominus Marcilliaci. Hoc etiam tempore Capitulum soluit c. aureos pro liberatione vrbis Diuionensis ab obsidione Heluetiorum 1513. quo anno Celsus Hugo de Desutis Iuris Doctor, dicat Ioanni Episcopo lecturam Philippi Franci super Sextum Decretalium: ei verò scribit Franciscus 1. 1527. 23. Decembris Parisiis, vt intersit Concilio Prouinciali Lugdunensi, quòd fecit per procuratorem suum Ioannem Girardum Canonicum Vicarium generalem. Decessit Ioannes Salæ anno 1531. die 28. Decembris, huma- 1531.
tus in Cathedralis Capellâ gentis Poupetorum, quorum cœnotaphia à Sectariis diruta instaurauit Guillelmus Poupetus Abbas Balernæ, & Balmæ.

68. Antonivs de Vienne ti. Abbas Beatæ Mariæ Molismensis, S. Sequani, Firmitatis ad Gronam, Miratorij, Maceriarum, & Balernæ opulentissimorum Sacerdotiorum; nobilis Burgundus, è vetustâ, atque in primis clarâ gente satus, Ludouico Barone de Ruffey, & Isabellâ de Neufchastel; quæ Viennensis familia, Bisontinensi Cathedræ, Lingonensi, Eduensi Antistites protulit. Iste fauore Girardi fratris Rufferij toparchæ, Antigniaci, & aliorum locorum, Equitis Torquati, apud Franciscum 1. hunc Episcopatum assequitur, rametsi Canonici suffragia electionis sibi vindicarent; à quibus etiam solito ritu declaratur Antistes, adeptus possessio- D nem Sedis magnificâ pompâ, penultimâ Martij 1532. Excipit Regem 1532.
Henricum 2. in vrbem 1548. & mense Februario anni 1551. apoplexiâ oppressus interiit, in Abbatiâ Molismensi tumulatur, cuius Ecclesiam regali opere instaurabat. Eo extincto, nominatus est ad Episcopatum Ioannes de Levis ex dominis de Charlus, vir nobilis & militaris, patrocinio Ducissæ Valentinensis, ait Sanctulianus, sed nusquam de illo prouisus, vti nec de Meldensi Ecclesiâ,

Vienne. De gueulle à l'aigle esployée d'or, party d'azur semé de fleurs de lys d'or, & sur le tout vn sceptre de gueulle posé en pal, qui est des armes de l'Eglise de Chalon.

cuius fructus per Oeconomum tantùm administrauit.

Gvillart.

De gueulle à 2. bourdõs posez en cheurõ d'or accõpagnes de 3 rochers ou montioyes d'argent, 2. en chef, vn en pointe.

69. Lvdovicvs Gvillart, nobili familiâ natus Carolo domino d'Espicheliere in Senatu Parisiensi secundo Præside, & Ioannâ de Vignacourt, germanus Andreæ domini de Mortier, sacri Consistorij Consiliarij, patruus verò Caroli Episcopi Carnotensis. Nominatus Tornacensis Antistes anno Domini 1513. quo tempore Franci rerum apud Neruios potiebantur, sed expugnatâ ab Anglis ciuitate, in Franciam se recepit: tum verò fœdere pacis vrbe restitutâ anno 1518. ad eundem redit Episcopatum, ex quo translatus ad Carnotensem, vnde etiam transiit
1553. ad Cabilonensem 1553. 20. Decembris, vbi statuta synodalia publicauit 1554. mense Aprili. Is primus fuit, vt vult Saniulianus, qui ex Prælatis Burgundiæ locauit redditus omnes sui beneficij, tam spirituales, quàm temporales, quod bonis omnibus valde displicuit, ac licet ditissimus, solemnitatem ingressus in vrbem omisit. Tandem factus Siluanectensis 1560. pridie Idus Februarias: obiit cæcus, cùm anteà monoculus esset, Parisiis, vbi iacet apud Albimantellos. Porrò cùm dignitatem Præpositurae d'Auuers in Ecclesiâ Carnotensi, etiam Episcopus Cabilonensis retineret anno 1556. Cathedrali suæ testamento ornamenta Episcopalia legauit.

Erlavlt.

D'azur à la fasce d'argét, au chef d'or & 3. hermines en pointe.

70. Antonivs Erlavlt, II. Doctor Theologus Parisiensis, & Catharinæ Mediceæ Francorum Reginæ à Confessionibus sacris, ad hunc Episcopatum Cabilonensem subuectus est: interfuit Colloquio Pisciacensi
1561. 1561. hoc anno reconciliauit Ecclesiam Diui Medardi Parisiis 17. Martij ante Pascha, cùm ea polluta & spoliata fuisset ab hæreticis, quorum etiam dolo 1562. Duce Monbruno, vrbs Cabilonensis intercipitur, & Ecclesiæ solito more vastantur. Excepit Carolum IX. Regem in basilicâ maiore pridie Calend. Iulij 1564. ac demum animam suam senectute & morbis fractus exhalauit
1573. 1573. mense Augusto, non Codulij in Boiis, è quo municipio nullatenus erat oriundus, vt placet Saniuliano, sed in pago Bellouacensi: sepultus fuit in æde S. Eligij de Marolio, vt videre est sequenti inscriptione, è Gallico Latinè versâ. *Hic iacet Reuerendus Pater in Christo, Dominus* Antonivs Erlavt, *quondam Presbyter Doctor in Theologiâ Vniuersitatis Parisiensis, Episcopus Cabilonensis ad Ararim, Ordinarius Confessor, & primus Eleemosynarius dominæ Catharinæ de Medicis Reginæ Franciæ. Qui testamenti tabulis statuit in hâc Ecclesiâ decantari altam missam cùm notâ, de Sanctissimo Spiritu celebrandam quolibet anno & mense, die primâ Veneris perpetuò. In Ecclesiâ item parochiali S. Eligij de Marolio, natiuitatis suæ, vbi humatus, missam de S. Cruce qualibet die vltimâ Veneris mensis & anni, pro quibus Matricularij, Rectori Ecclesiæ, vel iis qui sacra peragent missarum sacrificia, soluent pro vnaquaque missâ sex solidos Turon. Diacono, vel Subdiacono duos, & pauperibus adstantibus iisdem Missis sex solidos; reliquum legat fabricæ Ecclesiæ, quæ panem, vinum, ornamenta, cæteraue Curato ad celebrationem Missæ conuenientia exhibebit. Proptereà in præsentiarum Ioannes Erlaut Presbyter, defuncti germanus & testamenti curator, dedit quadringentas lib. Turon. redditus nomine Parochorum & Matriculariorum Eccl. qui donum hoc ratum habuêre, sub pactione celebrationis illarum Missarum in perpetuum, vt continetur in instrumento Compendij dato 1573. mense Februario coram Ioanne de Pronay & Nicolao Broulin Regiis Notariis, præfatis Curato & Matriculariis; factâ cessione dotationis per Erlaudum executorem; qui insuper eisdem Ecclesiis donauit calicem argenteum deauratum. Obiit apud Marigniacum die 28. Septembris 1573. Orate Deum pro eius animâ.* 1573.
Monumento defuncti Antistitis apposita etiam huiusmodi epigraphe, de quâ apud Saniulianum nulla fit mentio:

Epitaphium Reuerendi Patris domini & Magistri Antonii Erlavt *Episcopi Cabilonensis, Doctoris Parisiensis, natione Bellouaci.*

Inter Sorbonicos Antonius ordine Doctor,
Et Cabilonensis nomine Præsul obit.
Tempore sed citiùs quòd tu Catharina volebas,
Facta trium Regum mater & alma parens.

Dum secreta animi sibi te poscente re-
seruat
Expurganda tui, sed miserante
Deo.
Ritè lubet patrio, vt recubent simul
ossa sepulchro,
Imò Marigniaci pàtris in æde mori.
Ante frequens aderat nuptiis Regibus,
vt quos
Coniunxit Dominus, soluere nemo
queat.
Chrismate Bellouacus natiui gloria ru-
ris,
Lenti Isara fluxus accola lenis erat.
Regibus Henrico, Francisco carus vtér-
que,
Defuit exequiis Carole None tuis.
Ereptum vobis Musæ lugete Picardæ,
Orbi tale feret rarius vua merum.
Ære ab Augusto cælis Antonius adsit,
Lustret vt Arctoum, iam noua stella
polum.
Obiit XXVIII. *mensis Septembris*
1573. MDLXXIII. *orate pro defuncto.*

FOVRRÉ. D'argent à 3. fasces de gueulle à vne estoile d'azur en chef.

71. IACOBVS FOVRRÉ II. Carnotensis origine, in vico Mainuillari natus, religione Dominicanus, cuius Ordinis Prouincialis fuit in Franciâ, ab illius Generali Seraphino Caualli Senensi acceperat licentiam adipiscendi Episcopatum: Doctor Parisiensis renunciatus 1549. Caroli 9. Regis à Concionibus, & Abbas Liuriaci iuxta Parisios, nominatus à Rege, instituitur à Gregorio 13. Papâ bullis datis Calend. Decembr. 1573. Romæ, priùs designatus successor ab Antonio Erlaudo, consecratur Parisiis in Conuentu
1574. Prædicatorum 1574. Dominicâ Quasimodo 18. Aprilis à Ludouico Brezæo Meldensi, assistentibus Guillelmo Ruzæo Andegauensi, & Iacobo Amioto Autissiodorensi Episcopis. Missus in possessionem Episcopatus eodem anno 18. Februarij per procuratorem suum Petrum Naturel Cantorem, posteà Vicarium generalem, & Officialem. Ipse verò adiit
1575. diœcesim suam 1575. dedicat Maceriis die 19. Iunij 1576. Capellam omnium Sanctorum fundatam à Ioanne de Malain Priore. Chorum suæ Ecclesiæ aulæo passionis D. Vincentij decorauit, ac mortuus est Cabilone
1578. 22. Ianuarij 1578. cuius corpus iacet ante maius altare basilicæ S. Vincentij: hoc Epicedium illi pro elo-

gio consecrauit Petrus à Sancto Iuliano Balleurreus, in Commentariis Rerum Cabilonensium, Scriptor Antiquitatum Burgundiæ, qui eius tempore floruit Decanatu Ecclesiæ insignis.

Quid sibi vult populi eam magna frequen-
tia flentis;
Quid quòd lustrali rore madescit hu-
mus?
Cur lugubre sonant triduum conflata
vocandis
Ad sacra christicolis æra, Chorúsque sacer?
Luctus quare aliqui portant insignia?
tædas
Quid tuuat illustri sic radiare die?
Ah bone Christe horum facile est cognos-
cere causam:
Proh dolor! agnosco funeris exe-
quias.
Heu Cabilon viduata suo est Antistite,
quò non
Vtilior potuit plebe rogante dari.
Cui fuit orandi vis admirabilis, & cui
Hæsit perpetuò diua Suada comes.
Orba suo Cabilon bene charo Præsule,
luctum
Edit, cui nullus par dolor esse po-
test.
Nec minui poterit, nisi successore re-
cepto,
Quem plebs amisso sentiat esse pa-
rem.
Fac Deus ereptum fœlice quiescere sorte,
Et successorem da Deus alme bonum.
His versibus animi ægritudinem, quam de præmaturâ morte Reuerendi patris D. IACOBI FOVRRÉ, *Doctoris Theologi Parisiensis, & Cabilonensium Episcopi meritissimi contraxerat, minuere conabatur Petrus Saniulianus Balleurreus*, Cabilonensis Ecclesiæ Decanus.* 1578.
Obiit XX. *Ianuar.* MDLXXVIII.

DE TYARD. D'or à trois escreuisses de gueulle en pal: deux en chef, vne en pointe, party de gueulle a la bande d'or, accompagnée de 6. coquilles de mesme en orle, qui est de Veré.

72. PONTVS DE TYARD nobili familiâ, Ioanne Tyardæo Bissiani toparchâ, & Ioannâ de Ganay, Ioannis Franciæ Cancellarij consobrinâ: an. 1521. parentibus progenitus, auum habuit Stephanum Præsidem in Parlamento Comitatus Burgundiæ. Is exactâ trium linguarum cognitione, ait Præses Thuanus, in iuuenili ætate excultus, sub Henrico II. in poëticâ vernaculâ primùm lusit, inde Mathematicis studiis, & Platonicæ doctrinæ se totum mancipauit, postremò Theologicis stu-

diis, in quibus omnibus multa, sed A
ferè Gallicè scripsit, reconditæ scien-
tiæ plena. In aulam deinde se contu-
lit à Carolo IX. accitus, sed eo ex-
tincto, successori Henrico 3. per-
gratus etiam innotuit: erant enim
ij Principes stirpis Valesiæ Musarum
amantissimi. Pontus autem, Ron-
sardi, Portæi, Dauij Perronij, & alio-
rum eruditorum amicitiam, qui poë-
tices apprimè gnari erant, sibi con-
ciliauit. Ex Protonotario Sedis A-
postolicæ, & Archidiacono Maiore
nominatur Episcopus ab Henrico 3.
1578 anno 1578. bullis Gregorij 13. Pont.
institutus, iniit possessionem 16. Iu- B
nij eiusdem anni, procuratorio no-
mine per Petrum Naturellum ma-
iorem Vicarium & Officialem: ce-
lebrat Pontificaliter Calend. Ianuarij
1579. cùm pridie exceptus fuisset ad
valuas Ecclesiæ à Petro Saniuliano
Decano, & Capitulo, præsentibus
Nicolao Cisterc[ij], & Francisco Fir-
mitatis Abbatibus. Dedicat nouam
Eccl. S. Petri in vetere macello pro-
pè Carmelitas 2. Ianuarij 1580. In-
terfuit Comitiis generalibus Blesen-
1588. sibus an. 1588. & Henrico 3. afflictâ C
Galliâ discordiis ciuilibus fidissimè
semper adhæsit, sacro ministerio,
eruditione, & librorum scriptione
variâ clarus, quorum elenchum re-
censuit Ludouicus Iacob lib. 1. de
Claris Scriptoribus Cabilonensibus,
nempe de erroribus amatoriis libros
3. Lyricorum vnum, operum poeti-
corum Collectionem, Solitaria: dis-
cursum de tempore, anno, & eius
partibus; tractatum de veritate di-
uinationis per Astrologiam, discur-
sum de mundi partibus, Ephemeri-
des octauæ Sphæræ, seu Tabellas
diarias, de cælestibus Asterismis,
de rectâ nominum impositione; An- D
notationes in librum Philonis, de
Genealogiâ Hugonis Capeti, & alias
lucubrationes; de scriptis & enco-
miis Tyardæi meminêre Ronsardus,
Iacobus Augustus Thuanus in Hi-
storiâ, Guillelmus Colletetus in eius
vitâ, edendâ in opere Poetarum Gal-
lorum, & alij. Sed non abs re fa-
cturi videmur, si elogium attexamus
Scæuolæ Sammarthani, lib. 5. Elo-
giorum in hæc verba: PONTVS
Thiardus vir nobilis duce naturâ ipsâ,
quæ pro cuiusque ætatis decoro, diuersa
nos ad officia compellit, hunc simul vitæ
cursum & studiorum ordinem tenuit, vt
adolescens poëtico in otio, vir factus in
Mathematicis, & in omni adeò Phi-
losophiâ, priusque demum senex, omissis
inanibus curis, in assiduâ rerum cæle-
stium cogitatione totus esset. Hoc enim
testantur egregiæ tanti viri lucubrationes,
Gallicæ quidem illæ, sed eo stylo conscri-
ptæ, qui numerosam illam Græcæ, Roma-
næque facundiæ concinnitatem planè re-
ferret. Natus erat Matisconæ in Seque-
norum finibus, magnoque fortunæ bene-
ficio inciderat in tempora Henrici 3 cu-
ius à liberalitate Cabilonensem Episco-
patum & alia virtutum præmia facilè
tulit. Cùmque posteà publicis regni Con-
uentibus, qui apud Blœsios iterum age-
bantur, à Burgundiâ delegatus interfuis-
set, præstitit se Principi tam benemerito
probè gratum & memorem, cùm in illâ
Præsulum turbâ, qui plerique omnes Ibe-
ricæ factioni tum fauebant, legitimam
Regis auctoritatem acerrimè defendit,
vtque erat in sententiâ dicendâ grauis
& apprimè facundus, multorum permo-
uit animos, ad officiumque reuocauit.
Sed ab his turbarum initiis exorta est
repentè sæuissima tempestas, cuius tædio
vir prudens & moderatus abdicauit se
Pontificatu, Cyrumque fratris filium
virtutis merito, non minùs quàm ipsâ
cognatione commendabilem sibi suffecit.
Scilicet vt qui tam honestè, piéque diu
vixerat, mortem quoque tali vitâ non
indignam, autto in prædio procul ab ho-
minum improbitate meditaretur. Vixit
annos octoginta quatuor, suoque fun-
ctus est eo ferè tempore, quo ingens ille
contigit Solis defectio, quam ego Musis
fuisse fatalem verè videor posse dicere,
quando multi celebres earum alumni tum
in Galliâ, tum apud exteros eâ tempe-
state perierint. Mortuus est in castro
gentis suæ Bragnij ad Ararim, diœ-
cesis Cabilonicæ, Bissiani & ipse to-
parcha anno 1605. 9 Calend. Octob. 1605.
ibique sepelitur absque mausolæo,
& inscriptione, è parte chori sinistrâ.
Tamen Epitaphium sequens priusquam
è viuis discederet sibi exara-
uit, quod cernitur marmori in-
cisum curâ successoris, in choro Ec-
clesiæ Cathedralis S. Vincentij Cabi-
lonensis, iuxta Sedem Episcopalem.

D. O. M.

Non teneor longæ dulcisque cupidine
vitæ;

Sat vixit, cui non vita pudenda fuit.
Nec famæ illustris me tangit gloria, forsan
Per genium viuent sat mea scripta suum.
Nilque moror, quo sint mea membra tegenda sepulchro:
Hæc propria hæredis sit pia cura mei.
Sed cupio vt tandem, mens Christo innixa, leuetur
Peccati duro pondere, ad astra vehar.

Pontus Tyardæus Bissianus Ep. Cabil. extremum hoc voueb. scribebat. Qui verò stemmate, doctr. dignit. virtute clarus, Deo & Regibus carus propè decem expletis Enneadib. Thesbytem sequutus CYRO TYARDÆO *thiaram, sedem & onus reliquit feliciter, cuius funeri non debuit gratum psephisma, cui ille pietatis & officij sui non ascia politum, hoc, P. C. Mnima vide Lector, licet Cœnotaphium hic sit non Capulum, non Ossuarium, quàm benè plusquam voti compos, tu saltem virùmque piis precibus adiuua, qui lampada tradidit, functus est, qui accepit in cursu est. Bragnei obiit 9. Calend. Octob. ann. ætat. 84. sa-*
1605. *lutis* 1605. Ioannes autem Auratus Poeta Regius eius Anagramatismum notauit his verbis. *Pontus Thyardæus. Pastor Dei natus.*

Pastor apum fueras per Hymetia rura volantum
Nunc es apum Pastor, quas Deus ipse dedit
Mella prius dederas bona; post meliora daturus,
Cuius apes pasci melle fluente tuo.
Pastor erasque Dei natus, vel nomine teste,
Ne rapienda lupis sit pecus vlla caue.

Habuit Pontus ex fratre nepotem Heliodorum & Cyrum Tyardæos; Heliodorus verò vir planè militaris 1595. armatus occubuit propè Belnam, parens Ponti, Bissiani dynastæ, & Ludouici domini Bragnij, cui posteriori Pontus inscribit librum de rectâ nominum impositione. Eiusdem gentis fuit Antonius Tyardæus Cantor Cabilonensis mortuus 1493. 23. Augusti, fundator Capellæ Tyardorum, & officij B. Mariæ de Pietatate, Claudius Prior maior S. Petri 1507. ac Claudius alter Tyardæus Carolo 5. Imperat. ad Pontificem Maximum Legatus.

73. CYRUS DE TYARD Claudij Bissiani domini, & Guillemeiæ de Montgommery filius, per cessionem Ponti patrui, ex Maiore Archidiacono & Comite Consistoriano Episcopus consecratur Romæ in æde S. Ludouici Nationis Gallicanæ anno 1594. 24. Februarij, à Francisco Cardinali de Ioyosâ, in cuius contubernio quinque annos amicissimè vixit. Statim ac possessionem adeptus est, omnia boni Episcopi munia implere studuit; Pastorale ad vsum diœcesis Cabilonensis correctiùs 1603. instructionem ad Parochos & Vicarios, Officia denique Propria Sanctorum suæ diœcesis edidit. Minimos 1597. 17. Iulij, Capucinos 1603. Carmelinas 1610 in festo Innocentium, è Conuentu Diuionensi accersitas, in monasterium S. Mariæ tunc Ordinis Benedictini, olim verò Vrbanistarum S. Claræ, Franciscâ Baufremontiâ vltimâ Abbatissâ sedente, sorores S. Catharinæ, Dominicanas 21. Iulij 1611. Conuentus Diuionensis filias, in vrbem euocari curauit. Nec silendum paulò ante obitum summo studio procurasse residentiam Curionum, quod etiam Senatusconsulto comprobatum fuit. Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ Virduni ad confluentem Dubiæ & Araris dedicauit 1612. 29. Aprilis, cuius loci dominus Comitis titulo insignitur, ac fidem clientelæ debet Episcopo Cabilonensi pro castro & burgo Virduni, quale hominium Baltazar de Gadaigne præstitit Cyro 1601. Calend. Septembris eidémque iuramentum aliud fidelitatis fecit Henricus de Baufremont dominus de Senecey, Bailliuus Cabilonensis, pro officio Capitanei eiusdem vrbis 1597. 10 Decembr. in palatio Episcopali. Illi autem dicat Petrus Morestellus Trenorchiensis 1605. tractatumq de Anno & Feriis Romanorum libros quinque. Interfuit Comitiis Generalibus Parisiis 1614. At Episcopatus & vitæ munere simul defunctus est Cabilone in palatio Pontificio quod à fundamentis erexerat, 2. Ianuarij 1624. summo diœcesanorum mœrore, regni, Regisque amantissimus, suæ verò Ec-

Margin: DE TYARD. 1594. 1610. 1612. 1624.

clesiæ sponsæ deuinctissimus, in quâ solemne habet anniuersarium, cùm epitaphio in Choro Cathedralis, marmori inciso infra eius effigiem, quod primus retulit Ludouicus Iacob in selecto tractatu de Claris Scriptoribus Cabilonensibus; est autem huiusmodi: SVMMVM *nec metuas diem, nec optes: sed siste & luge. Iacet hic vir colendæ memoriæ, cui nomen fuit,* CYRVS *à Lusacio,* TYARDÆVS *à gentilitate, Cabilonensis Episcopus à meritis, quem pietas incredibilis, morum integritas, doctrina singularis ab obliuione vindicabunt. Non erit illi mediocris auctoritatis recordatio patrui Ponti, post homines natos Præsulis doctissimi in cuius sedem maximo omnium plausu successit, fœliciterque respondit expectationi moderationis, & æquitatem quam de se Archidiaconus toti Clero concitarat, præsidendo Comitiis prouincialibus sæpe numero Diuione habitis & Generalibus Rotomagi anno* MDCXV. *Quid plura? non vacat huc adducere illos veteres Tyardæos, cunctis ferè Equestribus Burgundiæ familiis affinitatis vinculo coniunctos, fide, studio, caritate, in Deum, Regem, patriam ardentissimo, cùm satis id testetur vel solus Heliodorus Cyri frater, quem ab officio in Reges Henricum Tertium & Henricum Magnum, nulla vis tempestatis abripuit, cuius Heliodori, optimi parentis carissima pignora exemplum æmulantia, Ludouici verè Iusti auspicia signáque venerantur, sequuntur, ex quibus singulis multâ curâ ac solicitudine mortalitatis & immortalitatis assiduò memor viaticum tibi Viator parabis. Obiit* 3. *Nonas*
1624. *Ianuarias* MDCXXV. *Pontus Tyard. Bissian. Eques, Patruo Carissimo, M. H. M. P. C.*

NVCHESE. De gueulle à 9. molettes d'argent à 5. pointes 3.3.3. en banniere.

74. IACOBVS DE NVCHESE II. Episcopus Comes Cabilonensis, Regi à Sanctioribus Consiliis, Burgundici Senator Parlamenti, Abbas Sanctorum Petri & Pauli Ferrariensis in Vastinesio, Senonum, S. Stephani Diuionensis, Lingonnm, Beatæ Mariæ de Bretolio, Bellouacum, Varenæ, Biturigum diœceseos; S. Dionysij de Nogento Rotrodi in Pertico, & Nantuaci in Bressiâ Prior. Caput autem nobilis & vetustæ familiæ Nuchesiorum apud Pictones, cuius est quoque toparcha. Patrem habuit Ioannem-Iacobum Baronem de Bussy & des Francs, Equitem Torquatum, Præfectum quinquaginta Regiis militibus cataphractis, qui Benignâ de Saulx sanguinis illustris splendido genere Burgundionum procerum ortus, nostri Præsulis auiâ, inde ipse est abnepos celeberrimi Gaspardi de Saulx, dynastæ de Tauannes, Franciæ Marescalli, & Gallo Prouinciæ Proregis. Margaretâ autem Fremyot matre editus est in lucem Iacobus die 25. Octob. an. 1591. non modò commendanda, quòd ex stirpe duxerit originem, primis Senatus Diuionensis muneribus perfunctâ, sed eo nomine præcipuè, quòd germanam habuerit Ioannam, Baronis de Chantal ex gente de Rabutin, viri natalibus inclyti coniugem, sanctimoniæ, morúmque laude admodùm illustrem, & nunc toto Orbe Catholico celebrem; ac Andream Fremiotum fratrem, Bituricensem Archiepiscopum, & Patriarcham. Nuchesius autem à teneris annis à magistro suo Claudio Roberto Lingonensi, singularis probitatis & eruditionis viro, politioris litteraturæ, & scientiarum cognitionem edoctus, in Scholâ Bituricensi Laureatus Doctor, Theologus Canonicus, & Cancellarius Ecclesiæ & Academiæ renunciatus est; cuius dignitatis cùm partes impleret, panegyricâ oratione ex suggestu habitâ, funebrem pompam Francisci de la Grange, domini de Montigny, Equitum Tribuni nobilitauit. Ex Abbate itaque Varenarum à Ludouico 13. ad Sedem Cabilonensem nominatus, ab Vrbano VIII. diplomate Apostolico anni 1624. constituitur 1624.
Episcopus, & eodem anno die 29. Decembris, Lutetiæ Parisiorum sacro ritu inauguratur in Ecclesiâ Minimorum, ab auunculo suo Andreâ Fremyot Archiepiscopo Bituricensi, assistentibus Egidio de Souuré Conuenarum, & Claudio de Toiras Nemausensi Episcopis Tum procuratorio nomine per Claudium Burgat Cantorem, nunc basilicæ Decanum possessionem adeptus est die 15. Ianuarij 1625. quam ipse die 21. mensis eiusdem iterauit, solemni pompâ & gratulatione ab vniuersis ciuitatis ordinibus exceptus. Sequenti die S. 1625.
Vincentio Ecclesiæ patrono sacrâ, diuinum Missæ officium, & Episco-

palia munia obiuit. Paulò post electus est vt Comitiis generalibus Cleri Gallicani interesset eodem anno 1625. necnon posteà 1635. 1645. nu-
1655 perrimè verò 1655. ex quo satis liquet magno semper in pretio inter Suffraganeos Episcopos prouinciæ (quorum est Decanus) habitum fuisse. Porrò à Rege delegatur, vt electioni Nicolai Niuelle Cisterciensis Ordinis Abbatis Generalis præesset, qui postmodùm in Ecclesiâ Lucionensi successit Duci Richelio Cardinali; necnon etiam Claudio Vaussin Abbati Cistercij Lutetiæ in templo Bernardinorum benedictionis ritum impertitur. Præterea Regem Christianissimum Ludouicum XIII.
1629. die 3. Februarij anni 1629. in Ecclesiâ Cathedrali gratulatorio sermone excepit: Henricum Borbonium Principem Condæum Burgundiæ Proregem etiam affatus, cùm vrbem & basilicam Vincentianam ingreditur die 20. Decemb. an. 1632. demum in Conuentibus trium Statuum prouinciæ Burgundiæ apud Diuionem mense Martio an. 1650. omnium Ordinum nomine maximis de rebus ad Ludouicum XIV. missus, eum die 4. Aprilis ornatâ oratione salutauit. Cæterùm in diœcesis visitatio-
1630. ne an. 1630. die Dominicâ 14. Iulij dicauit Ecclesiam Capucinorum Auxonæ rogatu Patrum, & permissu Archiepiscopi Bisontini: deinde septem basilicas & ampliùs in suâ, ac vicinis diœcesibus benedixit. Eo Præsule Patres Oratorij admittuntur 1625. vltimâ Octobris 1626. recepit in vrbem Sorores Benedictinas, nuncupatas de l'Ancharre, à pago earum ditionis quem anteà incolebant, quo meliùs pietati & meditationi vacarent: Vrsulanæ 19 Martij feriâ 2. maioris Hebdomadæ anni 1627. collocantur in suburbio S. Ioannis de veteri Macello, vbi Benedictinæ, & sorores B. Mariæ monasteria sua con-struxêre: die quoque 18. mensis Maij
1634. an. 1634. Patres Societatis Iesu introducuntur in vrbem, eáque die Collegij, quod anteà sub Primarij laici potestate erat, possessionem ineunt. Eodem anno, instante Præsule apud Ludouicum Iustum, ipsóque iubente, conuenticulum hæreticorum in suburbio Cabilonensi euertitur: tum Sorores Congregationis B. Mariæ

Visitatæ die 22. Februarij 1636. in 1636.
festo Cathedræ B. Petri excipiuntur, quarum antesignana, & altera quasi institutrix prædicta Ioanna-Francisca Fremyot, vidua Baronis de Chantal, nostri Præsulis ex sorore auuncula, pietate illustris, paulò-post monasterium adiit, & suauissimo sanctitatis suæ vitæ odore impleuit, quarum monialium basilicam Iacobus benedixit anno 1653. Sub ipso autem altare Deo & S. Carolo Borromæo dicatum est in maiore Ecclesiâ, voto solemniter in perpetuum nuncupato, pestis grassantis sedandæ gratiâ mense Iunio 1629. Et demum in festo S. Mathiæ Apostoli die Veneris 24. Februar. 1645. 1645.
in sacello nauis Cathedralis Ecclesiæ, quod sub inuocatione B. Mariæ Compatientis extruxerat Ioannes Germanus, Ioannis & Odetæ filius Præsul Cabilonensis, Benedicta Richard, ab infantiâ paralytico morbo laborans, ita vt erecta nunquam fuisset, post exactum votum, precibus Virginis integræ sanitati in conspectu populi restituitur, confectis & obsignatis posteà ad perpetuam rei memoriam publicis documentis ab ipso nostro Cabilonensi Antistite, eóque absente, à Claudio Burgat Decano, necnon & Guillelmo Gon Officiali: hincque crebris & approbatis miraculis cœpit clarescere Sacellum, quod hodie vulgò vocant, Virgo Cabilonensis. In cuius rei monimentum singulis diebus Veneris post pulsum maioris campanæ, inter Vesperas & Completorium, solemniter Canonici Litanias B. Virginis decantant, affluente populo. Cæterùm quod anteà fiebat Compatientis Virginis Duplex proprium festum quáque sextâ Feriâ post Dominicam Passionis, nunc est Cantoris, & fit solemne, sacra faciente Præsule in Cathedrali. Denique Iacobus Camillo de Neufuille Archiepiscopo & Metropolitano suo Lugdunensi, Galliarum Primati in basilicâ S. Ioannis Lugdunensis 19. Iunij 1654. sacrum munus vnctionis 1654.
impendit.

DECANI ECCLESIÆ CABILONENSIS.

DIGNITAS prima à Pontificali in Capitulo Decanus est: catalogum eorum integrum & accuratum exhibemus è manuscriptis Claudij Roberti nostri, in eadem Ecclesiâ Canonici & Archidiaconi Maioris, cuius collectaneis in publicando Cabilonensium Antistitum indiculo vsi sumus; huic etiam Decanorum elencho nonnullos quos nactus est, addidit Claudius Perry è Societate Iesu, qui Historiam Cabilonensium elaborat.

1. *Letaldus* recensetur primus in monumentis veteribus an. 6. Lotha-
960. rij Regis circa an. 960. cùm Frotgario Episcopo, & Roberto Comite Cabilonensi.

2. *Achardus* Goffrido Episcopo, & Theobaldo Comite, posteà ipse Præsul Cabilonensis.

3. *Roclenus*, cùm Iosseranno Cantore, & Ansidio Archidiacono; inde creatur Episcopus.

4. *Gauslenus* interest electioni Valterij huius nominis primi Cabilo-
1080. nensium Antistitis factæ anno 1080. eiúsque instrumentum cùm aliis benèmultis subsignat: testamentum suum condit eodem anno, ex cartulario S.Vincentij.

5. *Gotsaldus*, vel *Iotsaldus* sub Valtero, cuius posteà fuit successor in Episcopatu, ex tabulis sancti Marcelli.

BVXIACO. 6. *Raynaldus de Buxiaco*, nominatur cùm Philippo Beati Marcelli Priore 18.Cal.Februarij.

BVSSY. 7. *Raymundus de Bussy*, anno 1133.
1133 ex necrologio Cabilonensi vocatur de Bussiaco: fortè nepos, aut consanguineus superioris: eodem anno nominatur sub Valterio 2. Episcopo, in cartâ quâ execratur cœmeterium quod benedixerat.

SERCY. 8. *Gulterus de Sercy*, ad quem rescribens Alexander III. tam ipsum, quàm ipsius Fratres, nempe Canonicos tunc Regulares, sub Diui Petri & suâ protectione suscipit, & eorum bona priuilegio communit, confirmans Capitulo pleráſque Ecclesias, scilicet de Fontanis, de Bragniaco, de Dalmariaco, de Verissiaco, de Cerleyo, de Albigneyo, de Branciduno, & alias, vt declaratur ex litterarum exemplari, quod ex archetypis schedis tabularij S. Vincentij hîc submisimus: ALEXANDER *Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Galtero Decano Cabilonensis Ecclesiæ, eiúsque Fratribus, tàm præsentibus, quàm futuris, Canonicè substituendis in perpetuum, salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm nobis sit quamquam immeritis, omnium Ecclesiarum cura commissa, officij nostri debito congruit, vniuersarum Ecclesiarum status satagere, & vt esse possint à malignantium impugnatione secura, eas patrocinio Apostolico communire. Eapropter dilecti filij in Domino, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, & præfatam Cabilonensem Ecclesiam, in quâ diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus, statuentes, vt quascúmque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de Fontanis cùm decimâ terrarum quas ibi habetis, Ecclesiam S.Vincentij de Bragniaco, cùm decimâ & aliis pertinentiis suis, Ecclesiam S. Georgij de Dalmariaco cùm pertinentiis suis, Ecclesiam de Bragniaco iuxta Verdunum cùm decimâ, Ecclesiam de Tureyo cùm decimâ, Ecclesiam de Vinciaco, Ecclesiam de Cerleio, Ecclesiam de Albigneio cùm pertinentiis suis, Ecclesiam de Branciduno cùm Capellâ quæ est inferius cùm aliis pertinentiis suis, Ecclesiam de Brissiis, Ecclesiam S. Germani in monte, & censum quinque solidorum quem habetis in Ecclesiâ de Ozeneio, Ecclesiam de Arcenceio, Ecclesiam S.Priuati, cùm reditibus quos habetis in ciuitate Cabilonensi, & circa ciuitatem, reditum quem habetis apud Boiacum*

Boiacum cùm pertinentiis suis, Rochetam cùm appendiciis suis, quidquid habetis apud Varenas, Montaniacum cùm pertinentiis suis, quidquid habetis apud S. Desiderium, & quidquid habetis apud Grenillam, & quidquid habetis apud Criciacum: iura quoque, libertatem, antiquas & rationabiles consuetudines à prædecessoribus vestris, & à vobis hactenus obseruatas, aliquâ leuitate mutari, seu etiam possessiones abalienari, nisi cùm consensu Capituli, vel maioris & sanioris partis auctoritate Apostolicâ prohibemus, alienationes quoque inconsulto Capitulo factas, ad Ecclesiam legitimè reuocandi plenam concedimus facultatem. Decernimus ergò, vt nulli hominum fas sit præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quomodolibet vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, saluâ sedis Apostolicæ authoritate, & Diœcesani Episcopi ordinariâ iustitiâ. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ confirmationis paginam sciens contra eam temerè venire tentaret, secundò, tertiòue commonita, nisi reatum suum dignâ satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reámque se diuino iudicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen. Datum Tusculi per manum Aldradi S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarij 6. Non. Iul. Indict. 13. anno Incarnatio-
1180. *nis Dominicæ 1180. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ 3. anno 21.* Eodem Decano 1182. facta fuit concordia inter Episcopum & Capitulum. Testamentum suum condidit anno 1185. & in veteri Calendario Cabilonensi 4. Idus Octobr. dicitur obiisse, fundato patrui sui Episcopi anniuersario, cùm tamen tunc tantùm esset Archidiaconus, præsente Petro, Valteri successore.

1187. 9. *Bartholomæus*, 1187. Roberto Episcopo.

10. *Guillelmus* I. anno 1208.

11. *Hugo de Sancto Marcello* I. an. S MARCEL.
1212. pridie Nonas Iul. vocabatur de S. Marcello vt constat ex litteris Roberti 2. Episcopi, super difficultate quæ contigerat ex fundatione sui anniuersarij; hæ litteræ datæ sunt an. 1214.

12. *Simon de Turre*, aliàs *de Rochâ*, LA TOVR.
I. an. 1220. & 1230. Durando Episco- 1220.
po & 1240. sub Guillelmo de Rochâ Antistite, germano suo, ex cartularo S. Vincentij: fundauit distributionem panis, vini, & denariorum in festo S. Andreæ. Obiit 7. Idus Augusti: eo tempore Priores S. Laurentij, S. Crucis, S Mariæ, S. Cosinæ, quorum hic postremus extinctus est, admissi fuêre suo ordine ad celebrandam maiorem Missam in Cathedrali.

13. *Artaudus* dominus Varenarum, præfuit Guillelmo Episcopo, Hugone Duce Burgundiæ, Ioanne Comite Cabilonensi, Vuillelmo Insulæ-
Barbaræ Abbate, 1230. 12,1. 10. Cal. 1230.
Feb. & 1232. Eius Anniuersarium fit 7. Calend. Ianuarij fundatâ distributione panis, vini, & denariorum, in die S. Catharinæ, & S. Stephani.

14. *Simon de Cabanis* II. vel *de* CHAVANES
Cheuanes, aliàs de Chauanes 1236. ex 1236.
litteris Ioannis Comitis Burgundiæ, & Cabilonensis 1240. mense Septembri, & 1253. mense Nouembri. Erat etiamnum Decanus 1257. tametsi ex eodem cartulario *Guillelmus Fabri* an. 1250 dicebatur Decanus: in quod putatur irrepsisse mendum. Erat Vicedominus S. Isidori; itaque videtur hic postremus expungendus, sicut & alter qui ipsum sequebatur, & di-
cebatur *Sequinus* ex Archidiacono 1256.
Decanus 1256.

15. *Guillelmus de Cabanes* II fortè CABANES.
superioris, frater vel consanguineus ex cartulario: iam erat Decanus mense Maio 1258. item 1262. in testamento Theobaldi Episcopi; obiit
an. 1270. iacet in monasterio Firmi- 1270.
tatis in sacello Annunciationis.

16. *Simon de Rurelato*, II. fato fun- RVRELATE.
ctus est Calend. Ianuar. die Lunæ post Natiuitatem Domini 1270.

17. *Odo de Barberey* I. an. 1273. & A 1275. sigillum appofuit litteris concordati olim facti inter Durandum Epifcopum, Aleidem Duciffam Burgundiæ, & Beatricem Comitiffam
1279. Cabilonenfem : obiit 1279. 8. Idus Februarij.

18. *Guillelmus* III. 1280. & 1283. nominatur cùm Pontio Thefaurario, & Petro Dalmatio Caotore, fub Guillelmo de Oblato Epifcopo.

19. *Odo* II. legitur floruiffe ex tabulis an. 1283. 1286. 1288.

BELLEVEBVRE. 20. *Guillelmus de Belleuefure* IV. B an. 1293. meofe Iulio, poftea Epifcopus.

RVRELATO. 21. *Girardus de Rurelato* II. 1295. » & 1302 obiit 20. Maij 1310. vir bonæ » memoriæ Girardus de Rurelato Decaous nofter, ex nectologio S. Vincentij.

MELLO. 22. *Girardus de Mello* III ex nobili geote dominorum de Merloto, quæ nomen fumpfit à pago qui dicebatur Merlo, iam diruto ; vbi reftat C folum facellum nuncupatum Noftræ Domioæ de Merlou, multis celebre deuotionibus, & vicinum caftello de Germoles, amœniffimâ olim Ducum Burgundiæ domo, fed iam pe-
1310. nè fubuersâ. Electus 1310. nominatur cùm Hugone de Seneceio Cantore.

VIRIDIS. 23. *Odo Viridis* III. fubfcripfit teftamento Roberti Epifcopi 1315. cùm
1317. Hugone de Seneceyo Caotore, obiit 4. Martij 1317.

CORRABEVF. 24. *Hugo de Corrabeuf* II. ex Archidiacono Ofcarienfi eligitur 1317. & oominatur 1318. in priuilegiis Di- D uionenfibus, quo anoo domus clauftri Vioceotiani vnitur Decanatui, in quâ ab eo tempore Decaoi funt commorati : de illo fit mentio etiam in ftatuto, Bertaudo Epifcopo, cuius fuit fucceffor.

1347. 25. *Theobaldus de Aulâ* 1347. ex litteris Durandi Abbatis Firmitatis Commiffarij Apoftolici, pro reductiooe Canonicorum ad numerum 25. inclufiuè, qui etiamnum durat.

26. *Henricus de Cabilone* I. frater Petri Epifcopi.

SODONE. 27. *Henricus de Sodone* II. ex gente antiquâ, à quâ viculus & turris vulgò de Saudon in vrbe, quam nunc Patres Oratorij inhabitant, fedit an. 1357. ex inftrumento fuper iuramento præftito à Ioaooe Germani Epifcopo Cabilonenfi, Hugoni Abbati S. Petri, in quâ bafilicâ iacet, vbi diruto monafterio arx ædificata eft. 1357.

LVGNY. 28. *Robertus de Lugny*, Cancellarius Burgundiæ, ex nobili ftirpe Lugoiaci. Nominatur 1361. io teftamento Ioanois de Melloto ex Epifcopo Cabilooenfi, Claromontano : cùm fratre fuo Iocerao oo, & aliis executor vltimæ voluntatis Philippi poftremi Ducis Burgundiæ ex primâ familiâ. Obiit 1366. 22. Nouembris fepultus in Capellâ S. Stephani, quæ eft in Capitulo : ex eadem gente Seguinus Epicopus Matifconenfis, ex Archidiacono Cabilonenfi, Ioaones Prætor Cabilonenfis, & Hugo Archidiaconus Ofcarenfis 1390. necnoo alter Robertus Burgundiæ Cancellarius 1352. 1366.

29. *Petrus Paris* I. 1370. in Confilio Ducis Burgundiæ.

30. *Ioannes de Ienly* I. 1372. ex Thefaurario, eius frater Thefaurarius fuodauit Salue Regina fingulis diebus Sabbati : fepelitur ad oftium Capellæ de Vere, quæ B. Virgini dicata eft. 1372.

SEMVR. 31. *Guichardus de Semur* dominus Chamiliaci, ortus è gente perilluftri & perantiquâ de Sinemuro, fed nuoc à viginti annis extinctâ ; ex quâ vltimus toparcha de Tremont dominus Chamiliaci : floruit ao. 1379. huius tempore ftatuta Capitulana coofirmantur Aueoione à Clemeote 7. Obiit 1386. 18. Aprilis. 1386.

32. *Paris de la Iaille* Confiliarius Ducis Burgundiæ, & Gubernator Cancellariæ an. 1390.

SEMVR. 33 *Stephanus de Semur*, filius Guaguini Equitis domini de Sanfenien, anteà Canooicus & Comes Lugdunenfis 1390. & 1409. Rector S. Viocentij 1419. nepos fuperioris Guichardi Decani. 1419.

FABRI.

34. *Hugo Fabri* III. ex Archidiacono Oscariensi 1420. fundat processiones in Cappis die Annunciationis: fiebat eius anniuersarium 21. Februarij: pro festo Conceptionis dedit 60. lib. Turon. ex necrologio Cabilonensi.

35. *Girardus Perriere* III. eligitur
1444. 1423 condit testamentum 1444. fundat cùm Hugone fratre Capellam S. Ioannis Baptistæ in Cathedrali, in quâ anniuersarium habet 28. Ianuarij: sepultus retrò maius altare: hoc tempore numerus Chorialium redactus ad 50.

36. *Hugo Perriere* IV. iacet cùm fratre Girardo mortuus 21. Aprilis.

IENLEY. D'azur à vne fasce d'argent, accompagnée de 3 quintes feuilles de mesme.

37. *Philibertus de Ienley* Protonotarius Sedis Apostolicæ nominatur in ingressu Caroli 8. Regis 1494. 12. Iunij, & in Capitulo Generali Paschæ 1498. in institutione alterius Succentoris, & 1502. Quo tempore
1502. erant Canonici Ioannes Poppetus Archidiaconus, G. Macheco, F. de Dinteuille, Philippus Bouton, Humbertus le Goux, Ioannes de Magdalena, Ioannes de Ianleyo, Claudius de Rouuray, nobili omnes orti familiâ.

38. *Ioannes de Ienley* II. Vicarius
1510. Ioannis Episcopi 1520.

39. *Andreas de Poupet*, ex Episcopo Cabilonensi Decanus.

LE GOUX. D'argent à vne teste de More de sable, bandée d'argét, accompagnée de 3. molettes de gueulle.

40. *Humbertus le Goux* Consiliarius Diuionensis, instituitur Decanus à Georgio de Ambasiâ Legato, Rotomagensi Archiepiscopo: fuit Decanus Belnensis, ac Cantor Vergiaci; legitur in statutis Capituli annis 1506. 1509.

FALTANS. De gueulle à l'Aigle d'argent.

41. *Ioannes de Faltans* III. nobili loco natus, anno ætatis 18. dispensatur à Georgio de Ambasiâ Legato 1502. vbi attigerit annum ætatis 22. possit eligi ad dignitates post Pontificalem maiores. Recensetur Vicarius Generalis Ioannes Popeti consanguinei sui Episcopi. Sepelitur ante altare S. Petri, fundatâ proces-sione solemni in Cappis die Annun-
1540. ciationis 1540 mense Februario. Hoc tempore Canonici erant Odo de

A Macheco, Antonius de Salins, Ioannes Bouton, Franciscus de Dinteuille, & Iacobus Vintimilius è Comitibus Vintimiliensibus oriundus, Rhodius Lascarinus Senator Diuionensis Parlamenti, & alij qui memorantur in archiuis Capitularibus.

BAILLET. D'argent à 3. chardons de gueulle.

42. *Blasius Baillet*, frater Ioannis primi Præsidis in Parlamento Diuionensi, Roberti Proprætoris in Balliuiatu Cabilonensi, & Ioannis Aduocati Regij in eodem Parlamento filius; obiit 30. Decembr. 1563. fuit 1563.
Canonicus 40. annis, & Decanus
B Cabilonensis 23.

S. IULIEN. De gueulle à 3. iumelles d'argent.

43. *Petrus de saint Iulien de Balleure* II. nobili genere Claudio & Ioannâ de Lantaiges, in castro Balleureo diœcesis Cabilonensis natus, ex Protonotario Apostolico Canonicus S. Petri Matisconensis, inde S. Vincentij Cabilonensis, Decanus Cuseriensis, & S. Catharinæ de Brangiâ, Archidiaconus Matisconensis, & ex Trenorchiano Decanus Cabilonensis adlectus vltimâ Decemb. 1563.
C iacet in Cathedrali à cornu Euangelij primarij altaris, cùm hâc inscriptione tumulo impositâ. PETRI SANIVLIANI *Balleurei Cabilonensis Ecclesiæ Decani depositum; qui obiit die 20. Martij anno Domini* 1593. Multa 1593.
scripsit Miscellanea Historica, & Antiquitates ciuitatum Cabilonensis, Eduensis, Matisconensis, vbi de Episcopis: de Abbatiâ Trenorchianâ; de Origine Burgundionum & Burgundiæ statuum antiquitate, Miscellanea Historica de ortu Hugonis Capeti Regis, cùm Apologia pro eius familiâ, vbi taciro nomine carpit
D tractatum Ponti Tyardæi Episcopi de eiusdem Capeti origine, & alia, quorum elenchum habes in accurato indice Scriptorum Cabilonensium supra citato. Cessit autem Decanatu longè antè obitum 1 fratrem habebat Petri nomine Canonicum Archidiaconum Oscariensem, & nepotem Hugonem Cabilonensem, ac S. Petri Matisconensis Canonicum. Eius tempore 1574. in Capitulo Paschali renouantur statuta circa diuinum Officium celebrandum, descripta in tabulâ pendente, iuxta Secretarium, seu sacrum Vestiarium. Eodem Decano & multò antè cla-

rebat ingenio & doctrinâ Petrus Naturel Cantor, Officialis & Maior Vicarius quinque Episcoporum, qui scripsit Historiam MS. Cathedralis S. Vincentij, mortuus 1582. 9. Nouembr. de quo Lud. Iacob in opere suo, & etiam dicturus est in Historiâ Cabilonensi Claudius Perry.

1589. 44. *Robertus Perrault*, electus 1589. ordinatur Presbyter à Cyro Episcopo 1598. obiit 1602. 17. Ianuarij, sepultus ad S. Georgium in maiorum tumulo.

BERNARDON. D'azur au sautoir d'or accompagné en chef d'vn croissant de mesme, & de 3. estoiles aussy d'or 2 à costé 1. en pointe.

45. *Guillelmus Bernardon*, Cabilonensis, ex Archidiacono Maiore eligitur, fuit Vicarius & Officialis Cyri de Tiard, & Iacobi de Nucbese Episcoporum, vir de suâ Ecclesiâ & de totâ diœcesi benè meritus. Obiit die Veneris 25. Augusti 1628. sepultus in Cathedrali. Laudatus oratione funebri à Cyrillo de Belnâ Capucino. Reliquit posteritatis memoriæ tractatum valdè vtilem de residentiâ Curatorum, dicatum Iacobo Cabilonensium Episcopo: in quo se peritum fuisse Theologiæ & Iuris vtriúsque ostendit. Anniuersarium habet solemne in Cathedrali, cui inter cætera, candelabra argentea donauit.

BVRGAT. D'azur à vn bourg ou chateau d'argent au chef d'or chargé d'vn rameau de laurier de sinople

46. *Claudius Burgat*, Cabilonensis, primùm Archidiaconus Trenorchiensis, inde Cantor, & Prior S. Crucis, adipiscitur possessionem Episcopatus nomine illustriss. Præsulis Iacobi de Nucheze, posteà Decanus electus 7. Septembris an. 1628.

1628. auunculum habuit Robertum Perrault, & proauunculum Blasium Baillet Decanos & Leonardum patruum Decanum S. Georgij: fuit etiam Claudius noster Decanus, diu Cleri Cabilonensis Syndicus, & Burgundiæ electus in ordine Decanorum triennalis 1642. qui ab anno 1604. Canonicus, viuebat annos natus 72. ad

1653. an. 1653. Fuerunt & sequentes, sed sine annorum notis Cabilonensis Ecclesiæ Decani. *Berardus d'Amanzé* ex nobili & antiquâ gente Burgundâ, filius Ioannis 2. domini d'Amanzé, & Antoniæ de Villon, anteà Canonicus Lugdunensis: germanos habuit Ioannem, Petrum, & Rainaldum in eadem Lugdunensi Ecclesiâ Canonicos: *Guillelmus Fabri. Simon de sancto Marcello.* Porrò viuebat hoc Decano Claudio Burgat, cl. vir Claudius Robertus, Canonicus & Archidiaconus maior Cabilonensis, Galliæ Christianæ primùm Auctor, omni commendatione dignissimus, quam hâc nouâ editione tribus Tomis digestam, recognitam, & illustratam euulgamus. Obiit ille placidè & christianè in palatio Episcopali maior septuagenario, sepultus in naui Ecclesiæ Cathedralis ad latus Concionatorij subsellij, quem hoc epitaphio Iacobus de Nuchese Episcopus Comes Cabilonensis ob singularem beneuolentiam cohonestauit, laminæ æreæ inscripto, & columnæ affixo in hæc verba: *Hic iacet* CLAVDIVS ROBERTVS *Presbyter Lingonensis diœcesis, huius Ecclesiæ Canonicus, Maior Archidiaconus, Auctor Galliæ Christianæ, qui obiit 16. Maij an. 1637. posuit amantissimo Præceptori illustrissimus Cabilonensis Episcopus Iacobus, & ei quem viuum suum constituerat Vicarium generalem, exanimi voluit hoc studio gratitudinis parentari.* Huius elogium fusè habes in libro de Claris Scriptoribus Cabilonensibus.

CADVRCENSES
EPISCOPI
BARONES
ET COMITES.

CAHORS en Querci, sur le Lot.

DIVONA Cadurcorum prouinciæ suæ caput, nobili Episcopatu, & Academiâ florens, cuius populi Cadurci, siue Cadurcenses, inter Aquitaniæ primæ populos numerantur; ab Oriente Rutbenis & Aruernis, ab Occidente Petrocoriis & Aginnensibus, à Septentrione Lemouicibus, à Meridie Albigensibus & Tolosanis finitimi, quos limites constituit Plinius lib. 4. Hist Nat. c. 19. Rursus, inquit, Narbonensi prouinciæ contermini Rutheni, Cadurci, Antobroges, Tarne amni discreti à Tolosanis Petrocorij: quem locum in notis ad

Ausonium editis corrigendum censuit incomparabilis doctrinę Iosephus Scaliger, & pro Antobroges, Nitiobriges substituendos putat. Cadurcos autem militiâ celebres pluribus in locis insinuatur apud Cæsarem, quorum ciuitas primaria antiquis Diuona, in notis Tyronis & Senecæ Diuonna appellata, Ptolęmæo lib. 2. Duiona, sed malè interpres vertit Ducona, ac corruptè in tabulâ Peutingerianâ Bibona, pro Diuonâ vocitatur. Nomen à fonte celebri ad radicem montis extra pomœria scaturiente, sortitam opinantur. Diuona enim veteribus Celtis fortis est, vt liquet ex Ausonio in descriptione Burdegal. *Diuona Celtarum lingua fons addite Diuis.* Eam nuncupationem vergente ad ruinam Imperio amisit, & nomen Celticum deponens, à Cadurcis, quorum Metropolis est ciuitas, posterioribus sæclis Cadurcum appellata, quam sic vocat Gregorius in Historiâ lib. 2. c 11. & lib. 9. cap. 20. vbi meminit de exemplari pactionis Guntramni & Childeberti Regum, quâ conuentum, *vt Cadurcum ciuitatem cùm terminis, & cunčto populo suo domna Brunichildis in præsenti in suâ proprietate recipiat.* Inter nobiles Aquitaniæ vrbes annumeratur ab Aimoino lib 1. cap. 4. *in Aquitaniâ continentur vrbes egregiæ Narbona: Aruernus, quæ nunc Clarusmons vocatur: Cadurx, Tolosa, Gaualis, Rothenus, Lemouis, Petragorica.* Sequiori ætate Caturcum, vel Caturcium dicta est, vti legitur in vitâ MS. S. Desiderij Caturcensis Pontificis, B Bernardi Clareuallensis, & in plerisque tabulariis. Magna porrò olim dignitate fuisse Càturcum, conijcere est adhuc ex Amphitheatri & termarum quibusdam arcubus etiamnum extantibus: effodiuntur quotidie numismata veterum Imperatorum, & vario opere pauimenta tessellata in eâ parte ciuitatis, quâ nunc seges est, intra pomœria, vt aduertit Marcus-Antonius Dominici Cadurcensis Iurisconsultus, libro de Sudario Capitis Christi: tribus autem pontibus lapideis ædificatis Oldus amnis sinuoso flumine vrbem amplectitur. Ea scientiarum studiis iam olim emicuit, quemadmodum notat Alteserra lib. 1. Rerum Aquitanicarum cap 8. Ibi Exuperius Rhetor Tolosanus variis honestatus muneribus, in palæstrâ litterariâ diem suum obiit, teste Ausonio. Posterioribus sæclis patriæ vrbis nobilitandæ gratiâ, Iacobus de Ossâ, dictus Ioannes XXII. Papa, Academiam ibi excitauit anno Christi 1331. quæ variis temporibus eruditissimos protulit Professores Goueanum, Cuiacium, Franciscum Roaldesium, à Sammarthano in Elogiis publicè laudatos, Benedictum, Gerardum Vacceum, Ioannem Costam, Emundum Merilium, cæteròsue. Falli interea Bzouium manifestò apparet, dum ait Cadurcos fuisse donatos Episcopatu per eundem Ioannem XXII. quod de Academiâ interpretandum est, non de Sede Pontificiâ, antiquis pridem monumentis, & Religione Christianâ insigni: vetus enim opinio est apud Cadurcenses, à S. Martiale maiorem Basilicam D. Stephano fuisse consecratam, qui nunc Cathedralis est Patronus. Capitulum constat magno Archidiacono Cadurcensi, Archidiacono de Tournes, aliisue dignitatibus. Præsul verò Comitis titulo claret, vt est in decisione Rotæ quæ incipit Episcopus Caturcensis. Subest Archiepiscopatui Bituricensi Metropolitano, ac Tribunali Tolosano: in cuius diœcesi sunt plures parochiæ, & Abbatiæ.

MOYSSACVM *Moyssac* O B.

FIGIACVM *Figeac* O B.

MARCILIACVM *Marcillac* O B.

SVBLACVM *Souillac* O B.

GVARDADEI *Garde Dieu* O C.

S. MARCELLI *S. Marcel* O C.

NOSTRA DOMINA DE GORDONIO O C.

Nostre Dame la Nouuelle lez Gourdon.

De Episcopis huius Ecclesiæ prolixè ac diligenter scripsit Guillelmus de Croix, in Cadurcensium Curiâ Aduocatus, ex quo partim nostram hanc seriem, partim etiam ex aliis monumentis, ac schedis manuscriptis eruimus.

1. S. GENVLPHVS primus vulgò huius Ecclesiæ Præsul in dipthycis collocatur, & à Sixto Pontifice in Gallias missus asseritur; huius natalem diœcesis annuâ celebritate veneratur 16. Cal. Februarij.

2. EXVPERIVS.

370. 3. FLORENTIVS anno 370. ad quem scripsisse Paulinum Nolanum Episcopum epist. 32. refert Rosueidus.

4. ALITHIVS celebratur à Gregorio Turon. lib. 2. cap. 13. tanquam dignissimus fidei religionísque custos, cùm Exuperio Tolosano; cui & scripsisse Paulinum epist. 31. coniicit Cruceus.

5. BOETIVS, subscripsit Syno-
506. do Agathensi an. 506. & Aurelianensi 1. 511. Episcopus Ecclesiæ Cadurcinæ.

6. SVSTRATIVS firmat Canones Concilij Aurelianensis 2. 533. ac per Vincentium Presbyterum tertiæ Synodo an. 538. necnon 4. delegato Minutulo Presbytero subscripsit anno 541.

7. MAXIMVS interest Aurelia-
549. nensi 5. an. 549.

8. MAVRILIO de cuius obitu Gregorius Turon. & Aimoinus Monachus lib. 3. cap. 34.

9. S. VRSICINVS ex Reginæ Vltrogothæ Referendario, in Cathedrâ Cadurcensi adlectus est post excessum Maurilij: Gregorij Turon. lib. 5. Hist. cap. 42. hæc sunt verba: *Maurilio Cadurcensis vrbis Episcopus grauiter ægrotabat ab humore podagrico, sed super hos dolores quos ipse humor commouit, magnos sibi cruciatus addebat, nam sæpe candens ferrum tibiis ac pedibus defigebat, quo faciliùs cruciatum sibi ampliùs adderet. Sed cùm Episcopatum eius multi expeterent, ipse Vrsicinum, qui quondam Referendarius Vltrogothæ Reginæ fuerat, elegit. Quem dum adhuc viueret, benedici deprecans, migrauit à sæculo: fuit autem valde eleemosynarius, in scripturis Ecclesiasticis valde instructus, ita vt seriem diuersarum generationum quæ in libris veteris Testamenti describitur, quod à multis difficilè retinetur, hic plerùmque memoriâ recenseret. Fuit etiam & in iudiciis iustus, ac defendens pauperes Ecclesiæ suæ de manu malorum iudicum, iuxta illud Iob, conseruaui egenum de manu potentis, & inopi, cui non erat adiutor, auxiliatus sum: os viduæ benedixit me, cùm essem oculus cæcorum, pes claudorum, & inualidorum pater.* Controuersiam illi mouit Innocentius Ruthenensis Præsul repetendo aliquot parochias suæ diœceseos, placito autem Metropolitani diremptam videre est apud Gregor. lib. 6. cap. 38. *Innocentius Gabalitorum Comes eligitur ad Episcopatum, opitulante Brunichilde Reginâ. Sed assumpto Episcopatu, confestim Vrsicinum Cadurcinæ vrbis Episcopum lacescere cœpit, dicens, quia diœceses Ruthenæ Ecclesiæ debitas retineret.
Vnde factum est, vt diuturnâ intentione 588.
gliscente, post aliquot annos coniunctus Metropolitanis, cùm suis prouincialibus apud vrbem Aruernam residens, iudicium emanaret, scilicet vt parochias quas nunquam Ruthena Ecclesia tenuisse recolebatur, reciperet. Quod ita factum est.* Subscripserat anteà Synodo Matisconensi 2. an. 585. ac propter Gondebaldum à sacris arcetur, vti innuit Gregorius lib 8. cap. 20. Vrsicinus Cadurcensis Episcopus excommunicatur pro eo quod Gundobaldum excepisse publicè est confessus. Accepto huiusmodi placito, vt pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tonderet, vino & carnibus abstineret, missas celebrare, Clericos ordinare, Ecclesiásque & chrisma benedicere, Eulogiásque dare penitùs non auderet. Vtilitas tamen Ecclesiæ per eius ordinationem, sicut solita erat, omninò exerceretur.

10. EVSEBIVS suffectus fuit Vrsicino, probatur id ex actis vitæ S. Desiderij mox recensendis.

11. RVSTICVS ex Archidiacono Ruthenensi, & Abbate Palatini Oratorij Regalis, subrogatus est Eusebio, vita Desiderij cap. 4. Rusticus, ait, germanus eius Episcopatum Caturcæ vrbis adipiscitur: decesserat enim ipso tempore Eusebius præfati municipij Antistes, qui successor in Episcopatum sanctæ memoriæ Vrsi-
cini fuerat. Adfuit anno 630. Synodo 630.

Remensi & 7. regni Dagoberti ac totidem sui Pontificatus, à facinorosâ plebe immaniter trucidatus est, vt refertur in eadem vitâ Desiderij.

A

12. S. DESIDERIVS frater Rustici, & Siagrij viri Palatini in Regiâ Francorum, Comitis Albigensis, tertius autem natu filius Saluij & Harchenefredæ: ex Thesautario Regis, cùm Palatinis officiis prudenter esset perfunctus, Regique Dagoberto ac Nantbildi coniugi in primis acceptus, Rustico successit in Epis-
635. copatum Cadurcensem anno 635. vt habetur in vetustissimo codice MS. vitæ eiusdem beati Desiderij, quam quia hactenus à nemine scimus editam, cùm plura contineat antiquitatis monimenta, dignam iudicauimus, vt hîc verbatim, tametsi prolixa sit, recitaretur, quam à cl. viro dom. Vyon d'Herouual vtendam habuimus: sic ergo in
Cap. 1. autographo originali exorditur: DESIDERIVS Caturcensis Episcopus Obrege Galliarum oppido oriundus fuit: hęc itaq; ciuitas in extremis penè Galliarũ finibus sit, a regionibus quippe Aquitaniarum extrema, habens à Meridie prouinciam Narbonensem. In hac ergo parentibus honestissimis, & apud Gallicanas familias præ cæteris generositate ornatis, Desiderius exortus est. Pater eius Christianissimus vocabulo Saluius, mater verò eiusdem honesta Harchenefreda dicta est, fratres autem eius Rusticus, & Siagrius, cùm duabus sororibus aderant, quarum vna Selina, alia verò dicebatur Auita; è quibus Rusticus à primis pubertatis annis Clericus factus, Archidiaconatus officium in vrbe Rutenâ, & Abbatiæ sub Lothario Rege administrauit; ad vltimum Pontificatûs dignitatem in Caturcinâ vrbe emeruit. Siagrius post diutina Palatij Francorum ministeria, & familiaria Lotharij Regis contubernia, Comitatus dignitatem apud Albige gessit, necnon & apud Massiliam iudiciariam potestatem diu exercuit. Desiderius verò summâ parentum curâ enutritus, literarum studiis ad plenum eruditus est, quorum diligentiâ nactus est, & post literatũ insignia, studia Gallicanámq; eloquentiam, quæ vel florentissima sunt, vel eximia contubernij regalis adulfisse inde dignitatibus, ac deinde legum Romanarum indagationi studuit, vt vbertatem eloquij Gallicani, nitorémque grauitas sermonis Romana temperaret.

B

2. Eo autem tempore Teudebertum Regem iam interemptum, Teudericum æquè defunctum, Brunechildem quoque quorumdam equorum pedibus irretitam, ac malè discerptam audiuit. Lotharius autem pater inclyti Dagoberti Monarchiam regni solus tenebat, à quo tres germani, id est Rusticus, Siagrius, & Desiderius florentissimè enutriti, summis dignitatibus prædìti sunt. Rusticus, vt præfati sumus, Abbatiam Palatini Oratorij quod regalis frequentatur ambitio, & Archidiaconatus officium gessit; Siagrius autem Massiliæ gubernacula, & Albiensium Comitatum annis plurimis administrauit. Desiderius verò minor tempore, sed non inferior dignitate, sub adolescentiæ adhuc annos Thesaurarius Regis valde strenuè se accinxit. Denique quantùm Regi propiùs, tantùm familiariùs inhærebat, & inter coæuos & proceres laudabiliter nimis adolescentiam suam gerebat, quantúmque ætate crescebat, tantùm se in timore & Regis fidelitate roborabat, cuius vtilitatis, subtilitatis, affabilitatis, argutiæque sagaciam si per singula volueto exponere, deficit me tempus narrantem.

C

Tantâ enim humilitatis & scientiæ gratiâ ornabatur, vt multos superaret affines, pluresque præiret coætaneos, & licet ad plenum literis fuerit eruditus, insignem tamen ac robustissimum naturalem habuit Magistrum propriam conscientiam. In aulam hanc sub frequentissimâ Palatij opulentiâ degebat, sed cautelam monachi, propositúmque non amittebat, lasciuiam sanè voluptatésque sæculi euitabat, vt mirum in modum semper sperneret, quod semel contempserat: delectabat námque eum iugis labor, nequaquam considerans quid alij malè facerent, sed quid boni ipse facere deberet; semper enim sæcularium consortia studiosè fugiens, monachorum ac Religiosorum delectabatur eloquiis, prauorum contubernia declinans, humilium iungebatur cateruis. Idem

D

» in Deo manens semper per bonam
» & malam famam, nec laude cuiuſ-
» quam extollebatur, nec vitupera-
» tione frangebatur. Habebat enim
» temperamentum in proſperis, patien-
» tiam in aduerſis, tenebat ſimplici-
» tatem columbæ ne cuiquam machi-
» naretur dolos, habebat & ſerpentis
» aſtutiam, ne aliorum ſupplantaretur
» inſidiis; magnum prorſus habens
» ingenium & facilè loquebatur & pu-
» rè, facilitáſque ipſa & puritas mixta
» prudentiæ erat. Cùm verò quem-
» piam ſeruorum Dei concionantem
» audiret, nunquam ſatiabatur audien-
» di cupidine, ſed, vt ſcriptum eſt,
» addens ſcientiam addebat & dolo-
» rem, & quaſi oleum flammæ adii-
» ciens maioris ardoris fomenta ca-
» piebat: dicebat enim, *habent ſæ-*
» *cularia miniſteria ſua impedimenta,*
» *mihi autem adhærere Domino bonum eſt,*
» *& ponere in Domino ſpem meam.* Ta-
» lia rudimenta Deſiderius nuntiabat,
» huiuſmodi experientia inter pompas
» ſæculi Chriſti tyrunculus gerebat,
» magnæ virtutis qui talia habuit ru-
» dimenta, qualis exercitatus miles
» erit? Quæ putas ventura ætas capiet
» bona, quando pubertas, quâ illud
» hominum genus procliuè in vitiis
» trahitur, Chriſtianam militiam ba-
» iulare aſpirabat?

» 3. Dum his ergo exercitiis polleret,
» nuncius eum perculit, patrem eius
» Saluium ab hâc luce migraſſe, &
» licet eſſet mente fortiſſimus, ab hac
» tamen causâ vehementer ſe afflixit;
» nec minùs de piiſſimæ genitricis de-
» ſtitutione, quam de patris abſceſſu
» condoluit. Ex Regis tamen permiſ-
» ſione profectus ad matrem, miris
» eam modis conſolari ſtuduit, póſt-
» que regreſſus ad Palatium, officium
» ſibi commiſſum ſtrenuè, vt cœperat,
» ac ſolerter prouidit Sub iiſdem fermè
» diebus anno tranſacto XXXIV. Lo-
» tharij Regis, Ruſticus Deſiderij ger-
» manus Archidiaconatus officium in
» vrbe Ruthenâ ſuſcepit, Siagrius
» quoque hoc tempore Comeciæ in-
» deptus eſt, fortitúſque in matrimo-
» nium illuſtriſſimam puellam Albigæ
» indigenam nomine Bartolenam, quæ
» deuotam demum vitam geſſit, ac mul-
» tum erga Eccleſias ſtudium impen-
» dit ſuper quidem virum, & omnem
» prope facultatem Eccleſiis delega-

A uit, quod & iugalis eius anteà iam «
per teſtamenti ſui paginam feciſſe «
manifeſtatur. Deſiderius verò inter «
exercitatiſſimi Palatij miniſteria ſe- «
dulò Deo vacans, die noctúque «
orationibus inſiſtebat: habebat enim «
amicos bonæ fidei viros, Paulum «
ſcilicet, Arnulphum, Eligium, & «
Audoenum, quorum exemplo atque «
hortatu aſſiduè ſemetipſum ad me- «
liora ſubrigens, vitam ſuam in meliùs «
propagabat. Interea Rex pius & man- «
ſuetus Lotharius debitum naturæ «
terminum implens, ac pacificè obiens, «
Dagobertum filium in Principatu «
B reliquit, à quo Deſiderius tantâ fa- «
miliaritate retentus eſt, vt ampliori «
dignitate quam pridem indeptus fue- «
rat, potiretur: ſiquidem diligebat «
eum Rex, quia nouerat eum ſtre- «
nuum virum, & ſibi fidelem, & in «
Dei timore eſſe iam ſolidatum, ipſe «
autem officia ſibi commiſſa ita pro- «
uidebat, vt & in Rege fidelitatem, «
& in Deo gratiam conſeruaret, opu- «
lentiſſimos quidem theſauros, ſum- «
mámque Palatij ſuppellectilem hu- «
ius arbitrio Rex Dagobertus com- «
miſit, ad eius obtutum data recon- «
debantur, ad eius nutum danda pro- «
ferebantur; multi quoque Epiſco- «
C porum, Ducum, ac domeſticorum «
ſub alâ tuitionis eius degebant; mul- «
ti nobilium ſibi eum gratificare gan- «
debant. Regina autem Nantildis «
vnicè eum diligebat. «

4. Rex, vt dictum eſt, copioſos ei «
theſauros, pluresædes multáque au- «
læ nitentia commiſerat ipſe autem «
non arrogantiâ extollebatur, non «
adductâ fronte coæuos aut contu- «
bernales ſpernebat, ſed omnibus ſe «
minimum iudicans, in amorem ſui «
cunctum Palatij ordinē traxerat; erat «
quippe blandus in eloquio, honeſtus «
D in aſpectu, cautus in verbo, prouidus «
in conſilio; inter cætera animi exer- «
citia nimis miſericors ac benignus «
erat; conſtantiam in Deo talem ha- «
bebat, vt non ſolùm coætanei ſed «
maiores natu reuererentur, & ad- «
mirando præferrent. Ipſe autem in «
omnibus cautè ſatis progrediens, fu- «
tura Dei iudicia, & diſtrictam eius «
diſcuſſionem formidabat, ſempér- «
que mentis oculos ad bona æterna «
conferebat. Cùm titillatio carnis «
vrgeret, proponebat ſibi aduerſùs «
carnis

carnis ardores, futuros supplicij ignes, A sicque memoria ardoris futuræ gehennæ ardorem excludebat luxuriæ, sciens scriptum, *nihil esse fortiùs qui vincit diabolum, nihil imbecilliùs qui à carne superatur*, sciebat enim Domini dictum: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Scientiam quoque Scripturarum satis amabat, reminiscens cuiusdam sapientis sententiæ: *ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis*, nouerat & illud qnod per quendam sapientem dicitur: *quis gloriabitur castrum se habere cor? astra non sunt munda in con-* B *spectu Dei, quantò magis nos, quorum vita tentatio est*, summoperè enim varia scripturarum præcepta decerpere studebat, vt futurus Sacerdos priùs disceret, quod demùm posset docere, & rationabilem hostiam offerre præcauebat solerter, ne aut linguam, aut aures haberet prurientes, ipse ne aut ipse detraheret, aut alios detrahentes libenter audiret, Salomonis dictum sæpiùs reuoluens; *cùm detractoribus ne miscearis, quoniam repente veniet perditio eorum*: nouerat planè illud dictum, *omnis qui facit peccatum seruus est peccati*, necnon & & illud Apostoli: *omnis qui facit iu-* C *stitiam ex Deo natus est, & omnis qui facit peccatum ex diabolo est*: & quod non expedit, *apprehenso aratro respicere post tergum*, quod stadium est hæc vita mortalibus, futura enim hic contendimus, vt alibi coronemur, & quod *non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs potestates & principatus harum tenebrarum*: meminerat quoque quod B. Petrus in epistolâ suâ infert: *Sobrij estote & vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* His incitatus stimulis D ad omnem actum, ad omnem incessum Dei flagitabat auxilium, vt tandem post carnis conflictum mereretur peruenire ad brauium, & perfrui præmio sempiterno nunquam lapsuro per æuum. Itaque honestissimo genitore Saluio, vt dictum est, iam defuncto, fratre quoque Siagrio in fascibus constituto; Rusticus germanus eius Episcopatum Caturcæ vrbis adipiscitur. Decesserat enim ipso tempore Eusebius præfati municipij Antistes, qui successor in Episcopatum sanctæ memoriæ Vrsicini fuerat; Desiderius autem sedulè in Palatio seruiens, ac Thesaurarij officium gerens, quotidie vitam suam ad augmentum melioris propositi prouehebat. In anno autem septimo Dagoberti Regis, prædictus germanus eius Siagrius dum Massiliæ administrationem procuraret, Deo iubente vitam finiuit, pro quo Rex Dagobertus graui mœrore percussus, solertissimum Desiderium loco præfecturæ eius subrogare censuit. Profectus itaque Massiliam Præpositi administrationem vigilanter exercuit, atque aulam regressus, ministerium sibi iniunctum omni cùm sollicitudine prouidit; sed quantum pia eius genitrix habuerit luctum, quantùmque venerabilis Desiderius pro fratre fuerit afflictus, inconueniens nimis est per singula voluere: vnde interim his omissis, susceptâ prosequamur. 634.

5. Subsequente itaque tempore, & sub iisdem fermè diebus, finiente an. regni Dagoberti, & incipiente octauo, Rusticus Episcopus Cathedræ Caturcinæ præsidens, septimo autem & eò ampliùs anno Pontificatus sui administrato, à perfidis & scelestis incolis interemptus est: ob quod conturbatio magna facta est in Ecclesiâ, non solùm in vrbe Caducâ, sed etiam in Regis aulâ: siquidem vehementer ira Regis commota, terribilia valde promulgauit præcepta, adeò vt alij obtruncati, alij interempti, alij exilio damnati, alij etiam perpetuâ ob hoc seruitute addicti sont, sic qooque vt nunquam in sempiternnm ad libertatis statum meruerint peruenire. Reuerentissimus autem Desiderius licet intolerabiliter sit dolore percussus, vt in morte germani ipse quodammodò videretur mortem subire, fortissimo tamen animo, & valde accurato beatam matrem studuit consolari, nè amissione filij modum christianæ religionis lugendo excederet, asserens eos qui in Christo dormiunt non esse lugendos, sicut Apostolus admonet dicens, *de dormientibus ne contristemini sicut & cæteri qui spem non habent.* Archenefreda autem pia genitrix tenerrimo valde affectu Desiderium diligebat, quem crebræ orbitates sibi

fecerant iam cariorem, siquidem sanctissimi ingalis Saluij anni lioni filiorum continuabatur luctus, hæc autem crebras ad eum epistolas dirigens, pio studio filium cohortabatur, vt coepta perficeret, vt omni custodiâ cor suum, corpúsque seruaret, præcepta Dei toto adnisu custodire contenderet, quarum exemplar apud nos habito testamento memoriæ gratæ huius pagellæ inserendum credidi, vt ex his aduectatur qualis fuerit mater, qualéque propositum tenere filium vellet, quarum textus ita se habet.

6. *Dulcissimo atque amantissimo filio Desiderio, Archenefreda: Immensas Omnipotenti Deo egi gratias, qui dignatus est tribuere locum, vt literas meas ad dulcedinem tuam dirigere deberem; per quas tantum saluto, quantum viscerum meorum exigit plenitudo, & rogo Domini misericordiam, vt mihi de vitâ & bonâ conuersatione tuâ affluenter iubeat lætificari. Te verò dulcissimum mihi pignus moneo, vt assiduè Dominum cogites, Deum iugiter in mente habeas, mala opera, quæ Deus odit, nec consentias, nec facias, Regi sis fidelis, contubernales diligas, Dominum semper ames & timeas, ab omni opere, per quod Dominus offenditur, sollicitè te custodi, ne alios in malis prouoces pro tuâ mala vitæ instabilitate, quare nullam occasionem vicini vel pares habeant, per quam detrahere tibi possint, sed magis bonam conuersationem tuam videntes glorificent Dominum. Recordare semper, fili, quod Deo pro vobis spopondi, & ideò cùm timore semper progredere, de cætero tantum te, dulcis fili, salutare præsumo, quantum cordis mei continet plenitudo. Dulcissimo ac desideratissimo filio Desiderio, Archenefreda. Omnipotenti Deo immensas ago gratias quòd se locus opportunitatis dedit, vt paruitatis meæ apices dominationi vestræ dirigere possim, cognoscite quòd vos in Dei nomine prosperè agere cupimus, sicut oportet pro vobis adsiduè orare, proinde profusissimam salutem persoluens, supplico animo vt nostra opera, nostras orationes iuues, & quantum potestis semper animæ profectum elaborate, caritatem circa omnes tenete, castitatem super omnia custodite, cautelam in sermone in omni opere habete, & si fortè aliquid mali actum est, citò emendate: epistolam verò quam ante tempus vobis direxi, sæpiùs legite & animo tenete, at totâ mentis ambitione tenete, vt promissio mea de vobis apud Dominum per vos, dulcis fili Desideri impleatur, quod præstet omnipotens Deus qui est super omnia benedictus. De conditione verò patris vestri magni Abbatis, vnde anteà tam ipse quàm nos, vos rogauimus, sic perinsistite, hæc vt sanctorum fuit intercessio maximam vobis mercedem apud Deum acquirat, & in æternam vobis retributionem ipsa merces occurrat. De speciebus verò quæ vobis in palatio sunt necessariæ, nobis per epistolam vestram significate, & continuò in Dei nomine dirigemus: de prosperitate etiam vestrâ nos celerrimè certificari iubete & valete in Domino, manu propriâ, incolumes vos Dominus custodire, & hæredes regni sui præparare dignetur. Semper desiderabili & dulcissimo filio Desiderio, Archenefreda misera mater. Iam credo tibi nunciatum esse qualiter dulcissimus germanus tuus dominus Rusticus Episcopus, à perfidis Ecclesiæ incolis interfectus sit, propterea dulcissime fili, dum & pater tuus iam decessit, & Siagrius frater tuus hinc migrauit, tu viriliter istam causam persequi facias, vt grande exemplum per hoc fiat. Ego infelix mater quid agam, cùm fratres tui iam non sint, si tu decesseris, ego orbata absque liberis ero, sed tu piissimum pignus mi dulcissime, sic te iugiter præcaue, vt dum solatia fratrum perdidisti, te non perdas, vt quod absit, in interitum vadas, caue semper latam & spatiosam viam, quæ ducit ad perditionem, & temetipsum in viâ Dei custodi, ego præ nimio dolore vitam meam amittere suspicor, tu ora, vt egredientem animam ille suscipiat, pro cuius amore diu noctúque suspiro: ego Dodenum ad te direxi, per quem omnia scire poteris quæ erga nos aguntur, quem cùm omni velocitate remittere festina: incolumen te suprema gratia tueatur, fili.*

7. Iam verò, vt dictum est, interempto Rustico Caturcæ vrbis Episcopo, consensus Regis & ciuium pari sententiâ in Episcopatum Desiderij aspirauit, nam licet suggestio ciuium ad Præsules & Principes iam præcesserit, Rex tamen pro hoc amantissima & valde ambienda præcepta dedit, in quibus perspicuè

» agnoscitur, vel quamobrem huncRex A » diligeret, vel quam de eo æstima- » tionem haberet, tale nimirum de » illo Rex ciuibus & Episcopis, cun- » ctóque populo testimonium dedit, « vt iure plebium testimonia, Regia » oracula præcellerent, ac præueni- » rent, cuius epistolæ exemplarium, » necessarium huic operi inserendum » putaui, textus autem epistolæ iste est: DAGOBERTVS *Rex Francorum, Episcopis & Ducibus, cunctoque populo Galliarum finibus constituto. Condecet clementiam Principatus sagaci indagatione prosequere, & peruigili curà tractare, vt electio vel dispositio nostra Dei* B *& hominum voluntati debeat concordare: & dum nobis regiones & regna in potestate ad regendum largiente Domino noscuntur esse collata, illis committantur priuilegia dignitatum, quos vita laudabilis, & morum probitas, vel generositatis nobilitas attulit. Et quoniam virum illustrem* DESIDERIVM *Thesaurarium nostrum cognouimus, religionis obseruantiam ab ipso pueritiæ suæ tempore in omnibus custodire, & sub habitu sæculari Christi militem gerere, ac mores Angelicos, & sacerdotalem conuersatio-* C *nem habere, vt non solùm in contiguis, sed etiam in longinquis regionibus fama bonitatis eius euulgata crebrescat, ideò credimus eum meritò ad sacerdotium debere proueћi, quem sicut diximus, ornatis moribus videmus iugiter ad cælestem patriam anhelare. Et dum ciuium Abbatúmque Caturcorum consensus hoc omnimodis exposcit, vt eum Episcopum habeant, & nostra deuotio similiter consentit, absque dubio credimus nutu Dei id fieri, vt dum satis nobis est in Palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus, & eum ab editibus nostris profectu vestro procure-* D *mus; sed dum nobis, vt diximus, eum & ab edibus nostris auferimus, quibus regiones & regna à Deo sunt commissa, quamuis nobis inferamus dispendium, tales debemus procurare Pastores, qui secundùm Deum, & Apostolica dicta plebes sibi à nobis commissas debeant regere, vnde nobis merces amplior possit accrescere. Quamobrem iuxta ciuium petitionem nostram quoque concordantem in omnibus voluntatem, decernimus ac iubemus, vt adiuuante ac clamante laude ipsius, Clero vel populo, vir illustris & verus Dei cultor* DESIDERIVS *Pontifex in vrbe Caturci debeat consecrari, &*

A *nostra ciuiúmque voluntas, quod decreuit in omnibus in Dei nomine perficiatur, & Pontificali benedictione sublimatus, dum Christo propitio verè ac religiosè profitemur, quod vita & conuersatio eius digna & probata ab vniuersis habetur, pro nobis & pro vniuersis Ordinibus Ecclesiæ debeat exorare, & acceptabiles Deo hostias studeat offerre, quia ex hoc vitam nobis longiori æuo authore Domino credimus propagandam, si ille in sacerdotio eligitur & sublimatur, qui pro nobis vel pro vobis sibi commissis, securus ante tribunal Christi preces offerat, & in futuro iudicio vt culpas excuset peccato-* B *rum assistat: quâ de re præsenti authoritate decernimus, vt sæpedictus Desiderius Episcopatum in Caturcensi vrbe præsentialiter suscipiat, & Christo propitio eius temporibus teneat: & vt hæc deliberatio voluntatis nostræ firmior habeatur, manus nostræ subscriptione subter eam decreuimus roborare. Chrodobertus obtulit, Dagobertus Rex subscripsit. Data sub* 635.
die Idus Aprilis, anno 8. Dagoberti Regis. Indiculus Dagoberti Regis ad Dom. Sulpitium Episcop. *Domino Sancto & Apostolico Domno Patri Sulpi-* C *tio Dagobertus Rex. Deo & vestræ sanctitati credimus esse compertum, qualiter fidelis noster verè illustris* DESIDERIVS *Thesaurarius, nobis adolescentia tempore fideliter deseruiuit. Nos deuotissimam ac monasticam conuersationem eius habemus benè compertam; ideò nos cognoscite taliter decreuisse, vt in ciuitate Caturcâ, vbi germanus eius domnus Rusticus præuiit, in locum ipsius honorem Episcopatus in Dei nomine debeat accipere; quia diuinâ inspirante potentiâ talis nostra deuotio manet, vt eos quos moribus ornatos & sanctis operibus deditos perspicimus, sicut est iste fidelissimus Dei* D *& noster Desiderius, hos ad Episcopale culmen prouehere debeamus, quia sic decet regiam celsitudinem, vt quos cognoscit in Dei timore conuersari, & fidem Catholicam integrè custodire, vel Euangelica præcepta, omnimodis ad Pontificale officium studeat promouere. Proinde dum vos Archimetropolitani scimus tenere præsentes apices, cùm debito salutationis officio, almitati vestræ studuimus destinare, petentes, vt ad eum benedicendum properare debeatis, & litteras ad Comprouinciales Fratres vestros dirigatis, vt & illi adesse debeant, vt Canonicè & iuxta Apostolicam institutionem sub vestri præsentia, in sanctâ Paschali solem-*

nitate Pontificali benedictione debeat esse A *consecratus. Illud etiam ante omnia supplicamus, vt nos in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris Domino commendetis, & ad explendum hoc negotium nullam moram faciatis. Quod verò indicimus manus nostræ subscriptione, vt mos est, decreuimus roborari. Dagobertus Rex subscripsit.*

8. Itaque Regi promulgatâ sententiâ, & ciuium consonâ voce Desidetius ad Episcopatum eligitur, datáque, vt supradictum est, authoritate ad Sulpitium Bituricæ vrbis Episcopum, qui Metropolitanus dignoscebatur, ipse cæteros fratres B Comprouinciales ad consecrationem venerabilis Desiderij inuitat. Factus itaque Episcopus sub anno octauo Dagoberti Regis temporibus piissimi Heraclij Imperatotis, qualem se Deo Ministrum quantúmque præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere; prima enim illi ac præcipua cura fuit, de Dei præceptis nihil præterire, humilitate iactantiam superare, benignitate inuidiam suffundere, deinde vt nullam obsceni in se rumoris fabulam dare, nullam occasionem, pro quolibet modo, perni- C ciosis relinquere, studuit summopere subuenire paupetibus, visitare infirmos, consolari pusillanimes, gaudere cùm gaudentibus, flere cùm flentibus, omnibus se omnia facere, vt omnes faceret saluos. Erat enim cæcorum baculus, esurientium cibus, sitientium potus, miserorum salus, solamen lugentium, frequenter in ore facta lectio, sæpissimè Christi erat inuocatio, frequenter humi inhærens & flexo corpore mens erecta ad Dominum, viam quà spiritus tendebat, monstrabat, rumigerulos Clericos sanè & gloriosos, & D palpantes adulatores quasi hostem fugiens, sola simplicia & pura contubernia amplectebatur: pauperibus verò & fratribus refrigeria sumptuum ita prouidebat, vt nulli nihil deesset, si pusillanimem vidisset, consolabatur, si in Dei amore serulenrem, cohortabarur ad studium, cuius locutio, instar fontis purissima dulcis manabat ac placida, ipsúmque genus eloquij eius purum erat ac nitidum, adeò vt eo concionante nihil pulchrius, nihil dulcius, nihilque iocundius crederetur, ita enim in

A singulis virtutibus quasi cæteras non haberet, sic præparabar se quasi quotidie moriturum, sic tiempe viuebat, vt non eum ab oratione somnus, non à lectione saturitas reuocaret. Quis vnquam de eo quod displiceret, audiuit? quis audiens credidit? quis eô in fide firmior, in opere promptior, in oratione potior, in caritate ardentior potuit inueniri? ab ipso quippe exordio Episcopatus sui initia extruenda; animóque recuperando omne studium dedit, vbi instantissimè desudans ponere sine intermissione diés in opere B continuabar, ob hoc vel maximè semper aliquid operis facere studebat, vt quoties inimicus eum pulsaret, nunquam ab opere inueniret otiosum, sciens scriptum esse quod *otiositas inimica est animæ*, & Apostoli esse præceptum, quòd *qui non operatur non manducet*: & inuenit alibi esse scriptum: *in desideriis est omnis otiosus*. Vagatur enim pertiiciosis quisque cogitationibus, vnde ipsi etiam Apostoli *manibus propriis laborabant ne quem grauarent, sed magis haberent vnde refrigerium tribuere pos-* C *sent*. Porrò industriâ suâ ædificauit. & prope Matrem Ecclesiam domos geminas, vtrásque duplis arcubus libratas, fenestris obliquas, scalis contiguas, possessiones coniunctas, compendio congruas, socias oratoriis ornatas, antis, quadrísque munitas, miræ magnitudinis, miræque dispositionis compactas, quas super ripam Oltis fluuij extruens, præcipuúmque atque eximium post futuris compendium præparauit. Aedificauit vltra amnis ripam in aspectu prædictarum ædium Basilicam formâ conuenientissimè comptam, scilicet in loco D quo germanus eius RVSTICVS quondã fuerat interemptus, quam mirabiliter perficiens in honorem B. Petri Apostolorũ Principis dedicauit. Terræ quoque redditus & nonnulla ex suis facultatibus eidem indulsit Aliam verò quæ extra munitionem in valle quà Vilariago, vel Spino renditur; ædificauit Basilicam in honorem S. Martyris Iuliani fundatam, quam cùm terræ compendiis Monasterio suo dedit. Ædificauit etiam aliquanto procul à maiore Ecclesiâ sub interuallo trium domiciliorum elegans oraculum miro opere, miráque vo-

» lutione constratum, quo loco dum A
» mens desiderantis ita ingrediens re-
» souetur, ac si partem Paradisi se
» occupasse graruletur; qui locus tam
» suauis, támque iucundus existit, vt
» etiam nolens in contemplatione ere-
» ctus illic orare cogatur; non ibi cœ-
» num horrorem, non ventus frago-
» rem, non gelu infert rigorem, non
» calor angustiam, non solitudo ace-
» diam, non inquietudo gignit mole-
» stiam; & hunc nihilominus larem
» in honorem B. Confessoris Martini
» voluit consecrare; multa etiam sub
» aliis compendiis, quæ matris Eccle-
» siæ, tam in participibus, quàm dis- B
» pertorus Presulib. thesaurib. tegmine
» superuoluto secuturis post fratribus
» præparare studuit. Præter ciuitatis
» Caturcæ opera, castellum quoque
» Caturcum quod anteà nudum pe-
» nè ac exiguum videbatur, copioso
» opere conspicandâ quadam munitio-
» ne ampliauit, erexit, ac firmauit, quod
» sagaciter extruens, multóque ibi la-
» bore desudans Ecclesias, domos,
» portas, turres murorum ambitu, ac
» quadratorum lapidum compactione
» muniuit, firmúmque ac solidum ad
» posteros peruenire decreuit. Iam ve-
» rò in altaris Ecclesiæ ministeria, di- C
» ci non potest quantum se fuderit,
» quantáque fecerit, quam numerosa;
» quàm pulchra quámque nitentia,
» quæ hodie constare meliùs puto in-
» tuentium oculos iudicare, quàm no-
» stro sermone exponere. Quantus sit
» in calicibus decor, in distinctione
» gemmarum, nec ipsos intuentium
» obtutus facilè diiudicare reor; ful-
» gent quidem gemmis, auróque cali-
» ces prominent turres, micant coro-
» næ, candelabra resplendent, nitet
» pomorum rotunditas, fulget recen-
» tarij, cælique varietas, nec desunt
» patenæ sacris propositionis pani- D
» bus præparatæ; adstant & statarij
» cereorum corporibus aptati. His
» omnibus crux alma ac pretiosissima,
» varia simul, & candida arcubus appen-
» sa, sanctisque superiecta fulgetris.
» Hæc sunt opera Desiderij, hæc mo-
» nilla illius sponsæ, hoc studium Pon-
» tificis nostri, hoc emolumentum
» Pastoris egregij, in his sedulum stu-
» dium impendit, quod dum parauit,
» Domino quidem honorem, sanctis
» autem venerationem, & sibi proui-
» dit mercedem perennem.

9. Sub eius quoque tempore res «
accidit non mediocriter stupenda, «
siquidem nonnulla ita in hoc sæcu- «
lo, occulto Dei iudicio aguntur, vt «
humanæ inuestigationi abdita omni- «
nò habeantur, magisque terrorem «
incutiant agnita, quam inquisitio- «
nem ingerant experta, vnde & res «
quam narro, stuporis pariter & ad- «
mirationis plena esse constat, quia «
hanc, vt dixi occulta Dei iudicia «
secreta eius obumbrant. Itaque die «
quadam dum vir beatus in vnam ex «
ædibus quam super ipsam amnis ri- «
pam extruxerat, consideret, vox su- «
bitò è fluuio emissa sonuit dicens, «
hora venit, homo non venit, ad quam «
mirum cuncti audientes attoniti di- «
uersa, vt in talibus solet opinaban- «
tur portenta: venerabilis autem De- «
siderius cùm esset altioris ingenij, «
cautâ & peruigili consideratione cau- «
sam protinus animaduertit, iussitque «
illicò famulis concitò ad amnis tra- «
iectum pergere, ac sollicitè circum «
spicere sicubi quempiam transmeare «
volentem viderent, de quo præce- «
pit vt nullatenus fluuium permitte- «
rent intrare, priusquàm ad se cognos- «
cendæ rei causâ perducerent: per- «
rexerunt itaque ministri & curiosè «
ripam fluminis contuentes, vident «
eminus quendam equum vehemen- «
ter stimulantem currere, atque ad «
amnis traiectum pernicioso cursu fe- «
stinare. «

10. Qui percunctantes vel cuius es- «
set, vel quam ob causam curreret, «
audiunt ab eo Maurinij Comitis se «
esse, atque ad ipsum festinanter per- «
gere sibi esse iussum. Cúmque mox «
responsione impletâ fluuium præci- «
pitanter vellet intrare, tentus ab ipsis «
ad Episcopum ducitur. Percunctatus «
autem ab Episcopo quæ esset causa «
cursus ipsius respondit. *Ancilla* (in- «
quit) *vestra Placida ad filium vestrum* «
Maurinium literas me perferre manda- «
uit, huius rei gratiâ festinanter vado, «
ad quem Episcopus, *sustine paulisper* «
fili, quousque literæ scribantur, ego epi- «
stolam dirigere volo, nunc iam ibis. Dum «
ista dicuntur, ille adhuc ad amnem «
anhelans, nec exercere se valens, «
subito rubore perfusus, mixtum aquæ «
poscere cœpit anxiè, ac vehemen- «
ter satagere, quem Episcopus cer- «
nens nimis anxiè palpitare, festi- «

» nanter valde vinum seruis suis affer-
» re mandauit, quos scilicet anxios
» currere præcepit: allato igitur vino,
» nullatenus homo ori suo applicare
» permisit, sed longè repellens gut-
» tam aquæ clamare cœpit, cùmque
» aqua fuisset allata, valde inhianter
» cyathum præripiens deglutiuit, &
» cùm ipsa vt ita dixerim hausta, sta-
» tim occulto Dei iudicio in terrâ de-
» cidens spiritum exhalauit, mortéque
» subitò præuentus obriguit, ex quo
» facto, cuncti videntes nimio timore
» percussi causam mortis huius satis
» mirabantur attoniti. Desiderius au-
» tem occultum Dei iudicium glorifi-
» cans, atque ex huius interemptione
» materiam sermonis assumens multa
» salubria, multáque terribilia præsen-
» tibus concionatus est, afferens ma-
» nifestè quòd multum essent me-
» ruenda, cunctáque incomprehensibi-
» lia eius consilia, proponens quoque
» huius viri interemptionem, quod
» quamuis summo ipsi conatu, subri-
» lique studio aquæ periculo eximere
» tentauerint, nullatenus tamen pro-
» posito mortis termino subtrahere
» potuerint, hinc agat vnusquisque
» sollicitus semper suspectus quasi sub
» oculis Domini debet conuersari,
» dum quæ illum mortis sententia præ-
» ueniat, nullatenus valet præuidere,
» quâ de re necesse est vt tantum quis-
» que sit semper paratus, quantum
» de repentini casus euentu constat
» esse incertus: sed de his satis sit di-
» ctum, nunc interim ad ea vnde di-
» gressi sumus redeamus.
» 11. Desiderius itaque præter alia ma-
» gnifica opera ædificauit monasterium
» sub ipso Caturcæ municipio in cun-
» ctis æditibus eximium, DCC. circiter &
» quinquaginta passus à præcipuâ Pon-
» tificum Sede distante, quod summo
» studio, miro ac singulari opere in
» domorum, vel Ecclesiarum extru-
» ctione patratum, vinearum quoque
» ac segetum, ac pomrj adiectionem
» circumscripsit. Monachos etiam
» copioso numero aggregauit, quibus
» post Vrsicinum venerabilem virum
» Dadalenum Abbatem instituit. Ipse
» autem profluo se amore erga ipsum
» cœnobium dedit, vt omnia quæ ha-
» bebat necessaria, tam in vtensilibus,
» quàm speciebus affluentissimè mini-
» straret: sepulturam quoque sibi in
» eodem monasterio sub dextri late-

A ris basilicæ volutione præparari ius- «
sit, vbi hodie in Dei nomine huma- «
tus quiescit. Sub ipso adhuc Carur- «
cæ oppido ædificauit in honore «
sanctæ Mariæ semper Virginis, cu- «
ius operis prosecutorem Claudium «
Abbatem constituit, ibíque Abba- «
tiam gerere permisit. Alias etiam «
complures, & in Caturco territorio, «
& in Albiensi oppido, tam infra «
municipias, quam infra vrbanas, vel «
in Ecclesiæ Caturcinæ prædiis Ec- «
clesiarum compages extruere, quæ «
per singula narrare non sufficimus, «
ex quibus hodiéque pars maxima «
B regionis decorata consistit. Sed cùm «
exteriori constructione præcipuum «
ei studium fuit animarum pariter «
culmina erigere, bonum quidem «
esse dicens domum Christo extrue «
re, marmoribus vestire, pigmentis «
lucubrare, auro gemmísque obum- «
brare, lacunaria ornare, pauimen- «
ta componere, sed multo meliùs «
animas cœlesti sponso dignas præ- «
parare, quia verum Christi templum «
anima esse credenda est. «

C 12. Sanè vitæ suæ moderamina ita «
temperauit in victu, in vestitu, in «
domo, in comitatu, vt nec nimium «
superflua, nec multum essent abie- «
cta: siquidem omnes hypocrisis fi- «
ctiones abiiciens, mediam semper «
discretionem tenebat, non diuitiis «
tumens, non contrahebatur pau- «
pertate, & læta & tristia æquè con- «
tinebat, meliùs dicens humilitatem «
in corde portare, quàm in corpore «
proferre, sciebat proculdubio qua- «
les dominus quærat ornatus, pru- «
dentiam scilicet, iustitiam, fortitu- «
dinem & castitatem, nihil aiebat his «
virtutibus clarius, nihil hoc monili «
D pretiosius, nihil hac gemmarum va- «
rietate distinctius. Clerus sanè & «
omne eius contubernium in publico «
Episcopum, domi patrem habebant, «
sic enim omnes à maiori vsque ad «
minimum prouidebat, vt nihil nulli «
deesset, grauitatem morum hilarita «
te vultus temperabat, sermo eius ad «
omne erat conuiuium de scripturis «
aliquid proponere, salubria libenter «
audire, proponentibus verecundè re- «
spondere, vtilia suscipere, recta præ- «
ferre, praua refutare, callidè enim «
acutéque discordantes magis blandè «
docere, quàm violenter conuince- «

» re, & ingenuo pudore qui ornabat » ætatem quid eius essent, simpliciter » honestéque confiteri, Diuina quip» pe præcepta sollicitè scrutans, cœ» lestia oracula sæpiùs percunctans » dicebat, quod doceret sanam doctri» nam, summoperè studens ne sermo» nes eius vel in modico contraria » confunderent opera, recordaba» tur semper quòd Beatus Petrus sa» cerdotibus præcipit dicens: *pascite » eum qui in vobis est Domini gregem » spontaneè secundùm Deum, neque vt do» minantes in Clero, sed forma facti gre» gi & ex animo, vt cum apparuerit Princeps » Pastorum percipiatis immarcescibilem » coronam.*

» 13. Cùm exterioribus autem curis » templo semper inseruiens erat solli» citus si nitore altare esset aptatum, » si parietes absque puluere, si paui» menta essent sine sorde, si Custos sol» licitus, si Cantor paratus, si Ædi» tuus benè esset, si vasa nitentia & » clara, si sacrarium mundum, si lu» cernæ accensæ, si lampades dignè » aptatæ, si Vasa Dominica munda, » si altaris velamina honesta, & in » omnes cœremonias, strenua illi sem» per sollicitudo disposita quisque dum » sedulè inseruit templo, meritò ipse » templum efficiatur Dei. Nullum » quidem eo tempore in vrbe Catur» cæ propositum monachi, neque ha» bitum Religionis, aut regulæ cœ» nobialis intrauerat, secta Columba» ni procul aberat, instituta B. Be» nedicti longè distabant: Desiderij » autem tempore hæc secta Caturcæ » intrauit, huius sub die hæc religio » adolescere cœpit, nam & Marcilia» cense cœnobium huius temporis à » viris laudabilibus Anseberto & Leu» tado initiatum est. Et in ipso oppi» do sancti viri monasterium his die» bus exorditum, alia complura mona» steria suo tempore sata creuerunt.

» 14. Frugum verò abundantia, ac » vinearum ac segetum copia tanta in » diebus eius succreuit, abundauit & » exuperauit, vt nec anteacto tempo» re, nec post transacto similia vlla » antiquitas meminerit affuisse, nam » infra vrbem nullus ferè egenus erat, » nullus quod cupiebat & difficulter » inueniebat, nec vlla victus aut vesti» mentorum indigentia, sed omnia ple-

nè, omnia exuberantia affluebant, vi- « cinæ quoque ciuitates ex abundantiâ « Caturcorum alebatur, nec immeritò, « Dominus enim opera eius dirigebat. « Ipse rerum copiam multiplicabat, « eius Desiderius præcepta desidera- « bilia super aurum & lapides pretio- « sos ducebat, verè quod scriptum est « implebat, *diligentibus Dominum om-* « *nia cooperantur in bonum*, non enim « surdâ aure transierat quod Dominus « in Euangelio dicit: *quærite primùm* « *regnum Dei & iustitiam eius, & hæc* « *omnia adiicientur vobis*, & quia stu- « diosus auditor fuerat, *non solùm au-* « *ditor, sed etiam factor*; ideò Domi- « nus inuento qui mereretur accipere « gratiam suæ largitatis non negauit, « imò quod olim promiserat mirabi- « liter in eum adimpleuit: de talibus « autem per Prophetam dicitur, *con-* « *uertimini*, ait Dominus, *& videbitis* « *quid sit inter iustum & iniustum, &* « *inter seruientem Deo, & non seruien-* « *tem*, hinc verò scriptum est, *oratio* « *iusti Cœlos penetrat*: & iterum, *dedi* « *ei in timorem & timuit me, & à facie* « *nominis mei pauebat.* Denique tanta « eum rerum copia, frugúmque vber- « tas comitata est, vt cùm die quadam « vnum ex colonis de villâ Rusticiago « interrogaret, quot vini amphoras in « dominico tunc pro canone esset il- « laturus, Rusticus ille centum & eò « ampliùs metras se solum in dolio il- « laturum respondit, ex quo Deside- « rius valdè lætatus, nimiúmque lar- « gitatem bonitatis Dei miratus, qui « ita vberes fructus in diebus suis con- « tulisset, maximas Deo laudes, Chri- « stóque gratias retulit, coniiciens quid « in maioribus qui multa laborarent « diuina largitio conferret, quando in « hoc tantillo & modico tam vberes « fructus contulisset. *Tu ergo*, inquit, « *pauperrime mille amphoras habes*, cúm- « que ille ita esse affirmasset, Deside- « rius ei ipsas centum dimisit, quas in « dolio inferre debuerat, lætatus & « multùm in Domino gratulatus, qui « tantam pauperibus largitatem in die- « bus eius concessit. «

15. Habebat eo tempore plures « Dominus Iesus in Galliis nobiles ser- « uos, Aruerno Gallum, Bituricis Sul- « pitium, Rutena Verum, Agenno « Salustium, Engolismâ Eparchium, « Petrogorico Austerium, Nouiomo «

Eligium, Metis Arnulphum, Luxo A Austrasium, Mestarone Deodorum, Caturcæ Desiderium. Cúmque Desiderius inter diuina officia plerúmque ædium ædificationi insisteret, multique fragiles difficultatem opum ei obiicerent, ille constanter asserens doctis illud prouerbium, quòd *nihil sine magno labore in hac vitâ Deus dedit mortalibus.* In aduersitatibus verò illius dicti recordabatur, *pati*, inquit, *necesse est mortalem multa mala*, & illius, *aurum & argentum probat ignis, homines autem iustos, tentationes:* & illud, *fili accedens ad seruitutem Dei sta in tentationem*: damna quoque B rerum vultu læto portabat, & omnia aduersa æquanimiter tolerabat, canebat iugiter orans *in corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi*, & illud, *meditatio cordis mei in conspectu tuo semper:* Cuius ego nunc vtilitarem, industriam, & sagaciam si arbitrer à me dici posse, non sapiam: dum enim studium eius in rebus quampluri mis considero, in memetipsum deficio, dum vtilitatem attendo, pro ipsâ quantitate vehementer obstupesco; miror enim & supra C modum stupeo tanta & talia per vnum hominem potuisse fieri, opinor quidem ab Indiâ vsque Britanniam, à frigidâ Septentrionis plagâ vsque ad sinum Atlantici Oceani non fuisse virum meliorem. Huius Desiderij nomen magnæ insuper opinionis, magnæque erat apud omnes reuerentiæ, Dei insignis amator, & pauperum pius subleuator, cuius habitus, vultus & incessus disciplina virtutum erat, vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens corpus pariter animúsq; tendebat ad cœlum. Erat ergo Desiderius mente iustus, opere deuotus, caritate diffusus, hospitalitate solutus, in eleemosynis largus, D in prosperis & in aduersis cœlo semper intentus, qui præter alia imitanda exempla silentium, studium in tantum sectatus est, vt in domo, in conniuiis vix ridentia anhelantiáque verba quis percipere posset, sciens scriptum quòd, *corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ*, & quòd *in multiloquio non deerit peccatum*, proinde hoc valde mirandum, vt inter tantam hominum cateruam, tantum possit silentium perdurare, vt nemo in vocem prorumperet, nemo se in plausu auderet extollere; & hic timor non solùm in conuiuio, sed in omni loco conuersationis eius permansit, nullus vt Episcoporum maiorem hunc amorem, nullus super eum maiorem aliquando habuerit timorem: in ipsâ autem conuiuij passione tanta elegantia, tantáque affluentia suppetebat, vt omnes superabundarent, vt nulli nihil deesset, nulla necessitudo, nulla superuenientium mussitatio subriperet conuiuas. In domo vbi habitare vel discumbere erat solitus, ita sollicitè prouidebat, vt nullus ibi puluis errorem, nullus simus horrorem incuteret, non ibi canes fastidium animo, non sues tædium irrogabant, non alia huiuscemodi quadrupedia voluptuosa potiùs quàm necessaria intererant, non simius iocum, non histrio risum, non scurra cachinnum excitabat, sed totum locum grauitas, totum potentia occupabat, nam prædicta inepta ita semper odiosa habebat, vt si fortuitò quolibet loco canis vestimento eius appropinquasset, vel si domum in quâ degebat quamuis cursim intrasset, graue sibi discrimen allaturum iudicaret, vnde cùm à nonnullis pro hac obseruantiâ detraheretur, & carmina amatoria proferrentur, aiebat *non immeritò plus placet mundo, qui Christo displicet, si è mundo essemus, mundus vtique quod suum erat diligeret, nunc autem oculi mei ad Dominum semper quia ipse euellit de laqueo pedes meos, & mihi adhærere Domino bonum est, ponere in Domino Deo meo spem meam.* Quid plura loquendo immorer? nobilem iam insignémque in omni parte Ecclesia habebat, in plebe dabat in affluentiâ eleemosynam, parans sibi diuitias profuturas, thesaurum non deficientem in cœlis, studens *sibi facere amicos de inimico mammonâ, qui eum reciperent in æterna tabernacula.* Iam verò illius confabulatio & familiaris collocutio quàm esset sana, quámque dulcis, quàm efficax, vix dictu credibile, monebat iugiter subiectos Dei præcepta seruare, Dei mandata implere, castitatem custodire, caritatem fraternitatis diligere, inferni supplicia metuere, Paradisi gaudia desiderare. Inferebat autem docens quòd *magnis inimicorum circumdamur agminibus, ideò semper nos oportet esse sollicitos,* addebat

» addebat quoque quòd caro fragilis
» pugnat sola cùm pluribus, ideò exer-
» citatissimum pati oportet conflictum,
» & ne paueamus Helisæus hortatur
» dicens, quia *plures nobiscum sunt quàm*
» *cum illis* : memorabat frequenter
» quòd *humani inimicus generis rugiens*
» *sicut leo quærit quem deuoret*, & quòd
» non quærit homines infideles, sed
» de Ecclesiâ separare festinat, vnde
» & in libro Iob, *esca eius electa*, de
» quâ re verba Domini geminabat di-
» cens, *vigilate & orate ne intretis in*
» *tentationem*: necnon & Pauli monita
» sæpiùs ruminabat dicens, *orationi in-*
» *stantes, vigilantes in eâ, in gratiarum*
» *actione.*

» 16. Cùm autem irruptiones Genti-
» lium circumquaque audiret, dicebat,
» *nostris peccatis barbari fortes sunt, no-*
» *stris vitiis Romanum succumbit imperium.*
» *Infœlices*, aiebat, *nos quantum displice-*
» *mus Deo, vt armis barbarorum ira illius*
» *in nos desæuiat, pœnitentiam*, inquit,
» *agamus, vt tandem repropitiatus Deus*
» *misericordiam suam nobis tribuat in sem-*
» *piternum.* Præterea quantum fuerit
» Ecclesiæ Caturcæ in augmentatio-
» tionem rerum, & omnes penè no-
» runt, & ipsa possidens Ecclesia te-
» statur, multos quidem nobiles, mul-
» tos attraxit mediocres per quos Ec-
» clesia constat ditata, multa terra-
» rum compendia, multa villarum
» prædia adquisiuit, non quidem vni
» tollendo, sed benefaciendo, & co-
» emendo, eodémque attrahente,
» multáque beneficia affluenter tri-
» buente, Pobus, Agilenus, Dodo,
» Badigenus, Seuerus, Matregisilus,
» Nicasius, Dadinus, Abulnaus, Abre-
» mundus, Felix, Ausceldes, Gaure-
» tredes, Basona, Orontia, Nicetia,
» Afrania, multíque alij quos longum
» est narrare, res sponte suas donatio-
» ne Ecclesiæ dederunt, in quibus &
» ex quibus, præcipuè Bobila Sena-
» trix Romana quondam relicta, mul-
» ta rerum suarum Ecclesiæ eius, nec-
» non & monasteriis contulit, non so-
» lùm prædiorum ac villarum conla-
» tionem, verùm etiam ornamentorum,
» ac pannorum multam summam in-
» dulsit. Ipsáque in monasterio B. viri
» & in eadem basilicâ vbi ipse requi-
» escit, sepulturam emeruit : dedit ad
» ipsum monasterium pro oblatione
» vel loco sepulturæ suæ villas qua-

A tuor iuris sui, quarum vocabula sunt «
hæc, Villares, Venestria, Vinistri, «
Lingius, & Mauringus. Desiderius «
autem præter eos quos dulcedine «
& studio bonitatis suæ traxit, ipse «
quoque tanto se amore in Ecclesiæ «
Caturcæ ampliationem diffudit, vt «
quidquid ex parentum successione, «
quidquid regio munere, quidquid «
propriâ comparatione acquisiisset, «
eidem liberè per testamenti seriem «
delegaret, nam & Caderense de fis- «
co & pago Caturcino impetrauit, & «
B regio ex hoc præcepto perpetualiter «
Ecclesiæ obtinuit, exceptis at. 1. fri- «
mitabus q. suis & alumnis diuer- «
sis in locis concessit, Ecclesiæ Ca- «
turcinæ specialiter dedit. «

17. In territorio Caturcino dedit Vil- «
las.. in Albiensi verò territorio dedit «
villas Sessio, Tâtalio, Nosio, Lautrego, «
Petrogo, Terriniaco, Picio, Cer- «
ueano, Careciago, Marato, Buxio, «
Marinio, Caborinno, Grancialo, «
Marinamas, Aquimo, Marcialio, «
Erobenio, Faraialo, Blanciniaco, «
Galliaco cùm domo eximiâ, miræ- «
que magnitudinis comptâ infra mu- «
C ros Albiensis oppidi constructâ. De- «
dit per basilicas monasteriorum Ca- «
turcæ positas villas has : basilicæ S. «
Saturnini & S. Vrficini dedit in Clep- «
pio, Legidiaco & Thoerio, mona- «
sterio S. Stephani dedit villas Aqui- «
niaco & Cassiaco, basilicæ S. Mau- «
ricij dedit Dûnsiaco, Cambone, & «
Ossilingas, dedit Taxonias, & loco «
nuncupante Cercoexeno; basilicæ «
S. Iacobi dedit Maciaco, & Petro- «
lieco : basilicæ S. Martini dedit Dan- «
eciaco, Cepolia, & basilicæ sancto- «
rum paruulorum Iusti & Pastoris, «
Cornutio, & Cocurnaco, basilicæ «
S..... dedit portiones Malaritio, «
D Fascito, Polonio, & Costrio; basili- «
cæ S. Remedij dedit portionem Vi- «
lantreco, Carrecia, Semelingas, & «
Criscentio, basilicæ S. Eugenij de- «
dit villam Fosciaco : item basilicæ «
antedicti S. Martini Tensalas, & Par- «
nis, & Lalo, monasterio Cadurcæ «
sito vbi ipse in corpore requiescit «
dedit villas .... Marciliaco, Caru- «
niaco, Criscentio ... Prosemogo, «
Montiago.... dedítque ibi ex col- «
latione illustris viri Agiles, Pisciaco, «
* Gaucinico, & Marceliago : sed quis «
valeat digno canere præconio quan- «

ta pio optatu, quanti operis studio A Caturcinæ Ecclesiæ contulerit, quanta ob animarum medelam incitamenta, quanta ob corporum stipendia, exercitia gesserit, quod singulari studio ac penè inaudito ingenio omni tempore mœnia vrbis suo labore struxerit, quot villas omnes, quæ prædia, Ecclesiæ decorauerit, qui monasterij septa prærogatiuâ quadam dignitate in.... domorum amplitudine, & basilicarum admirandâ altitudine, ac volutionum ambiendâ pulchritudine, penè studio ac singulari fabricâ sustulerit, denique primam inibi more antiquorum basilicam præripiens, quadris ac dedolatis B lapidibus ædificauit, non quidem nostro Gallicano more, sed sicut antiquorū murorum ambitus, magnisq; quadrisque saxis extrui solet fundamentis, cui geminos summo porticus adiiciens opere adsimilauit. In quibus quidem & in cunctis Episcopatus sui statu, tanto se accinxit studio, & tanto effudit ingenio, vt quidquid ad vtilitatem ornatúmque municipij, ac prædiorum eius pertinet, exquisierit, ventilauerit, inuenerit, atque etexerit: & licet hæc magna sint consideratione sui, sed maiora illa sunt externa exercitia, quæ silentio magis quàm infirmo sermone C obumbranda erant. Cuius erat sensus pulcherrimi nectaris suauior, & digno canore vox dulcior; proinde nihil illius seueritate iocundius, iocunditate nihil illius seuerius, nihil visu tristius, tristitiâ nihil suauius; ita erat grauis in victu, vt hilaritas non deesset in animo, sermo silens, & silentium eloquens, vt ministri ipsius nutu potiùs, quàm voce affectus ipsius agnoscerent. Paulus quidem videbatur in vultu, & Petrus agnoscebatur in spiritu, illius austeritatem huius mansuetudine tempe- D rabat, ita vt cùm præsentiam eius vix sustineret, absentiam ferre non posset: habebat amicum fidelissimum quemdam nomine Aruanum, huic autem sæpissimè eleemosynam commendans, eius per officium in corda pauperum transmittebat, plerúmque autem ei tales sacculos cùm solidis ad erogandum tradebat, qui vix manu capi, leuarique possent, ista quidem occulta, & solo Deo conscio veluti quendam peculiarem

faciens in patriâ paradisi transmittebat, palam tamen erogabat, sed indesinenter eos pauperibus spargebat, abscondi quippe non poterat tam larga bonitas, & nimia largitas, támque proflua dispensatio. Iste Aruanus de genere Scotorum veniens multis annis sub cœnobio sancti viri, ac sub ipsâ basilicâ quâ vir beatus requiescit, vitam venerabilem duxit, vixit autem post mortem B. Desiderij annis plus minus quinque, demum obiens vbi vitam duxit, humatus requiescit. Sed dum venerabilis Aruani mentionem fecimus, dignum puto commemorare, quid per eius occasionem vir beatus ex Deo, dono prophetiæ experimento cognouit, siquidem & nonnunquam ex dono supernæ gratiæ ita longè positus prouidebat, vt in sui præsentiam gesta constarent: hinc est quòd rei eius quam narro testis existens, spiritum scilicet prophetiæ agnitum demonstrauit. Ergo studium erat huge egregio Desiderio de huius peregrini stipendio sedulam sollicitudinem gerere, ideò singulis diebus ex mensâ suâ oportunam ei alimoniam subministrare curaret: quadam itaque die consuetos cibos cùm panis & poculi subsidio per duos ei Clericos dirigere festinauit, quorum vnus Leodolenus, alter verò vocabatur Dracolenus. Clerici itaque ferentes ea quæ Episcopus viro Dei direxerat, dum iter carpunt, malo vtuntur consilio, & medio fermè viæ excursu, cùm se ab omnibus remotos conspicerent, gulæ concupiscentiâ vincuntur, denique tam suauitate ciborum, quàm vini fragrantiâ incitati, illecebrosæ gulæ consentiunt, promotíque eminus de viâ, inter condensas buxus residentes, ea quæ portabant comedere præsumunt, affluentérque vini ac cibi perceptione ventrem ingurgitant, exsaturatíque minimum quod esu superat, accuratè valdè recondunt, ita super se.... Post trium verò horarum spatium, vt putabant, à seruo Dei redeuntes, Episcopum adeunt, eíque velut innoxij assistunt. Verùm prior Leudolenus genu Præsulis exosculans, quasi ex viro Dei gratias referre, ac salutationes conatur exponere, cuius verba in medio fermè conatu præueniens Desiderius,

ſpiritu Dei ſibi reuelante: *benè*, inquit, *bellè mentiris, cur ita me fraudare voluiſti? patrem hodie Armanum minimè vidiſti, & quæ ei direxeram malè vſurpaſti, nunquid verò in præſenti adeçam, quando inter condenſos ſaltus reſidens, cibos quos Dei ſeruo direxeram comedebas? nunquid non præſens eram quando vinum bibebas, & panem edebas?* Cùmque adhuc ille defendere niteretur & culpam periurij adiectione cumularet, protinus ab Epiſcopo iuſſus foris trahitur, & pro geminatâ culpâ acriùs coërcetur, alterum verò qui erat minor tempore Epiſcopus retentum blandè demulcet, vt omnia ſibi quæ egerint, per ordinem manifeſtet. Clericus verò cùm ſe deprehenſum vidit, cuncta coram omnibus ſicuti geſta erant, & Epiſcopus iam prædixerat, expoſuit, & ita miſericorditer dimiſſus, ab vltione culpæ liber euaſit. Hæc autem cauſa multis demum & reuerentiam, & emendationem inſerit, vt nemo iam B. Pontifici mentiri præſumeret, dum nihil quiſquam ei latere præſumeret.

18. Deſiderius autem amplius quotidie in amorem Caturcinæ Eccleſiæ caleſcens, ipſam & hæredem habuit & hæredem inſtituit, denique ſub
643. anno decimo ſexto Sigiberti Regis teſtamentum condens, præter villas ſupra iam dictas, omne præſidium, cunctámque ſupellectilem quam habere potuit, ſanctæ matri Eccleſiæ Caturcæ dereliquit. De priſtino verò Eccleſiæ præſidio nihil minuit, ſed totum integrum illibatúmque reliquit, cui Eccleſiæ quàm humiliter, quàm .... quàm affectuosè & eadem obtulit, meliùs cognoſcitur, ſi verbis ipſius ſicut dixit & ſcripſit intimetur. Inter cætera verò, & ad locum in ſeriem teſtamenti ſui ita poſuit: *De præſidio*, inquit, *meo veſtimenta, ſcamnalia, menſalia, & electubilia, aurum vel argentum quod ex ſucceſſione parentum habeo, vel quod in Regis aulâ, & in ſeruitio Principum elaboraui, & mecum veniens detuli, quidquid exinde adhuc ſupereſt, quod in ornatu eſt, & quod ad miniſterium tuum ſancta mater Eccleſia non impendi, totum & ad integrum poſſidendum tibi relinquo, tuoque iuri dono, atque tranſſcribo, ac obſteſtor, vt nullus ſucceſſorum meorum quicquam exinde ex tuo gremio, ex quo tibi tu ornatum feci, vel tu theſauro tuo indidi, auferre præſumat. Argentum verò tuum, vel reliquas ſpecies, tuúmque præſidium, quod in tuo repoſito ſancta mater Eccleſia hæres mea totum inueni, ſaluum relinquo, nihil enim exinde expendi, nihil minui, nec vlli cuiquam dedi, ſed ſicut mihi eſt ſub oculis Dei traditum, ita totum ſaluum relinquo. Libros verò meos tibi matri Eccleſiæ, tibique Aduocato ſucceſſori meo commendo, ſemper quæſo virtute ſanctitatis tuæ ab inſidiis quorumcunque defenſentur, vt ſub tuo ſe patrocinio perueniſſe congaudeant. Pauperes autem tuos quos ego ſemper peruigili curâ enutriui, tibi commendo, precórque, vt tuâ ſanctitate, & Aduocati tui ſollicitudine alantur, & piè ſemper gubernentur, ſic quoque vt me abſente ſibi aliquid deeſſe non ſentiant, nec ſe doleant Paſtorem mutaſſe.* Huc vſque Deſiderius. Nos verò libenter fatemur, quòd nullum Eccleſia paſtorém poſt eius abſceſſum ſimilem ei habere potuerit: ſed interim iam à locutione ceſſandum eſt, iam præconiis eius hic finem pagella imponat, nunc ad terminum vitæ huius articulum deflectamus, & qualiter ab hac vitâ migrauerit, explicemus.

19. Rex Dagobertus decimo ſexto regni ſui anno adminiſtrato pacificè obiens, duobus filiis Clodoueo & Sigiberto regni ſceptra reliquit, & Clodoueus quidem regni Francorum, Sigibertus autem Auſtraſiorum regnum gubernauit; huius Sigiberti 17. regni anno, Epiſcopatus autem ſui 23 parat Deſiderius ſolum proficiſci, paternæ poſſeſſionis Albienſe territorium viſitare, profectus ergo nobili ſuo comitatu rura Albigenſium adiit, cúmque iam Dominus pro cunctis eum laboribus vellet remunerare, viſione miſſâ, accerſiri iubet, móxque febre correptus, cœpit deinde amplius ægritudine vallatus .... in villâ monaſterij ſui lecto decubuit, ſic ſenſim, paulatímque decora illa facies, & omnis pretioſi odoris dignitas corporis marceſcere cœpit, cúmque æſtuaret febribus, & venarum ſontes color hauriret, lapſo anhelitu triſte miniſtrorum frequentabatur.... proh dolor afflante auſtro lilij can-

A » dor, & purpura violæ in pallorem iam sensim migrauerat vniuersis flentibus, ipse valde fessus pio omnes hortatu consolabatur, & cùm esset fortis animo, in ipsâ quoque morte viriliter se agebat. Post tandem ergo vltimo omnibus vale dicto, & oratione ad Dominum transmissâ, sub die 13. Calendarum Decembrium vltimum spiritum exhalauit, subitus repente clamor totius villæ amplitudinem clangoribus repleuit, omnésque plateas currente nuntio confusus rumor obsedit. Quid multa? composito mox honestissimè corpore, feretróque indito iter arripiunt, B profectúsque est exercitus copiosus & multa populi turba in obsequio funeris: cúmque Albigensium rura præteriissent, & terminos Caturcorum penetrarent, mulier quædam quæ infestissimam dæmonis incursionem patiebatur, egressa à finibus illis, & pergens post turbam magnis & turbatis clamoribus prætereuntes fatigabat, cùm sæpissimè inclamatione nomen defuncti Præsulis ingeminaret, omnes ferè in sui admiratione cùm ingenti stupore con- C uertebat, donec post longum viæ circuitum ventum est ad prædium, cui vetus antiquitas Miliacum vocabulum indidit, vbi cùm numerosâ exequiarum frequentia ante corpus pretiosissimum Præsulis peruenisset, mulier turbatis clamoribus, omnem penè cateruam in maximo stupore adducebat, torquebatur enim immundus spiritus, quia virtute diuinâ illuc se videbat adduci, vbi maximam vim perpeti formidabat. Miliaco ergo corpore posito, mulier vexata spumans, & multùm se discerpens adsistit, cúmque vt ferus taurus vehementer debaccharetur, D & nunc toruis oculis, nunc pallentibus genis, nunc spumantibus ac trementibus labris, diuersis modis torqueretur, feretro tandem adiuncta prosternitur, mox autem vt supergesta velamina tetigit, diuino iussu fugatus dæmon aufugit, sicque ad gloriam Christi, & laudem Præsulis Desiderij mulierem sanam reliquit, ex quo facto, omnes qui aderant in admirationem conuersi, gratiam Christi, & merita Confessoris Desiderij glorificabant. Deinde ergo corpore leuato certatim progressi Vinciagum atque Aciagum.... Cúmque post tandem corpus pretiosum Caturcæ proximaret, coaceruatim populositas per diuersos aggeres obuiam extincto Patri processit, nullus monachus domi residit qui non obuiam Pastori procederet, lugebant autem omnes, confuso clamore clangebant, & inter diuersos gemitus hæc solùm verba resonabant, *Eheu Desideri*, *heu* clamabant cuncti *Pastor veni cur nos dimittis? cui gregem tuum commendas fouendum*: Clerus nimirum plangebat Patrem, Abbas Pastorem, paruuli nutritorem, senes tutorem, viduæ protectorem, pupilli defensorem, & vt breuiter complectar, tota eum ciuitas, tota simul planxit Ecclesia. «

Incipiunt miracula.

1. Perductus itaque ad .... monasterium, ac sepultus est in Ecclesiâ quam ipse, vt supra diximus, insigni opificio ex vtráque parte super .... tectis quadris ac .... ædificauerat, vbi diligenter humo tectus, æternâ in requie quiescit soporatus, vbique vallatus tumbâ surrecturus iacet in gloriâ: sed quibus post mortem miraculorum effulserit signis, dignum est me commemorare, & cùm vos desideratis, audite: Clericus quidam nomine Theudolenus dum vir beatus esset superstes, frequenter ab eo pro assiduis excessibus arguebatur, cúmque ille obiisset, vt dictum est, iam humatus extaret, prædictus Theudolenus exultans super eius morte, cùm cachinno exprobrationis elata verba ac conuitia protetua & iniuriosa non timuit iaculare, quæ contra statum suum loquutus, & diuinâ... se indignatione, ob iniuriam sancti, sensit demum iudicium, nam ex eo tempore mirandâ debilitate oppressus, omnes dies vitæ suæ cùm dedecore duxit, ita vt & officium manus dextræ amitteret, & à pedis gressu impediretur, & linguæ vsu denudaretur, siquidem tortus incedens ac turgidus, prauitatem tortuosæ mentis exemplo debilitatis monstrabat; nec passus est Dominus contumacem sui sancti Cleri interitu compendium mortis finiri, sed diutino flagello ad terrorem multorum rebellem.... coerceri. Quæ- «

» dam quoque mulier ex parte Caufunchâ Seoomagensie veniens, similiter super eius morte visa est exultasse, quòd & ipsa simili modo castigata non simili exitu perpessa est; nam diuinâ vltione.... neruorum subitâ contractione damnata est, adeò vt sicut Ericius compiicata in modum glomeri volutaretur, nullámque spiritus sui reqoiem neque per diem, nec per noctem compesceret, donec.... eiusdem consultum vororum sponso cùm piaculi satisfactione crederet. Die igitur aonuali depositionis eius aduentante, parentes contractæ fœminæ votorum mune- B ra simul cùm fœmioâ debilitate oppressâ beato Coofessori offerunt, quámque manibus ante sepulchrum proiicieotes suboixas preces cùm satisfactione piaminum importunè atque oportuoè ingerunt, & factum, cùm diu precibus insisterent, multúmque gemitibus satisfacerent, erecta mulier sanitatem recepit, atque ita ad domum propriam cùm magnâ iam hilaritate, maximáque suorum coogratulatione rediit, sicque factum est, vt quæ laborioso vehiculo fuerat adducta, libero gressu remearet: Gloria Christe tibi, tua sunt C opera; tua vbique fulgent magnalia, etenim quod serui tui faciuot, tuis beneficiis coosequuotur.

» 2. Post aliqua temporis curricula, mulier quædam ex prædi› Ecclesiæ Blandiacensis, quod adiacet fluuio Dornoniæ, cæca effecta, plurimum temporis laboriosè valde ducebatur: hæc quandóque Dei miseratione admonita in visione, sibi dicebat iussum, vt sepulchrum B. Desiderij medendi gratiâ expeteret: ducta itaque est ad vrbem, atque ad basilicam sancti viri à duobus filiis suis D oblata, vbi paruo spatio excubans, coofessore inrercedente, & æternâ Christi pietate largiente, lumine recepto ad propria remeauit, sicque factum est, vt quæ alieno ducatu cùm labore veoerat impingendo, proprio iam arbitrio, visu recepto gaudens rediret ad domum, siquidem cunctis stupendibus præibat exultans viam carpens, & viæ ducem alterius non requirens.

» 3. Inter hæc miranda res se memo- A riæ obiicit, quam diuino iussu actam reor, vt per hanc Domious clariùs ostenderet merita sui Antistitis, quam pretiosa apud eum coostarent. Cuius ob hooorem claritas miraculi emicuisset, cunctisque occasio ex petendæ medelæ oriretur, dum diuinâ actum pietate rem nullus ambigeret. Itaque dum baculos beati viri qui à Gallis Cambucia vocatur, ad caput sepulchri illius sedulè dependeret, quadam subitâ infusione madefactus, vberrimè guttas aquæ manare cœpit, ad quod miraculum multi aggregati ingeoti stupore tenebantur, admirati quidnam esset facto opus, quidam autem altioris consilii, quod medendi gratiâ, illud hoc fuerit, ex diuinâ præstantiâ datum denunciant, quod demum factum est; nam quoties ægri adueniunt, baculum ipsum aquâ perfusum ac tenuiter lauatum incommoditatibus datur, & multis per hoc sanitatis bona tribuuntur: adiiciatur etiam illud quod actus retulit miraculum actus.

» 4. Quodam itaque tempore Aredius Ruthenæ vrbis Episcopus fortissimâ ægritudine correptus, grauiter laborabat per dies plurimos, cúmque multimoda Medicorum argumenta ei sedulè impēderētur, nihil prorsus proficere poterant, sanctorū è diuerso adminicula quærebantur, sed nec sic recuperare valebat, nolebant enim sancti Martyres ei saoitatis commoda præstare, vt quanta esset in Desiderio virtus facillimè declararent. Aredius ergo afflictus cùm nullum perfugium in totâ vrbe suâ, nec per Medicorum industriam, nec per Sanctorum adminicula posset inuenire, randem per quinque mensium ad Caturcam vrbem atque ad auxilium S. Desiderij totâ menre se conuertit: acciro itaque viro strenuo vocabulo Thelano ad sepulchrum beati viri, Caturcæ sub oppido cùm muneribus dirigit, poscitque vt quamuis esset laboriosum, quaotocius pergeret, atque ex eo liquore aquæ, qui illic gratia sanitatis largitur, sibi deferret. Perrexit itaque ad ciuitatem Caturcam Thelaous, memoriā beati Desiderij adiit, munera intulit.... sancti viri lauari deposcit, cursu concito Ruthenis re-

» dixit, decumbentem atque in extre- A
» mis positum inuenit, quem .... sé-
» que sanitatem illi detulisse promisit:
» mira res & vehementer stupenda.
» Cùmque vasculo reserato aquam
» proferre speraret, vinum effluxit,
» tantáque flagrantia ex vase mana-
» uit, vt in grandi stupore, ingenti-
» que miraculo omnes conuerteret:
» tantus quippe eximij saporis odor
» inde processit, quantus esse inter
» vini sapidissimi vasa reserata solet
» sentiri: bibit ergo Episcopus cùm
» magno tremore & immensâ .... &
» cùm ipso hausto, mox sanitatem
» recepit, ac multo post tempore .... B
» mansit, nam ita celer subsequuta est
» sanitas, vt eo die cùm .... & amicis
» ad conuiuium publicum sederet, se,
» cúmque de Domini gratiâ, quam
» sibi per famulum suum concesserat,
» vehementer gratularetur: cúmque
» post aliquos dies vrbem Caturcam
» & Medicum suum grariarum iura
» soluturus inuiseret, ea quæ retuli-
» mus germano suo Agarno Episcopo
» referre studuit. Ille verò cùm men-
» te .... esset dubius, extitit, nec mora
» & vehementissimâ febre correptus, C
» non aliter sanari meruit nisi fre-
» quentissimâ repetitione, crebris &
» discurrentibus missis ad medelam B.
» Desiderij se se conuertens, ex corde
» conferret.

» 5. Alio autem tempore Frebrundus
» Abbas ac .... incedens graui tædio
» confectus per dies multos laborauit:
» tandem in visione bis, térque ad-
» monitus vt ad præsidium Beati totâ
» mente se conferret, eóque ad ....
» ad eius sepulchrum delatus esset, vbi
» sicut oportebat ionixus orationi in-
» sistens, Christi Domini misericor- D
» diam ex interno cordis affectu po-
» stulauit, post non multum verò tem-
» poris spatium diuinâ miseratione præ-
» uentus, medelam quam optauerat
» adeptus, sanus ad propria reuersus est.

» 6. Alio rursus in tempore Sacerdos
» quidam nomine Dracoleous graui
» ægritudine confectus laborabat per
» dies plurimos, in tantum, vt cibi per-
» ceptione penitus arceretur. cúmque
» 13 dies aderat, & sacerdos in febrium
» depastus sine cibo durabat, cùm eius
» repente incidit in mente S. Desiderij
» suffragia expetere, eáque ex medici-

nâ Loti Bacterij postulare: Ventum «
itaque ad eius sepulchrum est, me- «
dicina petita, salus impetrata, in villâ «
enim Cascamo æger decumbebat, al- «
latâ ergo medicinâ die 17. æger gu- «
stauit, continuò autem, cœlesti ro- «
re perfusus, conualuit, surrexit, co- «
medit, & sanatus est. «

7. Item alio tempore infantulus qui- «
dam nomine Mumolenus validissimè «
ægrotans, ad extrema penè deductus «
est, cúmque dies depositionis B. De- «
siderij instaret, nocte quâ laus vigi- «
liarum celebratur, à matre propriâ «
oblatus ante sepulchrum Antistitis «
proiectus, & non longo interuallo, «
Confessore orante, Christi gratiâ «
largiente, sanus factus puer, paren- «
tibus iã exultantibus redditus est Gra- «
tias tibi Christe saluator tua agimus «
creaturâ, & in minimis, & in maximis «
tua opera cognoscimus, & ideò re «
& in omnibus admiramur, & pro om- «
nibus laudamus. Tibi gloria in sæcula «
sæculorum Amen. «

8. Alio verò tempore adolescens qui- «
dam: deest reliquum Capitis octaui «
& initium noni .... prodesse solet «
ægro illi deferre exposcit, factúmque «
est, præcurrens autem eius seruus, cui « 9.
nomen Prosperius, ad sepulchrum san- «
cti contendit, custodem adiit, aggres- «
sus benedictionem exposcit, impetra- «
ta secum detulit, ægro imperriit, con- «
fidenter accipere monuit, quod cùm «
fecisset .... spiritus gratiâ largiente, «
recuperare meruit sanitatem, sed non «
solùm ad sepulchrum eius hæc signa «
gestare arbitramini. «

10. Pompegiacum dicitur prædium «
quod B. Desiderius à potentibus qui- «
bus personis caro pretio comparauit, «
Ecclesiæque ditiem adnectuit, q. I. «
ipsum locum, vtpotè carè coemptum «
mirificè diligebat, & plerúmque ibi- «
que ad manendum diuertere solitus «
erat: post mortem verò eius, incolæ «
loci in cubiculo quo pausare consue- «
uerat, vtpote magni flatum venera- «
bantur, præcauentes priuatorum ab «
eo frequentiam, & pecorum, canúm- «
que ingressus cohibere studebant. «
Clericus quidam vocabulo Bertus, «
illic quondam ad manendum ductus, «
caballum quoque suum in locum cu- «
biculi manere intromisit, quem cùm «

habitatores loci .... non possent, A eum tamen monere studuerunt, *ne stratum ipsum tenere præsumeret, quo dominus*, ioquiunt, *Desiderius pensauit, ideò pecus horridum hic intrare non debet*, quorum ille consilium leue reputans, dictúmque rusticorum paruipendens, in promptu neglexit sermonem, caballum quem sibi pretiosum habebat, ibi ad manendum constituit, & factum est cùm die crastino valde diluculo caballum ipse peruideret prostratum, per terram extinctum inuenit, & sic non sine... atque admiratione à loco illo discessit. In loco autem ipso arbuscula B quædam plantata vsque ad supremos parietes excreuit, quæ commodo incommoditatibus dicitur conferre, gloria tibi Christe qui ita seruos tuos nobilitare consueuisti, tibi semper gloria Nate cùm Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

11. Adiiciatur & illud quod moderno tempore gestum est miraculum in nuper transactæ Quadragesimæ. Oblatus est ad sepulchrum sancti Antistitis paruulus quidam nomine C Hidulphus, filius cuiusdam Edolæ, quem pestis atrocissima depastum penè in extremis deduxerat: cuius ob causam parentes afflicti, ad memoriam, vt dictum est, B. Desiderij properant, filiúmque penè exanimem proferunt ante sepulchrum, vota gratuita spondent, vbi Custos cùm parentibus oratione factâ, ex eo oleo quod coram sancto sepulchro habetur ægrum .... monétque irreuocabiliter fidem assumere, eáque de merito Præsulis sibi supra viros præsumere credidit. Ergo .... perunctus potatúsque abiit, & sanatus est, pau- D císque interpositis diebus munera votiua deferens, sanitatis suæ auctorem proluè magnificéque honorauit.

12. Pauci admodum fluxerant dies & ecce adolescens quidam Alamontus nomine, horrore cuiusdam morbi perfusus turgentium malandrorum, copia maxima in faciem scabridam & quibusdam pustulis obseptam æditus ostendit: cui Sacerdos cui id officium commissum erat orare .. & fidem de inento Præsulis monuit. Vt ergo oratum est, æger adstitit, cúmque ex oleo B. viri deformitatem, cunctám-que constructam congeriem perunxit: & ò mira virtus ita demum omnem putredinem fanici illius delibutis salubris succidit, emundauit, abstersit, vt nec vestigium quidem ei catricis vl'ius in facie remaneret Sed longum est verba per singula exarare, quanta ibi quotidie per Domini seruum sanitatis commoda diuersis ægritudinibus conferantur. Vnde his interim studiosè missis, ad clausulam iam præconiorum eius articulum coartemus: puto enim etsi sensum rustico prolixum teximus sermone, quod tantis meritis eius digna præconia oullateous æquiparare valuerimus, nam licet extemporalis dilectio absque ordine sensuum sine lenocinio & compositione sermonum, ex his tamen aduertere potestis, qualiter homo Dei à principio vsque ad finem peruenerit, & quanta bona, quantáque magnifica studiis ac meritis eius alumnæ plebi collata sint. In cuius abscessu gemioata calamitas protestatur. Nam Caturca vrbs quæ eo superstite florentissimè, opulentérque præ cunctis ferè vicinis vrbibus emicuerat, eius iam abscessu frequentibus bellis conuulsa, ad internemptionem penè deuoluta est, adeò vt ipsa quodammodo terra abscessum illius lugebat, & eius.... defleant, ac sicut possunt, proclamare videantur: *Eamus & nos & moriamur cùm eo*, siquidem continuâ pace, quâ in diebus eius Desiderij quidem, non suis meritis potita est, continuatis iam iocursibus, & innumeris pestilentiis depopulata gemiscit, ac rerum copiam & frugum opulentiam quam merita Desiderij vrbe aduexerant, eò migrante, simul quoque ablata sunt, & non absurdè cuncta cùm illo migrasse creduntur. Talem ergo patrem, talémque Pastorem dignum est vt boni colant, noxij timeant, prædicent fideles, mireotur sacerdotes; qui viuens inter peccatores ad hoc forsitan *raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*; & vt de iusto quoque scriptum est: *placita erat Deo anima eius, ideò properauit educere illum de medio iniquitatum*, ablatus ex irâ ex præsentis sæculi tenebris, eóque ex hac peregrinatione ereptus iure, sanctorum coetibus iungitur, quia tanto opere sanctorum officia, Ecclesiæque ministeria, diuersis me-

tallis, compendiisque obumbrauit, A cuius solertiam & industriam specimen parietes tui Caturca testantur, cuius diligentiam, elegantiam & studium Dominica vasa, vt supra iam diximus, diuersaque Ecclesiæ ministeria .... quibus mirabiliter dispositis, eisque .... patratis breuissimis titulis ea prænotari studuit. In quibusdam autem versiculis sic scripsit: *Desiderij vita Christus.* In quibusdam autem sic scripsit: *Desiderij tu pius Christe suscipe munus.* In aliis autem ita: *Accipe Christe munera de tuis tibi bonis oblata.* In aliis quoque ita: *Suscipe sancte Deus quod fert Desiderius munus,* B *vt maiora ferat viribus ac de suis.* In aliis: *Hæc est sapientia sapientium profundi sensus.* In aliis verò abbreuiatum illud dictum: *Sapiens verbis innotescit paucis.* Meritò ergo Ecclesia Caturca hunc sanctum virum diliges, qui te singulariter supra cunctos parentes dilexit, & omnem affectum qui parentibus debebatur, 10 vsus tuos transtulit. Meritò, inquam, diligis, qui te sic amauit, vt amicis præponeret, alumnis præferret, ornamentorum mobilia, æterno amore consignaret, qui cùm Domino tibi soli viueret .... C tuis militaret, soliditatem tuam toto adnisu procuraret, quã de re desiderandus semper tibi est, deque absens non lugendus quasi mortuus, vt illum expectare, non amisisse videaris. Noli ergo plangere quem de morte credis ad vitam migrasse, nec doleas quod talem amiseris, sed gaudeas quòd habueris, imò & habes, obligatóque parumper .... audi iam laudes eius, cuius semper hortatu commonita, cuius exemplis accensa es. Desiderius tuus, imò noster relictâ iam Ægypto & .... scalam conscendit Iacob, Cedar supergressus secu- D rus decantat: *Sic vt audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri.* Relictis inquam tenebris, hoc enim Cedar interpretatur, portat crucem suam & sequitur ipsum, nec de crastino cogitat, nec post tergum respicit: *Quod in lachrymis seminauit, iam in gaudio metit, seminauit in spiritu, & de spiritu metet vitam æternam:* securúsque iam cantat: *Domine conuertisti planctum meum in gaudium tuum, conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitiâ.* Et illud: *Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus.* Quapropter Ecclesia Caturca, licet vehementer sit contrita, licet innumeris cladibus ac sæpè conuulsa, gaude tandem & secura esto, quod magna hæreditate ditata es: secura inquam esto, & dic Domino: *Non contristor quod recessit, ago gratias quod dedisti, quippe minuit omnia, gratias ago tibi quod talem nobis dedisti Pastorem, talem nostris temporibus procurasti Aduocatum, qui dignè pro nostris peccatis possit interuenire, & ad clementissimas aures tuas preces ingerere.* Quia iam finem liber postulat, sermo cohibendus est, nobisque magis innitendum, vt ad exemplum sancti viri viuere elaboremus, cuius exemplo gaudeamus, quàm fuerit feruentissimæ fidei, qui non solùm diuitias & omnia (quod apud multos impossibile videatur) sed seipsum Domino obtulit, tradidit, dedicauit, qui contra diaboli tergiuersationem nequaquam *pellem pro pelle*, sed carnes & ossa & animam suam Domino consecrauit, quantum possemus iungamur ei spiritu, frangamur affectu, & fortitudinem mentis quam ipse ostendit in opere, nos imitemur in corde illum, inde fessè nostra vita sequatur illum, non pagella decantet, illum cunctæ literæ sonent, quem videre non valemus, recordatione teneamus, & cum quo loqui non possumus, de eo nunquam loqui desinamus. Hoc tibi Desideri venerabili ingenij mei munus obtuli, hæc tibi dilecta libens consecraui, hac ratione, vt noster sermo processerit, te laudauerit, te Caturci positum lector agnoscat. *Explicit vita S. Desiderij Episcopi & Confessoris.* Huius Desiderij epistolæ extant tom. 5. Antiquarum Lectioo. Henrici Canisij, & apud Quercetanum tom. 1 Histor. variæ ad eum scriptæ recensentur.

13. CAPUANUS sedit ad an. 660 aut circa, huic enim loco adscribendus videtur post Desiderium, non vt habet Crucius ad ao. 440. quippe in vetusto exemplari vitæ S. Sacerdotis Episcopi Lemouicensis, ab eo sacris imbutus fertur: huius hæc sunt verba: *Traditus est puer, Sacerdos, Sancto Capuano Caturcensi Episcopo, viro inter Præsules Aquitaniæ præcellenti, vt eum litteris & christianâ instituceret disciplina. Sic igitur iam nominis dignitate, parentum nobilitate, dono Regio, sanctique Præsulis magisterio dilectus Domini Sacerdos* 660.

cerdos decoratus est in infantiâ : vnde venerabili Capuano , sub cuius degebat magisterio admodum carus erat, & ei semper assistens , doctrinam quam ab eo hauriebat , in suo pectore recondebat. Memoratus autem Capuanus Episcopus per Angelicam admonitionem ordinauit eum Leuitam.

14. S. AMBROSIVS rexit Cathedram Cadurcinam tempore Pipini Francorum Regis , vt indicat vetus Sanctorale Caturcense , cuius fragmentum legere est apud Crucium. Auarici habet Ecclesiam parochialem , & Abbatialem Canoni- B corum Regularium S. Augustini : inscribitúrque fastis Romani martyrologij 17. Octobris vbi legitur : *In territorio Bituricensi sancti Ambrosij Caturcensis.*

15. AYMATIVS collocatur in dip-
770. tychis Pontificum anno 770.

16. ANGARIVS , cuius mentionem facit vetus membrana monasterij Figiacensis de permutatione Cellulæ Louante D. Martino sacræ, in quâ fundata est Abbatia , inter eum Episcopum & Pipinum Aquita- C niæ Regem cùm eâ subscriptione:
» datum 4. Cal. Iunij anno 6. Imperij
» Ludouici & 7. regni nostri. Annotare hîc haud erit inutile, in vitâ S. Desiderij fieri mentionem Agarni Episcopi Ecclesiæ Cadurcensis, cùm agitur de miraculis eius & sanitate virtute Sancti redditâ Vero Ruthenæ vrbis Episcopo, sic enim loquitur: *Cùm post aliquot dies Vrbem Cadurcam & medicum suum gratiarum iura soluturus inuiseret , eis quæ retulimus germano suo Agarno Episcopo referre studuit. Ille verò dubius extitit , nec mora & vehementissimâ febre correptus , non* D *aliter sanari meruit , nisi frequentissimâ repetitione crebris discurrentibus missis ad medelam B. Desiderij sese conuertens, ex corde conferret.* Fortassis ergo pro Angarno scriptum est in tabulis Ecclesiæ Cadurcinæ Angario.

17. VILLELMVS I. subscriptus
876. anno 876. Canonibus synodi Pontigonensis : memoratur & in Cartâ Abbatiæ Bellilocі in Lemouicino, quâ Frotarius Bituricensis Archiepiscopus anno 887. concedit res pro- A prietatis suæ in Comitatu Lemouicino , villam nempe Orbaciacum Garulfo Abbati, cui priuilegio subscripsit Vuillelmus.

18. GERARDVS I. sedit an 917. 917.
ex vetusto exemplari.

19. S. GAVSBERTVS viuebat ad annum 945.

20. STEPHANVS I. floruit circa
an. 959. huius memoria occurrit in 959.
tabulâ Ranulfi , de dono Ecclesiæ S. Mariæ de Artellis cœnobio Figiacensi.

21. BERNARDVS Vicecomitis de Combornio auunculus , ex Abbate Belliloci & S. Petri Solemniacensis in Episcopum postulatur, genere claro oriundus, parente Hugone, de quo enarrat his verbis Aymo Floriacensis lib. de vitâ S. Abbonis cap. 10. *Bernardum pater Hugo haud infimo inter proceres Aquitanicos ortus loco , ex copiosâ filiorum catervâ Deo obtulerat ad seruiendum : ac ad Floriacense sancti Patris Benedicti cœnobium miserat literis imbuendum. Quem hic totius bonitatis plenus Abbo , ex præcepto Abbatis sui honorabilis Richardi susceptum valde dilexit , & in quantum temporis oportunitas adrisit , liberalibus artibus erudiuit. Sed idem Bernardus, non longo annorum interiecto spatio , à patre suo euocatus , Solemniacensi Abbatiâ quam sanctus quondam construxit Eligius , est donatus. Ac non multò post Bellilocensem locum , quem eius genitor iure belli, armisque conquisierat victricibus , est adeptus. Cui cùm Vuilelmus Comes Tolosanus , Caturcensem Præsulatum quem nunc regit, committere disposuisset , & ob hoc tam ipse Comes , quàm & Archiepiscopus Bituricensium , sub cuius diœcesi eadem Ecclesia consistit , non minimam pecuniæ summam ab eo exigerent, ad hunc alumnum suum, sanctum dirigit Abbonem , quid facto opus esset interrogans, ad quem ille caritatiuam direxit epistolam ita se habentem. Quia te diuina pietas seruum suum multis honoribus admodùm extulit , quot virtutum prærogatiua adeò excolis , vt te imitabilem præbeas pluribus bonis : hortor & admoneo vt tuæ memor professionis illos gradus excellentiæ appetas , in quibus Dominum non offendas.* Post aliqua Aimoinus de

itinere Hierosolymitano verba faciens, subiungit: *Bernardus tandem aliquando bonorum huius vitæ pertæsus, videns multorum frigescere caritatem, & ideò superabundare iniquitatem, deliberauit animo, relictis omnibus quæ possidebat Hierosolymam petere. Quod iter, à patre eius, pœnitentiæ voto, ante omnes ferè in hoc tempore Galliæ habitatores coeptum, ac percursatum fuerat. Nec tamen hoc absque sui sententiâ, didascali, aut consilio, perficere disponens, ad Floriacum venit monasterium, secreta cordis sui, huic suo totius bonitatis patefacturus magistro. Ille, Hierosolymitano interdicto itinere, ne omninò eius voluntati contraire videretur, Romam petere, montem Garganum adire concessit.* Hactenus Abbo.

22. DEODATVS, vel DEVSDEDIT
1000. anno 1000. interest dedicationi Ecclesiæ sancti Saluatoris Lemouicensis 1028. & synodo Lemouicensi 2.1034. in cuius sess. 2. refertur eius oratio quam habuit de negandâ excommunicatis Ecclesiasticâ sepulturâ: fato functus circa an.1040.

SIMONIS. 23. FVLCO SIMONIS interest dedicationi Abbatiæ Moissacensis.

24. STEPHANVS I. cui largitur Vrbanus Papa 2. diploma in fauorem monasterij Figiacensis Laterani 5.
1093. Idus Februarij 1093.

25 GERALDVS II. instaurator Ordinis Canonici in basilicâ S. Stephani, vti palam habetur ex documento tabularij Caturcensis, quod Priori Gosberto dirigitur, & Vrbanus hisce verbis loquitur: *Vobis, vestrisque successoribus, in eadem religione permansuris ea omnia perpetuò possidenda sancimus, quæ venerabilis frater Geraldus Caturcensis Episcopus ad gubernationem vestram noscitur contulisse. Ecclesiam scilicet S. Iuliani de Guenià, S. Petri de Montato; prouentus villæ quæ dicitur de Pradinis, medietatem oblationum ex altari S. Stephani, medietatem census monetæ Caturcensis, quæ Episcopo competere videtur, tertiam partem paratarum quæ per parochiam solent Episcopo comparari; & cætera omnia quæ idem Episcopus vel iam vobis contulit, vel in futurum est largiente Domino collaturus:*
1096. *datum Romæ an. 1096. Vrbani 2. Papæ* 8. Cessit Ecclesiam S. Martialis de Beyssaco Geraldo Abbati Bellilocensi 1107. quod donum posteà Raimundus Turenæ Vicecomes ratum habuit mense Septembr. 1118 anno 1118.
prædicto 1107. Decanatum, & Ecclesiasticas dignitates Ecclesiæ Viganensi attribuit.

26. GVILLELMVS II. viuebat anno 1113. & 1130. ex tabulis Abbatiæ S. Marcelli in hâc diœcesi: eodem instante Viganense cœnobium nouis priuilegiis condecoratur auctoritate Petri de Castrâ Metropolitani Bituricensis cartâ anni 1143. 1143.
adeò vt sint expungendi è diptychis Raimundus & Gofridus, auctore vel ipsómet Cruceo in Caturcensi Pontificio.

HECTOR. 27. GERALDVS HECTOR III. anno 1150. interfuit benedictioni basilicæ S. Germani de Pratis Lutetiæ pridie Cal. Maij 1163. ab Alexandro 3 Papâ peractæ, & Lateranensi Concilio 1179. cùm Garino Archiepiscopo Bituricensi: multæ illius nomine tabulæ obsignatæ reperiuntur annis 1157. 1159. subscriptio an. 1164 est 1159.
huiusmodi: *Ludouico Rege Franc. Gerardo Hectore Episcopo Cadurcensi, Henrico Rege Angliæ cùm Raimundo Comite litigantibus inter se*; est nimirum tituli fundationis Abbatiæ S. Marcelli chirographum, per Ademarum Vicecomitem de Bruniquel constructæ. Porrò chronicon Gauffredi MS. de eo sic ait: *apud Beneuentum fecit ordines in vigiliâ Mathæi Apostoli Geraldus Caturcensis Episcopus an. 1166.* 1166.
qui perseuerauit in Episcopatu plusquàm quinquaginta annos: paulò mox subdit Henricum Regem Angliæ apud Martellum decumbêtem inuisisse, ex quâ ægritudine vltimum diem obierit: Interest autem reuelationi corporis S Stephani de Mureto apud Grandimontem 1189. & an. 1190. admisit clientelare iuramentum Raimundi Vicecomitis Turenæ pro feodo de Brassac, empto à Guillelmo Vicecomite Caluiniaci. Dono accepit ex gratiâ Cælestini Pontificis prouentus apud Rupem S. Amatoris rescripto Laterani Cal. Februar. anno 6. Mortuus autem circa annum 1200. quiescit in Abbatiâ Grandimontis cùm Epitaphio subsequenti: 1200.

de e... ... Scriptorem chronici Grandimontensis quod penes nos extat, in hunc modum loquentem: PRIOR & ...tum Capitulum Grandimontis vniuersis inspecturis salutem. Notum fieri desideramus, quòd cum æterna dignus memoriâ Geraldus Caturcensis pro sua suorùmque omnium, pro ... us ips... quacunque ratione tenetur salute, plurimum sollicitaretur, attendentes illius donationem, & deuotissimam quam semper ad nos, & nostrum Ordinem præ omnibus exhibuit dilectionem, concessimus & concedimus iam dicto venerabili domino Geraldo Episcopo, & patri eius & matri, suis auunculis, Episcopis videlicet Lemouicensibus Eustorgio, & domino Geraldo, æternâ memoria dignis, & domino G. Abbati Tutellensi, de communi Fratrum nostrorum assensu & voluntate speciali volumus atque præcipimus, vt Missam in Grandimontensi Ecclesiâ cunctis perpetuo diebus pro eis statuimus celebrari, nisi proprietas impedierit &c. Hic Geraldus Grandimontense monasterium magnis sumptibus ampliauit, & redditibus annuis augmentauit: tandem ibi elegit suam sepulturam in medio Chori Ecclesiæ, cuius epigraphe sub Laminâ cupreâ, talis prostat:

Respice qui transis, qui eras incertus es, an sis,
Et quàm sit presso tibi mors; ex me memor esto.

In sinistrâ parte sepulchri leguntur hi versus:

GERALDVS *iacet hic Præsul venerabilis ille,*
Quo Caturcensis fides fulsit inclyta villæ,
Qui viuens Domino placuit sibi semper adhærens,
Semper quæ Christi fuerant, non quæ sua quærens:
Vir simplex, rectus, Dominum metuens sine fraude,
Promptus ad omne bonum, dignúsque per omnia laude,
Forma gregis, tutor patriæ, protectio Cleri,
Virtutis speculum, via morum, regula veri.
Qui cùm despiceret mundum cum paupere Christo
Pauper obire loco tandem decreuit in isto.

In dextro latere extant item hæc carmina:

A *Quisquis adhuc curas periturus ... perituras,*
Atque cor induras ad res nunc, siue futuras,
Nosce quid es, quid eris, qui forsan eras moriturus,
Qui viuens moreris, tran... cum stare videris.
Si centum decades annis, quos vixeris addes,
Non tamen euades, quin te trahat vltima clades.
Quæ magnum modico, quæ iustum coæquat iniquo,
B *Nec differt medico, nec cuiquam parcit amico.*
Ergo vigil cura, tibi sit meminisse futura,
Quoue recessura caro sit, post non reditura.
Anima eius in æternâ pace requiescat, Amen.

28. GVILLELMVS III. eandem rexit Ecclesiam 1206. ex cartis autem Moissiacensibus vacabat Sedes 1208.
anno 1208.

29. GVILLELMVS DE CARDAILLAC IV. Bertrandi domini

CARDAILLAC.
De gueulle au lion d'argent, armé lampassé, & couroné d'or.

C de Cardailhaco, & Helenæ de Combornio, Archembaldi eiusdem loci Vicecomitis natæ, filius: stirpe nobilis inclaruit, ac generosi animi pro debellandis Albigensibus hæreticis egregia specimina protulit: Raimundi etenim Comitis Tolosani, hæreseos in his partibus præcipui fautoris conatus repressit, ac post plurimos de fide tuendâ exantlatos labores, Comitatum Cadurcensem à Rege promeruit, præstitâ tamen priùs clientelâ, eóque pacto Comitatus Cadurcensis ad Episcopos deuolutus est. Regebat Episcopatum
D iam ab anno 1209. dein iuramentum 1209.
hominij exhibuit in hæc verba: PHILIPPVS *Dei gratiâ Franciæ Rex, nouerint vniuersi, quòd dilectus & fidelis noster Guillelmus Cadurcensis Episcopus ad nos accedens, homagium & fidelitatem obtulit. Nos autem habito cùm fidelibus nostris consilio, eundem in hominem nostrum recepimus de Comitatu & ciuitate Cadurci, & de ipsius pertinentiis, & de omnibus aliis de quibus tenens erat eâ die quâ ad nos venit, propter illud homagium faciendum. Et sic homagium ligium nobis fecit & fidelitatem. Ad hoc*

& eidem concesimus, ut si de usde quibus ius suum reclamabat, quod Comes Tolosanus & alij ipsi disforciabant, aliquid per se vel per amicos suos posset recuperari, benè nobis placeret. si quid verò ad manum nostram deuenisset, vel alius acquireret super quem posse haberemus, si prædictus Episcopus exinde requireret, ius eidem, & usus, & consuetudines Franciæ super hoc faceremus. Actum Parisiis anno 1211. mense Octobri.

1211. Alteram professionem obtulit Ludouico Regi Parisiis 1223. mense Februario. Sed & cùm ciuibus Cadurcensibus de cudendâ monetâ argenteâ priùs pactus fuerat, codicillis an. 1212. quam nobilem prærogatiuam posteà pignori dedit Consulibus & Vniuersitati ciuitatis, pro sexies mille solidis monetæ, instrumento scripto Cadurci in vigiliâ Natalis Dom. 1214. Huius curâ & studio euocantur Franciscani ac Dominicani in vrbem 1226. necnon Sanctimoniales B. Claræ. Guillelmum eundem de Cardaillhaco aduersùs Albigenses præclaris facinoribus conspicuum, palam habetur ex Petro Vallium Sernaij monacho, Historiæ Albigensis cap. 55. cuius hæc sunt verba: *Venerat ad ipsum Comitem* (Montisfortis) *Caturcensis Episcopus missus à nobilibus territorij Caturcensis, supplicantibus vt accederet ad eos Comes, & ipsi constituentes eum dominum, ab eo acciperent terras suas: Comes autem Tolosanus dominium habuerat in territorio Caturcensi.* Mox subdit cap. 57. eius fortitudinem in victoriâ quâ Crucesignati Comitem Fuxi ad arcem S. Martini profligarunt: *Hic adiiciendum quòd Episcopus Caturcensis, & quidam monachus Cisterciensis, qui de mandato Abbatis Cistercij de negotio Iesu Christi curam gerebant, veniebant cùm Marescallo, qui videntes hostes venientes, bellùmque imminere, cœperunt hortari nostros, vt viriliter se haberent, promittentes firmissimè quòd si tam glorioso certamine pro fide occumberent Christianâ, remissionem adeptè peccatorum, omni statim gloriâ & honore coronati mercedem reciperent sui certaminis*: & infra: *Insequentibus nostris fugientes aduersarios, & extremos quosque cædentibus, facta est hostium strages magna: de nostris autem non occubuerunt ampliùs quàm triginta, cùm de inimicis innumerabiles fuerint interfecti. Nec prætereundum quòd Martinus Algais in primo insultu de bello resiliens fugere cœpit, quem venerabilis Episcopus Caturcensis qui prope erat, fugientem videns, & quid faciem esset requirens, mortui, inquit ille, sumus omnes, quod vir Catholicus non credens, ipsumque duriùs obiurgans, redire compulit ad certamen.* Guillelmi obitus consignatur in necrologio Capituli 8. Idus Februarij anno 1234. 1234.

30. PONTIVS DE ANTEIACO ex Sacristâ Ecclesiæ Caturcensis Guillelmo successit: in Prædicatorum familiâ Cadurci fouendâ, fratrumque beneficiis locupletanda plurimùm laborauit: Ipso annitente donatur Grandimontensibus Religiosis ab Aimerico de Gordonio ... toparchâ quoddam fundum tabulis anni 1235. mense Septembri. Reperitur & pactum illius pro domo ... de Belaiq, & aquis Oldi fluuij e... alluentibus. Testamentum scripsit 1236. quo legat Ecclesiæ S. Stephani ius suum in villâ de Albaribus. De eo sic fragmentum libri obituariorum Cadurcensis Ecclesiæ: *Anno Domini 1236. obiit dom. Pontius Episcopus Cadurcensis 13. Cal. Maij pro cuius anniuersario Bartholomæus Archidiaconus Cad. frater suus acquisiuit redditus annuales, quos Sacrista Cadurc. qui pro tempore fuerit, debet tenere, & de ipsius redditibus dare in die obitus cuilibet Canonicorum qui præsentes adfuerint 12. denarios, & Archidiacono Maiori 2. solid. Sacerdotibus verò residentibus cùm Canonicis cuilibet sex denarios, aliis verò Sacerdotib. de villis, qui ad Missam & processionem fuerint cuilibet 4. denar. & debet oblationem generalem dare in Ecclesiâ ad Missam.* 1235. 1236

31. GERALDVS DE BARAS ex nobilibus toparchis Barasci in superiore Cadurcino, haud procul Figiaco, ex Archipresbytero Pr... giaco confirmatur à Philippo Archiepiscopo Bituricensi, à quo dicitur vir nobilis, prouidus, & discretus 1237. 1237. quo tempore pactum init mense Ianuario cùm ciuibus pro religionis Catholicæ cultu. Subscriptus habetur instrumento pro villâ Montalbani 1242. eodem an. admittit clientelarem professionem Geraldi à Raterio de Caussadâ pro Baroniâ Caussadæ, & Vicecomitatu Montiscl...ri:

...1245 mense Decemb. Ecclesiam B. Petri de Orris vnit monasterio Sanctimonialium B. Mariæ Deauratæ: biennio post, lite ortâ cùm Consulibus ab Innocentio IV. Pontifice vocatur in controuersiam, super temporali iurisdictione ciuitatis Cadurcinæ, coram Ioanne S. Nicolai in Carcere Tulliano Cardinale; deinde in negotio iuris monetæ literas de-
1246. dit apud Cadurcum 1246. Adest autem Raimundo Tolosano morienti, cuius testamenti cùm aliis Præsulibus statuitur executor, dato diplomate apud Amillauum 9. Calend. Octob. 1249. Vitam cùm meliore commutauit 1250. quemadmodum Obituarij Cadurcensis Capituli testantur hu-
1250. iusmodi verba: *Anno Domini 1250. 5. Idus Maij obiit dom. Gerardus Barasci, pro cuius obitu dom. Guillelmus Barasci nepos eius obtinuit penes Cadurcense Capitulum, quòd dentur 100. solidi annuatim die prædictâ, quos debet soluere ille qui tenebit domos dom. Guillelmi. Obiit verò nepos ille anno 1282. 9. Cal. Iulij, cùm eodem priuilegio obtento à Capitulo ob domorum illarum meliorationes. Situs verò est Dom. Geraldus in Capellâ B. Mariæ in dexterâ parte iuxta parietem. Itaque sederit ab ann. 1236. ad 1250. quatuor supra decem annos.*

32. BARTHOLOMÆVS Innocentij 4. Papæ familiaris, Romanæ Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ negotiis intentus, ad Episcopatum Cadurcensem euehitur bullâ datâ Lugduni 5. Cal. Aug. Pontificatus 8. laudatus à Papâ hocce elogio; *Vtique*, ait, *secundùm cor nostrum, morum honestate decorus, litterarum scientiâ praditus, & consilij maturitate præclarus: qui diu apud Sedem Apostolicam sic est laudabiliter conuersatus, quod nobis & eisdem fratribus suæ prærogatiuâ virtutis carum se reddidit plurimùm & acceptum, Apostolicæ Sedi valde vtilem, nobis & Ecclesiæ Romanæ substraximus, vt eum vobis & prefatæ Ecclesiæ præberemus, nostrum incommodum, vt vestrum procuraremus commodum.* Quàm verò pronâ esset in eum animi voluntate pater, quòd paulò post illum immunem facit à quauis Ecclesiasticâ censurâ, præterquam Romani Pontificis, aliâ bullâ 6. Id. Aug. eiusdem anni. Iste ad restaurandam Cathedralem basilicam animum intendit, & de Canonicis qui à regulari norma S. Augustini instituto exciderant, ad sæcularem statum reuocandis, factâ ipsi potestate per Apostolicæ Sedis priuilegium, quo numerus Canonicorum ad viginti quinque reducitur, datum est Cadurci 1250 mense Febr. 1250.
Ei donauit ius conferendi præbendas in Capitulo Alexander Papa Anagniæ Cal. Iulij Pontificatus 6. deinde 1254. Ecclesias de Cabanaco, de Nazerato, Varazaco, aliasue cùm Capitulo permutauit. Porrò Regi iuramentum hominij præstitit apud Amicium pro Comitatu Cadurcensi 1258. & 1260. Monialibus Deauratæ cessit 1260.
Ecclesiam S. Dierij, ac Religiosis Cisterciensis regulæ in Lazierensi oppido, extruxit monasterium assensu Capituli, cartâ dotationis Cadurci editâ an. 1272. Fecerat pactum cùm Bertrando Abbate Moissacensi de mutuâ commutatione, vt videre est apud Cruceum qui de vitâ Bartholomæi fusè scripsit. Mortuus Nonis Septemb. 1273. ab eo tempore ad annum vsque 1280. vacauit Sedes Pon- 1273.
tificia, interim Rex Philippus indulsit Capitulo omne ius Regaliæ Parisiis, diplomate anni 1279. mense Februario.

33. RAIMVNDVS DE CORNELIO I. ex Archidiacono Cadurcensi Episcopatus curam assumpsit 1280. quo anno fidem Consulum ciuitatis admittit 10. Octobris, vti & nobilium vassallorũ diœcesis, quorum hominia in instrumentis Episcopalis archiuij asseruantur. Anno 1283. litem inter Gerardum de Rupe Priorem de Moleriis dirimit, & 1285. subscriptus habetur Canonibus synodi Bituricensis. Hoc eodem anno Cathedrali ad resarciendam ædem maiorem dona uit omnes prouentus Ecclesiarum à diœcesi vacaturarum, apud Cadurcum in synodo post festum Pentecostes; biennio post Vicanensem Ecclesiam nouo censu adauxit; & scholastriæ Canonicatum annuente Capitulo adiunxit 1288. Eius tempore fundantur in vrbe Clarissæ, ac Fratres Carmelitæ. Obiit 1293. quod declarant Necrologij verba: *Anno Domini 1293. 11. Calend. Octobris obiit bonæ memoriæ dominus Raimundus de Cornelio Cadurcensis Episcopus, pro cuius obitu sunt per Capitulum assignati*

Cornelio. 1280. 1288.

centum solidi super domibus olim suis, quas ipse dum erat Archidiaconus Cadurcensis ædificari fecit, quæ domus cohærent cùm domibus Episcopalibus, & dictos 100. solid. debet soluere annuatim in die dicti obitus ille qui pro tempore dictas domos tenebit. Terræ mandatus in Capellâ Cathedralis quam fieri curauerat.

MONTAGV. Ecartelé au 1. & 4. d'azur à 3 fasces d'or. Au 2. & 3. écartelé d'azur & d'argent.

34. SICARDVS DE MONTAGV frater Armandi Equitis, Castri Lienardi toparchæ, post interpontificium quinque circiter mensium, è Canonicorum gremio ad infulas vocatur 1293. 7. die Martij. Nobiles ad clientelæ iuramentum adegit, eiusque nomine in archiuio extant scriptæ tabulæ annis 1294. 1296. & 1298.

1294. Cùm Capitulo disceptauit super bonis Canonicorum qui ab intestato decedebant, quemadmodum affirmatur in diplomate illius Cadurci dato 1297. Castrum Montispesati de nouo ædificauit ex codice membraneo priuilegiorum Episcopalium: Tandem fato fungitur anno 1299. vacabat quippe Sedes 1300. ex tabulis Capitularibus: elegerat sepulturam in Capellâ à se conditâ in Cathedrali Ecclesiâ sub inuocatione B. Blasij & S Catharinæ, codicillis apud Mercuesium castrum obsignatis die Martis ante festum S. Mathiæ Apostoli mense Septembri anni 1289. Sepultus in templo S. Stephani à dextro latere Chori in sacello, prostat autem sub tumulo lapideo Pontificis figura, cùm hac inscriptione, quam nobis pro suâ humanitate & diligentiâ transmisit dom. Leo Godefridus Ecclesiæ Montispesati in Cadurcis Canonicus: *Infulata effigies, quàm stratam cernis, deuote Lector, suppositos hoc sarcophago iniuriâ temporum obliterato, adumbrat cineres, extremo seruandos iudicio præstantissimi quondam Præsulis Cadurcensis* SICARDI DE MONTEACVTO, *si quæris curiosè defuncti parentes, nobilibus Vitali de Moneacuto Milite & Hermengardi de Montelanardo satus, stemma nobilitatis ex Alexandro atauo filio Hugonis secundi Ducis Burgundiæ, inclyto Capetorum sanguine splendidus, & ex Margaretâ vxore Alexandri filiâ, & herede Lamberti Comitis de Monteacuto Remensis diœcesis, filij celeberrimi Comitis Conchis, cuius fælici & pio consilio capta fuit Hierusalem à Godofredo Bullioneo Duce Lothariensi, illius sororio, magni Bonifacij Corsicæ Insulæ Marchioni & Comitis Emporitani, qui sub Ludouico Pio in Africâ Wandalis quinquies aperto Marte profligatis, orbem Christianum seruauit, illustri semine clarus: si gesta scire aues? ex Archidiacono huius Cathedralis Ecclesiæ titulo Montispesati; Antistes factus, iurium & honorum sponsæ acerrimus vindex fuit, & breui, quo sedit tempore, quinque nempe annis, dotem immane auxit quam plurimis damnis per noua relenia à vastis rebellibus euindicatis, vt codex Episcopalis testatur: Inter quæ Baronias Castrinoui Ratierij, & Vicecomitatus Lautrecensis fuerunt, cuius Vicecomitem Amalricum apud Lautrecum gloriosus Præsul manu propriâ militari Ordine insigniuit. Deinde castrum Montispesati de nouo extruxit, dynastiâ Montislanardi, non ignoti huius patriæ nominis, fisco Regio iam pridem incursâ, à Rege Philippo Pulchro donatus, tanquam priuata persona; hanc Armando de Monteacuto Militi ex Bertrando fratre nepoti, tabulis testamentariis hæreditariè mancipauit. Qui assumpto Montislanardi cognomine, in his Aquitaniæ partibus nobilissimam Montislanardi familiam latissimè propagauit: Quid amplius? hanc sacram ædiculam D. Blasio Episcopo & Martyri dicatam de suo condidit, vbi corpus condi voluit. In extremis positus, plebi suæ huius ciuitatis ad limina Episcopalis Palatij turmatim conuolanti, & veniam commissi recentis flagitij crebris gemitibus à suo expirante Pontifice deprecanti, mitissimus Præsul, per Archidiaconos benigniter impertiri iussit. Sic qui sanctè & præclarè vixerat, piè in Domino quieuit anno Incarnati Verbi* MCCC *Manibus tanti Pontificis hoc* 1300. *encomium funebre suo magno labore exquisitum Ioannes Arnaldi ex auiâ Annâ Montelanardi serus longâ serie nepos, serò, sed deuotè posuit, postquàm venerabilis vir dominus Henricus Oruntius huius Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, eximiâ quâ pollet pietate, hanc sacram ædiculam suis sumptibus, nouo schemate interpolari curauit, hoc albo appositè relicto, anno apotheosis hominis* MDCXLVI.

PAVCHELLI.

35. RAIMVNDVS PAVCHELLI, II. ex Canonico & Sacristâ Cadurcensi eligitur Antistes anno 1300. 1300.
illi iurat sacramentum obsequij Rai-

mundus Fabri : eodem anno ex re-
gesto hominiorum Episcopalium quæ
ipsi à variis feudatariis exhibita sunt
1340. annis 1304. 1308. 1309. Ecclesiam de
Perne suæ diœcesis Cathedrali ba-
silicæ donauit, duobus Sacerdotibus
pro remedio animæ suæ diuina per-
acturis sacrificia, sicuti patet ex ti-
tulo an. 1302. Sequenti, inter ipsum
& Consules ortâ controuersiâ, deli-
gitur Rex Philippus eiusdem arbiter
literis datis Tolosæ 1303. Posteà so-
lemne pactum iniit cùm Rege, quod
Pariagium vocitant, prolixo instru-
mento super mutuâ iurisdictione, iu-
stitiâ Episcopi & Regis, immunitati-
bus, aliisue priuilegiis, cuius pacti
prolixioris documentum legere est
1306. apud Crucium, datum Parisiis 1306.
mense Februario, & 1308. Cadur-
censi Eccl. sacellum ædificari man-
dat, atque renouari turrim illam,
quæ hodiéque Episcopali palatio as-
surgit. Anno 1310. synodum prouin-
cialem quotannis tantùm conuocari
ordinauit, ac propter dissidium cùm
Capitulo, variásque lites cùm plebe
Cadurcensi propter Pariagium, cui
contradicebat, Episcopatui renun-
ciauit, vacabat etenim Cathedra an.
1312. 1312. ex instrumenro priuilegiorum
Episcopalium : sepultus fuit in Ec-
clesiâ Cadurcensi infra Chorum.

ILLAC. 36. PETRVS DE CAZILLAC, I.
ex nobilibus toparchis de Cazillaco
ortus, Archidiaconus anteà Cata-
launensis, decreto Clementis Papæ
in locum Raimundi viuentis, sed
sponte cedentis regimine Cadurcen-
sis Ecclesiæ, suffectus 1312 de cuius
gestis pauca supersunt instrumenta
in codice Episcopali.

GERALDI. 37. HVGO GERALDI ex Ar-
chidiacono Augiæ in Ecclesiâ Ro-
tomagensi, Petro abnuente onus
1312. pontificium illi subrogatus est 1312.
bullâ Clementis Papæ v. ad Philip-
pum Regem, quæ de eo sic prolo-
quitur in codice MS priuilegiorum:
*Clemens carißimo in Christo filio Philip-
po Regi Francorum illustri, salutem &
Apostolicam benedictionem &c. Ne Ca-
durcensis Ecclesia prolixæ vacationis ex-
poneretur incommodis, cepimus intendere
diligenter, & post deliberationem quam
ad deputandum eidem Cadurcensi Ec-
clesiæ personam vtilem & etiam fructuo-*

A *sam, cuius industria probitatis in suis valeret iuribus adaugeri, ac etiam defensari ad D. F. Hugonem electum Cadurcensem, Archidiaconum Augensem in Ecclesiâ Rotomagensi in sacerdotali Ordine constitutum, Capellanum nostrum, cui litterarum scientiam, honestatem morum, & vitæ circumspectionem in spiritualibus & temporalibus, & alia multiplicia dona virtutum familiari experientiâ suffragari conspicimus, quem & tu nobis per tuas litteras, de præmißis & aliis multiplicibus probitatis meritis commendasti, direximus aciem mentis nostræ. Quibus omnibus diligenti meditatione discußis,*
B *de personâ ipsius Hugonis, vtpote nobis, & dictis fratribus nostris, ob suorum exigentiam meritorum probati, præfatæ Cadurcensis Ecclesiæ auctoritate Apostolicâ, de ipsorum fratrum consilio duximus prouidendum. Eundémque Hugonem illi in Episcopum præfecimus & Pastorem: curam & administrationem ipsius Cadurcensis Ecclesiæ, sibi in spiritualibus & temporalibus committendo, firmâ spe, fiduciáque conceptâ, quòd eadem Cadurcensis Ecclesia sub suo fœlici regimine, dexterâ sibi Domini aßistente propitiâ,*
C *salubriter, & prosperè dirigetur, & grata suscipiet incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus eundem electum ob reuerentiam Apostolicæ Sedis, & vestram benignè recipiens, te sibi reddas in regio fauore munificum, & in cunctis opportunitatibus gratiosum: ita quòd idem electus tuæ celsitudinis fultus auxilio, in commissâ sibi curâ Pastoralis officij, poßit assiduè Deo propitio prosperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Auenione 14. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno octauo.*
D Porrò decem millia florenorum auri à Clemente 5. dono habuit, & varia obtinet diplomata, de quibus fusè in Historiâ Cadurcensi; ait enim Clemens in quodam instrumento dato apud Prioratum de Grausello propè Malausanam, diœcesis Vasionensis; gratæ deuotionis studia, qui- «
bus nos & Romanam diligis Eccle- «
siam, & grandia tuarum virtutum «
merita promerentur, vt personam «
tuam condignis fauoribus & gratiis «
prosequamur. Iste autem Hugo, in- «
fortunatissimo sanè exitu vitam fœdauit, nam de criminibus variis insimulatus, nominatis inquisitoribus

Reienſi & Attrebatenſi Epiſcopis per Papam Ioannem XXII. Clementis ſucceſſorem, poſt multas conſultationes Auenione 26. Aprilis vti tabulæ docent, Epiſcopali Sede exauctora-
1317. tus, ac degradatus publicè an. 1317. à Berengario Fredoli Epiſcopo Cardinali Tuſculano, inſigniis Epiſcopalibus & Clericalibus ei ablatis, ſupplicium mortis luit, quòd in Pontificem coniuraſſet. Narrant id Almaricus in Actis Romanorum Pontificum, Bzouius num 16. Platina, Ciaconius, ac Goffridus Prior Voſienſis rem geſtam deſcribit his verbis in chronico MS. *eodem anno MCCCXVII. Magiſter Vgo Gerardi Epiſcopus Caturcenſis, Referendarius quondam Papæ Clementis, fuit accuſatus ſuper potionibus & aliis factis, quæ contra eum obiecta fuerant coram Papâ Ioanne oriundo de villâ Caturcenſi. Et propter iſta fuit degradatus, poſteà ſæculari brachio traditus, & ad extremum per dictum brachium condemnatus, & ad excoriandum, & ad tremandum, & ad extremum ad comburendum. Iſta condemnatio fuit facta circa Aſſumptionem B. Mariæ, & condemnatio dicti Gerardi fuit lecta in Curiâ Lemouicenſi die Sabathi poſt quindenam Aſſumptionis B. Mariæ anno quo ſupra. Et ille qui de nihilo creauit omnia, ipſum quem de nihilo creauit, in nihilum redegit.*

LABROA. 38. GVILLELMVS DE LABROA V. Ordinis Dominicanorum, Ioanni Papæ 22. cognatione proximus, vt habet codex de origine familiæ Prædicatorum in hæc verba: *Frater Vuillelmus de Labroâ licet benè perſonatus, & gratus prolocutor, competens Clericus & laudabilis vitæ, modicum tamen in ordine fuit promotus. Nam ex Subprioratu Agennenſi aſſumptus eſt in Epiſcopum Cadurcenſem per eumdem domin. Ioannem Papam. Erat enim de ſemine dicti Pontificis procreatus: hic ex quo ſeſſor fuit, ſedem ſuam non vidit: parentes carnales modicum cardaliter dilexit: obiit in Curiâ.* Apud Pontificem ergo variis negotiis Curiæ occupatus, conſtituit Vicarios in ſpiritualibus anno
1318. 1318. eodem tempore ſtatuta ſynodalia euulgauit: tum an. 1310. iuramentum clientelæ 19. Ianuarij profitetur, cuius inſtrumenta in publicis cartulariis aſſeruantur: Dies obitus conſignatur in necrologio ſexto Non. Iulij, anno vt coniiciunt 1314. in ſancti Thomæ Aquinatis ſacello à ſe extructo Auenione, ſicuti præſcripſerat, reconditus. De eo ſic loquitur vetus Kalendarium Conuentus Dominicanorum Cadurcenſium 2. die Iulij. *Obiit R. dominus D. frater Guillelmus Cadurcenſis Epiſcopus, de eadem ciuitate ortus. Qui inſtituit Conuentum iſtum hæredem in omnibus bonis ſuis, quæ ad ipſum pertinebant tempore mortis ſuæ: de quibus habuimus duo millia florenorum, qui fuerunt poſiti in ſtructurâ Eccleſiæ, de mandato ſanctiſſimi Patris domini Ioannis qui de ciuitate Caducri originem traxit; qualiter diſponente fuimus impediti à perceptione aliorum bonorum, quæ aſcendebant benè vſque ad valorem millium florenorum, excepto vno calice deaurato intus & foris cùm Aymaus. Appendit benè quinque marchas argenti pertinente ad Capellam ipſius, & eſt ſepultus in Auenione in domo Fratrum Prædicatorum, in Capellâ quam ipſe fecit conſtrui in Eccleſiâ dictorum Fratrum, ad honorem eximij Doctoris Sancti Thomæ de Aquino eiuſdem Ordinis.*

39. BERTRANDVS DE CARDAILLAC, Guillelmi Epiſcopi S. Papuli germanus, Geraldo de Cardailhaco, Capellæ Marialij toparchâ procreatus, debita nobilium clientelæ officia admittit, de quibus varia extant inſtrumenta in cartophilacio. Sub hoc Bertrando Carthuſianorum familia in vrbe ſtabilitur, cùm Academiâ per Ioannem Papam XXII. prout teſtatur diploma, quod ex archiuis publicis eruitur hoc exordio: IOANNES *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. Cùm igitur ciuitas Cadurcenſis quam excellentiæ diuinæ bonitas multiplicium gratiarum bonis & dotibus decorauit, propter ipſius commoditates & conditiones quamplurimas apta non modicum generali ſtudio cenſeatur. Nos Reipublicæ multipliciter expedire credentes, quod in ciuitate præfatâ fiat, & emanet fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſi litteralibus cupientes imbui documentis, & etiâ cultores ſapientiæ inſerantur, & proueh antur diuerſarum facultatû dogmatibus eruditi, facundi, & vndique illuſtrati fructum vberem largiente Domino ſuo tempore producturi, attendentes quoque ſyncera fidei puritatem, ac eximia deuotionis affectum,* CARDAILLAC.

affectum, quos dilecti filij Consules & Vniuersitas eiusdem ciuitatis ad nos, & Romanam Ecclesiam habere noscuntur. Ex prædictis causis, porrectis etiam nobis pro parte Consulum & Vniuersitatis prædicta, humilibus, & deuotis supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolicâ statuimus, & ordinamus quòd in ciuitate prædictâ perpetuis futuris temporibus generale studium habeatur, & vigeat in qualibet licitâ facultate: quodque præfatum studium ac eius Vniuersitas, ac Doctores, Magistri, Licentiati, Bacchalarij & Scholares pro tempore commorantes causâ studiorum, ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis studio Tolosanensi, ac Vniuersitati eius, ac Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Bacchalarius, & Scholaribus in dicto Tolosanensi studio commorantibus, plenè ac liberè gaudeant & vtantur. Nulli ergo omninò hominum &c. Datum Auenione 7. Idus Iunij Pontificatus nostri anno 16. De legibus eiusdem Academiæ per Pontificem ordinatis plura apud Cruceum. Interfnit porrò idem Bertrandus Conci-
1336. lio prouinciali Bituricensi 1336. & subsequenti anno ius in Ecclesiâ de Auiols diœcesis suæ, dignitati Archidiaconatus Montispesati perpetuò vniuit apud Vicanum; atque pacificitur cùm Consulibus Cadurcensibus in domo Episcopali S. Vrsicini an. 1351. die 15. Maij. Deodato de Lentillac facultatem fundandi Moniales de Vico indulget codicillis 14. Octob. an. 1360. demum vt Episcopatus finem conspicuo facinore nobilitaret, prouinciam Cadurcensem excusso Anglorum iugo, ad legitimam Gallici Imperij auctoritatem
1367. reuocauit. Mortuus est circa an. 1367. Nonis Februarij vt est in Obituario.

Castelnav. 40. Bego de Castelnav ex nobilibus dynastis de Castronouo, Cadurcensi Episcopatui præpositus erat an. 1367. ex codice hominiorum: anno sequenti varia admisit clientelæ sacramenta habens Vicarium Generalem Reginaldum de Theminis Canonicum Ecclesiæ: ingreditur vrbem 12. Nouemb. 1370. decessit an.
1388. 1388. 10. Septembr. in oppido sancti Cosmæ.

Cardaillac. 41. Franciscvs de Cardaillac dominus Priuasaci, præcedentis agnatus, Guillelmi domini de Varaire, Vicecomitis de Murato, & Annæ de Gordonio filius: ex Religioso Ordinis Minorum, Cadurci domum in hoc Conuentu sibi construxit, quam toto Episcopatu inhabitauit. Vocatur primò ad Caualionensem sedem, inde patriæ Episcopatu condecoratur, solemni pompâ in vrbem inuectus an. 1389. ex libro hominiorum, in quibus notatur admisisse clientelā Viccecomitatus de Caluiniaco, siue de Gordonio, & de Ceneueriis. Migrauit ad Dominum non sine sanctitatis opinione an. 1404. sepulturæ elatum corpus in 1404.
choro Prioratus Monialium d'Espainac, aliàs Vallis Paradisi, diœcesis Cadurcinæ, vbi fundatorum è gente Cardaillacâ visitur sepultura.

42. Gvillelmvs d'Arpaion ex illustri in Ruthenis prosapiâ toparcharum de Arpaione, administrandi in spiritualibus vices donauit Petro de Bussueiolis an. 1404. die Aug. 20. an. 1. Benedicti litteris datis in castro Duientâ diœcesis Ruthenæ. Constituit numerum Canonicorum 25. ne in posterum quatuordecim excedat. Liberalitatis suæ in Capitulum, cui de nouo quædam adiunxit stipendia, testes sunt eius litteræ in Conuentu Capitulari promulgatæ 2. Nouembr. 1418. cuius auto- 1418.
graphum refert Cruceus, ac bullas Marrini reducentis ad certnm numerum Canonicatus Ecclesiæ. Sub ipso in vrbem inducta est noua domus Religionis Ordinis B. Mariæ de Mercede, tabulis scriptis Cadurci 1419. die 8. Octobris.

Arpaion. De gueulles à la harpe d'or cordée de mesme.

43. Ioannes de Podio I. suffectus Guillelmo, vrbem solemniter inuectus est an. 1431. 22. Decemb. 1431.
ex tabulario ciuitatis, cuius pauca supersunt instrumenta; eumdem anno 1438. iam fatis functum docent litteræ Synodi Basileensis pro indebitis exactionibus, de quibus Capitulum Caturcense querelam mouerat.

De Podio.

44. Ioannes de Castelnav II. ex dominis de Bretenosio, Pontij Baronis Castrinoui, ex Burguinâ Claromontiâ filius, Francisci Claromontij Cardinalis Auxitanen-

Castelnav. Escartelé au 1 & 4 d'or au chasteau de gueulle,

Au. 2. & 3. d'argent au liō de sable.
ſis, è fratre Pontio toparchâ Clari- A
montis de Lodeuâ propatruus. Hic
ex Archidiacono Amiliaui in Eccle-
ſiâ Rutenenſi, & Notario Pontificis
Maximi Eugenij IV. poſtularur à Ca-
nonicis, prouiſus bullâ eiuſdem Eu-
1438. genij datâ Ferrariæ an. 1438. 9. Cal.
Nouembr. feſtiuâ inauguratione in
vrbem admittitur, ac Collegij Ru-
tenenſis cenſus nouâ liberalitate am-
plificar bullâ Pij Pont. datâ Romæ
Pontificatus 3. Canonicorum Col-
legia duo in caſtris gentilitiis de Ca-
ſtronouo, & Bretenoſio inſtituit, &
anno 1459. donat Eccleſiæ ſuæ duo B
aureorum millia. Inter benefactores
Carruſiæ Villæfranchæ in Ruthenis
adſcribitur obituariorum libro, pro
cuius animâ preces fundunt Religioſi.

Albret.
45. Lvdovicvs d'Albret I.
Cardinalis tituli Sanctorum Marcel-
lini & Petri, ingreditur vrbem vlri-
mâ Februarij 1461. clientelaris offi-
cij debita ratione feudorum Epiſco-
patus recipit, vt fidem faciunt car-
tularia; reperitur bulla Sixti IV. pro
Eccleſiâ Figiacenſi, quâ Ludouicus
Adminiſtrator Cadurcenſis Eccleſiæ
1461. nominatur 26. Martij 1461. de eo
vide Adurenſes Epiſcopos. C

Alemand.
46. Antonivs Alemand I.
ex clarâ, vetuſtâque Alamanorum
progenie in Delphinatu, poſſeſſio-
nem iniit ſui Epiſcopatos an. 1466.
8 Februarij, tum ad Comitia Ordi-
num Aquitaniæ Santonis euocatur
1470. 1470. cùm Abbate Marciliacenſi &
Academiæ Profeſſoribus paciſcitur
an. 1473. ſedit ad annum vſque 1475.

Avbvsson.
47. Gviscardvs d'Avbvs-
son ex nobilibus de Albuconio in
Marchiâ, ſolemnem ingreſſum fecit
in Carbedrali 1475. 10. Octobris, po- D
ſteà tranſlatus ad Eccleſiam Car-
caſſonenſem.

Alimand. De gueulle aux fleurs de lis sans nombre
48. Antonivs Alemand II.
Abbas Grandimontis, ſuperioris con-
ſobrinus, eiúſque in Ponrificalibus
olim Vicarius, adiit poſſeſſionem
1477. 1477. 18. Decemb. admiſit feudorum
hominia annis 1481. 1482. 1489. &
1490. vti ex tabulis archioij Epiſco-
porum liquet. Cùm Capitulo litem
habuir, quâ immunem ſeſe à Ponti-
ficiâ iuriſdictione vindicabat; eâ de
re in ſcriniis Epiſcopalibus bulla Six-
ti Papæ an. 1483. 14. Octob. Porrò 1483.
diuini cultus cùm eſſet ſtudioſus, ad
ornatum Eccleſiæ octo Capellas in-
ſtituit, deſeruiendas per Clericos ho-
neſtate morum, & probitate ſpecta-
biles, artíſque muſicæ peritiſſi-
mos, qui diebus ſingulis celebratio-
ni trium miſſarum in honorem Dei-
paræ, de officio corporis Chriſti, &
Crucis pretij noſtri intereſſent, in
ſacellis à ſe magnificè conſtructis vel
conſtruendis, auguſtiſſimo Chriſti
corpori, & ſanctiſſimæ Virgini matri
ſacris, prour fidem faciunt tabulæ
an. 1491. 28. Ianuar. quas habes pro-
lixiùs apud Cruceum. Demum ex-
tinctus in villâ S Naſarij in Delphina- 1493.
tu 1493 vbi ſepelitur.

Lvzech.
49. Antonivs de Lvzech III.
Abbas Exienſis, ex illuſtri apud Ca-
durcos familiâ dominorum de Luſe-
chio, inauguratur anno 1493. penul-
timâ die Maij, quanquam Caroli 8.
gratiâ fretus Benedictus de Iean, di-
ctus de ſaint Mauris, Regius Conſi-
liarius, & in Curiâ Romanâ Orator
Epiſcopatum ambiret, ſed eo repul-
ſam paſſo, Antonius Pontificatum
obtinuit; qui reformando Clero, ac
diœceſis moderamini ſollicitudinem
intendit, & cenſus non paucos de
Luzechio Eccleſiæ ademptos com-
mutar 1508 diœceſim totam ſedulò
perluſtrauit Paſtor vigilantiſſimus,
qui ad meliorem vitam emigrauit an.
1509 30. Maij apud Caſtrum de Al- 1509.
baribus, conditus in Eccleſiâ Cathe-
drali inſra Chorum ante principem
aram S Stephani, ex præſcripto co-
dicillorum vltimæ voluntatis.

Ganay. D'argent à la faſce de gueulle chargée de 3 roſes d'or accoſtée de 2. coquilles de meſme.
50. Germanvs de Ganay
frater Ioannis Franciæ Cancellarij
filius Nicolai in Curiâ Conſiliarij,
ex Senatore Pariſienſi, Canonico
Bituricenſi ac Decano Beluacenſis
Eccleſiæ, ad hunc Epiſcopatum de-
ſignarur regiis codicillis Viennæ da-
tis Aug. 14. an. 1509. tametſi ele- 1509.
ctus fuiſſet Guido Caſtrinoui de
Bretenoſio Abbas Bonæuallis, Epiſ-
copus Petragorenſis, eodémque iuri
ſuo cedenre, admiſſus ſolemniter 4.
Maij 1511. præfuit ad an. 1512.

Caretto.
51. Carolvs-Dominicvs
de Caretto Cardinalis Finarij,

... la ... de gueulle de la pieces.

natione Ligur, frater Alfonsi 1. Marchionis, & Fabricij Magistri Equitum S. Ioannis Ierusalem, in Rhodo insulâ, vterque natus Galeoto Comite & Marchione Finarij; ex permutatione cùm superiori sedit duobus annis in Cathedrâ Cadurcensi, cuiusque operâ & industriâ Ludouicus 12. Rex Galliæ in multis Legationibus vsus est: consecratur autem Archiepiscopus Thebanus à Iulio 2. Papâ 1505. in Marchionatu Finarij diuersa templa instaurauit & extruxit, quæ vario ornatu Ecclesiastico decorauit, pauperum protector vulgò cognominatus, Romæ summo totius aulæ desiderio diem postre-
1514. mum clausit anno 1514. 19. Calend. Septembr. in Ecclesiâ sui tituli sepultus. De eo consule Remenses ac Turonenses Archiepiscopos.

CARETTO.

52. LVDOVICVS DE CARETTO II. superioris germanus successit anno 1514. per mensem vnum sedit ex actis Capitularibus, Conuentum S. Catharinæ Ordinis Prædicatorum in oppido Finarij erexit: de quo Franciscus Augustinus ab Ecclesiâ in opere historico Pedemontanæ regionis, eum vocans virum scientiarum eruditissimum.

CARETTO.

53. ALOYSIVS DE CARETTO Ludouici frater, per Pontificem Max. designatur Episcopus Romæ degens, cùm haberet Administratorem in spiritualibus Guillelmum Charoniensem Episcopum: sedebat ad annum 1514 ex archiuis Capitularibus & Re-
1524. giis tabulis anni 1524. in Calendario Cadurcensi pietatis, & eruditionis, laude commendatur. Ei suffectus est à Rege.

CARETTO.

54. PAVLVS DE CARETTO Abbas Bonæcumbæ in Ruthenis, & Præfectus Oratorio Regis, Aloysij nepos ex Alfonso 1. Marchione Finarij: qui ob egregias virtutes Francisco 1. & Henrico 2. Regibus carus, de Episcopatu cessione patrui prouisus est an. 1524. nec nisi quarto post inaugurationem anno Cathedræ obtinuit possessionem. Hunc Franciscus Rex Papæ commendauit vt Cardinalis crearetur an. 1532. literis datis per Bochetellum Quatuoruirum à Regiis epistolis, quem catum & amatum consanguineum vocat, de regno & Regibus more maiorum beneme- 1553.
ritum: obiit anno 1553.

FARNESE.

55. ALEXANDER FARNESE Cardinalis Ostiensis, Episcopus Administrator Cadurcensis, prouisus bullâ Iulij 3. pridie Idus Nouembr. Pontificatus quinto, per obitum Pauli de Caretto, abdicat anno 1557. De 1557.
eo vide Auenionenses.

BERTRAND.

56. PETRVS BERTRAND II. Tolosas, frater Ioannis Archiepiscopi Senonensis, Franciæ Procancellarij, & Cardinalis: Abbas erat Grandissyluæ, Officialis & Archidiaconus Maior Cadurcensis, Iuris Doctor, & in Episcopatu Vicarius Generalis: hanc autem Ecclesiam adipiscitur per cessionem Cardinalis Farnesij 1557. vltimâ mensis Sextilis. A Caluinistis tempestate turbulentâ capitur in castro Episcopali Mercuesio 1562. sed tandem eripitur robore Ducis strenui Blasij Monlucij. Fatis concessit Romæ 3. Septembr.
anni 1563. sepultus in Cathedralis 1563.
Ecclesiæ choro prope altare, ad pulpitum Epistolæ.

BALAGVIER. D'or à trois fasces de gueulle.

57. IOANNES DE BALAGVIER III. ex gente nobili de Montsalez, Francisci Vasatensis Episcopi germanus, fit Cadurcensis Antistes bullâ Pij V. 4. Calend. Maias 1564. 3. Decembris solemniter vrbem inuehitur. Capituli statuta vetera confirmauit 4. Ca-
lendas Iulias 1566. longæuus ac mor- 1566.
bis fractus, patriâ ciuilibus bellis afflictâ, anno 1576. 4. Idus Aprilis è vitâ sublatus est.

EBRARD. Escartelé au 1. & 4. d'argent au lion de sable armé, couronné & lampassé de gueulle, l'escu semé de 10. croisettes de sable qui est de Vaurac. Au 3. & 4. d'or à la bande de gueulle qui est de la Popple Sur le tout d'argent party de gueulle qui est Ebrard.

58. ANTONIVS EBRARD DE S. SVPPLICE IV. Abbas S. Ebrulfi in Normanniâ, & Marciliaci, ex illustri familiâ Ebrardâ in Cadurcis, patre Ioanne Diui Sulpicij toparchâ, Regis in Hispaniam Legato, matre Claudiâ de Gontaldo, Ioannis Baronis de Bironio filiâ, oriundus: ab anno 1576. sedit, Cadurcum solemni ritu ingressus 3. Idus Nouemb. eiusdem anni. Romam vocatus à Gregorio XIII. summo Pontifice perhonorificè excipitur 1579. vnde ad patriam regressus, Concilio Bituricensi prouinciali interfuit 1584. mense Septembri: vindex egregius Ec-

clesiasticorum Canonum & iurium
Ecclesiæ suæ: conuocatis apud Blesas Galliarum Ordinibus, inter alios
1588. Præsules adstitit 1588. dein reuersus, studia ciuium apud Cadurcos tantâ animorum dissensione inter se concitata comperit, vt tutò vix potuerit se se tumultuantis populi voluntati permittere: exulat itaque penè sex annos Episcopali Cathedrâ, vrbéque inuitus se interim, atque suo Albario oppido peramœno in tutum subducit, ne quid Henrico 3. Regi, cuius se partibus à secretioribus Consiliis totum addixerat, infensiores
B
animi, sinistri molirentur; tandem post diuturnum secessum magnâ omnium gratulatione reuocatur Cadur-
1594. cum anno 1594. ac biennio post Rotomagum ad Comitia Regis mandato euocatur. Diem clausit postremum in oppido Albario Cal. Sextilibus an. 1600. codicillis testamenti in medio chori templi maioris Cadurcensis sepultus sub tumbâ planâ, cui insculpta hæc epigraphe: *In pace hic situs est* V. C. *Antonius Ebrardus à S. Sulpitio, Episcopus Baro & Comes Cadurc. Baro Podij Corneti & Berenguis, Henrici 3. & 4. Regum Franciæ & regni status Consiliarius, cuius magna*
C
mens & auctoritas diœcesi heretic. & ciuil. motibus afflictæ præsidio stetit 21. annos quibus ipse sedit. Quieuit nunquam,
1600. *nisi cùm lapsâ valetudine se migrauit ad Christum eiusdem anno sæculari* XVI. *6. Calend. Augusti H. M. H. H. posuêre ex testam.* Eiusdem gentis Ebrardæ patruus Christophorus Archidiaconus Maior Cadurcensis & Abbas Marciliaci, à Baronio Cardinali sæpè commendatus, Ioannes, Flotardus & Vuillelmus eiusdem monasterij item Abbates, Aimericus & Raimundus Conimbricẽses in Lusitaniâ Episcopi.
D

Popian. Ecartelé au 1. & 4. d'argent à la fasce de gueulle, chargée d'ũ cœur d'or, 2. estoilles en chef, & vne en pointe de gueulle. Au 2. & 3. de gueulle au lyõ d'or, party d'argent à 2. falces de sinople.

59. Simeon-Stephanus de Popian Biterrensis patriâ, Canonicus & Præcentor eiusdem Ecclesiæ, ac per 13. annos Episcopalis fori Officialis, quibus muneribus obitis, Regis existimatione & liberalitate promeruit Episcopatum Cadurcensem, prouisus bullâ Clementis VIII. die 4. Idus Septemb. 1601. consecratur 4. Idus Decembr. in templo Biterrensi S. Nazarij: tum die 8. Cal. Aprilis anni 1602. magno nobilitatis coetu comitante, coram cæteris Or-
A
dinibus in vrbem suam excipitur. Templum maius à sectariis prophanatum sacrâ expiatione lustrauit, tum diœcesis curæ sese addixit, sacramentorum administrationi, synodis conuocandis, ac plurimis de re Ecclesiasticâ statutis ordinatis Eo Præsule Patres Societatis Iesu 1605. & Capucini 1607. die 27 Septembris in 1607.
vrbem admissi: prætereà resarciendis Episcopatus ædibus ex parte collapsis, sedilibus Chori Mercuesio oppido, necnon sedis Episcopalis iuribus tuendis sedulò incubuit. Sub ipso
B
autem apud Moissacum 1610 recipiuntur Patres Recollecti, & Capucinorum basilica Cadurci ab ipso dedicatur. Commentarios posthumos de Rebus & Episcopis Cadurcensibus illi dicat Cosmas Cruceus Guillelmi frater anno 1621. Obiit Simeon-Stephanus apoplexiâ postridie Palmarum anni 1617. sepultúsque in Ca- 1617.
thedrali cùm eâ inscriptione: Simeoni-Stephano a Popiano *Cadurcorum Episcopo R. I. P. qui cùm adhuc in humanis degeret, mundum nihilominus superandum, quem & seipsum vincendum existimauit, tum loculum sibi hunc dormitionis in spem viuam Resur-*
C
rectionis præsignauit. Quaque verò ex munere gesserit Episcoporum Cadurcensium series indicabit.

60. Petrus Habert III. Abbas beatæ Mariæ de Colombis, Carnotensis, & de Rochâ, Parisiensis diœcesis: ex dominis de Montmor; Comes antea Consistorianus, Senator Parisiensis, & Supplicum Libellorum in Regiâ Magister, Prior S. Arnulfi Crispeiensis in Valesio, atque Gastonis à Franciâ Ducis Aurelianensis, Regis Ludouici XIII. germani, Maior Eleemosynarius, consecratur Episcopus Cadurcensis ab Andreâ Fremyot Archiepiscopo Bituricensi apud Recollectos Ordinis S. Francisci Parisiis die 2. Maij anni 1627. interfuerat Comitiis generalibus regni Parisiensibus delegatus à Remensi Metropoli 1610. & 1614. pro Clero Valesiensi. Mortuus Lutetiæ die 27. Februarij anni 1636. 1636.
iacet in choro Ecclesiæ Cartusianorum.

Habert. D'azur au cheuron d'or accompagné de 3. annelets d'argent 2. en chef & 1. en pointe.

61. Alanus de Solminihac Solminihac.
nobilis Petracoricensis, cùm iuuenis

…tiæ sæculari nomen dedisset po- A steà vitæ religiosæ se addixit, & Regularis Abbas Virginis Mariæ Cancellatæ factus, Ordinis Caoonicorum Regularium S. Augustini, collapsam disciplioam, Ecclesiam, & domum restaurauit, ipse factus forma gregis ex animo, vt præcipit Apostolus, multos ad sui exemplum pertraxit; vodc cùm plures Religiosos admisisset, quos pietatis & sacræ scientiæ præceptis ipse imbuebat, eos in varias colonias posteà amandauit, vt eiusdem regulæ Abbatias ad meliorem viuendi modum reuocarent. Ipsam quoque electionem Abbatis B Cancellatæ, iuxta veterem Ecclesiæ ritum ad Capitulum spectare, impetrante Alano Rex permisit, & eos tantùm posse eligi concessit, qui se arctioris vitæ iostituto mancipassent. Posteà instante Armande-Ioanne Plessio Cardinali Richelio à Rege Ludouico XIV. nomioatur Cadurcensis Episcopus, per obitum Petri Haberti. Consecratus ergo Lutetiæ in tem-
1637. plo S. Genouefæ Montis 1637. die 27. Septemb. à Carolo de Montchal Archiepiscopo Tolosano, assistentibus Nicolao Sanguin Siluanectesi, C & Domioico Seguierio Autissiodorensi, posteà Meldensi Episcopis, diœcesis vacans sollicitudini, cuius visitationem iotegram quioquies intra decennium absoluit, statutis editis ex S. Carolo Borromæo excerptis, omnes ad officium suum excitauit; & ne quid deesset curæ pastorali, Clericos Seminario, vt vocant, addixit Ecclesiasticis moribus imbuendos, emptâ domo in vrbe Cadurcensi cùm dote duo millium librarum, factâ vnione simplici beneficiorum; plebem verò christianis mysteriis eru- D diendam commisit per missiones annuas & cootinuas Religiosis Cancellatæ. Multas verò Ecclesias bellorum ciuilium & hæreticorum furore disturbatas erexit, & earum bona restitui curauit. Eo sedente Carmelitæ Discalceati Cadurci admissi sunt, moniales Canonicæ S. Augustini, quas S. Desiderij aliter nuncupant, necnon ex Abbatiâ Cancellatæ, leucâ ab vrbe Petrogorensi distante, Religiosos intra mœnia accersit, iisque monasterium suis sumptibus condidit, quò diuinis officiis perfuoguntur.

CARCASSONENSES EPISCOPI.

CARCASSO Volcarum præclara Tectosagum ciuitas sub Archiepiscopatu & Parlamento Tolosano, Carcasio dicta Procopio Cæsariensi in hist. belli Gothici, Carcassona Greg. Turon. lib 8. & Theodulfo Aurelianensi in carm. commoditate si- B tus, fertilitate soli, ædificiorum elegantiâ, & ciuium opulentiâ moltas Occitaniæ vrbes antecellit, Atace fluuio irrigatur, & in duas partes diuiditur, è quibus superior in supercilio montis posita Ciuitas dicitur, & basilicâ Cathedrali, Episcopi palatio, ac Seneschalli Prætorio exornatur, inferior vero Burgum nuocupatur, vbi elegantissimæ ædes, & officinæ pretiosarom laoarum, quarum illîc ingeos copia & frequens est mercatura. Memoratur à Plioio C lib. 8. cap. 4. Procopio, anthore itineris Hierosolimitani, vbi castellum dicitur, sed deest io Notitiâ prouinciarum & ciuitatum Galliæ; námque à Gothis in vrbem erecta est, cuius Præsules postquàm sede Pontificiâ condecorati fuot, Toletanis Conciliis, & Gallicanis subscripsère. Nimirum sacris his Comitiis ideò interfuisse memorantur, quoniam Gallia Narbonensis ferè vniuersa in potestate erat Regum Gothorum, qui à Francis, & Aquitanis, & Tolosâ pulsi, Regni sedem Toleti in Hispaoiâ fixerant. Iis verò solemne & vsita- D tum erat, ex omoium sibi subditarum prouinciarum Præsulibus frequentes cœtus agitare, & Concilia celebrare, vnde Episcopi Galliæ Narboneosis iis interesse cogebantur, vno excepto Tolosano. Cæterùm Carcassooa muris ac vallo firmissimo cincta, propugnaculum fuit quoodam Regum Vuisigothorum, præsidio militari munitum, qnò asseruabantur Romaoorum exuuiæ, ac pretiosæ illæ gazæ, quas vetulus Alaricus Rex post direptionem vrbis congesserat, idcirco bis à Fraoeis obsessa est, sed per Theodoricum Regem Italiæ liberatur, deinde per

CARCASSONS en Languedoc sur l'Aude

Guntrannum Regem oppugnata : A idcirco in Chronico Autiſſiodorenſi dicitur vrbs grandis & plena diuitiis, Innocentio III. ſcriptori vitæ Ludouici 8. Petro Vallis Sarnaij monacho, & aliis Hiſtoricis. Huius vrbis dynaſtiam & pagi Reddenſis obtinuit à Rege Carolo Caluo Bernardus Comes Toloſæ, qui viuebat an. 871. eam deinde nobiliſſimi Comites occuparunt, in quibus Hiſtorici celebre faciunt nomen Rogeri I an.887. & Arnaldi, cuius poſteri Carcaſſonenſem, Biterrenſem, Fuxenſem, & Conuenatum Comitatus aliquot ſeculis poſſederunt. Vltimus huius pro- B ſapiæ fuit Rogerius Trincauellus Vicecomes Carcaſſonæ, Biterrarum, & Albienſis 1191. nefariâ Albigenſium hæreſi, ſicut & ſubditi penè omnes infectus, ſub quo à Cruceſignatorum exercitu prædictæ ciuitates expugnatæ fuerunt anno 1109. nec longè poſt Rogerius, qui tunc in liberâ Simonis Comitis Monfortij cuſtodiâ tenebatur, exceſſit è vitâ; poſt cuius obitum harum vrbium Principatum Raimundus Trincauellus Rogeri filius, Simoni ceſſit co- C dicillis menſis Iunij an. 1211. & aliis an. 1247. S.Ludouico Regi, vt deſerè explicat lib. 8. Hiſt. Benearnenſis illuſtr. Archiepiſcopus Toloſanus Petrus de Marca. Vnanimi ergo Epiſcoporum & Principum Cruce inſignitorum conſenſu, necnon Synodorum Monſpelienſis 1214. & Lateranenſis 1215. decretis, iam dicto Simoni Comiti dominium attributum eſt. Qui rerum potitus fuit vſque ad an. 1218. quo in obſidione Toloſanâ egregius & nunquam ſatis laudatus Princeps occubuit, ſucceſſore relicto Amalrico filio, ſub quo hæretici reparatis viribus, & renouatâ rebellione D ingentes turbas totâ prouinciâ excitarunt. Quibus componendis & tuendo, tenendóque principatu cùm imparem ſe conſpiceret Amalricus, ius ſuum in Ludouicum VIII. Francorum Regem tranſtulit, ab eo donatus Conſtabularij præfecturâ, vnde ab eo tempore harum vrbium dominium penes Francorum Reges remanſit. Porrò Carcaſſonenſis ciuitatis primaria Eccleſia beatum Nazarium tutelarem agnoſcit & veneratur; ſuntque in eâ ſequentes Abbatiæ.

GRASSÆ *La Graſſe* O B.

S.HILARII *S. Hilaire* O B.

MONTISOLIVI *Montolieu* O B.

VILLÆLONGÆ O C. *Villelongue.*

Epiſcopi verò ſequentes inueniuntur, quorum catalogum ſuis Occitaniæ Commentariis lib. 5. inſeruit Guillelmus Catellus. De iis hiſtoriam MS. exarauit Bernardus Deſtellat eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, ex variis quoque monumentis nuſquam editis noſtram hanc ſeriem texuimus.

1. S. GVIMERA Carcaſſonenſis ciuis, primus huius Eccleſiæ Epiſcopus, de hoc enim nulla alia exrat in tabulariis mentio, quàm quòd reperiatur adſcriptus in veteri quodam cartulario Carcaſſonenſi, ex quo colligitur ſediſſe annis 10. mortuus au-
tem fertur anno Domini 300. 13. Fe- 30
bruarij, quo die anniuerſarium eius celebratur. Traditio eſt ſepultum fuiſſe in Cathedrali è regione Capellæ S. Sacramenti cùm eâ epigraphe: *Sanctus Gumera primus Epiſcopus præſentis Eccleſiæ.* Notandum à Catello hîc primos Præſules Carcaſſonenſes incerto tēpore collocari, quos tamen primi ordinis aſſignat in Memoriis Occitaniæ, ratione fortaſſis ſanctitatis.

2. S. HILARIVS fundator Abbatiæ eiuſdem nominis propè Carcaſſonam, vt refertur in hiſtoriâ Comitum, ibíque ſub tumulo marmoreo quieſcit ſummâ veneratione cultus, in martyrologio Eccleſiæ Cathedralis Ianuarij 3.

3. S. VALERVS cuius nomen eruitur ex veteri Calendario Narbonenſi Gothicis literis exarato, ſub diem 3. Iunij.

4. SERGIVS Conciliis Toleta-
no 3. & Narbonenſi ſubſcripſit an- 589.
no 589.

5. SOLEMNIS, illius vice Archidiaconus delegatur ad Synodum 4. Toletanam anno 634. vt aſſerit Ambroſius Morales.

6. Elpidius Concilio Toletano subscriptus habetur an. 636. edito à Seuerino Binio tom. 2. Conciliorum; at idem Ambrosius Morales doctus Hispanus eum vocat Episcopum Tarraconensem. 636.

7. Silvester probat Canones synodi Toletanæ 8. anno 653. & x. quæ celebrata est an. 656. 653.

8. Stephanus I. cuius nomine Citrinus Abbas adfuit Concilio Toletano 13. anno 683.

9. Scipio interfuit Concilio Narbonensi contra Felicem Vrgelitanum Episcopum anno 788. in archiuis Ecclesiæ Narbonensis. 788

10. Rogerius circa an. 800. ordinatus à Leone 3. Pontifice Max. satagente Carolo Magno, qui fidem orthodoxam in eâ vrbe restaurauit, ex historiâ Comitum Carcassonensium Guillelmi Besse.

11. Leniuilla floruit ex veteribus membranis an. 851. 851.

12. Gislerannus præsens Concilio Nemausensi habito in villâ Portu an. 886. eius etiam fit mentio in vitâ Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, quem consecrauit eodem anno.

13. Arnulfus anno 887. interfuisse dicitur tralationi corporum S. Antonini & sociorum cùm Theodardo Narbonensi, vt testatur historia Comitum Carcassonensium: de quo Nicolaus Bertrandus in opere antiquitatum Tolosanarum. 887.

14. Gimara conuenit ad Synodum Magalonensem apud Iuncarias cùm aliis Occitaniæ Episcopis anno 894. Eius mentionem faciunt quoque tabulæ monasterij B. Mariæ Grassensis an. 907. & 917. consecrauit Capellam B. Mariæ in Ecclesiâ S. Stephani de Palaiam secus Carcassonam. 894.

15. Abbo recensetur in instrumento archiuij Carcassonensis an. 2. Radulfi Regis. 923.

16. Vvisendus an. 937. adfuit dedicationi Abbatiæ S. Pontij Tomeriarum: de quo Catellus in historiâ Comitum Tolosanorum.

17. Franco an. 975. ex schedis Ecclesiæ Narbonensis, & 977. transfert corpus D. Hilarij Præsulis Carcassonensis, Benedicto Abbate & Rogerio 2. Comite adstantibus an. 978. Calend. Martij, ex tabulariis sancti Hilarij. 975.

18. Fulco cùm aliis Episcopis præsens fuit inaugurationi S. Saluatoris Lemouicensis anno 1018. 1018.

19. Gutfredus, aliis Sifredus an. 1035. testis in confirmatione fundationis apud monasterium de Coxano, & 1043. in Concilio nationali Narbonensi, ex actis Capituli Carcassonensis. 1043

20. Petrus de Carcassone I. Abbas B. Mariæ de Gratiâ, Rogerij Comitis Carcassonensis filius, de quo nulla apud Catellum mentio: vixit ex tabulis an. 1050. Carcassone. 1050.

21. Arnaldus I. Concilio Tolosano interfuit anno 1056.

22. Bernardus de Rochefort I. viuebat anno 1072 vt liquet ex titulo donationis cuiusdam decimæ factæ Capitulo per Adalbertum & Rodgarium. Rochefort. 1072.

23. Petrus Artaldus anno 1080. ex archiuis Narbonensibus, qui in Comitiis generalibus Septimaniæ cùm aliis Episcopis confirmat immunitates Ecclesiæ Sanctorum Iusti & Pastoris: dubitat autem Catellus an alter Petrus sit idem cùm Artaldo, quem in suâ serie subiicit, eius mentionem fieri ait in actu Ecclesiæ Narbonensis an. 1090. & in instrumento cartularij S. Saturnini Tolosæ an. 1093. triennio post Vrbanus Papa 2. Carcassonam ingressus 11. Iunij Cathedralem basilicam benedixit. Artaldus 1093.

24. Gvillelmus I. memoratur an. 1106. cùm Arnaldus-Guillelmi coram ipso donauit Capitulo Sacristiam Ecclesiæ de Edrâ. 1106.

GIRONNE. 25. ARNALDVS DE GIRONNE II. de quo in cartophilaciis Carcassonensibus fit mentio 1113. cùm Bernardus Atto, Cecilia vxor, & liberi Rogerus ac Raimundus cedunt Episcopatui Carcassonensi quidquid ab ipsis fuerat ablatum. Ex tabulis Narbonensibus viuebat an. 1123. & 1129.
1129. Eo sedente ciuitas ab Attone Carcassonensi Comite oppugnata fuit, & à ciuibus strenuè per triennium defensa.

26. RAIMVNDVS anno 1132. vt ferunt tabularia Narbonensis Ecclesiæ, in Conuentu Episcoporum adfuit pro dedicatione Ecclesiæ de Creissano: martyrologium Carcas-
1140. sonense eum defunctum affirmat anno 1140.

TRESBES. 27. PONTIVS DE TRESBES II. à loco originis nuncupatus de Tribus Malis, viuebat an. 1146. 28 Iunij, cui Rogerius 3. Comes cessit & Canonicis S. Nazarij pedagium in pago Carcassensi, vt adnotant publica Regis tabularia Ecclesiam parochialem S. Ioannis Euangelistæ de Preixano mensæ Capitulari Carcassonensi vniuit, auctore Catello, eâ tamen pactione, vt singulis diebus Sabathi officium Virginis Deiparæ decantaretur, & in obitu celebraretur commemoratio defunctorum, tribúsque pauperibus in anniuersario stipendia suppeditarentur. Fato functus
1165. 1165. ex Martyrologio Carcassonensi.

28. OTHO successit Pontio, & probat donum Rogeri 4. Carcassonæ Comitis monasterio S. Saluatoris anno 1170. 5. Calend. Iulij ex tabulario ciuitatis: adfuit Concilio Lateranensi 1179. & 1181. basilicam D. Hilarij de Cazilhaco suis cùm decimis & oblationibus vniuit Sacristiæ Cathedralis S. Nazarij: coram ipso & Rogerio celebris controuersia proclamatur inter Canonicos Cathedralis & ciues Carcassonenses pro decimis
1191. hortorum 1191. 5. Nouembris, vt acta indicant Capitularia. Demum huius fit mentio in testamento Rogerij Vicecomitis Biterrensis an. 1193. quem summâ amicitiæ necessitudine coluit.

29. BERENGARIVS nepos O-
A thonis, S. Nazarij Archidiaconus, vrbe Carcassonensi ab Albigensibus hæreticis eiectus fuit, cùm incolis prædicaret Deum eis pœnam infidelitatis præparare, anno 1209. vrbe 1209.
captâ à Cruciatis; hûc enim referenda sunt verba Petri monachi Vallium-Sarnaij cap. 16. Historiæ, ex quo sequentia delibauimus: *Captâ & destructâ ciuitate Biterrensi proposuerunt nostri recto gressu tendere Carcassonam, ciues etenim Carcassonenses pessimi erant hæretici, & peccatores coram Domino nimis: audiens autem Vicecomes quòd nostri ad obsidendam tenderent Carcas-*
B *sonam, milites quoscumque potuit adunauit, séque cùm eis in Carcassonam recipiens, præparauit se vt contra nostros defenderet ciuitatem. Nec silendum quòd ciues Carcassonenses pessimi & infideles, Refectorium & Cellarium Canonicorum Carcassonensium, qui erant Canonici Regulares, ipsa etiam stalla Ecclesiæ, quod execrabilius est, destruxerunt, vt muros ciuitatis inde munirent. Ciuitas autem Carcassona in montis cuiusdam supercilio posita, duplici suburbio cingebatur, quorum vtrumque munitum erat muris pariter & fossatis &c. His gestis consilium habuerunt nostri quomodo caperent ciuitatem, animaduertentes autem*
C *quòd si facerent hìc sicut in Biterrensi factum fuerat ciuitate, destrueretur ciuitas, & omnia bona quæ in ipsâ erant consummarentur, ad consilium Baronum tractatum est de pace in hunc modum. Ordinatum est quòd omnes egrederentur nudi, & ita euaderent, Vicecomes autem in custodiâ teneretur. Egressi sunt ergo omnes nudi de ciuitate nihil secum præter peccata portantes. Tunc adimpletum est, quod dictum fuerat per venerabilem virum Berengarium, qui fuerat Episcopus Carcassonæ: hic cùm quadam die in ciuitate suâ prædicaret, ciuibúsque, sicut solitus erat, hæresim improperaret, noluerunt*
D *eum audire: quibus ille, vos me audire non vultis, credite mihi, ego tantum mugitum emittam contra vos, quòd à remotis mundi partibus venient qui destruent villam istam. Certissimè autem sciatis, quòd si ferrei & altissimi essent muri ciuitatis istius, non possetis vos defendere, quin pro vestrâ incredulitate & malitiâ, condignam recipiatis à iustissimo Iudice vltionem. Propter hæc & his similia, quæ eis vir sanctissimus intonabat, quodam tempore expulerunt eum dicti ciues, de ciuitate, inhibendo præconis voce districtissimè,*

districtissimè, & sub pœnâ grauissimæ vltionis, ne quis in emendo vel vendendo sibi, vel suis auderet in aliquo communicare.

30. BERNARDVS DE ROCHEFORT II. frater Vuillelmi de Rupeforti nobilis dynastæ, Albigensium pertinacissimi propugnatoris, de quo variis locis idem Vallium Sarnaij Monachus: pro Crucesignatorum exercitu strenuam impendit operam is Præsul, vti videre est cap 42. Hist. Albigensium: cùm reduxisset Marescallus, ad Comitem ipsum enim miserat, vt cùm Raimundo loqueretur, consulit Episcopus Carnotensis, quòd Marescallus ducat secum Episcopum Carcassonensem qui erat in exercitu, eò quòd erat indigena & notus carnifici: insuper mater eius quæ erat pessima hæretica esset in castro: frater & ipsius Episcopi nomine Guillelmus de Ruperforti, de quo supra fecimus mentionem. Iste Guillelmus erat crudelissimus, vnúsque de peioribus pro posse suo Ecclesiæ inimicis. Venientes igitur dictus Episcopus & Marescallus iterum ad Raymundum, verbis preces, precibus minas addunt, instantissimè laborantes, vt tyrannus eorum consiliis acquiescens, secundùm modum quem supra diximus, reddat se Comiti nostro, imò Deo; sed quia Marescallus durum inuenerat, obstinatum in malitiâ suâ, Episcopus Carcassonensis & Marescallus modò inueniunt duriorem, noluit etiam sustinere supradictus Raimundus vt Episcopus cùm fratre Guillelmo secretiùs loqueretur: nihil igitur proficientes Episcopus & Marescallus ad Comitem reuertuntur. Memorat Petrus Monachus c 55. eundem Vuillelmum de Rupeforti in obsidione Tolosanâ cùm cognato Comitis Conuenensis interemptum fuisse.

31. GVIDO ex Abbate Vallium Sarnaij, operâ Comitis Monfortij ad Episcopatum prouectus, ei in omnibus sacri belli expeditionibus fideliter adstitit: erat enim egregiè pius, prudens, ac doctus Ordinis Cistèrciensis alumnus, vt notat Hist Albig. c.6. substractis, inquit, duobus luminaribus Episcopo videlicet Oxomensi, & F. Radulfo, venerabilis Guido Abbas Vallium Sarnay in diœcesi Parisiensi, qui cùm aliis Abbatibus causâ prædicationis in Narbonensem prouinciam venerat, vir nobilis genere, sed scientiâ longè nobilior & virtute, qui etiam posteà Episcopus factus est Carcassonensis, prior inter prædicatores constitutus est & magister, Abbas siquidem Cisterciensis ad alias partes se transtulit. Discurrentes igitur prædicatores sancti, hæreticósque disputando manifestissimè conuincentes: sed quia obstinati erant in malitiâ, conuertere non valentes, post multum temporis, cùm parùm aut nihil prædicando siue disputando proficere potuissent, ad partes Galliæ sunt reuersi. Hic Guido suâ ætate inter Episcopos Gallicanos cùm primis clarus, summo animi robore sacrum bellum aduersùs Albigenses promouit: Petrus Monachus Vallium restis oculatus, qui Historiam Albigensium, vel expeditionis in eos susceptæ anno 1209. Duce Simone de Monteforti conscripsit, à Nicolao Camuzato primùm, mox & Andreâ Quercetano Historiæ Francor. Scriptorum tomo 5. editam, docet id cap. 28. sic loquens: *Ipso tempore venerabilis Abbas Vallium Sarnay Guido vir prudens & bonus, qui negotium Iesu Christi miro amplectebatur affectu, & post Abbatem Cisterciensem præ omnibus promouebat, causà confortandi nostros, qui in multâ depressione tunc erant, à Francià venerat Carcassonam. Adeo siquidem ardenter, sicut diximus, Christi negotium diligebat, quòd à principio negotij prædicans per Franciam discurreret. Illi autem qui erant in ciuitate Carcassona, in tantâ turbatione erant positi & timore, quod quasi penitùs desperantes, de fugâ tantummodò cogitabant. Circumclusi quidem erant ex omni parte, infinitis & fortissimis inimicis, sed Vir virtutis, in illo qui cùm tentationibus dat prouentum, metus & depressiones eorum, monitis quotidie salutaribus mitigabat.* Episcopus renunciatus Carcassonæ an. 1212. 1212.
summâ lætitiâ excipitur, de cuius electione apud eundem Petrum Guidonis nepotem cap. 60. hæc leges: *Aduenerat ibi à Franciâ venerabilis Abbas Vallium: erat enim electus in Episcopum Carcassonensem, quem cùm Comes & milites nostri in prædictâ reperissent ciuitate, gauisi sunt valde; omnes enim ipsum affectu præcipuo diligebant, erat*

enim à multis annis familiarißimus Comiti, idem insuper Comes quasi ab infantiâ, eius consiliis se subdiderat, ad eius se habuerat voluntatem: de seipso verba faciens Pettus Monachus eodem capite sic fatur: *Electus autem Carcassonensium erat in ciuitate illâ*, Albiâ, *& ego cùm eo: me enim adduxerat secum de Franciâ, ob solatium suum in terrâ alienâ peregrinus, cùm essem Monachus & nepos ipsius*: pergit cap. 62. *dum esset exercitus apud castrum quod dicitur Sanctus Michaël, distabàtque vnâ leugâ à Castronouo, superuenit Episcopus Carcassonensis Guido qui fuerat Abbas Vallium, & ego cùm eo, ipse enim post* B *captionem Altipuli, recesserat ab exercitu adhuc electus, & perrexerat Narbonam, vt cùm domino Abbate Cisterciensi, qui etiam erat electus in Archiepiscopum Narbonensem consecrationis beneficium sortiretur*. Porrò de huius in extirpandâ hæresi zelo præclarum elogium est cap. 63. vbi de obsidione Pennæ castri scribitur an. 1212. Erat
» in obsidione illâ venerabilis Episco-
» pus Carcassonæ, de quo sæpiùs men-
» tionem fecimus, & ego cùm eo. Hic
» in exercitu Domini de mandato Ar- C
» chiepiscopi Narbonensis qui fuerat
» Abbas Cisterciensis, & erat Legatus,
» vice fungens Legati, in feruore spiri-
» tus indefesso, in labore corporis in-
» credibili, officium prædicationis,
» cæteráque ad obsidionem pertinen-
» tia sedulus exercebat, vt breuiter di-
» cam, tanto & tam importabili cura-
» rum sibi inuicem succedentium pon-
» dere premebamur, quòd vix licebat
» comedere, vix modicum pausare.
Eodem anno Parisiis cùm Tolosano Antistite egit de Crucesignatorum expeditione promulgandâ aduersùs eosdem hęreticos, quorum antesigna- D nus ferebatur Rex Aragonum, vt auctor est idem Vallium Sarnaij Monachus cap. 68. apud quem c. 70. sub
1213. an. 1213. laudatur idem Guido hoc encomio: *In totâ Franciâ non erat nisi vnus, venerabilis scilicet Carcassonensis Episcopus, vir eximiæ sanctitatis, qui pro sæpè dicto fidei negotio laboraret: ipse enim cùm magnâ instantiâ discurrebat per Franciam, & negotium fidei ne in obliuionem veniret, omnimodè in quantum poterat, promouebat*. Tempore autem famosæ pugnæ Muretensis, in quâ Rex Aragonum occubuit, iste Guido Carcassonensis cùm aliis Episco-

A pis qui in castris Simonis Comitis Montisfortis morabantur, deprecabatur Dominum in Ecclesiâ pro
militibus Christi. Dein anno 1214. 1214.
destinatur ad partes Albienses cùm Crucesignatis aliis, duce Iacobo de Vitriaco, cùm iísque partes Lugdunenses, Rutbenenses, Carcassonenses, cæterásue peragrauit: memoratur item cap. 79. officio Legati perfunctus in obsidione Cassanolij castri, Aginnensis territorij: & hæc Petrus in Historiâ Albigensium de auunculo Guidone perhibet; qui viuebat adhuc an. 1218. ex cartis Abba- B tiæ S. Dionysij propè Lutetiam.

32. Bernardvs Raimvndi III. Raimvndi.
anno 1220. vniuit dimidium decimæ 1220.
parochiæ S. Martini Veteris Abbatiæ Villælongæ, ex actis ipsius monasterij: dicitur autem obiisse an. 1230. in Martyrologio S. Pauli Narbonensis.

33. Clarivs nominatur in ta-
bulis eiusdem anni 1230. missus est ad 1230.
summum Pontificem pro Legato Apostolico aduersùs Albigenses obti- C nendo, post recessum Romani S. Angeli Cardinalis, vt innuit Guillelmus de Podio Laurentij cap. 41. Chron. his omnino verbis: *Anno Domini 1230. procurante consilio Prelatorum, venerabilis pater dominus Clarius Episcopus Carcassonæ accedens ad Sedem Apostolicam, Legatum obtinuit mitti ad negotium pacis & fidei prosequendum, virum magnæ probitatis & prouidentiæ Episcopum Tornacensem; qui cùm venisset, conuenit Comitem super illis articulis emendandis, qui dicebantur contra pacem nuper factam Parisius esse commissi*.

D 34. Gvillelmvs Arnald, III. Arnaldi.
cuius mentio extat in veteri cartâ apud Aquasmortuas in fauorem Ca-
pituli datâ 1248. sequenti anno lar- 1248.
gitur mensæ Capitulari S. Nazarij Ecclesiam B. Mariæ de Alsono suis cùm decimis & pertinentiis: memoratur & in tabulâ Castrensi 1251. fatis functus 1255.

35. Gvillelmvs Radvlfi III. Radvlphi
anno 1255. Dominicanos, quorum 1255.
monasterium aquarum eluuione penè absorptum fuerat, in domo Pontificali humaniter excepit, ac per annum proprio ære fouit & sustentauit,

quemadmodum notant tabulæ Conuentus S. Dominici Carcassonensis.

36. Bernardvs de Campendv, iv. statuta vtilia condidit
1270. anno 1270. quæ leguntur in codice ordinationum Præsulis Carcassonensis: dictus est & Bernardus de Canesuspenso in quibusdam indiculis Episcoporum.

37. Ioannes Gavtier, i. sedebat anno 1279.

38. Isarnvs viuebat ex cartâ
1280. an. 1280. missus à Bonifacio 8. ad Regem Daniæ Legatus ad liberandum Ioannem Archiepiscopum Lundensem in carcere detentum, vti refert Bzouius Tom. 13. Annalium Ecclesiast. an. 1295.

39. Petrvs de la Chapelle ii. Lemouix, Cardinalis Prænestinus; traductus est ad Episcopatum Tolo-
1298. sanum an. 1298. quod patet ex eius epitaphio: de ipso plura in Tolosanis supra.

40. Ioannes de Chevry ii. obiit anno 1300. die 13. Iunij, ex Martyrologio Ecclesiæ suæ.

41. Petrvs de Rochefort iii. ex eadem quâ & Bernardus de Ruperforti decessor prodit familiâ, vt non est improbabilis coniectura. Eius fit
1300. mentio in schedâ anni 1300. 17 Septembr. ac circa annum 1315. Ecclesiam & monasterium de Belloloco in nemore de Lupateriâ, sesquimilliario à castro Episcopali de Lupateriâ positum, à se extructum & fundatum, Patribus Cartusianis attribuit, in eóque eos aluit & protexit ad extremum vsque vitæ annum 1321. sed tunc nescio quo ductus spiritu, & parùm prouido, vt rei docuit euentus, consilio, vi fortè morbi, parùm sui compos, eosdem è dicto asceterio emitti, atque eorum loco tredecim sæculares Presbyteros subrogari mandauit postremæ voluntatis tabulis; quarum executores nihil morati hanc eius inconstantiam, rem ad Apostolicum tribunal detulerunt, atque à Ioanne 22. impetrarunt, vt antiquato in hâc parte testamento, Cartusiani qui iam loco pulsi fuerant, in pristinam & legitimam possessionem redintegrarentur, sicque Pontificij virtute rescripti in cœnobium suum postliminio sunt reuersi, primiti... Præfectus, siue Prior eorum Ioannes de Montemartyrum, ab Abbate S. Tiberij, & Decano S. Papuli, Pontificij diplomatis executoribus in possessionem loci immissus fuit 12. Septembris 1323. Eius assensu 1316. Pon- 1316.
tifex Max. Ioannes 22. Ecclesiam parochialem S. Vincentij in oppido Montisregalis Collegiatam instituit. Idem Petrus basilicam S. Nazarij pro maiori parte construxit: caput S. Guimeræ Carcassonensium Antistitis primi thecâ argenteâ inclusit, ac tandem mortuus est annò 1321.

42. Gvillelmvs de Flavacovrt, iv. electus anno 1322. die Flavacovrt. 1322.
27. Augusti. ex libro Obligationum Vaticani; translatus inde ad Metropolim Auscìensem, dein ad Rotomagensem.

43. Stephanvs i. successit anno 1323. 7. Octobris, vt ibidem asseritur, de quo silent Catellus, & alij Catalogi.

44. Petrvs Roderii, iv. fuit Rodarii.
benefactor eiusdem Cartusiæ de Lupateriâ, quemadmodum constat ex cartâ donationis præfati Episcopi an.
1327. 24. Augusti Ab ipso autem Rex 1327.
mutuatus est mille sexcentos florenos auri pro subsidio belli aduersùs Flandros anno 1328. quòd patet ex regesto Cameræ Rationum Parisiensium. Extruxit Capellam S. Bartholomæi in Cathedrali.

45. Petrvs de Iean, v. successor designatus est anno 1330. 14. De Iean D'azur a l'aigle eployé d'or.
Iunij ex citatis actis Consistorialibus: à superiore distinctum liquet ex diuersâ impressione sigilli Episcopalis: anno verò 1332. 28. Iulij pomerium dictæ Cartusiæ nimis angustum dilatauit, & fontem in medium claustri suis sumptibus induxit, ex documento prædictæ donationis.

46. Gavcelinvs de Iean De Iean.
superioris consobrinus ei suffectus
1337. 25. Maij ex citato codice Obli- 1337.
gationum. Librum Catechismi elucubrauit pro parochis suæ diœcesis

anno 1343. vti adnotauit codex sta- A tutorum Episcopi Carcassonensis.

47. GILBERTVS DE IEAN ad Episcopatum sublatus 1347.18. Octobris, teste eodem reg. Vatic. Concilio Biterrensi interfuit 1351. cùm Archiepiscopo Narbonensi, & Coepiscopis suis.

48. ARNALDVS II. eiusdem 1356. Ecclesiæ Pontifex adlectus anno 1356.21. Septemb. ex Actis Consistorialibus.

VAIROLIS. 49. GAVFRIDVS DE VAIROLIS B designatur Episcopus 1358. die 27. Martij, cuius mentio fit in cartis præfatæ Cartusiæ de Lupateriâ 1359. 8. Aprilis: posteà translatus ad Tolosanensem Metropolim 1361.

50. IOANNES III. sedebat ex 1366. veteribus monumentis an. 1366. & 1368. Synodo Vaurensi interfuisse memoratur.

ALBERTI. 51. STEPHANVS ALBERTI II. Cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro, dein S. Laurentij in Lucinâ, ex familiâ C Innocentij 6. Pontificis, à quo Purpurâ donatus 1361. præfuisse reperitur Ecclesiæ Carcassonensi ex archiuij membranis. Decessit Viterbij 3. 1369. Calend. Octob. 1369. tumulatus in Cathedrali.

52. HVGO anno 1371. 27. Iulij renunciatus est Præsul in regesto Vaticano.

GARDESII. 53. PETRVS GARDESII, VI. eodem anno 17. Decembris Administrator huius Ecclesiæ efficitur, ex prædictis Actis Consistorialibus. Car- D tusiæ præfatæ benefactor, sicuti superiùs expressi eiusdem nominis Petri Pontifices Carcassonenses. Ecclesiam de Villardonello suæ diœcesis vniuit mensæ conuentuali Cartusiæ Lupateriensis ex Benedicti 13. com- 1375. missione Apostolicâ 1375. 4. Maij: eius nomen seruant insuper tabulæ annorum 1381. 1388. & 1390.

CRAMAVD. 54. SIMON DE CRAMAVD Patriarcha Alexandrinus, Episcopus Pictauiensis, è quâ prouinciâ ortum habuerat in vico Cramaudo stirpe nobili; Agathensis item Episcopus Biterrensis, Auenionensis, Remensis Archiepiscopus, ac Cardinalis, Cancellarius Ioannis Biturigum & Pictonum Reguli, quem perperam mendosè nonnulli Dioscorum vocitant: de quo Hieronymus Surita l. 3. factus est Administrator Carcasso- nensis anno 1391. 28. Octobris ex libro Obligationum sub Benedicto 13. 1391. Antipapâ: obiit 1429. iacétque Pictauij in Cathedrali, vt infra dicitur in Pictauiensibus.

55. PETRVS DE S. MARTIAL VII. S. MARTIAL posteà Archiepiscopus Tolosanus anno 1392.

56. GERARDVS DE PODIO DE PODIO. S. Flori anteà Episcopus, reperitur Carcassonensis anno 1408. ex tabulis 1408. Cartusiæ Castrensis: missus ad Concilium Constantiense Caroli 6. Francorum Regis Orator vnà cùm Archiepiscopo Remensi Simone supradicto, & Ludouico Bauariæ Duce, vt patet ex actis Synodi sess. 7. per idem Concilium remissus ad Regem, captus in Ducatu Barrensi ab Henrico de Turre, & vindicatus à Duce Lotharingiæ, vnde in detentores illius censuræ promulgatæ in dicto Concilio eadem sessione anno 1416. erat adhuc su- 1416. perstes 1419. & 1420. testamenti tabulis reliquit Ecclesiæ suæ 50. marcas argenti, atque ornamenta plurima, vt est archiuis Carcassonensibus.

57. GAVDEFRIDVS DE POMPADOVR II. Renulfi domini de POMPADOVR. Pompadorio, & Constantiæ à Marchiâ secundæ vxoris natus, quem tabulæ huiúsce familiæ Golferum aliter nuncupant, Cartusiam B. Mariæ de Lupateriâ quæ bellorum iniuriâ ac prædonum incursu passa fuerat iacturam, non multis annis anteà fundatæ & tum primùm adolescenti, Cartusiæ Castrensi vniuit tabulis Pontificiis 7. Decembris 1423. 1423. mentio eius habetur in actis anni 1418. 2. Septembr. eodem satagente 1440. fit sæculare Capitulum Cathedralis D. Nazarij: sedebat adhuc 1443. & mortuus est an. 1445. 1. Ianuarij, ex regest. Vaticani.

58. IOANNES D'ESTAMPES, IV. ESTAMPES. Roberti toparchæ de Salbris & de la

Ferté Inbaud ex Iaquetâ Roland A progenitus: is etiam Ioannem Niuernensem ac Guillelmum Condomiensem Episcopos habuit germanos. Cubicularius erat Apostolicus, S. Hilarij Pictauiensis Thesaurarius, Decanus Maioris Ecclesiæ S. Petri, necnon Præfectus ærarij Franciæ, seu Generalis, vt tum vocabant, Financiarum regni, Ioannis Biturigum Ducis à Confessionibus, in Episcopatu
1445. successit 4. Calend. Nouemb. 1445. vti notant Acta Consistorialia, cùm oratus anteà fuisset Supplicum Libellorum Præfecturâ. Testis recensetur in hominio Petri Aremoricæ Du- B cis 3. Nouembr. 1450. Carolo 7. Regi exhibito, interfuitque Comitiis generalibus Occitaniæ 27. Martij 1453. Eius quoque memoria habetur in tabulis Cartusiæ Castreosis 1447. Tumulatus fuit in Cathedrali Niuernensi, vnà cùm fratre Ioanne vrbis Pontifice, & in epitaphio dicitur obiisse 15. Ianuarij 1455.

59. IOANNES DE CASTRO V. Præpositus S. Stephani Tolosæ vbi
1475. migrauit è vità die 15. Septemb. 1475. sepultus in Cathedrali Carcassonensi. Contulerat Rectoriam Ecclesiæ de Podiocherico 1472. ex veteribus C schedis.

60. GVISCARDVS D'AVBVSSON frater Petri Cardinalis de Albussonio, Magistri Rhodiorum Equitum, ex Cadurcensi Antistite electus à Sixto 4. Papâ an. 1476. sedisse etiam reperitur in monimentis Cartusiæ Ca-
1477. strensis annis 1477. 1480. & 1487.

61. PETRVS D'AVXILHON, VIII. Pontificatum tenuit annis 1502. 1508. & 1510. vti liquet ex inscriptione in Capellâ S. Annæ in Cathedrali Carcassonensi: decessit anno 1512. 26. Septembris, vt placet Catello. D

62. MARTINVS DE S. ANDRE' Tolosani Præsidis filius, in sacrarum literarum & Iuris vtriúsque scientiâ apprimè versatus, prout testantur Interpretationes Tolosanæ. Episcopus
1510. anno 1510. Competitorem habuit Ioannem de Bazillac Senatorem Parlamenti Tolosani, vltimum electorum à Capitulo, qui prædicto Episcopatu, Senatusconsulto priuatus est, vt scribit Catellus, decessorem illi subiungens Hugonem de Voisins, designatum à Capitulo & defunctum anno 1515. Confirmatus ergo huius Ecclesiæ Pontifex virtute Concordati, Collegium S. Raimundi Tolosæ extruxit: cui Petrus Rebuffus de Montepessulano, Iurium Doctor, in Parisiensi Decretorū Facultate Professor anno 1536. dicauit tractatum nominationum & de pacificis possessoribus: obiit Martinus 1545. sepultus in Cathedrali sub tumulo æneo. 1545.

63. CAROLVS DE BOVRBON Cardinalis tit. S. Xisti, Episcopus Carcassonensis, vt docet Catellus in Catalogo suo.

64. AMEDEVS DE FOIX postea Matisconensis, ex permutatione cùm sequenti Episcopo.

65. FRANCISCVS DE FAVCON, I. Monspeliensis, anteà Aurelianensis, ex Matisconensi huc translatus, præfuit annis 1557. & 1560. denatus 22. Septembris anni 1565. 1557.

66. CAROLVS DE BOVRBON Cardinalis Vindocinensis, eiusdem Sedis Episcopus an. 1566. qui posteà Rotomagensis Archiepiscopus euasit.

67. VITELLOCIVS VITELLI Italus, nobilis Tiphernas, Alexandro & Angelâ Rubeâ parentibus, è vetustâ Vitelliorum familiâ satus, quæ Duces protulit bellicâ virtute conspicuos: puer Parauij humaniores literas, & ius egregiè edoctus est; Cameræ Apostolicæ Clericus primò, dein Episcopus Tiphernas assumitur 1554. 30. Martij; à Paulo autem 4. Cardinalis renunciatus tit. Sanctorum Sergij & Bacchi 1557. Camerarius Romanæ Ecclesiæ, pro Tiphernate Ecclesiâ, Imolensem optauit an. 1560. fuit insuper Signaturæ Gra- 1560. tiæ Præfectus, Galliæ Protector, Campaniæ Legatus, atque inter Patres Congregationis Sancti Officij, Conciliíque Tridentini aonumeratus, erat enim singularis consilij, magnorum spirituum, eximiâ eruditione, rerúmque vsu, & in politicis rebus administrandis valdè expeditus: apud Pontifices quoque gratiâ & auctoritate quamplurimùm valens. In

Galliis autem resignante Cardinali A Viodocinensi subuectus est ad Ecclesiam Carcassonensem, quam duobus annis moderatus est, ac Romæ viuis
1568. excessit anno 1568. die 13. Calend. Decembris, in templo tituli sui B. Mariæ in Viâ latâ, ante altare SS. Cyriaci & Catharinæ sepultus absque mausolæo & epitaphio. Huius elogium scripsit Massarellus Episcopus, vti videre est apud Ciaconium.

RVCELLAI. D'azur à 2. ondes d'or, cranché & gu ulle, au lion d'argent.

64. HANNIBAL DE RVCELLAY Præfectus Palatij Pontificij, & Abbas S. Ioannis de Iardo prope Melodunum, Florentiæ nobili familiâ B oriundus, cuius preaui quondam perfuncti sunt officio Gonfaloneriorum: fratrem is habuit Horatium, Archiœconomum Domus Ferdinandi Magni Ducis Etruriæ, qui ab eodem Principe adlectus est an. 1589. vt pacta sui matrimonij cùm Christinâ Lotharingâ contraheret. Hannibal autem ex Romanæ vrbis Gubernatore hanc Sedem Carcassonensem adeptus est post excessum Car-
1569. dinalis Vitellij an. 1569. die 1. Aprilis ex lib. Obligat. decessit Romæ, vbi habet cœnotaphium in Ecclesiâ B. Andreæ de Valle, in superbo sacello C familiæ Rucelaiæ, quod Horatius munificentissimè erexit, cùm subiecto epitaphio, quod refert Vghellus tomo 2. Italiæ Sacræ in Episcopis Pisurensibus. DEO OPT. MAX. ANNIBALI ORICELLARIO *Episcopo Carcassonensi, humanitate, munificentiâ, integritate singulari. Cuius operâ summi Pontifices Paulus* IV. *& Pius* V. *in maximis, arduisque Christianæ Reip. negotiis apud Henricum* II. *& Carolum* IX. *Galliæ Reges. Clemens verò* VIII. *in regendis vrbibus, Anconâ, Româ, Benoniâ, ac demum Pontificiæ domus Præfecturâ maximâ cum laude vsi sunt.* D *Horatius Oricellarius iucundissimo fratri posuit.*

LESTANG. D'azur à 2 poissons d'argent en fasce, ecartelé de sable au rocher d'or. Sur le tout d'or à la fasce de gueulle accompagnée de 3 etoiles de sinople a.2.

69. CHRISTOPHORVS DE LESTANG Briuensis, Iacobi in Parlamēto Tolosano Præsidis germanus, & auunculus Stephani de Poluerel Episcopi Aletensis: Abbas Montisoliui & S. Petri de Vsarchiâ, Magister Capellæ Regiæ, ac Torquatorum Equitum S. Spiritus Præceptor Ecclesiasticus, sacri item Consistorij Consiliarius, ex Lodouensi Antistite, dein Aletensi, ad Carcassonensem Ecclesiam transfertur an. 1606 1606. interfuit Cœtui Cleri 1617. ac biennio post Lutetiæ in templo S. Francisci de Paulâ sacris operatus est in funere Dianæ Ducissæ Engolismensis, cùm Aodegauensi, Sagiensi, & Gratianopolitano Episcopis. Vitam cum morte commutauit anno 1621. die 12. Aug. in obsidione Montalbanensi.

70. VITALIS DE LESTANG Mimatensis, Doctor Theologus Parisiensis, è Coadiutore Christophori patrui titulo Episcopi Ephesensis, successit anno 1621. mortuus 1652. LESTANG. 1621.

71. FRANCISCVS DE SERVIEN, II. Abbas S. Iouini de Marnis, B. Mariæ de Moris, & de Perredio, Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Turonensis, Episcopatum Carcassonensem administrandum suscepit regiâ schedulâ 17 Maij 1653. sed inde transiit ad Baiocensem in Neustriâ 1654. vti diximus supra. SERVIEN. 1653.

72. LVDOVICVS DE NOGARET Abbas S. Petri de Insulâ diœcesis Burdegalensis, frater Bernardi de Nogareto Ducis Spernoni, Valetæ, & Candalæ, Paris Franciæ, Capitalis Boiorum, Comitis Fuxi, & Burgundiæ Proregis. Coadiutor primò Mirapicensis titulo Præsulis Sebastiensis, munus vnctionis excepit Lutetiæ apud Fulienses die 19 Decemb. 1619. Episcopatum eundem cùm annis circiter 25. rexisset, ad Carcassonensem Ecclesiam promotus est 1655. 1655. cui in Cathedrâ Mirapicensi suffectus die 17. Maij Ludouicus de Leuis ex Ventadorij Ducibus, Annæ Bituricensium Archiepiscopi Patriarchæ & Primatis germanus. NOGARET. Comme cy après.

CARNOTENSES EPISCOPI.

Chartres en Beausse sur Eure.

AVTRICVM Carnutum ad fluuium Auduram, Belsiæ caput, in regione totius Galliæ mediâ Cæsari lib. 6. cap. 4. ciuitas Carnotum in Notitiâ Honorij, Carnotus in vitâ S. Martini l. 3. apud Fortunatum, Seuerum Sulpitium dialog 3. & Paulinum lib. 4. de vitâ eiusdem S. Martini: de eâ sic liber Aganonis in cartulario S.Petri in Valle: „ vrbs populosa admodum, atque opulentissima, inter Neustriæ vrbes murorum magnitudine, ædificiorum quoque pulchritudine, vel artium liberalium studiis famosissima: Quæ quondam à Iulio Cæsare obsessa decennio perstitit inexpugnabilis, & à se Romanas acies, Argolicásque pepulit indefessa phalanges: erat enim ex quadratis immanissimis lapidibus constructa, altísque turribus munita, atque idcirco vrbs lapidum vocitata, atque ductibus iocunda, viis subterraneis lætabunda, quibus omnia sub portabãtur necessaria, nunc verò ab inopi diuinæ virtutis gente, Deo permittente solo tenus euertitur, & ignibus concrematur (ab Hastingo Duce.) Nõnullis autem dicitur esse Autricum Ptolemæi, ac Druidum quondam sedes, vt fama est, quod verbis istis describit Merula: *Oppidum hodie non postremi loci, situm in planitie, partim in colle, frequentibus ædificiis refertum, mœnibus firmis cinctum, aggeribus, fossísque circumuallatum, incolarum diuitiis pollens. Perluit ad collis pedem fluuius pistrinis versandis commodus, qui è Perchensibus ortus, hucvsque ciuium industriâ deriuatus, apud Lupariaś paulò supra Rotomagum in maiores Sequanæ vndas influit. Summum templum Mariæ Virgini est consecratum, in cuius cryptâ puteus ostenditur sanctorum Fortium dictus, in quem, cum Carnutes Christo nomen primitùs dedissent, magnus Christianorum numerus ab Quirino Galliæ Proconsule dicitur præcipitatus. Adseruari hic etiam fertur ingenti pietate subucula diuæ Virginis. Portas habet octo, quarum sex patent, reliquas bella clauserunt ciuilia, quibus an. 1567 fuit obsessum, oppugnatúmque, sed virtute Lignerij fortiter defensum.* Hactenus Merula. Et Vuillelmus Brito Philippidos lib. 2. de Ecclesiâ cecinit hísce versibus:

Vrbs quoque Carnotum, quam ciuis tam numerosus,
Tamque potens Clerus, & tam prædiues opimauit,
Ecclesiæque decus, cui scemate, mole, decore,
Iudicio par nulla meo reperitur in orbe.
Quam, quasi postpositis specialiter omnibus, vnam
Virgo beata docet Christi se mater amare.
Innumerabilibus signis, gratóque fauore,
Carnutis dominam se dignans sæpè vocare:
Cuius & interulam cuncti venerantur ibidem,
Quâ vestita fuit cùm partum protulit agnum.

Suos olim habuit Comites hæc prouincia; Theobaldus, Ledgardis Viromandensis maritus eorum stirpem propagauit, ex cuius posteris, defuncto improle Theobaldo iuniore Comite Blesensi & Carnotensi, Mathildis domina Ambasiæ Comitissa Carnotensis efficitur, eâque sine liberis obeunte, Comitatus deuenit ad Ioannem Castilioneum Comitem Blesensem ipsius hæredem, vt habetur in genealogicis tabulis. Huius nata Ioanna de Castellione Comitissa Blesarum & Carnotensis, Petri à Franciâ Comitis Alençonij & Pertici vxor, ipsâ absque sobole decedente, Comitatum cessit Philippo Regi Pulchro codicillis anni 1286. qui asseruantur in regio Parisiensi cartophilacio. Basilica maior Archiepiscopatus Senonensis olim Suffraganea vsque ad annum 1622. quo subiicitur nouæ Parisiorum Metropoli, in quorum etiam Parlamento existit. Patronam veneratur B. Mariam in cœlos Assumptam; magnificentissimo operè conestucta, est longa pedes 417. lata 189. alta 117. cùm campanili alto pedes 378. Canonicos habet 72. cùm 17. Dignitatibus, quibus accẽsentur sex Archidiaconatus, nempe Carnotensis, Dunensis, Pisciacensis, Blesensis, Drocensis, & Vindocinẽsis, in quos diuisa est diœcesis amplissima inter Sequanam & Ligerim, à Blesis

ad Medontam, item quatuor Præpositura, Normanniæ, Mezangei, d'Ingray, & d'Auuers. In Decanatibus Ruralibus quindecim, parochiales Ecclesiæ numerantur 1330. Prioratus 157. Abbatiæ plures virorum, & mulierum. Eam verò Ecclesiam in Regno Franciæ commendabilem, & communis opinio prædicat, & antiqua dignitas repræsentat, inter comprouinciales auctoritatis præcipuæ, & opinionis præclaræ apud Stephanum Tornacensem Episcoporum epist. 41. & 42. quæ basilica memoratur cùm Capitulo, & Canonicis c. 13. & 24 de verborum significatione, & Archidiaconus c. 28. de iure Patronatus, & c. 28. de Iudiciis, & Episcopus c. 4. de Officio & potestate Iudicis delegati. Carnuti etiam data lex Neganda 19. c. de his qui accusare non possunt, & pleræque aliæ in Codice Theodosij, & Iustiniani. Porrò de hac primariâ Ecclesiâ potens plura legere apud Ioannem Bonifacium in Historiâ Virginali lib. 2. cap. 1. Sebastianum Rouillardum in Partheniâ, vel Historiâ Ecclesiæ Carnotensis. Sunt verò in eâ diœcesi Abbatiæ:

S. PETRI IN VALLE O B. *Saint Pere en Vallée de Chartres.*

S. IOANNIS IN VALLE O A. *Saint Iean en Vallée.*

IOSAPHATVM *Iosaphat* O B.

S. CARAVNI O A. *S. Cheron lez Chartres.*

VINDOCINI *Vendosme* O B.

TIRONII *Tiron* O B.

S. LAVNOMARI O B. *S. Lomer à Blois.*

DE COLVMBIS *Colombs* O B.

BONÆVALLIS *Bonneual* O B.

PONTISLEVII *Pontleuoy* O B.

NEALPHÆ-VETERIS O B. *Neauphle le Viel.*

DE ARCISSIS *fœm.* O B. *des Arcises.*

S. CORENTINI O B. *Saint Corentin.*

S. CYRICI O B. *S. Cir de Bercheres.*

S. REMIGII *de Landu fœm.* O B. *S. Remy des Landes.*

BVRGIMEDII O A. *Bourgmoyen à Blois.*

CASTRIDVNI O A. *S. Marie Magdelaine de Chasteaudun.*

CLARIFONTIS O A. *Clairfontaine.*

S. VINCENTII *in Nemore* O A. *S. Vincent aux Bois.*

ELEEMOSYNÆ O C. *l'Aumosne, ou petit Cisteaux.*

CLARETI *fœm. des Clerets* O C.

AQVÆ *l'Eau fœm.* O C.

ALBÆCVRIÆ *Abecourt* O P.

GAVDIIVALLIS *Ioyenual* O P.

GRANDISCAMPI O P. *Nostre Dame de Grandchamp.*

STELLÆ *l'Estoile* O P.

GVICHIÆ *fem. O. S. Claræ.* *la Guiche pres Blois.*

Antistites qui in eâ Ecclesiâ floruêre sequuntur, quorum seriem ex diuersis auctoribus, monumentisque & tabularis non anteà vulgatis deprompsimus.

1 S. ADVENTVS, vel AVENTINVS primus est qui occurrat in vetustis codicibus Episcopatus vbi memoratur B. Sauiniani & Potentiani in Euangelij prædicatione socius.

2. OPTATVS.

3. VALENTINVS.

4. S. MARTINVS CANDIDVS, iacet eâ in æde quæ posteà ab illo dicta est S. Martini in Valle. Eius relliquiæ sunt Carnuti in basilicâ, ab eo nuncupatâ S. Aniani.

5. S. ANIANVS.

6. SEVERVS.

7. CASTOR.

8. AFRICA-

ℓ, Cii.

8. Africanvs, vel Avfricanvs. A

9. Possessor.

10. Polychronivs.

11. Palladivs.

12. Arbogastvs.

13. Flavivs.

14. S. Solennis Ecclesiam
habet Blesis, de eo Sigibertus in
490. chronico sub an. 490. *Solennis Car-
notensis Episcopus claret, qui in prædi-
cando Francis, Christum non segniter in-* B
stituit. Gregorius Turon. cap. 21. de
Gloriâ Confess. meminit beatissimi
Solennis, ad cuius sepulcbrum in
cryptâ abditâ Malliacensis monaste-
rij, refert fieri miracula. Vide Mar-
tyrologium Romanum.

15. Aventinvs: is est quem
in veteribus scripturis Episcopatus
parùm rectè Archidiaconum Du-
nensem tantùm indigitari reperimus,
cùm subscripserit Episcopus Eccle-
siæ Carnotenæ Canonibus Concilij
511. Aurelianensis 1. an. 511.

16. Aetherivs chirographum C
apposuit actis Synodi Aurelianensis
3. anno 538. & 4. 541. Ad duo mil-
liaria ciuitatis S. Prisco construxit
Ecclesiam, cuius relliquias ibidem
collocauit.

17. S. Leobinvs patriâ Picta-
uensis, ordinatúsque ab Ætberio
dicitùr in Breuiario: Leubenus in
subscriptionibus Concilij Aurelia-
549. nensis 5. scribitur 549. vel Leubinus
in Parisiensi 2. 555. Fragmentum vi-
tæ MS. tomo 1. Histor. Franc. Script.
de hoc ita loquitur: *Cùm Ætherius
Carnotensis vrbis Episcopus B. viri Leo-
bini prospiciens sanctitatem, ad Diaco-* D
*natus proueheret officium, & Fratribus
Braiacensis monasterij præponeret, di-
gnum duxit ut præfecturæ Officium com-
modiùs ageret, si ad presbyterij onus eum
sublimaret.* Et paulò post, de eius
electione sic fatur: *Intereà B. Æthe-
rius vitæ suæ cursu consummato, migrauit
ad Dominum. Cùmque de successore eius
varia esset inquisitio, Rex cæli Domi-
nus, in cuius manu cor Regum est, Chil-
deberti Regis cor ita suâ inspiratione
inflexit, vt de beato Leobino monacho
Pontificem in successorem eligendo rega-
le daret decretum. Vniuersi itaque, qui
aderant, beatum Leobinum non solùm
à Rege, sed à Deo esse electum alacri
corde lætantes, consono ore, & concordi
voto conclamare cœperunt, eum Cathe-
dræ Episcopali in successione afore di-
gnum. In hâc ergo electione, cùm vni-
uersus assentiret populus, quod non abs-
que liuore inuidiæ actum esse credimus,
quidam Episcoporum cœperunt resistere,
& contradicere eius ordinationi, eò quod
modica pars naris quondam incumbente
cancri ægritudine mutilata videretur. Sed
voce omnium vnanimiter conclaman-
tium oppressâ inuidiæ illatione, & peni-
tùs frustratâ, vir sanctus secundùm Dei
dispensationem ordinandus decernitur.*
Iacet in æde S. Martini in Valle,
cuius caput thecâ réclusum asser-
uatur in Ecclesiæ Carnotensis sa-
crario.

18. S. Caletricvs successor
eligitur Leobini, quod intelligi po-
test ex eodem MS. vitæ Leobini, cu-
ius hæc verba: *Beatus vir nomine Ca-
letricus nobilis genere, sed nobilior meri-
tis, post excessum B. Leobini Carnotis
constitutus Episcopus, dum in presbyterii
gradu se tam in conspectu Dei, quàm
in oculis hominum sanctâ conuersatione
redderet gratum, tantâ infirmitatis an-
gustiâ est correptus, ut vix vltimo pal-
pitaret anhelitu. Cuius venerabilis ger-
mana nomine Mallegundis, directis ve-
lociter missis ad sanctum Episcopum Leo-
binum, vt ad leuandum fratris sui infir-
mitatem, benedictum dirigeret oleum:
ipse verò cùm oleo præsentialiter venit.*
Eiusdem Præsulis memoria habetur
in actis Conciliorum Galliæ; subscri-
bit enim Chaletricus peccator Epis- «
copus Ecclesiæ Carnotensis Canoni- «
bus Synodi Parisiensis 3. anno 557. & 557.
Turonensis 2. 567. corpus eius vnà
cùm multis aliis Sanctorum Pontifi-
cum Carnotenæ Ecclesiæ, Cathedra-
lis basilica veneratur; habet verò an-
tiquissimam Abbatiam in pago Ce-
nomanensi, nuncupatam de suo no-
mine S. Caletrici, aliàs dictam Aniso-
lam. Describit Fortunatus eius vir-
tutes cùm sanctitate coniunctas, insi-
gni sed prolixo carmine lib. 4. cap. 7.
quod hîc visum est transcribere:

Illacrymant oculi, quatiuntur viscera fletu,
Nec tremuli digiti scribere dura valent.
Dum, modo, quæ nolui viuo, dabo ver-
ba sepulto,

Carmine vel dulci cogor amara loqui.
Dignè tuis meritis, CHALACTERICE *Sacerdos*,
Tardè notę mihi, quàm cito chare fugis?
Tu patriam repetis, nos triste sub vrbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.
Ecce sub hoc tumulo pietatis membra quiescunt,
Dulcior ac melli lingua sepulta jacet.
Forma venusta, decens animus, sine fine benignus,
Vox suauis legem præmeditata Dei.
Spes Cleri, tutor viduarum, panis egentum,
Cura propinquorum, promptus ad omne bonum.
Organa psalterij cecinit modulamine dulcis,
Et tetigit laudans plectra beata Dei.
Cantere eloquij benè purgans vulnera morbi,
Quo pascente fuit fida medella gregi.
Sex qui lustra gerens, octo bonus insuper annos,
Ereptus terrâ iustus ad astra redis.
Ad paradisiacas epulas te ciue reducto,
Vnde gemit mundus, gaudet honore polus.
Et quia non dubito, quanta est tibi gloria laudum,
Nec debes fleri talis, amice Dei.
Hac qui, sancte pater, pro magnus parua susurro,
Pro Fortunato, quæso, precare tuo.

19. MAGOBERTVS, vel MAGNOBERTVS.

20. SIGOALDVS iacet ad S. Martinum in Valle.

573 21. PAPPOLVS, quo Pontifice exauctoratus anno 573. Promotus Presbyter, qui apud Dunense castrum Episcopus constitutus fuerat, consensu Regis Sigeberti, & ordinatus ab Egidio Remensi Præsule; testatur id Synodus Parisiensis eodem anno celebrata: sed libertatis & Canonum Ecclesiasticorũ assertor Pappolus, ægrè ferens hanc sibi & Ecclesiæ Carnotensi factam iniuriam, rem omnem ad Synodum Parisiensem 4. detulit, quæ Promotum intrusum ab Episcopali dignitate eiecit, & diœcesis regimen Pappolo restituit, Rege graui oratione officij sui admonito, ne Promoti causam vltra tueretur, vti patet ex epistolâ Synodicâ; libelli autem à Pappolo oblati Episcopis Concilij Parisiensis tenor sic habet: *Cùm me ante aliquod temporis, Clericorum vel ciuium Carnotinæ ciuitatis voluntas per consensum, cùm conniuentiâ etiam Metropolitani mei, fieri Episcopum elegisset, quod annuente Domino factum est, post aliquod dies, quidam ex ipsius ciuitatis Carnotinæ territorio presbyter, nomine Promotus, qui reliquerat sine literis antecessoris mei cellulam suam, subitâ præsumptione parochiam meam, cui vocabulum est Duno, quasi sub nomine Episcopatus visus est peruasisse. Etiam & facultatisculam Ecclesiæ, cui præesse videor, quantum in ipso pago esse constat, nescio per cuius ordinationem, simili conditione peruasit. Pro quâ re supplex vester sanctitati vestræ suggero, & per Spiritum sanctum, qui in vobis habitat, & diem iudicij futurum, & per remissionem peccatorum, vobis domnis meis commoueo, vt hoc sta, qualiter vobis fieri non vultis, emendari iubeatis.* Hinc Greg Turon. lib. 7. Hist. de Promoto scribens hæc subdit: *Promotus verò qui in Dunensi castro, ordinante Sigiberto Rege fuerat institutus, & post mortem Regis amotus fuerat, eo quòd castrum illud esset diœcesis Carnotenæ, contra quem ita iudicium latum fuerat, vt Presbyterij tantùm officio fungeretur, accessit ad Regem, deprecans vt ordinationem Episcopatus in antedicto castro reciperet. Sed obsistente Pappolo Carnotenæ vrbis Episcopo, ac dicente quia diœcesis mea est, ostendente præsertim iudicio Episcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum Rege, nisi ea quæ sub ipsius castri termino propria habebat, reciperet, in quâ cùm genitrice adhuc superstite moraretur.* Idem Pappolus lib. 8. cap. 10. memoratur missus à Rege, vt Merouei cadauer requirens, iuxta Chlodouei tumulum in Basilicâ S. Vincentij sepeliret. Synodo Matisconensi 2. subscripsit an. 585. vt habetur in actis Concil. Galliæ. 585.

22. MAINVLFVS.

23. THEOBALDVS.

24. LANSEGISILVS.

25. BERTEGISILVS in Concilio Remensi an. 630.

26. Malardvs in Synodo Cabilonicâ anno 650. mentio huius extat in vitâ S. Launomari Blesensis; eius cadauer relatum apud S. Martinum in Valle.

27. Gavsbertvs.

28. Godebertvs.

29. Deodatvs sepelitur apud S. Martinum.

30. Dronivs, vel Dromvs.

31. Pronivs, qui fortè idem cùm superiore.

32. S. Betharivs in martyrologio Carnotensi die 2. Augusti memoria illius recolitur.

33. Bethgrannvs.

34. Haynivs.

35. Airardvs in synodo Ro-
682. tomagensi anno 682. vt meminit Aigradus monachus in vitâ S. Ansberti Archiepiscopi Rotomagensis.

36. Agathivs anno 693.

37. Leobertvs sedebat anno
706. 706. vt habetur in vetusto codice.

38. Ado.

39. Flavivs.

40. Godosaldvs.

41. Hieronymvs, quem alij Berninum vocant, memoratur in cartulario Ferrariensi cùm Aldrico Senonensi: huius memoria extat quo-
756. que in actis an. 756.

42. Helias Presbyter erat in depositione Ebonis Remorum Archiepiscopi an. 835. inde renunciatus est Episcopus Ecclesiæ Carnotenæ. Interfuit Concilio Beluacensi anno
845 845. Parisiensi 846. & Turonensi 4. anno 849. vt habet epist. 84. Lupi Abbatis Ferrariensis, in cuius monasterij tabulario nominatur. Ex prisco exemplari libri Aganonis, seu Cartularij S. Petri in Valle, cuius copiam fecit supra laudatus dom. d'Herouual, locum de Eliâ adscribe-
A re non inutile erit, his omninò verbis de euersione cœnobij S. Petri loquentem: *assertione veridicâ nostrorum didici, qualiter à quodam Eliâ Episcopo à priscâ nobilitate deciderit. Qui aucthoritate regiâ, quam fortè emerat pecuniis, super eam potestate indeptâ vsurpare cùm armis non timuit, in ipsius Ecclesiæ liminibus multo cruore effuso dum monachi priorem statum colerent, atque Episcopum abhorrerent. Vnde factum est, vt monachorum plurimi locum cui se deuouerant, desererent, & in Burgundiæ partibus apud B. Germanum Autissiodorensem commorantes, præsentis vitæ cursu finierunt. Prædictus ergo Præsul nactâ*
B *occasione, pretiosa quæ ibi reperit ornamenta, vasaque diuersa aurea vel argentea asportauit, atque distraxit. Terras quoque quas religiosorum virorum munificentia dederat, in quibus extendere manum potuit, propriis vsibus stipendiariis mancipare non timuit, suisque domesticis in beneficio diuidere præsumpsit. Imbecillis autem turba monachorum quæ ibi remansit, nescia quò pergeret, à Præsule, parcè ac inclementer alebatur. Post non multum temporis mortuo Eliâ Episcopo, qui hunc locum regalibus titulis insignitum dæmonis face succensus ad nihilum duxit, atque alterum Sanctimonialium cœnobium in Monte-leugarum*
C *non longè ab vrbe Carnotum elegantissimum situ, solo tenus destruxit: hostilis manus obsidione ciuitatem cepit, & igne succendit, tunc sæpe dictus locus ab hostibus prophanatus ignibus concrematur.*

43. Bvrchardvs Vuenilonis Senonum Archiepiscopi consanguineus, ac Diaconus è regno Lotharij, Missique Dominici munere perfunctus ex Capitular. Caroli Calui tit. 9. & 12. ab eodem Rege accersitus, Carnotensis Ecclesiæ, Deo irato, ac publicâ de eo famâ reclamante renunciatur Episcopus & ab ipso Vue-
D nilone inauguratur an. 853. mense 853.
Iunio. Audradus Modicus huius ætatis vetus Scriptor, qui sub reuelationum titulo quædam sui temporis memorabilia enarrauit tomo 2. Hist. Francorum Scriptorum Quercetani, ex codice doctiss. Patris Sirmondi, meminit huius Burchardi cùm inquit: « Sed ad prouocandam adhuc iram Omnipotentis, accersiuit quendam Diaconum nomine Burchardum, qui erat à partibus Hlotarij Re- «

„ gis, & commendauit illi Eccleſiam Carnutenſium, vt eſſet in eâ Pontifex. Ac ſi nullum in regno digniorıs nominis Clericum inuenire potuiſſet. Et dixit Vueniloni Senonum Archiepiſcopo, vt eum ordinaret Epiſcopum. Vocauit autem me idem Archiepiſcopus, & dixit: Scio ad iram Dei prouocandam Regem noſtrum Carolum egiſſe, vt Burchardum à partibus Hlotarij euocaret, & Paſtorem Eccleſiæ conſtitueret. Nam de eo per vniuerſas regni huius Eccleſias.... fama & dictu horribilis diuulgata eſt. Sed ſi eſſe poſſet, vt Dei iracundia non prouocaretur, quia apud ſæculi cauſam ſtrenuus eſſe dinoſcitur; rogo te omnimodis vt ores Deum, quatenus dignetur tibi oſtendere, ſi eſſe poſſit vllo modo vt ſecundùm eius voluntatem idem Burchardus fieri mereatur Epiſcopus. Nam ego, ſi poſſet, ſatis hoc vellem. Eſt enim mihi conſanguineus. Ago ergo vt moneo, & ſi aliquid inde dignatus fuerit oſtendere tibi Deus, non abſcondas à me illud, in fide Dei te obteſtor. Cùmque orarem ſolitò pro fratrum ſalute, etiam & pro ſupradicto negotio, ecce Dominus dignatus eſt me audire, & deſcendens de cœlo lumine ſuo circumfulſit me in loco quo eram orans, & dixit: Maledicta dies quâ erit Burchardus Epiſcopus. Et hæc dicens, in cœlum redıt. Vnus autem ex Angelis, qui cùm eo venerant, ad dexteram mihi remanſit, & ait: Noſti quid dixerit Dominus? Et aio: Domine apertiùs ſcire vellem. At ille dixit: Omnibus diebus quibus fuerit Burchardus Epiſcopus, ſtillabit ira Dei ſuper omnes Eccleſias vſque ad ruinam illarum. Idcirco excommunicando prohibet ordinatorem eius Altiſſimus, ne imponat illi manus in benedictione Epiſcopali. Et hæc dicens, Dominum ſequutus eſt. Ego autem adorans & gratias agens, retuli vniuerſa Archiepiſcopo meo, qui mox ſcriptum miſit oraculum iſtud Regi Carolo. Illius autem ordinationem idemtidem refert Can. 3. Synodi Sueſſionenſis anno prædicto: *De Burchardo qui Carnotenam Eccleſiam tenebat, ſtatutum eſt, vt aut ſe idoneum ad aſſumendum Epiſcopalem gradum admonitu Vuenilonis Metropolitani Epiſcopi oſtenderet, aut certè pronam* A *in ſe clementiam cognoſcens Principis cederet, in vtróque Dei iudicium experturus. Igitur ſequenti die cauſa illius ad medium deducta, venerabiles Epiſcopi, Remorum Metropolitanus Hincmarus, Lugdunenſium Pardulus, Aurelianorum Agius, ſeorſum eum admonere præcepti ſunt, vt ſi abſque diſcrimine valeret, officium ſe poſſe aggredi fateretur, aut ſi non poſſet, propter Dei timorem impoſſibilitatem ingenuè confiteretur. Parte Cleri quæ præſens erat, ac laicorum, bonum ei teſtimonium perhibete, memoratis Præſulibus ſuadentibus, ad Concilium intrômiſſus, tanto quidem gradu ſe dignum eſſe pro-* B *fiteri arrogantiæ aſſeruit eſſe, non veritatis: ſi quis verò crimen aliquod ſibi vellet obiicere, ad id purgandum ſe paratum eſſe firmauit. Nullo qui id conaretur exiſtente, decreuit ſancta Synodus, ne diu Carnutum ſedes vacaret: ſed directis illuc ſecundùm voluntatem Metropolitani Epiſcopi venerabilis Vuenilonis qui electionem præfati Burchardi recognoſcerent, & ipſi referrent, optantibus canonicè ordinaretur Epiſcopus.*

44. Frotbaldvs recenſetur apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 99. de electione Æneæ Epiſcopi Pari- C ſienſis. Interemptus fuit à barbaris Duce Haſtingo in chronico Cadomenſi anno 855. ſic etiam docet cartularum S. Petri in Valle. Poſt exitum Giſleuerti Præſulis, Pagani tranſmarini, intra partes Neuſtriæ nauigantes in portum fluminis Diuæ applicuerunt. Iámque ſecuri relictis ibi nauibus, & variis prædarum manubiis ad hanc vrbem, (Carnotum) pernici curſu peruenêre. Noctu deníque circumdatâ vrbe, & ciuibus ex improuiſo obſeſſis, barbari per mœnia ab hoſtibus perſæpe diruta, ac per portas irruentes, obuiantes D ſibi ſine differentiâ necauerunt, atque intra matrem Eccleſiam non modicam plebem, cùm ſuo Epiſcopo nomine Frodboldo, Canonicíſque Eccleſiæ & monachis, qui ad eandē Eccleſiam confugerant, cruentis gladiis velut oues mactauerunt. Vrbe depopulatâ atque ſuccenſâ, læti & alacres vti ſuæ libidinis compotes, dum ad rates relictas arbitrantur cùm magnis copiis redire, interueniente B. Dei genitrice Mariâ quam paruipenderant offendere, Franci congreſſi ſunt cùm eis, & «

855.

opitulante Domino victoriâ ex eis
» potiti, & cadauera eorum trucidata
» auibus & feris corrodenda relique-
» runt. Sed aliter Annales Francorum
857 Bertiniani an. 857. de interitu Præsulis sic loquuntur: *Frotbaldus Episcopus Carnotum insistentibus sibi Danis in eadem ciuitate pedibus fugiens, fluuiúmque Auduram natatu petens, aquis interceptis moritur.* Eodem circiter tempore tradunt Carnutum allatam Camisiam S. Mariæ Virginis Aquisgrano, per Carolum Caluum: quâ de re Sebastianus Rouillardus in suâ Partheniâ copiosè.

45. GALENERVS, vel GALTHERVS I.

46. AYMO.

47. GISLEBERTVS qui interfuit varijs Synodis Galliarum, nẽpe Tul-
859. lensi apud Saponarias 859. Tusiacensi 860. Suessionensi 3. 866. Tricassinæ 867. Pontigonensi 876. hoc anno scripta extat ad eum epist. 15. Ioannis 8. Papæ pro Madelgero, vbi dicitur spiritualibus pollere virtutibus: denique Concilio Tricassino 2. 878. vt videre est apud Sirmondum: Hincmarus mentionem illius facit epist. 2. & 34. item in codice Aganonis de eo hæc narrantur: *Gislebertus Præsul munificus cernens in S. Petri cœnobio modicum numerum monachorum, quæ ex rebus angustis ab Eliâ relicta fuerant, & à paganorum frequenti infestatione depopulata, bono vsus consilio depellere studuit illorum paupertatem, vt libentiùs Domino famularentur. Ad thesaurum loci & ad luminaria Ecclesiæ, sicut inuenitur in cartâ ab ipso scriptâ delegauit mansum vnum prope monasterium &c. ad anniuersarium diem peragendum quorundam parentum suorum in Mausiaco*
» *duo mansa*: ad finem verò cartæ hæc
» erant scripta: *Hac, inquit, propter illa quæ habebant largiti sumus fratribus opem postulantibus, & vt ea securiùs nostris futurisque temporibus possiderentur, subscriptione propriâ roborauimus, fratrésque & Coepiscopos nostros ad idem præstandum fleximus &c. Archiepiscopi Senonensis nomen vetustate exoletum dimisimus. Gislebertus humilis Carnotensis Episcopus huic decreto à nobis facto subscripsi. Hildegarius Meldensis Ecclesiæ Præsul, Æneas Parisius Episcopus,*

A *Folcheus indignus Episcopus Augustæ Tricorum, Christianus indignus Episcopus Antissiodorensis, Aius Aurelianensis Episcopus, ego Lupus Abbas Ferrariensis monasterij.*

48. GERALDVS.

49. AYMERICVS, quem alij Gancelinum vocitant, floruit regnante Odone, ac tempore Rolonis Normannorum Ducis: in fauorem Monasterij Sancti Petri diploma dedit, iis conceptum verbis in cartulario Aganonis veteri: CVM
B *Christianissimus atque Catholicus, diuinæ moderationis ope suffragante inuictissimus Imperator Augustus, sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ statum prouectionis fastigij dignitate sublimare cuperet, ne aliqua sui habitus parte fuscare videretur, pari voto, parique consensu imperij sui Optimatum protulit edictum, vt vniuersa Canonicorum claustra in regno suo consistentia absque census conditione deinceps absoluta permanerent; quatenus absolutiuâ libertate donata, sinceriorem per succedentia tempora diuini cultûs Domino valeat exhibere militiam. Quòd etiam inclyta eius proles, successor videlicet Rex*
C *Carolus, patris imitamina sequens, sub auctoritatis suæ præceptu .... obseruandum mandauit. Ego igitur indignus nomine Aimericus, nullis præcedentibus stipendiorum meritis sed solâ fauente diuinâ miseratione humilis Carnotensium Episcopus, supradictorum Principum sacræ constitutionis memores, compertum esse volumus cunctis matris Ecclesiæ sanctæ Mariæ fidelibus, nostrisque, qualiter quidam Diaconus & Canonicus noster Frotgingus, ab eiusdem Ecclesiæ nobiliter educatus cunis, veniens in præsentiam nostram humiliter postulauit, vt ex suâ areâ quam quidam presbyter & Canonicus S. Petri Vuinnemarus, viam vniuersæ car-*
D *nis abiens ei olim noscitur vendidisse, firmitatis cartulam exinde facere & roborare nostro nomine delegaremus; quod quidem per consensum Canonicorum & fidelium nostrorum dignum duximus faciendum. Est autem ipsa area in prospectu ciuitatis Carnotis infra claustrum S. Petri, ad meridianam scilicet plagam, habens in longum perticas 33. & in vno capite parte 8. & dextrum vnum. In altero verò capite parte 7. & dextrum vnum. Terminatur autem ab vno latere viâ publicâ, & vnâ fiente exitus in*

claustrum, infra has terminationes præfata area cùm vineâ, quæ eidem area supposita esse videtur, pro huiusmodi cartulâ ei habendam concedimus. Ita duntaxat, vt iuxta memoratorum Principum decreta, absque census exactione eam obtinens, liberioris obsequij cultibus Domino valeat famulari. Censum verò nullum cuipiam, sicut supra dictum est, exinde exoluat, nisi illum qui ad diuinæ seruitutis pertinere videtur militiam. Insuper etiam ei licentiam damus, vt saluo Pontificali iure, vel sicut in regali continetur præcepto, cuicumque conferri in eadem canoniâ Domino militanti libuerit, potestatem habeat eandem concedendi, aut venundandi. Hæc verò cartula vt per succedentium tempora inuiolabilem, inconuulsámque obtineat firmitatem, manu propriâ firmauimus, & Canonicorum nostrorum manibus roborandam decreuimus. Data est anno secundo Odonis Regis fœliciter. Inkelraldus sacerdos indignus scripsit. Sepultus fuit in Abbatiâ S. Petri, vt liber Aganonis docet, prope Ragenfredum successorem: *ad cuius leuam*, ait, *in corpore quiescit Guancelinus venerandus Antistes, qui proprio interuentu atque ostensione interioris tunicæ B. Virginis Mariæ, ab obsidione vrbis odiosas Normannorum abegit phalanges.* Quod & obseruatum reperimus apud Ordericum, Chronicoo Cadomense, & Willelmum Gemmeticensem Hist.
898. Norman. lib. 2. c. 15. anno 898. verbis istis loquentem: *Postremò Carnotenam vrbem obsidione circumdat, quam cùm machinis & tormentis impugnaret, Richardus Burgundionum Dux cùm suo Francorúmque exercitu adueniens, super eum irruit. Cùm quo congressus cùm suis atrociter resistebat, quousque Antelmus Episcopus ex ciuitate cùm armis inopinato prosiliens, sanctæque Dei Genitricis Mariæ supparum præferens, à tergo eum inuasit cædendo.* Et Dudo lib. 1. de Gestis Normannorum: Quidam Episcopus nomine Vuantelmus vrbi præerat religiosissimus, is mœrens & eiulans, contiouisque orationibus iostans, misit ad Burgundionum Ducem Richardum & Pictauensium Comitem Ebalum, vt subuenirent vrbi: subitò Episcopus quasi Missam celebraturus infulatus, baiulánsque crucem atque tunicam sacrosanctæ Mariæ Virginis in manibus, prosequente Clero cùm crucibus, Francísque aciebus coostipatus, exiliens de ciuitate, Paganorum terga telis verberat & mucronibus.

50. AGANO, reparator Abbatiæ S. Petri ex antiquissimis tabulis, successit Gancelino, gloriosus Præsul, ioquit codex MS. Aganoois io cartulario S. Petri, qui clarus generis nobilitate, & humanarum rerum copiis abundaos, bonísque virtutibus emicans, condoluit locum olim hominibus venerandum, nunc admodum neglectum & in solitudinem redactom. Diuioæ virtutis zelo succensus, accersiit lapidum cæsores, impensas tribuit, locum ipsum restaurare iubens, restauratúmque Ponrificali beoedictione sacrare decreuit. Clerimoniæ quoque seriem instituens, quæ laudes Deo debitas redderet, & ad vsus necessarios tribueos ei vineæ clausum, terrámque contiguam, quam antecessores eius sacrilego voto sibi surripuerant, rura quidem largitione condooauit. Cœnobio B. Petri restitutionem fecit quoque sequenti documento, quod in citato libro Aganoois cap. 1. inscribitur: EGO AGANVS nullis existentibus meritis, sed solâ Domini gratuitâ pietate Episcopus Carnoteosis Ecclesiæ, super quodam monasterio nostro penè diruto, in honore S. Petri dicato condoluimus, quòd non longè ab ipsâ distat ciuitate, illúdque à fuodamento reædificare, & Canonicâ institutione Clericorum cunctorum graduum inibi Deo seruire, sanctam exercendo religionem iussimus. Tempore siquidem pacis iam olim splendidè locus ille viguit in Canonicis Domino militantibus, & io exteris bonorum operum beoè decertantibus. Sed ingruentibus paganorum infestationibus, cæterísque superueoieotibus pressuris, ipsum penè desolatum inuenimus. Nunc autem adiuuante Dei gratiâ, primos religionis renouare vsus, vt ibi laus Domini perenniter celebretur Canonicali autheotico in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus obseruandum. Ioterea est quædam terra io absiditate redacta S. Petri, haud procul ab ipso mooasterio, vbi clausus fructiferæ vioeæ iodominicatus quondam fratrum eiusdem cœnobij extitit: sed

» anteriorum quondam antecessorum A
» alimoniæ eorum subtractus, domi-
» nióque Episcopali ineptâ cupiditate
» detentus, qui terminatur ab vno la-
» tere viâ publicâ ad S. Martini quæ
» ducit monasterium, ab alio terrâ de
» eadem potestate, ab vnâ fronte ter-
» râ de eadem potestate & S. Piati, ab
» alterâ autem, viâ quæ ducit ad S. Pe-
» tri monasterium. Ego igitur Aganus
» constitutus Antistes, cui diuinitùs
» iudicij statera, & æquitatis est con-
» cessa, vnà cùm consensu & obsecra-
» tione fidelium nostrorum dantes red-
» dimus iustè eandem elausi indomi-
» nicati, vt habeant, securè teneant, B
» possideántque in propriis vsibus sti-
» pendiariis absque vllâ petitionis ca-
» lumniâ, & desuper securi ædificent,
» plantent & construanr. Dedimus
» etiam in alio loco ipsis quoque Ca-
» nonicis terram propè ciuitatem, quæ
» incipit à loco vbi terminatur terra
» S. Aniani, vsque ad portam eiusdem
» S. Petri monasterij, cùm ascensu &
» descensu vallis quæ terminatur &c.
» Actum Carnotis ciuitate publicè in
» domo matris Eeclesiæ. Aganus hu-
» milis Episcopus, Graulfus Subdiaco-
» nus, Alcharius, Gauzo ptesbyteri,
» Suggerius, Lambertus Canon. Bern.
» Presb. Gitoardus Vicedominus, Ay- C
» mo Burchard. laici. Sepulturam ac-
cepit in basilicâ S. Petri in Valle.

51. RAGENFREDVS Aganoni in Episcopatu suffectus: eodem enim vt inquit Cartularium S. Petri, *ad consortia sanctorum translato, in Episcopatu ei venerabilis Ragenfredus successit, qui quanto amore locum dilexerit, facilè potest agnosci. Nam eius sagaci ingenio atque suggestione, clarus genere & ope Alueus eiusdem loci Abbas, cum Canonicis arctam viam cupiens, in Floriacensi cœnobio Cleri nomine, sese religionis habitu exornans, per triennium normam B. Benedicti sedulà intentione didicit,* D *indéque reuocante Episcopo Ragenfredo, cùm suis instructus regularibus disciplinis ad locum proprium rediit Carnotis, secum sumens alios 12. monachos, quos ex congregatione memorati cœnobij maluit eligere. Tempore ergo quo ipse totius triennij, quo se informauerat in sanctà religione, Eccles. ad manendum, claustrúmque monachis congruum instanti construxit ope. Quibus cùm gaudio receptis, & annitente totius populi consensu, Alueo Abbate sacrato, victum & omnia necessaria largiente eis accommodauit. Ecclesias verò atque villas quas antecessores sui vsurpauerant, subtrahens sibi, stipendiariis vsibus alacriter reddidit. Viridarium quoque quod situm erat iuxta cœnobium, terrámque contiguam priscis temporibus ab Episcopis malè retentam, per ingens quoddam turibulum argenteum libens contradidit. Quia verò iam ab Eliâ, quàm aliis post eum Episcopantibus reddere terras nequiuit, sine quolibet recuperationis respectu militibus in casamento datas, XII. Prabendas in maiori Ecclesiâ monachis attribuit iure perpetuo possidendas. Itaque monachos in summà pace degentes agitando, quandiu vixit, fouere non destitit ammonitione paternâ, exhortans firmo gressu in sanctà religione persistere &c.* Instaurauit monasterium S. Petri in Valle circiter an. 954. vt patet ex diplomate quod legitur in tomo Abbatiarũ. Eiusdem præthereà in cartophilacio reperitur sequens scheda: Ego Ragenfre- «
dus S. Mariæ matris Ecclesiæ humi- «
lis Episcopus. Notum esse volumus «
cunctis Ecclesiæ fidelibus, qualiter «
quemdam vineæ clausum proprio «
sumptu & labore à nobis plantatum, «
pro remedio animæ nostræ & paren- «
tum nostrorum, Canonicis mona- «
sterij S. Petri in suburbio Carnoti- «
næ ciuitatis, vsu stipendiario perpe- «
tualiter donamus: ad confirmandam «
istius donationis causam dignum du- «
ximus ex prædictâ vineâ cartam fieri «
iamdictis Canonicis, cùm assensu «
Graulfi qui Abbatiam S. Catauni te- «
nere eernitur &c. Quatenus verò «
hæc pagina validius firmitatis obti- «
neat robur, manibus ptopriis firma- «
uimus, & Canonicis nostræ Ecclesiæ «
roborandam decreuimus. Ragenfre- «
dus Carnotum Præsul huius dona- «
tionis paginam fecit: Graulfus Ab- «
bas, Vuaracco, Bernardus, Ragen- «
baldus Presbyteri, Arduinus, Alca- «
rius, Aimericus, Malbertus, Ebroi- «
nus, Vuido, Ardradus Leuitæ, Lam- «
bertus, Gauslinus Subdiaconi. Actum «
Carnotis ciuitatis in domo matris «
Ecclesiæ. Data Idib. Junij anno XIII. «
regnante Ludouico Rege fœliciter. «
Humatus est in Abbatiâ S. Petri, vti notatur in Cartulario Aganonis, *Quo, fœlici obitu ad cœlestem patriam transmigrante, eius gleba corporis in cœnobio supra memorato ante altare B.*

954.

Petri Apostoli cum choris psallentium simul & flentium honore debito est sepulta.

52. Ardoinvs Leuita primùm, inde ex Archiclaui Carnotensis Ecclesiæ Pontifex electus, prout scriptum in citato cartophilacio S. Petri: » Post obitum clarissimi Ragenfridi » Præsulis qui hunc locum in sanctâ » religione studuit innormare, frater » eius Arduinus in Episcopatu succes- » sit: sed vt prædiximus neque locum » coluit, neque locupletare voluit, » sed quædam quæ à fratre largita fue- » rant, subtraxit. Solum opus lamen- B » tabile inseram, obtruso videlicet » sibi Episcopatus aditu, quem vt fa- » ceret peruium, Abbatiam S. Marti- » ni de potestate Episcoporum eiecit, » Comitúmque habendam perpetuò » tradidit potestati. Et post aliqua, de eo addit verba sequentia: *Post obitum Ragenfredi Episcopauit frater eius Arduinus, locum eius obtinens, non religionem. Qui fastu superbiæ tumidus plus æquo secularem sequebatur ambitionem; vnde factum, vt monachos exosos haberet: quidquid enim monachorum vsibus pius Præsul concesserat, quasi sibi subreptum deplorabat. In tantâ itaque cupiditate exarsit, vt de duodecim prebendis quas frater eius dederat, medietatem extorquendo surripere non timeret.*

53. Vvlfadvs ex Abbate Flo-
962. riacensi electus anno 962. ex Frodoardi Chronico, eum Vulfoldum appellans: qui anteà cùm Ragenfredo instaurationi monasterij S. Petri incubuerat, cuius Abbatem Vuidbertum consecrauit, vt est in Car-
973. tulario. Migrauit è vitâ an. 973. de quo Adreualdus lib. I. Miracul. S. Benedicti.

54. Odo præbendas Ecclesiæ Carnotensis quæ anteà in commune, prout Præpositis placebat, diuidebantur, iste distinxit ac diuisit. Cœnobio S. Petri donum largirur, hoc documento tabularij: » Venerabilis & Deoamabilis Odo Pon- » tifex Ecclesiæ Carnotensis. Dum in » conuentu nobilium Clericorum & » laicorum consedisset, cœpit pruden- » ti ratione tractare de statu commis- » sæ sanctæ Ecclesiæ, & ministros qui- » bus Ecclesiarum commissarum à se

A cura transfusa fuerat, sagaci adhorta- « tione monere. Cúmque hæc & alia « multa profluo sermocinaretur elo- « quio, tandem ventum est ad cœno- « bium S. Petri in suburbio Carnotinæ « vrbis iam olim à monasticâ institu- « tione quibusdam ex causis deprauatum, « & sub canonicali regimine re- « dactum. Sed nuperrimè ab antecessoribus « suis Præsulibus pristinum mo- « nasticæ religionis reformatum esse « gradum &c. Cúmque hæc & non- « nulla alia erga eundem locum beneficia « ab eisdem antecessoribus exhi- « bita, auribus S. Antistitis promulgata « B essent, ille eorum exemplis incita- « tus, quin potiùs diuinæ pietatis gra- « tiâ tactus, respondit narrantibus non « minori affectu iampridem circa eun- « dem cœnobium se teneri desiderio. « Intereà, vt hæc deliberationis volun- « tas omnibus nota fieret, dedit ad « eundem locum terram vinealem 20. « solid. quæ est proxima ciuitati Car- « notinæ. Vt autem hæc donatio per- « petuam obtineat firmitatem, tam « manu Domini Episcopi, quàm totius « Ecclesiæ roborari dignum visum est. « C Odo Carnotensis Ecclesiæ Præsul « firmauit. Sugerius Decanus, Salico « Ypo-Decanus Sugerius Clauiger, « Lambertus Archiclauiger, Rodul- « fus Præcentor, Vuido Archidiaco- « nus, Alcarius, Atto & Bernardus « Præpositi, Erembertus Archidiaco- « nus, Hilduinus Subedituus, Vuarra- « co, Ardradus, Ebroinus, Isaac, Gue- « nilo Presbyteri, Humbertus Leuita « &c. Data Non. Februarij anno 20. « 975. Hlotharij Regis. Ipsius nomine ex- « tant & tabulæ obsignatæ, quibus testatur quasdam areas in campo Carnotensi super fluuium Auduram pertinere D ad monachos S. Petri, Carnotis 5. Calend. Iulij anno 7. Clotharij Regis: item altera pro Ecclesiâ de Baliolisvillâ anno XXIII. Clotharij: præsens fuit quoque donationi Ledgardis Comitissæ cœnobio S. Petri regnante Hlothario an. 24. memoratúrque in commutatione Canonicorum S. Mariæ Carnotensis cùm monachis D. Petri, de loco Morisuillæ; carta autem restitutionis factæ ab eodem Pontifice sic se habet: *In Christi nomine Odo Carnotensis Ecclesiæ Cathedrâ sublimatus. Notum esse volumus, quia adiit præsentiam nostram turba monachorum cui præest Vmbertus humilis*

humilis Abbas in suburbio vrbis posita. A *Reclamabant enim ipsi monachi in proximo dictæ ciuitatis quasdam terras nostro Episcopio intermixtas, quas et reddendas summoperè deposcebant. Sed nos præcedentium huius sedis Episcoporum sequentes pro posse vestigia, qui eundem locum sublimare maluerunt, non solùm quæ in calumniâ erant restituere deliberauimus, & etiam quæ ex nostro ibi contigua erant indulgere censuimus &c. Si quis autem contra hoc beneficentiæ nostræ donum se opponere voluerit &c. sig. Odonis Præsulis, S. Suggerij Decani, S. Hugonis Archiepiscopi, S. Fulconis, S. Fulcherij, S. Helgaldi, S. Giraldi, S.* B *Vuidonis, S. Aimerici, S. Rodulfi & aliorum.* Sed nec omittenda Præsulis donatio, quæ verbis istis concipitur in cartulario S. Petri memorato: CLOTHARIVS propitiâ diuinitate Rex &c. Vniuersis diuinæ Ecclesiæ omnium fidelium tam præsentium quàm futurorum nouerit sagacitas, quia fideles nostri regni, Odo scilicet Carnotensium Præsul, atque illustrissimus Comes fidelis noster, ac inter alios magis dilectus Odo cùm suâ æquè coniuge Bertâ nepte vtique nostrâ, dulcissima magnificentiæ nostræ genua suppliciter C adierunt, accedente quoque etiam in hoc inclyti Ducis fidelis nostri Vgonis fauorabili obsecratione, vt quoddam monasterium in suburbio Carnotinæ ciuitatis in honore B. Apost. Petri & Pauli Domino propitio constat nobiliter fundatum &c. Est enim egregium decus, eritque Christo fauente in sæculorum progenies, ipsius monasterij celsitudo regula monachorum in triumpho, quod prædicti fidelis nostri Comitis Odonis, siue longè, siue propè in eiusdem monasterij possessione pertinere videntur, nostræ soliditatis processu ab omni exactione liberum redde- D retur. Igitur per deprecationem præfatorum fidelium nostrorum, maximè consensu nominati Odonis Comitis, necne præfatæ coniugis, ex more regiæ celsitudinis constituimus prænominatum Oratorij locum, cum cunctis finibus rerum in vniuersis Comitatibus, siue beneficij fidelis nostri Odonis Comitis sibi adiacentium, vniuersaliter ab omni respectu illibatum permanere. Eâ ratione, vt ab hodiernâ die, & deinceps, nullo aditu, nullo tempore aliquis Principum Ecclesiasticorum, aut sæcularium Pontificum, Ducum, Comitum, Vicariorum in claustro dicti monasterij aliquas....exactiones, id est, neque bannum, neque districtum &c. Vt autem hoc edictum auctoritatis nostræ validiori innitatur vigore, manu propriâ, & annuli nostri sigillatione informari imperauimus. Anno Incarnat. Dominicæ 985. 985.
anno 31. regnante domino Lothario gloriosissimo Rege. Actum Compendio Palatio. Ego Arnulfus Notarius ad vicem Adalberonis Archiepiscopi & summi Cancellarij recognoui. sig. Odonis Comitis, S. Gilduini, Fulcherij, Alcherij, Teudonis, Huberti, Odonis, Hugonis &c.

55. RODVLFVS ex Decano Capituli suffragiis electus fauente Roberto Rege, vt est in cartulario S. Petri.

56. FVLBERTVS Cancellarius Ecclesiæ Carnotensis, insignis vitâ & eruditione, lucernâque ardens à Domino super candelabrum Ecclesiæ Gallicanæ sublatus, Rodulfo in Præsulatu subrogatur, à Leotherico Archiepiscopo & Metropolitano Senonensi consecratus, quemadmodum ipse Fulbertus affirmat epist. 13. ad eundem: *multùm amoris, atque fidelitatis tibi Pater me debere censeo, per cuius manum benedictionem & sacram vnctionem accepi.* Apud Glabrum Rodulphum lib. 4 cap. 4. Carnoti Præsulum incomparabilis & sapientissimus commendatur. Quid quòd & in fragmento Historiæ Aquitanicæ habetur, Fulberto sapientiâ valde ornato, pro reuerentiâ Philosophiæ eius è Franciâ ad se euocato, Thesaurariam S Hilarij tribuisse, & summo honore eum excoluisse Ducem Aquitanorum Guillelmum: idem apud Ademarum Cabanensem leges in chronico. Is autem Episcopalem gradum assequutus, libertates Ecclesiasticas egregiè tutatus est, vti passim significat variis epistolis quas ad Pontifices Maximos, Reges, & Episcopos scripsit; extant earum nonnullæ ad Franconem Præsulem Parisiensem de extirpandis è manu laicâ beneficiis; & apud Pont. Max. Ioannem grauiter conqueritur

de Rodulfo Comite, iurium Eccle-
siæ suæ peruasore sacrilego, auxilium
Apostolicum implorans, magnæ, in-
« quit Fulbertus, & præclaræ Eccle-
« siæ pusillus Episcopus : humilitatem
suam porrò astruit his verbis epist.
68. ad Odilonem Abbatem Clunia-
» ci: Decet Pater, vt tu quoque vi-
» ciscim me tuum seruulum de te pen-
» dentem, téque non sine magnâ fidu-
» ciâ respectantem, sacris intercessio-
» nibus adiuues. Sum enim valde mi-
» serabilis homo, qui cùm ad pro-
» priam non sufficerem, ad publicam
» curam, nescio quâ seu ratione, seu
» temeritate perductus*sum. Episco-
patum, vt diximus, fauore Roberti
Regis, cuius partes contra Constan-
tiam Reginam gnauiter sectatus est,
adeptum fuisse apparet ex epistolâ
ad eundem, quâ de Gofridi Viceco-
mitis violentiâ aduersùs Carnoten-
sem Ecclesiam sic conquestus est:
*Pietatem vestram cùm fletu cordis &
mentis, genua flexi precamur, succurrite
sanctæ Dei Genitricis Ecclesiæ, cui nos
fideles vestros quantùm possumus, licet
indignos præesse voluistis: quorum à vo-
bis solummodò post Deum in his quæ in-
geruntur molestiis, consolatio & respi-
ratio funditus pendet.* Quanta verò
amicitia inter ipsum & prædictum
Odilonem fuerit, docet Siluiniaci
monachus hæc scribens in vitâ Odi-
lonis: *Hoc nomine* (Archangeli mo-
nachorum) *censebat eum appellandum
in suis sermonibus & epistolis Fulbertus
ille sibi præcordialis amicus, Carnotensis
Episcopus, in sanctitate laudabilis, in
sapientiâ mirabilis, in cuius morte stu-
dium Philosophiæ in Franciâ periit, &
gloria Sacerdotum penè cecidit.* Cùm
1020. autem an. 1020. vrbs & basilica con-
flagrassent, fundamenta Ecclesię san-
ctissimæ Virginis Fulbertus iecit, ea-
démque perfecit miro lapideo for-
nice & tabulatu, quo quidem insigni
opere præcipuam apud posteros sui
nominis famam propagauit, pecu-
nias in primis suppeditante Rege
Anglorum, quod discitur ex Vuil-
lelmo Malmesburiensi lib. 2. de Ge-
stis Anglorum: *Rex Cnuto ad trans-
marinas Ecclesias pecunias mittens, ma-
ximè Carnotum ditauit, vbi tunc flore-
bat Fulbertus Episcopus in sanctitate &
Philosophiâ nominatissimus. Qui inter
cætera industriæ suæ documenta, Ecclesiæ
Dominæ nostræ sanctæ Mariæ, cuius
fundamenta iecerat, summam manum mi-
rifico effectu imposuit, quam etiam pro
posse honorificare studens, musicis modu-
lationibus crebrò extulit. Quanto enim
amore in honorem Virginis anhelauerit,
poterit conicere qui audierit cantus cœ-
lestia vota sonantes. Extat inter cætera
opuscula eius Epistolarum Volumen, in
quarum vnâ gratias agit Cnutoni ma-
gnificentissimo Regi, quòd largitatis suæ
viscera in expensas Ecclesiæ Carnotensis
effuderit.* Coram eodem Fulberto
Gradulfus miles humiliter postula-
uit, de terrâ monasterij S. Petri pre-
cariam sibi liceret fieri, annuente
Magenardo Abbate, petitioni eius
acquieuit assensu Odonis Comitis.
Subscribit pariter cartæ Odolrici
Aurelianensis Episcopi cùm Arnulfo
Abbate S. Petri in controuersiâ Ec-
clesiæ Vrsiuillaris pagi Dunensis.
Romam peregrinationis causâ pro-
fectum fuisse docet idem tabularium
S. Petri, vbi agitur de Clericis Ste-
phano & Lisoio qui infecti prauâ hæ-
resi ferebantur. Demum è viuis ex-
cessit 1029 10. Aprilis, in quibusdam 1029.
MS. an. 1028. tumulatus in æde S. Pe-
tri in Valle: magnâ sanctitatis & do-
ctrinæ opinione passim commenda-
bilis, quam vtique prædicant me-
moratus Glaber, Chronica, & au-
ctores plurimi; sacratissimæ verò
Dei genitricis Mariæ seruus addictis-
simus fuit, cuius laudes peculiari li-
bro edidit. Ab ipsâ autem tradunt
remuneratum, dum enim morbo
fuisset correptus, eadem per visum
apparente Virgine, sacra vbera ipsi
sugenda aperuit, testis Albericus in
chronico ad an. 1022. *Florebat Ful-
bertus Episcopus sanctitate & Philosopiâ
nominatissimus, qui fundamenta sanctæ
Ecclesiæ Dei Genitricis iecit, & eadem
perfecit miro lapideo tabulatu, qui etiam
ab eadem Dei Genitrice in infirmitate
suâ visitatus esse dicitur, & de eius lacte
sanctissimo recreatus; hic enim multo
amore & fœlicissimo in honorem beatæ
Mariæ Virginis Dei genitricis exarsit,
quod ostendunt cantus, quos de eâ ille edi-
dit cœlestia vota sancientes, inter cætera
eius opuscula extat epistolarum volumen.*
Et Vuillelmus Malmesburiensis l. 3. de
gestis Angl. id docet, loquēs de Berē-
gario hæresiarchâ suo olim in scholâ
Carnotensi discipulo: Betengarius «
planè quamuis ipse sententiam cor- «
rexerit, omnes quos ex totis terris «

» terris deprauauerat, conuertere nequiuit. Quod Episcopum Carnotensem Fulbertum (quem Domini mater olim ægrotum lacte mamillarum suarum visa fuit sanare) prædixisse aiunt. Nam cùm in extremis positum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas cateruas oculo rimatus Berengarium, nisu quo valuit expellendum censuit, protestatus immanem draconem prope eum consistere, multósque ad eum sequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere. Fulberti epitaphium tale in MS. codice reperitur: ANNO *ab Incarnatione Domini* 1028. 4. *Idus* B *Aprilis obiit dilectus Deo & hominibus Pater noster veneranda memoria Fulbertus, sua tempestatis Pontificum decus, lux praclara mundo à Deo data, pauperum sustentator, desolatorum consolator, prædonum & latronum refrænator, vir eloquentißimus, & sapientißimus tam in diuinis quàm in liberalium artium libris. Qui ad restaurationem sancti Templi sua diœcesis, quod ipse post incendium à fundamento readificare cœperat, bonam partem auri sui & argenti reliquit, & disciplina ac sapientia radiis illum locum illuminauit, & Clericis suis multa bona fecit.* Item leguntur de eodem hæc carmina: C

Quem tibi Carnotis conceßit fons bonitatis,
Doctrina fluuium dupplicis egregium.
Pontificum sydus, Fulbertus fulgidus actu.
Vestis pauperibus, victus & aßiduus.
Inclausus iacet hic, factus de puluere puluis,
Et præstolator surgere cùm reliquis.
Virtutum cultor, vitiorum mortificator
Auxiliante Deo, præstitit à puero.
Bis denos annos, atque vnum dimidiúmque,
Virgo Maria tua prafuit Ecclesia. D
Ingressurus erat Phœbus post lumina septem,
Taurum, cùm mæstum deseruit populum.

Quod autem nonnulli eum Roberti Regis Cancellarium fuisse perhibent, probatione id caret documentorum, cùm reuerà fuerit potiùs Ecclesiæ Carnotensis tantùm Cancellarius. De ipsius vitâ pluribus Baronius Annal. Ecclesiast. tom. XI. videndi & Trithemius, Sixtus Senensis, Henricus Gandauensis, Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiast. & alij Historici.

57. THEODORICVS ex Capicerio Carnotensi ordinatur renitente Clero, sed iubente Rege; enimuerò de suâ promotione leges ad calcem epistolarum Fulberti, vnam Canonicorum quæ sic orditur: Sanctis Præsulibus G. Beluacensi O. Aurelianensi A. Turonensi, Clerici S. Mariæ Carnotensis, famuli eorum & fratres in Domino salutem. Conquerimur apud vos, Patres, de Archiepiscopo nostro, & Rege, qui nobis inuitis Episcopum donare volunt quendam idiotam, vt scitis, & eiusmodi officio indignum. Precantes auxilium vestrum, vt vigiletis, sicut boni Ecclesiæ Pastores ad portas eius, ne introeat in eam ille talis, qui non quæsiuerit intrare per ostium, sed aliunde ascendere, sicut fur & latro. Vobis tribus portas custodientibus, sciatis pro certo quartum custodem addi, Odonem Comitem, & nunquam recepturum illum in ciuitatem suam, nisi priùs vestro iudicio examinatum, vtrum recipi debeat, an non. Vigilate ergo attentiùs, & diligenter inquirite causam cùm vestris sapientibus Clericis, & nobis famulis vestris, si dignemini: vel propter Regis reuerentiam hoc agere pigritemini, quasi hoc pertineat ad fidelitatem eius. Verè etenim ei fideliores eritis, si quæ sunt corrigenda in Regno eius correxeritis, & animum eius ad eandem correctionem compuleritis. Volumus autem scire vos A. Decanum quem elegeramus factum esse monachum, nihilominus tamen nos eum optare nobis fieri Episcopum: cùm reprobatus fuerit ille lupus, quem probare potestis indignum. Quod vos inuicem cautè & diligenter & secretè deliberare petimus, vtrum fieri possit, an non, & nobis seruis vestris & fratribus deliberationis vestræ finem innotescere, siue literis, siue legato fideli. Hæc autem nostra verba videte interim ne publicentur. Valete. « De præfatâ electione Theodorici extat sequens epistola: QVEM *super omnes Abbates diligunt sanctißimo Patri O. Canonici S. Mariæ omnium vir-*

tutum gratiâ præfulgere. Obsecramus vos in nomine sanctæ Trinitatis, ne faueatis contra ius & fas, partibus Theodorici simulati Episcopi, neque suadeatis Odoni Comiti facere cùm eo concordiam contra Sanctorum Canonum auctoritatem. Clarissimum speculum posuit vos Deus in mundo, videte ne qualibet nigredine obscuremini, quâ obfuscentur alij: sed semper vero lumine resplendeatis, quo & alij possint illustrari, Valete, beatissime Pater, & rescribite nobis, quid melius de hac causâ vobis videtur. Alio item loco Canonici S. Mariæ de prædicto Episcopo Carnotensi conqueruntur ad quemdam Archiepiscopum: *Mandauimus tibi per Diaconos nostros Odelericum & Fortimundum, elegisse nos A. Decanum cùm litteris nostris id ipsum continentibus, qui talis nobis videbatur, qualem Episcopum ordinari debere dicit Concilium Carthaginense 4. Volumus autem scire te, quòd ipsam electionem nostram mandauimus Domino Regi, per suos Monachos Ernaldum Priorem, & Restaldum Præpositum S. Dionysij, quibus obijcientibus nobis de Theodorico ordinando, Regiam voluntatem iniunximus, vt dicerent Reginam id temerè fieri iubere. Vocaret autem nos anteà si sibi placeret, ad Curiam suam, vel suæ voluntati consensuros, vel cùm dissentiremus ostensuros. His verò dictis nostris ipse dominus Rex contemptis, qualem sibi libuit personam absque nostrâ petitione ordinari violenter voluit.* Nominatur Theodoricus in dedicatione Ecclesiæ S. Aniani Aurelianensis 1029. & Vindocinensis 1041. 31. Maij: item in dotatione Ecclesiæ S. Dionysij de Nogento Rotrodi in Pertico, factâ à Gofrido Vicecomite Castriduni anno 1. Henrici Regis. De ipso autem cartula in tabulario S. Petri sic incipit: » Si pietatis ac religionis constat esse ad laudem & gloriam summi & æterni Regis in Ecclesiis in honore Martyrum, seu Confessorum constitutis, à fidelibus honorificentias exhibere &c. Vnde perennæ fœlicitatis acquisitionem quam ipsius interuentione Apostolorum Principis, apud animarum liberatorem speramus faciliùs adipisci. Altare quod situm est in Ecclesiâ Regalis Capellæ Regiæ concedo Carnotensi Ecclesiæ, in præfati Apostoli memoriâ constitutæ, ad stipendia monachorum inibi Domino militantium, eâ conditione, vt ab hodiernâ die, & per succedentia tempora ab omni conditione & comparatione, à Synodali circadâ, ab omni debito vel paratâ, absoluta permaneat; ita vt nunquam nos, vel successores nostri ab ipsâ Capellâ Regali aliquid requirere præsumant: & vt nostræ libertatis munificentia omnibus S. Matris Ecclesiæ fidelibus esset nota, summo studio exarati præcepimus &c. Theodoricus Præsul qui hanc donationem dedit, Arnulfus Præcentor, Agobertus Succentor, Fulcherius Archidiaconus, Hildegarius Subdecanus, Hugo Præpositus. Firmauit donum Gilduini domini Salmuriensis Ecclesiæ B. Virginis apud Pontemleuium. Iacet in basilicâ S. Petri ad dextram Fulberti antecessoris, eo commendatus elogio in libro Aganonis: *Huius ambrosia opes velut torrens affluentes, præclarum opus almæ matris Domini complentes, sacro dignum præconio efficiunt.*

1029.

58. ROBERTVS I. ex monacho creatus est Carnotensis Episcopus: quem præpostero ordine collocarum in vulgatis catalogis post Agobertum liquet ex lib. 4. epist. 15. & 14. Greg. 7. Pont. qui ad Carnotenses scribit, ne eum recipiant Episcopum propter simoniæ vituperium, sed alium eligant Pastorem.

59. AGOBERTVS ex Carnotensi Archipresbytero ad infulas vocatur: huius nomen eruitur ex actis reuelationis corporis B. Romani Martyris in Ecclesiâ Braij castri, verba eius sunt: » Loci illius homines in vno cuneo conglobati cùm religiosis personis, ac honore debito laudes concinentes, thecam illam cùm sacris relliquiis sine difficultate leuantes, inuenerunt Martyris caput & apices inconuulsas, B. Romani Martyris esse caput demonstrantes. Quod cùm à terrâ leuaretur, odor suauissimus tantus adfuit, vt omnes qui aderant se sentire crederent odoramina redolentis paradisi. Inter hæc denique Martyris virtus non defuit. Nam prædictum hominem lumine orbatum ille qui cœcum à natiuitate non dedignatus est illuminare, ipse hunc meritis Romani Martyris ad laudem & gloriam nominis eius clariori lu-

„ mine illuminauit. His ergo vel ipſe A
„ qui mihi hoc retulit non interfuit,
„ ſed vt affirmabat Agobertus Archi-
„ preſbyter, ac poſtmodum Præſul
„ Carnotinæ vrbis interfuit, à quo &
„ ipſe hoc didicit. Donauit monachis S. Petri quaſdam poſſeſſiones, vt ex citato exemplari Aganonis compertum eſt, è quo deſumptum hoc documentum hactenus ineditum: Ego *Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm Regalis ſolium dignitatis multiplex virtutum cultus exornet, liberalitas tamen & munificentia inter has præcipuum locum tenet. Notum ſit ergo omnibus, quòd quidam meus fidelis Albertus* B *nomine, filius Ribaldi nobiliſſimi viri, noſtræ ſerenitatis adiit præſentiam, obnixè poſtulans, vt regali pietate noſtræ munificentiæ aſſentando, ſuis precibus inclinare dignaremur, videlicet vt quamdam Eccleſiam quam pater eius fidelis noſter Ribaldus in honore B. Germani Altiſſiodorenſis Epiſcopi, in Bruerolenſi vico pro ſolute animæ ſuæ S. Petro Apoſtolo, in cœnobio ſuburbij Carnotinæ vrbis, atque ex rebus quas ex noſtro beneficio poſſidere videbatur præfata Eccleſia, tam ipſe quàm eius fideles pro Dei amore clementiâ locupletare liberaliter quiuiſſent. Cuius iuſtam petitionem iudicantes cùm Epiſcopo Agoberto, in cuius diœceſi Eccleſia eſt, necnon & optimatibus noſtris dignum duximus pro noſtrâ ſalute &* C *integritate regni noſtri aſſenſum præbere. Damus itaque ei licentiam, præfatam Eccleſiam ex noſtro beneficio quod poſſidet, amplificet, & quidquid ei conferre voluerit, ita ſit liberum ab omni iudiciariâ poteſtate ſolutũ, vt idem fidelis Albertus hactenus à nobis tenuit &c. Placuit etiam noſtræ pietatis huic operi addere de rebus quas ipſe Albertus dedit præfatæ Eccleſiæ &c. Ego Albertus nobiliſſimi Ribaldi filius cupiens celeſtium nanciſci conſortium, fauente cariſſimâ coniuge Adelaisâ, liberam ab omni calumniâ hominum Eccleſiam de Bruerolenſi vico, quam pater in honore S. Germani Epiſcopi conſtruxit cùm atrio, ſepulturâ & decimâ Eccleſiæ quæ in manu eſſe videtur, S. Petro Carnotenſi concedo, vt monachi eandem Eccleſiam teneant, altare quoque eiuſdem Eccleſiæ* D *quod ab Epiſcopo Carnotenſi in feudo tenueram. Huic largitioni meæ dominus Agobertus Epiſcopus cùm conſenſu Canonicorum qui cùm ipſo erant Drocis in curiâ Regis, addidit petitione Landrici Abbatis. Item cenſum ipſius cùm decimâ* A *mercatis concedo &c. ſimiliter monachis S. Petri concedo liberum tranſitum per totam terram, vt nulla vnquam conſuetudo ab eis requiratur de piſcibus, de coruis &c. Poſſem & alia addere quæ mei fideles loco prædicto contulerunt, ſed quia aliàs ſcriptum eſt, corroborare hanc cartam ſigillo Regis cùm nominibus optimatum feſtino &c. ſig. Radulfi Comitis, S. Vualterij Comitis filij Radulfi, S. Hugonis Comitis, S. Alberti, S. Theudonis fratris eius, S. Guarini fratris, S. Frederici, S. Balduini, S. Simonis, S. Agoberti Epiſcopi, S. Hugonis Decani, S. Gulielmi Præpoſiti, S. Sigenis, S. Aſce-* B *lini, S. Gencelini Decani.* Iacet Agobertus in choro Sancti Petri in Valle.

60. Adraldvs, quem alij Araldum vocant, toparchiam de Speronâ dimiſit Capitulo Pariſienſi pro iure paſtus: eique ſcribit Gregorius VII. Papa lib. 1. epiſt. 32. vt reſtituat Iſimbardum Abbatem S. Launomari, reiecto Guidone intruſo.

61.* Gavfridvs I. intereſt Concilio Senonenſi anno 1080. de 1081
quo fit mentio in tabulis 1086. at deponitur ab Vrbano 2. apud Baronium: & iuxta hæc Alberici verba in C Chronico ſub an. 1092. *Iuo Præpoſitus S. Quintini Beluacenſis fit Epiſcopus Carnotenſis: Gaufredo tamen anteceſſore eius cauſâ dilapidationis rerum Eccleſiæ per Papam depoſito.* Sub ipſo enim Carnotenſis baſilica multas moleſtias tulerat, vnde ad Apoſtolicam Sedem complures querelæ delatæ, quod diſcitur ex Gregorij 7. reg. ep. 17. lib. 5.
Gotfredus Carnotenſis Epiſcopus «
quia non inuitatus & abſens iudica- «
tus fuerat, Epiſcopali officio à nobis «
reſtitutus eſt, hoc quidem tenore, «
quòd cauſa ſua ante Legatum no- «
ſtrum debeat retractari, atque diffi- «
niri. « Enimuerò ipſe vnà cùm D Pariſienſi Præſule Romam profectus, clamorem mouit, quòd Hugo Dienſis Epiſcopus & Legatus Apoſtolicus, eundem non canonicè depoſitionis ſententiâ multaſſet, quemadmodum apparet ex Greg. epiſt. 16 ad Clerum & populum Carnotinæ Eccleſiæ, vbi memorat præfatum Gaufredum Romæ, dato priùs ſacramento ſuper corpus Apoſtoli Petri à ſimoniæ labe ſeſe purgaſſe: Reſcriptum Gregorij legere eſt inter analecta

epistolarum Iuonis Carnotensis, auctore eruditissimo Iureto. Gregorio interim sublato è viuis, cùm Gaufridi crimina patuissent Apostolico, Vrbanus Pontifex eum ab Episcopatu deposuit, vti subindicat Iuo ep. 8. ad Richerium Senonensem. *Dicitis me sedem inuasisse Gaufridi Coepiscopi vestri, in quo manifestè contra Sedem Apostolicam caput erigitis; præterea fama vestra non benè consulitis, qui caprum emissarium, cuius adulteria, fornicationes, periuria, proditiones per omnem fermè Latinam Ecclesiam publicata sunt, qui pro his & aliis similibus à Sede Apostolicâ damnatus est, ita vt se purgare non valens, virgam Pastoralem redderet & anulum.* Ille autem eiectus à Sede, patrocinio Comitis in Normanniâ Præposituram quandam Ecclesiæ Carnotensis inuasit, teste Iuone sub finem ep. 6. Sed præstat hîc attexere epistolam Vrbani, quâ depositionem Gaufridi, & Iuonis consecrati in eius locum substitutionem subiicit verbis istis apud eundem Iuonem epist. 1.

» VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis Clero ac populo Carnotensi salutem & Apostolicam benedictionem. Nos quidem tum pro beatæ Mariæ semper Virginis deuotione ac reuerentiâ, tum pro nostri officij debito, Ecclesiæ vestræ dilectionem, protectionem, & curam specialiùs impendentes, eiúsque labores diuturnos quos à Gaufrido quondam Episcopo passa est propensiore animo perpendentes, rei veritate diutiùs atque diligentiùs pertractatâ, largiente Domino iustitiæ satisfecimus. Bonam itaque animi vestri voluntatem præuenientes ac subsequentes, venerabilem virum Iuonem presbyterum, quem Gaufrido per nos deposito catholicè atque canonicè secundùm nostra monita elegistis, ne quod vlteriùs hac in re impedimentum vestra Ecclesia pateretur, sine moræ longioris obstaculo consecrauimus. Nunc eum ad vos remittentes tanquam beati Petri manibus consecratum, beati Petri vice vos rogamus & obsecramus, quatinus eum benignè suscipientes, debitâ, vt pastoris veri membrum, obedientiâ honoretis, debitâ sollicitudine quæ vobis annunciauerit obseruetis: & vt ipse Deo placere, & eum pro vestris valeat excessibus dignè intercedendo placare, vos quoque placere Deo totis conaminibus procurate. Si enim placere Deo studueritis, pastorem proculdubio Deo placentem habebitis: nos quoque in vestris opportunitatibus ad exaudiendum paratos inuenietis. Porrò de Gaufrido, qui sine conditione omni nostris in manibus Episcopatum reddidit, indignum se patenter agnoscens, præcepimus & præcipimus, ne quis ei vllo modo ad Episcopatum reinuadendum, vel infestandum, assensum accommodare præsumat: aliàs & ipsum & ipsius fautores excommunicationi subiacere censemus. Obedientes verò monitis nostris gratia diuina custodiat. Data Capuæ VIII. Calend. Decemb. «

61. IVO, ex Abbate primo sancti Quintini Bellouacensis electus est ad hanc Sedem: Lucerna Occidentalis « orbis, decus, ornamentum, ac fulgor « Ecclesiæ Gallicanæ honorificè ap- « pellatus ab illustriss. Cardinali Baronio. Et certè reconditâ ac præcellenti eruditione conspicuus, iuris diuini, humanique scientiâ, & victuris ad æternitatem operum monumentis celeberrimus, eximiis ac planè consentaneis summo Præsule virtutibus, æuo suo non tantùm cæteris Regni, sed & omnibus Carnotensis Ecclesiæ, si fas affirmare, præluxit Episcopis. Natus is Bellouaci, à puero cùm optimis disciplinis operam dedisset in cœnobio S. Quintini, Canonicus primò Regularis, inde Abbas adlectus, non Præpositus vti quidam malè asserunt, eam paulò mox apud Pontificem gratiam promeruit, vt eiecto Gaufredo à Sede Carnotensi, quem Vrbanus 2. propter notam prauitatem ab Episcopatu deposuerat, ab eodem Papâ vnctus fuerit Capuæ die 23. Nouemb. 1092. vt docent Sigebertus, Mathæus Paris, 1092. Albericus, ac Baronius: discrepant nihilominus aliorum sententiæ, quæ tradunt consecratum anno sequenti. Præterea ex cartis S. Quintini videtur inauguratio hæc incidisse in an. 1091. sic enim habet vetus scheda: *actum an. 1091. ind. 14. regnante Philippo, in Ecclesiâ B. Quintini Iuone existente Abbate, tunc Carnutensium Præsule.* De suâ verò promotione verba sequentia profert ipsemet Iuo ep. 289.

ad Vrbanum : *Elegeram abiectius esse in domo Dei, vtpote cui non generis nobilitas, non scientia dignitas eloquentia animos dabat, & paucorum fratrum pia societas caritate plena plus omnibus diuitiis mihi applaudebat : cùm sic mihi latenti, nec tale quid suspicanti Ecclesia Carnotensis Pontificatus professionis pondus obtrusit; nec sanè eius voluntati aliquâ ratione victus cederem, nisi id vos velle atque præcepisse, cui non obedire nefas est, protestaretur.* Quare postulatus canonicè Episcopus, & assensus Regij confirmationem adeptus, cùm inaugurationem à Metropolitano Senonensi exposceret Clerus Carnotensis, Richerius, vtpote Godefrido exauctorato fauens, Iuoni manus imponere repudiauit, quemadmodum continetur in Vrbani diplomate ad Richerium dato Capuæ 7. Cal. Decemb. cui Iuo etiam scribens ep. 8. de eadem electione suâ conqueritur: *aliunde me expetisse benedictionem calumniamini, veritate teste vērum dicam, quia nec Episcopatum, nec Episcopalem benedictionem à vobis petij, nec à quoquam. Sed cùm Clericorum primò ingenio, posteà violentiâ Regi fuissem præsentatus, & inde cùm virgâ pastorali à Rege mihi intrusâ ad Ecclesiam Carnotensem adductus; cùmque clericis petentibus & pulsantibus nullum diem consecrationis meæ velletis præfigere, intereà consilium mihi fuit electioni eorum non omnimodè assensum præbēre, donec certus fierem & de Gaufridi depositione, & summi Pontificis voluntate; ad quem cùm peruenissem, ad petitionem Ecclesiæ Carnotensis apostolicâ auctoritate sum constrictus, & ita in Episcopum consecratus.* Ille interim insimulatus vt eadem exponit epistolâ, quasi in Maiestatem regiam crimen commisisset, quia Romæ consecrationem exceperat, ab aduersariorum conatibus ad Apostolicam Sedem appellauit, ab eâque tutatus est. Sed longè acerbioribus angustiis pressus, cùm Philippi Regis odio, qui in legitimum thalamum Berthæ vxoris, Bertradam superinduxerat, cui etiam Præsules nonnulli Galliæ patrocinabantur ac fœdè conniuebant, vir iste iusti tenax, & tantum flagitium dissimulare non veritus, diris modis fatigatus est, magnâ animi firmitate & constantiâ pellici deprauatæ, & Regis concupiscentiæ se opponendo; de hoc enim contu-

A bernio, & irâ Regis sic expostulat ep. 22. ad eundem Philippum : *quoniam*, inquit, *præcedente diuinâ gratiâ de stercore pauper vsque ad solium Principum per manum vestram eleuatus sum, fateor me post Deum pro posse meo cuncta vobis debere, quæ vestro congruunt honori & saluti. Sed quia exasperatus propter salubres monitus quos serenitati vestræ ex summâ fidelitate & charitate direxi, me diffiduciastis, & bona Episcopalis domus diripienda aduersariis nostris exposuistis, grauia & grandia inde perpessus incommoda, Regali Curiæ ad præ-* B *sens nec securè possum interesse, nec honestè. Supplico itaque maiestati vestræ, vt regiâ interim me mansuetudine supportetis, donec possim aliquantulum respirare, & damna quæ mihi penè vsque ad penuriam panis inflicta sunt, aliquâ ex parte reparare.* Quamobrem Iuo onus Pontificium abdicare volens, Vrbano Pont. Max. epist. 67. id significat: Ecce iam hoc transacto septennio « vineam mihi commissam pro posse « meo excolui, fructum autem quem « quærebam non inueni. Detur ergo « libertas octauo anno, vt hoc prin- « cipium veræ octauæ aggrediar, vt « possim mihi sabbatizare, dulces « C fructus contemplationis carpere, & « octauæ illius gaudia prælibare. Quòd « si vestrâ permissione id modo non « facio, necessitate tamen me oporte- « bit id facere, propter renouatas in « me veteri de causâ Regis inimicitias, « & propter parochianos meos con- « temptores verbi Dei, qui proni sunt « solis terrenis inhiare. At Pontificis « hortatu Episcopali curæ haud renunciauit; quin imò eam inter maximas procellas, Ecclesiæque Gallicanæ propudiosum tunc temporis statum laudatissimè sustinuit : testes sunt ipsius complures literæ, quibus agit de Cathedralium Ecclesiarum D & Episcoporum ordinatione, de Legatorum & Missorum à Latere comprimendo fastu, quibus Gallicana Ecclesia sæpiùs granabatur. Idem verò Conciliis Claromontano, Exoldunensi, Pictauensi, Bellouacensi adfuit, necnon sacro Ludouici Regis Aureliæ celebrato, Remensibus Clericis nequiquam refragantibus, quâ de re scripsit Apologeticam epistolam 189. Ipse Iuo Ordinis Canonici restaurator, post plures, eósque difficiles superatos labores in Episco-

patu, tandem placidâ pace quieuit A
1116. 1116. die 22. Decemb. in vulgatis ca-
talogis & iuxta mentem Baronij, aliis
an. 1115. corpus iacet in choro Abba-
tiæ S. Ioannis in Valle, ſed hoſtilis ra-
bies hæreticorum pios cineres in ven-
tos impiè diſperſit. Philippus ab E-
leemoſynâ Bonæ Spei Abbas ei tale
conſcripſit epitapbium:

Reddidit affectus patrem, doctrina Magiſtrum,
Regula Canonicum, Pontificémque gradus,
Famoſum probitas, humilem natura, verendum
B *Vita ſerena, ſedem longa, pudica ſacrum.*
Præſule defuncto ſua tollere mos erat olim
Principis, hunc morem Principis emit Iuo.
Huius opem læſus, plebs dogmata, fræna tyrannus
Senſit egenus opes, pro grege vota Deus.

Reperitur & aliud carmen in veteribus membranis viri clariſ. Barnabæ Briſſonij Præſidis in Senatu Pariſienſi.

C *Mente, manu, linguâ, doctrinâ, corporis vſu*
Prudens, munificus, affabilis, vtilis, inſons,
Firma columna domus domini quam iure ſalubri
Fouit, muniuit, inſtruxit, iugiter auxit,
Conſilio, ſcriptis, quo viueret ordine, rebus:
Cuius opem gratis æger, rem ſenſit egenus,
Iſtius vrbis apex memorandus Epiſcopus Iuo,
D *Hâc ſitus expectat aduentum iudicis vrnâ.*

De eodem referre etiã placet ſequentes verſus in modum Epitaphij:

Præſulis IVONIS *corpus iacet hic tumulatum,*
Cuius honos pulſat limen vtrúmque poli.
Iuris hic Antiſtes, Canonum Decreta ſacrorum,
Perlegit legum dogmata, dans breuiùs.
Myſtica ſacris alibi dantur, Rex, quàm tibi Remis,
Conſultórque tuis Rex vocitatus abis.

A *Hunc cepit Hugo Comes Carnutum mœnia tentans,*
Quem pia plebs redimit ſumptibus innumeris.
Aere ſuo atque operâ renouauit Præſulis ædes,
Firmat Ioannis, quâ iacet Abbatiam;
Atque Decanatum Andreæ formauit & auxit,
Te duce fit Mariæ pulpitus Eccleſiæ.
Fundamenta loci iecit Belli Prioratus,
Hic Magdalenæ præparat Eccleſiam.
B *Vicenos, annóſque duos ſine crimine ſedem*
Rexit, ab integris moribus atque fide.

Ab omnibus fermè ætatis ſuæ Hiſtoricis dilaudatur Iuo; à Sigeberto in Chronico, & lib. de illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus, Roberto de Monte in Appendice, Mathæo Paride in Hiſt. Angl. Goffrido Vindocinenſi lib. 2. ep. 1. Orderico lib. 8. Chronico Turonenſi, Hugone monacho Floriacenſi, Sugerio Abbate
C in vitâ Ludouici Groſſi Regis, Hildeberto Cenomanenſi in Epiſtolis, Ioanne Trithemio de Scriptoribus Eccleſiaſticis, vbi ait, præter Epiſtolarum volumen ad diuerſos, ſcripſiſſe poſt Burchardum Vuormatiæ Epiſcopum ex Canonibus Sanctorum compendioſum Decretum, quo ante Gratiani tempora vtebantur Iuriſtæ; prætereà de Regibus Francorum breue Chronicon. Sed de Iuone plura quoque habentur in editione eius operum, quæ haud pridem in lucem prodijt; tum apud Baronij Annal. tom. 11. & 12. Spondanum, Poſſeui-
D num, Bellarminum, & alios; in primis verò doctiſſ. Franciſcum Iuretum Diuionenſem, præfatione ad Iuonis epiſtolas, quas eruditis obſeruationibus illuſtrauit. His addenda ſunt Martyrologij Carnotenſis verba: *Idibus Decembris anno Incarnationis Domini* MCXV. *obiit pater Iuo huius ſacratiſſimæ ſedis Antiſtes, vir magnæ religionis, Eccleſiaſticorum & ſecularium negotiorum prudentiſſimus, mitis affatu, patientiâ inſignis, caſtitate pollens, & tam in diuinis quàm in Philoſophiâ eruditiſſimus. Qui ſex pallia bona, & ſeptem cappas, & infulas tres, & tapetia tria decori huius Eccleſiæ contulit: librum*

Miſſarum

Missarum, & Epistolarum, & textum Euangeliorum, & vnum lectionarium matutinalem dedit, & omnes argento parauit. Pulpitum miri decoris construxit, scholas fecit, domum Episcopalem, quam vilem & ligneam (quam in obitu Episcoporum vel discessu, quibusdam prauis consuetudinibus per violentiam Carnotensium Comitum inductis ancillatam inuenerat) speciosam & lapideam à fundamento refecit, & cùm omnibus ad ipsam pertinentibus, siue mobilibus, siue immobilibus ex ancillâ liberam reddidit; libertatémque ipsam astipulatione priuilegiorum & Romanæ Sedis, & Regis, & Comitis, quæ in archiuis huius Ecclesiæ habentur, confirmauit. Terram etiam quandam contiguam eidem domui ad amplitudinem ipsius domus à Vicedomino acquisiuit, & muro clausit. Apud pontem Gaudinum alias domos ad vsus Episcopales ædificauit: eandémque villam in multis meliorauit. Abbatiam S. Ioannis ex sæculari in regularem conuertit, instituit, & auxit, consilio & auxilio ipsius monasterium infirmorum apud Bellumlocum constitutum fuit. Minoritas omnes huius Ecclesiæ, & precarias in communes redegit vsus, & eas in posterum personis distribui tam suo, quàm Apostolico priuilegio vetuit. Angarias, & iniustas exactiones, & prauas seruientium distensiones fieri per præposituras iisdem priuilegiis prohibuit. Ad augmentandam tabulam altaris idem moriens centum modios vini reliquit, & in aliis pluribus suæ Ecclesiæ & Clericis suis multa bona fecit.

Des Lieves

63. GOFFRIDVS DES LIEVES II. Sedis Apostolicæ Legatus in Galliâ, ex nobili genere dominorum de Leugis, secundo ab vrbe Carnotensi lapide. Episcopatum suscepit re-
1116. gendum anno 1116. cuius elogium tale apud Robertum de Monte in Appendice ad Sigebertum: *Post Iuonem*, ait, *qui vitâ atque doctrinâ suâ Carnotensem Ecclesiam illustrauit: Gaufridus vitæ merito ac prudentiâ venerabilem Carnotensem Ecclesiam rexit*: apud Theobaldum in vitâ S. Guillelmi, *magnarum virtutum vir* commendatur. Hic rerum gestarum claritudine insignis, Aquitanicam Legationem præsertim ipsi à Pontifice Innocentio 2. demandatam, cùm laude sustinuit, contra Girardum Engolismensem Episcopum, cæterósue Anacleti fautores; vnde Chronicon Maurigniacense, loquens de nuptiis Ludouici Regis cùm Eleonorâ Aquitanâ Burdegalæ: « Erat inter eos (optimates Regni) Gaufridus Carnotensis prouinciæ Episcopus, scientiæ quidem litteralis non indigus, sæcularium quoque negotiorum dispositor ac tractator famosus. Hunc præcedentes Apostolici amicum semper & familiarem habuerant, & pro valoris, vel elegantiæ quâ præditus erat magnitudine, totius ei Aquitaniæ Legationem indixerant. Paulò post autem de eo hæc subdit: *Gaufridus, totius Aquitaniæ Legatus acceptâ domini Papæ præceptione, omnem Galliæ regionem, ipsius quoque Aquitaniæ, studiosè circuiens, omnia sanctarum Ecclesiarum altaria, quæ vel Giraldus ille seditionis auctor, & obsentor, vel Gilo Tusculanensis Episcopus, aut eorum complices, crismalis vnctionis benedictione, in illius odiosi schismatis tempore consecrauerant, propriis manibus dissipauit, nec relinquens lapidem super lapidem, quem non destrueret, solo funditus adæquauit, & ratione dictante alia eorum loco restaurare curauit.* Apud Iotrum instante Stephano Parisiensi Præsule Concilium
indixit an. 1130. aduersùs sacrilegos 1130.
Martyris Thomæ Prioris cœnobij S. Victoris, de cuius nece epistola extat tomo 27. Concil. Gaufridus idem interfuerat Synodo Pisanæ circa an. 1134. De eo in vitâ S. Bernardi lib. 2. cap. 1. & 6 l. 4. cap. 4. item epist. 15. 47. & 55. ac lib. 1. & 4. de de Consideratione cap. 1. 2. & 6. « vir Apostolicus prædicatur. » Petrus Cluniacensis ei inscribit epistolam *magno Sacerdosi Dei, & Ecclesiæ famoso Episcopo*: Nicolaus Claræuallensis ep. 14. Goffridus Vindocinensis lib. 2. epist. 21. & sequentes, vsque ad 32. Ioannes Saresberiensis eius meminit Policratici lib. 5. cap. 15. & Gaufredus Grossus monachus in prologo vitæ Bernardi 1. Abbatis Tironensis quam ei dicauit, docet eius hortatu hoc opus elucubrasse, quod nouissimè cùm notis Ioannes-Baptista Souchetus Carnotensis Ecclesiæ Canonicus euulgauit. Non absre autem Mathæus Vindocinensis Abbas, vel alius eum sic affatur:

Maxime Pontificum Romanæ Signifer aulæ,
Carnotensis apex, & Pater vrbis, aue.

1138. Deceſſit anno 1138. 9. Cal. Februarij, cùm Capiceriam Eccleſiæ Carnotenſis etiam Epiſcopus obtineret, vti liquet ex epiſtolâ Sugerij: ſepultus in Abbatiâ B Mariæ Ioſaphati quam fundauit, aut ſaltem abſoluit. De quo Martyrologium Carnotenſe his verbis memorat: *Nono Calend. Februarij obiit Gaufridus Epiſcopus Carnotenſis, qui ſuper Bituricenſem, Burdegalenſem, Dolenſem, & Turonenſem prouincias per annos circiter 15. ſanctè & religiosè functus eſt Legatione pro Innocentio. Qui Eccleſiam ſtrenuè rexit, à pio Rege Ludouico communi Epiſcoporum, & procerum ſuorum, & Comitis Theobaldi aſſenſu & conſilio, necnon & vxoris ſuæ Adelidis, & filij ſui Philippi in Regem iam deſignati, & ab Honorio Papâ valde vtilia priuilegia impetrauit.*

64. GOSLENVS ex Carnotenſi Archidiacono poſt exceſſum Goffri-
1138. di præficitur anno 1138. probante electionem Abbate S. Dionyſij: extat enim epiſtola Capituli ad Sugerium, quâ promotionem illius ſignificat his verbis: » CARISSIMO domino & amico ſuo Sugerio Dei gratiâ venerabili Abbati S. Dionyſij. R. humilis Decanus & totum Capitulum Carnotenſis Eccleſiæ, plurimam in Domino ſalutem & dilectionem. Nouerit diſcretio veſtra, cariſſime Domine, quòd acceptâ à vobis regiâ licentiâ loco Domini Regis, die ſtatutâ conuenimus in Capitulum noſtrum, & inuocatâ Sancti Spiritus gratiâ, pari voto, vnanimíque conſenſu elegimus nobis & Eccleſiæ noſtræ in Epiſcopum Domnum GOSLENVM Archidiaconum noſtrum, virum vtique liberalem, idoneum, & literatum: idipſum approbantibus viris religioſis Abbatibus qui præſentes erant, omníque applaudente populo, & Deo gratias referente ſuper electione talis perſonæ, quæ vtilis eſſe creditur Eccleſiæ, & Regno fidelis. Rogamus igitur cariſſimam nobis dilectionem veſtram, vt huic noſtræ electioni, quæ à Domino ſicut credimus facta eſt, & quam vobis & viuâ voce, & ſcripto præſentate curauimus, aſſenſum præbere, & Electo noſtro Regalia reddere voce Domini Regis dignemini, Valete. Reſcriptum Sugerij eſt tale: SVGERIVS

A Dei gratiâ B. Dionyſij Abbas, Capitulo Carnotenſi, Roberto ſcilicet Decano, & aliis, ſalutem & dilectionem. Quòd vnanimiter, & communi pace Pontificem vobis domnum GOSLENVM Archidiaconum elegiſtis, valde nobis placet. Enimuerò ipſum honeſtum & liberalem, & audiuimus & credimus. Nos autem quantum ex parte domini Regis, cuius vices agimus, facere habemus, huic electioni libenter aſſenſum præbemus. De Regalibus verò, ſicut in Curiâ dominorum Regum Francorum mos antiquus fuiſſe dinoſcitur,
B cùm Epiſcopus conſecratus, & in Palatium ex more canonico fuerit introductus, tunc ei reddentur omnia. Hic eſt enim redditionis ordo & conſuetudo, vt, ſicut diximus, in Palatio ſtatutus Regi & Regno fidelitatem faciat, & ſic demum Regalia recipiat. « Anno 1146. Synodus apud 1164.
Carnotum ſub ipſo conuocata eſt pro expeditione in Terram Sanctam ſuſcipiendâ. Sepelitur autem in Abbatiâ de Ioſaphat, cuius ex parte inſtaurator fertur: habétque hoc
C epitaphium:

Hic tandem GOSLENE iaces ſub puluere, cuius
Sæcula mirantur relligionis opus.
Ioſaphat Abbatiam cuius primus fuit author
Gofridus innumeris ſumptibus adificat.
Præterea Abbatiam Carnuni Martyris auges,
Virginis Eccleſiam nobilitas tabulis.

65. ROBERTVS II. fundator Abbatiæ Clarifontis Ordinis S. Auguſtini Religioſorum, quam ſub protectione Carnotenſis Eccleſiæ ad-
D mittit cùm omnibus bonis diplomate an. 1164. item S. Remigij de Landis, & S. Cyrici Sanctimonialium. Eo præſente fit cōpoſitio Abbatis Gemmeticenſis Petri, cùm Roberto Comite, Regis Ludouici fratre, pro terrâ de Beu, Pariſiis anno 1158. per 1158.
manum Hugonis Cancellarij, ex veteri regiſtro. Muſicam induxit primus in ſuam Cathedralem, cuius Chori præliminare muſiuo opere adornauit. Palatium Epiſcopale reparauit, & fundamentis extruxit Capellam B. Martini. Extrema clauſit anno 1164. 9. Calendas Octo-

bris, tumulatusque in basilicâ Iosaphati.

Champa-gne. Comte ey d'uns. 66. GVILLELMVS DE CHAMPAGNE I. Cardinalis tituli S. Sabinæ, cognomento ad Albasmanus: ex Comitum Palatinorum Campaniæ prosapiâ genitus Theobaldo & Mathilde Carinthiacâ. Hic primò Ecclesiæ S. Quiriaci Pruuinensis Præpositus, inde Carnotensium Episcopus institutus; cui Electo scribit Alexander 3. c. 4. de Officio & potestate Iudicis delegati: & in diplomate eiusdem ad Ludouicum Regem Francorum, sic loquitur: ALEXANDER B *Episcopus seruus seruorum Dei, carissimo in Christo filio Ludouico illustri Francorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum* VVILLELMVM *Carnotensem Electum ad nostram præsentiam venientem, tum Magnificentiæ tuæ obtentu, tum totius sanguinis sui respectu, & suæ honestatis ac probitatis intuitu, paternâ benignitate suscepimus, & ipsum dum apud nos fuit, prout decuit, honestè ac benignè tractantes, in suis petitionibus prompto animo curauimus exaudire. Eum itaque cùm amoris nostri, & gratiæ plenitudine ad propria remittentes, licet de superabundanti quodammodo videatur,* C *Regiæ excellentiæ propensiùs commendantes, serenitatem tuam per Apostolica scripta rogamus, monemus & exhortamur attentius, quatenus ipsum pro reuerentiâ B. Petri, ac nostrâ, & sua nobilitatis, ac deuotionis intuitu diligere, manu tenere, propensius, & honorare intendas, & in iustitiâ suâ & commissæ sibi Ecclesiæ attentius confouere: vt ipse idem circa Regiam Magnificentiam deuotior omni tempore & fidelior, apparere debeat & nos quoq; excellẽtia tua teneamur propter hoc gratiarum actiones vberrimas exhibere. Rogamus ad hæc Celsitudinem tuam, & in Domino commonemus, quatenus causam Ecclesiæ, quam velut pro-* D *priam suscepisti tuendam, manu tenere satagas, & viriliter defensare, & ad exaltationem & incrementum Ecclesiæ, sicut hactenus magnanimiter fecisse dinosceris, studium & operam constanter impendas, & ad hoc sicut Rex Christianissimus & Magnificus Princeps, modis omnibus elabores &c. Datum apud Montem-Pessulanum* XIV. *Kal. Septembris.* Is verò assumptus ad Archiepiscopatum Senonensem, Carnotensis A Ecclesiæ administrationem quoque retinuit, testis Robertus de Monte in Supplemento Sigeberti an. 1168. 1168. *Archiepiscopo Senonensi in fata recedente, Vuillelmus Electus Carnotensis ei successit, concesso tamen ei Episcopatu Carnotensi per biennium à Papa Alexandro.* De huius consecratione, tacito nomine meminit Saresberiensis sub finem epistolæ 233. ad Ioannem Pictauensem Episcopum: *Dominus Guillelmus Papiensis interfuit ordinationi Electi, viri quidem magnæ spei & famæ clarissimæ, & magnæ auctoritatis, & virium multarum in Regno Francorum. Is est post Regem Franciæ, qui domino Cantuariensi & suis patrocinium, consilium & auxilium singulariter præstat. Vobis autem desiderat familiaris esse; & vtinam quandoque Deo propitiante amicitiam vlteriùs meatis. Non est enim in Clero Franciæ, vt ex animi sententiâ loquar, qui eum prudentiâ & eloquentiâ antecedat:* hactenus Saresberiensis. Denique ad Remensem Archiepiscopatum promotus 1168. eodem anno Carnotensem Cathedram Ioanni reliquit. Præmonendum autem hîc, vt aduertit Sirmondus in Notis ad Petrum Cellensem, hallucinari eos, qui in catalogo Episcoporum Carnotensium Vuillelmum de Campaniâ, Ioanni Saresberiensi, & Petro Cellensi postponunt, quos manifestum est ex tabulis præire debere. Guillelmi fit mentio in Obituario Carnotensi 7. Idus Septemb. de quo plura vide tom. 1. Archiepiscoporum in Remensibus.

67. IOANNES DE SALISBVRY I. Salisbury. natione Anglus, à patriâ Saresberiensis vulgò cognominatus, familiaris Adriani Papæ teste Elinando, ac Petri Abbatis Cellensis quondam Clericus. Cathedram Carnotensem administrandam suscepit, vt est in Supplemento Sigeberti: *Successit in Carnotensi vrbe Ioannes Salesberiensis, vir honestus & sapiens, qui priùs fuerat Clericus Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi, & posteà S. Thomæ Martyris, successoris eiusdem Theobaldi.* Episcopatu donatus cedente Vuillelmo, vt intelligitur ex epistolâ Petri Abbatis Cellensis l. 7. epist. 8. ad eundem Senonensem & Remensem Archiepiscopum, cuius hæc verba: IN insigni electione Carnotensi de Magistro

„ IOANNE ſtellam matutinam pro-
„ duxit Deus de theſauris ſuis. Affuit,
„ affuit huic prædeſtinationis Dei par-
„ tui vigilantiſſima ſagacitas Domini
„ mei, & manum obſtetricantem ſup-
„ poſuit, ne aborſum pateretur in-
„ commutabilis Dei prælectio. Deus
„ tibi laus, tibi gratiarum actio Ar-
„ chiepiſcope tibi merces, tibi æterna
„ remuneratio. Hoc opus de raritate
„ admirabile, de ſingularitate incom-
„ parabile, de puritate commendabile,
„ de bonitate ſpeciali omnibus imita-
„ bile. Quando & vbi ſimile factum eſt
„ in regno Franciæ, vt remotis omni-
„ bus ſimoniæ ſpeciebus, nullis mu-
„ nerum ſuffragiis incumbentibus,
„ nullis clientum vellicationibus pru-
„ ritum aurium excitantibus, ſolus
„ Dei honor & populi ſalus in Epiſco-
„ pali electione quæretur? Certè hoc
„ in rationali & ſuperhumerali tuo,
„ pater amantiſſime, ſtylo ferreo, vn-
„ gue adamantino ſcribetur, quod in
„ vicariis Petri eligendis nulla te mo-
„ uet humana gratia, nullus fauor,
„ nullus carnalis affectus, nulla pecu-
„ niæ auaritia. Trecenſem Epiſcopum,
„ virum qui miniſterium ſuum hono-
„ rificat elegiſti, & conſecraſti. Mel-
„ denſi Eccleſiæ tres viros honori-
„ ficentiſſimos, Domnum ſcilicet
„ Cardinalem, Magiſtrum Petrum, &
„ Simonem Archidiaconum viciſſim
„ aſſignaſti: ſed nunc ſuperlatiuè ho-
„ minem de aliâ gente, amore Dei
„ tantummodo ductus, in Eccleſiâ
„ Carnotenſi ſubſtituiſti. Vbicumque
„ hoc Euangelium prædicabitur, dice-
„ tur quòd ſis amicus Sponſi, cùm tam
„ verax ſis & fidelis, non iam in quæ-
„ rendâ vxore Iſaac, ſed in inuenien-
„ do Ioſeph virum Mariæ. Verè Ma-
„ ria veneratur in Carnotenſi Eccle-
„ ſiâ. Verè vir iſte Ioannes, pretioſo
„ ſanguine B. Thomæ Pontificis &
„ Martyris intinctus, lege diuinâ ad
„ plenum inſtructus, bonis moribus &
„ piis actibus ornatus, Apoſtolico ad
„ Timotheum catalogo virtutum benè
„ depictus, ad Dei honorem, & ad
„ veſtram perpetuam laudem, colum-
„ na factus eſt in Eccleſiâ Dei. Reui-
„ ruit in vobis antiquus Apoſtolicæ or-
„ dinationis ramuſculus, cùm pro pa-
„ tribus filij vngebantur, immò pro
„ panibus omni Sabatho calidi cùm
„ thure ſubſtituebantur panes. Epiſtolâ
6. ad Lundenſem Archiepiſcopum

A nominationem Sareſberienſis ſignificat cùm ait: *Senonenſis Archiepiſcopus factus eſt Remenſis: Magiſter Ioannes Saresberienſis, quondam Clericus noſter factus eſt Epiſcopus Carnotenſis.* Alumnum Ioannem præfatum vocat lib. 7. ep. 20. & 21. loquens item de eius electione ad Cantuarienſem Archipræſulem: *Sanctiſſima*, inquit, *memoriæ prædeceſſor veſter Archiepiſcopus Theobaldus, de gremio & ſinu noſtro magiſtrum Ioannem Carnotenſem Epiſcopum inopem & pauperem ſuſcepit, ſed Deo iuuante, vſque ad nomen magnorum qui ſunt in terrâ fomentis ſuis prouexit.* B Apud eundem Cellenſem leguntur & ſeptem epiſtolæ ſcriptæ Sareſberienſi nondum Epiſcopo, & complures, è quibus innoteſcit arctâ cùm ipſo amicitiæ neceſſitudine coniunctum fuiſſe, à quo exul olim in Abbatiam benignè exceptus, multiſque poſteà beneficiis donatus fuerit, quibus obnoxium ſe profitetur Ioannes, in primis verò ep 85. cuius exordium eſt: *Non eſt nouum quod mihi veſtra benignitas alimentorum ſubſidia procurauit, quæ ſic meam in terrâ alienâ paupertatem excepit, vt nec patris munus,* C *nec maternus mihi deeſſe videretur affectus. Magnum quidem erat ſic exuli prouidere, vt apud exteras nationes ciuium commoditatibus fruerer, ſed multo maius eſt quòd mihi diligentia veſtra proſpexit, ne à natalis ſoli dulcedine, quâ totius humani generis vniuerſitas capitur, perpetuò exularem. Veſtrum námque munus eſt, quòd reuerſus ſum in terrâ natiuitatis meæ: veſtrum munus eſt quòd principum virorum aſſequutus ſum notitiam, familiaritatem, gratiámque multorum: veſtrum munus eſt quòd florere in patriâ videor, & auctore Domino multis præferri conciuibus, & coætaneis meis. Sed quid eſt quòd* D *liberalitatis & munificentiæ veſtræ titulos membratim exequor, cùm illorum numerus & immenſitas ſic totum animum impleant, vt effluant, & totius mentis capacitatem exuperent? A Domino quidem, vt & illa ſola, quæ non ſufficio recordari, debeam meruiſſe quidquid ſum & poſſum. Obligatus itaque ſum, vt nullâ gratiarum actione valeam liberari, cùm merita veſtra omnes conatus meos abſorbeant, præſertim cùm deuotio veſtra me ſibi continuis obliget beneficiis.* Interfuit Sareſberienſis Concilio Lateranenſi 1179. & an. 1181. iuxta Rober- 1181.
tum de Monte in Appendice, aliis

1181. mortalitatem exuit, ac sepulturam accepit in Abbatiâ de Iosaphato. Hic Episcopus Græcè, Latinéque eruditissimus, posteritati reliquit famosum librum Policratici, distinctum libris octo de Nugis Curialium, & vestigiis Philosophorum, quod opus Theobaldo Henrici Regis Angliæ Cancellario inscripsisse auctor est Albericus; sed nihil in proemio: composuit item vitam S.Thomæ Beketi Archiepiscopi Cantuariensis, cuius fuit discipulus ac familiaris, sub » ipsóque Notarij officio functus, & » conuersatus in exilio, apud eundem » Robertum de Monte: huius indiui» duus comes, imò manus & oculus apud Petrum Blesensem. Denique epistolarum volumen, editum è bibliothecâ eruditi Papirij Massoni.

68. PETRVS I. ex Abbate S. Petri Cellensis Trecis, dein B.Remigij Remensis locum obtinuit Saresbe-
1182. riensis anno 1182. vir suo sæculo doctus, vti fidem facit epistolarum codex libris nouem distinctus, quas vulgauit, & notis illustrauit doctissimus Sirmondus Soc.Iesu Presbyter. Complures ad eum clarissimorum æuisui virorum extant litteræ, vna B. Bernardi ep. 293. Ioannis Saresberiensis ep. 75. 76. & aliis: in epistolâ ad Henricum Comitem 172. vocatur fidelissimus ac deuotissimus Abbas, eidémque Cœnobiarchæ S.Remigij ep. 180. dirigit, vti Alexander Papa 3. variis locis. Nicolaus autem Claræuallensis monachus ep. 25. sic loquitur: *Abbas Cellensis vir religiosus ac timens Deum, homo bonus, & testimonium bonum habens à bonis, vitâ & literaturâ conspicuus, nobis quoque tantâ familiaritate deuinctus, ut non sit vnus de cæteris, sed præ cæteris vnus.* Et Calendarium Carnotense 9. Calend. Martij: *Obiit piæ recordationis dominus Petrus Carnotensis Episcopus, qui priùs fuerat Abbas S. Remigij Remensis, qui antiquam banni consuetudinem Theobaldo Comite assentiente reformauit.* Extat huius epitaphium in Abbatiâ de Iosaphat, vbi
1187. humatus an. 1187. die 11. Cal. Martij:

Mœnibus & plateis vrbem insigniuit & auxit,
Et variis Præsul, tecta superba locis.
Hunc pia plebs habuit tanti, pietatis amore,
Oscula mille suis vt dederit pedibus.

69. REGINALDVS, vel RAYNALDVS DE BAR dictus DE MONÇON I. ex Ducum Barri prosapiâ, Rainaldi Comitis Barri & Monçionis filius, nepósque per matrem Agnetem à Campaniâ, Theobaldi cognomine Magni, Campaniæ, Briæque Comitis Palatini, Blesensis, ac Carnotensis, superioris Guillelmi Cardinalis, à Campaniâ item nepos ac germanus Hugonis Ecclesiæ suæ Præpositi. Ex Thesaurario S.Martini Turonensis eligitur vt est in Chronico Roberti de Monte 1187. quem vocat 1187.
Raynaldum de Monçon. Petri Cellensis in Episcopatu Carnotensi appellatur successor, constat id ex epistolâ Stephani Tornacensis 136. ad eundem Reginaldum electum Carnotensem, quæ sic incipit. *Initia sacræ promotionis vestræ, & futuri Deo volente sacerdotij vestri merita Spiritus sanctus disciplinæ suscipiat, qui & fidelem consiliis vestris formam, & fœlicem negotiis finem imponat. Ad huius oblationem voti, & desiderij sacrificium nos inuitant & communis quam omnibus Ecclesiarum Prælatis debemus reuerentia, & specialis obedientiæ pariter & fides, quam domino magnifico & benefico vobis auunculo nostro Remensi Archiepiscopo à multis retro temporibus exhibere tenemur. Et quoniam his gratiarum vinculis vobis respondere temporibus oportunis parati sumus, & vitium ingratitudinis tam circa vos, quàm circa alios dominos nostros penitùs abhorremus: præcipuam ac præclaram nobilitatem vestram rogamus, vt sicut decessores vestri Carnotenses Episcopi, præcipuè Dominus noster, & post eum bonæ memoriæ I. & P. Carnotenses Episcopi nobis beneuolè detulerunt, & vos æquis passibus, & si non maioribus, liberaliter deferatis.* Nomi-
natur 1193. mense Martio in cartis Io- 1193.
saphati, eodémque anno 9. Calend. Aug. in Bibliothecâ Cluniacensi, vbi ad preces Gaufridi Perticensis Comitis confirmat ius patronatus Ecclesiarum, iam olim concessum per Goslenum decessorem, Priori S. Dionysij de Nogento Rotrodi. Extat eius tabula in cartophilacio S. Vuandregisili pro Ecclesiis de Rotonio, de Rollecriptâ, Calfurni, & Vilerâ apud Carnotum anno 1198. Concessit verò Presbyteris Decanatus Spernonis, ne amplius exactionibus vexentur, quod Innocentius 3. con-

BAR. Comme cy apres.

firmauit 1197. lib. 1. epistolar. de quo A item epistolâ 45. & Petrus Blesensis epist. 15. & 20. huius meminit: notatur autem mense Iulio an. 1216. interfuisse iudicio Parium Meloduni pro Comitatu Campaniæ. Nomen dedit expeditioni aduersùs Albigenses, testis Petrus monachus Vallium cap. 41. cum inquit: *Superuenerunt de Franciâ viri nobiles, & potentes Carnotensis videlicet Episcopus, Beluacensis Episcopus Philippus, Comes Robertus de Drocis, Comes etiam Pontiui, habentes secum peregrinorum multitudinem copiosam.* Reuersus vltimum diem clausit B 8. Decembris 1217. quemadmodum fertur in Necrologio Carnotensi, & apud Quercetanum in Historiâ Genealogicâ Barri Comitum: *Sexto Idus*
1217. *Decembris obiit 1217. venerabilis Pater piæ memoriæ* REGINALDVS *huius sanctæ Sedis reuerendus Antistes, illustris Comitis Moncionis filius, clarâ stirpe Francorum Principum & Regali cognatione vir nobilissimus, sed animi liberalitate longè nobilior, & corde humilis ac benignus.* Idem Necrologium de annuâ commemoratione Reginaldi patris agens, hæc subdit: Filius eius » Carnotum Ecclesiæ venerandus Antistes, Capellam sanctorum Sergij & C » Bacchi in curiâ domorum Episcopalium sitam, in eâ libertate & immunitate quâ eam possidebat, concessit Capitulo Carnotensi iure plenario perpetuò possidendam, pro cuius beneficij largitione statutum est anniuersarium patris eius & matris, & Comitis Henrici, & ipsius Episcopi cùm decesserit, singulis annis celebrari. Cadauer Reginaldi depositum est in Abbatiâ de Iosaphat.

70. GALTERVS ex Abbate Pon-
1219. tiniaci electus anno 1219. apud Albericum in Chronico; qui vnà cùm Garino Episcopo Siluanectensi, & D Fulcone Tolosano interest consecrationi Abbatiæ S. Mariæ Cariloci 1220. 20. Octobris: sequenti anno dissidium habuit cùm Capitulo Medontæ suæ diœcesis, pro annuâ procuratione, quam à prædicto Capitulo Episcopus exposcebat, Bartholomæo Carnotensi Decano controuersiæ arbitro. Consecrauit Stephanum Episcopum Mimatensem Romæ 1223. ad preces Simonis Archiepiscopi Bituricensis: quo eodem anno exequiis Philippi Augusti Regis apud S. Dionysium interest & 1230 mense Iunio, celebri iudicato contra Petrum Britanniæ Comitem. Defunctus anno 1233. apud Lanceium Prioratum Abbatiæ Maiorismonasterij, vel vt habet 1233. citatus Albericus anno sequenti: *moritur*, ait, *Galterius Carnotensis, succedit Hugo Aurelianensis*: conditus in Conuentu Dominicanorum quem construxerat anno 1231. in loco ab Hugone Decano ad id dato.

71. HVGO DE LA FERTE' ex LA FERTE. Carnotensi Decano ordinatur Episcopus, nobilitate & facundiâ clarus, ad alteram vitam transiit 1236. ex 1236. eodem Alberici chronico, sepultúsque apud Dominicanos in Choro, è regione maioris altaris; hoc elogio celebratus in obituario Fontebraldensi. *Sexto Idus Augusti migrauit à seculo vir pijssimus pater dominus* HVGO DE FERITATE *Carnotensis Episcopus, frater Mabiliæ venerab. Abbatissæ nostræ. Multa siquidem nobis caritatis beneficia contulit, inter quæ piè recitandum est, quòd penuriam aquæ quam multo tempore patiebamur, pro salute animæ suæ nobis benè consolando abscidit, refectorium nostrum quamplurimùm honestauit, inter cætera beneficia quæ nobis impendit, vt se nobis deuotiorem exhiberet, ad gradum sacerdotij promouendum relictâ propriâ Ecclesiâ, ad præsens monasterium declinauit, & in eo sacerdotij dignitatem suscepit, & ministerium inchoauit.*

72. ALBERICVS CORNVT CORNVT. frater Galteri Archiepiscopi Senonensis, ex Iuris Canonici & Ciuilis Lutetiæ Professore & Consiliario Regio, Bituricensis ac Lemouicensis Ecclesiarum reiectâ administratione, fit Pontifex Carnotensis 1236. Nominatur in diplomate cartophilacij Regij vbi agitur de Ecclesiâ S. Stephani Meduntæ villæ; ex officij, inquit, « debito per nostram diœcesim visi- « tando discurrens. Datum Carnuti « 1238. die Mercurij post festum S. Lu- « 1238. cæ. Constructor Ecclesiæ de Peretto; satis absumptus die 20. Septembris 1244. iacet ad Dominicanos.

73. HENRICVS DE GRES, Bar- DE GRES. tholomæi filius ex Haduide dominâ de Gressu, Stephani Decani, Euerardi

Prioris S. Martini de Campis Parisiensis, & Gullelmi militis germanus ortum porrò ex eâ prosapiâ fidem astruit Martyrologium vetus S. Martini in quo inuenitur Eurardum pro suo anniuersario faciendo, similiter & pro fratribus suis Henrico Episcopo Carnotensi, & Stephano Decano quandam domum dedisse apud Lutetiam. Interfuit Concisilio Lugdunensi 1245. & dedicationi S. Ca-
1245. pellæ Parisiis 1248. sepelitur apud Prædicatores cùm eodem Stephano fratre hoc epitaphio:

Quos fratres pridem, tumulus modo colligit idem,
Insignis fuit alter Episcopus, ille Decanus
Carnoti, votæ simili pro Principe vitæ,
Ambo timorati, generoso sanguine nati,
Iuribus armati, factis vrbisque probati,
Dura Patrem Stephanum cinerum lux incinerauit,
Durior Henricum Nicolai lux nichilauit.

74. MATHÆVS Galtero de Campis & Adelâ parentibus satus: A. Mariæ olim Subdecanus, memoratur an. 1219. in cartis Prioratus de Morées à Maiorimonasterio depen-
1259. dentis: decessit anno 1259 apud Prædicatores hoc sequens legitur epitaphium:

Moribus insignis, praclarus dogmate, dignis
Laudibus ornatus MATHÆVS iacet hic tumulatus,
Hic studuit degrege suo, benè cuncta mereri,
Ipse fuit Cleri gemma, lucerna gregis,
Mitis, pacificus, prudens & Iuris amicus,
Sobrius & castus fuit & sine crimine factus
Annis millenis iunctis CC.....
Cursibus expletis: Mathæus transiit annis.

DE MINCY. 75. PETRVS DE MINCY II. nepos Henrici præcedentis Episcopi, primò Ecclesiæ Canonicus, tum Archidiaconus Pisciacensis, dein Dunensis, Capituli, ac Decanus, Episcopatum denique obtinuit circa an-
1260. num 1260. Firmat concordiam inter Comitem Carnotensem & Capitulum: vitam finiuit an. 1275. in æde Dominicanorum sub æreâ laminâ coram maiore altari tumulatum corpus hoc addito epitaphio:

Corpus Pontificis quem PETRVM nomine dicis,
Hic iacet, hic patruis iungitur ipse suis.
Prudens, mansuetus, humilis fuit atque pudicus,
Doctor discretus & pacis semper amicus,
Carnutum Pastor, dignus pietatis amator,
Felle carens, linguâ facundus, largus egenis,
Mille semel & bis centum triginta bis annis
Et cum quinque decem percipiésque necem.
Huic sit propitia pia mater Virgo Maria,
Quæ procurat et sedem sanctæ requiei.

PERRVCHE. 76. SIMON DE PERRVCHE, I. Martini 4. Summi Pontificis nepos, ex Archidiacono Pisciacensi adlectus fuit Episcopus; subscriptus haberur. an. 1283. cartæ magni Pastoralis Pa- 1283.
risiensis de redditibus Capituli, pro quadam ædiculâ traditâ domui Dei de Spedonâ, Carnotensis diœcesis. Parisiis requieuit in Domino, humatúsque ad S. Innocentium in Choro Ecclesiæ, vbi Gallica inscriptio Latinè sic reddita: *Hic iacet nobilis vir M.* SIMON DE PERRVCHE *bonæ memoriæ olim Episcopus Carnotensis, nepos Sancti Patris nostri Apostolici Martini, qui ibi elegit humiliter suam sepulturam inter pauperes, & excessit anno gratiæ* 1297. *die Lunæ post festum* 1297.
Omnium Sanctorum. Orate Deum pro eo.

GARLANDE. 77. IOANNES DE GARLANDE II. ex Subdecano Carnotensi subrogatus obiit 1314. Cal. Octobris, iacet apud Franciscanos.

IOIGNY. 78. ROBERTVS DE IOIGNY II. ex stirpe Comitum de Ioigniaco, patruus Ioannæ Comitissæ, vxoris Caroli Valesij Comitis Alenconij: substitutus in Episcopali solio 1314. recensetur in quadam concessione indulgentiarum Ecclesiæ B. Mariæ de Castro, Trecis mense Martio 1322. 1322.
decessit anno 1326. tumulatus apud Ioigniacum in proauorum sepulchro.

Datur à laigle d'or.

CHAPPES. 79. PETRVS DE CHAPPES III. Franciæ Cancellarius, ex Atrebatensi Episcopo huc translatus 1326.

Vne croix alaisée.

inde Cardinalis creatus à Ioanne 22. tit. S. Clementis feriâ 6. quatuor Temporum Aduentus, Aueniqne anno 1327.

PASTE'. 80. IOANNES PASTE'III. ex Decano vocatur ad Episcopatum Atrebatensem, vnde ad Carnotensem
1328. sublectus 1328. Februarij 23. vt constat ex libro Obligationum Vaticani: è vitâ migrauit 1332. sepultus in Choro S.Ioannis in Valle.

CHALVS. 81. AYMERICVS DE CASTROLVCII Archidiaconus Transligerensis in Ecclesiâ Turonensi, Ferrariæ in temporalibus, prouinciæque Aemiliæ Rector, à Ioanne Papâ 22. pronunciatus est Archiepiscopus Rauennas anno 1322. post obitum Raynaldi Concoregij: ab eodem Pontifice traductus ad regimen Episcopatus
1332. Carnotensis 1332. eodem enim anno vocatur Electus die 18. Maij in libro Obligationum sæpe citato: ornatur Purpurâ tit. S. Martini in Montibus ab eodem Ioanne: vir, vt refert Hieronymus Rubeus Hist. Rauen. lib.6. ingenio præstans & egregiis moribus clarus. Fundauit in Ecclesiâ Capellam S. Piati, præfuitque adhuc 1339. ex tabulis: diem postremum obiit 7. Idus Ianuarij.

AMICI. 82. GVILLELMVS AMICI II. ex Auditore Rotæ; inde Archiepiscopus Aquensis, & Patriarcha Hierosolymitanus.

VAVCEMAIN. 83. LVDOVICVS DE VAVCEMAIN I. designatus huius Ecclesiæ Pontifex
1349. 1349. die 18. Martij ex libro Obligationum. Legauit Capitulo domum suam Parisius, ac fato concessit 1357. 29. Ianuarij, conditus ad Augustinianos Parisienses versus cornu Euangelij.

LE MAYE. 84. SIMON LE MAYE anteà Episcopus Dolensis in Armoricâ, Abbásque Maiorismonasterij, vbi sepultus 1360. 21. Iunij ad pulpitum Euangelij, cùm iniisset Pontificatum
1357. Carnotensem 1357.

D'ANGERANT. 85. IOANNES D'ANGERANT IV. nepos Ludouici de Vaucemain, Consiliarius Regis ac Præses in Camerâ Computorum, ex Decano 1360. delegatus à Carolo 5. Rege cùm Arnaldo de Corbiâ Senatus Parisiensis Principe ad Britanniæ Ducem; iacet Bellouaci quò translatus fuit relictâ sede Carnotensi.

86. GVILLELMVS DE CHANAC III. nepos Guillelmi & Fulconis Episcoporum Parisiensium, ex monacho & Capicerio S. Martialis Lemouicensis, Priore Longipontis, dein Abbate S. Florentij Salmuriensis & Cardinali; iuramentum exhibuit pro Ecclesiâ suâ Carnotensi 1368. Dominicâ post Purificationem; quem post ad Mimatensem Cathedram 1370. transiisse afferunt tabulæ Mimatenses. CHANAC. 1368.

87. GVARINVS D'ARCEY ex Auditore Rotæ, & Doctore Legum, patrocinio Gregorij Papæ XI. creatus fuit 1370. decessit in palatio Episcopali quod ex parte refecerat an. 1376 iacet ante maius altare Dominicanorum. ARCEY. 1379.

88. EBLO DV PVY frater Gailardi Cardinalis Maiorismonasterij, & Episcopi Santonensis, ex Subdecano absens postulatus Præsul 1376. fundator Capellæ Nostræ Dominæ de Niuis; migrauit à sæculo 1379. die 26. Februarij: cadauer terræ mandatur ad S. Ioannem in Valle iuxta principem aram. DV PVY. 1379.

89. IOANNES LE FEBVRE V. Duacensis ex monacho & Præposito S. Vedasti Attrebatensis, huius cœnobij Abbas declaratus, inde regimen huius Episcopatus suscepit 1379. Cancellarius Ludouici Andegauensis Siciliæ Regis 1385. animam reddidit Auenione 1390. die 11. Ianuarij, fautor Pseudopapæ Clementis 7. sub quo variis functus est Legationibus: testamenti codicillis hæredem ordinauit Carnotensem Episcopum, cuius curam demandauit Ioanni de Moy Præposito Vedastensi & Mathæo de Perone Canonico Carnotensi: antequam verò è viuis decederet 4. Sept. an. 1390. adiuisit clientelam Iolandis de Flandres Comitissæ Barrensis, per Baronias d'Alluye, de Brou, Montmirail, Authon, & la Bazoche ex actis Episcopatus. FABRI. 1390.

90. IOAN-

MONTAGV. Comme cy deuant.

90. IOANNES DE MONTAGV, VI. A
frater Gerardi Episcopi Pictauensis,
ex Thesaurario Bellouacensi & Senatore Parisino, necnon Camerario Pseudopapæ Clementis prædicti, ad hanc Sedem subuectus est
an. 1390. interfuit tralationi sancti
1392. Ludouici an. 1392. Præses Cameræ
Computorum Parisiis: Cancellarius & Comitis Alenconij, Ecclesiam suam pretiosâ supellectili ornamentorum ditauit: traductus demum ad Archiepiscopatum Senonensem.

CHARPAGNES. D'azur à la fasce d'or accompagnée de 3. croisettes d'argét 2. en chef. 1. en pointe.

91. MARTINVS DE CHARPAGNES cognominatus GOVGE, B Ecclesiam sumpsit regendam 1406. eodem anno relliquias perlustrat in cœnobio sancti Corentini: posteà traducitur ad Claromontensem Sedem.

BOIS-GILLOVD.

92. PHILIPPVS DV BOIS-GILLOVD I. Caroli VI. Regis Consiliarius, ex Archidiacono Blesensi in Ecclesiâ Carnotensi infulas accepit an. 1415. in veteri regesto no-
1417. minatur 14. Iunij 1417. vbi mutuo
quinquaginta millium librarum Turonensium se obstrinxit Regi cùm aliis Præsulibus Gallicanis: diem postremum clausit anno 1418. 21. Septemb. ac testamenti tabulis iste Philippus, quem alij vocant de Bois-Giroud mandauit in Franciscanorum basilicâ sepeliri.

FITIGNY. De gueulle 3 cueusots d'or.

93. IOANNES DE FITIGNY, VII. Burgundus, ex Archidiacono Blesensi, postulatus à Capitulo 1418. non obstante electione Iordani Cardinalis Vrsini, Episcopi Albanensis per Martinum 5. Pont. promulgatâ: nepos erat Petri Cardinalis de Fi-
1432. tigniaco: Occisus est an. 1432. die
25. Martij in vrbis inuasione per Ioannem Aurelianensem Comitem D Dunensem, cùm staret à partibus Burgundionis.

DAVPHIN. Comme cy dessus.

94. ROBERTVS DAVPHIN, IV. ex Delphinis Aruerniæ, monachus & Abbas S. Austremonij Issiodorensis vbi fundauit missam dictam de Autorâ; & S. Trinitatis de Tironio. Beraldo 2. Comite Clarimontis, & Margaretâ Sacricæsaris parentibus prognatus. Sedis huius tegimen obtinuit fauente Carolo VII. Rege an. 1432. tametsi Canonicorum scrutinio postulatus fuisset Philippus Prunelle S. Launomari Blesensis Abbas. Transiit posteà Robertus ad Albiensem Episcopatum.

LE MOYNE. De ... à 3. brosses 2. en chef, vne en pointe.

95. THEOBALDVS LE MOYNE II. Cenomanus, Elisabethæ Siciliæ Reginæ à Consiliis, superioris resignatione prouisus de Episcopatu à summo Pontif. die 1. Septembris
1434. quod genus obtinendi benefi- 1434.
cia per resignationem nondum auditum fuerat in hâc Ecclesiâ. Anno 1435. die 7. Decemb. Aquis Sextiis in regio Palatio adstitit clientelari iuramento, Isabelli prædictæ exhibito ab hominibus ciuitatis Aptę, quæ ab eâ priuilegiorum immunitatem obtinuit, vti videre est in archiuis regiis Aquensibus. Iacet Parisiis in Capellâ ædis Prioratus militiæ Hierosolymitanæ S. Ioannis de Laterano sub hoc epitaphio: *Hìc iacet Reuerendus in Christo Pater Dominus* THEOBALDVS MONACHI *Cenomanensis diœcesis, dudum Dei gratiâ Carnotensis Episcopus, vtriúsque Iuris Doctor, & Referendarius Domini Euge-*
nij Papæ IV. *qui obiit anno Domini* 1441. 1441.
C *die 28. mensis Iunij. Cuius anima requiescat in pace.*

BECHEBIEN.

96. PETRVS BECHEBIEN, III. Blesensis, ex Medicinæ Doctore, Reginæque Physico, vel Archiatro annó 1422. necnon Præposito Normanniæ in Ecclesiâ Carnotensi eligitur 1441. sequenti anno adeptus possessionem 5. Ianuarij: perlustrauit 1451. die 19. Decembr. capsam S. Marculfi in æde Collegiatâ B. Mariæ Medontensis, vnà cùm Ioanne Colombensi, Roberto de Nealfa veteri, & Guillelmo de Grandicampo
Abbatibus. Excessit à sæculo 1459. 1459.
tumulatus in Ecclesiâ S. Ioannis de Valle.

ILLIERS. D'or à six anneicts de gueulle 3. 2. 1.

97. MILO D'ILLIERS ex vetustâ nobilíque familiâ de Illariis, Petri Equitis toparchæ huius loci filius, ex Senatore Parlamenti, & Canonum Professore Parisiis, ac Decano Carnotensi ad hanc Cathedrã assumptus 1459. interest dedicationi Ecclesiæ parochialis S. Martini in claustro D.
Marcelli Lutetiæ 24. Augusti 1480. 1480.
delegatus à Ludouico XI. ad Caro-

lum Niuernensem Comitem è propagine Burgundâ, vt eum à fœdere ineundo cùm Carolo Comite Charolesij auerteret. Vocatus fuit ad Comitia regni Turonensia 1467. eique scribit Robertus Gaguinus Ordinis S. Trinitatis Generalis ep. 21. Eiurauit Episcopatum anno 1493. retentâ pensione, quo anno sublatus è viuis 15. Octobris, sepelitur in Ecclesiâ Dominicanorum Carnotensium. 1467.

ILLIERS. 98. RENATVS D'ILLIERS Milonis nepos ex fratre Florentio, Carnotensium Bailliuo, nonnullis Reginaldus dictus, frater Caroli Decani, & Florentij Carnotensis item Ecclesiæ Magni Archidiaconi; cessione patrui iam octogenarij beneficio Caroli 8. successor destinatur, admissus 4. Decemb 1495. migrauit è viuis in domo Episcopali 8. Aprilis anni 1507. sepultus in S. Carauno. 1495.

LA MARCK. D'or à la fasse echiquetée d'argent & de gueulle de trois traits, surmonté d'vn lyon naissant de gueulle. 99. ERARDVS DE LA MARCK Cardinalis tituli S. Chrysogoni, Archiepiscopus Valentinus; Leodiensis, ac Carnotensis Ecclesiarum Administrator perpetuus anno 1507. electus pro more à Capitulo, fratrem habuit Robertum Bullionij Ducem, Franciæ Marescallum, & Sedani Principem. Is nomine Ludouici 12. Regis ad Maximilianum Imperatorem missus fuerat Legatus; aduersùs hæreticos pro Clemente VII. eodem functus ministerio vice Apostolicâ. Fuit præcipuus Caroli 5. Imperatoris Consiliarius, postquam ex Regiis partibus transiit ad Cæsarianos 1523. biennio ante creatus Cardinalis à Leone X. Pontifice, Romæ 5. Idus Augusti: demum moritur 16. Februarij anni 1538. sepultus Leodij marmoreo cœnotaphio, quod in medio choro basilicæ sibi erexerat hoc breui titulo adiecto: *Erardus à Markâ mortem habens præ oculis, viuens posuit.* 1507.

GVILLARD. Comme cy dessus. 100. LVDOVICVS GVILLARD, II. Parisiensis, ex Episcopo Tornacensi 1527. anno sequenti interest Concilio Senonensi, & statuta Synodalia eius iussu euulgantur 1536. quibus præfixa est præfatio ab eodem conscripta. Basilicam suam tabellis adornauit, ac Filias Dei iuxta Carnotum instaurauit: fungebatur autem Senatoriâ dignitate Parisiis etiam 1527.

A Episcopus 1543. Fit Cabilonensis, ac tandem Siluanectensis Antistes.

101. CAROLVS GVILLARD Andreæ domini de Espichelliere, Comitis Consistoriani, & Mariæ de la Croix filius, per cessionem patrui 1558. obiit Carnoti 1572. GVILLARD. 1572.

102. NICOLAVS DE THOV Abbas S. Symphoriani Bellouacensis, familiâ Thuanâ Parisiis ortus cum primis clarâ & nobili, patre Augustino Senatus Præside, Claudiâ de Marle matre: patruus viri illustriss. B Iacobi Augusti Thuani Senatus quoque Præsidis, multiplici eruditione ac virtute cumulatissimi; ac frater Christophori eiusdem Parlamenti Parisiensis Principis, vbi & Nicolaus ipse Consiliarius Ecclesiasticus; qui ex Archidiacono Canonico Parisiensi, & Thesaurario Bellouacensi consecratur Lutetiæ in templo B. Mariæ die festo S. Petri & Pauli 29. Iunij 1573. à Carolo Cardinali Lotharingo, vrbem inuectus vltimâ Octobris sequentis, confestim animum adiecit pastorali curæ, & instaurationi Episcopalis Palatij. In Cathedrali suâ C consecrauit Henricum 4. die 27. Februarij 1594. crisinate S. Martini Maioris monasterij apud Turones, cùm Remos adire tunc non posset ob bella ciuilia; sacrum autem illud scriptis mandauit ipse Episcopus, qui post rectè administratam diœcesim, fato repentè correptus animam reddidit apud castrum suum Villæboni iuxta Parisios 1598. 5. Nouembris anno ætatis 70. tumulatus in sepulchro gentis Thuanæ apud S. Andream de Arcubus. DE THOV. D'argent au cheuron de sable accompagné de 3. mouches à miel de mesme. 1573. 1598.

103. PHILIPPVS HVRAVLT, II. D Abbas sancti Florentij de Bonaualle, Regalis Montis, & Valatiæ, primus Mariæ Mediceæ Reginæ Eleemosinarius & sacri Consistorij Consiliarius: Philippi Huralti Cheuernij Comitis & Limosij, S. Spiritus Equitis Torquati, Aurelianensis & Carnotensis prouinciarum Reguli, Franciæque Cancellarij, ex Annâ Thuanâ tertius filius nascitur 19. Septembris anni 1579. In Episcopatum successit auunculo 1599. consecratus an. 1607. postquam sedes vacasset iure Regaliæ annis circiter 9. vrbem HVRAVLT. D'or à la croix d'azur cantonée de 4. ombres de soleil de gueulle. 1607.

... solemniter festiuâ inaugura-
1608. ... pompâ 28. Augusti 1608. ac die festo Natiuitatis S. Mariæ 8 Septembris sequentis, in Cathedrali sacrum Missæ sacrificium ritu Pontificio celebrauit. Ei dicat epistolas Fulberti Carnotensis Carolus de Villiers Theologus Parisiensis & Canonicus: obiit verò Philippus Cheuernij 1620. die 27. Maij, ibíque sepultus.

104. Leonorivs d'Estampes ex dominis de Valancay, frater Achillis Cardinalis tituli S. Adriani, Abbas B. Petri Burguliensis, ânno 1620. post excessum Philippi consobrini succes-
sit: proauiâ quippe ortus Leonorius Mariâ Huraltâ Philippi Cancellarij
1620. amitâ. Sacrâ vnctione inauguratus Lutetiæ apud Carmelitas Discalceatos anno 1621. ab Henrico Cardinali Gondio Episcopo Parisiensi, assistentibus Francisco Pericard Abrincensi, & Iacobo Camus Sagiensi Præsulibus. Interest Cœtui Cleri Parisiis 1625. Medontensi in suâ diœcesi 1641. & in Parisiensi anno 1650. iam Remensis Archiepiscopus electus est Præses Comitiorum. Breuiarium correctiùs edidit 1624. Sub ipso instituuntur Carnuti & Blesis Minimi S. Francisci de Paulâ, Patres Oratorij apud Vindocinum, Iesuitæ Blesis, Capucini apud Monfortium & Pisciacum, Augustini strictioris regulæ in Abbatiâ Clarifontis, Mouiales Carmelinæ Carnuti sede vacante 1620. & Blesis; Vrsulinæ in iisdem oppidis, necnon Vindocini, Medontæ & Nogento Rotrodi; Benedictinæ apud Loigniacum in Pertico, Monfortium, Iuriacum, Nogentum Rotrodi, & Annetum: Virgines Montis de Caluario Vindocini; sanctæ Mariæ apud Hodantum & Monfortium; Hospitalariæ Medontenses, & Pateij in Belsiâ; denique S. Bernardi Moniales apud Curuamuillam Sede vacante 1642. Transfertur idem Leonorius ad Archiepiscopatum Remensem 1641.

105. Iacobvs Lescot Abbas Omnium Sanctorum Catalaunensis, & Beatæ Virginis Capellæ ad Plancas Trecensis diœcesis, in sanctiore Consistorio Consiliarius, ex Theologiæ Doctore Sorbonico, ac Regio Professore, magnâ celebritate & eruditione sacras litteras per annos complures apud Sorbonam interpretatus, ad Sedem Episcopalem tandem propriâ virtute, & probitate perspectâ, regiâque munificentiâ ascendit, commendante apud Ludouicum 13. Armando Cardinali Richelio, virorum in qualibet facultate præstantium diligenti indagatore. Nominatur autem Carnotensis Episcopus an. 1641. 1641.
die 13. Decembris, per promotionem Leonorij ad Metropolim Remensem. Bullas obtinuit à Papâ Vrbano VIII. datas an. 1643. die 22. Iulij, tum munus vnctionis excepit in sacello Sorbonico 1643. 15. Nouembris à Leonorio decessore Archiepiscopo Remensi, assistentibus Præsulibus Francisco le Febure de Caumartin Ambianensi, & Petro Bertier Vticensi, Coadiutore Montalbanensi. Vrbem suam & Ecclesiam solemni pompâ ingressus est anno 1643. die 30. De- 1643.
cembris; tum Comitiis generalibus Cleri Gallicani Parisiensibus interfuit anno 1645. ac triennio post die 24. Martij Ludouicum XIV. Regem Christianissimum, religiosæ peregrinationis vota Domino & sanctissimæ Virgini pro restitutâ sanitate exoluentem, in Cathedrali suscepit. Sub eiusdem Iacobi regimine instaurantur, reformantúrque apud Bonamuallem, Columbas, Meulantum, & Carnutum Benedictini: apud Blesas Canonici Regulares Ordinis S. Augustini, & Nosocomium, siue Domus Dei: Erigitur cœnobium Vrsulinarum apud Pisciacum, Congregationis B. Mariæ apud Castrodunum, Collegium siue Gymnasium apud Nogentum Rotrodi, & Congregatio Filiarum Prouidentiæ apud Carnutum. Ecclesiam verò sibi commissam pastorali sollicitudine regens, Carnotensis infulæ decus, quâ par est prudentiâ, sustinet.

DECANI CARNOTENSES.

SERIEM & ordinem Decanorum Carnotensium, quos ex variis Ecclesiæ actis excerpere potuit Ioannes-Baptista Souchetus Carnotensis Canonicus, qui Historiam Episcoporum exarauit MS. sed nondum luce donatam, euulgamus beneficio dom. Chaline in Præturâ Carnotensi Regij Patroni.

1. *Aymo* subscriptus cartæ libri Aganonis, in fauorem Canonicorum S. Petri, Carnotis in domo matris Ecclesiæ; publicè subscribentibus Aganone Episcopo, Aymone Decano Nonis Iunij, anno 8 regnante Rodulfo serenissimo Rege, Ragenfredo Leuitâ ad vicem Clementis Cancellarij subscribente.

926. 2. *Gaufridus* 1. anno 926. vel circa, viuebat Aganone Episcopo sedente.

3. *Herimannus* testis in commutatione terrarum inter monachos S. Petri Carnotensis 8. Idus Martij anno 13. regnante Lothario.

4. *Saggerius* subscribit cartæ Cirueі Abbatis S. Carauni, 4. Idus Mar-
975. tij anno 14. Chlotarij Regis: & in donatione Odonis Pontif Carnotensis Abbatiæ S.Petri die Non. Febru. an. 20. Hlotarij Regis, ex cartulario Aganonis: præterea recensetur in commutatione Canonicorum S. Mariæ cùm monachis S. Petri, Salicone Ypodecano existente.

926. 5. *Gaufridus* 1. anno 926. vel circa; viuebat Agano Episcopo sedente.

6. *Rodulfus* 1. circa 988. tempore Odonis, cui in Præsulatu successit: memoratur adhuc Decanus in cartulario Aganonis.

7. *Durandus* Roberti Francorum
1005. Regis ætate, an. 1005. sedem scilicet Carnotensem occupante Fulberto.

8. *Georgius* Henrico 1 Franc[orum] regnum moderante anno 1[0]31.

9. *Hugo* 1. 1038. Agoberto Carnotensium Præsule, & Henrico 1. Francorum Regis an. 16. de quo fit mentio in tabulis S. Petri.

10. *Albertus* ex Decano monachus & Maiorismonasterij Abbas: obiit 1063. dicitur mortuus in Martyrologio Carnotensi 13. Calend. Iunij, *rerum Ecclesiasticarum procurator egregius, ac monastic[æ] Regulæ obseruator diligentissimus*. Electus fuerat Carnotensis Episcopus, & prælatus Theodorico quem Rex vi obtruderat, vt patet ex epistolâ memoratâ 122. Canonicorum Carnotensium apud Fulbertum: *Volumus scire vos Decanum quem elegeramus factum esse monachum, nihilominus tamen nos eum optare nobis fieri Episcopum.* 1063.

11. *Gancelinus*, siue *Gaucelinus* anno 1062.

12. *Ingelrannus* Cancellarius & Decanus an. 1083. & 1084. 108[3].

13. *Adelardus* ab an. 1084. ad 1088. Gaufrido 1. Præsulante.

14. *Raynaldus* ex Decano monachus apud S. Petrum in Valle Carnotensi, eodem Gaufrido sedente.

15. *Arnaldus* 1. qui & Ernaldus, ab an. 1094. ad 1118 de quo in epist. 7. lib. 2. Goffridi Vindocinensis: subscribit & literis Iuonis, quæ Canonicorum S. Ioannis in Valle fundationem memorant, & inter epistolas Iuonis continentur num. 286. subscriptis, Iuone Episcopo, Ernaldo Decano, & aliis. Idem verò posteà, vt expressit Sirmondus in notis ad Goffridum, vestem induit monasticam in Cluniaco teste Iuone ep. 162. quam posthæc abiecit, reuersus ad pristinum statum vt indicant verba epistolæ Goffridi: *Domnus Ernaldus quem Decanum vestrum dicitis, si sibi secundùm iustitiam placuisset teste flocello de capite suo, potius in nostrâ, quàm in vestrâ sorte manere debuisset.* 1094.

16. *Sanson de Mauuoisin* ex Præposito & Subdecano Carnotensis Ecclesiæ Decanus 1118. post modum Remensis Archiepiscopus. 1118.

17. *Lisiardus* ex cartulario magni A Belliloci, Goffridi 2. tempore.

18. *Zacharias* ex Subdecano anno
1133. 1133. & 1141.

19. *Robertus* 1. dignitatem obtinebat 1144. & 1155.

1156. 20. *Iuo* 1156. & 1164.

21. *Goffridus* 2. ab an. 1164. ad 1188.

22. *Odo* 1. florebat 1191. & obiit 1195.

1195. 23. *Goffridus* 3. ab an. 1195.

24. *Hugo* 2. ab an. 1201. ad 1206.

25. *Guillelmus* 1. ab an. 1206. ad 1211.
1211. quo vitâ fungente 1212.

26. *Bartholomæus* successit, factus Parisiensis Præsul an. 1223.

27. *Hugo de Feritate* 3. eodem anno
1234. suffectus est, & 1234 Carnotensis Antistes dictus.

28. *Thomas* ipso anno Decanatum suscepit, & 1241. morte dimisit.

29. *Stephanus de Grez* 1. eodem anno electus est.

30. *Ioannes* 1. summi Pontificis Capellanus 1247. sub quo Philippus dominus Milliaci, Subdecani officio
1248. fungebatur 1248. ex cartâ Abbatiæ Sacriportus.

Courtenay. 31. *Robertus de Courtenay* 2. frater Ioannis Archiepiscopi Remensis 1248. & 1251 ex cartâ domus Niuernensis, ad Episcopales Aurelianensis Eccle-
1258. siæ infulas postulatus est 1258.

32. *Petrus de Minciaco* 1. substitutus est eidem, quo ad Carnotensem Cathedram euecto 1259.

Aubusson. 33. *Rodulfus d'Aubusson* 2. à Capitulo electus est, & dignitatem exuit
1272. anno 1272.

34. *Guillielmus Durandus* 2. Speculator dictus, ab eodem anno ad 1286. quo ad Mimatensem Sedem promotus est.

35. *Robertus de Flouille* seu *Frouille*
1294. 3. ab eodem anno ad 1294.

36. *Guillelmus de Cornilhano* 3. eodem anno electus, desiit 1299. quem sequutus est:

37. *Theobaldus d'Aulnay* 1300. qui 1317. obiit 1317.

38. *Stephanus de Bourreto* 2. mense Octobri eiusdem anni, quo ad Parisiensem Ecclesiam promoto 1320.

39. *Ioannes Pasté* 2. à Capitulo suffectus est: eo verò ad Atrebatensem Cathedram euecto 1326. 1326.

B 40. *Michael de Mauconduit* Iurium Professor, assumptus est, quo demigrante 1328. apud Cartusianos Pari- 1328.
sienses in sacello S. Ludouici situs est.

41. *Arnaldus de Varceyo* 2. quem tabulæ Aquenses Armandum de Barcesio scribunt, Præpositus de Ingreyo in æde Carnotensi primariâ, & sacri Palatij Auditor, à Ioanne 22. summo Pontifice Decanus Carnotensis renunciatus est, postmodum Aquarum Sextiarum Archiepiscopus C inauguratus.

42. *Radulphus de Capriaco* 3. die Martis post Oculi 1319. locum ipsius sumpsit, quem ad 1334. tenuit, illo 1334.
obeunte.

43. *Bertrandus-Hugo de Cardaillac* Cardaillac.
nepos Bertrandi Episcopi Montalbanensis, ac Ioannis Tolosæ Archiep. Patriarchæ Alexandrini, ex Archidiacono Blesensi in eadem Ecclesiâ, Canonicorum suffragiis electus est, & 1355. die Veneris post Iudica hominem D exuit.

44. *Ioannes de Angeronte* 3 à summo Pontifice 1357. dictus Decanus, triennio post sedem Carnotensem adeptus nempe 1360. dignitatem in eiusdem 1360.
Pontificis manibus dimisit.

45. *Philippus de Talaru* Ioannis Talaru.
Lugdunensis Præsulis frater, ab eodem Pontifice Ioanni suffectus est, vt ex Bullis patet, reluctante quamuis Capitulo, quod in Aymericum Carnotensem, ipsius Ecclesiæ Cancellarium vota contulerat: Philippum sequutus est anno 1376. vel 1376.
circa.

46. *Enerardus*, alius *Gerardus de Tremagon* Libellorum Supplicum Magister, quo assumpto in Episcopum Dolensem mense Octobri 1380.

47. *Odo Fouboutherius* 2. Ducis Burgundiæ Consiliarius successor datus est, Decanatum tenuit vsque ad mensem Martium vel Aprilem anni 1405. quam cùm sequente pro Scholariâ Abrincensi & Canonicatu Baiocensi permutauit, itaque.
1405.

48. *Milo de Dangello* 1. Roberti Niuernensis Episcopi frater, Regis Consiliarius & Cameræ Compurorum Regiorum Magister, Decanus factus, dignitatem retinuit vsque ad 28. Nouembris 1431. quo humanis vale dixit.
1431.

49. *Nicolaus de Capella* à summo Pontifice creatus contra Guillelmum Cotin Præcentorem Ecclesiæ Carnotensis, & in supremâ Franciæ Curiâ Senatorem, viâ Spiritus sancti 8. Februarij eiusdem anni electum, Concilio Basileensi vt Decanus interfuit, & anno 1443. vitam morte commutauit.
1443.

Illiers.

50. *Milo d'Illiers* 2. breui eum est sequutus, tertiâ namque post obitum die à Capitulo electus est contra Petrum de la Lande se pro Decano gerentem: de eodem anonymo sic loquitur Pius Papa 2. in commentaris editis sub nomine Gobelini ad an. 1458. *Erat eo tempore Romæ Decanus Carnotensis Regis Franciæ Legatus, qui ad Calixtum de rebus Turcorum acturus venerat. Is sua gentis studio magnopere instabat, ne Regnum Siciliæ Ferdinando concederetur, laturum id ægrè Regem suum, atque in Apostolicam Sedem vlturum dictitans.* Eo autem in Carnotensem Episcopum promoto 1459. in fauorem sequentis dignitatem ejurauit.
1459.

51. *Carolus d'Illiers* Milonis ex fratre nepos, patrui dimissione Decanatum obtinuit aduersùs Guilliellmum Fournier à Capitulo electum Senatusconsulto 25. Iunij 1463. & cùm sequente permutauit.
1463.

52. *Milo d'Illiers* 3. 20. mensis Februarij 1508. possessionem Decanatus adeptus est, deinde Camerarius Columbensis, posteà eiusdem loci Abbas, ad vltimum Lucionensis factus Episcopus, Decanatum ad 1568. retinuit, quo ab humanis recessit. 1568.

53. *Petrus d'Hommes* 2. Milonis ex sorore nepos, electus est 14. Martij, & 29. eiusdem possessionem nactus est, ipso autem 1568. decedente.

54. *Petrus de Fontaines* 3. vltimâ Maij eiusdem anni electus est, & 1573. desiit, quo. 1573.

55. *Stephanus Boudet* 3. receptus est 23. Iulij: eiuratâ autem & dimissâ in Capituli manibus dignitate,

56. *Guillelmus d'Aubermont* 4. Tornacensis, ex Arcbidiacono Blesensi & Camerario electus est 18. Augusti 1578. eodem viuis exempto mense Februario 1590. 159.

57. *Ludouicus Boucher* ex Præcentore electus fuit & receptus 20. Martij eiusdem anni, & 3. Ianuarij 1600. in fata concessit

58. *Augustinus Preuost de Breuannes* ex Archidiacono Pisciacensi Decanus inauguratur 11. eiusdem mensis: diem clausit supremum 18. Aprilis an. 1606. 1606.

59. *Robertus Bouete* 4 vt in Archidiaconatu successerat, ita & in Decanatu, dignitatem permutauit cùm sequente mense Ianuario 1638. & 22. Decembris viam vniuersæ carnis ingressus est, & ad Fratres Capucinos Carnotenses ipsorum in veste situs 24. eorumdem mensis & anni. 1638.

60. *Petrus Fougeu* 4. ex Cancellario Ecclesiæ, & S. Seuerini Castri Landonis Abbate, magnóque Vicario in spiritualibus Iacobi Lescot, possessionem adeptus est 9. Ianuarij eodem an. 1638. mortuus est 1650. 1650.

61. *N. Fougeu* superioris frater; Canonicus Carnotensis & Consiliarius, electus 1650. adhuc viuit.

CARPENTORACTENSES EPISCOPI.

Carpentras au Comtat d'Avignon, en la Russe.

CARPENTORACTE Meminorum in prouinciâ Viennensi, de quâ Plinius libro 3. cap. 4. dicta etiam reperitur Vindisca, vel Vindausica, & Vendacensis vrbs, ex cuius ruinis municipium Carpentoractense creuit, vt intelligimus ex epist. Petrarchæ ad Guidonem Archiepiscopum Genuensem, & ex vitâ S. Suffredi, cui Ecclesia Cathedralis dicata est, in quâ sunt 12. Canonici, & in diœcesi 30. Ecclesiæ parochiales. Sub Archiepiscopo olim Viennensi, nunc Auenionensi, in ditione Pontificiâ, vbi sedem habet Generalis Comitatus Venaisini Quæstor. Vna extat tantùm in vrbe & diœcesi Abbatia Monialium.

S. MARIÆ MAGDALENÆ O C.
Sainte Marie de Carpentras.

Præsules verò huius Cathedræ partim à nobis fuêre obseruati, partim ex schedis v. c. Iosephi Mariæ Suares Vasionensis Episcopi, & Henrici Suaresij eius gentilis, desumpti ex varius tabularijs Ecclesiæ.

1. IVLIANVS in Concilio Epaonensi subscripsit anno 517. in Arela-
524. tensi 4. 524. & Carpentoractensi 527. Ad hunc Sauaro vult Sidonium scribere epist. 5. lib. 9. & ipsum recenseri in literis Fausti ad Lucidum, quod vtrúmque negat Sirmondus.

2. PRINCIPIVS subscribit
529. Concilio Arausicano 2. an. 529.

3. S. SVFFREDVS seu SIFFREDVS ordinatus à S. Cæsario Arelatensi Pontifice; ex monacho Lerinensi Vendacensis sedis Antistes, vt notat priscum exemplar cœnobij insulæ Lerinensis, dicitur extruxisse Ecclesias B. Virginis, S. Ioannis Baptistæ, & intra Carpentoractense castrum aliam sub inuocatione S. Antonij Abbatis. Migrauit ad Christum Lerinæ, sepultúsque in æde B. Trinitatis; postmodum ex oppido Vendacensi, sacra lipsana Carpentoractem delata sunt, vbi in Cathedralis Ecclesiæ sacrario recondita quiescunt. Hactenus Chronologia Lirinensis.

4. CLEMATIVS subscriptus reperitur Canonibus Concilij Aurelianensis 4. an. 541. 5. 549. & Parisiensi 541.
2. 555.

5. TETRADIVS chirographum apposuit Concilio Parisiensi 4. an. 573.

6. BOETIVS interfuit Concilio Valentino 2. 584. ac per missum Episcopalem Matisconensi 2. 585. 584.

7. ODOFREDVS ex veteribus monimentis anni 590.

8. GEORGIVS anno 604. 604.

9. PETRVS I. 630.

10. DOMINICVS 645.

11. LICERIVS in subscriptionibus Synodi Cabilonensis anno 650. 650.
expressum eius nomen titulo Episcopi Vindausensis; eâ quippe nuncupatione appellabantur adhuc nonnunquam Præsules Carpentoractenses, à Vindauscâ oppido vicino, de quo in Notitiâ ciuitatum Galliæ, quod alij perperam pro Vindauscensi, Ausciorum interpretantur, vt adnotauit Sirmondus in notis ad tom. 1. Conciliorum.

12. PAVLVS I. anno 664.

13. ANASTASIVS anno 686.

14. INNOCENTIVS I. an. 711. 711.

15. OLDRADVS, vel ODOARDVS anno 730.

16. HOTIFREDVS 747. 747.

17. AGAPITVS anno 770.

18. AMATVS 787. & 788. in Concilio Narbonensi.

19. ANTONIVS an. 791. 791.

20. IOANNES I. an. 813.

21. ALBERTVS 831.

22. PHILIPPVS 857. 857.

23. BERENGARIVS 882.

24. FRANCO I. 891. & 896.

914. 25. BERNARDVS 914.

26. GVIDO 932.

27. MAVRICIVS 954.

978. 28. MARTINVS 978. de supradictis Episcopis præter nomen nihil reperire est in cartophilacio Carpentoractensi.

982. 29. LEIRARDVS anno 982. indict. 10. Calend. Martij, quo anno instituit Capitulum 60. Canonicorum in suâ Ecclesiâ, qui nunc tantùm duodecim, præsentibus Iterio Arelatensi Archiepiscopo, Pontio Aurelianensi Præsule, regnante Conrado Rege Alamannorum, siue Prouinciæ.

30. BARTOLOMÆVS notatur in actis an. 996. & 1006.

1024. 31. STEPHANVS anno 1024.

32. MATHÆVS 1035.

33. FRANCO II. cuius mentio excidit è diptycis Ecclesiæ Carpentoractensis, at memoratur in donatione à Bertrando Marchione Prouinciæ de Ecclesiâ S. Promasij in territorio castri Forcalcheriensis S.
1044. Victori Massiliensi factâ anno 1044. regnante Henrico; cui Arelatensis, Ebredunensis, & Aquensis cùm aliis Galliarum Antistitibus subscribunt; de quâ vetus cartarium Massiliense.

34. IVLIVS sedebat annis 1056. & 1066.

35. ARNVLFVS 1095.

1120. 36. GAVFREDVS I. an. 1120.

37. GASPARDVS 1151.

38. RAIMVNDVS I. recensetur 1155. in concessione Ecclesiæ suæ per Raimundum Comitem Tolosæ & 1159. in dono castri de Venasque per eundem Raimundum, vti constat ex archiuis Ecclesiæ. In tabulatio Mas-
1170. siliensi legitur 1170. cùm Raimundo Arelatensi Metropolitâ testis compositionis initæ inter Petrum Massi-

A liensem Præsulem, & Vicecomites Massiliæ parentes Roncelini. AN. CH.

39. INNOCENTIVS II. an. 1184.

40. ANDREAS 1185. 1185.

41. GVILLELMVS BEROALDI, I. anno 1211. & 1212. BEROALDI.

42. BERTRANDVS 1230. obiit 31. Augusti ex necrologio monasterij S. Andreæ secus Auenionem, vbi habet anniuersarium eodem die. 1230.

43. PETRVS II. anno 1234. &
B 1236. decessit 23. Ianuarij ex præfato obituario.

44. GVILLELMVS DE BARIOLIS II. 1239. Idibus Maij nominatur in recognitione datâ Raimundo Comiti Tolosano: erat adhuc in viuis 1260. notatur in necrologio eius annua memoria 5. Idus Martij. DE BARIOLIS 1260.

45. RAIMVNDVS DE BARIOLIS II. 1262. huic Clemens Papa IV. 1267. mandat vt curet restitui bona ablata
C monasterio Montismaioris, Abbate anteà destituto, ex codice MS. DE BARIOLIS. 1267.

46. PETRVS III. 1274.

47. RAYMVNDVS DE MAZANO III. 1280. MAZANO 1280.

48. BERENGARIVS DE MAZANO superioris consanguineus 1294.

49. OTHO electus anno 1318. vt fidem faciunt acta Consistorialia Vaticani. 1318.

50. HVGO eandem Ecclesiam
D suscepit administrandam 1332. 14. Februarij ex citatis registris Oblig. dein adfuit 1337. Synodo Auenionensi. 1337.

51. GAVFREDVS II. anno 1347. 18. Decemb. ibidem habetur de eo mentio, & in aliis tabulis 1354. 1354.

52. IOANNES ROGER, II. Clementis VI. Pontificis frater, Episcopus erat 1357. ex regesto Vaticano, post Archiepiscopus Auxitanus. ROGER.

53. IOANNES FLANDRINI, III. ex hoc Episcopatu translatus ad Metropolim Auscienſem. FLANDRINI.

54. GVIL-

54. GVILLELMVS III. an. 1374.

55. PETRVS IV. ex Episcopo
1380. Aletensi in Occitaniâ 1380.

56. IOANNES IV. 1399.

CAMPLON. 57. PAVLVS CAMPLON II.
1406. an. 1406.

FLISCO. 58. LVDOVICVS DE FLISCO Cardinalis S. Adriani, ex Comitibus Lauaniæ, ab Vrbano 6 creatur Vercellensis Episcopus 1384 eodem anno purpurâ insignitus. Legationibus Campaniæ, Genuensi, Bononiensi, Ferrariensi, & Flaminæ functus, à Martino v. ad Regem Siciliæ Nuncius destinatur. Administrator autem Carpentoractensis an. 1411. & 1415.
1423. decessit Romæ 3. Non. Aprilis 1423. cadauer Genuam defertur sepeliendum in æde S. Laurentij maiorum tumulo.

CAMPLON. Porte vn cheuô accompagné de estoiles en chef & d'vn croissant en pointe. 59. IACOBVS CAMPLON, I. patriâ Aprutius; in re litterariâ non mediocriter instructus, ac Clero destinatus, Florentini Antistitis vices exequutus est iura populis reddendo; quâ quidem in functione magnam laudem adeptus, Auditor Cameræ Apostolicæ constitutus, legibus & Ecclesiasticis sanctionibus, quarum præcipuus doctor habebatur, multorum lites summâ industriâ vsus, composuit: In Gallias verò destinatus à Pontifice, maximam Regis gratiam & beneuolentiam promeretur. Episcopus dein Aquinas electus an. 1420. transfertur ad Ecclesiam Spoletanam
1424. 1424. die 4. Calend. Iulij, demum ad hanc Carpentoractensem 11. Aug. Romæ viuis exemptus, laudatur oratione funebri coram Patribus Synodi Basileensis, cui interfuit, Concilio nondum finito: iacet in Ecclesiâ S. Mariæ Maioris cùm hoc epitaphio: *Hic requiescit corpus bonæ memoriæ domini IACOBI DE CAMPLO Episcopi Carpentoractensis, qui obiit anno Domini MCCCCXXIV. die mensis Nouembris, pro cuius animâ quæ requiescat in pace, hæc Capella in honore B. Mariæ, prout ipse in suo testamento reliquit, pro domino Capellano fundata, & dotata est.*

DI COMITIBVS. 60. SAGAX DE COMITIBVS nobilis Romanus, ex quâ gente multi Cardinales, anno 1416. Carpentoractensem Ecclesiam rexit, vnde assumptus ad Spoletanam 1446. 3. Cal. Iunij, & occubuit an. 1448. vt tradit 1448.
lib. Obligat.

61. GVILLELMVS SOIBERTI III. SOIBERTI.
ex Episcopo Vceticensi promotus 3. Maij, an. 1447. decessit ex reg. Vatic. 1447.

62. BARTHOLOMÆVS VITELESCHVS Episcopus Cornetanus, huc VITELLESCHI.
translatus an. 1447. 2. Idus Iulij, eodémque anno 12. Cal. Aug. iterum ad Cornetanam rediit Cathedram: ita habent Acta Consistorialia.

63. GEORGIVS ex Præsule Vceticensi ordinatus 1447. die 12. Cal. Aug. obiit an. 1452. vt ferunt eadem Acta Consistorialia.

64. MICHAEL ANGLICVS ANGLICVS.
ordinatus 1452. 5. Cal. Decemb. Concilio Aueniononensi subscripsit 1457. 1457.
de quo Acta Consistorialia.

65. IVLIANVS DE RVVERE II. LA ROVERE.
Saonensis, Sixti 4. nepos, florebat an. 1473. ex Episcopo Cardinali Sabinensi ab eodem Sixto creatur Ostiensis 1483. inde ad Apostolicum thronum subuectus Iulij 2. Pontificis nomine an. 1503. de quo plura in Historiâ Pontificiâ. 1473.

66. FEDERICVS DE SALVCES SALVCES.
Ludouico I. Marchione Salutiensi, & Elisabethâ Paleologâ Monferratensi parentibus, ex prænobili & vetustâ stirpe natus: Decanus Collegiatæ Ecclesiæ Salutiarum, cuius Antistes primus an. 1481. à quibusdam malè asseritur; ad hanc enim Cathedram primò assumptus Ioannes-Antonius Roboreus Iulij 2. affinis. Sabaudiæ Ducis quoque à Consiliis extitit Federicus, necnon Abbas B. Mariæ de Staphardâ in Pedemontio, Carpêtoractensem administrauit Ecclesiam an. 1476. & 1481. de quo 1481.
Franciscus-Augustinus ab Ecclesiâ in Historiâ Pedemontanâ.

67. PETRVS DE VALETARIIS V. DI VALETARIIS.
anno 1482.

68. IACOBVS SADOLETVS, II. SADOLET.
Cardinalis S. Petri ad Vincula tituli

Eudoxiæ, Mutinâ oriundus an. 1478. A patre Ioanne Sadoleto Iuris Ciuilis & Pontificij cognitione insigni : qui primâ adolescentiâ filium in quo capessendarum omnis generis literarum specimina elucebant, sedulò curauit imbuendum liberalibus omnibus artibus & disciplinis, præceptore vsus Nicolao Leoniceno, sub quo Philosophiæ tyrocinium fecit, cùm Græcas, Latinásque linguas apprimè calleret. Romam profectus, in Oliuerij Caraffæ Cardinalis contubernium admissus, tunc doctissimis viris innotuit iuuenis; præsertim verò Petro Bembo, qui vnà cùm Sadoleto nostro, inter eruditos viros quorum operâ Pontifex à scribendis epistolis vteretur, à Leone x. deligitur. Eam quidem functionem adeò fœliciter obiuit, vt nemo ætate suâ scribendi facultate, & elegantiâ antiquos æquasse videatur: erat enim multis titulis doctus, nempe Theologus, Orator, Philosophus, Poeta, & in omni scientiarum genere excellens. Cùm autem ab omni cupiditate Sacerdotiorum esset alienus, tametsi valde gratiosus Pontifici apud eum plurimùm posset, ea semper repudiauit, donec profectus voti causâ ad Lauretanam Virginis ædem, vacante tum Carpentoractensi Ecclesiâ, ei vltrò non postulanti imò aliquandiu recusanti commendata est. At post Leonis Pont. transitum curiâ abscessit, statim Carpentoractem migrans, magnâ vbique gratulatione exceptus in diœcesi. A Clemente VII. inuitus iterum accersitus fuit, quem cùm impensè diligeret, eius votis obsecundauit, ne vltra triennium à suâ Ecclesiâ abesset. Romæ ergo intimam Pontificis amicitiam & familiaritatem sibi promeruit, eius consilijs sæpè vsus in administrandâ Republicâ Christianâ: cúmq; triennium suũ exegisset, ex officio Episcopali vrbem suam regressus Sadoletus, commisso sibi populo vigilãter incubuit, ac salutaribus documẽtis & institutis diuinis gregem suum informauit. Per id tẽporis à Frãcisco I. Lugduni comiter & honorificè exceptus, grauitate, prudentiâ, & eruditione viri perspectâ, eũ collaudauit. Paulo 3. ad Apostolicam Sedem promoto, Romam iterum Sadoletus grauissimis de rebus euocatus, Niceam sequutus est Pontificem, cùm ad conciliandos Franciscum Regem & Carolum 5. eò profectus est: paulò mox bello inter eundem Cæsarem & Regem recrudescente, deligitur à 1541. Paulo Legatus, qui Franciscum in Galliam conueniret, & pactis firmissimis ad concordiam reuocaret, in quo munere singularis eius animi vis, auctoritas, & sollertia emicuit. Post multa alia nomine Republicæ Christianæ cùm laude obita, ab eodem Paulo 3. in Purpuratorum Collegium cooptatus iam ab an. 1536. ingrauescente ætate fatis cessit Ro-B mæ anno 1547. mense Octobri: cada- 1547. uer sine funeris pompâ, vti præscripserat, conditum est in æde S. Petri in Esquilijs sacrâ: à Paulo nepote cœnotaphio honestatus & sequenti epitaphio:

D. O. M. S.

IACOBO SADOLETO *Episcopo Carpentoractësi, S. R. E. Presbyt. Cardin. viro morum grauitate, prudentiâ & vitæ integritate præstantissimo, doctrinâ & eloquentiâ cùm iis quos mirata est antiquitas comparando: Paulus Sadoletus Episcopus Carpentoractis, & Camillus Sadoletus fratrum filij mœstissimi multis cùm lachrymis patruo B. M. posuerunt. Vixit annos* LXX. M. III. D. VI. C

Celebratus funebri oratione coram vniuerso Purpuratorum Senatu à Ioanne-Petro Caraffâ Sabinorum Episcopo, necnon & Iacobo Gallo ciue Romano, in templo D. Laurentij. Hactenus ferè Antonius Florebellus in vitâ Cardinalis Sadoleti, præfixâ tomo operum, continente libros 16. epistolarum, de Philosophicâ consolatione, & meditatione in aduersis, de liberis rectè instituendis, de laudibus Philosophiæ, Orationes varias, Poemata quædam, interpre-D tationem in Psalmos, in Epistolam B. Pauli ad Romanos, & alia. De eo honorificè loquuntur Iouius, Bembus in Epistolis, Cæsar Capacius, Filiuccius, Thuanus, Sigonius, & alij docti.

69. PAVLVS SADOLETVS III. SADOLET. Iacobi nepos, eo viuente in Sedem Carpentoractensem admissus, significat id Paulus epistolâ Alexandro Farnesio Cardinali scriptâ Carpentoracte an. 1549. *Cùm Sadoleti pa-* 1549. *trui mei obitus, amplissime Farnesi, eum mihi luctum ac mœrorem attulisset,*

quem paterna eius in me beneficia, meáque perpetua erga eum pietas postulabat: nullum doloris mei expertus sum melius, aptiúsque solatium, quàm quòd extremo illius mandato, & meo vnâ officio, conor Deo infirmitatem meam adiuuante, satisfacere. Nam cùm is & sæpe aliàs, & cùm iam penè animam exhalaret, hanc mihi Carpentoractensem Ecclesiam, quam ipse præsens quoad ei licitum fuit, summâ curâ & diligentiâ rexerat, pro suâ paternâ in eam caritate diligentissimè commendasset, méque vt ab eius custodiâ nullâ re vnquam auellerer, vehementissimè hortatus esset: nullam morum post eius mortem interposui, B *quin ad parendum tam salutaribus præceptis, & ad obeunda tam sancti & præclari muneris officia me conferrem: cuius mei consilij maiorem in dies fructum capio; sed cùm officij mei ratio, & illa, quam sanctissimæ patrui memoriæ debeo, pietas, hoc præterea à me postulare videtur, vt illius scripta, & lucubrationes, quæ penes me essent, ederem: ad eas me legendas, & accuratè considerandas (socio hac in re, & adiutore vsus Antonio Florebello) dedi*: Scripsit quasdam litteras quæ leguntur in volumine Epistolarum tredecim Scriptorum C illustrium Italicè edito.

SACRATVS. 70. IACOBVS SACRATVS III. Ferrariensis, filius Ioannis-Baptistæ & Margaritæ Sadoletæ Iacobi Cardinalis sororis: cùm Episcopatu Carpentoractensi quem rexit anno 1572. fuit etiam Comitatus Venaisini Rector, fraterque Pauli Canonici Ferrariensis: in Psalmos & Epistolas D. Pauli edidit commentaria; admisit
1591. Capucinos 9. Aprilis 1591. de quo Vghellus tomo 2. in Episcopis Comaclensibus: eiusdem Sedis floruère Episcopi Hercules Sacratus, & Al- D fonsus, Francisci Sacrati Cardinalis frater.

CAPONI. Tranché de sable & d'argent. 71. HORATIVS CAPONI nobilis Florentinus, & gentilis Aloysij Cardinalis Caponi Rauennæ Archiepiscopi 1611. Carpentoractensi præ-
1596. fuit Ecclesiæ an. 1596.

DI BARDIS. D'or à six losanges de gueulle en bande, a la bordure dentelée de mesme en chef. 72. COSMVS DE BARDIS ex Comitibus Vernij, è primariâ nobilitate Etruscâ, Ioannis, Lucreciæque Saluiatæ natus; post multos magistratus Ecclesiasticos, patriæ sedis

A Pontifex tandem assumptus fuit: sub Bonifacio Caietano Cardin. Legato Rauennâ rexit, inde Imolæ præfectus, ac per totam Aemiliam generalis ærarij Commissarius, tum Interamnensibus populis ius diuinum dixit, mox & Auenionensis totius Comitatus Vicelegatus, Episcopus Carpentoractensis an. 1616. & pro Vrbano VIII. Legationis munere extra ordinem perfunctus. Demum Archiepiscopus Florentinus electus 1630. die 9. Septembris, quem Pontificatum breui obtinuit & defunctus est die 18. Aprilis 1631. conditus in suâ Cathedrali. Frater erat Philippi Episcopi Cortonensis, vt habet Vghellus in Archiepiscopis Florentinis: eiusdem gentis Bartholomæus Spoletanus, & Alexander sancti Papuli in Galliâ Episcopus. 1616.

BICHI. De gueulle a vne colôme d'argent, le chapiteau & baze d'or, enuironée d'vn serpêt d'azur aliss-sant, qui engloutie vn enfant de sinople.

73. ALEXANDER BICHIVS Senensis, sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis, Abbas S. Petri Montismaioris propè Arelatem, S. Petri Catalaunensis, & S. Mariæ de Castricus, Metelli Bichij Cardinalis Soanæ, Archiepiscopi Senensis nepos, ex fratre Bernardino Patricio Senensi; filio Alexandri, Cosæque Bandinellæ. Creatus Episcopus Carpentoractensis anno 1630. Purpurâ donatur ab 1630. Vrbano VIII. Pontifice die 28. Nouembris 1633. dum esset Nuntius Apostolicus apud Regem Ludouicum 13. Interfuit duplici Conclaui Cardinalium quo creati Pontifices Innocentius X. 1644. & Alexander VII. 1655.

CASTRENSES EPISCOPI.

CASTRES en haute Languedoc. porte emmanché d'argent & de gueulle, à vne chausse-trappe.

CASTRA, nobilissimum castrum in Albigensi territorio, auctore Petro de Vallibus Cernaij cap. 21. Histor. seu potiùs vno consensu astruunt tabulæ veteres, Castræ inclyta Aquitaniæ Primæ ciuitas, in extremis finibus prouinciæ Albigensium, quæ Lauracensi, & Carcassonensi territoriis connectitur, in meditullio & vmbilico nobilissimæ atque amœnissimæ vallis sita est, Agu-

thum amnem qui ex Ceueni iugis A ertus ſupra eam Durencam, infrà verò Thoretum fluuiolos excipit, duplici ponte lapideo & ligneo ſtratus, quibus in ampliſſimum ſuburbium, & in modum oppidi muris cinctum dicitur de Villagodorio, tranſitus patet, caput eſt inſignis Comitatus gentis primò Montfortiæ, & Britannicæ ſtirpis, deinde Borboniæ, & Armaniacæ familiæ Reguli, vſque ad ſæculi ſuperioris exordia poſſederunt. Patrum noſtrorum memoriâ intra muros antiquum & nobile habuit Cœnobium B. Benedicti nomi- B ne, & ordine inſignitum, à Carolo Magno Francorum Rege, vt antiqua produnt monimenta, fundatum, quod ſuccedentibus temporibus Abbatum S. Victoris Maſſilienſis imperio & cenſuræ obnoxium fuit. Iam olim claruit hic locus ſacris exuuiis corporis B. Vincentij Martyris, quod ab Hiſpaniâ ob metum Sarracenorum delatum in Galliam: teſtis Aimoinus Monachus: *Anno 955 diuinâ reuelatione corpus B. Vincentij à Valentiâ Hiſpaniæ ciuitate, per quemdam monachum Audaldum nomine deportatum eſt, & apud monaſterium B. Benedicti quod Caſtrum vocatur, ſitum in pago Albienſi, con-* C *ditum*: vnde in nonnullis antiquis monimentis villa S. Vincentij de Caſtris nuncupatur: De quâ tranſlatione Aimoinus duos libros conſcripſit. Præterea fuerunt in eâ vrbe religioſæ domus Patrum Dominicanorum, Franciſcanorum, S. Trinitatis, & Veſtalium S. Claræ; tria quoque Xenodochia cùm totidem parochialibus Eccleſiis, necnon ſecundo ab vrbe milliario pulcherrimum Cartuſiæ aſceterium, quod vnà cùm ſuperiùs enumeratis Eccleſiis & Xenodochiis Caluini aſſeclæ à fundamentis euerterunt anno 1567. cùm vrbem per fraudem & ſcelus occupaſſent 29. D Septembris. Huius ciuitatis mentionem fecerunt quoque Rogerius Houedenus 4. part. Annalium Anglicorum, Petrus Abbatiæ Vallis Cernenſis monachus, & alij qui de rebus Albigenſium opera edidêre: quemadmodum & Catellus lib. 2. Commentariorum de Rebus Occitanicis. Primaria Eccleſia D. Benedicto vt diximus ſacra, in Cathedralem erecta eſt à Ioanne XXII. qui detractis ex Albigenſi Epiſcopatu nonnullis parochiis, & reditu quinque millium librarum, Pontificalibus eam inſulis decorauit 7. Idus Iulij primo ſui Pontificatus anno 1317. executores Bullæ fuerunt Mimatenſis & Lodouenſis Præſules, vnà cùm Abbate Bonæuallis, & Præpoſito Magalonenſi: anno verò ſequenti 1. Kalendas Februarij, idem Ioannes altero diplomate diuiſionem Albienſis & Caſtrenſis Epiſcopatuum inſtituit, ac limites vtriſque præfixit, & diſtinxit. Denique eodem anno 7. Kal. Martij, tertio reſcripto reditus omnium Eccleſiarum quæ Albienſi Epiſcopatui detraxerant, loco ſummæ quinque millium librarum, quas priùs ab eodem perſolui voluerat, nouellæ diœceſis Caſtrenſis, Antiſtiti attribuit, addito inſuper quingentarum librarum reditu, ex prouentibus menſæ Abbatis Caſtrenſis. Prioris Bullæ initium eſt, Saluator noſter cui cuncta nutu ſubſeruiunt &c. Secundæ, cùm illius cuius perfecta ſunt opera, & Ternæ, dudum Conſiderantes &c. Cæterùm in diœceſi Caſtrenſi quæ Bituricenſium Patriarchæ & Primatis pedo & cenſuræ ſubdita eſt, in Toloſano Parlamento, ſunt Abbatiæ ſequentes:

ARDORELLI *Ardorel* O C.

VETERISMVRI *Vielmur* O C.

Epiſcopi verò præfuiſſe reperiuntur hoc ordine, quos accepimus à Reu. Patre Amabile Priore Cartuſiæ Caſtrenſis. Indiculum etiam de iis contexuit Petrus Borellus in ſuo Antiquitatum Caſtrenſium libro.

1. ADEODATVS ex Abbate Latinianenſis Monaſterij, quod in agro & diœceſi Pariſienſi ad Matronam amnem ſitum eſt, non Caſtrenſi, vt quidam volunt, eum cognominantes Deodatum Seueratum, à Ioanne 22. creatus anno 1317. 5. Aug ex tabulis 1317. Obligat. Vaticani. Sedit ad an. 1327. quo obiit: fundator Collegij ſecus ædem Cathedralem pro fouendis duodecim pauperibus.

2. AMELIVS DE LAVTREC LAVTREC ex Abbate S. Saturnini Toloſæ ſucceſſit anno 1327. vltimâ Ianuarij ex 1327. Actis Conſiſt. tranſegit cùm Mona-

chis Ecclesiæ Cathedralis pro certis A
iuribus, & diuisione bonorum Capi-
tuli, quorum gratiâ non leuis con-
trouersiæ materies inter se & eosdem
enata erat, vt constat ex veteri car-
1328. tâ anni 1328. die 15. Septembris: men-
tionem habent Amelij cartæ anno-
rum 1329. & 1334. defunctus an 1338.
de quo Obituarium S. Saturnini.

DES PREZ. Comme cy dessus.

3. IOANNES DES PREZ I. ne-
pos Petri Cardinalis de Pratis Ar-
chiepiscopi Aquarum-Sextiarum, ex
illustri gente de Pratis, & dynastis
de Montepezato in Cadurcis, suffe-
ctus est Amelio vti ostendunt ta- B
1338. bulæ annorum 1338. & 1341. perpe-
ram à nonnullis vocitatus de Ar-
magnaco, contra fidem cartarum.
Huius Præsulis indicationem, quam
omisit Borellus in suo catalogo, de-
bemus v. c. Leoni Godefrido, Theo-
dori filio, Canonico Montispezati,
qui ad nos de ipso hanc schedulam
misit, ex archiuis Capituli huius Col-
legiatæ, & codice Nigro nuncupato
depromptam, vbi Bulla Clementis
sic desinit: *Actum & datum Auenioni
in domo habitationis nostra anno Domi-
ni 1338. indict. 6. die 17. mensis Martij,
Pontificatus sanctiss. P. & diuinâ pro-
uidentiâ Papa anno 4. præsentibus Ve-* C
nerabili Patre Ioanne Episcopo Ca-
1347. *strensi.* Anno 1347. 6. Iunij fundauit
Capellaniam vulgò dictam Nostræ
Dominæ in Ecclesiâ de Montepeza-
to; dein vltimæ voluntatis codicillos
confecit 1348. penultimâ Iunij: qui-
bus legat Capitulo Montispezati,
duas vt vocant Capellas albi & viola-
cei coloris: item 12. Capellanias in sa-
cello B. Virginis Eccl. S. Martini de
Montepezato deseruiendas: sex au-
tem in æde Castrensi. Decessit ante
2. Augusti 1353. sepultúsque in prædi-
ctâ Capellâ B. Mariæ Montispezati
sub tumulo lapideo, quatuor pedi-
bus, elato cui superposita effigies Pon- D
tificaliter induta: testatur id ordina-
tio Petri Cardinalis de Pratis, cuius
hæc summa: *Nos Petrus permissione
diuinâ Episcopus Prænestinus, Notum
&c. quòd cùm bonæ memoriæ dominus
Ioannes Episcopus Castrensis in suo vl-
timo testamento, certas Capellanias or-
dinauerit de bonis sibi à Deo collatis,
dotandas in Capellâ B. Mariæ Ecclesiæ
S. Martini de Montepesato, cuius fu-
mus fundatores & patroni, in qua etiam
corpus dicti Episcopi fuit, & est tradi-
tum Ecclesiasticæ sepulturæ. Datum an-
no Dom. 1354. die 2. Septemb.* Fra-
gmentum vetus codicis pergameni
in archiuio Montispezati eadem fer-
mè perhibet verbis istis: *Vniuersis &
singulis præsentes litteras patentes visu-
ris & audituris: Bego miseratione diuinâ
Episcopus, Caturcensis salutem in Domi-
no, & præsentibus perpetuò fidem adhi-
bere. Cùm Reuerendus in Christo Pater
& dominus dominus Ioannes de Pratis,
quondam Episcopus Castrensis, instituisset
& ordinasset sex Capellanias perpetuas
de & super certis decimis, rendis at-
que aliis fructibus, & redditibus, prout
pleniùs constat per instrumenta sua ordi-
nationis ratione dictarum Capellaniarum
facta, percantandas perpetuò & deser-
uiendas in Capellâ B. Mariæ quæ est in
Ecclesiâ Collegiatâ B. Martini loci nostri
de Montepensato, in quâ quidem Ca-
pellâ noscitur esse sepultus, & hoc per sex
presbyteros bonos, & probos vitæ lauda-
bilis, & conuersationis honestæ, qui Mis-
sas & alia diuina officia in dictâ Ca-
pellâ ob honorem & reuerentiam Omni-
potentis Dei, & beatæ gloriosæ Virginis
Mariæ, totiusque curiæ cælestis, & pro
salute animæ ipsius, parentúmque suorum
continuò perpetuis temporibus haberent &
tenerentur celebrare: contigeritque &c.
Actum & datum in sæpe dicto suo loco
de Montepensato, sub sigillo nostro authen-
tico die 8. mensis Iunij anno Domini*
MCCCLXXXVIII. *præsentibus &c.*

4. STEPHANVS DE ABAVO ABAVO.
præerat an. 1353. huius epitaphium 1353.
antiquitùs visebatur in æde S. Bene-
dicti Castrensis, in Choro à parte
dextrâ maioris altaris, hac inscriptio-
ne relatâ in elencho Episcoporum
Borelli: EGO STEPHANVS DE
ABAVO *humilis Ecclesiæ Castrensis
Episcopus, hoc conditus tumulo obdor-
mio in Domino..... scio quòd Christus
à mortuis resurrexit, & credo quòd re-
surrecturus sum in nouissimo die; hanc
docui viuendo, & mortuus hanc ipsam
profiteor.*

5. PETRVS I. Stephano succes-
sisse creditur: facultatem dedit 1359. 1359.
21. Septemb. Raymundo Saisse ciui
Castrensi, fundandi & extruendi
Cartusiam Castrensem, vt constat ex
schedâ concessionis in domo Episco-
pali de Casâ exaratâ, egregio opere
constructâ, loco amœno ad Agutum

amnem, extra vrbem. Reperitur il- A lius mentio in aliis actis 1364. dicitur porrò in actis Consistorialibus Vaticani 1368. die 22. Septemb. creatus Cardinalis.

S. Gemme.

6. RAIMVNDVS DE S. GEMMA I. electus 1364. vltimâ Maij in lib. Obligat. Vaticani, de quo fit mentio in aliis tabulis ab anno 1366. & dein-
1373. ceps vsque ad 1373. Necrologium supra memoratæ Cartusiæ Castrensis. *Obiit v. Decembris an.* 1374. *Dominus* RAIMVNDVS *de sanctâ Gemmâ Episcopus Castrensis, qui dedit pro mitio Ecclesiæ nostræ mille florenos, & volebat eam consummare solemniter, nisi fuisset* B *morte præuentus.* Vixisse autem vsque ad annum prædictum, compertum adhuc ex cartâ Capitulari huiusce Ordinis anni 1375.

Donzenac

7. ELIAS DE DONZENACO successor fuit Raimundi. Memoriam eius conseruarunt tabulæ annorum
1378. 1375. & 1378. vsque ad 1383 quo hominem exuisse die 30. Maij præscribit codex Calendarius Cartusiæ Castrensis. Hic in aliquibus elenchis vocatur Helias de Randam.

Di Roye.

8. GVIDO DE ROYE ex toparchis nobilibus de Royâ subrogatus C fuit Heliæ an. 1383. die 8. Octob. vt docet liber Actorum Consistorial. cuius nomen expressit tabula anni
1384. 1384. conscripta pro Syndicatu Monachorum Ecclesiæ Cathedralis. Traducitur ad Archiepiscopatum Remensem, quemadmodum patet ex testamento.

9. ADEODATVS II. siue DEODATVS, post Guidonem collocatur Episcopus, siquidem memoria illius consignata in cartis anni 1386. mortuus est an. 1388. Borellus Deodato subiicit Ioannem de Dignâ, & D duos item Ioannes Armaniacenses cognomine, quod repugnat tabulis Vaticani.

Engardus

10. IOANNES ENGARDVS II.
1388. ad hanc Sedem vocatur 1388. 2. Decembr. ex lib. Oblig. Cartusiæ Castrensis benefactor, & largitor aliquot summarum anno 1405. 5. Aprilis Obiit die 27. Maij ex Necrologio Cartusiæ; Episcopatum tenuit ab anno 1388. vsque ad annum 1418. quo extinctus, vt referunt tabulæ Capituli generalis Ordinis Cartusiensis: in quibus nomen illius asseruatur, sicut & cunctorum Cartusianæ familiæ benefactorum: vnde in necrologio Cartusiæ præfatæ hæc de illo annotantur: *Obiit 27. Maij dominus Ioannes Engardus Episcopus Castrensis, qui fecit consummare caput Ecclesiæ nostræ, & dedit centum scuta auri pro lignis chori: & multas alias pecunias expendit in opere Ecclesiæ, vltra mille francos fortis monetæ: & nisi ipse fuisset, Ecclesia nostra concamerata non fuisset, præter caput tantùm, & multa alia bona fecit.*

11. AYMERICVS NATALIS, Natalis.
ex Abbate S. Saturnini Tolosæ, Episcopo Condomiensi, Summíque Pontificis Referendario, & Decretorum Doctore. Fit illius mentio vt Electi
Castrensis ab an. 1418. & deinde in 1418.
aliis cartis vsque ad annum 1424. Bzouius Annalium Ecclesiasticorum post illustr. Card. Baronium Scriptor Tomo 15. in anno 1424. num. 23. refert Petrum Panthum Episcopum Castrensem, & Dominicum de S. Geminiano Apostolicæ Cameræ Auditorem, pro parte Prælatorum nationis Italicæ, interfuisse dissolutioni Concilij Senensis, seu potiùs translationi eiusdem Basileam, quæ communi consensu deputatorum quinque nationum Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Hispanicæ, & Anglicæ electa est ad celebrandum Concilium, quod ex ordinatione Constantiensis Synodi, & decreto Martini v. quamprimùm indicendum erat, conuocandum, imò indictum, & conuocatum fuerat. anno superiori 1423. primò in vrbe Papiensi, deinde Senis Tusciæ ciuitate. Verùm cùm nulla de Panthi Episcopatu præter illud vnicum quod refert Bzouius, ex antiquis auctoribus & domesticis scriniis suppetant argumenta, meritò in dubium reuocari potest, vtrum Castrensis Gallicæ, an Italicæ vrbis Præsul fuerit. E vitâ decessit mense
Octobri 1421. vt inscribitur Necrologio S. Saturnini. 1421.

12. RAIMVNDVS MAIOROSIVS II. Mairosi.
de Auilhano diœcesis Ruthenensis, vtriúsque Iuris Doctor, tituli sanctæ

Praxedis Presbyter Cardinalis, cu- A ius fit mentio apud Onuphrium, Ciaconium & Bzouium, ex Tricastinensi, Castrensis Episcopus renunciatus est, & non longè post à Martino v. in Patrum Purpuratorum Senatum ele-
1426. ctus 1426. die 9. Calend. Iulij, dictus in veteribus cartis perpetuus Administrator Episcopatus Castrensis: defunctus est 22. Octobris anni 1427. in medio Ecclesiæ sui Tituli terræ mandatus Romæ, & donatus marmoreo tumulo sic inscripto: EGO RAIMVNDVS MAIROSI *tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Castrensis vulgariter nuncupatus: hæc est requies* B *mea in sæculum sæculi. Hic habitabo quoniam elegi eam. Orate pro me fratres.*
1427. *Anno Domini* MCCCCXXVII. *die 22. mensis Octobris obiit.* Post Raimundum Borellus ait in suo Catalogo successisse Ioannem Amardy Confessarium Caroli 7. Regis, creatum Cardinalem à Felice 5. in Concilio Basileensi: at verò,

COTIN. 13. PETRVS COTINIVS II. Sabaudus, defuncto Raimundo Cardinali subrogatus est authoritate & prouisione, vt videtur Apostolicâ, siquidem anno 1424. à Martino v. C Nuncius missus fuerat ad Ioannem Castellæ Regem, vt eum à schismatis relliquiis fouendis auerteret, quemadmodum habetur in actis legationis Petri Cardinalis Fuxensis, ad Alfonsum Arragonum Regem. Eiusdem etiam vt Episcopi Castrensis eadem acta meninerunt anno 1430. quæ refert Bzouius tomo 15. annis
1430. Christi 1424. & 1430. Tabulæ annorum 1428. vsque ad 1432. Castrensis Episcopatus clauum tenuisse describunt.

POMIZON. 14. GVIDO DE POMIZON ex Mimatensi Antistite in actis Consi- D storialibus Vaticani refertur huc translatus an. 1444.

MACHET. 15. GERARDVS MACHET à Confessionibus Carolo VII. Regi
1448. Episcopatum rexit vsque ad an. 1448. quo eum vitâ excessisse die 17. Iulij referunt tabulæ Capitnli generalis Ordinis Cartusiensis, & Necrologium Cartusiæ Castrensis. Extant & aliæ litteræ Regis Caroli ad Senescallum Carcassonensem, pro facto Regaliæ eius Episcopatus vacantis, datæ Parisiis penultimâ Iulij 1448. in Registro Cameræ Rationum. Illius rogatu & consilio Carolus VII. Rex Francorum, cui à sacrâ exomologesi & consiliis inseruiit, multa religiosis Patribus eiusdem domus priuilegia contulit, ac ius annonæ salariæ à Carolo patre concessum confirmauit diplomate dato Nanceij an. 1444. die 12. Octob. insuper locum Elcoseussij sublatis legibus caduci, vtendum, fruendúmque iisdem codicillis regiis 1444. & 1458. cuius rei gratiâ, quotannis in eadem Cartusiâ memoriæ augustissimi Principis parentatur.

16. MANALDVS post sex mensium interpontificium, Præsulatum adeptus est 1449. inde vsque ad annum 1460. Episcopum egisse pro- 1449.
dunt tabulæ veteres. Obiit 7. Augusti 1460. vt notat præfatum Necrologium Cartusianum.

17. IOANNES D'ARMAGNAC III. frater Iacobi Nemorosij Ducis, Comitis Pardiaci & Castrensis, qui anno 1477. sub Ludonico XI. Parisiis securi percussus fuit; iuuenis admodum & ante præscriptam à sacris Canonibus ætatem Præsul renunciatus est, vnde in cunctis instrumentis Administrator Episcopatus Castrensis vsque ad 27. ætatis annum nuncupatur. Hi fratres, filij erant Bernardi Comitis Pardiacensis, & Eleonoræ Borboniæ, filiæ Iacobi Regis Hierusalem, quæ in familiam Armaniacensem adduxit dotis nomine Comitatus Castrensem & Marchiæ. Ioannes verò ab anno 1461. 1461.
vsque ad annum 1490. ad Episcopatus gubernacula sedit, vt fidem faciunt tabulæ Cartusiæ: Eiusdem familiæ Armaniacensis notatur Ioannes Archiepiscopns Auxitanus, non Rotomagensis, Cardinalis creatus à Benedicto 13. Antipapâ 1409. quem nunquam deseruit.

ARMAGNAC. Comme cy dessus.

18. CÆSAR BORGIA tituli S. Mariæ Nouæ Cardinalis Diaconus Episcopatum rexit ex tabulâ 14. April. anni 1494. Hic ille est Alexandri 6. Papæ ex Vanociâ nobili scortâ Romanâ filius, qui sacrâ & purpureâ chlamyde mutatâ in sagum

BORGIA. D'or à vne vache passante de goeulle accornée de mesme, posée sur vne terraille de sinople.

militate, vniuersos Pontificiæ ditio- A nis Regulos, fortunis omnibus & auritis ditionibus exuit: dictus Dux Valentinus ad Rhodanum, cuius dominium illi à Ludouico XII. Rege concessum fuerat: Vrbini item, Camerini, Romandiolæ, Imolæ Dominus ac sanctæ Rom. Eccles. Gonfalonerius, Episcopus Pompelonensis & Valentiæ Archipræsul: sed nunquam consecratus, nec possessionem adeptus Castrensis Ecclesiæ. Mortuo eodem Alexandro, & subrogato Pio III. in Adriani molem Cęsar coniectus est, vnde paulò post dimissus sub Iulio 2. à Magno Gonsaluo Neapolitano Pro- B rege iterum captus, in Hispaniam amandatus est; inde ad Ioannem Nauarræ Regem, (cuius sororem Carlotam de Albreto duxerat, ex eóque connubio prognata Ludouica Borgia Ducissa Valentinensis, Ludouici Tremolij 2. Vicecomitis Thoarcij vxor: inde Philippi Borbonij Baronis de Busseto) confugiens, in ignobili prælio à Cantabris occisus est anno 1504. iacet Pompeloni, cui breue epitaphium inscriptum:

Terra qui modo terror vniuersa
Valentinus erat, sepultus hic est.
Tantillo hoc spatio quiescit, orbem
Qui poterat mouere totum.

Garibaius dicit sepultum in æde S. Mariæ Vianæ cùm epitaphio Iberice »linguę. Huius fuit Symbolum, aut »Cæsar, aut nihil. Vide epigrammata Sannazarij l. I. Ciaconium & alios. Porrò germanus ipsius Ioannes Borgia, Ducum Gandiæ stirpem in Hispaniâ propagauit, quæ nunc superest.

MARTIGNY 19. CAROLVS DE MARTIGNY I. Abbas Cadomensis, & filius Aerarij Generalis; post Cæsarem Præsulatum consecutus est ac rexit ab an. 1494. D 1509. vsque ad 1509. quo eum vitâ excessisse die 2. Iul. referunt tabulæ Necrologij Castrensis Cartusiæ. Fuit etiam Episcopus Elnensis in Comitatu Rossilionis. Cúmque prudentiâ & in agendis rebus mirâ dexteritate polleret, à Carolo 8. & Ludouico 12. Francorum Regibus ad diuersos Principes missus est Orator.

MARTIGNY 20. PETRVS DE MARTIGNY, VI. post eum ad Episcopatum peruenit anno 1509. & 1526. vixisse adhuc fidem faciunt tabulæ, à publicis Actuariis, singulis penè illius Pontificatus annis exceptæ. Hic vltimus fuit eorum qui legitimis suffragiis ad Episcopatum vocati fuerunt. Ioannes autem de Martiniaco, quem Petri antecessorem statuit Borellus nonnullorum calculo, ab hac serie expungendus videtur.

21. CAROLVS DE MARTIGNY II. MARTIGNY primus à Rege Francisco I. in vim Concordatorum nominatus, vixque duobus solidis annis Pontificatu potitus est; siquidem.

22. IACOBVS DE TOVRNON TOVRNON. ex nobilissimâ gente Turnoniâ anno 1531. Episcopum egisse probatur, cuius etiam & Francisci Cardinalis 1531. Turnonij rogatu Paulus III. diplomate Pontificio Monachos Ecclesiæ Cathedralis sæculari togâ donauit 7. Idus Iul. 1535. Executor Bullæ fuit Fulco Auraing Decanus S. Petri de Burlatio in hâc diœcesi. Verùm refragante Senatu Tolosano, nonnisi anno sequenti effectui demandari potuit huiusmodi rescriptum Apostolicum. Interim Iacobus Præsula- C tum eiurauit in gratiam sequentis Episcopi, & ad Sedem Valentinensem euectus est.

23. ANTONIVS DE VESC Caroli de Vesco Baronis Grimaldi, Ca- DE VESC. strirainardi in Prouinciâ, Carumbi, Castri noui, Damaceni, & de Sauigniaco domini, Antoniæque Claromontiæ natus: anteà Valentinensis, ex permutatione cùm Iacobo, Castrensis renunciatus est 1535. 1535. & sub eo sequenti anno Bulla Pauli III. de transferendis ad habitum & ritum secularem Monachis matricis Ecclesiæ, effectum sortita est; huiúsque rei gratiâ supradictus Decanus habitum regularem abstulit nonnullis Ecclesiæ eiusdem monachis, cæteris & quidem potioribus illum dimittere recusantibus 16. Septembris 1536. Nihilominus eiusmodi secularisatio decreto sanctioris Consilij Regis confirmata est 1546. 16. Maij, postquam Antonius ad firmandam politiam noui status Ecclesiæ suæ plurimas constitutiones edidit cùm consensu Capituli, & tandem Episcopatu probè perfunctus, corporis solutus 1551. est ergastulo anno 1551.

24. CLAV-

An. Ch. / Oraison. 24. CLAVDIVS D'ORAISON nobilis Prouincialis, Antonij-Honorati de Auraisone Vicecomitis de Cadeneto ex Catharinâ Claromontiâ filius, difficillimis temporibus præfuit. Nam hæretici sursum deorsùm omnia miscere ceperunt, & rapinis & cædibus toto regno grassari, quorum motuum Castrensis ciuitas non expers fuit; siquidem ab hæreticis primo capta & direpta est; deinde non multò post à Catholicis orthodoxo cultui restituta; deinde ab eisdem sectariis iterum per fraudem occupata est 1567. Ipse Episcopus vnà cùm Canonicis carceri mâcipatus, nec nisi multo ære persoluto dimissus est, omnes Ecclesiæ expilatæ, & à fundamentis euersæ sunt. Intereà Claudius, qui multis annis posteà superstes fuit, & Comitiis Blesensibus anno 1577. interfuerat, spontaneum sibi indixit exilium: interim verò, vt suæ diœcesi afflictæ vtcumque opem ferret, per Præpositum Cathedralis suæ Vicarium eam gubernauit, donec an. 1583. ex hac vitâ migrauit.

1567.

Lorraine. 25. CAROLVS DE LORRAINE III. Cardinalis de Vaudemont.

De Fossé'. D'azur à vne bande d'argent, vn lion d'or en chef, & vn cerf aussy d'or en pointe.

26. IOANNES DE FOSSE', IV. Tolosas, Parisiensis Theologus è regiâ domo Nauarrâ: ex Canonico Theologo Ecclesiæ Metropolis S. Stephani Tolosæ, Episcopus Castrensis renunciatur, nullo ambitu, at solius Principis Henrici III. beneficio & designatione 1583. sequenti anno, consueto ritu inauguratus. Præsul doctrinâ & pietate præstans, qui inter varios motus vrbis semper tranquillus & sibi constans fuit: cuius senectuti concessit Deus intueri deiectam hæreticorum superbiam, accisas vires, & multorum ex eis ad fidem orthodoxam & auitam pietatem reductionem: Basilicam S. Benedicti nouis ædificiis reparauit, vt incisa marmori ad ianuam Ecclesiæ proloquitur epigraphe: *D. O. M. anno salutis 1630. Ludouici Iusti 20. Ioannis de Fossé Theologi Parisien. & Episcopi Castrensis an. ætatis 76. Sedis 47. adem hanc instaurandam curauit sub D. Benedicti nomine, sui in Deum atque in gregem suum animi perenne monumentum.* Obiit 13 mensis Maij anno salutis 1632. ætatis 79. sedis 48. Facultatis Theologorum Parisiensium, & Præsulum totius mundi Christiani Decanus, longiorem vitam ducturus, si mœror ex captatâ donatione conceptus, intra decem & octo dies vitæ filum non præcidisset: iacet in Choro Ecclesiæ Cathedralis Castrensis, sub tumulo opere concamerato paulò ante obitum sibi extructo, non in basilicâ Tolosanâ, vbi cœnotaphium sibi parauerat: Epitaphium autem sic habet: IOANNES DE FOSSE' *patriâ Tolosas, Parisiensis Theologus, Episcopus Castrensis, conditionis humanæ memor, fatique sui verè conscius, hoc alterum sibi monumentum viuens destinauit, sub eo carnis resurrectionem expectaturus: obiit 3. Idus Maij an. sal. 1632. æt. 79. sedis 48. tandiu, & tam benè viue viator, & ora vt anima eius in pace requiescat. amen.*

1583.

De Budos. 27. BALTAZAR DE BVDOS ex Episcopo Augustopolitano Coadiutore Castrensi dato 1616. interest Comitiis Cleri Gallicani Burdigalensibus 1622. sed posteà factus est Episcopus Agathensis, mortuusque 1629. 24. Iunij. 1622.

De Fossé'. 28. IOANNES DE FOSSE', V. Tolosas, anterioris Ioannis ex fratre nepos, Iurium Doctor, in supremâ Curiâ Parlamenti Tolosæ Senator Regius inaugurati Capitis; ex Canonico Ecclesiæ Castrensis Archidiaconus minor, ex minore Maior, ex Maiore Archidiacono Præpositus eiusdem Ecclesiæ. Ex Præposito post translationem prælibati Baltazaris ad Ecclesiam Agathensem, Episcopus Coronensis Coadiutor, & patrui futurus successor, creatus est Romæ existens apud S. Petrum die 27. mensis Ianuarij Beato Ioanni Chrisostomo Ecclesiæ Doctori sacrâ an. 1627. domini Vrbani Papæ VIII. & sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium elogiis commendatus; tùmq; coram sacro Consistorio Latinè perorauit, & sequenti anno in Ecclesiâ Cartusiæ Tolosanæ ex diœcesi Castrensi deriuatæ, die 12. mensis Martij S. Gregorio Papæ, & Ecclesiæ Doctori dicatâ consecratus, operante Alphonso d'Elbene Episcopo Albiensi, assistentibus sibi Ludouico Bertier Riuensi, Ioanne-Iacobo de Fleyres Coadiutore S. Pontij Tomeriarum & Troiano Episcopis: præsentibus quoque Leonardo des 1627.

Trapes Archiepiscopo Auxitanensi, A Petro de Fleyres S. Pontij Tomeriarum, Petro de Donaud Mirapicensi, Claudio du Verger Vaurensi, & Ioanne Plantauitio Lodouensi Episcopis prouinciæ Occitaniæ, qui tum conuenerant ad celebrandos publicos Septimaniæ cōuentus; annuente magnâ Senatorij Ordinis frequentiâ & ciuiū concursu, is cultus Deiparæ Virginis Mariæ & dignitatis Episcopalis vindex aduersùs Nouatores. Nunc vacat
1654. Sedes Castrensis per eius obitum ab anno 1654.

B

CATALAVNENSES EPISCOPI, COMITES ET PARES FRANCIÆ.

CHALONS sur Marne en Champagne. Les Euesques portēt d'azur à la croix d'or accōpagnée de 4 fleurs delis d'or.

PROVINCIÆ Belgicæ secundæ vetusta & celebris ciuitas Catalaunum, nota Ammiano Historico, quod Matro- C na fluuius alluit, in Comitatu Campaniæ sub Archiepiscopatu Remensi, & in Parlamento Parisiensi collocatur. Distat Durocortoro 27. M. P. in Antonini Itinerario; vrbs ampla, turribus pyramidis in modum eminens. Ecclesiæ verò primariæ Patronus est S. Stephanus, cuius Episcopus vrbis dominus, Comes & Par Franciæ: à Remensi Metropoli tertium locum habet apud Fulbertum ep. 78. *Ne ciuitate*, inquit, *vel Ecclesia Catalaunorum suum deneget honorem, meminisse vos decet quod in antiquis inscriptionibus Belgicæ secundæ, ipsa* D *ciuitas à Remensi tertium locum habuit.* De eâ Vsuardus, & alij item Scriptores meminēre: in quâ duodecim parochiæ, præter tres Abbatias, & Conuentus Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, Recollectorum, ac Collegium Iesuitarum. Ab hac autem vrbe nomen accepēre campi Catalaunici, in quibus contra Attilam Hunnorum Regem ab Aetio Romano, Merouco, Gundicario, & Theodorico Francorum, Burgundionum, & Gothorum Regibus an. 451. dimicatū est memorabili pugnâ, de quâ Idatius, Iornandes, Cassiodorus, Isidorus, Sidonius, Paulus Diaconus, Gregorius Turonensis, Aimoinus, Sigebertus, Massonus, Valesius l. 4 & alij qui Res Francicas descripserunt. Abbatiæ in hac diœcesi continentur:

S. PETRI AD MONTES O B. *S. Pierre ez Monts de Chalons.*

S. MEMMII O A. *S. Menge les Chalons*

OMNIVM SS. IN INSVLA O A. *Toussaints en l'Isle de Chalons.*

DERVENSIS O B. *Montier-en-Der.*

S. VRBANI *S. Vrbain* O B.

DE MAVRIMONTE O B. *Moiremont.*

S. SALVATORIS DE VIRTVTE. *S. Sauueur de Vertus* O B.

S. MARTINI DE ORIONE *S. Martin de Viron* O B.

S. MARIÆ DE VIRTVTE *Nostre Dame de Vertus* O A.

DE CASTRICIIS O A. *Nostre Dame de Chastrices.*

ALTIFONTIS O C. *Haute-Fontaine.*

CHARMEIÆ *la Charmoye* O C.

CHEMINIONIS *Cheminon* O C.

MONASTERII IN ARGONA O C. *Montier en Argonne.*

TRIVMFONTIVM O C. *Trois-Fontaines.*

ANDECIES *fœminarum.*

De Episcopis Catalaunensibus Gallico idiomate scripsit Carolus Rapine Recollectus, vnde nonnulla, vti & ex aliis auctoribus, monumentísque Cathedralis sequentem contexuimus seriem, quam variis locis emendatam euulgamus adiuti accurato chronico MS. Alberici Monachi, qui in Abbatiâ Triumfontium huius diœcesis scribebat anno salutis 1240.

1. S. MEMMIVS primus Episcopus Catalaunensis, cuius occurrit memoria in Ecclesiasticis tabulis. Habet Ecclesiam suburbanam.

2. S. DONATIANVS.

3. S. DOMITIANVS.

4. AMABILIS.

5. DESIDERIVS.

6. SANCTISSIMVS.

7. PROVINCTVS.

8. S. ALPINVS diœcesis Catalaunensis ex vico Bayâ nuncupato oriundus, vt tradunt veteres legẽdæ, discipulus S. Lupi Trecensis, magnæque religionis & pietatis Antistes: sedebat cùm in Catalaunicis campis Attila Rex Hunnorum viribus Aetij & Visigothorum occubuit. Vel auir S. Lutardum apud Surium 22. Septemb. habètque Ecclesiam sui nominis in vrbe, quæ olim fuit S. Andreæ; sepultus Bayæ: de quo Martyrologium & Breuiarium Catalaunense.

9. AMANDINVS in Concilio
461. Turonensi 1. an. 461.

10. FLORENDVS.

11. PROVIDERIVS.

12. PRODVCTOR.

13. LVPVS I. Synodo Aruernen-
535. si subscripsit anno 535.

14. PAPIO.

577. 15. EVCHARIVS anno 577. vt vulgati affirmant catalogi.

16. TEVTMODVS.

17. S. ELASIVS de cuius obitu Gregorius Turon. lib. 5. Hist cap. 41. *Elasius Catalaunensis Episcopus propter causas Brunichildis Reginæ in Hispanias in Legationem directus, correptus à febre nimia spiritum exhalauit: & exinde delatus mortuus, ad ciuitatem suam sepultus est.*

18. S. LEVDOMIRVS præcedentis frater, tempore Sigeberti Regis, de quo apud Molanum in additionibus ad Vsuardum 30. Septemb. quiescit in Abbatiâ Omnium Sanctorum.

19. FELIX I. in Concilio Remen- 630.
si anno 630.

20. RAGNOBAVDVS.

21. LAVDEBERTVS.

22. ARNVLPHVS.

23. BERTOENDVS concessit priuilegium monasterio Deruensi & cœnobio puellarum anno 2. Clodouei 695.
Regis 15. Februarij.

24. FELIX II. aliàs CAMINGVS: non enim duo sunt Episcopi, quemadmodum legere est in vulgatis elenchis.

25. BLADALDVS.

26. SCARICVS.

27. RICOARIVS vel ADALDVS ex monacho Luxouiensi.

28. GILOBOLDVS.

29. BOVO I.

30. HILDEGRINVS frater Ludgeri apud Miræum in Fastis & Annalibus Belgicis, vbi dicitur fuisse posteà Episcopus primus Halberstadensis, mortuus apud eundem Ludgerum primum Monasteriensem Episcopum.

31. ALDERIVS, vel ADELELMVS
in cartulario Ferrariensi tempore Lu- 835.
douici Pij anno 835.

32. LVPVS II. Concilio Bellouacensi adfuit anno 845. Carisiacensi 848. Suessionensi 2. 853 de quo in tabulario Ferrariensi tempore Aldrici Archiepiscopi: subscriptus & priuilegio Odonis Episcopi Bellouacensis anno 35. regni Caroli.

33. ERCHANRAVS, pro eius ordinatione scripsit Hincmarus ad Regem Carolum defuncto Lupo, vt est apud Flodoardum lib. 3. c. 21. Legatus fuit Synodi Carisiacensis ad Ludouicum Regem Germaniæ an-
no 858. cùm Vuenilone Rotomagen- 858.
si Archiepiscopo: hoc munus Concilij Metensis nomine ad eundem Regem obiuit anno 859. interfuit & Synodo apud Saponarias, Tusiacensi

860. memoratúrque in libello proclamationis Rothadi Episcopi Suef-
865. sionensis ad Nicolaum Papam an 865. in Suessionensi 3. 866. demum in Tricassinâ an 867. vide Capitular Caroli Calui tit. 23. & 24. transtulit verò corpus S. Alpini ab æde S. Andreæ ad Cathedralem D. Stephani.

34. Vvillebertvs in Turonibus natus, Regiorum stipendiorum olim Descriptor, & Præpositus Vedastinus, per Hincmarum Metropolitanum publicè examinatur coram prouinciæ Remensis Præsulibus ante inaugurationem, vt docet instrumentum vetus, quod ad calcem tomi 2. Conciliorum Sirmondi editum est è codice S. Laurentij Leodiensis, sequenti tenore; quem etiã pro intelligentiâ Formulæ antiquæ promotionis Episcopalis non abire fuerit attexere: Anno *ab Incarnatione Do-*
868. *mini 868. indict. 2. 3 Nonas Decembres, conuenientibus apud Carisiacum in Ecclesia S. Ill. pro examinatione Vuilleberti presbyteri, qui futurus erat Catalaunensis Episcopus, Hincmaro diœcesis Remensium Archiepiscopo, item Hincmaro Laudunensium Episcopo, Hodone Belgiuacorum Episcopo, cùm Legatis Hrothadi, Erpoini, Hilmeradi, Raginelmi, & Iohannis, eiusdem diœcesis Coepiscoporum, vicem eorumdem patrum suorum cùm tractoriis, sicut regulæ præcipiunt, exhibentibus, & quampluribus Abbatibus, Canonicis, monachis, presbyteris, Diaconibus, atque Subdiaconibus. Conuenientibus nihilominus Archiepiscopis, & Episcopis aliarum prouinciarum, Vuenilone videlicet Rotomagensium Archiepiscopo, Herardo Turonorum Archiepiscopo, Egilone Senonum Archiepiscopo, & Fulcrico ipsius Coepiscopo, præsentes adfuerunt Clerus, ordo, & plebs Catalaunica, decessionem sui patris Erchanrati quondam Episcopi dolentes, cùm decreto canonico manibus singulorum roborato, Vuillebertúmque, quondam Sacri Palatij presbyterum à se electum ab Hincmaro Archiepiscopo, & eius Coepiscopis, petentes sibi ordinari Episcopum. Quos inuehens idem Archiepiscopus Hincmarus, cur obitum præfati Episcopi per illos non cognouerit, sed per alios hoc resciuerit, & rationes reddens pro quâ causâ duæ electiones in eadem Ecclesiâ factæ fuerint: scilicet quia prima non regulariter facta extiterit, quoniam decretum non canonicè factum fuit, sed posteà misso ad eandem Ecclesiam visitatore Hodone Episcopo, & votis omnium in vnum concordantibus, aliud decretum, quod canonicum foret, fieri præcepit. Quo decreto coram omnibus relecto, & nominibus singulorum, qui illud subscripserant, recitatis, interrogati sunt tam Canonici & monachi de monasteriis in eadem parochiâ sitis, quàm etiam parrochiani presbyteri, & nobiles laici, si in eadem electione ipsius Vuilleberti presbyteri consentirent. Qui omnes vnâ voce dixerunt, quod & ipsi, & illi qui illò venire non potuerunt, in eadem electione consentirent. Tunc Hincmarus Archiepiscopus dixit: Quia Vuillebertum eligitis, & nos illum non cognoscimus, ostendite illum nobis, vt sciamus quis sit, & perscrutemur si tanto honore dignus inueniri poterit. Qui in præsentiâ veniens interrogatus est, vnde esset. Isque respondit, pago Turonico ortundus; Iterum interrogatus cuius conditionis esset. Et ille, peccatis quidem obnoxius, sed Dei gratiâ naturâ liber. Item, vbi didicisti? Item ipse, in Scholâ Turonicâ liberalibus disciplinis erudiendus traditus sum. Item, cuius ordinis, vel cuius es ordinatus? Item ipse, præsentis patris mei domini Herardi per singulos gradus, vsque ad Diaconum, sum ordinatus, posteà autem ab eodem patre meo Herardo, literis ad Erpoinum datis presbyterij onus suscepi. Item Hincmarus, Quâ de causâ in nostram diœcesim venisti? Et ille, per licentiam præsensis mei Archiepiscopi Herardi à parentibus meis regiis sum mancipatus obsequiis. Item Hincmarus, Quod ministerium in regio obsequio suscepisti? Et ille, Inbreuiator siue descriptor stipendiorum regalium, & relator a domino Rege sum constitutus. Item Hincmarus: Quia conductor alienarum rerum fuisti, audi quid sanctum Calchedonense inde dicat Concilium. Et lectum est hoc Capitulum. Ad quod respondit, Sicut dixi, non fui conductor alienarum rerum, nec turpia lucra, vel exactiones, siue tormenta in hominibus exerceus: sed vt præfatus sum, descriptor & relator solummodò stipendiorum regalium. Vnde interrogati sunt qui in corte degebant, si scirent in illo ministerio hoc illum exercuisse, quod sacerdotali ministerio minimè conueniret. Qui responderunt, & Clerici & nobiles laici, quòd nullomodò in eodem ministerio perpetratum haberet, quæ sacris Canonibus, & suo ministerio in aliquo obuiare deberent. Iterum interrogatus est,*

si aliquod ministerium de rebus Ecclesiasticis aliquo habuerit loco. Qui respondit, quòd Præposituram monasterij S. Vedasti, iubente Iohanne Episcopo, & consentientibus fratribus susceperit. Et de hac iussione litteræ Iohannis Episcopi ibi relecta sunt idipsum continentes: & etiam testimonio fratrum de eodem monasterio quòd ita se res haberet, & de bonâ vitâ, & conuersatione suâ, & quòd non in eodem monasterio quiddam contra sacras regulas egerit, confirmatum est. Prosequutus est domnus Hincmarus, Quia ministeria domni Regis habuit, nescimus si isdem dominus Rex ab eo aliquid repetit, vel repetere debeat: vnde nobis sua voluntas, vel auctoritas necessaria foret. Et porrectæ sunt literæ cùm sigillo domni Regis, continentes quod de omnibus quæ illi commisit, optimè ei rationem reddiderit, & nihil ab eo repetebat, vel vnquam repetere deberet. Insuper & si eum dignum ad onus Episcopale inuenire valerent, Episcopum Catalaunis eum ordinari petebat. Denique de his suprascriptis coram omnibus testimonio multorum & literis idoneo approbato, Hincmarus Episcopus ad Herardum Archiepiscopum dixit, Quia vester natus, nutritus, vel educatus, & ordinatus dinoscitur, & Clerus, ordo & plebs Catalaunica illum exposcit, habeamus vestram licentiam, vt regulariter vnà vobiscum eum examinemus, si tanto oneri, vel honori dignus existat, qui libentissimè annuit, & iussus est sedere coram eis. Data est ei regula pastoralis Gregorij, & iussum est, vt relegeret Capitulum de eo qui præesse debet, vbi scribitur: Nulla ars docere præsumitur. Quo relecto, interrogatum illi est, si illud intelligeret, & secundùm hoc viuere, vel docere vellet. Qui respondit, vtique. Iterum datum est ei ad relegendum Capitulum de canonibus, vbi scribitur, Qui ordinandus est: Et professus est se omnia intelligere, & obedire velle. Tunc relecta sunt ei placita, quæ Episcopus iam ordinatus ab ordinatoribus & electoribus suis suscipere debet: vbi continetur qualiter viuere, docere, & subditos suos regere debet secundùm sacros canones, diem præferentia & Consulem. Et interrogatum est, si secundùm ea omnia agere vellet. Quæ minimè abnuit. Tunc demum ostensus est illi libellus fidei & professionis suæ, vt legeret coram omnibus, quæ in eo scripta erant, & si ea ita credere ac tenere vellet, manu suâ subscriberet, & Archiepiscopo suo ha-

A benda traderet: Si autem in eo quædam inuenirет, quæ sensus suo offenderent, liber sicut venerat, exiret. Quibus relectis, verbis fidem accommodauit, & per omnia ea se tenere, credere, ac prædicare velle professus est. Quia enim, Deo gratias, post examinationem, eum catholicum, litteratum, & omnimodis aptum ad sarcinam Episcopalem suscipiendam inuenerunt, sed tamen de alienâ prouinciâ illum fore cognouerunt; relecta sunt sacrorum canonum capitula, quid de eo dicerent, qui de alienâ prouinciâ peti deberet. Et inuentum est, quod ab eo petere illum deberent, cuius natus, nutritus, & ordina-

B tus foret. Humiliter domnus Hincmarus Archiepiscopus, simul cùm Episcopis, & Clero, ordine ac plebe Catalaunicâ, ab Herardo Archiepiscopo eum petiit, & impetrauit, ac canonicè illum ei commisit. Quem susceptum monuit, vt si ab eo Episcopus ordinari vellet, libellum fidei ac professionis suæ, quem iam relegerat, & quæ in eo scripta erant se credere, ac tenere ante paululùm professus fuerat, manu suâ propriâ in capite nomen suum scriberet, & ad finem subscriptione sua roboraret. Quod sine dilatione ipse fecit. Tunc relecta sunt tractoriæ Episcoporum, qui præ variis incommoditatibus ad eandem examinationem venire non potue-

C runt, continentes quicquid super examinationem & ordinationem sæpefacti Willeberti canonicè inuentum & actum fuerit, se per omnia assensum præbere. Et sic denuntiatus est dies, & hora, ac locus ordinationis eius, id est Nonis Decembris, in Monasterio quod Britennacus dicitur, in diœcesi Remensi & parrochiâ Nouiomagensi: Et commonitus est idem Vuillebertus ab Archiepiscopo suo Hincmaro, vt ab infantiâ suâ per singulos gradus suos pronuntiaret Domino vitam suam: quatenus in denominatâ die ad tanti oneris dignitatem gratiosus accedere valeret. Die autem, horâ, & loco denominato, conuenit domnus Episcopus Hinc-

D marus, cùm Coepiscopis suis Hincmaro, Hodone, & legatis qui tractorias supradictas suorum Episcoporum detulerunt. Et quia iam pleniter examinatus coram supradictis Episcopis, & coram Clero ac plebe fuerat, quando & domnus Hincmarus sufficientem sermonem de eo coram Episcopis, & aliis multis Clericis & Laicis, & ad omnem populum, ante diem Dominicam in sextâ feriâ fecerat, & breuitas diei id poscebat, intermisso ipsâ die sermone, post introitum, & Glo-

num excelsis Deo, & orationem primam de aduentu Domini, secundam autem de ordinatione Episcoporum, siue post Litanias, sicut sacri canones praecipiunt, in Episcopum consecratus est. Et post lectionem Apostoli perlectam, & Respons. & Alleluia, & Euangelium, & Credo in vnum, & oblata, & Missarum solemnia, sicut mos est, peracta, placita, quae ante pridem ei relecta fuerant, quaeque ordinatos ab ordinatoribus suis sacri canones accipere iubent, diem & Consulem praeferentia, manibus Archiepiscopi, & Coepiscoporum, ac legatorum vice patrum suorum subscripta, cùm capitulo Pauli Apostoli ad Timotheum, nouiter ordinato vbi dicitur, Testificor coram Deo, & electis eius Angelis, vt haec custodias, iidem Episcopi in mandatis deposuerunt. Et vnusquisque feliciter ad propria remeauit. Interfuit Concilio Pontigonensi an-
876. no 876. item consecrationi Arnaldi Tullensis Episcopi apud Flodoardum lib. 3. c. 21. vbi & de ordinatione ipsius Vuilleberti agitur.

35. Berno subscripsit Synodo Tricassinae 2. an. 878. de quo Flodoardus lib. 3. c. 23.

36. Rodoardus, mentio huius apud eundem Flodoardum lib. 4. c. 9. vbi licentiam dat Haderico Comiti, transferendi corpus S. Gibriani è pago Catalaunensi ad Ecclesiam S. Remigij Remensis.

37. Mancio in consecratione Heriuei Archiepiscopi Remensis an-
900. no 900. 6. Iulij: competitorem habuit Bertharium Presbyterum, quem Episcopũ designari flagitante Odone Rege exposcebat Clerus: Flod. Hist. Rem. lib. 4. c. 3. haec verba: scribit „ eidem Archiepiscopo pro Berthario „ quodam presbytero, quem Clerus „ & plebs Ecclesiae Catalaunensis con„ sensu Regis Odonis, ad Episcopatum „ dicebatur elegisse, succensens, quòd „ hunc vocatum canonicè noluerit „ consecrare, sed in transitu defuncti „ Episcopi, Ecclesiam ipsam Herilando „ Tarvvanẽsi Episcopo beneficiali mo„ re ferebatur contulisse Posteà quem„ dam Mancionem nonnullis crimini„ bus irretitum in eadem Ecclesiâ, qua„ si Episcopum ordinauerit: cùmque „ praenominatus Bertharius Apostoli„ cam praesentiam vellet adire, com„ prehensus sit à quodam Conrado „ huius domni Fulconis vassallo, de „ Ecclesiâ tractus, & in exilium per „ vnum mensem delegatus. Vnde & „ euocans hunc nostrum Praesulem, „ mandat expressè, sed fraternè, vt „ suam denominato tempore non dif„ ferat ei exhibere praesentiam, ha„ bens secum praefatum Mancionem, „ & iam dictum Conradum, cùm qui„ busdam denominatis Coepiscopis suis „ &c. Anniuersarius dies Mancionis habetur in veteri obituario Catalaunensi 3. Nonas Februarij.

38. Letoldus in Concilio Trosleiano pagi Suessionici an. 909. 909.

39. Bovo ii. frater Friderunae Reginae, vxoris Caroli 3. Simplicis dicti, Regis Francorum, nepotem habuit Berengarium Archiepiscopum Treuirensem: nominatur in pactione Caroli & Henrici Regum: Flodoardus Hist. lib 4. c. 20. tradit auctorem fuisse Heriberto Comiti Viromanduensi, promotionis Hugonis pueruli filij in Archiepiscopum Remensem: & scribens in Chronico an. 931. 931. inquit: *Bosonem Catalaunensem Episcopum qui à se desciuerat cùm Heriberto Rex capiens, tradit custodiendum Hugoni, & ipsius Episcopatum Miloni Clerico tradidit.* Pristinae autem libertati restitutus est anno sequenti; nam subdit; *Rodulfus Rex cùm Hugone loquutus, Bosonem Episcopum in gratiam recipit, eique suum Catalaunense scilicet Episcopium reddit.* Interim per has turbas intrusus in Episcopatum. *Milo, qui Catalaunense depraedabatur Episcopium, excommunicatur ab Artaldo Archiepiscopo, caeterisque Remensis dioeceseos Episcopis.* Et post aliqua ad an. 947. 947. *Boso Catalaunensis Episcopus obiit: Eliguntque sibi Catalaunenses quemdam nobilem adolescentem Clericum nomine Gibuinum.*

40. Gibvinus i. frater Hugonis Comitis Diuionis, promotus est anno praefato 947. conuenit ad Concilium Episcoporum tredecim in pago Meldensi super Matronam an. 962. item cùm Roricone Lingonensi 962. aduersatus est imprimis, ne vacua Sedes Remensis extincto Artaldo, Hugoni restitueretur, quod docet Flodoardus in Chron. Laudatur à

„ Glabro Rodulfo in Historiâ, cla- A
„ ruisse suâ ætate inter Pontifices Gal-
„ liarum religione præstantes : cuius Gebuini Senis, eruditissimi & sagacissimi Episcopi, quemadmodum etiam eum vocat lib 2. c.11. meminit de Leutardo hæretico loquens apud vicum Virtutis in pago Catalaunico insaniente. Iacet in medio Chori S. Stephani sub tumbâ ad Aquilam.

41. GIBVINVS II Hugone Comite Diuionensi, & Adalburge natus, cognomentum Iunioris sortitus ad discrimen Senioris Gibuini, quod epithetum errori ansam quibusdam B præbuit, vt Catalogo quendam superinducerent nomine Iuuenem, qui ex albo Episcoporum expungendus. Gibuini præcedentis nepotem fuisse significat Gerbertus ep. 159. ad Adelaidem Reginam, querimoniam mouens de corte Calmiciacâ, à Gibuino, Gibuini nepote peruasâ, quem subindicat etiam in sede Remensi per dissidium ipsius cùm Arnulfo intronisandum, aliquatenus suæ sedis administratione nondum illi restitu-
1004. tâ. Eius obitum notat Albericus in C Chronico an. 1004.

42. GVIDO I. suffectus est eodem anno.

43. ROGERVS I. electus fuit
1009. 1009. prout docet idem Albericus: præcedenti anno eius ordinationem animaduertit MS. codex S. Petri ad Montes Catalaunensis, quod monasterium in suburbio à fundamentis construxit, industriâ & labore Richardi Abbatis S. Vitoni, qui ex monasterio suo fratres Domino militaturos eò deduxit, & in vitâ suâ per D se illud cœnobium rexit, ex Hugone Flauiniacensi. Consecrauit basilicam S. Trinitatis iuxta D. Stephani templum, restauratam per Bouonem Cathedralis Præpositum decimo tertio Præsulatus Rogeri. Sepeliuit in Maioremonasterio corpus Odonis Comitis Turonum, Blesensium, & Trecarum cæsi à Gotilone Duce totius Rhæticæ primæ regionis apud Glabrum 17. Ianuarij 1037 Vulgatus codex Abbatiæ S. Petri mortem Rogeri in obituarij fastis consignauit
1042. anno 1042. cui suffragatur & Albericus in Chronicu eodem anno: *apud Catalaunum mortuus est primus Rogerus Episcopus, succedit ei Rogerus secundus.* Nihilominus tamen indiculus Episcoporum Cathedralis, vult eum obiisse anno 1035. 5. Nouemb. ac dedisse S. Stephano Castricias & Blesiam: iacet in æde D. Petri à latere dextro sub altari pulpiti.

44. ROGERVS II. qui an. 1043. Lauduni ab Henrico Rege impetrat confirmationem bonorum Abbatiæ S. Petri : sacro Philippi Regis interest anno 1059. & Abbatiam Om- 1059. nium Sanctorum Catalaunensium ædificauit, in quâ reposuit corpus S. Ludomiri Episcopi eiusdem sedis : defunctus anno 1062 sepelitur in æde Omnium Sanctorum 6. Cal. Febr.

45. ROGERVS DE TVRINGE III. TVRINGE. Hermanni Turingi Comitis Hainonensis, & Richildis Hannonicæ Comitissæ filius, nominatur 1067. in car- 1067. tulario S. Martini Parisiensis : cui scribit Gregorius VII. an 1073 lib. 1. ep. 56. præcipiens vt Romam veniat præstitutâ die, pro eius causâ diffiniendâ : præsens in Concilio Meldensi 1080. fundauit Canonicos in æde S. Nicolai iuxta Cathedralem S. Stephani, humatus in naui eiusdem basilicæ, cuius tumbæ adscripta hæc verba : *Hic iacet Rogerus 3 qui obiit anno Domini* 1093.

46 PHILIPPVS DE CHAMPAGNE I, eandem sedem obtinuit CHAMPAGNE. anno 1093. Albericus in Chronico: Comme cy dessus. *obiit Rogerus 3 Catalaunensis Episcopus, cui succedit Philippus frater Comitis* 1093. *Hugonis Campaniensis, natus de Alaide sorore S. Simonis, filius illius Theobaldi qui apud Sparnacum obiit.* Cùm Hugone Tricassino Comite germano donat. quædam priuilegia Ecclesiæ S. Lupi Trecensis in Promptuario Camuzati, recensetúrque in diplomate Paschalis 2. Pontificis : idem Hugo & Alais Crispeiensis mater eius Philippo legauêre ad allodium Ecclesiæ sancti Eugendi, & beatæ Dei Genitricis Mariæ quam construxêre in loco Sarmasiæ, quidquid continetur à sede Hilduini, ex cartulario veteri. De eo fit mentio in epist. 95. Iuonis Carnotensis ad Paschalem Pontificem, pro negotio Drogonis, cui Thesauraria Catalaunensis dene-

gabatur, quòd non esset Ecclesiæ A
præfatæ Canonicus. Decessit anno
1100. 1100. ex Alberico.

47. Hvgo subrogatus eodem
anno, de quo diploma Hugonis Co-
mitis Campaniæ 1110. sedit & tempo-
re Manassis Metropolitæ in Concilio
Trecensi 1111. huius autem habetur
mentio in documento Vuarini mo-
nachi, necnon in transactione cùm
Ancbero Abbate Virtuensi an. 1111.
moritur 1113. Cal. Iunij 13. ex obitua-
rio Omnium Sanctorum.

Cham-peavx. 48. Gvillelmvs de Cham- B
peavx I. cognomento Venerabilis,
à natali solo sic dictus, oppido de
Campellis, Parisiensis diœcesis in
Briâ, tertio à Meleduno milliario,
Ecclesiâ Collegiatâ insigni. Adoles-
cens sub Anselmo præceptore Lan-
dunensi Decano litteris operam de-
dit, qui tum per Franciam famosus
habebatur, sicuti ex Abaelardo dis-
citur. Sub eo magnos cùm fecisset
progressus, Parisiensis Ecclesiæ Ar-
chidiaconus, & Scholæ huiúsce Ca-
thedralis insuper in Dialecticâ edo-
cendâ præpositus est. At ille melio-
ris vitæ cupidus, ad Cellam veterem C
non longè ab vrbe Parisinâ remotam,
vbi erat Capella quædam S. Victoris
cùm discipulis aliquot migrauit, &
vestem induit Ordinis Canonici, te-
stis Anonymus, sed antiquus Scriptor:
Eodem, inquit, *tempore Magister Vuil-
lelmus de Campellis qui fuerat Archi-
diaconus Parisiensis, vir admodum litte-
ratus & religiosus, assumens habitum
Canonici Regularis, cùm aliquibus dis-
cipulis suis extra vrbem Parisiis: in loco
vbi erat Capella quædam S. Victoris
Martyris cœpit ædificare monasterium
Clericorum.* Hanc mutationem pro-
fessionis laudat Hildebertus Ceno- D
manensis Præsul epist. 1. ad eumdem:
*De conuersione, & conuersatione tuâ læ-
tatur & exultat anima mea; illum pro-
sequens actione gratiarum, cuius muneris
est quod tandem Philosophari decreueris.
Nondum quippe redolebas Philosophum,
cùm ex acquisitâ Philosophorum senten-
tiâ, scientiæ morum tibi minimè deprome-
res venustatem.* Vnde Abaelardus c. 2.
epist. de Historiâ Calamitatum sua-
rum: *Perueni Parisios, vbi iam maximè
disciplina hæc* (Dialectica) *florere con-
sueuerat, ad Guillelmum scilicet Cam-*
A *pellensem Præceptorem meum, in hoc
tunc Magisterio re & famâ præcipuum:*
Et paulò post: *Præceptor meus ille
Guillelmus Parisiensis Archidiaconus ha-
bitu pristino commutato, ad Regularium
Clericorum ordinem se conuertit; eâ, vt
referebant, intentione, vt quo religiosior
crederetur, ad maiorem Prælationis gra-
dum promoueretur, sicut in proximo con-
tigit, eo Catalaunensi Episcopo facto.*
Nec tamen hic suæ conuersionis ha-
bitus, vel ab vrbe Parisinâ, aut à
consueto Philosophiæ studio eum
reuocauit: sed in ipso monasterio,
ad quod se causâ religionis contule-
B rat, statim more solito publicas exer-
cuit scholas, hortatu nempe prædi-
cti Hildeberti. Assumptus est ad E-
piscopatum anno 1113. Albericus in 1113.
chron. *Obiit Catalaunensis Episcopus,
succedit Magister Guillelmus de Campel-
lis, qui Moralia Gregorij Papæ abbre-
uiauit, & alia fecit.* Quod pariter
adnotauit codex S. Stephani. Sequen-
ti anno interfuisse memoratur dedi-
cationi Ecclesiæ S. Mariæ Laudu-
nensis. Benedixit autem S. Bernar-
dum Abbatem Claruallensem ipsi
apprimè amicum & familiarem, va-
cante Sede Lingonicâ an. 1115. vti 1115.
C memorant Albericus & vita ipsius
Bernardi lib. 1. cap. 7. Nominatur in
cartâ cessionis Ecclesiæ S. Laurentij,
& S. Martini Malignicortis an. 1115.
pacem quoque ordinauit inter Ca-
nonicos S. Martini de Virtute, & mo-
nachos B. Saluatoris anno 1120. Hu-
ius porrò cùm elogio meminêre Iuo
Carnotensis epist. 268. S. Bernardus
epist. 3. maximè carissimum virum
nuncupans, Otho Frisingensis Epis-
copus lib. 1. c. 47. & 48. Chronicon
Mauriniacense, apud quem cele-
bratur Cononis Prænestini Episcopi «
& Apostolicæ Sedis Legati auxiliator «
D magnus Vuillelmus Catalaunensis «
Episcopus, qui sublimes causas re- «
xerat, & tunc zelum Dei habens su- «
per omnes Episcopos totius Galliæ, «
diuinarum Scripturarum scientiâ ful- «
gebat. Verùm excessit è viuis anno «
1121. 8. Calend. Februarij, sicuti do- 1121.
cent tabulæ S. Stephani, & Albericus:
hinc certior est epocha, quàm quæ as-
signatur à nonnullis eum fato cessisse
1119. post regimen annorum septem,
& mensium sex. Corpus sepulturæ
defertur in Abbatiâ Claræuallis.

An. Ch.

49. EBALVS DE ROVCY filius Andreæ de Roceio domini de Rameru, nepotis Hilduini Comitis de Roceio, auunculus Erardi Brenæ Comitis, Catalaunenses infulas
1121. adeptus an. 1121. ait enim citatus Albericus: *obiit Episcopus Catalaunensis, succedit Ebalus vir nobilis, filius Comitis Andreæ de Arceis*: de huius item progenie sic fatur Hermannus monachus lib. 1. de miraculis beatæ Mariæ Laudunensis cap. 2. *Hilduinus Comes Rociensis duxit coniugem Adeladam germanam domni Manassæ Remorum Archiepiscopi, ex quâ genuit Ebalum Comitem de Roci, & Andream Comitem de Ramerue, patrem Ebali Catalaunensis Episcopi, septemque filias. Harum vnam nomine Feliciam in Hispaniâ duxit coniugem Sancius Rex Arragonensis, & ex eâ genuit Hildefonsum Regem potentissimum.* Ad eum extat epistola S. Bernardi 58. cartam dedit in fauorem Heruei Abbatis Deruensis contra Petrum
1122. S. Stephani Canonicum 1122. de pace inter Callistum & Henricum 5. tractauit, à Pontifice cùm Viuariensi Episcopo & Cluniacensi Abbate delegatus. Tandem sublatus ab humanis an. 1126.

Remensis. 50. ALBERICVS REMENSIS, Anselmi Laudunensis, & Guillelmi de Campellis olim discipulus, & in eius scholâ cæteris auditoribus præeminens, de quo Abaelardus ep. 11. & Otho Frisingensis lib. 1. de gestis
» Frederici cap. 47. vbi egregius &
» nominatus Magister vocitatur, scho-
» læ Remensis iam & ipse moderator
» egregius. Post excessum Ebali postulatus fuit Episcopus Catalaunen-
1126. sis, vti asserit Alb. in Chron. 1126. *Obiit Ebalus Catalaunensis, succedit quidam Magister Albricus.* Tacendum verò non est S. Bernardum confirmationem eius ab Honorio Pontif. exposcere ep. 13. tanquam viri probi & probatæ doctrinæ, Cleri ac populi concordiâ adstipulante, & his verbis eum compellat: *De Ecclesiâ, dico, Domine, Catalaunensi, cuius quantum in me est, nec debeo, nec valeo dissimulare periculum. Videmus nimirum, iamque imminere sentimus nos, qui vicini sumus, pacem videlicet memoratæ* Ecclesiæ *grauiter mox esse turbandam, si electioni illustris illius viri, id est Magistri Alberici in quam vtique totus tam Clerus quàm populus pari voto & voce conuenerant, & conueniunt, vestræ pietatis assensum impetrare nequiuerint. De quâ re si nostra quæritur sententia, nouimus hominem sanæ fidei & doctrinæ hactenus extitisse, in diuinis pariter & humanis prudentem esse, & speramus in domo Dei, si tamen ipse elegit eum, fore vas in honorem & vtilem futurum, non solùm illi, sed & omni Gallicanæ Ecclesiæ.* Frustra exorauit Pontificem Bernardus, nam confirmatione caruit, & paulò post Magister Albericus Leodiensis Ecclesiæ Canonicus creatus est, prout constat ex Calendario Victorino Parisiensi, tandémq; in Magisterio scholarum cùm senectutem exegisset, renunciatur Archiepiscopus Bituricensis post Vulgrinum, vt supra retulimus. De quo vide Andream Quercetanum in Notis ad Historiam Calamitatum Petri Abaelardi.

51. HERBERTVS electus est in Episcopum an. 1127. apud eundem Albericum: in MS. Abbatiæ S. Petri, eius memoria obituarij fastis Cathedralis Catalaunensis inscribitur 8. Idus Octobris. 1127.

52. GAVFRIDVS ex Abbate S. Medardi Suessionensis Catalaunensem sedem assequutus est anno 1131. 1131. Albericus in Chronico inquit: *Cùm B. Bernardus in Episcopum Catalaunensem fuisset electus, recusauit, & per ipsum Gaufridus Abbas S. Medardi Suessionensis fit Episcopus Catalaunensis.* Ei scribit Petrus Venerabilis Abbas Cluniaci ep. 43. lib. 2. apud quem de illo hoc elogium est: *Vos Cluniacensis, immò diuini Ordinis per totam Franciam primum disseminatorem, auctorem, promotorem: vos inquam inueterati drachonis de tot monasteriorum cubilibus expulsorem: vos diuturni somni, & longi monastici torporis excitatorem, hæc & mille talia dum recolo, dum rumino, dum teneo, totus & integer in sacrum vestrum amorem flammesco. Inde est, quòd de duobus vos alterum elegi, quos in non fictæ caritatis vertice, totius Belgicæ Galliæ vestræ amicis præponendos, non tantùm credidi, sed & publicè prædicaui. Quid & illud, quod & tantæ vrbi non solùm Episcopum, sed & principem necessariò vos esse oporteat: nihil de monacho Pontifex vendicet, nihil de religione Princeps vsurpet,*

nihil de prisco ordine mundus fureretur. In litteris Simonis Brecarũ domini 1136. anno 5. Episcopatus memoratur: subscriptus aliis pro Ecclesiâ S. Geruasij de Encrâ in cartulario S Martini Pa-
1140. risiensis an 1138. interfuit 1140. Synodo aduersùs Petrum Abaëlardum, & mortuus est an. 1142 conditus requiescit in Choro Cathedralis.

MONTACV. 53. GVIDO DE MONTACV II. Rogerij de Monteacuto & Ermen-
1143. gardis natus, eligitur 1143. secundùm eundem Albericum, *apud Catalaunum mortuo Episcopo Gaufrido, successit Guido de Monteacuto*; mendosè in vulgatis tabulis Episcoporum, vt videtur, nuncupatus Guido de Hans. Eius promotionem reperies quoque c.25. lib.3. Hermanni monachi de miraculis S Mariæ Laudunensis his ferè verbis: *Illud etiam ad honorem & laudem Laudunensis Ecclesiæ, dominique Bartholomæi pertinet, quod domnus Guido vir nobilissimus, quem idem Episcopus Canonicum & Decanum Maioris Ecclesiæ sanctæ Mariæ fecerat, cùm adhuc ætate iuuenili floreret, pro religione tamen, & deuotione suâ, quoniam & castitatis amator, & Ecclesiastici officij assiduus frequentator; famâ præconante, esse ferebatur, ad Episcopatum Catalaunensis vrbis eligitur, & à domno Sansone Remorum Archiepiscopo consecratur. Qui ad sedem suam veniens, quemdam Laudunensis Ecclesiæ iuuenem Clericum, nomine Haimonem, qui secum abierat, mox in ipso primo consecrationis suæ anno, sedis eiusdem Archidiaconum fecit, sicque ciuitas Catalaunensis de Ecclesiâ Laudunensi, vno eodémque anno, & Episcopum & Archidiaconum habuit.* Ex Decano igitur & Archidiacono maioris Ecclesiæ inauguratur ab eodem Sansone suo Metropolitâ, sed refragante Rege, idcirco non confirmatus, vnde Diuus Bernardus variis litteris eum exorauit, vt Guidoni liceret munus obire Pontificum; ait enim ep. 221. ad Ludouicum: Non silebo, quòd illicitum illud maledictúmque iuramentum inconsultissimè vsurpatum à vobis contra Bituricensem Ecclesiam, non ita tandem corrigitis, vt Christi ouibus apud Catalaunum Pastorem præfici non sinatis. Epist. 222. ad Iosslenum Episcopum Suessionensem, loquens de controuersiâ Comitis Theobaldi cùm Rege, huius dissidij fomite, subiungit hæc verba: Esto quod omninò ma.è meruit Comes, sed Ecclesia Dei quid meruit: quid inquam meruit non iam sola Bituricensis Ecclesia, sed & Catalaunensis, & Remensis, & Parisiensis. Apertius denique D. Bernardus inuehitur epist. 224. ad Stephanum Prænestinum Episcopum, Catalaunensem patria, Clareuallensis monasterij olim alumnum, indéque Episcopum Cardinalem Prænestinum: *Vestra Catalaunensis fecit quidem electionem, sed qui electus est, ecce iam diebus multis debito honore frustratur, & scitis quàm non absque graui gregis Dominici detrimento. Commisit Rex germano suo Roberto vices Episcopi, & ille in cunctis terris, rebusque Ecclesiæ potestatiuè versans, & pro vice suâ vbique haud segniter agens, infert cælis quotidianas hostias non planè pacificas. Clamores pauperum, lachrymas viduarum, planctus orphanorum, gemitus compeditorum, & sanguinem interfectorum. Verùm angustus est malitiæ eius ille Episcopatus. Remensem inuadit.* Rebus postmodum compositis Cathedram tandem nanciscitur, & interest tralationi relliquiarum sancti Dionysij à Sugerio Abbate factæ, Ludouico VII. & Elienorâ Reginâ præsentibus; demùm Ecclesiastici officij assiduus obseruator defunctus est anno 1147. ex Alberico, cui 1147.
concordat MS. sancti Petri 13. Cal Februarij, non præcedenti anno, vt vulgatæ tabulæ Episcoporum docent.

54. BARTHOLOMÆVS DE SENLIS ex nobilissimâ prosapiâ Buticulariorum Siluanectensium, Guillelmi cognomento Lupi domini de Chantilli, Franciæ Buticularij, ex Adeluiâ vxore prognatus, Guidonis domini de Chantilli, Hugonis dicti Lupi, Petri Archidiaconi Suessionensis, & Stephani Siluanectensis Decani germanus. Iste Clero destinatus, cùm Stephanus patruus Episcopatum Parisiensem obtineret, functus est dignitate Decani, promotus dein ad Sedem Catalaunensem teste Alberico. Hoc anno iure Regaliorum fisco traditam Episcopatus supellectilem Regis beneficio liberam impetrauit. Cùm autem grauis oborta esset controuersia pro electione alterius Decani, eo

ad hanc Cathedram translato, Sugerius Abbas luculentam epistolam scripsit Papæ Eugenio. Verùm Pontificatus eius illustratur dedicatione maioris basilicæ Catalaunensis ipsius Pontificis manibus sacratæ 'præsente Bartholomæo, vetus enim epigraphe
1148. sic habet: *Anno Incarnati Verbi* 1148. *consecrata est hac Ecclesia in honore S. Trinitatis, S. Mariæ & S. Protomartyris Stephani, & Ioannis-Baptistæ, & Valerij, & Vincentij Martyrum, & Chrysantij & Dariæ. Dedicatio autem facta est à Papâ Eugenio solemniter cùm sex Episcopis, Alberico Ostiensi, Viuaro Tusculano, Theobaldo Parisiensi, Bernardo Autissiodorensi, Hugone Niuer-* B *nensi, & Bartholomæo huius sedis venerabili Episcopo, qui eandem dedicationem honorificè fieri procurauit. Actum publicè 7. Cal. Nouembris.* Huius verò Bartholomæi extat ep. 129. ad Sugerium Abbatem tom. 4. Hist. Francorum Scriptor. hoc initio: *Quoniam affectus vestræ dilectionis erga nos plenus est, admodum gaudemus, quia plenitudinem effectus in necessitatibus nostris de præterito experti sumus, & de futuro expectamus. Rogamus itaque clementiam paternitatis vestræ, vt nos erga piissimum dominum nostrum Regem pius pro nobis sitis patronus & intercessor. Ante eius siquidem aduentum multas, vt nostis,* C *sustinuimus anxietates, in quibus solius clementiæ vestræ consilium recepimus, & remedium. Post eius verò reditum, nihilominus hostium crebris inuasionibus præpediti, magnificentiam eius debito iure humilitatis nostræ visitare nequiuimus. De liberalitate ergo vestrâ plurimùm confidentes, vos deuotissimè precamur, vt iniurias & persecutiones quas sustinuimus, & damna rerum nostrarum quæ iniustè recepimus, Domino Regi significetis.* Cæterùm exiguo tempore Episcopatu potitus est, etenim florente adhuc ætate fatis concessit in itinere Hie-
1151. rosolymitano anno 1151. vti docet D Albericus, aliis anno sequenti: habet anniuersarium cùm parruo Stephano in vetere martytologio Victorino.

55. Aymo ex Archidiacono creatus Catalaunensis Præsul anno 1151. de eo sic præfatus Albericus: *Episcopus Catalaunensis Bartholomæus mortuus fuit in peregrinatione Hierosolimitanâ, & electus est Haymo Archidia- conus vir nobilis, & religiosus de Bazoges, qui fecit Enchiridion in decretis super Panormiam Iuonis Carnotensis.*

56. Boso defunctus anno 1161. 1161.
ex eodem Alberico, iacet in Choro Cathedralis inter duas aquilas. Sedes vacabat an. 1162.

57. Gvido de Dampierre III. Dampierre.
prosapiâ nobilis: decessit nondum
inauguratus anno salutis 1163. Al- 1163.
bericus in Chronico: *Apud Catalaunum*, ait, *electus fuit in Episcopum Guido de Dampetrà frater Anserici, Guillelmi, Andreæ & Milonis virorum nobilium, sed diuino iudicio cùm esset indignus, obiit ipso die quo erat in crastino consecrandus, & electus est & consecratus alter Guido de Iouenuillà, frater Gaufredi, filius Rogeri, qui per annos 28. præfuit.*

58. Gvido de Ioinville IV. Ioinville.
ex dominis Ionuillæ in Campaniâ. Guidoni suffectus, cui scribit Ioannes Saresberiensis epist. 143. gratias agens liberalitatis suæ: præsens in dotatione monasterij de Recluso diœcesis Trecensis per Henricum Comitem 1164. anno sequenti dicat 1164.
ædem S. Ioannis Catalaunensis, & 1183. Ecclesiam B. Mariæ in Vallibus: probat & fundationem Canonicorum S. Laurentij Ionuillæ. Fatis fungitur 1190. ex obituario S. Petri.

D'azur à 3. broyes d'or, au chef d'argent chargé d'vn lyon de gueulle naissant.

59. Rotrodvs dv Perche Perche.
nepos Guillelmi Archiepiscopi Remensis, filiúsque Mathildis sororis, filiæ Theobaldi Magni, quæ in matrimonium elocata Rotrodo 3. Comiti Pertici. Ex Thesaurario autem B. Martini Turonensis, & Archidiacono Remensi promotus est ad Episcopatum 1190. apud Albericum in 1190.
chronico, vbi Regis Franciæ consobrinus vocatur. Obiit an. 1201. eodem scribente Historico: de cuius fato sic Chronicon Autissiodorense loquens de Guillelmo Remēsi Archiepiscopo: *Simili fine decesserat Rotrodus nepos eius Catalaunensis Episcopus iuuenis quidem strenuus, sed sui sanctimoniam negligens officij, & vltra quàm deceret vanitati luxus deditus, & actui sæculari.*

60. Gerardvs de Dvaco De Dvaco.
anno 1203. ex chron. Alberici: huic

„ electo ſcribit Innocentius III. c. ex
„ parte 13. de priuilegiis: nominatur an.
1210. 1208. in tabulis Abbatiæ S. Memmij,
& S. Petri 1210. mortuus ex Martyro-
logio Omnium Sanctorum 7. Kalend.
Nouemb. oneri Pontificio nuncium
miſit an. 1215. vt prodit idem Alberi-
cus : *Epiſcopus Gerardus Catalaunenſis
Epiſcopatum dimiſit, in electione nomi-
natus eſt Fredericus Archidiaconus, qui
per vnam noctem ſolummodò onus iſtud
portauit, & in craſtino renunciauit. Vn-
de electus eſt Guillelmus de Pertico, con-
ſobrinus Regis, frater Rotroci quondam
Epiſcopi.*

PERCHE. 61. GVILLELMVS DV PERCHE ti.
dictus DE BELLESME, frater Ro-
trodi anteceſſoris, Gaufridi, & Ste-
phani Comitum Canonicus & Piæ-
poſitus de Chableio in Eccleſiâ S.
Martini Turonenſis, necnon Carno-
tenſis Cancellarius, ac demum Co-
mes Perticenſis. Vnde Guillelmus
Brito Philippidos lib. 12. in exequiis
Philippi Auguſti ſic canit:

*Nec Guillelme tibi Catalauni Præſul
auaro,
Copia præcipuos cornu diffudit honores.
Qui Thomæ lugenda tui poſt fata ne-
potis
Inuida quem rapuit primæuo in flore tibi
mors,
Angligenum fines aggreſſum cùm Lu-
douico,
Dignus es inuentus & Epiſcopus & Co-
mes eſſe,
Sufficienter onus diſpenſaturus vtrùm-
que,
Subſit vt hæredi iuſto tibi Perticus axis.
Vt cui nobilitas gemina eſt à ſanguine
Regum,
Nobilitatis apex gemino ſplendeſcat ho-
nore.*

1215. Ad hāc ſedem promotus 1215. ſequen-
ti anno intereſt menſe Iulio, Melo-
duni iudicio celebri Parium de Co-
mitatu Campaniæ. Interim Perticen-
ſis Comes factus hæreditatis iure,
profitetur Regi clientelæ ſacramen-
tum, quod in regiſtro pergameno
cartophilacij Regij Pariſienſis aſſer-
uatur : GVILLELMVS *Dei gratiâ
Catalaunenſis Epiſcopus &c. Nouerit vni-
uerſitas veſtra quòd cariſſ. dominus noſter
Philippus illuſtris Franc. Rex, recepit nos
in hominem ſuum de Comitatu Pertici, ex-
ceptis Molendinis, & Bonis Molendinis,
quæ ad præſens retinuit in manu ſuâ; tali*

A *modo quòd ipſe debet inquirere vtrum
in illis ius habeamus, & ſi per legiti-
mam inquiſitionem inuenerit quòd dicta
caſtra ad nos de iure pertineant, exinde
faciet erga nos quod debebit. Hoc tamen
modo, quòd nos ipſi tanquam domino no-
ſtro ligio creantauimus, & literas noſtras
inde fecimus, quòd poſt deceſſum noſtrum
ad ipſum & hæredes ſuos prædicta caſtra
cùm pertinentiis ſuis liberè reuertentur.
Actum Meleduni an. 1217. menſe Ian.* No-
minatur Epiſcopus & Comes 1218 & 1217.
1223. in Conſilio Regis apud Tilium:
cõplures eius nomine extant tabulæ
B obſignatæ, legimus enim confectum
diploma pro Monialibus de Cla-
tetis, confirmatum ab eodem Guil-
lelmo, éſtque incrementum eleemo-
ſynæ datæ huic Monaſterio, quod
Gofridus Comes Pertici ſe conſtru-
cturum vouerat, ſed re infectâ, Tho-
mas eius filius parentum vota perfe-
cit. Eiuſdem Abbatiæ baſilicam di-
cauit Guillelmus an. 1218. menſe Iu- 1218.
nio, Sede Carnotenſi vacante, & ob
remedium animæ quædam erogauit
1221. necnon domui Bonorum homi-
num de Quercu Galonis 1222. fundat
& Abbatiam de Arciſſis 1225. 8. Sep-
temb. teſte Aegidio Bry in Hiſtoriâ
C Perticenſi. Diem obiit extremum
an. 1226. vnde memoratur rectè ab 1226.
Andreâ Quercetano in Hiſtoria Mõ-
morentiacâ quoddam diploma, men-
ſe Iunio, die Lunæ ante feſtum S.
Ioannis Baptiſtæ apud B. Germanum,
in quo agitur de eſcaſurâ huius Guil-
lelmi Epiſcopi Catalaunenſis, & Co-
mitis Perticenſis. Quò etiam ſpe-
ctant verba Alberici in Chronico
diſertè id profitentis ſub annum 1226.
*moritur Epiſcopus Catalaunenſis Guillel-
mus, electus eſt ſolemni electione Hen-
ricus Remenſis Archidiaconus, Theſaura-
rius Beluacenſis, ſed recipere noluit : ele-
ctus eſt iterum communi electione Petrus
D de Collemedio, ſed non acquieuit; tertiâ
electione quæ fuit in craſtino Trinitatis
maximam habuerunt diſcordiam: & pri-
ma quidem pars, quæ maior videbatur,
Bartholomæum nominauit natione Lom-
bardum, eiuſdem Eccleſiæ Canonicum &
diſcretum Theologum : altera pars tunc-
nem nominauit nobilem Robertum de To-
rotâ, fratrem Epiſcopi Radulfi Virdu-
nenſis, & ita fuit partis conſenſus, vt
dicebant, licet quidam eorum aliter ſen-
tirent, quòd ſi non poſſent habere dictum
iuuenem, nominabant Cantorem Eccleſiæ*

Catalaunensis Hugonem. Quis horum finis extitit, dicetur in sequentibus. Cùm itaque tanta difficultas extiterit mortuo Episcopo Guillelmo in Ecclesiasticâ dignitate, maior etiam difficultas extitit de eius successione in Comitatu Pertici, Rex tamen maiorem partem super cæteros habuit. Domina Ambazia Comitissa Carnotensis partem suam ibi clamabat, feodum quoddam quod de eâ mouebat, Regina Berengaria, & soror eius Comitissa Campaniæ, cùm pater earum Rex Sanctius Nauarrorum per matrem extiterit de genere Pertici, licet aliquantulum à longè, partem suam ibi habuerunt.

NEMOVRS.

62. PHILIPPVS DE NEMOVRS, II.
dominus de Bercy, ex stirpe de Nemorosio, Vrsione Camerario natus,
Gualteri frater, & Vrsionis Franciæ
Buticularij, nepos Petri Parisiensis,
Stephani Nouiomensis, & Guillelmi
Meldensis Episcoporum; ad hunc
1228. Episcopatum vocatur 1228. vti auctor est Albericus: *apud Catalaunum
transacto biennio electus est in Episcopum
Decanus Parisiensis Philippus, & in instanti Remis consecratus est: cuius pater
dictus est Vrsus Camerarius Regis, frater
Galteri iunioris, & habuerunt fratres
Episcopos tres supra nominatos Parisiensem, Nouiomensem, & Meldensem.* Memoratur in cartis Abbatiæ S. Petri
1229. extinctúsque est die Palmatum
1237. 1237. ex eodem Alberico: qui genus
Philippi asserit è familiâ Nemorosiâ,
non de Mereuillâ, quemadmodum
malè affirmant catalogi vulgati.

GRAND-PRE'. Burelé d'or & de gueulle de dix pieces.

63. GAVFRIDVS DE GRAND-PRE' II. patruus Comitis de Grandiprato, qui electus Catalaunensis
nuncupatur 1239. apud eundem Albericum 1240. eius electio confirmatur à Gregorio IX. de quâ reperiuntur litteræ Capituli ad Regem. Interest Missæ Pontificaliter celebratæ
1245. Cluniaci die festo S. Andreæ 1245.
necnon Concilio Lugdunensi eodem
anno. Obituarij fastis inscriptus 10.
Calend. Maij.

DE HANS.

64. PETRVS DE HANS I.
delegatus fuit iudex ab Innocentio
Pontifice cùm Hugone Abbate Lætiensi, pro inquisitione natalium legitimorum Ioannis & Balduini de
Auesnis, ex diplomate Remis con-
1249. fecto 1249. porrò reperitur Fridericus Episcopus Catalaunensis se iunxisse quintum quatuor viris ordinis
Vallischolarium in diœcesi Lingonensi fundatoribus; sed non inuenitur in melioris notæ elenchis: At notandum hîc mendum eorum, qui tabulis Episcoporum superinducunt
Anium quemdam, hinc eximendum,
errore nato ex cognomine eiusdem
Petri Hanij, qui decessit 16. Kalend.
Decemb. 1261. sepultus cœnotaphio 1261.
æneo in medio chori Cathedralis ad
figuram S. Stephani, quò prostat hoc
epitaphium:

Discat qui nescit, quòd PETRVS *ibi
requiescit,
Hic sublimatus ad honorem Pontificatus,
Magnanimus, largus, circumspectúsque &c.
Facundus verbis, pius.....
Ad Dominum clama quisquis legis hoc
epigramma,
Viuat in rama, qui viuit nunc quoque
fama.*

DE VITRY.

65. CONO DE VITRY an. 1263. 1263.
hic vel sequens in quodam Parlamenti decreto Baro & Par Franciæ
vocatur 1267.

DE LOS.

66. ARNVLFVS DE LOS ex
Comitibus Lossensibus ortus, Arnulfo huius nominis tertio Comite,
& Ioannâ Comitissâ de Chiniaco,
dominâ d'Amblise natus, Ioannis
Comitis germanus: ex Præposito
Coloniensi Episcopus creatur: dedit
altare B. Margaretæ in suburbio, sed
perperam cognominatur de Lochis:
præfuit autem an. 1272. defunctúsque 1272.
1273. die 3. ante Kalend. Aug. tumulatus à parte sinistrâ altaris magni
Ecclesiæ Cathedralis sub lampade,
hoc epitaphio:

*Anno Dominico biscenteno, duodeno,
Sex vicibus posito, post hac semel I. repetito,
Mitis atque humilis quondam de Los
oriundus,
Et Comitis proles, quem velat cuprea
moles,
Moribus ornatus Catalauni Pontificatus,
Est gubernator commissæ plebis amator.
Arnoldus discessit, cui Christus vera quies
sit,
Et prece maternâ leuet hunc ad regna
superna.*

DE S IEAN. 67. REMIGIVS DE S. IEAN, A
aliàs DE SOMME-TOVRBE obiit
1284. 1284. die 14. Calend. Nouemb. agi-
tur eius anniuerſarium 9. Aprilis ac
corpus quieſcit ſub laminâ cupreâ
è regione maioris aræ Cathedralis,
vbi conſpicitur hæc inſcriptio.

De ſummâ natus Turbâ iacet hic tu-
mulatus
Præſul REMIGIVS *huic Deus eſto*
pius.
Anno milleno centum bis & octuageno
Quarto. Verba dabit memorans, in nocte
migrauit
Lucæ, ſolamen det ſibi Chriſtus.
Amen. B.

CHASTEAV-VILLAIN. 68. IOANNES DE CHASTEAV-
VILLAIN, I. Ioannis Caſtriuillani
De gueulle à vn lion d'or ſemé de billettes de meſme. toparchæ, Semurij, & de Borbonio
Lanceii, ac Ioannæ de Luzy filius,
dynaſta & ipſe de Pleurre, ſuffragiis
Capituli ſubſtitutus 1284. confirma-
uit donationes quas eius pater fecit
1302. Abbatiæ d'Andecies 1302. cùm Ca-
pitulo ſuo graui diſcordiâ contendit
pro iuriſdictione ſpirituali & tempo-
rali, vt fidem faciunt duæ bullæ Bo-
nifacij datæ 4. Non. Martij Pontif. 3.
& Laterani 8. Idus Februarij Pontif.
5. Ad eundem Epiſcopum extat epi-
ſtola 1304. data die 15. Iunij per Phi- C
lippum 4. Regem, quâ perſonam
eius, libertates, & iura Eccleſiæ ſuæ
contra omnes tueri pollicetur: idem
in cartâ S. Capellæ Pariſienſis re-
cenſetur 1306. Maij 17. fato functus
1312. anno 1312. 2. Aprilis: de eo Querce-
tanus in ſtemmate genealogico Ca-
ſtriuillani.

LATILLY. 69. PETRVS DE LATILLY, II.
Archidiaconus Catalaunenſis, & Phi-
lippi Francorum Regis Clericus 1310.
1313. Franciæ Cancellarius 1313. Epiſcopa-
tum ſuſcepit circa feſtum D. Pauli
vt habent tabularia regia & Cameræ
Rationum. Huius tempore 1318. die D
8. Iunij, corpus Sancti Memmij in
capsâ nouâ & ditiore ab Elnenſi E-
piſcopo, permiſſu Remigij de Recy
maioris Vicarij reponitur. Narrant
Annales Francici inter quos Conti-
nuator Nang. coactum Concilium
Senonenſe an. 1315. in causâ huius
Petri de Latiliaco, qui de Philippi
Regis atque anteceſſoris Antiſtitis
morte inſimulatus, cùm idcirco car-
ceri mancipatus fuiſſet, ipſe poſt-
modum ab eâ labe inſons liberatus
eſt; de quo etiam Gaguinus lib 7.
Interiit die 15. Martij, humatus in Ca-
thedrali ſub hoc titulo: *Hic iacet*
Dominus Petrus de Latilly Epiſcopus
Catalaunenſis qui obiit anno Domini
1327. Succeſſit illi in officio Cancella- 1327.
rij Stephanus Mornæus.

70. SIMON DE CHASTEAV- CHASTEAV-VILLAIN.
VILLAIN Simonis domini de Arcu-
Barrenſi, germani deceſſoris Ioannis,
ex Mariâ de Flandre natus, præfici-
tur 1327. iurat in verba Eccleſiæ Re-
menſis Archiepiſcopo eiuſdem ſedis
1328. die Martis poſt feſtum Omnium
Sanctorum: erat & toparcha de Cor-
cellis: Obiit 6. Idus Ianuarij, teſta-
mento condito 1334. quo veriſimili- 1334.
ter defunctus 8. Ianuarij: nam.

71. PHILIPPVS DE MELVN, III. MELVN.
ex nobilibus de Meleduno huius Se-
dis Cathedram conſcendit 1335. 4. Iu-
nij ex lib. Obligationum Vaticani;
poſt Archiepiſcopus Senonenſis.

72. IOANNES HAPPE, II. HAPPE.
Sueſſionenſis, Regi à Conſiliis, de-
ſignatus 1339. die 6. Febru. in iiſdem 1336.
Actis Conſiſtorial.

73. IOANNES DE MANDEVIL- MANDE-VILLAIN.
LAIN, III. Claromonte in Aruer-
niâ natus, tranſtulit corpora Sancto-
rum Donatiani & Domitiani, ex in-
ſtrumento anni 1341. die 7. Maij.

74. REGINALDVS CHAVVEAV CHAVVEAV.
Carnotenſis, qui cæſus in prælio
Pictauienſi 1356.

75. ARCHAMBALDVS DE LAV- LAVTREC.
TREC ex Epiſcopo Vaurenſi 1357.
adfuit ſacro Caroli 5. Regis, necnon
placito Parlamenti Pariſienſis in cau-
sâ Ioannis Monfortij Ducis Britan-
niæ 1378. Dominicâ ante feſtum S.
Lucæ 1380. dicat ædem S. Antonij
Catalaunenſis, ac miſſam B. Spiritus
pro anniuerſario dotauit: defunctus
10. Nouemb. 1389. humatur in Choro 1389.
Eccleſiæ inter Cathedram & imagi-
nem S. Stephani.

76. CAROLVS DE POITIERS POITIERS. Comme cy deuant.
frater Ioannis Epiſcopi Valentinen-
ſis & Diæ, Archiepiſcopi deinde
Viennenſis, filius Caroli domini de

Vallier, & Simonæ de Meri : renunciatus est Episcopus Catalaunensis per Pseudopontificem Clementem 7. die 31 Ianuarij 1390 in regesto Vaticano. Nominatur in quibusdam instrumentis apud Quercetanum in Historiâ gentis Comitum Valentinensium ; fit Episcopus Lingonensis
1413. 20. Septemb. 1413. 17. Nouembris sequentis exceptus à Capitulo huius Cathedralis.

De Bar. 77. LVDOVICVS DE BAR Cardinalis & Dux Barrensis, nepos Ioannis Regis Franciæ, & consobrinus Sigismundi Imperatoris : ex Lingonensi creatus Catalaunensis commutationis causâ factæ cùm Carolo superiore 1413. interest Concilio Constantiensi, ac fit tandem Episcopus Virdunensis 1419. 1419.

Sarbruche. D'azur au lion d'argent couronné d'or, semé de croix recroisetées aussi d'or.

78. IOANNES DE SAREBRVCHE, IV. dominus de Commerceio & de Venizeio, Ioannis de Sarapontè Commerceij item toparchæ filius; ex Canonico Virdunensi & Catalaunensi, Episcopus Virduni creatur à Capitulo primùm, dein translatus ad Catalaunensem sedem permutationis nomine 1420. 4. Ianuarij, sepultus in Cboro Cathedralis ad latus Euangelij, sequenti epitaphio, quodè gallico idiomate sic expressû: *Hic iacet nobilis dominus & Reuerendus Pater in Christo dominus* IOANNES DE SAREBRVCHE, *dum viueret dominus de Parquy, Aulnay le Chastel, du Pacht, de Laschi, & d'Estrelles, qui fuit Episcopus & Comes Catalaunensis pacificè, & à grege suo plurimùm amatus 18. annos aut circa, anteà Episcopus Virdunensis per 16. annos vel circiter, qui defunctus est Catalauni vltimâ Nouembris* 1438. *Orate Deum pro eo.* 1438.

Tudert. [illegible] à deux [illegible] ang. [illegible] au chef de mesme chargé de 3. [illegible] sans d'or.

79. IOANNES TVDERT, V. Pictauensis origine familiâ Tudertâ; Senator primò Parisiensis an. 1402. dein Supplicum Libellorum Magister 1424. eo nomine ad Regem Angliæ, Ducémque Burgundiæ difficillimis temporibus sollerti legatione magnâ prudentiæ laude functus est; postulatus autem ex Decano Parisiensi Præsul Catalaunensium, post Ioannis Sarapontani excessum, ante susceptam consecrationem defunctus est, & iacet iuxta portam Capituli B. Mariæ Parisius hac inscriptione: *Hic iacet magnæ circumspectionis & sapientiæ vir dominus* IOANNES TVDERTI *Licentiatus in legibus, Electus & confirmatus Episcopus & Comes Catalaunensis, insuper Decanus venerabilis Ecclesiæ Parisiensis, necnon Consiliarius & Magister Requestarum Hospitij Regis, qui obiit Parisius die 9. Decembris anno* 1439. 1439.

Le Tur. 80. GVILLELMVS LE TVR, III. sepelitur in Choro Cathedralis sub aquilâ, cui apposítum sequens epitaphium: *Hic iacet reuerendus in Christo pater & dominus D.* GVILLELMVS LE TVR *vir nobilis, ac Legum Doctor eximius; quondam Episcopus & Comes huius almæ ciuitatis, Parque Franciæ, qui obiit anno Domini* MCCCCLIII. *decimâ die mensis Iunij, Orate pro eo.* 1453.

Floreau. 81. GAVFRIDVS FLOREAV III. ex Abbate S Germani de Pratis Parisiensis, qui nominatus fuit Pontifex 1453. fecit Cbori sedilia, & columnas maioris altaris. Adfuit sacro Ludouici XI. 1461. & Synodum diœcesanam indixit 1486. defunctúsque est anno 1503. vltimâ Augusti, post sedem annorum 50. iacet in Choro maioris Ecclesiæ propè Epistolam cùm hac inscriptione: *Hic iacet venerandæ senectutis, ac miræ prudentiæ vir* GAVFRIDVS *huius nominis tertius Episcopus, qui Episcopatum Catalaunensem quinquaginta annis rexit: Cathedras in choro, columnas in maiore altari donauit. Domum Episcopalem ac Sarreiense castrum sumptuoso opere ædificauit; anima eius requiescat in pace.* 1503.

Luxembourg. 82. EGIDIVS DE LVXEMBOVRG cui dominium præstat Aspremontius pro quibusdam terris 1509. eius epitaphium visitur in Cathedralis Choro iuxta Euangelium his verbis: *Hic iacet recolendæ memoriæ Reuerendus in Christo Pater, & nobilis dominus Egidius de Luxembourg quondam Episcopus & Comes Catalaunensis, Par Franciæ, qui post complementum laudabilis vitæ, multa reliquit pauperibus eroganda; completóque sui Præsulatus anno 31. quarto Idus Februarij 1534. diem suum clausit extremum Requiescat in pace.* 1509.

L'Enoncourt. 83. ROBERTVS DE LENONCOVR Cardinalis, solemni pompâ inaugu-

rationis vrbem ingressus 1535. 10. A Octobris. huius tempore destruitur
1544. Ecclesia S. Memmij 1544. metu belli inter Franciscum Regem & Carolum Imperatorem : fuit Arelatensis & Tolosanus Archipræsul, vti retulimus tomo Archiepiscoporum.

LENONCOVR. 84. PHILIPPVS DE LENONCOVR, IV. Cardinalis, S. Spiritus Præceptor, superioris nepos, electus
1550. Catalaunensis 1550. 4. Nonas Nouembris ex actis Consistorialibus Vaticani : deinde Autissiodorensis Præsul.

BVRGENSIS 85. HIERONYMVS BVRGENSIS Abbas S. Petri ad Montes, resignatione Philippi, causâ permutationis cùm Abbatiâ monasterij in Argoniâ Episcopatum consequutus est anno 1556. fundator Collegij literarij & Seminarij Catalaunensis : Legatus Caroli IX. Regis in Concilio Tridentino : cui Gilbertus Genebrardus dicat libros Claudij Espencæi de
1573. Eucharistiâ : mortuus 1573. quiescit in eadem Abbatiâ D. Petri à parte sinistrâ Chori.

CLAVSSE. D'azur à vn cheuró d'or accõpagné de 3. testes de leopard de mesme. 86. NICOLAVS CLAVSSE ex dominis de Marchaumont, filius C Henrici Regis Quatuoruiri à scribendis Epistolis & Mandatis, atque Mariæ Burgensis, per resignationem Hieronymi consobrini inauguratur Episcopus 1572. præfuit tantùm anno 1. mensibus 5. diebus 15. & desiit esse in viuis anno ætatis 28. 12. Sept.
1573. 1573. sepultus in Cathedralis Ecclesiæ medio Choro hâc inscriptione: *Integerrimi, literatissimi, & vigilantissimi Antistitis domini* NICOLAI CLAVSSE *ex illustri Marchomontanâ familiâ, Catalaunensis Episcopi, Comitisque Franciæ Paris, Epitaphium : Nicolai Claussæ venerandi Præsulis ossa,*

Templa Dei viui, contegit iste lapis.
Quem mors in medio viuacis flore iuuentæ
Oppressit, meritis & grauitate senem.
Cuius deliciæ ieiunia, lectio multa,
Continuaque preces, otia cuius erant
Visere languentes; mæstis solamen egenis,
Aera cibum largâ suppeditare manu.
Omne sacris anuum studiis impendere: vitâ
Doctrinâque gregem pascere cura fuit.
Sermonem heu reliquum suspiria longa morantur,
Et loquor inuitus quæ meminisse dolet.
Nam satis indulgens aliis, sibi durior vni
Dum vegetos artus emacerare studet.
Dùmque supra vires in Christi vite laborat,
Mox sibi supremum sensit adesse diem.
Nec tamen interiit, cuius mens possidet astra,
Frater successor fama perennis erit.

Obiit anno salutis MDLXXIII. 12. B *Septembris.*

CLAVSSE. 87. COSMAS CLAVSSE Nicolai frater & successor, possessionem apprehendit 2. Aprilis 1575. in- 1575. terest Concilio Remensi 1583. & sacro Regis Ludouici 13. 1610. Recollectos & Patres Societatis Iesu induxit in vrbem 1613. necnon Minimos Vitriacum. Mortuus 1624. ætatis 76. Episcopatus 49. Præsulum Galliæ fermè antiquior : iacet in templi Cathedralis parte imâ tali epitaphio : *Reuerendissimus in Christo pater D. D.* COSMAS CLAVSSE DE MARCHAVMONT *Episcopus* C *S S. Comes Catalaunensis, Franciæ Par, S. Petri ad Montes Catalaun. Abbas Commendatarius, à secretioribus Consiliis Regis, Collegij Societatis Iesu hac in vrbe, Conuentus Minimorum Vitriacensium in hac diœcesi fundator primarius: eruditione ac eloquentiâ clarissimus, necnon Iuris vtriúsque Doctor, in hac imâ templi parte, in quâ subsidunt egeni, sepulchrum magno humilitatis exemplo sibi delegit : vt quos temporalium bonorum hæredes instituit, habeat pro æternâ requie oratores ex intuitu, monumenti excitatores. Is in celebri astantium, orantium, lugentium, decedentis pietatem, constantiam, & nouissima verba obser-* D *uantium coronâ, in senectute bona, in misericordiâ vberi, plenus dierum, ætatis nempe anno 76. Episcopatus 49. reparationis humanæ 1624. Calend. April. supremum diem fœliciter clausit.* 1624.

88. HENRICVS CLAVSSE CLAVSSE Nicolai nepos, ex fratre Henrico domino de Fleury, Aquarum, Syluarúmque regni magno Magistro, ex Dionysiâ de Neufuille : Coadiutor Episcopus Aurensis, & virtutis, doctrinæ

& succeſſor factus die 18. Septembris A
1624. migrauit ab humanis 13 Dec.
1640. 1640. ſepultus in Cathedrali.

VIALAR. D'azur au ſautoir d'or accõpagné de 4 croix ancrées de meſme.

89. FELIX VIALAR, III. Pebraci in Aruernis Abbas, Regiſque in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarius. Lutetiâ oriundus è nobili ſtirpe, quæ iam Eccleſiæ Gallicanæ contulit Antonium Vialartium Bituricenſem Archiepiſcopum, & Carolum Sedis Abrincenſis Præſulem. Felix autem parentem habuit, Michaelem toparcham de Herſe, in Senatu Pariſienſi Præſidem, apud Heluetios Ludouici 13. Legatum, quod munus B præclarè obiuit; matrem verò Carlotam de Ligny. Ab ineunte ætate litteris egregiè imbutus, ſanctioribus deinde, hoc eſt Theologicis ſtudiis ita feriò animum applicuit, vt Theologi Pariſienſis in Regiâ domo Nauarricâ lauream aſſequeretur: hiſce præſidiis munitus, à Rege dignus habitus eſt, qui Catalaunenſem Pontificatum regeret, nominatus 15. Nouembris 1640. ab
1642. Vrbano VIII. Pontifice 1642. bullis datis apud S. Petrum admittitur in Conſiſtorio: tum eiuſdem anni menſe Iulio, apud Fulienſes Lutetiæ eodem die & loco cùm ipſomet C patruo Carolo Abrincenſi Antiſtite conſecratur à Leonorio d'Eſtampes Archipræſule Remenſi; die 2. Auguſti poſſeſſionem adipiſcitur, necnon eiuſdem menſis 11. celebri apparatu in vrbe & Eccleſiâ ſuâ exceptus eſt, Regi fide præſtitâ pro temporali. Tum vigili curâ incumbens creditæ ſibi Eccleſiæ, nihil antiquius habuit, quàm vt collapſam diſciplinam reſtitueret, diœceſim ſtatutis congruis ordinando; proptereà Seminarium ſuis impenſis erexit, quo Clerici optimis moribus, ſacris ritibus, & Eccleſiaſticâ doctrinâ erudiendos curaret. D Porrò zelum iunctum cùm ſcientiâ non mediocri, pro iuribus Cleri Gallicani tuendis exhibuit in conſeſſu generali Epiſcoporum habito Lu-
1645. tetiæ anno 1645. cui adfuit; iterúmque à prouinciâ Remenſi delegatus anno 1655. in celeberrimo Coetu Pariſienſi totius Eccleſiæ Gallicanæ. Moniales Vrſulinas admiſit Ioinuillam, & Sanctum Deſiderium ſuæ diœceſis vrbes.

Tom. II.

CAVALLIONENSES EPISCOPI.

CAVAILLON au Comtat d'Auignon, prés la Durance.

NON procul à Druentiæ ripâ, fonte Sorgiæ, & Clauſa Valle ſita eſt Cabellio Cauarum, ceu Colonia Cabellicorum Straboni lib 4. quod & Caballicum nonnunquam, Cabellicum item veteribus, vrbs Cauallicorum, & Cabellicorum in Notitiâ antiquâ ciuitatum Galliæ nuncupatur; de quâ Ptolemæus lib. 2. cap. 10. ſub Metropoli olim Viennenſi, nunc Auenionenſi in ditione Pontificis Romani, ſeu Comitatu Venaiſino. Templum maius dicatum eſt S. Verano Epiſcopo, in eâque diœceſi vna tantùm reperitur Abbatia:

SINAQVÆ *Sinanque* O C.

Præfuerunt ſequentes Epiſcopi, quorum nomina ex antiquis Cauallicenſis Eccleſiæ tabulariis excerpta ſunt, tum ex variis inſtrumentis cœnobij Cartuſianorum Bonipaſſûs, aliiſue codicibus MS. deprompſit Henricus Suareſius Auenionenſis: indicem etiam ſubminiſtrauit domnus Odo de Mothâ monachus Benedictinus Congregat. S. Mauri.

1. GENIALIS anno 322. primus Epiſcopus cuius memoria occurrit in diptychis Eccleſiæ Cathedralis Cabellicenſis. 322.

2. IVLIANVS an. 451.

3. PORCIANVS Præſul fuit an. 459. 459.

4. PHILAGRIVS in Concilio Epaonenſi ſubſcripſit anno Domini 517.

5. PRÆTEXTATVS per Optatum Abbatem Synodo Aurelianenſi 5. 549. item Arelatenſi 5. 554. interfuit, Pariſienſi 2. 555. 555.

6. S. VERANVS Eccleſiæ & ciuitatis Patronus, cuius vita extat in

Ppp iiiiiiij

Officio proprio Idibus Nouembris; A natus in oppido Vallisclusæ Cabellicensi vicino, sepelitur in Oratorio quod olim ad fontem Sorgiæ extruxerat, vnde posteà elatus in Cathedrali quiescit miraculis clarus, ex eodem Proprio. Subscripsit Synodo Matisconensi 2. 585. recensetur & in instrumento pro monialibus
589. Pictauensibus anno 589. apud Gregorium Turon. Legatus fuerat ad Clotharium Goontramni nomine anno 585. cùm Artemio Senonensi, atque Theodoricum Clotharij filium è sacris vndis baptismi suscepit. Errare autem dicit Sirmondus B tom. 1. Conciliorum Gregorium lib. 8. cap. 31. & lib. 9. c. 4. cùm Cabillonensem Veranum, pro Cauellicensi interpretatur; namque à plurimis Scriptoribus confunduntur plerúmque Episcopi Cauellicenses, Cabilonenses. Gaualitani, & Catalaunenses, similitudine nominum, vel Gallicorum, vel Latinorum. Proinde Euantius, Hilarius, & Agricola qui in vulgatis catalogis reponuntur sæculo quingentesimo ex schedis Cabellicensibus, annis 550. 558. 562. vix locum habere videntur ex dictis supra.

894. 7. REGINARDVS anno 894. indictione 12. Nonis Maij in Concilio Magalonensi apud Iuncarias.

8. THEODORICVS an. 982.

991. 9. INGILRANVS 991. 4. Nonas Augusti legitur in fundatione duodecim Canonicorum Ecclesiæ Aptensis, ex eodem archiuio.

1040. 10. CLEMENS anno 1040. de consensu Capituli donauit Isarno Abbati sancti Victoris Massiliensis D monasterium beatæ Mariæ de Valleclusâ, vbi humatum erat corpus beati Verani, ex tabulario Massiliensi.

11. DESIDERIVS in Synodo
1080. Auenionensi 1080. consecratus Romæ à Pontifice, in chronico Flauiniacensi: reperitur & in cartis Cabellicensibus an. 1090.

12. IOANNES 1. anno 1103. in consecratione templi sancti Saluatoris Aquensis.

13. ALPHANDVS an. 1154.

14. BENEDICTVS anno 1162. & 1171. illius mentio extat. 1162.

15. PONTIVS 1. interfuit Concilio Lateranensi 1179.

16. BERMVNDVS an. 1202. in donatione factâ Priori S. Mariæ de Valleclusâ in cartario Massiliensi. 1202.

17. GERARDVS viuebat anno 1211.

18. BERTRANDVS 1. præsens apud Pertusium venditioni Guillelmi Comitis Forcalquerij factæ Guillelmo Abbati Montismaioris de villâ de Grauesons an. 1212. 7. Idus Aprilis, sicuti asseritur in cartophilacio Montismaioris: recensetur & 1216 mense Ianuario in schedâ pro Priore Vallisclusæ: obiit Calendis Decembr. ex necrologio S. Andreæ secus Auenionem. 1216.

19. ROSTAGNVS BELINGERIVS, qui ipse aut. decessor anno C 1248. adfuit Concilio Valentino Innocentius IV. à Concilio Lugdunensi regressus Cathedralem Cabellicensem dicauit in honorem Deiparæ Virginis & sancti Verani: depositionem habet 4. Calend. Iunij ex necrologio S. Andreæ MS. [illegible] RIVS. 1248.

20. GIRAVDVS nominatur in instrumento transactionis anni 1267. 6. Idus Augusti initæ inter Episcopum Auenionensem & Priorem Cartusiæ Bonipassus, pro pedagio fluuij Druentiæ, & aliis iuribus, quæ probata est ab Archiepiscopo Arelatensi & Capitulo Auenionensi, ex archiuis Bonipassus. Hunc Præsulem Cabellicenses tabulæ prætermittunt. 126

21. ANDREAS 1278. 1278.

22. BERTRANDVS IMBERTVS 11. 1284. Maij 5. de licentiâ Capituli, Præpositi, Sacristæ, Præcentoris & aliorum Canonicorum permutauit domum Bonipassus in suâ diœcesi, cùm Hospitalariis sancti Ioannis Baptistæ Cabellicensis, IMBERTVS.

Guillelmo Villareto Priore S. Ægidij, A pro Ecclesiâ S. Verani de Ternis cùm omnibus iuribus, extat documentum
1301. in tabulario Bompassus; præerat adhuc an. 1301.

BLANIIS. 23. PONTIVS-ALGERIVS DE LANEIS II. 1311. corpus S. Verani solemni pompâ transtulit.

1322. 24. GAVFREDVS electus 1322. ex libro Obligationum Vaticani.

25. BERENGARIVS an. 1325.

1332. 26. RAIMONDVS anno 1332. B

CABASSOLE D'or à 4. losanges de gue le en bande, accópagnées de 2 cottices d'azur. 27. PHILIPPVS DE CABASSOLE Cardinalis Sabinensis, & Patriarcha Hierosolymitanus, ortu Cabellicensis, non Auenionensis: adolescens Cathedralis Chorista, mox Canonicus, Archidiaconus, & ex Præposito Episcopatum patriæ adeptus est
1334. an. 1334. 3. Augusti, vt docent acta Consistorialia: præfuit eidem Ecclesiæ annis 13. inde Patriarcha Hierosolymitanus ob insignem eruditionem ac pietatem Cardinalis creatur C ab Vrbano V. tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Sabinensis Episcopus effectus 1368. de cuius promotione scribens Petrarcha lib. 13. epistol. 11. *Non solùm hoc panniculo non superbus*, inquit, *sed nec qualibet Purpurâ, aut coronâ, imò (& funditus te noui) factus humilior nullâ te re aliâ, quàm solis auctum curis sentis.* Et alibi sic fatur: *Huc te sors tua extulit, & summa illius sancti Patris prouidentia, qui te prædecessoribus suis incognitum & libentissimè latitantem Ecclesiæ consulens, non tibi, nisi quòd magnus & pius labor inter tot præsertim impios, præmio non carebit.* Legatus fuit à Pontifice anno D
1343. 1343. ad Ioannam Reginam, vt rerum gerendarum curam haberet. Senis à Ludouico Duratio Comite Auellini Reginæ nomine exceptus, denique ab ipsomet Andreâ Rege, & in Castronouo collocatus, Pater patriæ tandem nuncupari meruit. Nuncius Apostolicus in Germaniam missus anno 1357. pro collectâ ingentis pecuniæ, quæ extructioni munimentorum ciuitatis Auenionensis impenderetur, hanc vrbem etiam administrauit. Sub Gregorio XI. totius Ita-
1371. liæ Legatus electus 1371. ad regendam Vmbriam, Etruriam, Campaniam, Perusiam, Sabinámque ditionem, de quâ sic Petrarcha: *Tuum ad has partes aduentum latè audio, quem & tibi gloriosum, & Italiæ vtilem, & fœlicem spero, talis te innocentiæ & virtutis fama præuenit, & omnium iam animos occupauit.* Is autem eruditorum fautor, coluit in primis familiarem Franciscum Petrarcham virum æuo suo doctissimum, qui libros duos de Vitâ solitariâ ei dicauit, epistolásque complures inscripsit, literis ornatum, ac literatorum patronum vocitans: eleganter autem præfatione libri 1.
B eum compellat: *Misi tandem tibi Pater, expetitum sæpe, promissúmque sed vides, dilatum multis annis opusculum, cùm nempe olim solitarius, & tu ruri in silentio otiosus & tranquillus agerem prope fœlicem vitam, si diuturnior fuisset. Contigit vt duo mihi libelli, totidem continuos per annos in diebus Quadragesimæ, & sacro tempori, & loco illo tuo, & statui meo ex parte conuenientes occurrerent: de solitariâ alter vitâ, alter de otio religioso. Primum tibi inscripsi, illorum tunc locorum Præsuli, quod eisdem ortus in finibus, vnde origo tibi esset, ac*
C *dignitas, nulli alteri tam debitus videretur &c. Ascendisses enim pridem altius, nisi ætati nostræ dissimules, tui tibi mores obstitissent: at deinceps sub hoc optimo extimatore meritorum, nisi spes animum fallit, eueniet, vt nec liuor alienus, nec tua tibi obstet humilitas, & necesse erit, vt ascendas, non pro tui quidem desiderij feruore, quo præter Deum ac virtutem nihil appetis, sed pro Ecclesiæ decore, próque tuo honorifico labore, ac multorum requie.* Et cap. 11. lib. 11. *Eam quoque fortitus es patriam, quam licet Episcopatus tuus Ciuitatis appellatione nobilitet, ea tamen præter vetustatem &*
D *nomen de Ciuitate nihil habet, non luxum, non frequentiam, non tumultum; singula ad eam vitam de quâ loquor aptissima. Cuius ego, si ritè computo, anni circiter quinquaginta ante Domini aduentum, Iulio Cæsare Britanniam oppugnante, in autenticis scriptis inter antiquas iam tunc vrbes memoriam inuenio.* Et paulò post subiungit: *Adest tibi tuus Sorgia rex fontium, ad cuius tibi murmur hæc scribo. Adest liberrimum gratissimúmque perfugium Clausa Vallis (sic enim vocant incolæ) sic vocari voluit natura, quando illam circumdatis collibus abdidit, extra omne iter, omném-*

quæ concursum, videreque ipsi ab incolis A *misit.* Deinde addit sequentia de Verano Patrooo Cabellicensi: *Scis quòd Veranus tuus & Christi Confessor eximius, qui sedem tuam nunc solito duriorem nescio quotus ante te tenuit, quærens locum pacis, hic demum substitit, pulsóque hinc dracone terribili, sanctam ac solitariam vitam his vixit in locis.* Ac paucis interpositis: *Hic equidem habitauit ille dum vixit, priusquàm ad statum curæ Pontificalis inuictum spectata virtus attolleret. Hic velut in terrâ hostili, sed à se perdomitâ, ac pacatâ, ac cultui hominum acquisitâ Christo, cuius* B *auspiciis, signóque vicerat, tropheum erexit titulo Virginis genitricis insigne, Templum exiguum, sed decorum, & validum. Hunc ipse montem peruium fecit, & hanc montanam, prædurámque silicem perforauit, suis, vt aiunt, manibus opus feruoris atque etiį ingentis. Hac ripâ cellam habuit, Christo diues atque hortulo contentus, & flumine. Postremò procul hinc moriens, huc referri atque sepeliri voluit.* Hactenus Petrarcha, qui Cabassolæ scribit lib.2. ep.1. & 2. & l.14 epist. 1. famil. & ep. 95. & 96. Cæterùm reposuit io capsâ argeoteâ B. Veraoi, aliorúmque Sanctorum Ecclesiæ Cabellicensis tutelarium C reliquias aono 1353. 26. Aprilis, quam recondidit in Capellâ S. Martioi eiusdem Ecclesiæ ab eodem Cardinali olim exructâ, vti affirmat autographum Cabelliceosis tabularij. Mortuus est Perusij 1372. corpus ex Italiâ aduectum in æde Cartusiæ Bonipassus, Cauallicensis diœcesis, ad latus maioris altaris tumulatum est sicuti testamenro præscripserat, cuius exemplar Perusij confectum est
1371. 26. Augusti 1372. iodict. 10. eodem legauit præfatæ domui libros MS. & alia quædam oepoti suo Ioanni de Cabassolâ: inter codices autem Cabellicensi Ecclesiæ relictos meminit D MS. voluminis sermooum ab ipso elucubrati, & cuiusdam epistolæ de nugis Curialium, & miseriâ Curiarum: præfati quoque testamenti curatores nominat Cardinales, Albanensem, Tusculanum, Nemausensem, & Pompeloneosem. Erat enim doctus hic Cardinalis, teste Petrarchâ, qui variis locis eius cùm laude memioir. Hacteous archiuum Cartusiæ Bonipassus, vbi tumulo marmoreo requiescit voá cùm Simone Langham Cardinali Anglo, Episcopo Prænestino, Archipræsule Cantuarieosi, qui ædem prædicti cœnobij coostruxir, necnon Martino de Saluâ Cardinali Episcopo Pompelonensi, & Michaele de Saluâ Diacono Cardinali S. Georgij eius nepote. Epitaphium verò Philippi sic habet. *Hic iacet Reuerendissimus in Christo pater dominus* PHILIPPVS DE CABASSOLE, *domini Isnardi militis filius, qui primò fuit Episcopus* CAVALLICENSIS, *deinde Patriarcha Hierosolymitanus, post sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Marcellini & Petri, mox Episcopus Sabinensis, demum Legatus missus à domino Gregorio Papâ* XI. *Auenione sedente in Italiam, ad gubernandas Sanctæ Rom. Eccl. terras. Obiit Perusij 6. Calend. Septemb. anno* 1372. *cuius corpus ad hoc monasterium Cartusiensium* 1372. *Bonipassus delatum, ibidem sepultum fuit curâ domini Ægidij Aycelini de Monteacuto Episcopi Cardinalis Tusculani, & aliorum executorum testamenti eius.*

28. GVILLELMVS DE CABANIS 1. an. 1361. CABANIS.

29. FRANCISCVS DE CARDAILLAC 1366. 3. Octobris in libro Obligationum, ex Ordine Minorum assumptus, posteà Cadurcensis Præsul. CARDAILLAC 1366.

30. HVGO DE MAGIALLA memorarur io regesto Vaticaoo 1387. 11. Februarij, & in tabulis Cabelliceosibus 1390. MAGIALLA

31. PETRVS I. anno 1405. defuoctus pridie Caleod. Augusti ex necrologio monasterij S. Andreæ iuxta Aueniooem. 1405.

32. GVILLELMVS I. Abbas de Sellis Bituricensis diœcesis.

33. NICOLAVS IOANNACIVS Barreosis, electus Episcopus Troiaous in Italiâ 1409. eodémque aooo traoslatus ad Cauallicensem sedem, quam administrabat ao 1416. IOANNACIVS. 1409.

34. GVILLELMVS II. Cubicularius Marrini V. Papæ; nominatur 1421. & 1424.

Carbonius. 1426. 35. Bernardus Carbonius Regiensis anno 1426.

36. Ferrerius Galbertus an. 1432.

De Rupe. 37. Ioannes de Rupe, II. ex Episcopo Bethleemitano huc traductus 5. Idus Septemb. an. 1433. ex iisdem libris Vaticani, sedebat & 1436.

38. Bartholomæus Abbas S. Proculi, 1440.

1439. 39. Petrus Porcherius II. an. 1447.

Caretto. 40. Palamedes de Caretto ex Marchionibus Sauonæ creatur Episcopus à Pontifice an. 1447. 3. Cal. Martij, ex regesto Vaticano. In Concilio Auenionensi 1457. & 1476.

Villanova. D'estat à roc bande d'or chargé de 3 marguerites. 41. Tossanus de Villanova Carmelita cœnobij Molinēsis, Theologus Parisiensis, & Ducis Borbonij à Confessionibus. Ex Prouinciali Narbonensi factus est Episcopus Caualliensis, quam sedem obtinebat ex
1484. carris Ecclesiæ an. 1484 eum Gesnerus in Bibliothecâ docet scripsisse Quadragesimale, maioremque Scripturarum partem commentariis illustrasse. Refert Franciscus-Augustinus ab Ecclesiâ Petrum de Caretto è Marchionibus Sauonæ, dominúsque Millesimi ex Episcopo Albensi in Insubriâ 1462. translatum inde ad Episcopatum Cabellicensem, sed nihil de eo tum apud Vghellum to. 4. Sacræ Italiæ, cùm in cartophilaciis Ecclesiæ Cauallicensis.

Passerus. 1501. 42. Ludovicus Passerus I. Genuensis anno 1501.

43. Bernardinus Gamberia Caialensis an. 1504.

Pallovicini. 44. Ioannes-Baptista Pallavicinus Cardinalis Cauallicensis dictus tituli S. Cypriani, Cardinalis B Praxedis nepos, Abbas S. Michaelis de Clusâ, & S. Antonij in vrbe Genuâ: Cypriani ex vetustissimâ, nobilíque Patriciorum Genuensium prosapiâ filius. Adolescens cùm scientiâ, réque politicâ clareret, an. ætatis 37. nullâ Principum gratiâ sollicitante, soliúsque Leonis x. Pontificis beneficio in sacrum Collegium allectus est an. 1517. 1517.
nec sanè Purpurâ indignus, vt qui patrui Cardinalis Antoniotti specimen luculentum in aulâ Romanâ exhiberet. Patauij Iuris scientiam professus fuerat sub Decio: in viuis autem agente patruo Episcopus Cabellicensis designatus est, quod munus egregiè sustinuit sub Leone, Hadriano, & Clemente VII. pro Apostolicâ Sede functus amplissimis Magistratibus. Concilio Lateranensi interfuit 1512. ædem S. Apollinaris tituli sui nouâ structurâ amplificauit, vti legere est apud Ciaconium: decessit in oppido Fabricâ an. 1524. tu- 1524.
mulatúsque apud basilicam S. Mariæ de Populo, cùm hac inscriptione.

D. O. M.

Ioanni-Baptistæ Pallavicino *Genuensi, sanctæ Rem. Eccl. ad titulum S. Apollinaris Cardinali* Cavallicensi. *Antoniotti Cardin. S. Praxedis ex fratre nepoti, eximiâ Iuris scientiâ, & bonarum literarum cognitione præstanti, per omnes forensium dignitatum gradus ad Cardinalatum euecto, à Leone* x. *Hadriano* vi. *Clemente* vii. *ad summas res adhibito, in medio honorum cursu immaturâ morte prærepto: Ioannes-Baptista vtriúsque Signaturæ Referendarius, & Babilanus Pallauicini fratres patruo magno benè de familiâ merito memoriæ causâ poss.* MDXCVI. *Vixit annos* XLIV. *obiit anno salutis* MDXXIV. *Idibus Augusti.*

45. Marius Maffaeus Volaterranus, sed Maffæiâ nobili gente Romanâ satus, è quâ Purpurati Principes & Episcopi complures prodiêre: Raphaelis cognomento Volaterrani doctissimi viri consanguineus Ex Volaterranæ Ecclesiæ Archipresbytero, sanctíque Petri Romæ Canonico à Leone x. Papâ creatus est Episcopus Aquinas 1516. 5. Nouembris, quem Episcopatum administrauit vsque ad an. 1525. translatus ad Cabellicensem cui præerat an. 1530. 1530.
Abbas & S. Iusti Volaterræ. Is ab acumine ingenij & rerum præstanti scientiâ laudatur à Iacobo Cardinali Sadoleto ep. 11. l. 9. an. 1536. *Paulus,* inquit, *ad nos reuersus tantâ se abs te*

comitate, ac tam lautè ac liberaliter acceptum esse narrat: eósque se lepores in te perspexisse ingenij, urbanitatis, elegantia, ut difficillimum omnium rerum sibi fuisse affirmet, istinc se auellere, & ad nos proficisci, cùm inexplicabili penè glutino admirabilis cuiusdam suauitatis teneretur: fatis concessit Volaterris, vbi habet marmoreum tumulum in Cathedrali Volaterranâ hoc epitaphio: D. O. M. MARIO MAFFEO *Pontifici Cauallicensi, religionis patriaque cultori, admirabili ingenij acumine, omni disciplinarum genere, omnium virtutum magnitudine præstantissimo; qui licet Romæ tot viros ornatissimos collegas longè auctoritate, nec sine laudatorum gratiâ præstiterit, tamen suis haud parem meritis dignitatem est consequutus. Vixit annos* LXXVIII. *menses* X. *obiit* 8. *Ca-*
1537. *lend. Quintiles anno salutis* MDXXXVII. *Paulus Mafeus, & Iulius eius filius Equites B. M. P.* Hactenus Vghellus in Episcopis Aquinatibus.

Ghinucci. 46. HIERONYMUS GHINUCCI, I. Cardinalis Senensis tituli S. Balbinæ, ex Cameræ Apostolicæ Auditore, in Curiâ summis rebus exercitatus, cum Lateranensi Concilio interfuisset, à Papâ Iulio 2. creatus est Asculanus Episcopus & Princeps anno 1512. 15. Octobris, quam Ecclesiam rexit ad annum vsque 1518. eo tempore legatur à Leone X. Nuncius Apostolicus ad Henricum 8. Anglorum Regem, cui cùm esset in primis gratus, ab ipso renunciatur Episcopus Vigorniensis. Romam deinde regressus, Ecclesiasticis negotiis sub Hadriano VI. item adhibitus, tum nominatus Episcopus Melitensis: etiam à Clemente 7. ad Ecclesiasticas res pertractandas aduocatur. Denique sub Paulo 3. Cardinalis electus anno 1535. Tropeiensis, & Cauallicensis Eccle-
1541. siarum Administrator anno 1541. insupérque scribendis diplomatibus Pontificiis præpositus est. Cùm autem summâ prudentiâ polleret, à Paulo Pontifice delegatur vnà cùm collegis Cardinalibus, qui res ad Concilium spectates ordinaret Cùm Cæsarino & Ostiensi Cardinalibus missus ad Carolum V. Imperatorem, & Franciscum Regem pro pace sanciendâ. Romæ tandem decessit anno 1541. die 3. Iulij, in æde S. Clementis tumulatus.

47. PETRUS GHINUCCI, III. Senensis, Hieronymi Cardinalis germanus, post ipsum in sede Cauallicensi suffectus, quam regebat anno 1548. ex tabulis huius Ecclesiæ. Huic 1548. Ghinucci. datus fuit Coadiutor cùm futurâ successione Pandulfus Chigi, filius Sulpitiæ, Pandulfi Petruccij filiæ, ac Sigismundi Chisij nobilis Senensis, fratris aui sanctissimi domini Papæ Alexandri VII. quem cùm præuenisset Dominus in benedictionibus dulcedinis, omniúmque virtutum cumulasset ornamentis, pietate scilicet & prudentiâ, morum candore integerrimo, humanitate summâ erga omnes, rerum diuinarum & humanarum scientiâ iunctâ cùm vsu multiplici negotiorum; his gradibus illum diuina prouidentia ad summum Sacerdotij apicem deduxit, mutatóque nomine Fabij Chisij, Alexander VII. omnium sanè bonorum ingenti lætitiâ proclamatus est anno 1655 die 7. Aprilis. Cæterùm viuente Petro Ghinutio obiit iuuenis Pandulfus Chisius, ideóque non numeratur fortassis inter Episcopos Ecclesiæ Cauallicensis.

48. CHRISTOPHORUS SCOTUS nobilis Placentinus, de cuius gente Sansouinus, præfuit anno 1569. Scoti. 1569.

49. DOMINICUS GRIMALDI Genuensis an. 1583. posteà Archiepiscopus Auenionensis. Grimaldi

50. POMPEIUS ROCHUS Lucensis an. 1586. 1586.

51. IOANNES-FRANCISCUS BORDINI Romanus ex Presbytero Congregationis Oratorij Episcopus 1592. 4. Idus Februarij: dein Archiepiscopus Auenionensis 1596. Bordini.

52. HIERONYMUS CENTELLES, II. Romanus, ex Cubiculario Pontificis Max. Clementis 8 an. 1597. 1597. Centelles

53. OCTAVIUS MANCINUS Romanus an. 1610. hic curauit excudi officium S. Verani Cathedralis Ecclesiæ Episcopi & Patroni, recitandum die 13. Nouembris, quod & & ipse recognouit, præfixâ ad Clerum suum de vitâ & gestis B. Verani epistolâ. Mancini. 1610.

Bourdai-siere. 1626. 54. Fabricivs de la Bovr- A daisiere Romanus an. 1626. Auenionensi Vicelegaro absente, Provicelegatus fuit anno 1634.

Fortia, D'azur à vne tour d'or posée sur vne montagne de sinople 1646. 55. Ludovicvs de Fortia ii. Auenionensis, nominatus à Papâ Innocentio x. consecratur Romæ in æde S. Mariæ Maioris die 23 Septembris anni 1646. à Petro-Ludouico Cardinali Caraffâ, assistentibus Alfonso Sacrati Episcopo Comaclensi, almæ vrbis Vicegerente, & Ranutio Scoti Præsule Burgi S. Donnini: nunc sedet.

B

CENOMANNENSES EPISCOPI.

Le Mans sur la Sarte. TERTIÆ Lugdunensis prouinciæ, pagique Cenomannici caput, vrbs Cenomannorum sub Parlamento Parisiensi, primum à Metropoli suâ Turonensi inter Suffraganeos locum obtinet, vt videre est in omnibus Notitiis Galliarum. Episcopali sede, Præturâ iustitiæ, aliisue tribunalibus claret, & alluitur Sartâ flumine, paulò ante- C quàm in Meduanam influat: nonnullis Vindinium, aut Vindicum appellatur; at regionis populi Cenomanni dicti Gregorio Turon. lib. 5. vrbs autem Cenomannica Roriconi, quæ Aimoino, imperante Carolo Magno inter claras Celticæ Galliæ censetur. In solo fertili & amœno inter Septentrionem & Occasum in colle condita est, sed posteà varias vices tulit, à Normannis, Anglisque excisa sæpiùs & deprædata. Ciuitatis dominationem temporalem tenuerunt Comites, quorum stirpem propagauit Hugo Comes Cenoman- D norum, parens Herberti cognominati Euigilanscanem, & iste Hugonis 2. cuius filia Paula Ioannis de Flexiâ vxor, genuitq; Heliam, qui prædictum Comitatum emit ab Hugone consobrino ex Marchionibus Liguriæ: verùm eo absque masculâ prole decedente, Eremburgis filia & hæres, coniuxque Fulconis Comitis Andium, Cenomanensem prouinciam in stirpem Andegauorum Principum transtulit; vnde prognati Reges Angliæ, Duces Normanniæ, & Cenomannorum dynastæ. Postmodum verò iuniore Arturo, per Ioannem Anglorum Regem patruum suum trucidato, Comitatus ad dominium Coronæ propter immane illud parricidium deuolutum est; mox & Ludouicus 9. Rex illum concessit Carolo fratri Comiti Prouinciæ: tum Ludouicus à Franciâ Rex Hierosolymitanus Caroli 5. germanus eodem etiam potitus est, ex cuius posteris Carolo Cenomannio Comite sine masculâ sobole viuis exempto, ad ius Gallici Imperij reuertitur Ludouico 11. Demum Henricus 3. & Franciscus Dux Andium fratres, dynastiam hanc obtinuêre, quibus extinctis, iuri Coronæ Francicæ adnexa fuit. Cæterùm in hac ciuitate virorum ac monialium cœnobia sunt diuersi ordinis, parochiales Ecclesiæ septem, præter Cathedralem magnifico opere extructam, primò quidem B. Mariæ, inde S. Geruasio, tandem D. Iuliano consecratam anno 1201. tralato in eam ipsius corpore. Ibi sacris ministrant Decanus post Pontificalem supremâ totius Capituli dignitate insignis, item Cantor, Scholasticus, maior Archidiaconus, quinque Archidiaconi, nempe de Sablolio, Castrolido, Lavalle, Passaio, & Monfortio: sub 24. Decanatibus complures numerantur parochiæ, & in diœcesi sequentes Abbatiæ:

S. Vincentii O B.
S. Vincent lez Mans.

Cvltvræ O B.
la Couture au Mans.

Prati *fœm. le Pré* O B.

Ebronii *Evron* O B.

Pelliciæ *la Pelice* O B.

Lonlaii *Lonlay* O B.

S. Carilefi *S. Calés* O B.

Vadialneti O B.
Gué de Launay.

Estivalii *Estival fœm.* O B.

Belliloci *Beaulieu* O A.

A S. Georgii in nemore O A. *S. Georges des Bois.*

Vadacii *Vas* O A.

Pertrinæ *la Perrigne fæm.* O A.

Persenniæ *Perseigne* O C.

Clarimontis *Clairmont* O C.

Bellæbrancæ O C. *Bellebranche.*

Campaniæ *Champagne* O C.

Fons-Danielis O C. *Fontaine-Daniel.*

Spalli *l'Espau* O C.

Tironelli *Tironeau* O C.

Boniloci *fæm. Bonlieu* O C.

Virginitatis *fæm.* O C. *la Virginité.*

Nouissimè autem de Episcopis Cenomannensibus, rebúsque memoralibus prouinciæ volumen Gallicè emisit in lucem eruditus vir Antonius Coruæserius Rerum Criminalium apud Cenomannos Quæstor, ex quo, aliisue auctoribus, monumentisque C MS. hanc nostram Præsulum seriem digestam sic publicamus.

1. S. Ivlianvs primus Episcopus in omnibus diptychis collocatur, apud Leraldum monachum vitæ Iuliani Scriptorem, tum in MS. libris, qui in scrinio Ecclesiæ asseruantur, vnum Legendam Auream Episcoporum vocitant, alterum verò Regestum Pontificale. Sed cùm hi codices vetustatis notâ carere videantur, de afferendâ ex veris testimoniis Iuliani sedis epochâ, vel illius missione opinio multiplex, nec leuis inter nuperos Scriptores contrD trouersia hâc ætate profertur. Quidam enim eum à Petro missum, alij à Clemente, vel Sixto, aut Fabiano prædicant: ex his Coruæserius in Historiâ Cenomannensium Antistitum, cùm Letaldo Iulianum Gratiani Turonensis socium scripsit, qui sub annum 250. Turones lumine Euangelij collustrauit: & Ioannes Bondonetus Monachus S. Benedicti, Iuliani annum primum testatur esse Christi 96. Ioannes de Launoy Pontificatus illius epocham longè posteriorem esse tradit, ac circiter tempus Lidorij statuendam censet, qui Turonensi plebi ius diuinum dixit anno 338. porrò momentum illud historicum pleniùs discutit in libello dissertationis de primi Cenomannorum Præsulis epochâ, quâ quid verisimiliter statui possit, ostenditur.

2. S. Thvribivs.

3. S. Pavativs.

B 4. S. Liborivs obiit 5. Id. Iunij, qui falsò in aliquibus catalogis dicitur exequias S. Martini procurasse, cùm B. Liborij funus exegerit Martinus ipse, vt patet ex actis apud Surium tom. 7. Eius corpus è suburbanâ Sanctorum Apostolorum basilicâ in Germaniam transfertur, Aldrico Episcopo illud concedente Radbodo Paderbornensi.

5. S. Victor.

6. S. Victorivs, vel Victvrivs interfuit Concilio Andegauensi anno 453. pro ordinatione Talasij Præsulis Andegauorum, & Turonensi 1. 461. de quo Greg. Turon. cap. 56. lib. de Gloriâ Confessorum refert signo crucis vrbem suam ab incendio liberasse: Victorivs *Cenomannorum Episcopus*, inquit, *magnis se virtutibus sæpiùs declarauit. Nam ferunt quadam vice, dum ciuitas ipsa cremaretur incendio, & validis globis flammæ huc illúcque impellente vento propellerentur, hic quasi pastor bonus non perferens Ecclesiasticas caulas ab insidiis Satanæ deuastari, obuiam se turbini obtulit, eleuatáque manu, facto signo crucis è contrà, illico omne cessauit incendium, liberatáque ciuitas gratias Pastori retulit, eò quòd non permiserit res suas ab imminenti igne vastari, & ad eius sepulchrum sæpiùs infirmi sanantur.* Obiit Cal. Septemb. 453.

7. S. Principivs subscripsit Synodo 1. Aurelianensi an. 511. 511.

8 S. Innocentivs Pratum Abbatiam fœminarum iuxta vrbem construxit. Interest Concilio Aurelianensi 4. an. 541. 541.

9. S. DOMNOLVS ex Præfecto A
gregis monaſterialis ad S. Laurentij
baſilicam Pariſiis : de cuius promo-
tione Greg. Turon. Hiſtor. lib. 6. c. 9.
fatur his verbis : *Domnolus Cenoman-
norum Epiſcopus ægrotare cœpit : tem-
pore enim Clotharij Regis apud Pari-
ſios ad baſilicam S. Laurentij gregi mo-
naſteriali præfuerat : ſed quoniam Chil-
deberto iuniore viuente ſemper Clotha-
rio Regi fidelis extitit, & nuncios il-
lius ad ſpeculandum miſſos, crebriùs oc-
culebat, præſtolabatur Rex locum in
quo Pontificatus honorem acciperet. Mi-
grante autem Auennienſis ciuitatis Pon-
tifice, iſtum illuc dare deliberauerat.* B
*Sed beatus Domnolus hæc audiens, ad
baſilicam ſancti Martini Antiſtitis, quò
tunc Clotharius Rex ad orationem ve-
nerat, acceſſit, & nocte totâ in vigi-
liis excubans, per priores qui aderant
Regi ſuggeſtionem intulit, vt non quaſi
captiuus ab eius elongaretur aſpectu, nec
permitteret ſimplicitatem illius inter Se-
natores ſophiſticos, ac iudices philoſo-
phicos fatigari, adſerens hunc locum hu-
militatis ſibi eſſe potiùs, quàm honoris.
Ad hæc Rex annuens, migrante Inno-
centio Cenomannorum Epiſcopo, ipſum
Eccleſiæ illi Antiſtitem deſtinauit. Iam
adſumpto Epiſcopatu, talem ſe tantùm-* C
*que præbuit, vt in ſummæ ſanctitatis
culmen euectus, debili vſum greſſuum,
cæco reſtitueret viſum.* Interfuit Con-
567. cilio Turonenſi 2. an. 567. einſdem
Synodi epiſtolæ Præſulum prouin-
ciæ Turonicæ ad plebem ſubſcriptus
eſt, & in exemplari decreti Epiſco-
rum ad B. Radegundis epiſtolam
quæ habetur apud Greg. Turonenſ.
Sepultus in Abbatiâ S. Vincentij
quam ædificauit : feſtus dies eius aſ-
ſignatur in Martyrologio 16. Maij :
de quo Surius & Baronius tomo
7. Annal.

10. BADEGISILVS Maior do- D
mus Clotharij Regis, ad Epiſcopa-
tum aſſumptus eſt poſt Domnolum:
de eo verba faciens Gregorius cap.
9. lib. 6. ait : *Domnolus poſt 22. Epiſco-
patus annos, dum ſe cerneret morbo re-
gio, calculoque grauiſſimè fatigari, Theo-
dulfum Abbatem in locum ſuum præ-
elegit, cuius adſenſui Rex præbuit vo-
luntatem : ſed non multum poſt tempus,
mutatâ ſententiâ, in Badechiſilum do-
mus regiæ Maiorem transfertur electio.
Qui tonſuratus, gradus quos Clerici
ſortiuntur, aſcendens, poſt quadraginta
dies migrante ſacerdote ſucceſſit.* Anno
autem 581. Cathedram Cenoman- 581.
nenſem regebat, præſens & Synodo
Matiſconenſi 2. anno 585. abſoluit
Eccleſiam Beati Vincentij ex teſta-
mento Hadoindi. Cæterùm mors
eius incidit in vndecimum Childe-
berti Regis Auſtraſiæ, verba ſunt 586.
Gregor. lib. 8. cap. 39. *Eo anno mul-
ti Epiſcoporum obierunt. Badegiſilus
verò Cenomannorum Epiſcopus, vir val-
de ſæuus in populo, auferens ſiue diri-
piens iniuſtè res diuerſorum : ad cuius
animum acerbum atque immitem con-
iux acceſſerat ſæuior, quæ illum in com-
mittendis ſceleribus, nequitiis, conſilij
ſtimulis perurgebat. Nec præteribat dies
aut momentum vllum, in quo non aut
in ſpoliis ciuium, aut in diuerſis alter-
cationibus graſſaretur. Quotidie autem
cùm iudicibus cauſas diſcutere, militias
ſæculares exercere, ſæuire in alios, alios
cædibus agere non ceſſabat, manibus
etiam propriis verberare progrediebatur
multos, ac dicere ; Num ideò quia cle-
ricus factus ſum, vltor iniuriarum mea- "
rum non ero ? Sed quid dicam de cæte- "
ris, cùm nec ipſis quoque germanis par- "
ceret, ſed ipſos magis expoliaret. Cùm
quo nunquam iuſtitiam de rebus pa-
ternis, maternisue adſequi potuerunt.
Quinto autem anno Epiſcopatus ſui ex-
pleto, cùm iam ſextum ingrediens, epu-
lum ciuibus cùm immensâ lætitiâ præ-
paraſſet, à febre correptus, annum quem
cœperat protinus morte imminente fini-
uit.* Cæterùm Cuppa Chilperici Re-
gis quondam Comes Stabuli, fi-
liam huius Badegiſili ex Magna-
trude matre ſuſceptam, in matri-
monium aſſumere voluit, vt obſer-
uatur apud eundem Gregor. lib. 10.
cap. 5.

11. BERTCHRAMNVS ex Pa-
riſienſis Eccleſiæ Archidiacono ſuc-
ceſſit Badegiſilo : hinc Gregorius
ſubdit hæc verba cap. citato lib. 8.
*In cuius locum Bertchramnus Pariſiacus
Archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui mul-
tas altercationes cùm relictâ illius defun-
cti habuiſſe probatur, eò quòd res quæ
tempore Badegiſili Epiſcopi Eccleſiæ
data fuerant, tanquam proprias retine-
bat, dicens : militia hæc fuit viri mei.*
de eodem fit mentio in reſcripto
Epiſcoporum pro causâ monialium
Pictauenſium S. Crucis ſub an. 589. 589.

& lib. 3. de Miracul. Sancti Martini A cap. 35. Gregor. noster hæc profert: *imitatus Badegisilus Cenomannorum Episcopus ad quemdam locum diœcesis suæ, venit ad basilicam beati viri, & nomine & reliquiis consecrandam. Vbi autem celebrat solemnia, inuocantes sancti Martini nomen, duo paralytici gressum, cæcusque vnus visum recepit.* Mortuus est pridie Calendas Iulij.

12. CHADOINDVS, vel HADOINDVS, fundator Abbatiæ Ebronij in honorem B. Mariæ, adfuit B
630. Concilio Remensi an. 630. & Cabilonensi per Chagnoaldum Abbatem anno 650. Eius testamenti formula extat apud Baroabam Brissonium lib. 7. Formularum, & in regesto Pontificalis Cenomannensis, datum anno 5. Clodouei 2. Regis, id est Christi 648. decessit 14 Calendas Septembris.

13. S. BERARIVS iacet Cenomannis in æde S. Martini.

14. AIGLIBERTVS in vitâ S. Ricomiri, de quo præceptum Childerici Regis ad Didonem Episco C pum Pictauiensem Cal. Martij an. 7. regni: memoratur & in tabulis S. Vincentij Cenomannensis.

15. HERLEMONDVS I. in diplomatibus Dagoberti, Childeberti, & Theodorici Regum, tumulatus fertur in Abbatiâ D. Vincentij, cum obiisset 9. Cal. Nouemb.

16. GAVSILENVS, de quo Chronicum Pontificum Cenomanensium hæc enarrat: mortuo Herlemundo, Rotgarius Cenomannensis Comes & filius eius Karinius Episcopatum occuparunt: populo E- D piscopum postulante Goslenum Clericum indoctum, ab Rotomagensi Episcopo ordinari fecerunt. Post aliquot annos Pipinus audiens Gauzilenum non legitimè ordinatum, Herlemundum sacerdotem suum Episcopum misit ad vrbem Cenomannensem, quem Rotgarius suscepit, & rexit annis 9. sed à Gauzileno per fraudem cæcatus oculis, recepit se ad fratrem suum Abbatem cœnobij quod Duosgemellos vocant, in pago Baiocassino, ibique deuotissimè vixit. Pipinus euocato Parisios Gauzileno, oculos erui iussit, & Chorepiscopum ei Seufredum dedit.

17. HERLEMONDVS II.

18. HODIGVS ex Sacerdote Palatij Regij, Caroli iussu ordinatur Episcopus: iste omnia bona abalienata in diœcesi reperit, quæ iniustè peruaserat Abraham Vicedominus Cenomannensis; cùm duobus annis Odigus præfuisset, sicuti eum vocant quædam cartophilacia, obiit 15. Calend. Aprilis.

19. MEROLVS ex Sacerdote monasterij de Autione, qui sedisse dicitur annis 30.

20. IOSEPH ex Archipresbytero Ecclesiæ electus, rexit annis 9.

21. FRANCO I. Senior, nominatur cùm Iosepho Metropolitano in diplomate Caroli Magni 9. Cal. Maij imperij 2. regni 34. de quo præceptum eiusdem Caroli datum 16. Calend. Ianuarij regni 29. per Erkembaldum Cancellarium in Palatio Aquisgranensi recogoitum: item io altero Ludouici Imperatoris anno 1. 8. Calend. Septembris; decessit 3. Calend Febru. & sepultus in æde S. Vincentij.

22. FRANCO II. Iunior, prioris nepos, à Landranno Archiepiscopo inauguratus Turonis io Cathedrali die 28. Iulij: nouam S. Carilefi basilicam cultui sacro dicauit, ac tandem mortuus est in villâ Culturas 8. Idus Nouembr. postquam sedisset 16. annis, mensibus 5. & totidem diebus: iacet ad pedes decessoris.

23. S. ALDRICVS ex Primicerio Metensi, à Landranno Archiepiscopo item consecratus, post quatuor mensium vacationem in ipsâ matre Ecclesiâ, satagente Ludouico Pio, annuente Clero, populo, ac Comite vrbis Morigone 11. Calend. Ianuarias anno 832. Legatur Synodi 832. Aquisgranensis nomine ad Pipinum Aquitaniæ Regem cùm Erchanrado Paris. Præsule 836. superiore an. Gregor. Papa 4. ad Episcopos per Gallias

ſcribit, de eodem Antiſtite non alibi A
quàm apud Sedem Apoſtolicam ac-
cuſando. Synodo Pariſienſi intereſt
an. 846. is clauſtrum Eccleſiæ con-
ſtruxit, corpus S. Liborij Paderbu-
nenſibus conceſſit, & pro ſuâ Eccleſiâ
ab eodem Ludouico libertatum im-
munitatem obtinuit; Synodus autem
853. Sueſſionenſis 2. an. 853. Canone 4.
hanc de eo ordinationem fecit his
verbis. *Præterea Cenomannicæ vrbis
Aldricus Epiſcopus paralyſi diſſolutus
epiſtolam direxit, cauſam ſuæ abſentiæ
inſinuans, petènſque, vt maximè ſibi ad-
huc viuenti, & quandocunque defuncto,
ſacris precibus opitularentur. Quod exu-* B
*berantes caritate ſe facturos omnes pro-
miſerunt, & Metropolitano illius, Tu-
ronicæ vrbis venerabili Epiſcopo Amalri-
co, vt ad eandem vrbem accederet, in-
iunxerunt; & quæcunque eſſent eidem
Eccleſiæ proficua, vt ſtrenuè exequeretur,
vnanimiter præceperunt.* Alius eſt ab
Aldrico Archiepiſcopo Senonenſi
ipſi coæuo; mortuus 7. Ianuarij,
conditur in æde Sancti Vincentij à
ſe inſtauratâ, ſecus Franconem Epiſ-
copos.

14. ROBERTVS I. in Concilio C
859. apud Saponarias anno 859. per He-
rardum Turonenſem Archipræſu-
lem ad Vuenilonem Senonenſem
deſtinatus, ſicuti declarat commo-
nitorium Herardi: *Quoniam præfatæ
Synodi inſtitutis pro voto parere non poſ-
ſe, nunc noſtram conſtat inertiam, fra-
trem & conſacerdotem noſtrum, noſtræ
Sedi officij honore adiunctum, Rotbertum
Cenomannorum Epiſcopum, noſtrâ vice
ſuperiniunctâ nobis legatione fraterno mo-
re remandauimus, pariter & poſtula-
uimus ad vos pergere; qui omnia nobis
à ſanctâ ſuprascriptâ Synodo reuerenter
iniuncta, intrepidè iuxta diuinitùs ſibi* D
*collatam induſtriam ad vos exequi pro-
curabit: Et hoc ipſum apud memoratam
obtinui Synodum, vt ſi quolibet, vt ſe
humana fragilitas habet, langore, ſicut
& accidit, detinerer, eundem noſtrâ vi-
ce, acceptâ ab eadem Synodo auctorita-
te omnium & iuſſione vobis dirigerem.*
Adfuit Sueſſionenſi 3. 866. & gra-
ues habuit controuerſias cùm mo-
nachis S. Carileſi, de quibus epiſto-
læ Nicolai Papæ mentionem faciunt
863. ad an. 863. pro eius cauſâ diſcutiendâ,
& obedientiâ quàm ſuo Epiſcopo de-
trectabant exhibere, de quibus tom. 3.

Conciliorum: ſic autem memorant
Annales Francorum Bertiniani: Ca- «
rolus Caluus 8. Cal. Nouembris Sy- «
nodum in Vermeriâ Palatio habuit, «
ibique Abbatiam S. Carileſi ſuper «
Robertum Epiſcopum Cenomannicæ «
vrbis, qui eam per Apoſtolicam com- «
mendationem iuri ſui Epiſcopatus «
mancipatam tenere volebat, legali- «
ter euindicauit. Interim ægrotans «
febrium morbo, ad Epiſcopos qui
Carolum Principem in obſidione
Andegauenſi contra Normannos co-
mitabantur an. 872. formulam con- 872.
feſſionis direxit, quâ petit humiliter
ab eis de reatibus & ſceleribus ab-
ſolui, inſtante die reſolutionis ſuæ:
Nunc, inquit, *vltimum vocationis meæ
diem ingemiſcens expaueſco: quia quæ
malè carni conſentiens perpetraui, dignâ
vltione puniri pertimeſco: & niſi Dei
clementiâ tolerarer, meritò me iam pro
meis ſceleribus vltrix vindicta vlciſcere-
tur. Idcircò feſſis artubus, diſſolutiſque
corporis baſibus, omni viſcerum meorum
valentiâ amiſſâ, pietatis veſtræ miſeri-
cordiam ſingultu interpoſito implorare
non ceſſo; quatenus poteſtate cœlitùs vo-
bis conlatâ, vincula meorum piaculorum
enodetis, & precum veſtrarum ſtudiis
commiſſa mea pietis, vt cùm reprobis non
ducar ad tartara, quin potiùs veſtro in-
teruentu cœleſtia merear ſublimari ad
gaudia.* Epiſcopi abſolutionis gratiam
ibidem conceſſère: at illum ſuperui-
xiſſe ad an. vſque 878. indicat epiſto- 878.
la 121. Ioannis 8. Papæ.

25. LAMBERTVS in codice
Thuano Robertum ſequitur, omiſ-
ſus ab aliis, de quo Chronicon Pon-
tificum.

26. GVNTHERIVS annis 23. aliis
17. Epiſcopatum rexit.

27. HVBERTVS annis 27. men-
ſibus 10. diebus 12. mortalitati debi-
tum perſoluit die 4. Idus menſis Se-
ptembris.

28. MAINOLDVS, vel MAI-
NARDVS memoratur in actis re-
uerſionis corporis S. Martini aucto-
re Heberno: præfuit annis 20. men-
ſibus 5. diebus 6.

29. SIGENFRIDVS DE BEL- BELLESME
LESME Iuonis de Belliſmo Comi-

tis primi Alenconienſis germanus,qui A communicauerit Auesgaudus Epiſcopus. Ad hunc Præſulem vitam S. Iuliani progenie nobilis in MS. Pontificum dicitur, ſed vitâ vituperio dignâ; dignitatem Epiſcopalem promeritus patrocinio Fulconis Comitis Andiũ, cui complures poſſeſſiones eo nomine largitus eſt, nempe Diſiacum vltra Ledum fluuium: cùm Hugone Cenomannorum Comite grauiter diſceptauit, à quo eiectus ſede Pontificiâ, dein pace compoſitâ, Epiſcopatus regimen obtinuit. Lethali morbo correptus in Abbatiâ Culturæ religionis habitum induit, quò ſepultus poſt adminiſtratam diœceſim an. 33. menſe 1. diebus 4. aliis menſibus 10. B diebus 16.

BELLESME 30. AVESGAVDVS DE BELLESME ſuperioris nepos, & toparcha Feritaris Bernardi, filius erat Iuonis Belliſmenſis Comitis & Aleoçonij, ex Godehilde, Guillelmi 1 Comitum Belliſmi propagatoris frater, de quo plura in chronico Pontificum. Cùm Herberto Comite Cenomannenſi bellum mouit, quem vnà cùm vniuerſo Epiſcopatu Eccleſiaſtico mulctauit interdicto: at initâ concordiâ cùm ipſo, Cenomannum regreſſus, C Palatium Epiſcopale ac xenodochium pauperum ædificauit, quaſdam parochias & Eccleſias à Capitulo emit, & nonnulla S. Vincentio Cenomannenſi legauit beneficia. Verùm recrudeſcente bello inter Comitem & Aueſgaudum, Fulbertus Carnotenſis totius diſſidij arbiter fuit, ſic autem conqueritur epiſtolâ ad Ebalum Archiepiſcopum nomine huius Præſulis: *fiducialiter à vobis auxilium petimus in neceſſitatibus noſtris, ac nunc quidem ſingulariter in præcurſorem Antichriſti Herbertum Comitem Cenomannis, qui ſedem Epiſcopalem eiuſ* D *dem ciuitatis euertere nititur: Epiſcopum enim prædictum videlicet Aueſgaudum in eâ cùm pace manere non ſinit: domos eius, & terras, & fruges, & omnia victualia, inſuper & præbendas canonicas Eccleſiæ peruaſit. Hac itaque vos ad vinum ſentire volumus, niſique indiſſimulato propellere. Et vt facilem modum habeat petitio noſtra, precamur vos illi commonitorium ſcribere, vt iam dicto Epiſcopo ſua reddat, & eum in pace viuere ſinat. Alioquin pro certo nouerit ſe à vobis & Suffraganeis veſtris excommunicaturum iri, ex illo die quo illum ex-*

Lethaldus monachus ſcripſit; quem vetuſta Chronica Epiſcoporum aiunt caſtitate commendabilem, & iacere Virduni in Cathedrali B. Mariæ, illic mortuum redeundo ab Hieruſalem 6. Cal. Nouemb. cum ſediſſet annis 41. menſe 1. diebus 20. Vacauit ſedes Pontificia diebus 50.

CHASTEAV DV LOIR 31. GERVASIVS DE CHASTEAV DV LOIR Haimonis dynaſtæ de Caſtro Lidi viri potentiſſimi, quem alij Amelinum vocant, ex Hildeburgâ Belliſmenſi, ſorore Aueſgaudi natus; poſt duos annos à promotione turbatur à tutore Hugonis puereuli, filij Herberti Cenomanorum Comitis: de illo Hiſtoria Perticenſis lib. 2. ex cartulariis Eccleſiæ Cenomannenſis, & geſtis Pontificum multa habet: vbi laudatur vir nulli in " regno ſapientiâ & honeſtate ſecun- " dus. Monaſterio S. Vincentij contu- " lit Præbendam integram, pro eo quod ibidem habetur ſepultura Epiſcopalis & Canonicalis è libro fundationum illius cœnobij: poſt regimen annorum viginti fit Archiepiſcopus Remenſis an. 1057. 1057.

32. VVLGRINVS ex Abbate Sanctorum Sergij & Bacchi Andegauenſis, Geruaſij locum excepit eodem tempore: Vindocinenſis caſtri indigena, ex militiâ ſæculari ad monaſticam tranſiit ſub ſignis Alberti Abbatis Maiori ſmonaſterij, vbi Prior Monachorum adlectus, à Gaufrido Comite Andium in Abbatem S. Sergij dein præficitur, quod cœnobium de nouo reparauit, latifundiis, Eccleſiis, ſacrâque ſupellectili locupletauit, 60. monachis ibidem coadunatis. Epiſcopus effectus fundamenta maioris Eccleſiæ ampliora inchoauit, ſed fato raptus abſoluere nequiuit: Sedem rexit annis 9. menſib. 9. diebus 11. iacet in Capitulo S. Vincentij.

33. ARNALDVS ex Magiſtro Scholarum Eccleſiæ Cenomannenſis Epiſcopis Geruaſio & Vulgrino ſucceſſit: è pago Abrincenſi oriundus, cuius electioni complures refragati ſunt, quod eſſet parente Sacerdote prognatus: verùm Alexander Pont. Max. in eius gratiam reſcripſit, eique

epiſtolam dirigit Greg. 7. lib 7. epiſt.
1079. 22. an. 1079. Conſecratus autem, fa-
» bricam nouæ Eccleſiæ, inquit Chro-
» nicon de Geſtis Pont. à Vulgrino in-
» choatam, fundamentorum mobilitate
» corruptam, innumerâ crepidine cœ-
» pit mirabiliter immutare, totam enim
» Epiſcopus operis fabricam ab imis
» fundamentis deſtruxit, & firmiori
» lapide conſtruxit. Romam profectus,
» dum per terram Athonis Marchionis
» reuerteretur, ab eo captus fuit, ſed
» pœnitentiâ motus, quòd tantæ ho-
» neſtatis virum iniuſtè contriſtaſſet,
» poſt ſeptem menſes multis muneri-
» bus honoratum cum magnâ venera-
» rione remiſit. Anno ætatis 70. 3. Cal.
Decemb. moritur, ac ſepulturæ illa-
tus in Monaſterio S. Vincentij in ora-
torio monachorum.

34. Hoelus natione Brito,
Clericus Capellæ Guillelmi Regis
Angliæ, vir inter Epiſcopos regni
nominatiſſimus, poſt exceſſum Arnal-
di, Samſone Baiocenſi Capellano
Regio Epiſcopale onus detrectante,
eius miniſterio Guillelmus infulas
Sedis Cenomannicæ contulit Hoelo,
quod notatur verbis iſtis Orderici
Vitalis lib. 4. Hiſt. *Rex dixit, fixam*
in te ſtatui ſententiam, nec à te ſtatutum
conuellam, quin Epiſcopatum ſuſcipias,
aut alium qui pro te Præſul fiat porri-
gas. His auditis gauiſus Sanſon ait: Nunc
domine mi Rex optimè loquutus es, & ad
hoc agendum adminiculante Deo me
promptum inuenies. Ecce in Capellâ tuâ
eſt quidam pauper Clericus, ſed nobilis
& benè morigeratus. Huic Præſulatum
commenda in Dei timore, quia dignus
eſt, vt æſtimo, tali honore. Regi autem
percunctanti quis eſſet, Sanſon reſpondit:
Hoelus dicitur, & eſt genere Brito: ſed
humilis eſt, & reuerà bonus homo. Mox
iubente Rege Hoelus accerſitur, ignarus
adhuc ad quid vocaretur. Cùmque Rex
iuuenem in humili habitu macilentum vi-
diſſet, deſpexit; & conuerſus ad Sanſo-
nem dixit: Iſte ne eſt, quem tu tantope-
rè præfers? Sanſon reſpondit: Etiam do-
mine. Hunc ſine dubio fideliter offero,
hunc mihi, meique ſimilibus iure præpo-
no. Mitis eſt & benignus, vnde magis
Præſulatu dignus. Pro macie corporis
non ſit contemptibilis. Habitus humilis
gratiorem eum aſſignat ſapientibus. Ad
exteriora tantùm non reſpicit Deus, ſed
intuetur ea quæ latent intrinſecus. Rex
A *igitur prudens, ſapientis verba intentè*
percepit, & ſagaciter examinare cœpit.
Diffuſas autem cogitationes ſuas in ſe
reuerſus rationis ligamine paulatim re-
ſtrinxit, nominatùmque Clericum ſtatim
ad ſe accerſiit, eique curam & ſeculare
ius Cenomannenſis Epiſcopatus commiſit.
Decretum Regis Clero inſinuatum eſt, &
præfati Clerici bonæ vitæ teſtimonium ab
his qui nouerunt, ventilatum eſt. Pro
tam purâ & ſimplici electione deuota
laus à fidelibus Deo reddita eſt, & ele-
ctus Paſtor ad caulas ouium ſuarum ab
Epiſcopis & reliquis fidelibus, quibus hoc
à Rege iuſſum fuerat, honorificè perdu-
B *ctus eſt. At ille non minus obſtupuit in*
tam ſubitâ promotione ad Præſulatum,
quàm Dauid reprobatis à Samuele pri-
mogenitis fratribus in prouectione ad re-
gnum. Sic Hoelus Cenomannenſium Præ-
ſul factus eſt, & Pontificali ſtemate per
XV. *annos ſanctè perfunctus eſt. Epiſco-*
palem baſilicam, in quâ corpus S. Iuliani
Confeſſoris, primi Cenomannorum Præ-
ſulis requieſcit, & alia bona opera Ec-
cleſiæ Dei neceſſaria condere cœpit, &
pro temporis opportunitate quæ cœpta
erant, perficere ſtuduit. Iſte ſub Arnal-
C do Pontifice adhuc adoleſcens, ſacris
literis operam nauauit, omniſque mo-
rum honeſtate & eruditione con[illegible]-
cuus, in ſedem pontificiam ſuffectus
propter diſſidium Vuillelmi Angliæ
Regis cùm Fulcone Comite Andium
pro Comitatus Cenomannenſis do-
minio, Radulfus Turonorum Metro-
politanus, cui intimus erat, eum or-
dinare non valuit. Sacram ergo vn-
ctionem Rotomagi à Vuillelmo Ar-
chipræſule excepit 11. Calend. Maij
1085. tum fame graſſante in egenos 1085.
munificus paſtor, tabulam ex auro,
argentóque, de altari Sanctorum
D Geruaſij & Prothaſij totius Cleri,
plebiſque conſilio pauperibus eroga-
uit. Nec abſre erit obſeruare quæ
habet codex MS. Pontificum: Epiſco- «
pus tam prudenter & religiosè gu- «
bernabat, vt anteceſſoris famam fa- «
ctis inſignibus obumbraret, frequen- «
tiſſimâ ſemper ſed honeſtâ Clerico- «
rum & laicorum familiâ comitatus: «
fabricam nouæ Eccleſiæ in quâ an- «
teceſſores multo tempore laboraue- «
rant, aggreſſus eſt conſummare. Hic «
propter probitatem Radulfo Turo- «
nenſi Archiepiſcopo viro illuſtriſſi- «
mo tantâ erat familiaritate coniun- «
ctus, vt in omnibus Eccleſiaſticis »

» negotiis illius consilio vteretur : at-
» que in suis persecutionibus illum ad-
» iutorem & comitem irremotum ha-
» bet, cùm cæteri Suffraganei propter
» metum secularium potestatum nul-
» lum solatium exhibere præsumerent.
» Post mortem Archiepiscopi, Hoelus
» cùm Ecclesiam cerneret non medio-
» criter desolatam, & Clericos per lo-
» ca persecutionis dispersos vbique
» necessarium erat, illis succurrebat, dũ
» pro his Ecclesiasticis vtilitatibus Tu-
» ronis moraretur, omnia Ecclesiastica
» negotia in eius audientiâ tractaban-
« tur, totiúsque cura Ecclesiæ illius
» imperio disponebatur, eique per om-
» nia tamquam Archiepiscopo debitam
» reuerentiam exhibentes. Eo tempore
» in Ecclesiâ istâ Synodum tenuit, &
» Archiepiscopi vices secundùm anti-
» quum Ecclesiæ Præsulem, post Tu-
» ronensem Archiepiscopum totius Tu-
» ronensis diœcesis obtinere meruit,
» nullúmque in Turonensi Ecclesiâ,
» nisi per manum Cenomannensis E-
» piscopi Antistitem posse ritè sacrari.

Deinde subdit memoratus codex:
» Mortuo Vuillelmo Rege Anglorum
» Comitatum cepit Elias adolescens,
» & cùm putaret Hoellum ei contra-
» [illegible]m qui in fidelitate Roberti perdu-
» rabat, peruerso consilio eum capit,
» & apud castrum patrimonij sui Fixam
» in custodiâ posuit & Clericos suos
» ab eius familiaritate remouit, rusti-
» cúmque Presbyterum eius seruitio
» deputauit. Hoellus tantâ constantiâ
» Pontificalem dignitatem seruauit, vt
» terroribus, nec blanditiis terreretur.

Sed memorabile est dictu quod scri-
1090. bit Ordericus lib. 8. sub annum 1090. detento scilicet in carcere Hoelo ab Eliâ de Flexiâ è genere Comitum Cenomanni, basilicarum portas ad doloris indicium spinis fuisse obduratas: *Venerabilis*, inquit, *Hoellus Antistes, qui dono Guillelmi Regis Præsulatum habuit, ipsi, filiisque eius sem-* D *per fidelis extitit, & inquantum potuit, truculentam recalcitrationem dissuasit: pertinaces verò interdixit, Pontificali iure anathematizauit, & à liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ sequestrauit. Quapropter rebellionis incentores contra eum nimis irati sunt, & iniuriis eum afficere terribiliter comminati sunt. Intereà dum per diœcesim suam cùm Clericis suis equitaret, & Episcopali more officium suum sollerter exerceret, Helias de Flechiâ* A *eum comprehendit, & in carcere donec Hugo in vrbe Cenomannicâ susceptus fuisset, vinctum Præsulem tenuit. Porrò Ecclesiæ dicti Pontificis suæ afflictioni condoluit, Dominique sanctas imagines cùm crucibus, & sanctarum scrinia reliquiarum ad terram deposuit, & portas basilicarum spinis obturauit, & à clangore signorum, celebrique cantu, solitisque solemniis, vt vidua moerens cessauit, lachrymisque vacauit.* Elias post hæc pœnitentiâ motus, ante pedes Episcopi prostratus veniam exorat, ac pace compositâ ad sedem Pontificiam postliminio reuertitur, testis B Anonymus Scriptor Chronici prælibati Pontificum: *Vigiliâ Apostolorum ad suam sedem ascendentis innumerabilis multitudo 3. vel 4. ab vrbe milliario in voce exultationis occurrens, deduxerunt eum ad monasterium S. Petri de Culturâ, ibique à monachis pompâ & veneratione receptus, Apostolorum Natalitia celebrauit: peractâ solemnitate, Clerici matris Ecclesiæ ab eo excommunicati die Pentecostes venerunt, veniam voce lachrymabili postulantes, quibus clementer veniam dedit, & ab excommunicatione absoluit: dein ad Ecclesiam veniens, à Clero ciuitatis cùm hymnis & canticis à plebe, inæstimabili gratulatione receptus* C *est. Geruasium vero nepotem Episcopi, quòd contra Ecclesiastica decreta Decani honorem vsurpauerat, ab Ecclesiæ societate in perpetuum fecit exortem; & quia Comes ei damna intulerat, Villas Colonias, Mantulam ab omni publicâ consuetudine & exactione immunes fecit B. Iuliano, futurisque Episcopis. Episcopus tranquillitate receptâ, in constructione noua Ecclesiæ propter desolationem intermissâ, cœpit laborare.* Cæterùm pro Ecclesiasticis negotiis Romam proficiscens, Cluniacum ad S. Hugonem inuisendum diuertit, & ab Vrbano Pont. Maximo magnâ gratulatione honestatus est: tum Placentinæ Sy- D nodo interfuit, inde Claromontensi an. 1095. vbi aderat Vrbanus, quem Cenomannis incredibili honorificentiâ lautè omnino cùm comitatu suo Hoelus idem per triduum excepit. Demum interiit 4. Calend. Augusti 1097. 1097. ætatis 50. tumulatus in Capitulo monachorum Abbatiæ S. Vincentij ad læuam Vulgrini. Epitaphium illi scripsit Baldricus Andegauensis Abbas Burguliensis in carminibus historicis:

Intempestiuo casu defecit HOELVS, *Sol* CENOMANNORVM, *Pontificúmque decus.*
Alloquio dulcis, nulli pietate secundus,
Omnibus exemplar religionis erat.
Hunc plangit sua plebs & vicina regiones,
Quem venerabantur iure patrem patriæ.
Hic igitur positum solemni more reuisunt,
Et coram sancto vota vouent tumulo.

Extat ibidem alia inscriptio iis verbis concepta.

Ora madent, & corda gemunt, & corpora marcent,
Cùm tumulo titulus sculptus in hoc legitur.
Iste refert titulus quia morte grauatus HOELVS,
Fecit pupillos morte sua populos.
Vrbs Cenomannensis fleuit specialiter ipsum,
Illis Pontificem quem dederat Dominus.
Pausat in hoc tumulo sanctus pro corpore Præsul,
Præsulis obtineat spiritus astra poli.

LAVARDIN 35. HILDEBERTVS DE LAVARDIN è castro Lauarsino in Vindocinis, familiâ tenui & obscurâ, sed probatæ vitæ parentibus editus, vir proculdubio maximus, quique in omni genere disciplinarum ita cumulatissimè versatus est, vt principatum in litteris suâ ætate teneret. Berengarij Archidiaconi auditor primò, dein S. Hugonis Abbatis discipulus & monachus Cluniacensis, diuinarum Scripturarum scientiâ, Latinæ linguæ expeditâ facundiâ, scriptisque prosâ ac versu præcellens emicuit. Ex claustro autem ad Ecclesiam Cenomannensem vocatur, in quâ Scholarum Magister effectus, & Archidiaconus ab Hoelo, tamen vitæ solutiori se dedit, quod arguitur ex
» Iuonis ep. 277. Dicunt quidam de
» maioribus Cenomannensis Ecclesiæ,
» qui anteactam vitam tuam se nosce
» testantur, quòd vltra modum laxa-
» ueris fræna pudicitiæ, in tantum, vt
» post acceptum Archidiaconatum ac-
» cubante lateribus tuis plebe mulier-
» cularum, multam genueris plebem
» puerorum & puellarum. Tu autem
» nosti, quòd probatæ debeat esse
castitatis, qui sublimatur ad fasti- «
gium curæ pastoralis. Exinde com- «
mendatione meritorum suffectus est
in Episcopatum Hoelo anno 1097. 1097.
Hic, inquit vetus scheda, primo ini- «
tio sui Episcopatus, satagebat restau- «
rare ea quæ antecessorum suorum «
negligentiâ, vel destructa, vel amis- «
sa fuerant, infatigabili studio. Ca- »
thedrali suæ in adornandâ, & imponendâ coronide vigilanter incumbens, Capitulum & sacrarium à fundamentis erexit, cùm turri magnæ molis. Eapropter apud Henricum Regem Anglorum insimulatus, tum quòd Eliæ Comiti patrocinaretur, tum quia turres Ecclesiæ ædificasset, iussus est illum in Angliam sequi; quod Hildeberti ipsius epistolæ verbis sic expressum: *longum est enarrare, quàm constanti tyrannide Rex Anglicus in nos sæuierit, qui temperantiâ Regis abiectâ, decreuerit non priùs Pontifici parcendum, quàm Pontificem compelleret in sacrilegium. Quia etenim turres Ecclesiæ nostræ deiicere noluimus, transmarinis subiiciendi iudiciis, coacti sumus iniurias pelagi sustinere: singularem scilicet molestiam itineris, atque vnicam totius humanæ compaginis dissolutionem. Tantis igitur his agitati turbinibus, ad Apostolorum limina decreuimus proficisci, magnum nouæ tribulationis arbitrati remedium, si Romanus Pontifex nobis & consilio subuenerit & auxilio.* In eo itinere Romano Paschali Papæ innotuit, & à Rogero Duce Apuliæ munera D. Iuliano detulit; exceptus item humanissimè à Comite Siciliæ, qui auditâ Hildeberti scientiæ & honestatis famâ, illum ad patriam remeantem, magnâ auri argentique copiâ donauit, quam regressus, Ecclesiis instaurandis suæ ciuitatis impendit, ædiúmque Episcopalium structuræ, quas ab Occidentali parte in Orientalem decenti opere transtulit. Cæterùm solemni ritu maiorem basilicam Cenomannensem dicauit anno 1120. in Octauis Paschæ die scilicet maioris Letaniæ, sub honore S. Trinitatis, B. Virginis, & Martyrum Geruasij ac Prothasij; celebris porrò extitit inauguratio, quam præsentiâ suâ honestarunt Comes Andegauensis Fulco, & vxor eius Aremburgis filia Comitis Eliæ, Gislebertus Turonensis Metropolitanus, Rotomagensis Goffridus, Marbo- 1120.

dus Redonensis & alij, prout indi-
cat MS. codex de Gestis Pontificum.
1124. Idem an. 1124. Abbatiæ Bellilocí fun-
dationem sacrâ benedictione con-
sensu Canonicorum, & Gaufridi
Comitis applausu confirmauit. In-
terim creatus est Archipræsul Tu-
ronensis post Gislebertum: testis
Ordericus lib. 4. Hist. Ecclesiasticæ:
*Egregius versificator Hildebertus ferè 30.
annis Præsulatum laudabiliter tenuit.
Basilicam verò Episcopij, quam præde-
cessor eius inchoauerat, consummauit,
& cùm ingenti populorum tripudio ve-
neranter dedicauit. Qui non multò post,
anno scilicet ab Incarnatione Domini*
1125. *1125. indict. 4. vt Gislebertus Turonensis
Archiepiscopus cùm Callisto II. Papá
Romæ obiit, sub Honorio Papá Me-
tropolitanam sedem Turonicæ vrbis, san-
ctâ Ecclesiâ, precibus, & iussu cogente,
ascendit, ibique laudabilibus studiis &
actibus adhuc insistit.* De eo plura in
eius vitâ tomo Archiepiscoporum
in Turonensibus.

DE STAMPIS. 36. GVIDO DE STAMPIS, I.
cognominatus & GVINMARVS
Brito, electus est post Hildebertum,
cùm anteà Scholastici & Cantoris
S. Iuliani obtinuisset dignitatem, si-
cuti testatur præfatus Ordericus in
elogio Hildeberti quod adscripsi-
mus: *Hildebertus*, inquit, *tam diui-
narum quàm secularium eruditioni lite-
rarum studiosus, temporibus nostris in-
comparabilis versificator floruit, & mul-
ta carmina priscis poematibus æqualia,
vel eminentia condidit; eleganter enim
& sapienter loquitur de Christo & Ec-
clesiâ, de corpore & animâ, de gestis
Sanctorum & virtutibus eorum, de laude
virtutum & vituperatione vitiorum. Hic
sacer Heros ferè 35. annis Præsulatus
officium exercuit, studiisque bonis in do-
cendo & faciendo specialiter institit. Ec-
clesiam S. Geruasij, vbi corpus eximij
Confessoris Christi Iuliani requiescit,
multis modis laudabiliter decorauit: quã
postmodum tempore Guinmari Britonis
successoris sui, qui alio nomine* GVIDO
DE STAMPIS *appellatur, dedicauit;
Verùm, peccatis exigentibus, quam bo-
norum exercitatio affatim decorauit, va-
riisque ad honorem Dei ornamentis di-
tauit, post 8. annos dedicationis incen-
dium, quo magna pars vrbis consumpta
est, deturpauit, horribilique modo deua-
stauit.* Laudatur etiam ab eodem

A Hildeberto epistolâ ad Præsulem
Salisburgensem: *Guidonem fratrem
filiúmque nostrum eo non debeo fraudare
testimonio, quod non minus vitâ quàm
literaturâ promeruit, vnus ex Ecclesiâ
nostrâ exceptus est, cui ad fructum scien-
tia, ad exemplum mores exuberant, vnus
ille tibi pro multis erit, in illo vno mul-
tos magistros inuenies*: Iacet in Capi-
tulo S. Vincentij à dextro latere se-
pulturæ Vulgrini.

37. HVGO, quem PAGANVM
appellat Ordericus l. 13. sub an. 1136. 1136.
*Guido de Stampis Cenomannorum Præ-
B sul hominem exiuit, cui Paganus Archi-
diaconus de S. Carilefo successit.* Ex eo-
dem oppido oriundus in Cenoman-
nis, sub Hildeberto adolescentiæ &
& litterarum tyrocinium percepit, à
quo Archidiaconus & Decanus Ca-
thedralis, postmodum verò Antistes
eligitur, sed à Gofrido Comite pro
immunitate Ecclesiasticâ deiectus est
ab Episcopatu. Sacrarium basilicæ
suæ pretiosâ supellectili ditauit, &
quædam Abbatiæ de Culturâ dona-
uit. Morte sublatus 6. Februarij
circa annum 1142. humatur in Capi- 1142.
tulo S. Vincentij in Episcoporum
C conditorio.

38 GVILLELMVS DE PASSA- PASSAVANT
VANT I. ex familiâ nobili natus, ge-
nitore Guillelmo, Luciâque de Mar-
tiniaco matre, Rainaldi Episcopi An-
dium consobrinâ; à quo Vuillelmus
iste donatus fuit Archidiaconatu:
perhibent verò regesta Pontificalis,
Cathedralem plurimùm adornasse;
necnon vario apparatu ornamento-
rum, auri, argentiue, & librorum lo-
cupletasse: dominium Iureij amplia-
uit, & quædam pro cultu Deiparæ
impendit beneficia, vti & Abbatiæ
D Culturæ. Prætereà fundauit anni-
uersaria pro auorum salute: dicat
Abbatiam de Percâ segni 1148. cui
scribit Arnulfus Episcopus Lexo-
uiensis epist. 14. nominatúrque 1177. 1177.
in fœdere Ludouici Regis Franco-
rum cùm Henrico Angliæ Rege;
testis & in exemplari donationis loci
ac libertatum omnium de Bursaio ab
Henrico Angliæ Rege Priori & Fra-
tribus Grandimontensis Ordinis: &
an. 1183. firmat donationem Hugo-
nis Castriduni monasterio S. Dio-
nysij Nouigenti factam. Guillelmo
autem

autem Clericorum specimini, & spe- A culo, Historiam Gaufridi Normannorum Ducis, & Andegauensium Comitis dicat Ioannes Maiorismonasterij monachus duobus libris conscriptam. Dierum plenus & octogenario maior migrauit ex hac vitâ in æde Episcopali de Iureio circiter an.
1186. num 1186. die 27. Ianuarij, & in choro Abbatiæ S. Vincentij ante maius altare sepultus est; postquam sedisset annis 43. mensibus 4. diebus 25. Vacauit Episcopatus mensibus sex.

39. REGINALDVS ex Canonico & Archidiacono; dein Decano Antistes electus, diem clausit extre- B mum 4. Nonas Augusti in Chronico Pontificum; & sedit annis 2. diebus 8.

1191. 40. HAMELINVS anno 1191. sacratus Romæ à Cælestino 4. Pontifice: is cessit Capitulo auctoritatem exercendi canonicam iustitiam secundùm formam Carnotensis Ecclesiæ per totam diœcesim, vti expressum in variis documentis cartophilacij Cenomannensis: contulit dona sacrario Ecclesiæ, quam ab importuno onere liberauit an. 1209. longæuus emisit animam 1218. 10. Calend. Nouemb. conditus in Cho- C ro Prioratus de Grandimonte, vbi fundauerat anniuersarium.

41. NICOLAVS Richardi Regis Angliæ ab Eleemosynis, ex Decano totius Capituli consensu promotus ad hanc sedem die Martis post Octa-
1218. uas Penteeostes 1218. sed anno vno, mensibus 8. ac 4. diebus regimen tenuit, cùm legasset Ecclesiæ S. Iuliani parochiam B. Dionysij de Gastinâ & aliquot solidos Cenomannenses. Eius anniuersarium fit in Cathedrali 26. Februarij.

42. MAVRICIVS ex Archidiacono Trecensi Episcopus inauguratur Turonis à Ioanne de Fayâ Me-
1219. tropolitano 1219. infra Octauas Ascensionis; & postmodum fidelitatem iurat Ludouico 8. Regi. Statuta pro Episcopatu quædam condidit anno 1229. inde ad Archiepiscopatum Rotomagensem traductus.

43. GAVFRIDVS DE LAVAL I. Laval.
ex nobilissimâ prosapiâ Lauallensi genitus, anteà Decanus Cenomannensis, ad hanc Ecclesiam assumptus à Capitulo per translationem Mauricij; templum Franciscanorum in vrbe suâ dedicat 1232. Dominicâ 1231.
post Pascha, fundatam à Guidone Lauallensi & Ioannâ vxore illic postea sepultis: consecrat & basilicam cœnobij de Pietate Dei, à Reginâ Berengariâ ædificatam, eóque annitente fundatur Abbatia Nostræ Dominæ de Claromonte; sepulturæ locum delegit in eadem Ecclesiâ Minorum. De gentis suæ Præsulibus in stemmate Quercetani, quod de genere Monmorenciaco elucubrauit.

44. GAVFRIDVS DE LOVDON II. Loudon.
Treuiarum ac Bellimontis toparcha; natus Gaufrido de Lauduno nobili milite, Barone Treuiarum oppiduli ad Ligerim, Andinæ diœcesis, Salmuro proximi: Beatrix mater peperit quoque Fulconem & Aimericum viros militares, ac Margaretam domini de Monteforello coniugem. Is verò germanis fato ereptis dynastiam Treuiarum, aliáque amplissima dominia adeptus est; tum Cantor Cenomannensis, Mauricij antecessoris sui beneficio ascitus, successit prædicto Gaufrido circiter 1234. 1234.
quo anno mense Nouembri clientelæ fidem profitetur Regi. At in Pontificatum sublimatus, pro iure Ecclesiæ suæ contra Iuhellum Metropolitanum Turonensem disceptans, Romam profectus est, vbi interdicti sententiam ab ipso Pontifice impetrauit. Cùm autem Margareta Vicecomitissa de Fis anno 1236. fundasset Cartusiam B. Mariæ de Parco Orci in suâ diœcesi, & syluâ de Charniâ, tenuis redditus valde, Fratribúsque alendis non sufficientem, Gaufridus D Episcopus eandem Cartusiam, vt nunc est ædificauit, in quâ moriens voluit sepeliri, testatur id epigraphe præliminari ianuæ Ecclesiæ monasterij insculpta his verbis: *Reuerendus in Christo pater dominus Gaufridus de Loduno Cenomannensis Episcop. & Baro Treuiarum, domus huius Parci magnus benefactor, hanc ædem B. Virginis Mariæ sacram fecit, ornauit, dedicauitque anno MCCXLIV. inibique sepultus claret miraculis.* Erectâ à fundamentis 1244.

basilicâ, hoc cœnobium plurimis latifundis ex patrimonio dotauit, decimis de Marolio, de Melaiâ, & Montabon; insupérque hanc domum claustris, cellulis, & fontibus instruxit. Nec propterea Cathedralis decorem aspernatus est, cuius Chorum vitro variegato ornauit: Collegiatæ Silliaci - Guillelmi quædam contulit donaria, è manibus laicorum plura dominia recepit, domos de Touuoye & d'Yuré nouis ædificiis reparauit, vti & castrum de Ceaulcé. Denique plura alia præclarè gessit ad suæ diœcesis splendorem, de quibus Historia Pontificum. Miraculis inclytus, vt aiunt, cùm interfuisset Concilio prouinciali Lauallensi 1241. ad Christum migrauit Anagniæ in Italiâ 3. Augusti
1255. 1255. relatus in suam diœcesim, in prædictâ Cartusiâ reconditus iacet, vbi frequentissimo peregrinorum concursu colitur pro febrium depulsione, opem eius implorantium. Cœnotaphium verò iuxta maius altare dictæ Cartusiæ Parci à sinistro latere versùs Aquilonem in abside muri positum est, cùm sequenti epitaphio, quod literis aureis in peripheriâ tabulæ eiusdem sepulchri, in quâ Pontifex ille depictus, sic exaratum est.

Hic iacet humatus Cenomannis Præsul amatus,
GAVFRIDVS *Domino gratus, vitáque probatus;*
Moribus ornatus, humilis, castus, moderatus,
Cuius iure status benè creditur esse beatus.

Roland.

45. GVILLELMVS ROLAND II. Cenomannus, Hectoris Fisci Comitis Cenomanniæ Patroni filius: ex Cantore sancti Iuliani, ad Episcopatum euehitur satagente Carolo Comite Cenomannensi; iuramentum præstitit Regi Parisiis, & pro Ecclesiæ suæ iuribus strenuè cùm eodem Principe Cenomannico disceptauit, Romámq; ad Papam Alexandrum IV. profectus causâ vicit, sed paucis annis Episcopatum rexit; interim verò Canonicis cessit ius in Ecclesiâ de Sargé, Cartusianis Parci decimas parochiæ de Ronessé assensu Capituli legauit cùm trecentis libris pro dote anniuersa-

A rij: gazophylacium sancti Iuliani aliquot donariis auri instruxit, & Genuæ in Italiâ pridie Nonas Augusti 1260. mortuus est; ante maius altare 1260.
Abbatiæ beatæ Mariæ de Campaniâ, vbi tabulis vltimæ voluntatis delegerat sepulturam, sub æneâ laminâ his versibus incisis quiescit:

Mores magnorum superans & dicta virorum,
Tutor cunctorum, Cleri, plebis, Monachorum,
Lux prædictorum, debellatórque malorum,
B *Iustus, deuotus, castus, sapiens, moderatus*
Præsul GVILLELMVS ROLAND *iacet hic tumulatus.*
Huius erat testis parcus cibus, aspera vestis,
Copia multarum quas fundebat lachrymarum,
Dum flens missarum tractaret sancta sacrarum.
Isti cœlorum det gaudia Rex superorum,
Christus seruorum meritis precibúsque suorum.

Freslon. D'argét au cheuron d'azur accompagné de 3 ... de sable.

46. GAVFRIDVS FRESLON III.
C Ecclesiam monasterij de Campaniâ benedixit an. 1260. necnon cùm Capitulo suo de variis rebus pacificitur, Ecclesiæ dote variis dominiis acquisitis adauctâ, vbi fundauit anniuersarium 14. Nouemb. Capitulo Silliaci noua statuta præfixit, & tandem Cenomanni fatis functus anno 1274. 18. Calend. Decembris, in catalogo regesti Capitularis 1272. 1274.

D'Assé.

47. GAVFRIDVS D'ASSE' IV. Hugonis toparchæ de Asseio, & Egidiæ de Segrie filius, cuius proaui familiâ de Asseio in Cenomannis antiquâ prognati, fundatores fuêre
D Abbatiæ de Campaniâ; iste autem in parochiâ S. Martialis natus, his dignitatibus ad Episcopatum sibi gradum fecit: ex Canonico enim Archidiaconus, tum Scholasticus, inde Cantor S. Iuliani, denique Episcopus euasit, hominiúmque exhibet Philippo Regi apud Fontembellaquam an. 1274. quædam legauit ad substructionem Cathedralis; & eius sacrarium variis ornamentis ditauit; ac vitam hanc cùm meliore commutauit 3. Iunij 1277. 1277.

TANLAY. 48. IOANNES DE TANLAY I. Gaufrido subrogatur, priùs tamen Guillelmus Roil Decanus Cathedralis, electus à Canonicis in manu Nicolai Pontificis iuri suo renuncia-
1292. uit: iste in viuis esse desiit an. 1292.

ROYER. 49. PETRVS LE ROYER I. ex Canonico Cenomannensi, Archidiaconus Castriludi, oriundus è loco de Troo, patrem habuit Ioannem Rotarij Comitis Vindocinensis Officiarium: electus autem quindecim diebus ab obitu Ioannis de Tanlaio, sedit mensibus 3. diebus 15. ac decessit in parochiâ S Ceciliæ super Ledum fluuium diœcesim lustrando, iacet in Cathedrali.

BENAISTON. 50. DIONYSIVS BENEDICTI aliàs BENAISTON Falesiæ in Neustriâ natus: ex Canonico Parisiensi creatus est à Benedicto 8. Pontifice Cenomannensis Præsul, qui cùm Episcopo Andegauensi pro iurisdictione diœcesanâ aliquot parochiarum contendit, arbitro Turonensi Archipræsule, & Archidiacono, aliisue delegatis, Episcopus causâ vicit. Sedulò diuinis officiis, concionibus habendis inuigilauit. Cathedrali suæ pro anniuersario quædam legauit, nominatúrque 1296. in Concilio Regis habito 21. Ianuarij Lutetiæ apud Luparam cùm optimatibus regni. Fundationem xenodochij d'Ernée sigillo Episcopali probauit; castrum
1298 d'Yuré reparauit, & tandem mortuus est 3. Martij an. 1298.

CLINCHAMP. 51. ROBERTVS DE CLINCHAMP II. nobilis Cenomannus, ex Canonico & Cantore, necnon Decano Episcopus designatus est.
1300. Controuersiam mouit anno 1300. Capitulo S. Martini Turonensis pro patronatu quarumdam Ecclesiarum, item cùm Abbate Tironensi: dotationem Capellæ S. Catharinæ ratam habet anno 1304 & ædificia Episcopalia castrorum de Touuoye, de Ceaulcè, & de Parigney l'Euesque resarciit; quosdam redditus Capitulo impendit ad celebrationem anniuersarij; demum mortalitatem exuit 9.
1309. Septembris 1309. tumulatus in Choro S. Iuliani sub æneo cœnotaphio, quod in abside muri ad latus dextrum maioris aræ visebatur, priusquàm à Nouatoribus destructum fuisset.

LONGVEIL. 52. PETRVS DE LONGVEIL I. successit anno 1309. in aliis MS. nominatur Petrus Gougeul, ortum autem ex familiâ Togatâ Longoliâ illustri memorat instrumentum dedicationis Ecclesiæ Sancti Georgij de Bourauant die Pentecostes anni 1313. 1313.
cui appositum est stemma gentilitium domus: interfuit eodem tempore benedictioni ædis Cælestinorum d'Escouys in Normanniâ, quo anno etiam fit solemnis transactio Episcopi cùm Decano & Canonicis pro diuisione Ecclesiarum, seu parochiarum quæ suberant immediatè eorum iurisdictioni, sub datâ Octauæ Trinitatis. Interest autem exequiis Philippi Pulchri Regis apud S. Dionysium 1314. necnon Concilio prouinciali Salmuriensi an. 1315.
obiit 1326. 3 Nonas Aprilis ex martyrologio Abbatiæ Ebronij, & iacet ad latus Euangelij in basilicâ Franciscanorum Cenomannensium. 1326.

LAVAL. 53. GVIDO DE LAVAL II. Guidonis huius nominis 7. Baronis de Lavalle, ex Thomeâ de Mathefelon filius, quanquam aliter Coruæserius Guidone 8. & Ioannâ de Bellomonte parentibus ortum velit. Ex Præsule Corisopitensi ad hanc sedem translatus 1326. 4. Aprilis in regesto Vaticano. Episcopali mensæ quasdam Ecclesias parochiales pontificio diplomate annectit; cùm autem ad diœcesim lustrandam se compararet, post festiuitatem Paschalem, fato correptus est die 7. Aprilis post sedem annorum 12.

CHAPELLE. 54. GAVFRIDVS DE LA CHAPPELLE V. auunculus Petri de Forestâ Cardinalis, Archiepiscopi Rotomagensis, Franciæque Cancellarij; humili apud Capellam S Albini propè Cenomannos satus genere, in Iuris scientiâ eos progressus fecit, vt à Guidone Lauallensi decessore propter insignem peritiam, adlectus fuerit eius Officialis, ex quo gradu sublatus ad infulas Pontificias 7. Maij; præfuit autem annis 12. in Chronico Pontificum, & humatur in sacello S. Mauri quod fundauerat ad latus sinistrum maioris altaris,

quò etiam sepulturæ locum delegit A Petrus Cardinalis de Forestâ.

CRAON. 55. IOANNES DE CRAON I. ex Baronibus de Credonio, Canonicus Parisiensis, nominatur in actis
1348. Consistorialibus Vaticani 1348. die 27. Septembris. Eius nomine quædam instrumenta data reperiuntur pro solemni ingressu i Clericos Confratriæ S. Iuliani, rogatu Canonicorum transfert in ædem S. Michaelis de Claustro; post hæc ad Remensem Archiepiscopatum assumptus.

BRESCHE. D'azur à vne gerbe de bled d'or. 56. MICHAEL DE BRESCHE B ex Doctore Theologo & Eleemosynario Regis Ioannis successit, variáque clientelæ iuramenta recipit à feudatariis Episcopatus. Sacra peregit sacrificia in funere Cardinalis de Forestâ, necnon in Abbatiâ de Persegniâ in exequiis Principum Petri, Ioannis, & Mariæ de Alençonio: fundauit anniuersarium in Cathedrali 3. Iunij die obitus sui, cùm rexisset annis 14. mensibus 3. diebus 20.

BAIGNAVX. D'or à 4 orles de sable. 57. GVNTHERVS DE BAIGNAVX ex Secretario Caroli 5. Regis, & C Doctore Iuris, per obitum Michae-
1363. lis electus 1363. 3. Nouembris, quod adnotant acta Consistorialia: prouisus bullâ Papæ Vrbani VI. Varia obtinuit diplomata; fundator & in basilicâ suâ ad honorem Deiparæ illius psalmodiæ, quæ quotidie ante Capellam Nostræ Dominæ decantatur, in quâ tumulum sibi parauerat, sed traductus ad Archiepiscopatum Senonensem.

SAVOISY. 58. PETRVS DE SAVOISY II. ex nobili stirpe Sauoisiorum, electus anno 1385. obsequium Decani Ecclesiæ D suæ recipit, ac Regi clientelam
1394. iurat pro Baroniâ de Touuoye 1394. desiit esse in viuis anno 13. Pontificatus, ac sepulturæ locatur in Cathedrali.

CHASTELAIN. 59. ADAMVS CHASTELAIN Laudunensis diœcesis 1398. qui varia condidit decreta pro diœcesi: consilio Decani & Capituli die 15 Fe-
1408. bruarij 1408. vniuit præbendam vnam Officio Succentoris, próque iuribus Episcopij plura obtinuit diplomata & Senatusconsulta. Pontificatum rexit turbulentâ eâ tempestate, quâ domus Burgunda cùm Aurelianensi infensis odiis exarsit: vtcumque tamen per temporum calamitatem Adamo licuit gregem suũ tutatus, interiit post annos sedis 41. in castro Episcopali de Touuoye.

60. IOANNES D'HIERRAI, II. aliâs D'ANSIERES ex Officiali huius sedis Præsul nominatur, vt volunt, qui anno 1443. 6. Iunij memo- HIERRAI. 1443.
ratur in transactione cùm Abbate S. Carilesi pro iustitiâ: Stephanum Abbatem Ebronij pariter ad transactionem adegit, & 1449 cùm Decano & Capitulo pactum init, superiore anno 16. Iulij subscriptus notatur Concilio Andegauensi: at exeunte Automno degens in æde de Touuoye, ex aggere præalto delapsus occubuit post annos 9. Pontificatus.

61. MARTINVS BERRVIER BERRVIER. Turonensis, qui redditus cantorum Cathedralis, deseruientium officiis chori auxit aliquot prouentibus, & dominiis in hanc rem collatis, Abbatem Ebronij ad obedientiam legitimam compulit; tum Synodo prouinciali Venneteni interest, ac postremum diem clausit 24. Aprilis anni 1465. vel vt alij obseruant 1467. 1465.
quiescit ante maius altare Cathedralis.

62. THEOBALDVS DE LVXEMBOVRG dominus de Fiennes, Petro Comite S. Pauli ex illustrissimâ & Imperatoriâ gente Luxemburgensi, & Margaretâ de Baucio natus: is mortuâ vxore Philippâ Melodunensi, ex quâ prognati dynastæ de Fiennes & de Gaure, Velleris Aurei Equites, fit monachus & Abbas Igniaci, & Vrsicampi, dein Episcopus huius Ecclesiæ per obitum Martini electus est, patrocinante Comite Cenomannensi Carolo qui eius sororem duxerat, quémque defunctum Aquis Sextiis, sepeliuit in æde Cathedrali S. Iuliani. Vitam liquit Romam proficiscens Cardinalis designatus, & cadauer in Cathedrali ad latus dextrum ingressus Chori, sub marmoreâ tabulâ reconditum his verbis: *Hic sita sunt ossa Reuerendissimi Theobaldi à Luxemburgo Episcopi Cenomannensis: obiit Calend. Septembris*

LVXEMBOVRG. D'argent au lion de gueulle à la queue double fourchée, nouée & passée en saultoir, couroné & armé d'or, lampassé d'azur: ecartelé de Baus qui est de gueulle à l'estoile d'argent de 16 raiz.

1477. 1477. Quo die anniuersarium recoli- A
tur. De eius vitâ fusiùs, celebris ac
doctissimus Historiographus Rerum
Francicarum Nicolaus Vignerius, in
Historiâ Domus Luxemburgensis.

Luxembourg. 63. PHILIPPVS DE LVXEMBOVRG
Cardinalis tituli Sanctorum Petri &
Marcellini, Legatúsque in Franciâ,
Theobaldi decessoris filius legitimus
ac tertius natu, Iacobi domini de
Fiennes germanus, anteà Morinen-
sis Præsul successit patri in Episco-
patu Cenomannico. Igniacensis &
Vrsicampi Cœnobiarcha factus, duas
item Abbatias quas obtinebat S.Vin- B
centij Cenomannensis, & S. Martini
Sagensis vniuit Congregationi Ca-
salinæ. Inter Purpuratos Principes
adscriptus 12. Cal. Februarij 1497.
ab Alexandro VI. Interest funeri Ca-
1498. roli 8. 1498. celebrat exequias Annæ
Reginæ 1513. Francisco de Rohano
Archiepiscopo Lugdunensi Diaco-
ni, Archiepiscopo Senonensi Sub-
diaconi, Episcopis Dolensi & Vau-
rensi Choristarum vices agentibus.
Coronauit Claudiam Reginam apud
S. Dionysium 1517. delegatus à Pon- C
tifice pro dissolutione coniugij B.
Ioannæ Franciæ cùm Rege Ludoui-
co 12. In Cathedralem suam munifi-
cus multa contulit ornamenta, effu-
sitque eius liberalitas ingenti crucifi-
xo argenteo, organis pneumaticis in
Cathedrali erectis, horologio exqui-
sitæ artis ad portam Septentrionis
per eum excuso, & aliis id generis
vasorum sacri ministerij donariis: pro-
uentus Episcopij insuper auxit, castra
de Touuoye & d'Iuré ædificiis in-
staurauit. De cuius vitâ prolixè Cor-
uæserius agit; & testamenti tabula-
rum meminit, quibus condita fuêre
duo Collegia, vnum in Academiâ D
Parisiensi Cenomannense vulgò di-
ctum, alterum in ipsâ vrbe Ceno-
mannicâ, vbi tandem rebus huma-
1519. nis exemptus 22. Iunij 1519 ætatis 74.
sepultus in Cathedrali iuxta parietem,
posteà verò ipsius ossa inde rabie se-
gregum effodiuntur: legebatur au-
tem huiusmodi epitaphium aureis
literis insculptum: *Hic iacet corpus illustrissimi* PHILIPPI A LVXEM-
BVRGO *Sanctæ Rom. Eccles. Presby-
teri Cardinalis, Legati à Latere in Gal-
liâ, Episcopi Cenomannensis, qui obiit
quarto Nonas Iunij anno* MDXIX.

64. FRANCISCVS DE LVXEM- Luxembourg.
BOVRG Philippi nepos ex fratre
Iacobo domino de Fiennes, Aurei
Velleris Equite, Mariam Barlemon-
tiam matrem habuit: decessoris be-
neficio & resignatione Episcopatum
consequutus, sub pacto regressus, si
obitus contingeret: eundem rexit
Episcopatum duobus annis & mensi-
bus octo: necnon Cathedram sancti
Pontij Tomeriarum in Septimaniâ,
vt patet ex codicillo ipsius Cardina-
lis: præfuit ad an. 1508. Cùm autem
patruum comitaretur, abdicato Epis-
copatu in Italiam proficiscentem,
decessit Romæ 8. Septembris 1509. 1509.
Philippi curâ cadauer effertur sepe-
liendum in æde S. Iuliani, cor autem
in Abbatiâ S. Vincentij.

65. PHILIPPVS DE LVXEMBOVRG Luxembourg.
Cardinalis de Luxemburgo, Episco-
pus Tusculanus, defuncto nepote per
viam regressus iterum Cathedram
adipiscitur: de quo supra fusiùs.

66. LVDOVICVS DE BOVRBON Bourbon.
Cardinalis Archiepiscopus Senonen-
sis, ac Præsul Laudunensis, eligitur
Cenomannensis 1519. 8. Augusti, vt 1519.
habent acta Consistorialia: de quo
plura in Senonensibus.

67. RENATVS DV BELLAY Bellay.
filius Ludouici domini de Langey ex Porte du
familiâ Bellaiâ in Andibus pernobi- Bellay, es-
li, & Margaritæ de la Tourlandry: cartelé de
iuramentum præstat Regi pro tem- Beaumont
porali apud Fontemfrancicum 17. le Vicomtes
Septembris solemni inaugurationis & sur le
pompâ vrbem ingreditur; rexit Epis- tout de
copatum ad annum vsque 1546. Lu- Vendosme
teriæ diem clausit postremum mense l'ancien.
Augusto, & in Ecclesiâ Cathedrali 1546.
Deiparæ Virginis ibidem humatus
in Capellâ B. Crispini & Crispinia-
ni, cor autem Cenomanni quiescit
in sacello du Cheuet.

68. IOANNES DV BELLAY IV. Bella
superioris frater, Episcopus Parisien-
sis, qui demum Cardinalis Ostiensis,
sacrique Collegij Decanus euasit:
de eo satis diffusè narrauimus tomo
1. Archiepiscoporum.

69. CAROLVS D'ANGENNES I. Angennes.
Cardinalis de Rambouillet, ex no- De sable au
bili stirpe Angenneâ, Iacobo dynastâ saultoir
d'argent.

de Rambouillet, & Elisabethâ Co A
tereau dominâ de Maintenon paten-
tibus an. 1530. pridie Cal. Nouembris
in lucem editus. Iuuenis adhuc opti-
mis artibus excultus est, & in aulâ
Regum diu versatus, spectatæ fidei
ac prudentiæ legationibus variis ad
Europæ Principes, in primis verò
Pium v. Papam difficillimis tempo-
ribus cùm inclaruisset, Caroli & Ca-
tharinæ Reginæ matris beneficio Ce-
nomannensis Præsul designatur, cu-
ius sedis adiit possessionem 22. Octo-
1559. bris an. 1559. inauguratus in sacello
Palatij Episcopali Lutetiæ, vrbem
ingreditur 2. Octobris 1560. Ab eo- B
dem Rege Carolo 9. in Italiam ad
Pôtificem destinatur Oratôr, eâ tem-
pestate, quâ furentes hæretici rem
sacram, prophanámque vexabant;
hoc munere de regno præclarè pro-
meritus, à dicto Pontifice Pio 1570.
fit Cardinalis Presbyter tituli S. Eu-
phemiæ, & solus è Gallis Purpureo
ostro insignitis interfuit Comitiis
creationis Gregorij XIII. 1572. Sub
ipso autem vrbe à segregibus expu-
gnatâ, maior basilica impiè deprę-
datur; subscripsit & Synodo Turo-
1583. nensi 1583. cùm antea astitisset Tri-
dentinæ. Mortuus Corneti in Etru-
riâ 10. Calend. Aprilis 1587. non sine C
veneni suspicione, & apud Francis-
canos de Obseruantiâ conditus hoc
epitaphio:

D. O. M.

Insignis mitrâ CAROLVS DAN-
GENNES *& Ostro*
Corneti extremum clausit in vrbe
diem.
Ossa sepulta tenet Francisci nobile tem-
plum,
Hic lapis exta loco nobiliore tegit.
Dulces relliquiæ vitam docuêre per om-
nem
Dulce pati Christi nomine, dulce mori. D

D. O. M.

CAROLO D'ANGENNES A
RAMBOVILLETO *Cenomannensi*
Episcopo, sanctæ Rom. Eccles. Cardinali,
ingenij, scientiæ, religionis, omniùmque
virtutum laudibus præstantissimo. Chri-
stophorus à Rantigni sororis filius, &
Claudius Lupius cubiculi præfectus, Ita-
licarum rerũm ex testamento hæredes, ma-
gno cùm suo, tum cæterorum familiarium
quibus ob eximiam in eos pietatem am-
plius sexaginta aureorum millia legauit,
mœrore posuerunt. Obiit anno 1587. vixit 1587.
annos 56. menses IV. diebus XIII. CA-
ROLO D'ANGENNES A RAM-
BOVILLETO *Sanctæ Rom. Ecclesiæ*
Cardinali, Christophorus de Rantigni so-
roris filius, & Claudius Lupius cubiculi
præfectus, Italicarum rerum ex testamen-
to hæredes, in auunculum & patronum
grati Virginibus Gallicis alternis annis
Deiparæ Virginis die natali in matrimo-
nium collocandis, certos Aedi fructus at-
tribuerunt, anno 1587. Cal. April.

70. CLAVDIVS D'ANGENNES ANGENNES.
Caroli frater; ex Episcopo Nouio-
mensi natus in castro gentilitio Ram-
bouilleti 26. Augusti 1538. Lutetiæ
studiis operam dedit, ac Philosophi-
cis imbutus, apud Bituriges interpre-
te Duareno præstanti Iurisconsulto,
dein Paduæ Iuris scientiam edoctus
est. Tum peragratâ Italiâ, in Galliam
reuersus, fit Senator Clericus Parla-
menti Parisiensis, Prior de Louie. &
à Rege delegatus ad Cosinam Du-
cem Etruriæ grauissimis de rebus; quâ
functione gratiosus Regi, in san-
ctius Consistorium aduocatur. Inte-
rim verò Præses Inquisitionum clas-
sis, & Episcopus Nouiomensis factus,
inauguratur à Petro Gondio in Ca-
pellâ Palatij Pontificij Parisiensis die
8. Februarij 1579 eam diœcesim adeò
sapienter administrauit, vt pastoralis
eius sollicitudinis specimen præcla-
rum exhibeat elegans epistola bea-
tæ memoriæ Caroli Cardinalis Bor-
romæi. A Rege postmodum nomina-
tus Cenomannensis Præsul per obi-
tum Cardinalis Angennæi, à Sede
Pontificiâ prouisus est 1588. 3. Aprilis 1588.
eiusdem anni festiuo apparatu ciui-
tatem ingreditur: confestim ad Co-
mitia generalia regni Blesis pro Cle-
ro, Romámque missus est, vt nomine
Henrici 3. Pontificem Sixtum v. de
Ludouici Cardinalis & Henrici Du-
cis Guisij germanorum nece commo-
nefaceret. In Italiam iterũ progressus
1593. vnà cùm Duce Niuernij qui
nomine Henrici 4. Sedi Pontificiæ
obedientiam profitebatur. Orauit
coram eodem Rege apud castrum de
Folambray 1596. 24. Ianuarij Cleri
Gallicani nomine; item in Comitiis
Parisiensibus, ac pluries pro liberta-

tibus eiusdem Ecclesiastici coetus. A Seminarium, seu Collegium vbi Patres Oratorij degunt, instituendum curauit. Cenomanoi tandem 15. Maij
1601. 1601. defuncto, in exequiis sacra peregit sacrificia Franciscus de la Guesle Archipræsul Turonum, laudatus tunc publicâ oratione à Philippo Cospeano Episcopo Adurensi; cadauer defertur in Choro basilicæ maioris propè Cathedram Episcopalem, vbi laminæ cupreæ incisum huiusmodi epitaphium: *Siste viator paululùm, & immortalitate dignissimi Antistitis monumentum aspice. Hic situs* C L A V D I V S *ille suorum temporum lumen, & Episcopalis quod vixit virtutis exemplum, ex illustri & antiquâ* A N G E N N Æ O R V M A R A M B O V I L L E T O *ortus familiâ, qui natalium claritatem suis ipse virtutibus auxit. Nam cùm ob summam eruditionis, iudicij, integritatisque ac sanctitatis famam à Christianissimo Carolo* I X. *in supremo Parisiensi Senatu in sanctius Consilium adlectus, iudex sedisset æquissimus, posteà Episcopatui Noviodunensi per nouem annos, Cenomannensi tredecim piè, prudenter, sollicitèque præfuit: intereà Legationes Regum, aut regni nomine sæpiùs obiit, quin & à Clero Gallicano ad Reges ipsos pluries fuit delegatus exorator: tandem in procurandâ dies, noctésque animarum salute, suæ ipsius valetudinis immemor, continuis Pastoralis officij laboribus fractus, magno sui gregis damno, & totius Galliæ mœrore occubuit. Requiescat in pace.* Eiusdem gentis Iacobus Episcopus Baiocensis. Cæterùm eius vita fusiùs extat apud Coruiserium.

BEAVMANOIR. LAVARDIN. Escartelé de Bearn & de Carmain, & sur le tout de Beaumanoir.

71. C A R O L V S D E B E A V M A N O I R II. Abbas Belliloci, Ioannis Baronis de Lauardin Equitum Tribuoi Cenomannorum Proregis, & Catharinæ de Carmain, Comitissæ D de Negrepelisse filius. Lutetiæ sub optimis præceptoribus in regiâ domo Nauarricâ institutus, ab Henrico 4. nomioatur Episcopus adolesceos annorum circiter 15. possessio-
1610. nem adeptus tantùm 1610. 27. Nouembris, consecratur mense Decembri: paulò post clientelæ sacramentum exhibet, ac vrbem suam, neglectâ tamen ordinariâ inaugurationis pompâ, ingressus 2. Ianuarij 1611. die S. Iuliani sequentis diuinum missæ sacrificium ritu solemni celebrauit.

Comitiis regni Parisiensibus adfuit 1614. & Cœtui Cleri generali Lutetiæ 1615. Sub eius Pontificatu admis- 1614.
sæ in diœcesi domus Religiosæ complures, Capucinos in vrbem recepit, quorum basilicam dicat idem Carolus 1612. item Capucinos Lauallenses. Patres Recollecti apud Feritatem Bernardi euocantur an. 1606. apud Castrum Lidi 1616. Minimi S. Francisci de Paulâ propè Cenomannum; eiusdem Ordinis Patres apud Silliacum. Eodem Antistite Congregationis Oratorij Domini Iesu Sacerdotes in possessionem Collegij B ciuitatis admittuotur mense Nouembri 1624. & probat stabilimentum 1624.
Religiosorum Charitatis apud Domfrontem. Ipsius beneficio quoque ex Monialibus stabiliuntur 10 suâ diœcesi Vrsulinæ apud Lauallem 28. Iunij 1616. vnde euocatæ Cenomannum mense Iunio 1621. Filiæ Visitationis apud Feritatem Bernardi 1633. apud locum Mamers 1634. & in vrbem Cenomannensem receptæ 1635. 1635.
Moniales S. Elisabethæ in oppido de Sablolio 1631. necnon alia domus prædictæ regulæ in toparchiâ de Noyen. S. Claræ Vrbanistarum Bel- C lomonte Vicecomitis 1636. Meduanæ, Moniales de Caluario 15. Octobris 1624. Benedictinæ Lauallenses 1621. eiusdem instituti sorores apud Castrum Lidi 1630. & in burgo d'Ernée anno sequenti: 1637. in suburbio Alençoniensi Sanctimoniales Abbatiæ Montis Martyrum, & aliæ multæ domus Religiosarum fundantur. Romam profectus est an 1635. vnà cùm Alfonso Ludouico Cardinali Lugdunensi ad Pontificem Oratore, vbi creatur Episcopus è numero Assistentium. Demum obiit Cenomanni ætatis anno circiter 52. 17. Nouembris 1637. tumulatus in Cathedrali 1637.
D. Iuliani & conditorio auorum ante Capellam D. Ioannis.

MARC LA FARTE'. Escartelé au 1, & 4 d'azur à 3. marcs ou piles d'or, Au 2. & 3. de sable à 2. espees d'argent à la poignée d'or, la pointe en bas, & passée en sautoir.

72. E M E R I C V S M A R C Rotomagensis, filius domini de la Ferté in curiâ Vectigalium huius ciuitatis Consiliarij: ex Eleemosynario regio & Canonico Rotomagensi nominatur à Ludouico 13. mense Nouembri 1637. bullas obtinuit mense Aprili 1639. & Kalendis sequentibus consecratus fuit Lutetiæ in Ecclesiâ S. Mariæ de Gratiâ, Pœnitentium Or-

dinis tertij D. Francisci de Piquepuce, à Claudio de Rueil Andegauensi, Stephano Puget Dardaniæ posteà Massiliæ, & Stephano de Vilazel S. Brioci Episcopis, adstante Sedis Apostolicæ Nuncio, & compluribus regni Episcopis: septimâ die eiusdem mensis Decanus procuratorio nomine possessionem adipiscitur, & ipsemet Emericus confestim in suam diœcesim se contulit 12. Augusti vt pastorali sollicitudini vacaret. Mor-
1648. tuns est Cenomanni qnadragenarius 20. Aprilis 1648. iacet in Cathedrali.

BEAVMANOIR. LAVARDIN D'azur à onze billettes d'argét 4. 3. 4.

73. PHILIBERTVS-EMANVEL DE BEAVMANOIR DE LAVARDIN Abbas Belliloci propè Cenomanum, & S. Leodegarij in Pictonibus iuxta Niortum, Prior verò S. Celerini: ex illustri, vetustáque prosapiâ de Beaumanoir dedncit originem, quæ nunc in Cenomannis sedes fixit, cùm anteà multis ab annis in Armoricâ, sub Dncibus primis aulæ dignitatibus nobilitata claruisset. Patrem Henricum habuit Marchionem de Lanardin, Comitem de Negrepelisse, & Belliforis in Valleâ, dominum de Tucé, de Millesse, de Magné, de Malicorne, & aliarum toparchiarum, Proregem Cenomannensis & Perticensis prouinciæ, Caroli decessoris germanum: matre verò natus est Margaritâ de la Baume nobilissimâ quoque fœminâ, è stirpe Comitum de Suse apud Delphinates. A Ludouico XIV. destinatur Præsul Cenomannensis regiâ schedulâ 25. Nouembris 1648. ab Innocentio X. confirmatus 20. Februarij
1649. 1649. Lutetiæ Parisiorum inaugurationis sacrum suscepit 25. Aprilis in æde Fulienfium, à Nicolao Guidio ex Comitibus à Balneo, Nuncio Apostolico, Archiepiscopo Athenarum, assistentibus Ioanne-Vincentio de Tulles Vaurensi, & Rogero d'Aumont Abrincensi Episcopis. Triduo posteà Regi fidem pro temporali exhibuit; tum procuratorio nomine 10. Maij sedis suæ obtinuit possessionem anno 1649. At paulò post adiens ipse diœcesim, visitationibus, synodis, erectione Seminarij, Oratorij Sacerdotibus concessi, ouile sibi creditum à Domino fouere satagit. Monialium S. Benedicti monasterium ruinâ collapsum restituit Alençonij in suburbio de Monfort, eiusdémque regulæ Virgines Meduanæ prouentibus dotauit; nec minus Regis obsequio addictum se demonstrauit, cùm an. 1652. furente 1652.
totâ Galliâ ciuili bello, Nobilium coetum conuocauit. Iam autem ab anno 1645. Ecclesiæ Gallicanæ publico Conuentui Parisiensi interfuit; ad eum quoque electus est, qui anno 1655. habetur.

DECANI

CENOMANNENSES.

IRARDVS Decani officio fnnctus reperitur Pontificante Geruasio de Castrolido in veteribus actis Capitularibus.

Guicherius ex Chronico Pontificum.

Gaufridus 1. frater Iudicaelis Episcopi Maclouiensis anno 1107. fuit & 1107.
Archipræsul Rotomagensis & vixit Pontifice Hoelo.

Hugo 1.

Paganus testis in donatione Ecclesiæ S. Framb[illegible]di monasterio Bellilocensi B. Mariæ.

Hardoinus fit Archiepiscopns Burdigalensis anno 1160 apud Robertum 1160.
de Monte in Appendice.

Nicolaus 1.

Reginaldus circa an. 1180. ad Ca- 1180.
thedram Cenomannensem posteà euectus.

Nicolaus 2. à peregrinatione Hierosolymitanâ reuersus eligitur rogatu Ricbardi Regis Angliæ, inde Præsul eiusdem sedis.

Hugo de la Ferté 2. Episcopante Nicolao circiter an. 1218. 1218.

Gaufridus de Laual 2. Episcopus item Cenomannensis.

Guillelmus Reil 1270. electns Præ- 1270.
sul post obitum Gaufridi d'Assé, infulas assumere detrectat.

Robertus

Robertus de Clinchamp in electione Petri Rotarij, posteà Episcopus.

Ioannes de Viane 1. hominium præstat Petro Longolio Antistiti.

Ioannes Soulas 2. obedientiam iurat Petro de Sauoisy pro iurisdictione temporali.

Ioannes Balart 3. in Iure Canoni-
1421. co & Ciuili Licentiatus 1421. 18. Iunij in cartâ Iolandis Reginæ Siciliæ, cuius fuit Consiliarius.

Lezinus Cheminart an. 1508. sub Francisco Luxemburgo Decanatum gessit.

Felix de Brie de Serrant Abbas S.
1546. Ebrulfi in Neustriâ obiit 1546.

Leonardus des Aubiers Pastor d'Argentré, & Scholasticus Cenomannensis, Hebraicarum & Græcarum litterarum peritus Theologus: nondum Decanus orat in funere Guillelmi Bellaij domini de Langey, anno 1543.

Franciscus Pelletier nepos Iacobi poetæ doctissimi, Ioannis in Præturâ Cenomannensi Præsidis germanus; Obiit Decanus Senatorum Clericorum Parlamenti Parisiensis.

Dominicus Seguier, nunc Episcopus Meldensis.

Renatus des Chappelles Decanus
1649. huius Ecclesiæ 1649.

CLAROMONTENSES

EPISCOPI.

Clairmont en Auvergne.

OPPIDVM Aruernorum in Aquitaniâ primâ, Augustonemetum Ptolemæo lib. 2. cap. 7. quod hodie Clarummontem vocamus, multis titulis inter celeberrimas & antiquissimas Galliæ ciuitates accensetur: populi huius tractus, de quibus Cæsar l. 7. Bel. Gall. cap. 7. Cadurcis, Gabalis, Velauis, Heluijsque proximis imperasse memorantur. Nuncupati sunt

A olim fratres Romanorum quibuscùm bella gessêre; & contra Maximum, Aemilianum, & Domitium ducentis fermè hominum millibus conflixêre; quin & Cæsarem ipsum copiis militaribus impugnarunt, imò à Romanis propter potentiam liberi relicti sunt. Strabo lib. 4. & Plinius lib 4. c. 19 porrò de laudibus Aruerni municipij Sidonius Apollin. eleganter l. 4. epist. 21. *taceo territorij peculiarem iocunditatem, taceo illud æquor agrorum, in quo sine periculo quæstuosæ fluctuant in segetibus vndæ: quod industrius quisque quo plus frequentat, hoc minùs* B *naufragat: viatoribus molle, fructuosum aratoribus, venatoribus voluptuosum: quod montium cingunt dorsa pascuis, latera vinetis, terrena villis, saxosa castellis, opaca lustris, aperta culturis, concaua fontibus, abrupta fluminibus: quod denique huiusmodi est, vt semel visum aduenis, multis patriæ obliuionem sæpe persuadeat.* Vnde Gregorius Turonensis Episcopus, origine Aruernus ipse, de hac regione loquens l. 3. cap. 9. *velim*, aiebat Theodoricus Rex, *vnquam Aruernam Lemanem, quæ tantâ iocunditatis gratiâ refulgere dicitur, oculis cernere.* Et lib. C de Glor. Confessor. cap. 31. incolas pagi Limanicos ab vbertate regionis vocitat. In omnibus verò Notitiis, tum apud eundem Gregor. Sidonium, aliósue dicitur ciuitas Aruernorum; caues autem vrbem hanc quam Strabor. lib. 4. Nemossum indigitat, interpreteris Nemausensem, licet ita malè auctores scripserint, vnde viri eruditi sibi persuasêre Synodum Claromontanam ab Vrbano Pont. & Iuone dictam Aruernâ, Nemossensem quoq; appellatam ab huius æui auctoribus. Hæc vrbs multiplici denominatione apud Si- D donium Aruerna dicta, Aruernum, & Aruernorum ciuitas: à Iornande Aruerna, Aruernis in vitâ Gregor. Turon. apud Surium, & Aimoin. Aruernica in Conciliis Gall. Greg. Turonensi & Guiberto; Aruernus Adreualdo ac Reginoni. Cæterùm quandonam Aruerna vrbs antiquum nomen mutauerit in Claromontem, disertè aduertit Ioannes Sauaro in Originibus, videlicet à Claromonte, qui Aruerni oppidi, non longè à ruinis Gergouiæ, cuius rudera adhuc extant, distantis, arx fuit,

quæ à Pipino vnà cùm ciuitate euersa, quòd Vaifari Aquitani munimentum esset: hinc Scriptor Annal. Pipini: cùm, magno, inquit, belli
» apparatu Aquitaniam ingressus, quæ-
» dam oppida atque castella manu
» cepit, in quibus præcipua fuêre
» Burbonis, Cantilla, Claramontis:
Et Fredegarius Scholasticus in Chro-
» nico: videns Vaifarius Princeps
» Aquitanicus, quod castrum Cla-
» remontis Rex bellando ceperat:
tum subdit Thoromachus apud Canisium tom. 2. antiq. lect. *vsque vrbem Aruernam, cum omni exercitu veniens, Claremontem castrum captum* B *atque succensum bellando cepit.* Quamobrem ex eo opinatur Alteserra Rerum Aquitanic. lib. 1. cap. 5. ibidem arcem vetustissimam à Romanis conditam fuisse, quò videlicet collocata erat statio militum, vt patet ex Notitiâ Imp. Occidentalis. Claromontem quoque nominari testatur Aimoinus lib. 1. Histor. Franc. cap. 4. *in Aquitaniâ continentur vrbes egregiæ Narbona, Aruernis, quæ nunc Clarus Mons vocatur*; hoc nomen vsurpant etiam Lupus Ferrariensis epist. 28. ad Ionam Aurelianensem Episcopum, Nithardus, Guil- C lelmus Tyrius, & Winebrandus. Nec omittendum Aruernam ciuitatem dici apud Ammianum lib. 15.
„ excellere inter Aquitanicas: Euse-
„ bium, Eutropium, & Fredegarium in
„ Chron. nobilissimam Galliarum: à
„ Gregor. Turon. magnam: in vitis
„ SS. Genulfi, Austremonij, Boniti,
„ & Genesij, maximum oppidum,
„ nobilibus ac diuitibus incolis refer-
„ tum, commercio, bellicisque ar-
„ morum facinoribus percelebre: in
„ vitâ Gregor. Turon. Senatoribus,
„ velut vrbem Tarpeiam præpollere;
„ denique Adreualdo cap. 33. de mi-
„ racul. S. Benedicti famosam ciuita- D
„ tem Aquitaniæ; quæ encomia sanè
eius nobilitatem multis sæculis attestantur; varijs enim antiquitatibus memorabilis, & compluribus Sanctorum basilicis nobilitata illustrabatur; in eâ sex Synodi Patrum Gallicanorum habitæ sunt. Sauaro autem notat basilicam primariam Deiparæ Virgini dicatam esse, in eâ seruiunt triginta Canonici Capitulantes, præter quatuor Dignitatis: inter Capitula Collegiata

A diœcesis famosa est in primis Briuatensis basilica S. Iuliani Martyris, Sedi Romanæ immediatè subiecta, cuius Canonici Comites vocitantur. At sequentes reperiuntur Abbatiæ:

S. ILLIDII O B.
S. Allyre de Clairmont.

S. ANDREÆ O P.
S. André de Clairmont.

CASÆ-DEI O B.
la Chaise-Dieu.

EBROLII *Esbreule* O B.

MAVZACI *Mozac* O B.

MAGNILOCI *Manlieu* O B.

MENATI *Menat* O B.

ISSIODORI *Issoire* O B.

TIERNII *Tiern* O B.

BELLIMONTIS *fœm.* O B.
Beaulmont.

BRAGARDI *Brageat* O B.

CVSSETI *Cusset fœm.* O B.

RICOMACI *Rion olim* O B.

CHANTOENI *Chantoen* O A.

BELLAQVÆ *Belaique* O C.

BOSCHETI *du Bouschet* O C.

FENERIENSIS *Feniceres* O C.

MEDIIMONTIS O C.
Megemont.

MONTISPETROSI O C.
Montperoux.

ESCLEASIÆ *fœm.* O C.
l'Esclache.

VASSIACI *Vaissy fœm.* O C.

NOVEMFONTIVM O P.
S. Gilbert de Neufontaines.

Antistites autem Aruerni, qui nunc Claromontenses, hîc dantur ex libro Gallico Originum vrbis Claromontij, auctore Ioanne Sauarone Præside & Præfecto Aruerniæ, viro docto, de litteris, patriâque benè merito

eorum seriem aliunde etiam ex Ecclesiæ scripturis, monumentisque hactenus haud editis, ita digessimus.

1. S. AVSTREMONIVS primus Aruernensis Episcopus, sub Decio & Grato Consulibus cum sex aliis Præsulibus missionem accepit, & apud Aruernos Ecclesiâ fundatâ, Euangelium Christi prædicauit; is enim teste Greg. Tur. Hist. lib. 1. c. 28. cùm » Gratiano, Trophimo, Paulo & » Martiali, non per martyrium, summâ sanctitate viuens, post acquisi» tos Ecclesiæ populos, & fidem Chri» sti dilatatam, felici confessione migrauit. Conditus fuit apud Iciodorum vicum in Aruernis, S. Austremonij sepulchro & Abbatiâ nobilem, prout obseruat Greg. idem c. 30. l. de Glor. Confess. *Per sanctum Stremonium qui & ipse à Romanis Episcopis cùm Gratiano beatissimo, & reliquis quos memorauimus est directus, primum Arauerna ciuitas verbum salutis accepit, eòque prædicante salutarem mundi, Redemptorémque omnium Christum Dei filium credere cœpit. Huius autem sepulchrum apud Iciodorensem vicum habetur, ad quod cruda rusticitas, licet sciens quòd quiesceret, nullum tamen ibi exhibebat honoris cultum. Post longinqua verò annorum curricula, Cautinus qui ipsius Aruernæ vrbis Episcopus datus est, in Diaconatu suo Ecclesiam vici illius rexit: hæc ab ipsius Episcopi ore audiui.*

2. S. VRBICVS successit Austremonio, Gregorius Turon. Histor. l. 1. cap. 39. *Apud Aruernos*, inquit, *post Stremonium Episcopum, prædicatorémque primus Episcopus Vrbicus fuit, ex Senatoribus conuersus, vxorem habens, quæ iuxta consuetudinem Ecclesiasticam, remota à consortio Sacerdotis religiosè viuebat. Vacabant enim ambo orationi, eleemosynis, atque operibus bonis. Cùm quæ hæc agerent, liuor inimici, qui semper est æmulus sanctitati commouetur in fœminam, quam in concupiscentiam viri succendens, nouam Euam efficit. Nam succensa mulier à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domum Ecclesiæ per tenebras noctis. Cùmque obserata omnia reperisset, pulsare fores Ecclesiæ domus cœpit, &c. tandem Sacerdotis tepescit religio. Iubet eam cubiculo intromitti, vsúsque concubitu eius discedere iubet. Dehinc tardiùs ad se reuersus, & de perpetrato scelere condolens, acturus pœnitentiam, diœcesis suæ monasterium expetit; ibique cùm gemitu ac lachrymis quæ commiserat, diluens, ad vrbem propriam est reuersus. Qui impleto vitæ cursu, migrauit à sæculo. Nata est enim ab hoc conceptu filia, quæ in religione permansit, Ipse quoque Sacerdos cùm coniuge & filiâ in cryptâ Cantobennensi iuxta aggerem Publianum est sepultus. In cuius loco Legonus Episcopus subrogatur.* Obiit verò circa annum 312. 312. *Sauaroni.

3. S. LEOGONTIVS, qui Gregorio Legonus, habet ædem ad vrbis mœnia versùs Occidentem, vbi sepultus.

4. S. ILLIDIVS inter Episcopos Aruernenses sanctimoniâ notus florebat circiter annum 370. Gregor. 370. Turon. de ipso Hist. l. 1. c. 40. fatur his verbis: *Quo defuncto, Leogontio, Sanctus Hillidius successit, vir eximiæ sanctitatis ac præclaræ virtutis, qui in tantâ sanctitate emicuit, vt fama eius etiam extraneos fines adiret. Vnde factum est, vt ab Imperatoris Treuerici filiâ expetitus, vt spiritu immundo curaret; quod in libro illo, quem de eius vitâ conscripsimus, memorauimus. Fuit autem (vt fama refert) valde senex & plenus dierum, plenúsque bonis operibus, qui felici consummatione vitæ huius perfunctus transitu migrauit ad Christum: sepultúsque in cryptâ, suburbano ciuitatis illius. Habuit autem & Archidiaconum nomine & merito Iustum, qui & cursum vitæ bonis consummans operibus, magistri tumulo sociatur. Iam verò post transitum B. Hillidi Confessoris, ad gloriosum eius sepulchrum tantæ virtutes apparent, vt nec scribi integrè queant, nec memoriâ retineri. Huic sanctus Nepotianus successit.* Idem fermè expressit in libro de Vitis Patrum cap. 2. de Illidij præconio loquens: non me « artis Grammaticæ, sed tantùm B. « Patris Auiti Aruerni Pontificis stu- « dium ad Ecclesiastica sollicitauit scri- « pta: quæ de B. cognoui Illidio, illo « quo possum, proferam stylo. Deo « inspirante ac populo eligente pro- « meruit, vt Sacerdos Aruernæ Ec- « clesiæ & dominicarum ouium Pastor « eligeretur: cuius sanctitatis fama « dum per diuersos gratiarum euehitur «

» ascensus, factum est vt hæc gloria A Treuerici Imperatoris aures attingeret, cuius filia cùm à spiritu immundo correpta grauiter vexaretur, & non inueniretur à quo posset erui, B. Illidium fama detexit: & dicto citius ab Imp. directi pueri sanctum senem in antedictâ repertum vrbe, potestati regiæ celeriter repræsentant. At ille venerabiliter exceptum de exitu infelicis conqueritur filiæ. Ille verò confisus in Domino, in oratione prosternitur, noctéque cùm sacris hymnis, canticísque spiritalibus ductâ, immissis in os puellæ digitis, nequam spiritum à corpore B abegit obsessæ. Quod miraculum Imperator cernens, immensos auri, argentíque cumulos sancto offert Sacerdoti: quod ille execrans, & refutans; hoc obtinuit, vt Aruerna ciuitas quæ tributa in specie triticeâ ac vinariâ dependebat, in auro dissolueret: quia cùm graui labore penui inferebantur imperiali. Sanctus verò impleto vitæ præsentis tempore, in ipso itineris curriculo migrauit ad Christum, à suísque delatus in vrbe suâ sepultus est. Refert Gregorius C eodem loco meritis eiusdem Præsulis Illidij sanatum fuisse à morbo. Ad

5. Christum migrasse anno 385. 5. Iunij auctor est Sauaro in Originibus; & in libello de Sanctis Ecclesiis, & monasteriis Claromontij, in celebri monasterio sui nominis suburbano quiescere dicitur apud Gregorium, vbi festum agitur 7. Iulij.

5. S. NEPOTIANVS Illidio suffectus apud eundem Gregorium l. 1. cap. 41. vbi testatur Artemium successorem ad meliorem vitam reuocasse, huius hæc sunt verba: *igitur* D *apud Aruernos S. Nepotianus quartus habetur Episcopus. A Treueris verò Legati in Hispaniam mittebantur; ex quibus Artemius quidam admirabilis sapientiæ atque pulchritudinis, & primâ ætate florens, vi febrium est correptus. Præcedentibus verò aliis, hic apud Aruernos ægrotus relinquitur. Nam eo tempore apud Treueros sponsali erat vinculo nexus. A Sancto autem Nepotiano visitatus, atque oleo sancto perunctus, tribuente Domino redditur sanitati. Qui cùm ab eodem sancto verbum prædicationis accepisset, oblitus tam sponsam terrenam, quàm facultates proprias, sanctæ* A *copulatur Ecclesiæ, factúsque Clericus in tantâ prælatus est sanctitate, vt B. Nepotiano successor existeret, ad regendas gregis Dominici caulas.* Origines Claromontij obitum eius notant 2. Octobris circiter an. 388. sepultúmque in 388. Ecclesiâ S. Venerandi. Gregorius de Gloriâ Confessorum cap. 37. *Est ibi & sepulchrum*, inquit, *ipsius sancti Venerandi Episcopi, à quo hæc ædes nomen accepit, sub analogio compositum, super quod caput per fenestellam quicunque vult, immittit, precans quæ necessitas cogit, obtinétque mox effectum, si iustè petierit. Ibi & sanctus Nepotianus Episcopus requiescit, qui fuit in sæculo summæ* B *vir sanctitatis, obtinens nunc cùm Domini potentiâ quæ ab eo fuerint implorata.*

6. S. ARTEMIVS Treuerensis patriâ, nobilis stirpe, de quo, Gregorius loco citato, coniugatus ad Episcopatum vocatur, quem summâ sanctitate rexit: Sauaro vult decessisse circa an. 394 cuius inuocationi 394. erecta olim basilica in suburbiis, nunc solo æquata.

C 7. S. VENERANDVS Senatorio genere satus, post ipsum ad Ecclesiam Aruernensem promotus est. Paulini verba ista de illo, & nonnullis Præsulibus Galliæ, Historiæ suæ lib. 2. c. 13. intexuit Gregorius: *Apud Aruernum post transitum S. Artemij, Venerandus è Senatoribus Episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex, testatur Presbyter Paulinus dicens:* « Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecolismæ, D vel Venerandum Aruernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoriis, vtcunque se habent seculi mala, videbis profectò dignissimos totius fidei religionísque custodes. » *Hic in ipsâ Dominici Natalis vigiliâ transisse refertur. Mane autem facto, processio solemnitatis funeris eius obsequium fuit.* Quiescit in B. Illidij monasterio ex veteribus tabulis, in basilicâ S. Venerandi D. Illidio proximâ, de quo plura Gregor. noster cap. 35. 36. & 37. de Gloriâ Confessorum. Eius celebritas agitur 18. Ianuarij: vide martyrologia Claromontensia, & Molanum in Addi-

tionibus ad Vsuardum 15. Calend. Februarij.

8. S. Rvsticvs Aruernensis municipij indigenas, Artemio extincto postulatus fuit ad infulas, námque Gregorius præfato cap lib. 2. hæc subdit: *Post (Artemij) obitum, fœda apud ciues pro Episcopatu contentio vertebatur. Cùmque partes inter se diuisæ, alium, aliúmque eligere vellent, magna confusio erat populi. Residentibus tamen Episcopis, die Dominico mulier quædam velata atque deuota Deo, audenter ad eos ingreditur: quæ ait;* Audite me, Sacerdotes Domini: scitote enim, quòd non est in his beneplacitum Deo, quos hi ad Sacerdotium elegēre. Ecce enim Dominus hodie ipse sibi prouidebit Antistitem: itaque nolite conturbare neque conlidere populum, sed patientes estote parumper Dominus enim nunc diriget, qui regat Ecclesiam hanc. *His itaque mirantibus hæc verba, subitò Rusticus nomine, qui erat ex ipsa vrbis Aruernæ diœcesi Presbyter aduenit, ipse enim iam mulieri per visionem fuerat indicatus. Quo viso, ait:* En ipsum, quem elegit Dominus. Ecce qualem vobis Dominus Pontificem destinauit, hic ordinetur Episcopus. *Hæc eâ loquente, omnis populus cunctâ intentione postpositâ, clamauit, dignum ac iustum esse. Qui in Cathedrâ positus, septimus in eodem loco Pontificatus honorem, populo gaudente suscepit.* Mortuus die 24. Septembr. de quo Martyrologium meminit eodem die.

9. S. Namativs, post ipsum electus Pontifex, Gregorius idem lib. 2. c. 16. narrat id huiusmodi verbis: *Sanctus Namatius, post obitum Rustici Episcopi, apud Aruernos in diebus illis octauus erat Episcopus. Hic Ecclesiam, quæ nunc constat, & veterrima intra muros ciuitatis habetur, suo studio fabricauit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latum pedes sexaginta: in ante absidem rotundam habens, ab vtrôque latere ascellas eleganti constructas opere, totámque ædificium in modum crucis habetur expositum. Habet fenestras 42. columnas 70. ostia octo. Terror námque ibidem Dei, & claritas magna conspicitur, & verè plerúmque inibi odor quasi aromatum suauissimus aduenire à religiosis sentitur. Parietes ad altarium opere sarsurio, ex multo marmorum genere exornatos habet. Exacto ergo in duodecimo anno beatus Pontifex ædificio, Bononiam ciuitatem Italiæ sacerdotes dirigit, vt ei reliquias sanctorum Vitalis & Agricolæ exhibeant, quos pro nomine Christi Dei nostri manifestissimè crucifixos esse cognouimus.* Et cap. 17. vxoris suæ facit mentionem: *cuius coniux*, inquit, *basilicam S. Stephani suburbano murorum ædificauit. Quam cùm fucis colorum adornare vellet, tenebat librum in sinu suo, legens Historias actionis antiquas, pictoribus indicans quæ in parietibus pingere deberent.* Meminit & Gregorius lib. 1. Miracul. c. 44. de Agricolâ & Vitali martyribus, cùm ait: Horū reliquias Namatius Aruernorū Episc. deuotè expetiit, vt scilicet eas in Ecclesia quā ipse construxerat, collocaret: direxítq; vnum illuc Presbyterum, qui abiens cùm Dei gratiâ, quæ petierat, detulit. Regressúsque cùm sociis, in quinto ab Aruernâ vrbe milliario reuertentes, metatum accipiunt. Et ad Episcopum missos dirigunt, vt eis quid agant, iubeat ordinare. Sepultus est Namatius in eadem Ecclesiâ S. Stephani.

10. S. Eparchivs Sidonij Apollinaris decessor, Gregorius eodem libro cap. 21. Historiæ sic loquitur: *defuncto apud Aruernos Namatio Episcopo, Eparchius successit, vir sanctissimus, atque religiosus. Et quia eo tempore Ecclesia paruam infra muros vrbis possessionem habebat, ipsi Sacerdoti in ipso, quod modo Salutatorium dicitur, mansio erat, atque ad gratias Deo tempore nocturno reddendas ad altarium Ecclesiæ consurgebat &c. Sacerdos tentatus per commotionem corporis ad concupiscentiam: sed signo crucis sanctâ munitus, nihil ei inimicus nocere potuit. Ferunt etiam ipsum in arce Cantobennici montis monasterium collocasse, vbi nunc oratorium est, & ibi se diebus Quadragesimæ sanctæ, recludere. Die autem Cœnæ Dominicæ, cùm magno psallentio comitantibus Clericis, ciuibúsque ad Ecclesiam suam reuertebatur.* Excessit è viuis an. 471. 471.

11. Caivs Sollivs Apollinaris Sidonivs, nobilissimus genere, ac de primis Senatoribus oriundus, patre Apollinari Præfecto Prætorio Galliarum, auo & proauo Præfecturis vrbanis, Prætoriansque,

ac Magisterio Palatino, necnon mi- A litari illustribus. Sauaro Aruernensem patriã scripsit, at Lugdunensem ipse Sidonius non semel, nec obscuris verbis sese indigitat; & Aruernorum cùm frequens mentio extet in eius libris, id ansam dedit, vt origine Aruernus censeretur. Lugduni igitur ortus teste Sirmondo, sub optimis præceptoribus quibus tum Gallia liberalium artium studiis florebat, literis Græcis, Latinísque operam dedit, Hoeni in poeticis auditor, & Eusebij in Philosophicis; in omnibus verò tantùm profecit, vt doctorum æui sui virorum facilè princeps ac B disertissimus haberetur: poetices laude illustris, non solùm inter doctos, verùm & apud Principes viros summo in pretio fuit, quod sanè testantur omnis generis poemata, quæ vario argumento conscripsit: nam » Romæ, inquit Sirmondus in eius » vitâ, statuam inter Poetas sub Auito » in fori Traiani bibliothecâ meruit, » & à Maioriano cùm Circenses da- » ret Arelate, solemni eius epulo inter » honoratos adhibitus est. Ab Anthi- » mio autem post Comitiuam, aliásque » quibus ornatus ante fuerat digni- » tates, Præfectus vrbi creatus, atque » Patricius, gentem suam quam Præ- » fectoriam à proauis exceperat, Pa- » triciâ dignitate honestauit. Cæterùm maiorum more militiæ stipendiis defunctus, pacis inter Theodoricum Gothorum Regem, & Aetium Patricium ineundæ mediator fuit; mox coniugem Papianillam nomine, Auiti Imperatoris filiam, & Ecdicij Patricij sororem sibi in coniugem adsciuit. Cathedram dein Episcopalem] Aruernensem adeptus est defuncto Eparchio, in cuius locum renitens, ac nondum Clericali Ordine D

472. initiatus successit anno 472. quod sanè Sacerdotium pari sanctimoniâ, ac vigilantiâ difficillimis temporibus moderatus est; operæpretium enim subiicere Gregorij verba lib. 2. Hist. cap. 21. *Quo migrante, Eparchio, Sidonius ex Præfecto substituitur, vir secundùm sæculi dignitatem nobilissimus, & de primis Galliarum Senatoribus: ita vt filiam sibi Auiti Imperatoris in matrimonio sociaret.* Et cap. 22. *Tantæ facundiæ erat, vt plerùmque ex improuiso luculentissimè quæ voluisset, nullâ obsistente morâ, componeret: cùm autem esset magnificæ sanctitatis, atque ex Senatoribus primis, plerùmque nesciente coniuge, vasa argentea auferebat à domo, & pauperibus erogabat. Quod illa cùm cognosceret, scandalisabatur in eum: sed tamen dato egenis pretio, species domi restituebat.* Is in Episcopatu suo multa præclarè gessit, nam Aruernis obsidione cinctis per Gothos, diutinæ expugnationis impetus constanter sustinuit, inde oppido in potestatem hostium dedito, ab iis obtentu legarionis à Sede Pontificiâ eiectus cogitur exulare: tandem Cathedræ suæ restitutus, cùm inter barbaros optimi Pastoris munia sedulò impleret, singulari in omnes propensus benignitate, summâ autem in egenos liberalitate, æmula duorum presbyterorum odia in se constanter pertulit; qui omnimodâ sedis suæ potestate ei contumeliosè ablatâ, ad maximas angustias illum redegerunt, sed à calumniâ liberatur, quòd fusiùs habes obseruatum à Greg. lib. 2. c. 23. Tandem verò Aprunculo diuinâ quadam præsensione designato sibi Antistite, ad Christum feliciter migrauit 12. Cal. Septemb. anno 482. cùm 482.

C vixisset annis circiter 56. Ex Papianillâ vxore antequàm ad Episcopatum ascenderet, sustulit Apollinarem filium, Rosciam, & Seuerianam filias. Opera quamplurima elucubrauit, in quibus sanè, ait Sirmondus « in ipsius elogio, seu metro vinctis, « seu liberis ac solutis, siue narret aut « suadeat, siue laudet aut vituperet, « & quodcumque argumentum tra- « ctet, par in omnibus felicitas & co- « pia, atque ea tum verborum, tum « sententiarum varietas, vt mira in eo « vis ingenij, & abundantia quædam « doctrinæ statim eluceat: quantus es- « D set ostendit in extemporalibus etiam « repentinísque scriptionibus, quarum « illi tam prompta facultas erat, vt « non pauculos duntaxat versus non « meditatus funderet è vestigio; cùm « eximiis sæculi illius poëtis Domno- « lo, Seueriano, atque Lampridio de- « certauit. Multa autem suppressit in- « genij monumenta, & quædam ador- « sus, vt Atilæ bellum operis pertæ- « sus abiecit; Historiam prætereà sui « temporis vt scriberet, hortante Leo- « ne Eurici Regis Vesigothorum Con- « siliario, detrectauit. Hactenus ille. « Porrò fermè omnia quæ habemus

de Sidonij vitâ possunt erui ab ipsis A Sidonianis operibus, & Historicis, à quibus passim dilaudatur: inter eos Claudianus Mamercus Presbyter Viennensis, de statu animæ libros tres inscribens Præfectorio Patricio doctissimo viro & optimo Sollio Sidonio, illum potissimùm disertum, eruditissimum virorum, ac veteris eloquentiæ reparatorem appellat. Et alibi; multis scientiarum abundantem talentis. Gennadius item Presbyter Massiliensis de viris illustribus cap. 92. *Sidonius Aruernorum Episcopus scripsit varia & grata volumina, & sanæ doctrinæ; homo siquidem tam diuinis* B *quàm humanis ad integrum imbutus, acérque ingenio scripsit ad diuersos diuerso metro, & prosâ compositum insigne volumen, in quo quid literis posset, ostendit, verùm in Christiano vigore pollens, etiam inter barbaræ feritatis duritiem, quæ eo tempore Gallos oppresserat Catholicus pater & doctor habetur insignis: floruit eâ tempestate quâ Leo & Zeno Romanis imperabant.* Pari præconio afficitur à mediæ ætatis Scriptoribus non contemnendis Flodoardo, Siberto Gemblacensi, Hugone Floriacensi in Chronico, Honorio Augustodunensi, Petro Venerabili Abbate Cluniacensi, Abaelardo, & aliis. E Neotericis verò opera eius commentariis inter cæteros illustrarunt, Iacobus Sirmondus, & Ioannes Sauaro, ambo Aruerni doctissimi, ex quorũ notis ad Sidoniũ plura desumpsimus. In Ecclesiâ Aruernensi sanctorum albo adscriptus colitur ritu solemni, cuius cineres in veteri S. Saturnini basilicâ primò tumulati sunt, inde translati ad ædem S. Genesij. Huiusmodi autem epitaphium in vetusto codice Cluniacensi repertum his versibus:

Sanctis contiguus, sacróque patri,
Viuit sic meritis APOLLINARIS, D
Illustris titulis, potens honore,
Rectus militiæ, foríque iudex,
Mundi inter tumidas quietus vndas,
Causarum moderans subinde motus,
Leges barbarico dedit furori.
Discordantibus inter arma regnis,
Pacem consilio reduxit amplo,
Hæc inter tamen & Philosophando
Scripsit perpetuis habenda seclis,
Et post talia dona gratiarum,
Summi Pontificis sedens Cathedram,
Mundanos soboli refundit actus,
Quisquis hic dum lachrymis Deum rogabis,
Dextrum funde preces super sepulchrum,
Nulli incognitus, & legendus orbi,
Illic SIDONIVS *tibi inuocatur.*
XII. *Cal. Septemb. Zeno Imp.*

11. S. APRVNCVLVS ex Episcopo Lingonensi ad Aruernensem translatus Ecclesiam Burgundionum factione, vti auctor est Gregorius lib. 2. cap. 23. Cùm iam terror, inquit, Francorum resonaret in his partibus, & omnes eos amore desiderabili cuperent regnare, S. Aprunculus Lingonicæ ciuitatis Episcopus, apud Burgundiones cœpit haberi suspectus. Cúmque odium de die in diem cresceret, iussum est vt clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuncio, nocte à castro Diuionensi per murum demissus, Aruernos aduenit, ibíque iuxta verbum Domini quod positum in ore S. Sidonij, vndecimus datur Episcopus. Ei scribit Sidonius epist. 10. lib. 9. ac Ruricius Lemouicensis Præsul variis item epistolis. Obiit an. 491. humatus in templo S. 491. Stephani in suburbio vrbis.

C 12. S. EVFRASIVS Aprunculi successor ex eodem Gregorio lib. 3. cap. 2. apud Aruernos, inquit, post obitum B. Aprunculi, S. Eufrasius duodecimus Episcop. habebatur. Hic quatuor annos post Chlodouei obitum vixit, vicesimo quinto Episcopatus sui anno transiens. Quintianum Ruthenæ ciuitatis Episcopum extorrem benignè suscepit in vrbe Aruernâ, eíque ex facultate Ecclesiæ munificè contulit. Interfuit per Paulinum presbyterum Concilio Agathensi an. 506. & Aurelianensi 1. 506. an. 511.

14. S. APOLLINARIS Placidinâ satagente ad Episcopatum electus est post obitum Eufrasij: Gregorius citato c. lib. 3. eius ordinationem adnotauit his verbis: cùm populus S. Quintianum qui de Ruteno eiectus fuerat, elegisset, Alchima, & Placidina vxor, sorórque Apollinaris ad S. Quintianum venientes, dicunt: Sufficiat domine sancte, senectuti tuæ, quòd es Episcopus ordinatus: Permittat, inquiunt, pietas tua seruo tuo Apollinari, locum huius ho-

» noris adipisci. Ille verò cùm ad hunc » apicem ascenderit, sicut tibi placi- » tum fuerit, obsequerur: tu quoque » imperabis, & ille tuæ parebit in om- » nibus iussioni. Tantum vt humili sug- » gestioni nostræ aurem tuæ benigni- » tatis accommodes. Quibus ille, quid » ego, inquit, præstabo, cuius potesta- » ti nihil est subditum? sufficit enim vt » orationi vacans, quotidianum mihi » victum præstet Ecclesia. Illæ autem » hæc audientes, Apollinarem ad Re- » gem dirigunt. Qui abiens oblatis » multis muneribus, in Episcopatu » successit, quo quatuor abutens men- » sibus, migrauit à seculo. Cùm au- » tem hæc Theodorico nunciata fuis- » sent, iussit inibi S. Quintianum con- » stitui, & omnem ei potestatem tradi » Ecclesiæ, dicens: Hic ob nostri amo- » ris zelum ab vrbe suâ eiectus est. Et » statim directi nuncij, conuocatis » Pontificibus & populo, eum in » Cathedram Aruernæ Ecclesiæ loca- » uerunt. Qui quartusdecimus illi Ec- » clesiæ præpositus est. Coniugem ha- buit Alchimam sororem Placidinæ, quæ templum erexit Antoliano Martyri apud Aruernam vrbem, teste Gregorio lib. 1. Miracul. cap 65.

15. S. QVINTIANVS ex Rutenensi Præsule ad Aruernensem Ca- C thedram promotus fuit: *Rex Theo-* 516. *doricus*, inquit Gregorius lib. 3. c. 12. *ad vrbem Aruernam accedens in vici illius suburbano castra fixit. Beatus verò Quintianus iis diebus erat Episcopus*:

525. extrema clausit an. 525. de quo plura Gregorius c. 4. de Vitis Patrum ex quo sequentia desumpsimus: *Beatissimus Quintianus Afer natione, & vt quidam volunt, nepos Fausti Episcopi qui genitricem suam suscitasse perhibetur, sanctitate præditus, virtutum dote fulgidus, caritatis igniculo feruidus, castitatis flore præcipuus ad Episcopatum Rutenæ Ecclesiæ eligitur, expetitur, ordina-* D *tur. In quo Episcopatu ampliatis adhuc virtutibus cùm in Dei semper operibus cresceret, auctam B. Amantij Antistitis basilicam sanctum corpus manteia transtulit: orto inter ciues & Episcopum scandalo, Gothos qui tunc in antedicta vrbe morabantur suspicio attigit, quod se vellet Episcopus Francorum ditionibus subdere, consilioque accepto cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cùm viro sancto nuntiatum esset, de nocte consurgens cùm fidelissimis ministris suis, ab vrbe illa egrediens Aruernos deuenit, ibique à S. Eufrasio Episcopo, qui Aprunculo quondam Antistiti successerat, receptus est, largitisque ei tam domibus quam agris & vineis, & ille, qui Lugdunensi vrbi præerat summâ eum diligentia excolebant: erat enim iam senex, & verus Dei cultor; decedente autem ab hoc mundo S. Eufrasio, Apollinaris tribus mensibus sacerdotio subministrato migrauit. Cùm autem hæc Theodorico Regi nunciata fuissent, iussit inibi S. Quintianum constitui, & omnem ei potestatem tradi Ecclesiæ dicens: hic ob amoris nostri zelum ab vrbe suâ eiectus est:* B *Erat autem vir beatus in oratione assiduus, & in tantum amator populi sui, vt adueniente Theodorico, ac vallante cùm exercitu vrbem, sanctus Dei muros eius per noctem psallendo circuiret, & vt regioni vel populo Dominus velociter succurrere dignaretur, afflictus in ieiuniis atque vigiliis instanter orabat. Porrò Theodericus Rex cùm cogitaret etiam muros vrbis euertere, mollitus est oratione sacerdotis eius, quem in exilium retrudere cogitabat: in Ecclesiasticis verò scripturis eruditus est habitus hic sacerdos, sed & in eleemosynis magnificus fuit; eiiciebat & dæmonia se confitentia: multa & alia miracula vir beatus ope-* C *ratus est: obiit autem perfectus in sanctitate, & sepultus est in basilicâ S. Stephani ad læuam altaris.*

16. S. GALLVS Diui Gregorij Turonensis Episcopi patruus, qui, vt scribit c. 6. de vitis Parrum, incola « Aruernæ vrbis ab adolescentiâ suâ « deuotus Deo; pater ei nomine Geor- « gius, mater verò Leocadia ab stirpe « Vectij Epagarhi descendens, quem « Lugduni passum Eusebij testatur Hi- « storia, qui ita de primoribus Sena- « toribus fuerunt, vt in Galliis nil in- « ueniatur esse generosius, atque no- « bilius. Is à patre destinatus seculari « vitæ ac thalamo cuiusdam Senatoriæ « puellæ, Gallus consestim ad cœno- « bium Cromonense sexto ab Aruernâ « ciuitate milliario ad Abbatem se con- « tulit, vt vitæ monasticæ institutum « profiteretur; ibi clericaturâ initiatus, « erat enim egregiæ castitatis, à iocis « se iuuenilibus cohibebat, habens « miræ dulcedinis vocem cùm modu- « latione suaui, lectioni incumbens « assiduæ, delectans ieiuniis. Quem « cùm

„ B. Quintianus Episcopus ad idem A „ monasterium veniens cantantem au„ disset, non eum permisit vltra illuc „ retineri: sed secum ad ciuitatem ad„ duxit, & vt cœlestis pater in dulce„ dine spiritali nutriuit: cúmque de„ functo patre vox eius magis ac ma„ gis die adueniente componeretur, „ atque idem in populis maximum ha„ beret amorem: nuntiauerunt hæc „ Theodorico Regi, quem dicto citiùs „ arcessitum tantâ dilectione excoluit, „ vt eum proprio filio plus amaret: à „ Reginâ autem simili amore dilige„ batur, non solùm pro honestate vo„ cis, sed etiam pro castimoniâ corpo- B ris. Gregorius prædicto loco refert B. Gallum cùm Theodorico Rege Agrippinam venisse, vbi simulachra & fanum paganorum concremauit. Extincto Quintiano Præsule, Diaconi fungens officio, & reiectâ postulatione Treuerensium Clericorum, qui eum Pontificem exposcebant, defuncto Aprunculo eorum Antistite, summo Aruernensis populi desiderio ad patriæ Episcopatum vocatur: testis Gregor. c. 5. lib. 4. „ vbi ait: cùm B. Quintianus ab hoc „ mundo migrasset, sanctus Gallus in „ eius Cathedram, Rege opitulante C „ substiturus est; cùm multo psallen„ tio inquit eodem cap. de Vitis Pa„ trum, in ciuitatem suscipitur, & in „ suâ Ecclesiâ Episcopus ordinatur. „ Iam verò assumpto Episcopatu tan„ tâ humilitate, tantâque caritate cùm „ omnibus vsus est, vt ab omnibus di„ ligeretur: patientiam verò vltra ho„ minum morem habens, ita vt, si „ dici fas est, Moysi compararetur ad „ diuersas iniurias sustinendas. Multis ille sedem suam gestis illustrauit, sanctitate, miraculísque longè celeberrimus; nam vrbis incendium oratione ad Dominum emissâ repressit, & periculosâ lue afflictam ciuitatem D liberauit necnon magnũ terræ motũ: quò referenda Gregorij verba eodem „ c. 5. huius tempore cùm lues illa, „ quam inguinariam vocant, per di„ uersas regiones desæuiret, & maxi„ mè tunc Arelatensem prouinciam „ depopularetur, sanctus Gallus non „ tantùm pro se, quantùm pro po„ pulo suo trepidus erat. Cúmque die „ noctúque Dominum deprecaretur, „ vt viuens plebem suam vastari non „ cerneret, per visum noctis apparuit

ei Angelus Domini, qui tam cæsa- „ riem quàm vestem in similitudine „ niuis candidam efferebat, & ait ad „ eum: Benè enim facis, ó Sacerdos, „ quòd sic Dominum pro populo tuo „ supplicas. Exaudita est enim oratio „ tua, & ecce eris cùm populo tuo „ ab hac infirmitate liberatus, nullús- „ que te viuente in regione istâ ab „ hac strage deperiet. Nunc autem „ ne timeas: post octo verò annos ti- „ me. Vnde manifestum fuit, transa- „ ctis his annis, eum à sæculo discef- „ surum. Expergefactus autem, & Deo „ gratias pro hac consolatione agens, „ quòd eum per cœlestem nuncium „ confortare dignatus est, Rogatio- „ nes illas instituit, vt mediâ Quadra- „ gesimâ psallendo, ad basilicam B. „ Iuliani Martyris itinere pedestri ve- „ nirent. Sunt autem in hoc itinere „ quasi stadia 360. Cùm autem regio- „ nes alias, vt diximus, lues illa con- „ sumeret, ad ciuitatem Aruernam, „ S. Galli intercedente oratione, non „ attigit. Compluribus Conciliis Gal- „ liarum interfuisse constat, nempe Aurelianensi 2. 533. per legatum suum Laurentium presbyterum: Aruernensi an. 535. Aurelianensi 3. per Optardenum an. 538. item Aurelianensi 4. 541. & 5. 549. Migrauit ad 549. Christum anno salutis 550. Sauaro ait 562. de cuius exequiis Gregorius nepos in vitis Patrum: Transiit æta- „ tis suæ 65. Episcopatus verò sui se- „ ptimo & vigesimo anno; exin ablu- „ tus atque vestitus in Ecclesiam de- „ fertur: donec Comprouinciales ad „ eum sepeliendum conuenirent: ia- „ cuit autem in Ecclesiâ triduo, assi- „ duo instante psallentio cùm magnâ „ frequentiâ populi: Episcopis autem „ quartâ die aduenientibus, eum de „ Ecclesiâ leuauerunt, & portantes in „ sancti Laurentij basilicam, ibi sepe- „ liunt. Iam verò in exequiis eius „ quantus planctus, quanti populi af- „ fuêre, enarrari vix potest: ipsi Iu- „ dæi accensis lampadibus plangendo „ prosequebantur: omnes prætereà „ populi vnâ voce dicebant, væ no- „ bis, qui post hanc diem nunquam „ similem merebimur habere Pontifi- „ cem: denique ad sepulchrum mul- „ tæ virtutes ostensæ sunt. Præter „ Gregorium pluribus locis operum patrui Galli laudatorem, vt ipsemet testatur lib. 2. cap. 23. de Gloriâ

Martyrum, in Historiâ Francicâ, & vberiùs in vitâ sanctorum Patrum cap. 6. virtutes egregias huius Pontificis in gratiam Gregorij Turonens. Venantius Fortunatus lib. 4. carm. 4. epitaphio complexus est.

17. CAVTINVS ex Archidiacono Ecclesiæ Aruernensis, & Diacono Iciodorensis vici, iussu Theobaldi Regis præficitur, Episcopatum ambiente Catone Presbytero, de cuius vitâ Gregorius refert plura cap. 5. libri 4. ex quo ista subiicimus: cùm ab hoc mundo migrasset (Gallus) & ablutus in Ecclesiam deportatus fuisset, Cato Presbyter continuò à Clericis de Episcopatu laudes accepit: & omnem rem Ecclesiæ tanquam si iam esset Episcopus, in suam redegit potestatem. Ordinatores remouet, ministros respuit, cuncta per se ordinat. Episcopi tamen (subdit Gregor. cap. 6.) qui aduenerant sanctum Gallum sepeliendum, postquàm eum sepelierant, dixerunt Catoni Presbytero: *videmus quia te elegit pars maxima populorum: veni, consenti nobis, & benedicentes consecremus te ad Episcopatum. Rex verò paruulus est, & si qua tibi adscribitur culpa, nos suscipientes te sub defensione nostrâ, cum Proceribus & primis Regni Theodoualdi Regis agemus, ne tibi ulla excitetur iniuria. Nos quoque (intantum fideliter crede, vt spondeamus pro te) omnia etiam si damni aliquid superuenerit, de nostris propriis facultatibus id reddituros.* At ille cothurno vanæ conflatus gloriæ ait: *Nostis enim famâ currente, me ab initio ætatis meæ semper religiosè vixisse, vacasse ieiuniis, eleemosynis delectatum fuisse, continuatas sæpiùs exercuisse vigilias, psallentio verò iugi crebrâ persistisse statione nocturnâ. Nec me Dominus Deus meus patitur hac ordinatione priuari, cui tantum famulatum exhibui. Nam & ipsos Clericatus gradus Canonicà sum semper institutione sortitus. Lector 10. annis fui. Subdiaconatus officium 5. annis ministraui, Diaconatui verò 15. annis mancipatus fui, Presbyterij autem iam honore 20. annis potior. Quid enim mihi nunc restat, nisi vt Episcopatum, quem fidelis seruitus promeretur, accipiam? Vos igitur reuertimini ad ciuitates vestras, & si quid vtilitati vestræ competit, exercete. Nam ego Canonicè adsumpturus sum hunc honorem.*

Hæc audientes Episcopi, & in eum vanam gloriam execrantes, discesserunt. Tum inquit c. 7. igitur cùm consensu Clericorum ad Episcopatum electus, cùm adhuc nonordinatus cunctis ipse præesset, Cautino Archidiacono diuersas minas intendere cœpit, dicens: *ego te remouebo, ego te humiliabo, ego tibi multas neces impendi præcipiam.* Cui ille: *gratiam, inquit, tuam, domine piissime habere desidero, quam si mereor, vnum tibi beneficium præstabo. Sine vllo enim labore tuo, & absque vllo dolo, ego ad Regem pergam, & Episcopatum tibi obtinebo, nihil petens, nisi vt promerear gratiam tuam.* At ille suspicans eum sibi velle illudere, hæc valde despexit. Hic verò cùm se cerneret humiliari, atque calumniæ subiici, languore simulato, & per noctem ciuitatem egrediens, Theodoualdum Regem petiit, adnuncians transitum S. Galli. Quod ille audiens, vel qui cùm eo erant, conuocatis Sacerdotibus apud Metensem ciuitatem, Cautinus Archidiaconus Episcopus ordinatur. Cùm autem venissent nuncij Catonis Presbyteri, hic iam Episcopus erat. Tunc ex iussu Regis traditis ei Clericis, & omnibus quæ hi de rebus Ecclesiæ exhibuerant, ordinatisque qui cùm eo pergerent Episcopis, & Camerariis, Aruernos eum direxerunt. Qui à Clericis & ciuibus libenter exceptus, Episcopus Aruernis est datus. Grandes posteà inter ipsum & Catonem Presbyterum inimicitiæ ortæ sunt: quia nullus vnquam potuit flectere Catonem, vt Episcopo suo subditus esset. Nam & diuisio Clericorum facta est, & alij Cautino Episcopo erant subditi, alij Catoni Presbytero, quod eis fuit maximum detrimentum. Cautinus autem Episcopus videns eum nullâ ratione posse flecti, vt sibi esset subditus, tam ei, quàm amicis eius, vel quicumque ei consentiebant, omnes res Ecclesiæ abstulit, reliquitque eos inanes ac vacuos. Quicunque tamen ex ipsis ad eum conuertebantur, iterum quod perdiderant, recipiebant. Nec propterea Episcopatum adeptus Catonem habuit amicum: Nam iste, addit Gregorius c. 11. l. 4 amicitias cùm Chramno nexuerat, promissionem ab eo accipiens, vt si contigerit in articulo temporis illius Regem mori Clotharium, statim eiecto Cautino ab Episcopatu,

» iste præponeretur Ecclesiæ; sed qui A
» Cathedram B. Martini contemptui
» habuit, quam voluit non accepit.
Paulò post c. 12. eiusdem libri Gregorius noster ita inuehitur in depravatam ac crudelem huius Antistitis vitam: *denique Cautinus adsumpto Episcopatu, talem se reddidit, vt ab omnibus execraretur, vino vltra modum deditus. Nam plerùmque in tantum infundebatur potu, vt de conuiuio vix à quatuor portaretur. Vnde factum est vt epilepticus fieret in sequenti, quod sæpiùs populis manifestatum fuit. Erat enim & auaritia in tantum incumbens, vt cuiuscumque possessionis fines eius termino ad-* B *hæsissent, interitum sibi putaret, si ab eisdem aliquid non minuisset, & à maioribus quidem cùm rixa & scandalo auferebat, à minoribus autem violenter diripiebat*. Er rursum: *in Cautino nihil sancti, nihil perfi fuit, de omnibus enim scripturis tam Ecclesiasticis quàm secularibus, adplene immunis fuit. Iudæis valde carus ac subditus erat, non pro salute, vt Pastoris cura debet esse sollicita, sed pro comparandis speciebus, quas cùm hic blandiretur, & illi se adulatores manifestissimè declararent, maiori quàm constabant pretio venundabat*. Meminit autem Gregorius cap. 13. eum Præsulem iuxta laudabile institutum B. C Galli, Quadragesimæ diebus Briuatensem diœcesim psallendo perlustrasse. Occubuit tandem in vrbe
571. Aruernâ, an. 571. Martij 26. ex lue inguinariâ, quæ Aruernam regionem tum temporis populabatur, quâ & Cato presbyter eius æmulus extinctus est: Gregorius lib. 4. cap. 31. *Tunc & Cato presbyter mortuus est. Nam cùm de hac lue multi fugissent, ille tamen populum sepeliens, & Missas viriliter dicens, nunquam ab eo loco discessit. Hic autem Presbyter multæ humanitatis, & satis dilector pauperum fuit: & credo hæc causa ei, si quid superbiæ habuit, medicamentum fuit. Cautinus autem* D *Episcopus, cùm diuersa loca hanc cladem timens circumisset, ad ciuitatem regressus est, & hanc incurrens, Parasceue Passionis Dominicæ obiit.*

18. AVITUS Iudæos de Aruerniâ ad veram Christi fidem & baptismum reuocauit, postquàm eos sæpiùs monuisset, vt relictâ lege Mosaicâ, Christum filium viuentis Dei corde profiterentur: tandem diuinâ gratiâ, & sollicitante Pontifice, postulauerunt ablui sacro baptismate; *Gauisus nuntio Pontifex*, inquit Gregorius l. 5. c. 1. *nocte sanctâ Pentecostes vigiliis celebratis, ad baptisterium foras muraneum egressus est: ibique omnis multitudo coram eo prostrata baptismum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans, cunctos aquâ abluens, crismate liniens, in sinu matris Ecclesiæ congregauit. Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candido. Nec minus fuit vrbi gaudium, quàm quondam Spiritu sancto descendente super Apostolos, Hierusalem videre promeruit. Fuerunt autem qui baptisati sunt ampliùs quingenti*: refert autem hæc gesta anno circiter quo Childebertus Sigeberti filius regnare cœpit: & pœma inscribit de eâ, Iudæorum conuersione Gregorio, Fortunatus lib. 5. carm. 4. vbi alumnus ipsius vocatur: mentionem illius & facit lib. de Gloriâ Martyrum ac Confessorum, cùm de Ecclesiâ Aruernensi sermonem habet. Florebat porrò vt ex eodem Gregorio intelligitur an. 580. ad quem etiam 580. scribit tria epigrammata Fortunatus lib. 3. carm. 24. vbi summis præconiis afficitur, hoc initio: *Domino sancto atque Apostolicis actibus prædicando, & peculiariter dulci in Christo patri Auito Papæ:*

Officiis intente piis Pater orbis Auite;
Gloria Pontificum, noster & altus amor:
Per quem plebs, regio, peregrinus, & hospes aluntur.
In quo cuncta rapit, quæ sibi quisque cupit.
Ex opere immeritus merui pia dona patroni,
Ne minimam pascens immemor esset ouem.
Qui trahis ore greges æterna ad pabula Christi,
Qualiter hinc viuant est quoque cura tibi, &c.

19. S. DESIDERATUS habet Ecclesiam sibi dicatam, sepultúsque in æde S. Illidij, in cuius Calendario depositionem habet 3. Idus Februarij.

20. S. AVOLUS quiescit in templo B. Illidij, sicuti veteres tabulæ testantur.

A. Ch.

rius Sigeberti primò addictus, tum Magister Pincernarum, regij Annuli Custos & Referendarius, demum Præfectus Massiliæ primæ prouinciæ renunciatur. *Per idem tempus*, inquit vita ipsius MS apud Quercetanum tomo 1. Hist. Franc. *Script. germanus eius Auitus Pontifex, vir exterioribus studiis eruditus, sacrisque literis, omnibusque efficiis diuinis præpotens, ter quinis ferè amplius annis magnâ cùm alacritate Aruernam sibi commissam rexit Ecclesiam. Tandémque correptus morbo, cùm extremum cerneret aduentare vitæ suæ diem, consentiente ipsi Ecclesiâ, Bonitum virum Dei cumprimis idoneum successorem, fe-*B*disque suæ dignissimum iudicauit sacerdotem. Missa autem ab illo ad Regem legatio est, vt is auctoritate Regiâ electioni Boniti suum quoque consensum adiiceret. Eo tempore sub Theodorico Rege Pipinus Maior domus curam Palatij & Regni gerens, cuncta ferè pro suo moderabatur arbitratu. Non defuit hic in re consensus Regis, Domino illius cor permouente, qui Ecclesiæ suæ oportunum Pastorem, & aduersus immanis belluæ rabiem defensorem parabat. Reuersis itaque legatis cùm gaudio, vir Dei Bonitus summâ omnium voluntate, lætitiâ & fa-*C*uore in Cathedrâ est collocatus. Ille verò suscepto Episcopatu, cùm esset vir prudens, non honorem, sed onus impositum sibi arbitrabatur.* Cathedram obtine-

689. bat an. 689 Sauaro in Originibus 15. Ianuarij an. 709. Lugduni mortuum memorat, sepultúmque in æde monialium S Petri, vnde elatus ad Ecclesiam Claromontensem. De S. Bonito Martyrologium Romanum, Breuiarium Bituricense, ac Petrus Damianus ep. 9. & 10. lib. 1. Ecclesiam habet in suâ vrbe Claromontanâ, Biturigis, & Molinis.

D

31. Nordebertus à Bonito designatus successor, vti vita eius » MS. refert: Sanctus Episcopus virum » Dei Nordobertum comprimis excel- » lentem & industrium, genere nobi- » lem, ingenio valde perspicacem ob- » seruauit, vt ipsi successor, & plebi ipsi » commissæ Rector, patriæque defen- » sor esse vellet. Missi sunt autem ad » Regem Legati idonei, qui illud ne- » gotium agerent, puta Cautinus Ar- » chidiaconus, & aliquot eius comites » benè digni. Illi vbi ad virum Dei, » re confectâ, sunt regressi, cùm ma-*A*gno omnium fauore Nordobertum « suâ in Cathedrâ reposuit. «

32. Bubus.

33. Proculus, de quo hæc prodit vita Boniti superiùs memorata: cùm vir venerabilis Proculus « Præsulatus Cathedram Aruernicæ « vrbis post virum Dei loco tertio « sublimatus fuisset, dignum ille suo « munere suscepit opus. Nam B Mau- « ricij Ecclesiam cernens omni ex par- « te deformem, quædam etiam illius « diruta, miro modo non solùm in « priorem illam restituit statum, sed « etiam ad eius splendorem non pa- « rum adiecit. Simul etiam ad S Bo- « niti reliquias repetendas dignos ab- « legauit Sacerdotes, venerabilem sci- « licet Adelphium monasterij Magni- « locensis Abbatem, necnon & Eoal- « dum Voluicensis cœnobij Patrem, « Moderatúmque Teclacensis mona- « sterij Rectorem, & alios sacerdotes « & monachos, quos tali exequendo « negotio idoneos est arbitratus. Qui « vt Lugdunum, ad virum industrium « Fulcoadum, qui eo tempore Præ- « sulatus officio erat prælectus, per- « uênere, eíque sui aduentus causam « exposuêre, ab eo petita impetrarunt: « Sanctúmque B. Boniti corpus ab ipso Proculo Episcopo in Ecclesiâ sancti Mauricij collocatum est.

34. Thaido.

35. Daibenus in catalogo Portuensi cognominatus Dailenus.

36. Stephanus I. de eo in Mosacensi MS. Lanfredo Abbate.

37. Adebertus consecrauit monasterium Mosacense à Pipino Rege instauratum, vbi & iacet.

38. Fridigisus Ludouico Pio imperante.

39. Stabilis in Concilio Tusiacensi subscriptus habetur an. 860. 860.
obiit Cal. Ianuarij, præpostero ordine collocatus in catalogis ante Fridigisum.

40. S. Sigo sedebat an. 862. re- 862.
staurator basilicæ S Mariæ de Portu

à Normannis euersæ, vbi conditus: per Stephanum Comitem Aruernen-
863. tem an. 863. Sede Aruernensi ejectus, quod significat Nicolaus Papa epist. 66. *Contra omne quod Christianæ religioni conuenit, deiecto sanctissimo Sigone Aruernensi Episcopo, in locum eius peruasorem Adonem Clericum substituisti; præcipimus auctoritate Dei omnipotentis, beatorumque Apostolorum Principum Petri ac Pauli, vt nullam passus moram, sanctissimum Sigonem Episcopum, deiecto peruasore, Ecclesiæ suæ restituas, & in omni sacerdotij dignitate eum manere amodò dimittas. Nam quia nonnulla impudica ac scelestissima de te inculcantur, Apostolicâ auctoritate sancimus, vt de his plenissimè satisfacturus, in nostrorum Legatorum præsentiâ, qui constitutæ à nobis Synodo præesse debebunt, in loco præfixo occurrere studeas, quodque si neglexeris, & præsentiam tuam à Synodico examine defraudare tentaueris, sciat te Præsulatus nostri auctoritate, à vini & carnium participatione omnino excommunicatum, quousque Romæ in nostrâ speciali præsentiâ districtam positurus rationem adsistas. Peruasor verò sanctæ Aruernensis Ecclesiæ, si post hanc nostram definitionem illic remorari tentauerit, & aliquod impedimentum Sanctissimo Sigoni Episcopo facere quacumque argumentatione præsumpserit, sciat se pari modo, non tantùm à vini & carnium, verùm & à corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi participatione penitus esse seiunctum, quandiu nostris iussionibus obstinatè in præsentiam Apostolicam venire distulerit.* Concilio Suessionensi 3. ad-
866. fuit an. 866. illius festum notatur 4. Idus Februarij in Calendariis, & cineres in Portuensi æde asseruantur.

41. Agilmarvs præsens Synodo Pontigonensi an. 876 & Tricasfinæ 2. an. 878. comes fuit Ioannis 8. Pontificis in Italiam reuertentis, qui eum epist. 115. commendat Ludouico
878. Balbo Regi an. 878. *præsentem*, ait, *latorem epistolæ, Agilmarum venerabilem Episcoporum excellentiæ vestræ plurimùm commendamus, quatenus idem, suáque Ecclesia crescat augmento perfectionis, qui in omnibus opportunitatibus nostris nulli secundus extitit, & vobis fidelissimum in cunctis, quæ cognouerit, verissimè comprobauimus. Inter hæc Episcopos, quos Serenitas vestra in nostrum iussit venire adiutorium, sciat præter Agilmarum nullum venisse.* De eo fit mentio in diplomate Caroli Crassi Regis anno 885. pro Girboldo Ca- 885.
bilonensi Antistite.

42. Ioannes i.

43. Adalardvs. subscriptus testamento Vuillelmi Comitis Aruernorum, Ducísque Aquitaniæ, Cluniaci fundatoris anno 910. nomina- 910.
tur & lib. 3. c. 6. vitæ S. Geraldi Aureliacensis.

44. Arnaldvs dotationi monasterij Dolensis in Biturigibus inscribitur æra Christianâ 912. repara- 912.
tor & monasterij S. Illidij Bernardo Abbate.

45. Bernardvs i. consecrauit monasterium Issiodorense.

46. Stephanvs ii. instaurator ciuitatis incendio olim deformatæ Stephano 1. sedente, de quo Frodoardus in Chronico. *Anno 951. Lu-* 951.
douicus Rex Aquitaniam cùm exercitu petit. Sed antequam eandem ingrederetur prouinciam, Karlus Constantinus Viennæ Princeps, & Stephanus Aruernorum Præsul, ad eum venientes sui efficiuntur: idem verò Episcopus opimis eum honorat muneribus. Recensetur & in archiuis matris Ecclesiæ an. 959. & 976.

47. Bego sedebat anno 993 de 993.
quo fit mentio in veteribus tabulis Illidianis.

48. Stephanvs d'Avvergne iii. Guidonis huius nominis 1. Comitis Aruernorum natus, frater Roberti 2. vt aduertit Iustellus in stemmate Aruernico: viuebat an. 1017. ex schedâ maioris Ecclesiæ. 1017.

Auvergne. D'or au gonfanon de gueulle frangé de sinople.

49. Ioannes ii.

50. Stephanvs d'Avvergne iv. Guillelmi 3. Comitis Aruerniæ ex Philippâ Gabalitanâ filius, prædicti Stephani pronepos.

Auvergne.

51. Renco Ecclesiæ suæ munificus dotator, adfuit Concilio Lemouicensi 2. 1034. templum Cæsar- 1034.
Dei consecrat constituto Abbate Roberto, & Assumptionis festum

solemne fundauit: In archiuis matris Ecclesiæ habetur donatio Petri Presbyteri præsente Rencone, & Vuillelmo Comite, Stephani filio, Stephano Præposito, cæterisque Canonicis, die Martij in festiuitate Sanctorum Martyrum Agricolæ & Vitalis, anno 10. regnante Henrico. Item aliud documentum Giraldi: in cartulario Casæ-Dei dicitur dilectissimus & familiarissimus Regis Franc. Henrici in tabulâ Roberti Brinatensis

1052. Thesaurarij, datâ Vitriaco 1052. diem suum obiit Renco 17. Septemb. in veteri Necrologio; huius autem sepulchrum quatuor columnis fultum, cùm Ecclesiæ Capucinorum fundamenta iacerentur detectum est, his versibus adscriptis:

Continet hic tumulus RANCONIS *Præsulis artus*
Præfuit Aruernis, annis ferè bis duodenis,
Tempore & Henrici Regis sibi semper amici,
Transiit Octobris ter quinis nempe Calendis.

Polignac 52. STEPHANUS DE POLIGNAC V. cognomento Scindens ferrum, Armandi Vicecomitis de Polignaco filius, Guillelmi I. germanus, si fides membranis genealogicis huius familiæ: ex Præposito B. Mariæ Podien-

1064. sis, præfuit 1064. sub quo Berengarius Vicecomes Carlati fundat monasterium Montis Saluij.

53. DURANDUS ex Abbate secundo monasterij Casæ-Dei in Aruernis, cœnobium Mozaci B. Hugoni

1094. Cluniacensi concessit anno 1094. vir fuit singularis pietatis & doctrinæ, cuius epistolæ mutuæ leguntur ad Anselmum in operibus eiusdem Cantuariensis Archipræsulis: memoratur in veteri notitiâ monasterij S. Illidij

1095. regnante Philippo: decessit an. 1095. 20. Nouemb. ex Calendario Claromontensi MS. sepultus in Ecclesiâ S. Nicolai ab Vrbano 2. Pontifice, totius Synodi Aruernensis seu Claromontanæ, quam & Vrbaniensem nuncupant, Patribus congregatis. Hugo Flauiniacensis in Chronico, inquit, *Durandus antequàm Concilium hoc inciperetur, toto orbe ad eius exequias occurrente, ab ipso Papâ & Episcopis, terra est mandatus cum gloriâ, & sedem eius Vuillelmus de Baffiâ adeptus est laude Cleri & populi, præcepto Apostolici.* Baldricus Abbas Burgulij haud contemnendis epitaphiis eius memoriam celebrat in carminibus Historicis, apud Quercetanum tomo 4 Historiæ Francorum Scriptorum: sunt autem huiusmodi:

Nomine DURANDUS *iacet hic Præsul venerandus,*
Quem commendauit vita benigna Deo.
Exequias celebres, quæ forma fuêre triumphi,
Dispensauit ei gratia summa Dei.
Vrbanus Synodo generali Papa vocatâ,
Patres bis centum monuit ad obsequium.
Tertia quæ decimam lucem præit ante Decembrem,
Vita præsentis lumen ademit ei.
Aruernis sanctos cineres reuerentur habeto,
Atque patrocinio tutior esto suo.

Eodem loco sic etiam cecinit.

Temporibus luteis vir magnæ strenuitatis,
Aurea DURANDUS *secula restituit.*
Aruernis Præsul dignissima Præsule fecit,
Fecit digna Deo religiosus homo, &c.

54. GUILLELMUS DE BAFFIE Baffie Decanus Ecclesiæ de Chamaliere, quem Sauaro in Originibus Vuillelmum Guimundum perperam vocitat, námque oriundus erat ex gente Baffiâ, cuius cognominis vetusta stirps in Aruernis, vnde prodiit Eleonora, Vuillelmi Veteli dicti, Baffiæ toparchæ filia, & vxor Roberti 2. Comitis Aruerniæ. Vrbano 2. ordinante creatur Pontifex Aruernotum, cui confirmat inter cætera ius præcedendi alios Aquitaniæ primæ Episcopos 1097. donum accipit pro Ecclesiâ Cathedtali castri de Scorraillâ ex veteribus tabulis, & in alterâ cartâ habetur: *Guillelmus de* 1101. *Baffiâ venerabilis Aruernorum Episcopus, quando Guillelmus Comes Pictauiensis Hierosolymam adiit, dedit in alodium mansum de la Mura in quo ædificatum est castrum d'Vsson*: fragmentum illud extat in cartophylacio Ecclesiæ Podiensis.

An.Ch. *Episcoporum postulauit, quod & Honorius* A *Papa confirmauit literis suis ad Regem Franciæ scriptis, Tyburi 3. Cal. Augusti anno 2. sui Pontificatus.* Nominatur in contractu quo Imbertus Belloiocensis vendit Philippo Pulchro Comitatum Montisferrandi die Lunæ post festum B. Simonis & Iudæ 1291. statuta condidit 1296. & codi-
1297. cillos vltimæ voluntatis 1297. quo anno excessit è viuis 17. Octob.

Aycelin. 65. IOANNES AYCELIN III. ex Abbate Claromontensi electus die Paschæ 1298. confirmatur à Vicario Archiepiscopi Metropolitani Ro- B mam profecti 1297. mense Decembri: Ecclesiæ suæ parochiam S. Mammetis legauit suis cùm iuribus: & memoratur anno 1300. in cartâ ho-
1300. minij Geraldi de Vernois militis, domini de Chamilharges: decessit 4. Martij ex veteri obituario.

Du Cros. 66. PETRUS DU CROS II. creatur Episcopus 3. Februarij 1302. sub quo Claromonte 1304. à Præsulibus Bituricensis prouinciæ pro decimis Regi Philippo Pulchro datis, conuocatus est cœtus Ecclesiasticus, ex Regesto Cameræ Rationum regiarum Parisiensium: obiit Petrus 25. C
1307. Septembr. 1307. ex Calendario Claromontensi.

Aycelin. 67. AUBERTUS AYCELIN frater Egidij Aicelini domini Montisacuti, nepos & Egidij Archiepiscopi Narbonensis, ex nobili stirpe Aruernâ Aicelinorum de Monteacuto geniti: ad hunc autem Episcopatum ascendit ex Canonico Claromontensi, deiń Archidiacono Carnotensi 1307. sequenti anno mense Septembri, domum apud Claromontem à Ioanne Comite Foresij emit mille & quadringentis libris, nuncupatam vulgò Palatium Hugonis D de Turre, quod in feudum tenebat ab Episcopo. Eleuat corpus S. Illidij
1311. 9. Decemb. 1311. induxit Carmelitas in vrbem, & cùm Capitulo suo controuersiam habuit pro iuribus diiudicandis, arbitro Bertrando Cardinali S. Marcelli designato à Pontifice: moritur 1318 & sepultum ad dexteram maioris aræ autumat Sauaro in Originibus.

68. ARNALDUS ROGERII DE COMENGE Bernardi 6. Conuenarum Comitis & Loræ Mõtfortiæ filius: ex primo Episcopo Lomberiẽsi in Occitaniâ huc translatus 18. Februarij 1329. solitam iuramenti formulam præstitit Capitulo, ex actis sigillo suo obsignatis. Comenge. 1329.

69. RAYMUNDUS DES PRES Episcopi iusiurandum exhibet 29. Septembris 1338. vrbem ingressus 24. Maij: vitam finiit 1. Aprilis 1340. Des Prez. 1340.

70. STEPHANUS AUBERT, VIII. ex Episcopo Nouiomensi transiit ad hanc sedem 1340. posteà Cameracensis Præsul, Cardinalis Ostiensis, ac tandem Papa Innocentius VI. de quo plura superiùs ex Historiâ summorum Pontificum, & Cardinalium. Aubert.

71. PETRUS ANDRE' III. ortu Claromontensis, ab Episcopatu Nouiomensi traductus est ad Claromontanum 1342. sacramentum profitetur 1345. 22. Maij: testis in cessione Delphinatus ab Humberto in fauorem Philippi filij Regis Franciæ 1343. dissidium habuit cùm Armando de Castronouo domino de Meleto, super recognitione feodali mansi de Sales, cartâ datâ Auenione 1344. quædam diplomata à Clemente VI. obtinuit pro coronide imponendâ ædi Cathedrali: dein fit Cameracensis Episcopus. André. 1342. 1344.

72. PETRUS D'ARFEVILE, IV. an. 1348. cui Anna Ioannis Comitis Claromontani vxor, hominium præstat pro terris de Montrognon & de Chamalieres anno 1350. ex registro Cameræ Computorum; posteà Episcopus Vceticensis, Mimatensis, & Vaurensis. Arfevile. 1350.

73. IOANNES DE MELLO IV. ex nobilibus toparchis de Melloto in Burgundiâ, huius loci & Guiriaci dynasta, Episcopus anteà Cabilonensis, ad hanc Cathedram assumptus 1357. die festo Omnium Sanctorum. Locumtenens generalis Ioannis à Franciâ, Ducis Biturigum & Aruernorum 1374. subscribit testamento Guidonis Boloniensis Cardinalis Portuensis, Legati in Hispaniâ, & sepulti in Abbatiâ de Boscheto. De Mello. 1374.

LA TOVR. 74. HENRICVS DE LA TOVR A electus 25. Maij 1376. memoratur à Froissardo 1390. cum Roberto de Bethunâ Vicecomite Meldensi; ad quem extat epistola Papæ Bonifacij IX. pro libertate monasterij S. Illidij. Consecrauit maius altare cœnobij Carmelitarum, præsénsque notatur in pactis matrimonij Beraldi Delphini Aruerniæ cùm Ioannâ de Turre.
1415. Fundat festum S. Laurentij: ac vitæ curriculum peregit 7. Maij 1415.

GOVGE. Comme cy deuant. 75. MARTINVS GOVGE, dictus DE CHARPAGNE, patruus Guillelmi Præsulis Pictauensis, & B Cancellarius Ioannis Biturigum & Aruernorum Ducis: ex Episcopo Carnotensi 1415. in demortui Henrici locum subrogatus; iurat in verba
1419. Ecclesiæ 14. Martij 1419. ædem maiorem multiplici ornamentorum donario & fundationibus locupletauit; pulpitum etiam exquisitæ omnino fabricæ in eadem Cathedrali ædificauit, cui domum suam de Forestâ in vrbe pro institutione plurium anniuersariorum contulit. Insuper quatuor Vicarias dotauit in eadem Ecclesiâ, C Missámq; nostræ Dominæ quolibet die Sabathi decantandam, & alia id generis fundauit. Delegatur Orator regius 14¶. ad Britanniæ Ducem: is est qui à Ioanne Iuuenali de Vrsinis memoratur in Historiâ Caroli VI. quémque Alanus Quadrigarius ait præfuisse publicis negotiis sub Rege Carolo 7. 1437. Eius mentio frequens in Calendario Claromontensi, & S. Vrsini Bituricensis, necnon & necrologio Cælestinorum Vichiaci mense Octobri. Decessit in castro Episcopali de Beauregard 26.
1444. Nouemb. 1444. condito testamento 8. die Octobris: quiescit ad in- D gressum Chori, vt habet eius epitaphium in Cathedrali laminâ æneâ.

COMBORN. 76. IACOBVS DE COMBORN I. Canonicus Lugdunensis, ex nobili genere de Combornio, germanus & Ludouici Abbatis Burgidolensis, Conquensis, & S. Augustini Lemouicensis, Episcoparum iniit 1444. columnas æreas ad maius altare fecit, cùm Capitulo suo transegit 1446.
1449. & 1449. cùm Petro Abbate S. Illidij. Construxit templum S. Sepulchri, & quasdam Vicarias in Cathedrali fundauit, cœnobij Dominicanorum incendio exusti reparator, alia quædam ædificia Minorum, & Carmelitarum condidit munificus Præsul, qui die 15. Febr. post sedem annorum 30. humatur in Cathedrali.

BOVRB. I. Comme cy deuant. 77. CAROLVS DE BOVRBON I. Cardinalis S. Martini in Montibus, ex Canonico & Cantore Lugdunensi eiusdem sedis Archiepiscopus, possessionem Ecclesiæ Claromonranæ 1476. 10 Martij accepit per procuratorum Gilbertum Dinet Officialem; ei præfuit annis 13. Suffraganeo vsus Bertrando Episcopo Bethleemitano, qui dedicauit Ecclesiam Franciscanorum Vici-Comitis 3. Octobris 1484. fundatam à Bertrando Comite 1484. Aruerniæ, & Ludouicâ Tremolliâ coniugibus. De eo vide in Lugdunensibus.

BOVRB. II. 78. CAROLVS DE BOVRBON II. superioris nepos ex frarre Carolo I. Duce Borbonij, cuius nothus Reginaldus postea Archiepiscopus Narbonensis antequàm sacris initiatus esset, hunc Carolum genuerat. Hic reiectâ postulatione Guillelmi de Monboissier à Capitulo designati, & in Sedem Pontificiam præstito iureiurando collocati, fauente Carolo 8. Rege Episcopus electus est 1488. 1488. cui sacramentum exhibet pro temporali Lutetiæ 24. Ianuarij, vbi appellatur Regis consobrinus: vltimâ Februarij 1489. adiit possessionem Cathedræ; castrum de Beauregard ædificiis, hortisque instruxit, maioris altaris Cathedralis ligneum circuitum confecit, domum Episcopalem ampliauit, & egregius benefactor Ecclesiæ an. ætatis 43. die 24. Febr. 1504. animam emisit.

AMBOISE. Comme cy dessus. 7. IACOBVS D'AMBOISE II. frater Georgij Cardinalis Rotomagensis, Abbas Cluniacensis, Gemmetici, & S. Illidij, locum demortui excepit 15. Martij 1505, assensu totius 1505. Capituli confirmatus 21. Iunij sequentis: qui Episcopatu sese dignum exhibuit, nobilitatémque prosapiæ præclaris rebus abunde cumulauit: námque maiorem basilicam plumbo texit, chorum stallis, ligneâque fabricâ absoluit, necnon pretiosis ornamentis, aulæis, librísque ac com-

plutibus donariis basilicam ditauit: item pueris chori quædam contulit, fontem coram atrio Episcopalis palatij per canales deduxit, & posthæc diem clausit postremum in Prioratu Paredi Monialis, diœcesis Eduensis
1516. an. 1516. die 27. Decemb. iacet Cluniaci in facello Beati Martialis Episcopi.

DV PRAT. D'or à vne face de sa ble accompagnée de 3 treffles de sinople 2.1.

80. THOMAS DV PRAT Issiodorensis, Abbas Candelij, parentibus prognatus Antonio domino de Veyrieres, & Iaquelinâ Bohier: suffragiis Capituli præfectus est huic sedi 25. Martij 1517. consecratus Auarici Biturigum 19. Aprilis. Episcopatui autem adornando, & structuræ ædificiorum in castris de Beauregard & de Mozun, incubuit fontesque in vrbem induxit. A Francisco I. in Italiam missus vnà cùm Renatâ à Franciâ Ducis Ferrariæ futurâ vxore, Mutinæ in Lombardiâ
1517.
1528. decessit 19. Nouemb. 1528. sepultúsque in æde S. Laurentij, prout testamento cauerat: insignis Iuris vtriúsque & Theologiæ Doctor, amator pauperum & litteratorum, adulatorum hostis acerrimus.

DV PRAT.

81. GVILLELMVS DV PRAT Antonij Cardinalis, Cancellarij, & Archiepiscopi Senonensis filius legitimus ex Franciscâ Vainy, Thomæ superioris nepos, Abbas & S. Ioannis Mozacensis, Prior Commendatarius S. Petri de Rodolio in Briâ, & S. Arnulfi de Crespiaco, successit an. 1528. die 16. Februarij; in
1535. possessionem missus 2. Ianuarij 1535. Interfuit Concilio Tridentino, fundauit Lutetiæ Collegium Claromontanum Patrum Soc. Iesu, Billomense in Aruerniâ inferiori, Mauriacense in superiori eorumdem Iesuitarum: xenodochium Claromontanum, conuentum Minimorum de Beauregard, & alia multa de quibus Sauaro, ac R. P. Hilarion de Coste Ordinis Minimorum in Elogiis virorum
1560. illustrium: die 22. Octobris 1560. ætatis an. 53. excessit è viuis, cadauer in cœnobio Minimorum de Beauregard ab eo fundato delatum est, indéque apud Patres Societ. Iesu Billomi transferrur.

SALVIATI.

82. BERNARDVS SALVIATI II.

A Iacobi ex nobilissimâ stirpe Florentinâ Saluiatâ, Lucretiæque Mediceæ sororis Pontificis Max. Leonis x filius: ex Priore militiæ S. Ioannis Hierosolymitani à Reginâ Catharinâ in aulam aduocatus, abiectâ seculari militiâ transiit ad Ecclesiasticam: creatur maior eius Eleemosynarius, dein Episcopus S. Papuli, ac Purpurâ insignitus à Pio IV. fit & Præsul Claromontanus mense Maio 1561. 1561.
Romæ interiit 1568. sepultúsque in B. Mariæ super Mineruam.

SENETERE. D'azur à 5. fasces d'argent en pal.

83. ANTONIVS DE SENETERE I.
B Vicarius generalis Bernardi decessoris, instituitur Episcopus 21. Nouemb. 1570. interest Comitiis Blesensibus 1577.

ROCHEFOVCAVD. Comme cy apres.

84. FRANCISCVS DE LA ROCHEFOVCAVD Cardinalis, Maior Franciæ Eleemosynarius, sanctiqne Spiritus Præceptor, Abbas B. Genouefæ Parisiensis, & Tornusij, auitâ nobilitate non minùs, quàm eruditione & pietate percelebris: filius Caroli Comitis primi Randani, Peditatus Francici Magistri, ex Ful-
C uiâ Picâ, è Principibus Mirandulæ; possessionem adeptus huius Ecclesiæ 7. Octobris 1585. per procuratorem 1585.
Stephanum Mauguin Abbatem Claromontis, & Vicarium generalem. Ei dicat Ioannes Sauaro libros duos de Ecclesiis Claromontanis, & Iacobus Sirmondus Notas in Sidonium Apollinarem. Posteà Episcopus Siluanectensis, Cardinalis, necnon Regis in Sanctiore Consistorio primus Consiliarius.

ROSE.

85. ANTONIVS ROSE II. ex Episcopo Siluanectensi 23. Iulij 1610.
D henoticæ factioni bellis ciuilibus nomen dederat: obiit Aureliæ 31. Ianuarij 1614. 1614.

ESTAING.

86. IOACHIMVS D'ESTAING ex Comite Canonico Lugdunensi, & Abbate S. Austremonij Iciodorensis, designatur huius sedis Antistes 1614. quo eodem anno Comitiis regni generalibus Parisiensibus interfuit, dein 3. Aprilis 1615. possessionem nanciscitur. Hoc Præsule Minimi in vrbe conduntur, & extruitur Conuentus Carmelitarum strictioris Obseruantiæ, vti Capucinorum Gannati 1632. 1615.

Inde Romam, Melitam, Venetias, Taurinum inuisunt, & Condomium reuersi, à Monlucio creatur Præpositus, & Vicarius generalis, cùm eadem potestate, quâ tunc pollebat Bernardus du Puy, à quibus dignitatibus paulò post abstinuit, cùm hæreticis circa Neyracum tumultuantibus, Monlucius Regis imperio contra perduelles armatus processit, & Cheminium sibi adiunxit, cui postea Episcopatum quoque consigna-
1581. uit an. 1581. pensione retentâ. Biraga tamen Cancellarius à Rege nominatur quasi Monlucius obstitisset, ratus idcirco sedem vacasse, sed cõpositione initâ, Cheminius Episcopatum adeptus est, non tamen sine aliâ controuersiâ in aulâ Romanâ, nam Gondrinus dynasta qui à multis annis hanc Cathedram ambiebat, apud Pontificem conquestus est, quòd Cheminius infulis Episcopalibus minimè dignus censendus esset, vt qui Tribuni militum potiùs quàm Sacerdotis múnia hactenus obiuisset; quam reprehensionem ipse oratione, vel supplicatione potiùs ad Papam diluit, & totius vitæ suæ institutum apud ipsum purgat: diplomate ergo Pontificio munitus tranquillam obtinuit possessionem: donec hæreticis Neyraci contra Regem arma mouentibus, Cheminius bello assuetus, statim conuocatis nobilibus & Comitiis, iuncto vnionis fœdere, splendidè exceptis omnibus in Episcopali palatio, perduelles repressit, patriam, vrbémque seruauit: quâ de re à Re-
1603. ge laudatus est. Deinde anno 1603. Coadiutorem sibi Antonium de Cous ex sorore nepotem adlegit, nominatione Regis & Margaritæ Reginæ, quæ Aginnensi & Condomiensi ciuitatibus fruebatur: seruatis nihilominus decem millibus librarum annuæ pensionis Comiti de Carmanio, ex consensu summi Pontificis. Cùm autem anno 1569. Mongomerius Condomiensem basilicam expoliasset, & vitra penitùs confregisset, Cheminij restituta sunt impensis 36. millibus librarum; addidit & 8000. vt ornaret Ecclesiam: sed nihilominus posteà Capitulo suo infensus tumulum erigi curauit apud Cassaniæ Ecclesiam parochialem, quæ castro suburbano Episcopali eiusdem nominis includitur, ibique suam & Monlucij benefactoris imaginem sculptam apposuit, & duabus missis defunctorum singulis hebdomadibus ibidem fundatis, anniuersarij die 13. pauperibus cibum dari constituit. 4000. libris vrbi concessis eâ lege, vt sacerdos bis in hebdomadâ Cathechismos institueret in parochiâ S. Nicolai Condomiensis. Obiit Cassaniæ an. 1616. hæc autem in 1616.
ære tumuli sculpta inscriptio, propediem ponenda, quæ ab ipso Præsule condita est: *Ioannis Monlucij, magni illius Monlucij filij, & quondam Episcopi* CONDOMIENSIS, *necnon sacræ Militiæ S. Ioannis Ierosolymitani Equitis Commendatarij, viri pacis & belli temporibus clari, & quod gentilitium est Monlucijs, ad omnes virtutes nati, facti, & educati; hic propè cor & viscera terræ mandata sunt, iuxta quæ tanquam carissima pignora prædecessoris & benefactoris sui meritissimi, & quod illis, dum simul vixerunt cor vnum, & anima vna fuit*, IOANNES DV CHEMIN *suus in Episcopatu successor, ossa sua post mortem quodammodo consecrari in suo tumulo statuit, illius cùm insignibus Monlucianis honoris & gratitudinis ergò, inferi voluit; vt quod vni sepulchrum, alteri monimentum foret. Abi viator, & vtrique benè precare.* Ibidem aureis litteris insculptum cernitur: *Ioannes du Chemin Episcopus Condomiensis viuus hanc sibi domum parauit, in quâ tandem aliquando, si ita Deo visum fuerit, quiesceret, mortuus.*

20. ANTONIVS DE COVS II. Treignaco natales habuit patre Philippo toparchâ de Cous, & du Tronchet, matre Mariâ, Ioannis du Chemin germanâ sorore; à teneris annis eâ indole præditus quæ litteris apta videbatur, ab auunculo futurus successor designatus Burdigalam mittitur: ibi Musis humanioribus institutus præceptore Balsurno in Aquitanico Collegio, cùm publicè de Theologiâ respondisset, Doctor creatus est 1592. die 14. Maij cùm interim Canonicatu tantùm Condomiensi potiretur; tum anno 1595. ab auunculo sacerdos consecratus, posteà eius Vicarius Generalis & Archidiaconus nominatur. Deinde anno 1603. eius Coadiutor sub titulo Episcopi Auriensis in Mauri-

DE COVS. D'azur à vne fasce d'or, surmontée de 3 colombes en chef, & d'vn lion d'or en pointe.

taniâ ; mox Romam profectus, ibi Cardinalis Perronij societate vsus, eum toto vitæ decursu amicum persensit ; nam eo fauente Bullas à
1604. Pontifice accepit, tum an. 1604. Martij 25. die Annunciationis Virginis inaugurationem suscepit in Ecclesiâ D. Ludouici nationis Gallicanæ, ab Antonio Perroto Episcopo Venafrensi apud Neapolitanos, assistentibus Paduano & Concordiæ Episcopis ; biduo post exhibuit solitum Pontifici iusiurandum coram Alexandro Perretti de Montealto Cardinalium Decano. In Gallias reuersus, Coadiutoris fungebatur officio, Vicarij generalis, Arcbidiaconi, Canonici, & Senatoris Clerici in Præturâ Condomiensi, quibus in muneribus omnium sibi beneuolentiam conciliauit: nec interim à studiis abstinebat ; cùm enim poesi delectaretur, versus quoque latinos pangebat, vt à seriâ Patrum, Conciliorum, & Scripturarum lectione mentem relaxaret. Conti-
1614 git autem anno 1614. Dominicanûm nomine Iornam, die Ascensionis cùm ex suggestu sermonem haberet coram Præsule, & Coadiutore Condomiensi, asseruisse, cùm Christus hæc Euangelij verba proferret, *nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui in cœlo est* ; eadem penitùs ratione tunc in cœlo & terris simul extitisse ; quâ de propositione cùm ab Episcopo reprehensus esset, & excitatus vt errori publicè renunciaret ; hic pertinacior cùm in iudicium citatus non comparuisset, captus ex Episcopi mandato, Tolosæ pronocat, tum libertate donatus, cùm errorem suum libello tueri tentasset, & plures ad partes suas pertraxisset, Antonius de Cousio ita strenuè nouo dogmati libro edito respondit, vt ex decreto Parlamenti, & Vniuersitatis Tolosanæ consilio hæreticus censeretur, carcerìque iterum mandatus Condomij, doctrinam suam eadem in Cathedrâ publicè damnaret. Bis autem Comitiis Regni generalibus interfuit, anno quidem 1614. cùm graue dissidium inter Baronem de Bonaualle, & Vicarium Præfectum Vsarchiæ exortum esset in Comitiis Le-

A mouicensibus, quæ inde perturbabantur, illud fœliciter composuit ; sequente anno oùm Dux Rohanensis hæreticorum antesignanus Condomium debellare tentasset, pluries Antonij vigili sollicitudine seruatur, quod iterum præstitit anno 1635. contra rebelles ; quamobrem à Rege epistolâ gratulatoriâ bis cohonestatus est. Stephanum Louytrium quoque Nannetensem Decanum, diœcesanum suum tuitus est in Comitiis Cleri generalibus contra Leonensem Episcopum, quo procurante fuerat à Clero Gallicano ex-
B communicatus, eò quòd iuxta delegationem iniunctam à summo Pontifice Cardinalibus de Rupefulcaudi, & Valetâ, Louytrius à Cardinalibus subdelegatus ipsum Leonensem Præsulem excommunicationis sententiâ damnasset, quia contra decretum Pontificis Carmelitas quasdam factiosas & transfugas apud se receperat, & protegebat ; at Louytrius etiam Pontificis auctoritate liberatus, Spada Cardinalis ad Antonium de Cous nomine Papæ re-
C scribit, vt eum laudaret, quòd Louytrij causam gnauiter egisset. Bellorum ciuilium iniuriâ cùm omnia ferè diœcesis templa desolata iacerent, ita vt in iis sacris operari minimè possent, partim suâ liberalitate, partim vigilantiâ cuncta restaurari curauit, præsertim Ecclesiæ primariæ Chorum, geminásque domos Episcopales restituit, ornauit, & emptis agris auxit ; nec minimè pauperum necessitatibus incumbens, iis plures eleemosynas largiebatur singulis annis. Dissidentes inter se Nobiles ad concordiam
D reuocabat, cùm omnibus pacatam tranquillámque vitam degebat. Concilio prouinciali Burdigalensi interfuit an. 1624. cœtui Cleri Parisiensi 1624.
1625. prætereà aduocauit in vrbem Oratorij Sacerdotes an. 1628. quibus præter domum quam condidit, annuos redditus procurauit, vt iuuentutis institutioni vacarent ; Capucinos quoque adduxit Condomij, & Neyraci, necnon Vrsulinas ibidem, & Altumuillare, ac Dominicanas in Manso Aginnensi. Grauis ergo meritis & annis cùm cessisset Episcopatum anno 1647. Ioanni

de Estrade nunc sedenti, sub annuâ A pensitatione decem millium librarum, ac domo & toparchia Cassaniæ per modum augmenti pensionis: post quatuor menses vitam quoque reddidit Creatori in eodem castro
1648 Episcopali 15. Februarij 1648. corpus in sacello XI. Martyrum quod exornarat, Condomij sepelitur fundato anniuersario. In eius tumulo quod sibi viuens condiderat, sequens adscribendum est epitaphium in Cathedrali.

Te moneo quicumque leges qui hoc gramma viator,
Hic lapis eximij Præsulis ossa tegit. B
Natus Lemouicis DE COVS ANTONIVS *aruis,*
Maximus à magno, hic Præsule Præsul erat.
Nouerit; vt merito Romæ illum Roma sacrauit,
Romana applausit Purpura vtraque viro.
Verbo & fronte grauis, verèque Antistes ad aram:
Pane suum pastor pauit vtroque gregem.
Corde pius, sermone potens, rem doctus ad omnem,
Themin & Aonias nouerat ille Deas.
Consilius regni, & Clero cogente Senatum,
Sæpius auditus, clarus vbique nitet.
Hoste & ab externo, atque vrbem seruauit ab vrbe,
Vnisone patriæ orditur ore Pater
Tandem virtute, & longo venerabilis æuo,
E viuis abiit scito, sed haud obiit.
In pace quiescat.

21. IOANNES DESTRADE, VI. Episcopus & dominus Condomiensis, ex Abbate Bonifontis in pago Conuenensi, filius Francisci domini d'Estrade ex nobilibus à cubiculo Regis, & Susannæ de Roques. Designatus D Petrogoricensis Præsul mense Iulio an. 1646. ad hanc Ecclesiam Condomiensem nominatur mense Septembri 1647. admissus in Consistorio Innocentij X. Papæ bullis datis die 25. Februarij 1648. eodem anno mense Maio Dominicâ in Albis vn-
1648 ctionem excipit in æde Patrum Societatis Iesu Agínni, à Bartholomæo d'Elbene Agennensi Episcopo & Comite, sacro operantibus Alano de Solminihac Cadurcensi, Gilberto de Choiseul Conuenensi, & Samuele Martineau Vasatensi Præsulibus: die 17. Septemb. sequenti exhibuit Regi ex debito officij sacramentum clientelæ pro temporali, ac solemni pompâ ciuitatem suam inuectus est 1649. 1649.
die Martis Sancto.

CONSERANENSES EPISCOPI

NOVEMPOPVLANIÆ, seu Vasconiæ ciuitas Consorannorum in Notitiâ Honorij, sub Metropoli olim Elusâ, nūc Auxitanâ, & in Tolosano Parlamento, dicta est vrbs Sancti Licerij à patrono vrbis, cuius Episcopale templum Licerij vulgò appellatur; ab Austro perflante Austria etiam nuncupatur, extra quam nec pomœrium, nec suburbanum ædificium extat, infra autem municipium Consoranense, quod edito loco situm scribit Massonus; planities conspicitur, quam C Salatus amnis modicus è Pyreneis montibus decurrens irrigat, & tandem in Garumnam influit. De hoc oppido Consorannis Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 20. obseruauit, in pactione Guntramni & Childeberti Regum cum nonnullis aliis Aquitaniæ, Childeberto obuenisse: & Plinius lib. 4. cap. 19. Consorannos locat inter Aquitaniæ populos. Capitulum Cathedralis Consorannensis duabus constat basilicis, in quibus sub vno eodemque corpore quotidie sacris Clerici inseruiunt; prima nostræ Dominæ de Sedé dicta in ciuitate iuxta palatium Episcopale, D quæ Cathedralis est, altera verò S. Licerij, ab eodem Antistite extructa in inferiori vrbe, à quâ cognomentum tulit. Capitulum prædictum constat duodecim præbendis Canonicalibus, duobus Sacristis, totidem Operariis, Præcentoribus, ac Eleemosynario; primus Canonicus, qui & Archidiaconus, primaria dignitas est: ibidem reperitur parochus in qualibet basilicâ cùm 24. prebendatis habituatis, è mensâ Capitulari

S. Lizier de Couserans, ou le Salla.

inclytus; sanctimoniam eius patefecit Dominus variis miraculis: exercitus hostiles obsidentes cohibuit, ægros incolumitati restituit, & multa miracula patrauit; dirutam sacram ædem Consorannorum refecit, Præsulibúsque è vicinis vrbibus conuocatis eam dicauit; ac Pastoris munus dignissimè defunctus, tandem longæuus naturæ concessit, sepultúsq; est à viris religiosis extra vrbis mœnia, vbi ad præsens quiescit in monumento quod sibi in Ecclesiâ parauerat: Ilerdensis Ecclesia in Hispaniâ Tarraconensi huius sanctissimi Præsulis meminit ex Baronio. Vitam eiusdem Licerij, quem malè nonnulli S. Leodegarium, eundémque Glycerium nuncupant, fusiùs digestam vide in Martyrologio Gallicano ad diem 27. Augusti, collectam ex MS Consorannensi, in quo tempore Caroli Martelli Principis Sanctus iste floruisse refertur. Prioratum habet Ordinis Benedictini in diœcesi propriâ, & alterum in Tarbensi.

6. FRANCOLINVS præfuit an.
787. 787 & in Concilio Narbonensi an. 788. aduersùs Felicem Vrgelitanum, ita recensuit Catellus in Commentariis Occitaniæ. Post hunc per sæculum, desiderantur Episcopi.

7. VVAINARDVS anno 879.
879. cui dirigit epistolam 198. Ioannes 8. Pontifex, vnáque Airardo Archiepiscopo Auscensi, & Suffraganeis eius.

8. ROGERIVS I. sedebat anno
887. 887. interfuítque tralationi reliquiarum beatorum Antonini, Ioannis, & Almachij, cùm Theodardo Narbonensi Archiepiscopo, Raimundo Tolosano, & Ranulfo Carcassonensi: de quo Catellus, Nicolaus Bertrandus, & Historia Comitum Carcassonæ.

9. BERNARDVS I. viuebat an.
975. 975. præsens consecrationi Ecclesiæ monasterij de Coxano, Ordinis S. Benedicti, in diœcesi Elnensi.

10. BERNARDVS RAIMVNDI cognomento Pelet, Episcopus erat & Abbas L[illegible]nsis in agro Tolosa-
1048. no 1048. interfuitque Concilio Tolosano 1056, de hoc autem verba sequentia reperies in MS. Lesatensi, ab 1056.
ipsis cœnobij archiuis collecta: *Dominus Bernardus-Raimundi Episcopus Consorannensis cùm totius prouinciæ Lesatensis honoratis viris simul positus, vt auxiliaris & protectoribus ipsius Ecclesiæ consilium caperent de operâ S. Antonij construendâ, vt perfectè & honestè hoc opus inceptum fieret, dedit alodem, qui vocatur Arca, & in parochiâ S. Sigismundi vnum casale, Arnaldus dat alodem S. Trinitati ad altare in hoc nomine, vel S. Crucis consecrato.* Bernardus hic Arnaldum Comitem admittit cedentem Deo & Sancto Petro de Fustin omnem censum pro Abbate Lesatensi. Adfuit & alteri 1068.
Synodo Tolosanæ anno 1068. de quâ Catellus in Memoriis Septimaniæ. Porrò Historiæ Carcassonensium Comitum nuperus scriptor, vult Episcopum illum è gente eorumdem Comitum prognatum, quod vt exploratum sit, excutienda sunt vetusta monumenta.

11. GVILLELMVS I. viuebat
1085. vt scheda in tabularium Ecclesiæ Conseranensis relata testatur. 1085.

12. IORDANIS Antistes fuit
anno 1117. hunc enim acta conse- 1117.
crationis Cathedralis S. Licerij Iordanem Episcopum Conserannensem anno præfato memoriæ cõmendant.

13. PETRVS I. anno 1110. præfuit luctuosis temporibus ob persecutionem Comitum Conuenarum, qui Episcopatus bona inuadebant: is enim cùm Bernardo Comite, aliísque hæreseos propugnatoribus, qui vi aut suasu populos quò volebant, in errorem perducebant, egregiè pri- 1110.
mùm decertauit; tandem vrbem per fraudem cùm intrasset, eam incendio tradidit, captis eius incolis, & S. Geruntium tunc vicum suum perductis; cuius facinoris pœnas Comes citò dedit, apud S. Gaudentium ad cor reuersus, rapta pœnitens restituit. Obiit Petrus, vt B. Mariæ martyrologium indicat ad diem 7. Idus Februarij.

14. AVGVSTINVS I. Ecclesiam Conserannensem administrauit anno
1188. constat id ex actis eiusdem an. 1188.

ni. obitus illius in codice martyrologij S Licerij ad 14. Cal. Nouemb. enuntiatur. Iacet Lomberis.

15. ARNALDVS I Pontificatum
1190. eundem rexit an. 1190.

16. LAVRENTIVS post hunc sedisse reperitur in tabulario: qui Præsul pro se & Ecclesiâ suâ castrum Tortosæ, militi de Tersac commendauit aduersùs Comitem Conuena-
1195. rum anno 1195. sub Pontificatu Cælestini 3. cuius protectioni subiecit Ecclesiam Conseranensem cùm omnibus censibus, dominationibus, & decimis: extant huius rei documenta in cartophilacio.

DACQS. 17. NAVARRVS DACQS Abbas Combelongæ, & Legatus Apostolicus, Raimundi-Arnaldi Vicecomitis Aquensis, & Marcelæ vxoris filius, vti auctor est Oihenartus in stemmate Vicecomitum huius familiæ. Ex Canonico Aquensi, Abbas Combelongæ, deinde Conseranensis
1212. Præsul; circa annum 1212. electus fuit à Comite Montisfortis cùm Tolosano Episcopo, ad teterrimas spurcitias hæreticorum Albigensium tollendas, quod expressum habetur in martyrologio B. Mariæ Conseran & apud Petrum Vallium Sarnaij monachum. Ille autem apud Apamias, cùm Fulcone Tolosano & Abbatibus plurimis Valdenses disputando conuicit, & Romam Legatus Pontifici Maximo exposuit statum Ecclesiæ in prouinciâ Narbonensi; Petrus Vallium Sarnaij Religiosus cap. 9. *Accingunt*, inquit, *se viri venerabiles Fulco Tolosanus, & Nauarrus Conseranensis Episcopus, Romamque properant, supplicaturi domino Papa, vt periclitanti in Narbonensi prouinciâ, & Bituricensi, & Burdegalensi pro parte Ecclesiæ, & quasi penitus naufraganti manum porrigat adiutricem. Dominus autem Papa Innocentius tanto morbo manum apposuit medicam.*

18. C. Episcopus Conseranensis designatur singulari literâ initiali tantùm in tabulario Ecclesiæ, quem nonnulli Conradum legi volunt, sed ex coniecturâ: huic cùm infensi Comites Conuenarum, dum hæresis Albigensium in Tolosanâ ciuitate & alibi grassaretur, dominationem Conseranensi Episcopo & Capitulo auferre meditarentur, Sedis Apostolicæ iudicio fulciri curauit, iuxta decretum ab Episcopis Tarbensi & Conuenarum, auctoritate Metropolitani aduersùs Comites Conuenenses latum, sicuti & prædictâ sententiâ constat, datâ Calend. Ianuarij 1212. 1212.

19. RAIMVNDVS I. successit anno 1226. quod produnt acta publica compromissi inter ipsum & Capitulum, de iure communi, & dominationibus Ecclesiæ Conseranensis: in martyrologio B Licerij habetur ad 16 diem Cal. Iulij.

20. GVILLELMVS DE TORRATION II. anno 1229. hic interfuit solemni absolutioni quâ Bernardus Rogerius 6. Fuxi Comes à censuris Ecclesiasticis quibus tenebatur, liberatus est. TORRATI[illegible] 1229.

21. CEREBRVNVS DE GOTH[illegible], è vitâ migrauit an. 1241. die 4. Idus Nouemb. ex martyrologio B.Mariæ. GOD[illegible]

22. NICOLAVS, Cerebrunum sequutus est: hic Alfonso Regis Franciæ filio, Comiti Pictauensi & Tolosæ, pactiras illas conditiones clientelæ pro dominationibus Ecclesiæ Conseranensis, eiúsque libertate seruandâ primus obtulit. Extant [illegible] originalia apud Vincenas conscripta an. 1256. mense Maio: obiit an. 1270. cuius transitus dies in martyrologio beati Licerij consignatur 4. Nonas Octobris. 1256

23. PETRVS II. cùm Philippo Francorum Rege clientelam pro se & Capitulo Conseranensi confirmauit, vt liquet ex diplomate an 1272. 1272.

24. RAIMVNDVS DE SOBO[illegible] II. post Petrum rexit Ecclesiam cuius obitus inscribitur fastis martyrologij B Virginis 1275 ad 17 Cal. Nouemb. S[illegible]

25. RAIMVNDVS DE RI[illegible] III. priori [illegible]ogatur quod indicant tabulæ receptionum [illegible] rum tempore Philippi Regis Francorum, cuius Episcopi R[illegible] dies anniuersarius in martyrologio Ecclesiæ refertur an. 1278. 10. Cal. April. RI[illegible] 1278

26. AVGVSTINVS II. Conse- ranensis sedis gubernacula tenuit anno 1279.

27. ROGERIVS II. sedebat an. 1280. quo tempore constat 18. Canonicos esse, cùm nullus esset tunc certus numerus: de stirpe Comitum Conuenarum ortus asseritur in catalogo Consoranensi, at in stemmate huius stirpis ab Oihenarto in Notitiâ Vasconiæ edito non comparet. Is, vel successor adfuit Concilio prouinciali Auxitano apud Nugarolium 1290. die Sabathi proximâ post festum Assumptionis B.Virginis.

Monfaucon. 28. EVGERIVS, seu AVGERIVS DE MONFAVCON, cuius tempore Ecclesia S. Licerij nouis picturis est incrustata; sedilia chori extructa, quod ex falcone aue super montem fixâ colligimus. Obiit mense Iunio 1303. an. 1303. ex martyrologio præfato B. Mariæ: sepultus est in D. Licerij basilicâ, in tumulo eminenti, & sacello S. Luciæ Virginis & Martyris.

Monteacut. 29. BERNARDVS DE MONTEACVTO II. successit 1303. quo eodem anno præsens fuit cùm aliis Coepiscopis prouinciæ Auxitanæ Synodo Nugarolij, in quâ Bernardus vocatur Electus & confirmatus Consoranensis: & in Synodo Auxitanâ 1304. die Martis ante festum Cathe- 1309. dræ S. Petri: obiit 1309. pridie Cal. Iunij, in Martyrologio B.Mariæ.

Fredeti. 30. ARNALDVS FREDETI, II. Ordinis Dominicanorum, Bernardi locum excepit: hic cùm consensu Capituli certas duodecim Canonicorum portiones statuit, quam legem Ioannes XXII. anno Pontificatus sui 2. die 4. Calend. Maij Apostolicâ auctoritate confirmauit. Eius nomine Augerius de Caudarasâ Canonicus & Vicarius Ecclesiæ Tarbiensis, conuenit ad Synodum prouincialem Auxitanam Nugarolij an. 1316 1316. Fundator fuit Conuentus sui Ordinis in ciuitate Riuensi, vbi iacet ante maius altare, tumulo erecto, & dicitur domini Clementis V Papæ à Confessionibus, Capellanus, & Abbreuiator postillarum in Genesim. Decessit anno 1329. in Martyrologio B.Mariæ.

31. RAIMVNDVS DE MONTEACVTO, IV. hunc sequutus est, qui Ecclesiam administrandam suscepit 27. Iunij 1329. ex Actis Consistorialibus Vaticani: sedebat & 1336. in tabulis Consoranensibus. Monteacut. 1329.

32. ANTONIVS DE ASPELLO obiit anno 1340. vti ex martyrologio Diui Licerij Ecclesiæ compertum est. Aspello.

33. PETRVS DE NARBONE IV. post ipsum sedem obtinuit, testantur id litteræ Episcoporum Auenione conscriptæ 17. Maij 1346. de indulgentiis B.Mariæ Virginis. Narbone. 1346.

34. CANHARDVS viuebat anno 1355. prout ex actis reformationis constat: hic sine constitutione, aut statuto non residere Canonicis in Ecclesiâ Conseranensi permisit, quod decretum vt perniciosum, Pontius reformator Apostolicâ auctoritate sustulit: mortuus anno 1358. Calend. Decembr. iacet in Ecclesiâ Lumberiensi. 1358.

35. BERENGARIVS successit Canhardo, extinctus an. 1362. 16. Cal. Nouemb. quemadmodum prodit vetustus codex Ecclesiæ.

36. PONTIVS DE VILLEMVR Abbas S. Petri & Pauli de Lesato, vnde assumptus fuit ad Episcopatum Conseranensem 1362. Decemb. 10. ex libro memorato Obligationum Vaticani: creatus fuerat Abbas Lesati 1316. promoto Guillelmo Hunaldi de Lantario ad Tarbensem Sedem: illius autem in cartophilacio multa actorum documenta asseruantur ab an. 1316. ad 1355. in primis donatio Guilhelmi Cardinalis S. Stephani in Monte Cœlio, ad Cardinalatum euecto, anteà monacho Lesatensi. Hic in Episcopum renitens consecratus, ad suam Ecclesiam pacificandam ab Apostolicâ Sede missus, ibi statuta varia ordinauit: & tabulæ Conseranenses testantur præfuisse an. 1367. & 1370. delectus est à Pontifice vt reformaret in Ecclesiâ Conseranensi constitutiones sacras iam senescentes Capituli. In suo Lesatensi cœnobio mortis memor sepulturam sibi parauit in Capellâ D. Benedicti, vbi etiam Villemur Patty ou r. de .. à 5. fasces au 2. gueulle. 1362. 1370.

 AN. CH.

nunc visitur insigne sepulchrum, extructum intra murum, cùm figurâ Pontij Episcopi Pontificaliter induti, ac iacentis, iunctis manibus, capite mithrâ cooperto, cùm eâ inscriptione sculptâ lapidi, à latere dextro, à parte Euangelij: *Anno Domini 1368. Dominus* PONTIVS *Episcopus Conseranensis, qui præfuit isti Monasterio Lesati* XLV. *annis, fecit fieri istam sepulturam, vt ipsam intuentes orent pro animâ ipsius Episcopi. Cuius anima requiescat in pace. Amen.*

37. AMELIVS rexit post Pontium anno 1371. 9. Ianuarij, ex libro Obligationum: testantur & eius E-
1374. piscopatum aliæ tabulæ anni 1374. circa id tempus fuit Abbas Combelongæ Iacobus, cui honoris censum reddidit Comes Fuxensis Gasto, vti liquet ex schedis anni 1377.

38. ARNALDVS III. anno 1381. vixit, vt ex documentis publicis innorescit.

39. PETRVS V. anno 1384 illius
1384. nomen reperitur in instrumentis à Iacobo de Gamaco Tabellione scriptis 1389 in quibus fit mentio de pensitationibus annuis & decimis.

40. GERALDVS I. sedit anno 1391. ita affirmant acta vectigalis annui Episcopatus, à prædicto Iacobo in scripta redacta. De eo acta Consistorialia.

RAVATO. 41. RAIMVNDVS DE RAVATO, V.
1398. decessit 1398. Idibus Aprilis, ex veteri martyrologio Sancti Licerij. Et VVILLELMVS RAOL in margine codicis antiqui B. Mariæ legitur Episcopus Conseranensis; at quo anno & die obierit, non constat.

BVRGAIROLIS. 42. SICARDVS DE BVRGAIROLIS in Decretis Doctor, excessit è viuis
1412. an. 1412. die 19. Iulij: inscriptio eiusdem tumulo incisa in æde B. Mariæ id testatur. Missas in Ecclesiâ pro animâ suâ celebrari voluit diebus 22. Iunij 18. Iulij & 16. Augusti.

BEAVMAISTRE. 43. GVILLELMVS BEAVMAISTRE, III. Episcopus Consorannorum, nominatur & executor testamenti Ioannis Biturigum Ducis, cùm Ioanne Dauide Cancellario Aurelianensi apud Dourdanum 17. Ianuarij 1412. ex tabulis quas citant Sanmarthani l. 18. c. 1. Hist. Geneal. Domus Regiæ: de quo nulla memoria in fastis Conseranensibus.

44. GVILLELMVS DE NALAIO IV. anteà Vicarius generalis Sicardi decessoris Episcopi, regebat annis 1417. & 1426. NALAIO.

45. GERALDVS II. an. 1432. cuius notitia eruitur ex instrumento à Vitale Saucij Notario totius Comitatus Fuxensis conscripto penultimâ mensis Nouembris. 1432.

46. ANDREAS præfuit an. 1439. hic Synodo Florentinæ interfuisse notatur à nonnullis.

47. IOANNES LE IEVNE, I. Picardus, Cardinalis, rexit Episcopatum anno 1439. LE IEVNE. 1439.

48. IORDANVS D'AVRE ex Canonico Tarbensi creatus Præsul Mirapicensis, inde Conseranensi sedi præpositus est: obiit anno 1443. vt didicimus ex Actis Consistorialibus Vaticani: de quo & Raimundo successore nulla mentio in catalogis Conseranensibus. AVRE.

49. RAIMVNDVS DE TALLIO, VI. Ordinis Prædicatorum, electus Episcopus 3. Idus Octobris anni præfati 1443. TALLIO. 1443.

50. TRISTANDVS D'AVRE ex nobili gente de Aurâ, an. 1458. die 19. mensis Februarij: mortuus 2. Cal. Nouembris, anno obitus illius prætermisso; testantur hæc documenta anni 1509. scriptis mandata de electione domini Tristanrij de Aurâ in Episcopum Conseranensem sæculo priori. AVRE.

51. GVISCHARDVS D'AVBVSSON è gente Albuçoniâ, ex Senatore Parisiensi, Ecclesiam moderatus est an. 1467. extant & acta publica an. 1469. in quibus solâ literâ initiali G. recensetur. AVBVSSON. 1467.

52. IOANNES DE AVLA II. Bonus Episcopus vulgò nuncupatus, nobili genere ortus, insignia domus d'Incamps AVLA.

d'Incamps habuit; antequam Aquilam à Rege Ludouico XII. accepisset; suâ constantiâ, eruditione, animíque præstantiâ celebris: socius fuit studiorum Cardinalis de Fuxo. Coronauit Pompelonæ an. 1494. die Dominicâ 10. Ianuarij Ioannem de Lebreto & Catharinam Reges Nauarræ, absente vrbis Episcopo, præsentibus Ioanne de Barreriâ Baionensi, & Bertrando de Boyriâ Aquensi Præsulibus. Basilicam B. Mariæ Virginis variis picturis exornauit, fornices extruxit, & opus concameratum eiusdem templi; locum columnis clausum quadratum ad ornamentum basilicæ, & sacræ ambulationis circuitionem circumquaque porticum habentem perfecit: demum reformationis antiquas regulas suâ auctoritate confirmauit anno 1480.
1480.

Gramont 53. Carolus de Gramont Rogerij de Acromonte domini, Leonoræque Bearnensis filius, Ioanni suffectus, vt ex schedis an. 1512. & 1515. constat, necnon 1518. pro iure Archidiaconi; fuit Adurensis Præsul, tandémque Archiepiscopus Burdigalensis.
1512.

Gramont. 54. Gabriel de Gramont Cardinalis decessoris frater, post quem Episcopatum obtinuit ex instrumento publico Arnaldi de Fontano Notarij pro Ioanne de Conuenis Fuxi Abbate anno 1520. item ex altero 1524. 13. Martij: fuit & Præsul Tarbensis, Pictauensis, & Archiepiscopus Tolosæ, vbi plura de ipso.
1524.

Martory. 55. Menaldus de Martory II. ex Decano Aurelianensi, Bearnensis, qui fortè Manaldus de Bonadomo dictus est in quibusdam Catalogis, ex Episcopo Tarbensi administrabat Ecclesiam Conseranensem an. 1514. & 1528. vt docent tabulæ reformationis Chori ab eius Vicario constitutæ, acta insuper extant publica sub eius regimine confecta 1526. die vltimâ Nouembris: nominatus fuit vnus ex executoribus testamenti Oderi Fuxensis domini Lautreci, apud Lugdunum conditi 1527. & 1529. Clemens 7. rescripto Apostolico eidem licentiam indulget exercendi tutelam liberorum prædicti Comitis. Ad-
1528.

fuit & contractui matrimonij Caroli de Luxemburgo Vicecomitis de Martigues, cùm Claudiâ Fuxensi 14. Ian. 1547. obiit 1548. De eodē Marthorio 1547. subiicimus quoque versus sequentes nobilis poetæ Nicolai Borbonij l. 6. nugar. car. 79.

Post tot susceptos exantlatósque labores
Præmia sunt Præsul certa reposta tibi.
Te sensit Princeps, sensit Respublica nostra
Esse virum meritis & pietate grauem.
Macte esto virtute istâ, Regémque, gregémque
Quod facis, assiduâ sedulitate iuua.

56. Hector Dossun nobili genere oriundus in Aquitaniâ, cuius familiæ, spectatæ virtutis, ac fortitudinis militaris claruit superiore sæculo Petrus Ossunus Præfectus Equitum cataphractorum Regibus Henrico, Francisco, & Carolo. Hic successit Menaldo de Martorio, & Nosocomium suburbanum construxit, censibus auxit, splendidéque dotauit: ex membranis tabularij Conseranensis Ecclesiæ à Pio V. Pontifice confirmatis anno 1568. id innotescit: defunctus 1574. die 21. Septembris, 1574. ætatis suæ anno 80. Episcopatus 26. iacet in eiusdem Nosocomij sacello. Virtute inuictâ fuit in propulsandis à suâ diœcesi hæreticis, & religione inclytâ, quippe qui in sacello eiusdem Pthochotrophij missam quotidie pro defunctis celebrari voluerit, & illius sacellum ritu Catholico, cœmeteriúmque eidem contiguum sacris precibus 1558. die 5. mensis Aprilis Deo dicauit. Dossun.

57. Franciscus Bonardus Ordinis Minorum Religiosus, ortu Pedemontanus, ex oppido Montis-Regalis, verbi Dei Prædicator egregius apud Rodulphium lib. 2. Hist. Seraphic. Ad Episcopatum vocatur circiter annum 1581. & triennio post 1581. consecratur. Bonard.

58. Hieronymus de Lingua Pedemontanus item è Monteregali, nepos superioris ex sorore, Ordinis S. Francisci de Obseruantiâ Religiosus, successit an. 1595. diem po- 1595. stremum clausit anno 1612. & in Ecclesiâ S. Mariæ sepultus est in ciuitate Conseranensi. Lingua.

AN. CH.

BELLEGARDE.

A 59. OCTAVIVS DE BELLEGARDE
Abbas S. Germani Autissiodorensis,
Pultariensis, Vallislucentis, & S. Mi-
chaelis Tornodorensis, munus sacræ
1614. vnctionis suscepit mense Maio 1614.
apud S. Genouefæ Parisiensis Sacel-
lum claustri à Beniamino de Brichan-
teau Episcopo Laudunensi: quo se-
dente Capucini conduntur: inde ad
Archiepiscopatum Senonēsem trans-
latus an. 1621. cuius Metropolis iniit
possessionem 1623.

RVADE.

D'argét au cheuron de gueulle acōpagné de 3. hermines de sabl.

60. BRVNO RVADE Cartusia-
nus, è solitudine religiosâ Vallisuiri-
B dis Parisiis euocatus ad sollicitudi-
nem Pastoralem instante Rege Lu-
douico XIII. & consentiente, seu
mauis iubente Ordinis sui Generali
1624. sacratur Antistes anno 1624. Domi-
nicâ 10. Martij Lutetiæ ab Octauio
decessore: interfuit Cœtui Cleri Gal-
licani Fontaneti in Pictonibus 1628.
iacet in Cartusiâ Tolosanâ.

MARCA.

Comme cy dessus.

61. PETRVS DE MARCA, IV.
Bearnensis, diœcesis Lascariensis, ex
Præside Senatus Nauarræ, & San-
C ctioris Consistorij Consiliario nomi-
natus Præsul desinente an. 1642. à Lu-
douico XIII. confirmatus autem 1647.
litteris Pontificiis Innocentij X. inau-
guratus fuit Narbonæ in Cathedrali
1648. mense Octobri 1648. à Claudio de
Rebé Archiepiscopo & Primate, as-
sistentibus Clemente Bonzio Biter-
rensi, & Nicolao Pauillon Alectensi
Episcopis. E Catalauniâ reuersus,
suam Ecclesiam & vrbem adiit festi-
uâ pompâ 1651. die 3. Aug. & paulò
mox traductus fuit ad Archiepisco-
patum Tolosanum regiâ scbedâ an.
1652. 1652. die 27. Maij: ex officio Regi
D clientelam iurat 1654. die 27. Maij,
Parisiis in Capellâ Borboniâ, & 11.
Iulij sequentis Pallio decoratur à
Dominico Seguierio Episcopo Mel-
densi. Anno autem insequente, à Sy-
nodo prouinciali Tolosanâ delegatus
est ad Cœtum generalem Cleri Pari-
siensem.

MARMIESSE

Party au 1. de ... à dix barres ondées de ... vn croissant au chef de ... Au 2. de ...

62. BERNARDVS DE MAR-
MIESSE, III. Doctor Sorbonicus,
Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ
S. Stephani Tolosæ, & B. Ioannis de
Preschaco Archimandrita, Iacobi de
Marmiesse Baronis de Lussan, & de la
Graulet, sacri Consistorij Cōsiliarij, in
Senatu Tolosano Regij Aduocati, po-
steà Præsidis Insulati frater germa-
nus. Ex Agente Generali, seù Syndi-
co Cleri Gallicani, pluribus pro eo-
dem defunctus muneribus, Rex Chri-
stianissimus Ludouicus XIV. eum no-
minauit ad Episcopatum Coseranen-
sem, per assumptionem Petri ad Ar-
chiepiscopalem Sedem Tolosanam
regio diplomate an. 1653 die 28. Maij,
confirmatus bullis Apostolicis Inno-
centij X. Pont. Max. exeunte an. 1654. 1654.
sed nondum consecratus. Tribus Co-
mitiis generalibus Cleri interfuit Lu-
tetiæ annis 1645. 1650. & nunc in iis
quæ celebrantur 1655. ab vniuerso
conuentu delectus fuit Promotor
Ecclesiasticarum causarum. Nec si-
lendum nos beneficio huius Præsulis,
plurium Episcoporum hîc inserto-
rum nomina ab Ecclesiæ Conseranensis
scriniis accepisse.

(au lion de ... au chef chargé de 3. estoiles à 6 rais de ...)

CONSTANTIENSES
EPISCOPI
IN NORMANNIA.

CONSTANCES en Basse Normandie, sur Bord. Porte d'azur à 3 colônes d'argent au chef de gueule chargé d'vn lion d'or.

CIVITAS Constantia,
quæ prisco nomine Cō-
stantia Castra, olim
Brioueris, sub Duce
tractus Armoricani in
Notitiâ Imperij, & Am-
miano Marcellino, à Cęsare Cōstanti-
no Cōstantia dicta; vetusta vrbs Nor-
manniæ in secundâ Lugdunensi, sub
Archiepiscopo Rotomagensi & Par-
D lamento. Territorium clauditur à Bo-
reali plagâ mari Oceano, ab Austro
Saiorum tractu, ab Ortu quadamte-
nus vadis Sanclementinis, Torigneio
oppido, ac Viriâ flumine, ab Ortu
partim mari, partim verò Arboricen-
siū limitibus quos Abrincates vocant.
Cæterùm, vt admonet Robertus Ce-
nalis Episcopus Abrincensis lib. 2. de
Re Gallicâ, Periocbe 5. adeò ferax
est tractus ille quo continetur se-
ptum Constantiniense vberrimis pas-
cuis abundans, vt si quis ad vespe-
ram bacillum proiiciat, diliculo
surgens, herbido toro contectum

vix intueri queat : intra ambitum A dioecesis occurrunt oppida quamplurima Quarentani, fani S. Laudi, Theopolis municipij, Haga Paganelli, & secundùm litus maris non contemnendus portus Macropolis, Grandemvillam vulgò appellant ; in orâ etiam maritimâ prominet peninsula Ogigiarum, Monteburgum, Cæsarisburgum, aliáque castra & loca de quibus fusè idem Cenalis in suâ Perioche edisseruit. In vrbe Constantiensi constitutum est Præturæ Tribunal, Bailliuatus, Vicecomitatus, Electionis. Senescaliæ Aquarum & Syluarum sedes iudiciariæ, quæ sub- B iacent Rotomagensi Senatui. Quoad verò ciuitatem spectat, nullis mœnibus circumsepta est ; nam ferunt » Carolo Ludouici XI. germano, quo» rumdam Procerum, Principúmque » suggestione Ducatum Normanniæ » non precariò, sed vi impensè am» biente, cùm viâ sibi per posticum » Episcopalis domus aperta esset, Rex » idcircò indignatus incolis, qui à fide » defecerant, canit decreto suo in pœnã » criminis, quòd funditus solo euer» terentur ciuitatis mœnia, quæ nulla » vel pretij, vel precum sollicitatione » restitui potuerunt. Hæc Cenalis l. 2. refert, qui etiam tradit quod sequi- C » tur: Habet in templi sui meditullio » meritò suspiciendum spectaculum » mirâ architecturâ contextum: è cu» ius abside, si quis lapillum deiecerit, » nunquam à puncto designato vltra » citráue dimouebitur, instar laternæ » vitreæ in sublime erectum: vitream » arcem meritò dixeris, opus sanè ve» nustum & elegans; vrbem præterea » insigniter ornat aquæductus ad mil» liaris semissem : ingenti impensâ & » operâ arcuatim suppositis fornicibus » longo ductu protensus : cuius artifi» cij ope ciuitas alluitur & rigatur. De» nique si mœnibus conclusa foret, quis » vetet ciuitatem illam Constantino- D » polim Neustriæ maritimæ appellari? Præter maius templum B. Virgini Deiparæ consecratum anno 1056. sexto Idus Decemb. basilicæ duæ extant in suburbiis, nempe beatorum Petri & Nicolai, cœnobia duo Dominicanorum & Capucinorum, monasteria Virginum totidem, Benedictinarum vnum, alterum Hospitalariarum D. Augustini; in diœcesi parochiæ numerantur plures in quatuor Archidiaconatibus, & Decanatibus; Abbatiæ verò proximè sequuntur.

S. Severi *S. Sever* O B.

Montiburgi O B. *Montebourg.*

Hambeiæ *Hambuye* O B.

Exaquii *Lessay* O B.

S. Salvatoris Vicecomitis *S. Sauueur le Vicomte Ordin. Benedict.*

Votum Cæsarisburgi O A. *du Vœu dans Cherbourg.*

S. Laudi *S. Lo* O A.

Blanchæ Landæ O P. *Blanche Lande.*

Sed ad propositam Antistitum seriem describendam redeamus, quorum memoriam seruant, fide digna monimenta, & veteres libri, ex quibus digestum & emendatum, vti licuit, Catalogum luce donamus.

1. S. Ereptiolus.

2. S. Exuperius, in antiquo codice Exuperatus.

3. S. Leontianus in Concilio I. Aurelianensi an. 511. 511.

4. Possessor ordinauit sanctũ Marculfum Abbatem sub Childeberto Rege: de quo in eius vitâ hæc verba reperies : *& quia iam pridem famam sanctitatis beati Possessoris Constantiæ ciuitatis Episcopi auditione acceperat, eam recto tramite expetiit, cupiens ipsam doctrinis & exemplis instrui,* (tempore Childeberti Regis.) Et post alia : *Inualescente langore, fratres vndique, multáque ex vicinis locis populorum turba, atque in iis etiam venerabilis Constantiensis vrbis Episcopus Laudo visitandi studio ad eam accurrerunt.*

5. S. Laudus, vel Lauto amicus prædicti Marculfi, consecratur à Gildardo Rotomagensi Præsule, interfuítque Synodo Aurelianensi 2. 533. 3. 538. 4. 541. per Escupilionem Presbyterum; & 5. 549. vbi subsignat, *Lauto in Christi nomine Episco-* 533.

copus Ecclesiæ Constantinæ, vel Brione- A *rensis.* Adfuit exequiis prædicti Marculfi, ac sedisse puratur 46. annis, & obiisse ætatis 58. Eius festum agitur 22. Septembris in Martyrologio Romano, & 21. in Additionibus Molani ad Vsuardum, vbi dicitur perperam primus Constantiensis Episcopus. Porrò S. Laudus idem est cùm Lautone, proindéque emendanda series catalogi vbi diuersus ponitur. Habet nominis sui Abbatiam & vrbem in Neustriâ, Ecclesiámque parochialem Rotomagi, in quâ iam à multis annis quiescit.

6. S. RVMPHARIVS Hermolai B & Delphinæ filius, natione Britannus, colitur die 19. Nouembris.

7. S. VRSICINVS, vel VRSINVS.

8. S. VLPHOBERTVS.

9. LVPICIVS: post quem delendum nomen Nepi è serie vulgatâ Constantiensium Episcoporum, & adscribendus rectè Sedi Abrincensi.

10. ROMACHARIVS sepeliuit S. Prætextatum Præsulem Rotomagensem. Gregorius lib. 8. Hist. c. 31. C

11. HVLDERICVS.

12. VVALDOMARVS, vel BALDOMERVS.

13. CHAIRIBONVS subscripsit
650. Cabilonensi Synodo anno 650. qui corruptè Cratibo, vel Trabus vocatur.

14. ROTMVNDVS.

15. SALOMON.

16. AGATHIVS.

17. LIVINVS.

18. VVIFRIDVS.

19. ALDEBERTVS.

20. IOSVE.

21. LEO.

22. ANOVLO.

23. HVBERTVS.

24. VVILARDVS.

25. ERLVINVS, vel ERLOINVS adfuit Synodo Parisiensi anno 846. 846.
Suessionensi 2. & Vermeriensi 2. 853. Metensi 859. ac Tullensi apud Saponarias.

26. SEGINANDVS Constantiacēsis Episcopi chirographo subsignat
acta Concilij Suessionensis 3. 866. 866.
& Pontigonensis 876.

27. LISTA.

28. RAGENARDVS.

29. HERLEBALDVS rexit Episcopatum regnante Carolo Simplice 905.
anno 905.

30. AGEBERTVS.

31. THEODERICVS præfuit Rollone Duce Normanniæ: quo baptisato anno 911. indict. 14. & post bien- 911.
nium cùm Carolo Rege Franciæ pacificato, produnt vetera tabularia Ecclesiæ Constantiensis corpora sanctorum Constantiensiū Episc. Laudi, atque Rumpharij Rotomagum sunt delata, & in Ecclesiâ S. Saluatoris concessu Rollonis Ducis recepta, qui dedit eandem Ecclesiam B. Laudo, necnon & domino Theoderico, qui tunc Constantiensis Episcopus erat, omnibúsque successoribus eius iure perenni, terram quoque iuxta prædictam Ecclesiam vbi maneret Episcopus & Clerici sui, qui Ecclesiæ seruirent. Quia ergo Constantiensis pagus Christicolis vacuus erat, & paganismo vacabat, prædictus Episcopus beatus Laudo, & ipsius Ecclesiæ Rotomagi seruiebat, ibique sicut in Sede propriâ sedebat: ipsa quoque Ecclesia quæ transacto longo tempore vocata fuerat S. Saluatoris, D ob honorem & merita sancti sui hospitis nominata est Sancti Laudi: sederunt ibi apud dictum S. Laudum quinque Episcopi Constantienses, Theodericus, Herbertus, Algerundus, Guillebertus, & Hugo.

32. HERBERTVS I.

33. ALGERVNDVS à Normannis apud D. Laudum peremptus, vt adnotauit Regino Prumiensis cuius hæc verba: *Normani à Matronâ flu-*

nio exeuntes Parisius reuertuntur. Et quia omnimodus descensus fluminis per pontem prohibebatur, tertiò castra locant, & iterato certamine prædictam vrbem impugnant. Sed ciuibus (continuis enim operum ac vigiliarum laboribus indurverant, & assiduis bellorum conflictibus exercitati erant) audaciter reluctantibus, Normanni desperatis rebus, naues per terram cùm magno sudore trahunt, & sic alueum repetentes, in Britanniæ finibus classem traiciunt. Quoddam castellum in Constantiniensi territorio, quod ad S. Loth dicebatur, obsident: & accessum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus fit deditio, eo pacto, vt vitâ tantùm concessâ, cætera tollerent. Illis à munitione progressis, gens perfida fidem & promissa data prophanat, omnésque absque respectu iugulat, inter quos Episcopum Constantiensis Ecclesiæ perimunt.

34. Gvillebertvs.

35. Hvgo i. Canonicos septem ex his qui Ecclesiæ Constantiensi deseruiebant, ad dictam Ecclesiam Rotomagensem vbi morabatur, transtulit: Euoluto autem tempore Ducaminis Rollonis, & filij eius Vuillelmi, Richardus Vuillelmi filius Sanctam Ecclesiam Constantiensem largiùs quàm cæteri sublimare decreuit, Canonicos námque & terras, & redditus vnde viuerent dedit, & confirmauit, quod liquet ex actis Ecclesiæ.

36. Herbertvs ii. vno tantùm anno sedit apud S. Laudum, fuítque successor Hugonis. Hic quosdam Canonicos in Ecclesiâ Constantiensi tanquam illiteratos, otiosos, & inutiles à suâ Ecclesiâ penitùs extrusit, eorùmque terras & possessiones non modicas, donec eruditiores restitueret, in suo dominio retinuit; ita asseuerant Cathedralis documenta.

37. Robertvs i. anteà Episcopus Lexouiensis subrogatus fuit Herberto, & reperitur sedisse apud S. Laudnm super Viriam fluuium. Eius tempore incepta, & ex parte constructa est Constantiensis basilicâ. ex lapide Iuetoti pagi, (quod, Regnum d'Iuetot malè quidam locant in Constantiensi diœcesi, est enim in Rotomagensi, in Archidiaconatu Maioris Caleti, non longè à Caleto Becco) fundante & adiuuante Principe Gonnorâ Comitissâ, auxiliatibus Canonicis, redditibus ad tempus concessis, cooperantibus Baronibus & parochianis, quorum nomina extant inscripta in Ecclesiæ arcubus: Subscripsit verò cartæ donationis terræ de Pyro super Andelam fluuium in diœcesi Rotomagensi, vulgò Periers, factæ S. Petro, sanctóque Audoeno, & Monachis inibi Deo seruienribus, à Guillelmo Archensi Comite, & frarre eius Malgerio Archiepiscopo, per voluntatem matris suæ Paueiæ, annuente Guillelmo Normannorum Duce. Hactenus tabularia Constantiensis basilicæ, quæ ordinem ac seriem vulgarem Episcoporum interpolatam restituunt.

38. Gavfridvs i. ob præclaras virtutes cognomento & per omnia Bonus, post Robertum ad Pontificiam dignitarem euectus, qui anno 1048. indict. 2. die 4. Idus Aprilis Roromagi consecratus est. Inter alia multa, tam in propriâ domo Episcopali extruendâ, quàm in Ecclesiâ duas turres anteriores à fundamentis ad culmen, tertiámque super chorum opere spectabili sublimauit, plumbóque cooperuit. Posteà celebrem dedicationem eiusdem Ecclesiæ, multis magnísque sumptibus fecit, Vuillelmo Normannorum Duce, Archiepiscopo, Coepiscopis, Abbatibus & Principibus Normanniæ ac Britanniæ indict. 10. an. 1056. Memoratur ab Orderico lib. 3. sub an. 1066. inter claros Normanniæ Præsules; qui de pugnâ Heraldi loquens ait: *Vuillermus Dux vt audiuit omnes suos armari, ipse Missam audiuit, & Dominicis sacramentis corpus & animam muniuit, reliquiásque sanctas, super quas Heraldus iurauerat, collo suo humiliter appendit, Religiosi quoque viri pugnaturos è Normanniâ comitati fuerant: nam duo Pontifices Odo Baiocensis, & Goiffredus Constantinus aderant cùm monachis & Clericis multis, quorum officium erat pugnare precibus & consiliis. Bellum 2. Idus Octobris horâ 3. commissum est.* Eadem refert sub an. 1066. Guillelmus Pictauinus Lexouiorum Archidiaconus, Scriptor Gestorum Guillelmi Ducis Normannorum, &

Margin: 1048. 1056. 1066.

Regis Anglorum, quem Gauffredus cùm Odone Baiocensi Præsule secutus fuerat in Conquisitione Angliæ. *Anno sequenti*, vt testatur Ordericus lib. 4. *Saxones Occidentales de Dorsetâ & Summerseiâ Montemacutum assilierunt, sed diuino nutu impediti sunt; nam Guentani, Lundonij, Salesberij, Gaufredo Constantiensi Præsule ductore, quosdam peremerunt, partim captos mutilauerunt, reliquos fugauerunt.* Multas porrò possessiones in Angliâ obtinuisse auctor est idem Ordericus ad
1070. an. 1070. *Gaufredus Constantiensis Episcopus, de nobili Normannorum progenie ortus, qui certamini Senlacio fautor acer, & consolator interfuit, & in aliis conflictibus, qui postmodum aduenas & indigenas vtrimque contriuerant, Magister militum fuit, dono Guillelmi Regis, ducentas & octoginta villas (quas à manendo manerios vulgò vocamus) obtinuit: quas omnes nepoti suo de Molbraio, propter nequitiam & temeritatem suam non diu possessuro moriens dereliquit.* Interfuisse narratur Londini in Ecclesiâ B. Pauli Apostoli Concilio totius Anglicæ regionis
1075. Episcoporum anno 1075. sicuti notat vita B. Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis: præsens & funeri Guillelmi Ducis Normanniæ anno 1087. cùm Præsulibus & Abbatibus Neustriæ: subscripsit & tabulis fundationis Abbatiæ S. Stephani Cadomensis. Obiit autem venerandus iste
1093. Episcopus die 4. Februar. 1093. præsentibus Odone Baiocensi Episcopo, Michaele Abrincensi, Vuillelmo Dunelmensi, Gilberto Abbate Cadomensi, Rogerio Exaquiensi, Rogerio Montiburgensi, & aliis permultis. Rexit Ecclesiam 45. annis, 66. diebus, & sepultus est in stillicidio Ecclesiæ, quod viuens humiliter & cùm instantiâ postulauerat. Extat autem in cartophilacio Constantiensi Nænia prolixior de morte huius Gaufridi; adiecta sunt item in scriniis vetera miracula, in prædictâ Ecclesiâ Constantiensi meritis beatissimæ Virginis facta.

49. RADVLFVS.

50. ROGERIVS interfuit Con-
1118. cilio Rotomagensi anno 1118. cùm Goiffredo Rotomagensi Archiepiscopo, & Suffraganeis Præsulibus Baiocensi, Lexouiensi, & Abrincatensi, ex Orderico libro 12. apud quem eius mentio fit lib. 12. an. 1119 cùm 1119.
describit naufragium ingentis classis Henrici 1. Regis Angliæ, quo stirps Regia, multi Barones & Nobiles periere: *Rogerius*, inquit, *Constantiensis Episcopus Guillelmum filium suum, quem Rex vnum ex quatuor principalibus Capellanis iam suis effecerat: fratrem quoque suum, & tres egregios nepotes ad damnatam indicio. Dei nauem conduxerat, ipsosque & consortes eorum, licet floccipenderent, Pontificali more benedixerat. Ipse, aliique multi qui adhuc simul in littore stabant, & Rex, sociique eius qui iam in freto eleganti fuerant, terribilem vociferationem periclitantium audierunt: sed causam vsque in crastinum ignorantes, mirati sunt, & inde mutuò indagantes tractauerunt.* Ei scripsit beatus Bernardus epist. 196. contra Arnaldum Brixiensem.

51. RICARDVS 1. Synodo Rotomagensi Legato Mathæo Cluniacensi Monacho, & Albanensi Pontifice adstitit vnà cùm Episcopis Normanniæ anno 1128. apud Ordericum 1128.
lib. 12. Petrus autem Abbas Cluniacensis cartam illi dirigit super Ecclesiâ de Morsalinis; concordiam & sigillo suo confirmat factam inter Abbatem Montiburgi, & monachos S. Cosmæ Constantiensis diœcesis de eadem Ecclesiâ Morsalinarum; extat ibidem in Bibliothecâ Cluniacensi rescriptum Hadriani ad eundem Ricardum, & Philippum Archidiaconum, Laterani datum Pontificatus 4.

52. ALGARVS religionis nomine æuo suo clarissimus, posuit Canonicos Regulares in Ecclesiâ sancti Laudi Constantiæ, apud Cæsarisburgum, & in Prioratu S. Laudi Rotomagensis, coloniâ deductâ è sodalitio Prioratus S. Barbaræ in Algiâ coram Hugone Archiepiscopo Rotomagensi. Interest translationi reliquiarum S Dionisij cùm Rege Ludouico 7 mortuus est anno 1151. die 1151.
festo S. Martini; sic enim Chronica Normanniæ: *decessit Algarus Episcopus Constantiensis, vir admodum religiosus, qui Canonicos Regulares posuit in Ecclesiâ S. Laudi de Constantino, & in Ecclesiâ S. Laudi Rotomagi, & in*

Ecclesiâ Cæsaris-burgi. Cui successit Ricardus Decanus Baiocensis. Epitaphium illi scripsit Arnulfus Lexouiensis Episcopus, vnde apparet obiisse in festo S. Martini 11. Nouembris, & ita notatur anniuersarium eius in Calendario Victorino Parisiensi; sic autem ait.

Præsulis ALGARI *cineri natura sepulto*
Non potuit meritum consepelire viri.
Nam terram titulis, cœlum virtutibus implens
Dum nobis moritur, vt sibi viuat, obiit;
Ipsum igitur quia terra virum, cœlique loquuntur,
Consignasse breui sufficit elogio.
Hunc vt Martinum mentorum consciâ terris
Abstulit, & cœlo reddidit vna dies.

53. RICARDVS II. ex Decano Baiocensi creatus fuit Episcopus anno 1151. teste Roberto de Monte in Appendice ad Sigibertum: nomi-
1156. natur 1156. apud eundem Robertum inter Præsules qui adfuêre eleuationi corporis B. Firmati apud Moretonium in Octauâ Pentecostes, & in carrulario Montiburgi 1157. Viuere desiit anno 1179. ex Roberto de Monte.

54. GVILLELMVS I. ex Decano item Baiocensi designatur Pontifex Constantiæ anno 1182. in Supplemento Sigeberti, mentio eius fit
1190. in carrulario Montiburgi, & 1190. in diplomate Ricardi Regis Angliæ, ac Normanniæ Ducis.

55. VIVIANVS.

MORVILLE. 56. HVGO DE MORVILLE II. fundator domus Dei, seu xenodochij pauperum in vrbe Constantiensi: interest exequiis Philippi Augusti
1223. Regis 1223. eiúsque nomine in cartulario Montiburgi acta reperiuntur obsignata annis 1227. 1232. & 1238. In publico cartarum tabulario Parisiensi extat concordia ipsius & Capituli cùm Rege Ludouico, quâ eessit feodum de Sole; idcircò immunis efficitur à seruitio vnius militis, quem castris regiis subministrare teneba-
1238. tur, ex schedâ anni 1238. mensis Augusti. Eius statua ærea conspicitur in Choro Cathedralis cùm sequenti epitaphio, quod Episcoporum Constantiensium Catalogo suo intexuit Morellus Præturæ Constantiensis Consiliarius

Qui iacet hic HVGO, *Cato pectore, Tullius ore,*
Muneribus Titus, Præsul honore fuit.
Quique sequens Marthæ studium, requiémque Mariæ,
Quæ sua sunt mundo reddidit, atque Deo.
Præmia quem rapuit lux festi Simonis, annos
Post bis sexcentos, octoque, térque decem.
Det Dominus huic verè secum sine fine manere. Amen.

57. EGIDIVS I. seu GILLANVS DE CADOMO.

D'ESSEY. 58. IOANNES D'ESSEY I. rexit Ecclesiam annis 1250. & 1262. qui postulatus à Canonicis in Antistitem epistolâ supplici ad Reginam Blancam matrem Diui Ludouici 1250. 1270.
cognominatur regni fidelis, honoris «
regij, & eius incrementi præcipuus «
zelator: obiit 1270. mense Nouemb. «

59. EVSTACHIVS Ordinis Franciscanorum, præerat 1284. decessit 5. Augusti 1291. vt fert vetus obituarium Fratrum Minorum vrbis Rotomagensis. 1291.

HARCOVR. De gueulle à deux faces d'or. 60. ROBERTVS DE HARCOVR Ioannis domini de Haricuriâ cognomine Strenui, & Aleidis de Bellomonte super Aisam in Campaniâ filius, qui ortus ex nobilissimâ, maximéque inclytâ prosapiâ Normanniæ fuit fundator Prioratus de Parco iuxta toparchiam Haricuriæ, in eius basilicâ quiescit. Robertus iste toparcha erat S. Saluatoris Lendelini, ac germanos habuit Ioannem huius nominis quartum cæterorum Haricuriæ dynastarum & Comitum progenitorem, Guillelmum Baronem de Elbouio; Radulfum Archidiaconum Constantiensem, in Decretis Doctorem, Collegij de Haricuriâ Parisiis primum auctorem cùm fratre benefactore, cui Gymnasio legauit quosdam reditus ex tabulis anni 1300. Guidonem denique Episcopum 1300.

Lexouiensem, ac plures sorores. Cathedram autem obtinebat 1296. quo anno memoratur in consilio Regis mense Ianuario, & 1306. in cartâ Sanctæ Capellæ Parisiensis. A Philippo 4. Rege impetrauit confirmationem fundationis duarum Capellaniarum per Ioannem dominum de Haricuriâ parentem fundatarum in terrâ suâ, ex titulo regij tabularij

1318. 1308. mense Martio. Obiit 1318. & sepulturam sortitus est in Ecclesiâ B. Virginis Parisiensis, vti memorant tabulæ Genealogicæ huius domus.

THIEVILLE. D'argent à 2. bandes accompagnées de 7. coquilles de gueul le 1.3.2.1.

61. GVILLELMVS DE THIEVILLE II. nobilis Normannus.

ERQVERY. D'argent au lion de gueulle.

62. LVDOVICVS D'ERQVERY filius Radulfi dicti Erpini, Equitis, Magni Franciæ Panetarij, fratrem habuit Simonem dominum d'Erquery, Proregem in Auxitaniâ. Ludoui-

1347. cus autem sedebat an. 1310. & 1347. 30. Ianuarij in Actis Consistorialibus Vaticani: de hac gente meminit Andreas Quercetanus in Historiâ familiæ de Monmorenciaco.

CERVELLE.

63. SILVESTER DE LA CERVELLE eligitur 1371. 27. Maij in libro Obligationum Vaticani, de quo mentio fit in veteri schedâ familiæ de Fay

1375. in Normanniâ 1375.

THOVLON.

64. NICOLAVS DE THOVLON I. Burgundus, ex Cantore Augustodunensi, posteà eiusdem Ecclesiæ Pontifex 1386.

CREVECOEVR.

65. GVILLELMVS DE CREVECOEVR III. creatus 1387. die 17. Septembr. ex actis Consistorialibus; memoratur in translatione S. Ludo-

1408. uici 1392. decessit 1408. ita legitur in eius tumulo marmoreo apud chorum Abbatiæ Belliprati.

CHAMPS.

66. ÆGIDIVS DES CHAMPS II. Cardinalis Constantiensis, de Rotomago oriundus, sacræ Theologiæ Professor nominatissimus, patruus erat Egidij Decani Rotomagensis, in eadem Ecclesiâ Canonicus fuit & Henrici Angliæ Regis Capellanus, & à Confessionibus Caroli 6. In Collegio autem Nauarrico litteris institutus, cùm adoleuisset, Theologicis studiis apprimè exercitatus, in schis-

A mate eruditionem simul & strenuam operam impendit; in Historiâ enim huius ætatis, dicitur multùm diúque laborasse pro vnione Ecclesiæ vniuersalis, vigente diuturno & pernicioso schismate. Legationem, suscepit Caroli 6. nomine 1395. Auenione ad Pseudopontificem Clementem 7. vnà cùm Regiæ stirpis Principibus Biturigum, Burgundiæ, & Aureliæ Ducibus, grauissimâ oratione Antipapam affatus. In Germaniam iterum delegatur ad Vuenceslaum Imperatorem: hinc regressus, honestatur à Rege officio Eleemosynarij:

B ne quid verò meritis deesset, creatur Cardinalis à Ioanne XXII. die 8. Idus Iunij anno 1411. obiit 1413. 15. Maij, 1413.

vt habebat vetus epitaphium, quod vnà cùm effigie & maiori parte mausolei, in Capellâ B. Mariæ retrò chorum Ecclesiæ Rotomagensis à Segregibus anno 1562. destructum est: testamenti tabulis erogauit eidem Cathedrali pecuniam pro annuâ celebratione anniuersarij. Epitaphij titulus sequens erat. *In hac sepulturâ iacet bonæ memoriæ quondam eminentissimæ scientiæ nobilis vir Magister* ÆGIDIVS DE CAMPIS, *de*

C *Rotomago oriundus, sacræ Theologiæ eximius Professor, Episcopus Constantiensis, ac Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Presbyter Cardinalis Constantiensis nuncupatus, qui obiit anno Domini* 1413. 1413.

die 15. *Martij.*

MARLE. D'argent à la bande de fable chargée de 3. molettes d'argent.

67. IOANNES DE MARLE II. Protonotarius Apostolicæ Sedis, filius Henrici Franciæ Cancellarij, domini de Versigny, & Mathildis le Barbier: ex Libellorum Supplicum in Regiâ Magistro electus Pontifex Constantiensis anno 1414. pridie Calend. Septemb. ita habent regesta

D Parlamenti Parisiensis; occisus vnà cùm Cancellario patre Parisiis anno 1418.

1418. nefariâ & populari factione.

MALATESTIS.

68 PANDVLFVS DE MALATESTIS natione Italus, Regi Angliæ Henrico, qui falsò sese Regem Francorum nuncupabat, clientelare sacramentum fidei pro temporali Episcopatus sui in Normanniâ exhibuit apud castrum Pontisarense 1. die Maij regni 8. quod asseruatur in regesto pergameno Cameræ Rationum Regiarum Parisiis.

69. PHILI-

MONT-IOYEVX. 69. PHILIBERTVS DE MONT-IOYEVX, qui prudentiâ, & in rebus gerendis dexteritate prædicus, suam operam in multis Ecclesiæ negotiis utiliter impendit: die Veneris
1431 14 Decemb. 1431. Missam de Spiritu sancto in principio Synodi Basileensis celebrat, Æneæ Siluij hæc » sunt verba: Philibertus de Monteio» coso interfuit Concilio Basiliensi, » in cuius primâ sess. an. Domini 1431. » 14. Decemb. celebrauit Missam, ac » subinde de Synodi mandato sugge» stum ascendens, legit decretum Sy» nodi Constantiensis, de celebratione » Conciliorum Generalium: Instru» mentum electionis ciuitatis Basilien» sis, pro illius celebratione in Senensi » factum, auctoritate Martini, ac suc» cessuris Eugenij 4. & mandata Iu» liano Cardinali iniuncta de eodem » Basiliensi celebrando anno Christi » 1433. Mittitur etiam Pragam à Con» cilio 14. Aprilis pro negotio Bohe-
1436. » morum an. Christi 1434. Et ab eodem » Concilio missus est ad Conuentum » Ratisponensem, rogatu Imperatoris » anno Christi 1436 Item se confert » Iglauiam Olomnensis diœcesis, vbi » cum aliis Concilij Oratoribus & Bo» hemis, ipsóque Sigismondo Impera» tore, vnà cùm Alberto Austriæ Duce, » pacem cùm eisdem Bohemis acce» ptat, & 5. Iulij eodem anno Sacra » Pragæ restituit. Tot legationibus sub Pontificibus clarus Antistes sedebat Constantiæ 1436.

DVREMORT. 70. ÆGIDIVS DE DVREMORT II. Abbas Fiscannensis monasterij anno 1428. obiit ex epitaphio 29. Iu-
1444. lij 1444. ita docent Acta Consistorialia.

CHASTILLON. 71. IOANNES DE CHASTILLON III. Mediolanensis, Cardinalis Presbyter tit. S. Clementis; ex Protonotario Apostolico, Nuncius fuit ad Fredericum 3. Imperatorem Callisto 3. Pontifice; sub Pio autem 2. Marchiæ Anconitanæ Legati officio defunctus, fit Præsul Constantiensis pridie Cal. Septembris 1444. vti innuūt Acta Consistorialia, quam sedem cùm rexisset post Ægidium, transiit ad Papiensem Episcopatum
1453. in Insubriâ 1453. 5. Nonas Octobris, & absens administrauit plerúmque ad annum 1460. Ecclesiasticis muneribus occupatus: Germanicâ Legatione & Anconitanæ Marchiæ; à Callisto eodem renunciatus Cardinalis 1456. 16. Calend. Ianuarij, tandem fato corripitur 1460. corpus 1460.
Mediolani iuxta proauos reconditum, vbi prostat monumentum nobile cùm sequenti inscriptione, quam reperies tomo 1. Sacræ Italiæ Vghelli; de illo multa etiam refert Antonius Niger in Historiâ Castellionen. ac Antonius Maria Spelta de Episcopis Papiensibus; epitaphij verò titulus hic est: D. O. M. IOANNI CASTELLONEO *Mediolanensi, Episcopo Papiensi, tit. D. Clementis Sanctæ Rom. Eccl. Presbytero Cardinali, Cælestini IV. Pontificis Maximi, Octauiani, Gotifredi, & Brandæ Cardinalium gentili; qui cùm Legationis munere apud Fridericum* III. *Imperatorem, concitandi in Turcas exercitus causâ Apostolicæ Sedis nomine secundo fungeretur, à Callixto* III. *in amplissimum Ordinem absens est cooptatus, eòque defunêto à Pio* II. *Legatus Marchiæ Anconitanæ designatus, dum in eà prouinciâ Legislatoris strenui, simul Ducis operam contra Piccininum nimis sollicitè impendit, inopinatâ febre præuentus Macerata interiit* XVIII. *Calend. Maij anno salutis* MCCCCLX. 1460.

Margin note (beside no. 71): D'argét au ... de gu... ... en sa ... au ... d'vne ... au 2. & 3. ... à 3. pals de ...

OLIVIER. 72 RICHARDVS OLIVIER III. Cardinalis Constantiensis tit. S. Eusebij, Portuensis Episcopus & S. Rufinæ, Abbas Compendiensis, patriâ Normannus: ex Archidiacono Augi in Ecclesiâ Rotomagensi, & Canonico, cùm post obitum Radulfi Rousfel Archiepiscopi Rotomagensis Canonicorum suffragia diuiderentur, iste aliquot vocibus postulatur ad hanc Metropolim, competitore Philippo de Rosâ Thesaurario, sed neuter eam adeptus est, Guillelmo d'Estoteuillâ Cathedram obtinente. Electus verò Constantiensis Præsul 5. Calend. Octobris 1453. in Actis Consistorialibus, toto vitæ decursu laudatissimis muneribus inclaruit; nam datur à Pontifice iudex reuisendi processus Ioannæ Puellæ Aurelianensis an. 1455. quam decreto Rotomagi scripto an. 1456. innocen- 1456.
tem promulgauit. Delegatur item à Rege ad Burgundum Ducem, tum à Callisto 3. Purpurâ exornatus 1456. tit. S. Eusebij, Archipresbyter

beati Petri, denique Portuensis Episcopus euasit 1469. post Ioannē de Caruaial, vti auctor est Æneas Siluius lib. 1. Commentar. fuit & Caroli Regis à Sanctioribus Consiliis: de cuius laudibus Cardinalis Papiensis. Sed cùm esset in ferendâ sententiâ liber, & propositi constans, Pragmaticæ Sanctionis institutioni in Parlamento repugnauit, quæ gratiosa erat Regi; eamobrem multatus fuit summâ decem millium librarum 1458. Interfuit Remis Sacro
1461. Ludouici XI. 1461. vnde ad Curiam Romanam se recepit, ac priuatus à Rege officio Protopræsidis Cameræ Computorum, quod Ioanni de Bellaualle collatum est codicillis regiis an. 1462. Ibi autem humanissimè exceptus à Pio 2. Pontifice, illi in paucis carus fuit, nam quanti eum æstimaret, testantur verba epistolæ 97. Cardinalis Papiensis vbi ait: *vtinam Constantienses haberemus plures, benè consultum esset Ecclesiæ, vir grauis est, vir bonus, vir mitis, vir doctus, semper in suis sententiis verus.* Cæterùm Diui Petri Archipresbyteratum penè à fundamentis extruxit, at opus non potuit absoluere. Paulo 2. Pontifice in Vmbriâ Legatus Apostolicus missus reperitur ex citatâ epistolâ Cardinalis
1464. Papiensis 1464. qui eidem Richardo scripsit epistolas 55. & 97. de quo vide 378. & 379. ac Æneam Siluium. Sublatus est è viuis 1470. die 19. Augusti quo eodem die Episcopatus Regalia fuit aperta, prout recensetur in schedis Cameræ Rationum Regiarum Parisiensium: corpus Romæ in basilicâ beati Petri ante altare conditur, vbi hæc in pauimento legebatur inscriptio: RICHARDVS *Episcopus Portuensis, Cardinalis Constantiensis è Normandiâ oriundus, hoc altare vetustissimum nouâ facie, & dote nouâ, testamento iussit ornari, vbi in pace requiescit, anno Do-*
1470. *mini* MCCCCLXX. Eius elogium pluribus texuêre Ciaconius, Frizonus, Vghellus, & Auberius, qui Ricardum è gente Longoliâ nobili prognatum tradunt, usque adstipulari videtur Christophorus Longolius, in Oratione quam pronunciauit coram Leone X. summo Pontifice.

73. BENEDICTVS DE MONTFERRAND Religiosus S. Antonii Viennensis, inde Ordinis Abbas Generalis electus 1459. patrocinante Pio 2. Pontifice. At cùm iste infulâ Abbatiali nimiùm tumidus esset, Religiosis ad Paulum 2. prouocantibus, regimine monasterij excidit: posteáque donatur Episcopatu Constantiensi; At verò in Abbatiam suam Diui Antonij, abiecto omni Pontificiæ dignitatis apice, regressum sollicitasse produnt acta MS huius Abbatiæ.

74 IVLIANVS DE LA ROVERE Cardinalis S. Petri ad Vincula, Episcopus creatur an. 1474. Sixti IV. 1474.
Papæ nepos, posteà Pontifex nominatus Iulius 2.

75. GAVFRIDVS HEBERT II. Parisiensis, ex dominis d'Offonuiliers & de Courcy, Protopræses Scacarij Rotomagensis, ac germanus Philippi Aquensis Archiepiscopi, pro suo Episcopatu Constantiensi ex debito officij clientelæ fidem exhibuit Regi anno 1487. 8. die Ianuarij, quem 148
regebat an. 1480. vti memoratur in vitâ Caroli 7. per Ioannem Quadrigarium Monachum S. Dionysij lib 4 Maris Hist. Basilicæ suæ munificus benefactor prouentus auxit, & in eâ officium Vesperarum, puerósque Chori fundauit, domos Capituli, cùm castro Baroniæ de Motâ extruxit, & aulæum de Laboribus Herculis, quo Cathedralis chorus solet adornari, auro intextum, Ecclesiæ sacrario largitus est. Porrò Ludouicus XII. eum propter animi dotes præfecit Scacario suo Normanniæ, extinctâ iuridicâ sede Alençoniensi Defunctum iam ab an. 1510. 1510
testantur tabulæ, quibus Ludouicus Hebertus Archidiaconus Constantiensis & Abbas sancti Laudi, ipsius Godefridi testamenti executor, quędam legat Ecclesiæ Constantiensi; qui Godefridus superiore anno Collegio Haricuriæ Parisiensi legauerat feodum Bosci de Prateis, in diœcesi Constantiensi. Cæterùm Guillelmus de Mara oratione 8. de vitâ & laudibus huius Gaufredi Heberti Constantiensis Episcopi defuncti, ita loquitur: *sic de virtute in virtutem profectus ad Mimatensem primum,*

mox verò quia diuinâ quadam pruden- A *tiâ, Constantia quam semper optauerat et debebatur, ad hanc Constantiensem Ecclesiam est assumptus*: Et post alia subdit: *Castrum extruxit apud Motam tanto sumptu, tanto ingenio, támque affabrè factum atque politum, vt regium opus profectò existimari queat; quod non ostentationis gratiâ erexit, sed vt ipse, suique posteri si quid hostile immineret, quò se tutò reciperent, habere possent. Vtque otiosi artifices & operarij, sua simul & ingenia & corpora exercerent; dicerèque solitum malè se operari volentibus pecunias largiri, quam mendicantibus validis, quos iuris sanctio perse-* B *quitur atque improbat*: Tum post aliqua: *solidam atque integram prebendam pro Choralium puerorum sustentatione fundauit; pro pauperibus in moribus, literis, ac bonis artibus educandis & imbuendis; in Venerabili Harcuria apud Lutetiam Collegio quatuordecim quas Bursas vocant, recenter instituit, ac Thelogorum iam institutas auxit, & opulentiores reddidit.* Hactenus Mara.

GOVFFIER. Comme cy deuant.

76. HADRIANVS GOVFFIER Cardinalis Constãtiensis, Maior Franciæ Eleemosynarius, Abbas Fiscannensis, Burgulij, Cormeriaci, S. Florentij de Salmuro, S. Nicolai Andegauensis, & Burgidolensis, in Galliâ Legatus; frater Arturi domini de Boisy, Regiæ domus Magistri, electus viâ scrutinij confirmatur aucto-
1510. ritate Metropolitanâ 1510. die 2. Maij: ac possessionem nactus personaliter Latinâ oratione salutatur in iucundo aduentu per Guillelmum de Marâ Canonicum Constantiensem memoratum: Portas ligneas maioris Ecclesiæ fieri curauit: renunciatus inde Episcopus Albiensis, vti supra narrauimus.

D'VNCE. D'azur à 2. cornes d'abondance d'or.

77. BERNARDVS D'VNCE, dictus DIVITIVS, aliàs TARLATVS, Cardinalis Bibiena, ex oppido cognomine diœcesis Florentinæ, à natali solo ita appellatus: Sedis Apostolicæ primùm Protonotarius, ac generalis Thesaurarius, creatur Cardinalis à Leone x. Pontifice an. 1513. Calend. Octobris, Legatus Vmbriæ & Perusiæ, præfuit in castris Pontificiis, & in prælio aduersùs Franciscum Mariam Vrbini Ducem: missus & ad Principes Christianos pro pace ineundâ; Legatúsque Leonis x. ad Franciscum Regem, ab eo, Episcopatu Constantiensi honestatur, ita habent regesta Vaticana. Laudatur autem à doctis viris Petro Bembo lib. 3. qui nonnullas ei in Galliâ Legato scripsit epistolas; item Garimbertus l. 1. c. 4. illius diligentiam atque industriam prædicat: Viuendi finem fecit Romæ an. 1520. vt patet 1520.
ex litteris ipsius Leonis apud Bembum lib. 16. epist. 26. vbi Pontifex Max. rogat Regem pro conseruatione Episcopatus in gratiam nepotis huius Cardinalis; cuius ingenium & industriam satis declarant epistolæ eius 22. quæ repeciuntur in collectione libri epistolarum Principum. De eo Onuphrius, Marcilius Ficinus, Guicciardinus l. 11. Ciaconius, & Andreas Victorellus: sepulchro conditur in æde S. Mariæ de Aracœli cùm hac inscriptione: BERNARDO DIVITIO *Cardinali, Viro plurimis maximisque virtutibus, ac Leonis* x. *Pontificis Maximi veteri familiaritate & beneuolentiâ insigni, amplissimis muneribus & Legationibus probè functo. Fratrum filij moestissimi patruo B. M. qui eis cuncta* C *paterna beneficia præstitit, arcam sepulchralem, dum quò iussit, inferatur, posuère.*

LA TREMOILLE BRESCHE.

78. RENATVS DE LA TREMOILLE, dictus DE BRESCHE, monachus & Abbas Benedictinus S. Stephani Diuionensis, Flauignei, Buxeriæ, & Fontaneti, in Burgundiâ: ortus ex gente Tremolliensi, ac ramo spurio dominorum de Bresche, Episcopus eligitur anno 1520. obiit Flani- 1530.
gneij 1530. 18. Nouemb. De eo in Historiâ Genealogicâ Tremolliæ familiæ.

D

COSSE'. De sable à 3 fasces dételées d'or.

76. PHILIPPVS DE COSSE', Magnus Franciæ Eleemosynarius, Ordinis item Benedictini alumnus & Abbas S. Michaelis de Monte in Neustriâ, ac B. Iouini ad Marsnam in Pictonibus: fuit Renati domini de Brissac prouinciæ Andium Proregis, & Carlotæ Gouffier tertius natu filius, frater germanus Caroli Comitis de Brissaco, Equirum Tribuni, in Pedemontanâ regione Proregis; Arturi etiam Comitis de Secondigny, Marescalli ac Panetarij Franciæ, Andegauensis & Turonicæ

prouinciæ Præfecti Regij : fucceffit Renaro de Tremoliâ. Eius iuffu Ludouicus Regius Conftantienfis, qui patronum obferuantiffimum habebat hunc Epifcopum, Guillelmi Budæi Supplicum Libellorum Magiftri doctiffimi vitam adorfus eft fcribere, quod teftatum reliquit epiftolâ præliminari ad Guillelmum Poyetum Franciæ Cancellarium, an. 1541. ait námque : *Philippus Coffæus Conftantienfis Antiftes, cuius iuffu Budæi vitam explicandam fufcepi, author mihi fuit, vt hunc meum laborem nomini tuo confecrarem : viro clariffimo, & iufta imperanti, & præclara cupienti, non parere nefas effe putaui. Itaque non aufus patroni mei aut auctoritatem afpernari, aut voluntatem negligere, recufandi pudore fcribendi onus fufcepi.* Philippo autem fcribit Salomon Macrinus Iuliodunenfis excellens Poeta Lyricus lib. 2. hymnorum carm. 2. vbi laudatur à flagranti amore fcientiarum, linguæque facræ, Philofophiæ, & Mufarum piarum ftudiis quæ apud fuum Iouinum excolebat. Sed & Nicolaus Borbonius Vendoperanus lib. 8. carm. 118. eum fic compellat.

Quod cudo opus pacem requirit, & otium
Profundum, Præful optime :
At otium tale vnde nancifcar mifer,
Nifi ab inclytis heroibus
Tuique fimilibus ? quare oro te, tui
Generis per claritudinem,
Raráfque per dotes animique & corporis,
Quibus cumulauit te Deus;
Meis vt & tu adfis fauens conatibus &c.

D'ESQVETOT. D'argent à 3 fafces de gueulle.

80. PAGANVS LE SVEVR, dictus D'ESQVETOT, Guillelmi Sudorij domini de Rigueruille, Efquetot, Buglife, & aliarum dynaftiarum in pago Calerenfi Neuftriæ, & Mariæ de Normanuille filius : ex Canonico Ecclefiæ Rotomagenfis, creatur Sigillorum Cuftos in Parlamento Normanniæ 1544. quod munus etiam gerebat infulâ exornatus
1550. Conftantienfi 1550. quo anno in funebri pompâ Georgij Cardinalis de Ambafiâ, facris operatus eft in æde Metropolitanâ Rotomagenfi 19. Septembr. 1550. mortuus definente an-

A

no 1551. 14. Decemb. Carlota ipfius neptis, ex fratre Ioanne toparchâ d'Efquetot, vxor fuit Caroli Coffæi Comitis Briffaci. 1551.

MARTEL. D'or à trois marteaux de gueulle.

81. STEPHANVS MARTEL, cuius familiæ nobiles domini de Baqueuille; Epifcopatum regebat anno 1559. 1559.

COSSE'.

82. ARTVS DE COSSE', Philippi nepos ex fratre Carolo Franciæ Marefcallo, Comite de Briffac in Andibus, cuius erat filius naturalis : Eleemofynarius Francifci Andium Ducis, Regis fratris, cui aderat in

B

tumultu Antuerpienfi 1583. Ecclefiam gubernabat & anno 1574. 1574.

BRIROY. De gueulle au cheuron d'or accompagné de 3 molettes de mefme.

83. NICOLAVS DE BRIROY II. Canonicus Conftantienfis Ecclefiæ, & Archidiaconus Bellouacenfis an. 1580. quo nomine adfuit Conuentui Cleri Gallicani Melodunenfi; mox ex Vicario generali & Officiali Arturi deceſſoris Epifcopus nominatus confecratur anno 1597. Dominicâ 1597.
7. Decembris in Ecclefiâ D. Germani Pratenfis, à Gaufrido de la Marthonie Ambianenfi Præfule, Claudio Coqueleto Dinienfi, & Renato Potier Bellouacenfi Epifcopis : Bre-

C

uiarium fuæ Ecclefiæ correctius edidit 1601. qui cùm exceffiffet ab humanis die 22. Martij anni 1610. in publico Confiftorio propter eximiam vitæ probitatem meruit à Paulo V. Pontifice decorari titulo patris pauperum, ac folemni facri facrificij commemoratione pro defunctis, cui interfuit Purpuratorum Collegium. Iacet in Choro Ecclefiæ & marmoreo tumulo incifa huiufmodi infcriptio : *D. O. M. Quod fauftum fortunatúmque fit. Piis manibus Reuerendi* D. NICOLAI DE BRIROY CONSTANTIENSIS *Epifcopi vi-*

D

gilantiffimi, religionis, pietatifque auitæ & patriæ feruatoris fideliffimi. Qui quatuor & nonaginta annos agens, in Epifcopatu tres & viginti, feliciter obdormiuit in Domino 22. Martij 1620. Ad 1620.
fanctitatis aram monumentum hoc pietatis & liberalitatis pofteritati mandandum, Adrianus ex fratre nepos, huius Ecclefiæ Archidiaconus & Canonicus, Dat, Dicat, Confecrat 1621.

LE BLANC.

84. GVILLELMVS LE BLANC IV.

obiit 1621. mense Octobri nondum A consecratus, & Aginni in Cathedra. li Diui Stephani in medio nauis quiescit.

Bourg-in. 85. Nicolaus Bourgoin III. Parisiensis Theologus è Regiâ Domo Nauarricâ Episcopus inauguratur apud Mathurinos Parisienses
1623. die Dominicâ 9. Iulij 1623. à Francisco Harlæo Archiepiscopo & Primate Rotomagensi, assistentibus Claudio de Rueil Baionensi, & Henrico Boiuin Tarsensi, Coadiutore Abrincensi: obiit an. 1625.

Matignon
D'argét au lion de gueulle ar..., la pal... & couroné d'or. Escartel. d'Orleans Langueuille.

B 86 Leonorus de Matignon Abbas Exaquensis & Torignei in Normanniâ, Caroli Comitis de Torigneio, domini de Matignon, Inferioris Neustriæ Proregis, Leonoræque Aurelianensis Principis fœminæ, ex ramo Ducum Longæuillæ filius. Consecratur Episcopus in æde primariâ Alençoniensi Nostræ Domi-
1632. næ sacrâ mense Augusto an. 1632. à Francisco Pericard Episcopo Abrincensi, adstantibus Francisco Pericardo item Ebroicensi, & Henrico Boiuin Tarsensi Præsule, & Coadiutore C Abrincatensi. In huius sacro, Petrus Camus Bellicensis Episcopus eleganti sermone perorauit. Inde ad Ecclesiam suam regendam diuertens, possessionem sumpsit mense Nouembri sequenti; statuta edidit synodalia: & in oppido S. Laudi suæ diœcesis Pœnitentium Tertij Ordinis S. Francisci Conuentum excepit, Capucinos apud Valoniam, & ibidem domum Benedictinarum sub inuocatione Deiparæ Virginis; apud Constantiam eiusdem regulæ Sanctimoniales, & Hospitalarias Ordinis D. Augustini; apud Carentonum domum Filiarum Nostræ Dominæ pro D instructione puellarum iuuencularum. Restaurauit & palatium Episcopale successorum commodo atque oblectamento; interfuitque duobus Comitiis Cleri Parisiensis ann. 1635. & 1645. à prouinciali cœtu Rotomagensi delegatus. Transfertur demum
1646. ad Episcopatum Lexouiensem anno 1646.

Avvry. Azur à une fasce ... char-

87. Clavdivs Avvry Thesaurarius sanctæ & Regalis Capellæ Palatinæ Parisiensis, necnon Antonij Cardinalis Barberini, Magni Franciæ Eleemosynarij generalis Vices gerens. Ex nominato Antistite sancti Flori in Aruerniâ, ad hanc sedem traductus nominatione Ludouici 14. die 27. Iulij 1646. eodem anno 3. Decembr. promulgatur in Romano Consistorio Innocentij x. Papæ, agente Rainaldo Cardinali Estensi, Negotiorum Galliæ apud Sedem Apostolicam Protectore. Sacrum excepit Pontisaræ 15. Februarij 1647. 1647.
à Dominico de Vic Archiepiscopo Auxitano, assistentibus Francisco Pericard Ebroicensi, & Arturo de Lione Vapincensi Episcopis. Tum in suam diœcesim se contulit, ac Dominicâ 15. Septembr. sequentis festiuo apparatu vrbem inuectus, Regi ex debito Pontificiæ dignitatis sacramentum iurat pro clientelâ temporali 18. Martij 1648 anno autem insequenti Carolum 2. Magnæ Britanniæ Regem cùm Iacobo Eboracensi Principe fratre in vrbem suam excepit. Sacro Ludouici xiv. interfuit Remis 1654. & in Comitiis Cleri 1654.
Gallicani Parisiensibus 1655.

gée d'vne teste de lis attachée de sable lâgué de gueulle, accompagnée de 3 roses d'argent 2. & 1.

CONSTANTIENSES
EPISCOPI
AD RHENVM.

Constantia Ganodurũ Harudunum Ptolemæo, vt vult Ortelius lib. 2. c. 8. & tab 3. à Constantio Constantini Magni patre sic dicta; ad ripam Rheni sinistram, quâ Heluetios respicit, inter Lacum Venetum, & Acronium, vel Brigantinum; in cuius vrbis Ecclesiam primariam translatus fuit Episcopatus Vindonissâ, ad Arolæ fluuij ripam sinistram, Ortelio in Galliâ Strabonis. Quæ quidem Vindonissa reponitur in Prouinciâ Maximâ Sequanorum ab auctore Notitiæ Prouinciarum, cùm nunc sub Moguntino Archiepiscopo Germaniæ primæ reperiatur Constantia; nec satis capimus mentem Ioannis Iacobi Chiffletij Equitis & Archiatri Regis Hispaniæ, dum in suâ Vesuntione ait

Constanz pres de son lac, & sur le Rhin: residence à Mersbourg, en Souabe.

tres tantùm propriè ciuitates Metropoli Sequanorum subiacuisse. Nã quò Episcopi Vindonissenses? Cui loco in ipsâ prouinciarum notitiâ apponitur C. quæ singularis, modò Castrũ, modò ciuitatem pro diuersitate exemplarium designat. Legẽdus Guilimannus l. 3. Heluetiæ c. 3. & Georg. Brunus tomo 2. Ciuitat. orbis. Porrò Vindonissa memoratur Tacito lib. 4. Hist. & Antonini Itinerario: præerat pagis Heluetiæ, Tigurino & Vrbigeno. Hinc Vicani curiæ Vindonissensis in veteri inscriptione, & in aliâ, Coloniâ Pia Flauia Constan. Emerita Auenticum Heluetiorum fœderata. In huius verò Constantiæ amplâ diœcesi enumerantur 22. Ecclesiæ Collegiales, præter Cathedralem. 350. monasteria, in iis 49. Abbatiæ, & amplius bis mille parochiæ apud Boterum in relationibus; qui tempore Sigismundi Imperatoris adnotauit, in eâ fuisse numerata Sacerdotum septem decim millia in 66. Decanatibus, vt vocant ruralibus. Quâ de re post alios Miræus cap. 33. de Collegiis Canonicorum, & de monasteriis: inter quæ eminent S. Galli & Campidonense, vtrúmque Ordinis Benedictini, Salem Ordinis Cisterciensis, & olim Augia Diues propè Constantiam, nunc togâ sæculari donata, & Episcopatui vnita. Cæterùm Præsules reperiuntur hoc ordine apud Herman. Contractum chronicon Const. apud Pistorium & alios auctores.

Vvindisch et Altenbourg.

1. S. Beatus Episcopus Vindonissensis.

2. S. Paternus, post quem expungendus vt videtur S. Laudo, siue Liudo Constantiensis ad Rhenum Episcopus prout legunt quidam catalogi; fuit enim probabiliùs Præsul Constantiensis in Neustriâ.

517. 3. Bubulcus in Concilio Epaonensi subscripsit an. 517.

4. Gramatius in Aruernensi Synodo an. 535. Aurelianensi 4 541. & 5. 549.

593. 5. Maximus transtulit sedem Episcopalem Constantiam Vindonissâ anno 593.

6. Rodulfus I.

7. Vrsinus.

8. Martinus tempore Dagoberti Regis.

9. Gaudentius S. Gallo Abbati coæuus ex eius vitâ; de cuius morte venit nuncius ad Vuillimarum Presbyterum.

10. Ioannes I. discipulus B. Galli, è superioris Rhetiæ partibus oriundus, procurauit eius exequias anno 640. in illius etiam consecratione sermonem habuerat Constantiæ qui extat tomo 5. Lectionum antiquarum Canisij. Et tomo 6. Bibliothecæ Patrum editionis Germanicæ. 640.

11. Obihardus cognominatus Bosso in vitâ S. Galli.

12. Pictavius.

13. Severus.

14. Astropius.

15. Ioannes II. siue Hanno.

16. Buso, vel Bufo; sepulchrum D. Galli instaurauit, vt patet ex eius legendâ.

17. Audoinus obiit an. 730. 730.

18. Erenfridus ex Abbate Augiæ eligitur: scripsit Chronicon D. Blasij, ac rexit Pontificatum annis 10.

19. Sidoinus, vel Sidonius ex Abbate item Augiensi electus anno 740. decessit an. 759. ante altare S. Galli, cuius monasterium malè ambierat in vitâ ipsius B. Galli, contra S. Othmarum Abbatem: de quo Hermannus Contractus, & Chronicon Constantiense. 759.

20. Ioannes III. ex Abbate Augiæ circa an. 759. Chronicon S. Blasij, Trithemius de viris illustribus Ordinis Benedictini lib. 4. c. 238. mortuus an. 781. iacet in Capellâ S. Kiliani monasterij Augiensis: Chrocon Constantiense. 781.

21. Gondolfus à nonnullis dubius censetur.

22. Fidelis.

23. Dyopaldvs, vel rectiùs Theodorvs, cuius operâ fundatur monasterium maius Tibuli à Carolo Magno in honorem S.Felicis.

24. Egino plurima Ecclesiæ dona contulit, ex Chronico Con-
813. stant. defunctus an. 813.

25. Volfleon ex monacho Sangallensi, cuius Formata ad Bernaltum Argentinensem Episcopum an. 817. extat tom 2. Concil. Gal. hic basilicam nouam S. Galli construxit
830. an. 830. Chronicon Constantiense.

26. Salomon i. eligitur anno 831. ad quem scribit Nicolaus 1. c. Sciscitatur 30. qu. 4. nominatur in Synodo ad Confluentes Rheni & Mosellæ apud Miræum in Annalibus Belgicis, cùm Hincmaro Remensi & Aduentio Metensi. Interest tralationi S. Othmari in mona-
873. sterio S. Galli 864. 8. Calend. Nouemb. Obiit circa an. 873. 2. Aprilis.

27. Bathego institutus an. 874. decessit 877.

28. S. Gebhardvs i. occisus
885. die 27. Augusti an. 885. contra Normannos, ex Chronico Constantiensi.

29. Salomon ii. fit Episcopus an. 886. ex citato Chronico Constant. Annales Francorum Ful-
890. denses an. 890. de eo sic: *Salomon Constantiæ Episcopus vir vitæ probabilis obiit. Cui equiuocus eius Salomon Iunior, tertius siquidem tunc eiusdem nominis vocabulo, in sedem Episcopus concessit.*

30. Salomon iii. Iunior dictus, ortu Sueuus, è Baronibus de Ramschuuag propè S. Gallum, auctore Bernardo à Mallinckrot Decano Monasteriensi in libro de Archicancellariis S. Imperij Romano Germanici. Primùm Isoni Sangallensi monacho disciplinæ regulari traditur erudiendus, dein Capellanus Ludouici Regis efficitur, tum Archimandrita Campidonensis & sancti Galli, mox Episcopus Constantiensis, quam Ecclesiam summâ laude per 29. annos rexit. In Concilio Triburiensi 895. memoratur in transactionis cartâ quam adfert Goldastus tom. 2. Antiquitatum Alamannia, inter eundem Præsulem & Hartmotum cœnobij S. Galli Abbatem, anno imperij Caroli secundo. Moritur an. 919. apud Herm. Contract. Scri- 919.
psit ad Dadonem Episcopum quædam carmina tom. 1. Antiq. Lect. Trithem. Chronico Hirsaugiensi, & de Viris illustribus Germaniæ.

31. Notingvs, ex monacho S. Galli anno 920. recensetur in Capitular. Regum 926. Episcopus Constantiæ Alemanicæ: decessit an. 935. 935.
post sedem annorum 15. ex eodem Hermanno Contracto: scripsit in Euangelia.

32. S. Conradvs d'Altorf i. Altorf.
nobili Alemannorum stirpe genitus, Conradi Altorfensis filius, genere & vitâ prænobilis, patre Henrico, matre Comitissâ de Hohenvvart geniti, Herm. Contract. Fuerat is à Notingo decessore in iuuenilibus annis institutus, demum ei successit munere defungens Præpositi Constantiensis. Tres verò basilicas ædificauit S. Mauricij, S. Ioannis, & D. Pauli; ter quoque dum vixit sepulchrum Domini visitauit. Nominatur in Chronico Flodoardi 948. & in Synodo 948.
Engelenheimensi, & Augustanâ 952. Viuere desiit an. 974. 6. Calend. Decemb. Chron. Constant. apud ædem D. Mauricij tumulatus.

33. Gaminolfvs apud Hermanum Contractum obiit anno 979. 979.
vel 980. de quo Chronicon S Blasij.

34. B. Gebhardvs ii. Comes Brigantinus, filius Vtzonis Comitis Rethianorum, natus matris Dithburgæ cæso vtero; Constantiensis Ecclesiæ Canonicus ab Ottone 2. Imperat. baculo Pontificali donatur; fundator monasterij Petrishusij Ord Benedictini ad ripam Rheni dextram ex Acronio lacu prodeuntis anno 983. constructi in honorem S. Gregorij iuxta Constantiam vrbem, in quo conditur 6. Cal. Septembr. an. 996. Episcopatus an- 996.
no 16. Extat eius vita ex Canisio apud Surium 27. Augusti, habétque hoc epitaphium:

Debita pars terræ fallentia tempora sperne,
Et memorare viæ, quam testatur eius iste;
Gentis honos nostræ iacet hic, gentis dolor, atque
Præfuit hic vrbi, cunctis sed profuit orbi.
Hancque Deo sedem templi fundauit & ædem.
Parti terrenæ Deus ignoscens miserere,
Redde vicem iustè, quia te dilexerat iste.
Vide Baron. Trithem. Chron. Hirsaugiense. & Constantiense, ac vitam conscriptam ex variis manuscriptis per Felicem Maulium.

35. LAMBERTVS Religiosus de Petri-Domo, B. Virginis Ecclesiam
1018. Constantiensem restaurauit, ac vitæ cursum peregit 1018.

36. RODARDVS, siue RICHARDVS electus anno 1018. interest dedicationi Ecclesiæ Basileensis 1019. comes Henrici dum Imperij diadema à Benedicto 8 Papâ obtinuit: peste moritur in Italiâ.

1023. 37. HEYMO anno 1023. vir sapiens, modestus & prouidus Vuipponi in vitâ Conradi Salici: obiit paralysi anno 1026. aliis 1027.

DILLINGEN. 38. WARMANNVS DE DILLINGEN Augiæ monachus, vel potiùs Eremi Deiparæ, Comes Dilingensis, Manegoldi Comitis Kyburgensis frater, sedebat an 1027. magnâ Conradi Salici Imperatoris
1034. gratiâ polluit: defunctus 1034. scripsit vitam S. Priminij Abbatis primi & fundatoris Augiæ, Hermanno Contracto.

DILLINGEN. 39. EBERARDVS DE DILLINGEN Comes eiusdem loci & de Kyburg, Vuarmanni frater 1034. obiit Romæ die Natalis Domini 1046. sepultus ibi ante fores S. Petri, quo die Imperator Henricus coronatus est, Herman. Contracto.

40. THEODERICVS electus
1047. an. 1047. dedicauit Ecclesiam Augiensem 1048. 8. Calendas Maij præsente Henrico Cæsare ac Imperatrice vxore: animam exhalauit an. 1051. in festo sanctorum millium Martyrum.

41. RVMOLDVS an. 1052. restaurauit monasterium B. Virginis funditùs euersum: ad quem scripsit Alexander 2. c. Sollicitudo, dist. 52. benedixit Ecclesiam Murensem 5. Idus Octob. 1064. & excessit è viuis Henrico Cæsari apprimè gratiosus anno 1069. Regino, & Schafnaburgensis apud Baronium. Quo tempore floruit Bernoldus huius Ecclesiæ Presbyter, Romani Ordinis Compilator apud Honorium Augustodunensem. Scribebat etiam & conficiebat Chronicon suum an. 1051. Hermannus Contractus, insignis vir genere & doctrinâ, in cœnobio maioris Augiæ, huius diœcesis, de quo Trithemius, Bellarminus, & Possevinus. 1052.

42. CAROLVS vel CARLOMANNVS Magdeburgensis Canonicus successit Henrici Cæsaris fauore 1069. 1069.
postmodum exauctoratur in Concilio Moguntino 11. circa an. 1071. eiectus à sede, ad Magdeburgensem diœcesim regressus, eodem anno 6. Cal. Ianuarij interiit.

43. OTHO I. patriâ Saxo Gotzlariensis an. 1074. cùm Henrici partibus adhæreret deponitur à Gregorio 7. qui eidem scribit lib. 1. ep 6 & apud Paulum Bernriedensem in vita ipsius Greg. ad Bernaldum in Apologetico. Mortuus in excommunicatione, sepelitur Basileæ. 1074.

44 GEBEHARDVS DE ZARINGEN III. Bertholdi Zaringensis Ducis Carinthiæ, ex vxore secundâ Beatrice natus; primùm monachus Hirsaugiensis, inde Episcopus Constantiæ, post longam disceptationem & schisma ordinatur 14. Decembris ab Odone Ostiensi, in Germaniâ Legato, posteà Pontifice Max. eius electio confirmatur in Synodo Quintilineburgensi 1084. cui scribit Vrbanus 2. Legatus hic Pontificis per Germaniam extitit, & B Virginis monasterium dicauit anno 1089. Anno verò 1094. magna Synodus Constantiæ celebrata pro reformandâ disciplinâ Ecclesiæ, cuius acta describuntur à Bertholdo. Obiit an. 1110. ZARINGEN 1084.

12. No-

12. Nouembris, Bertholdus in Appendice ad Contractum, Tritbem. lib. 4 c. 245. & Paulus Bernreidensis in vitâ Gregorij 7. Papæ.

45. ARNVLPHVS Comes DE SANCTOMONTE monachus sancti Galli, intrusus Abbatis sui Vdalrici suasu, Imperatore Henrico volente, exulante Gebbardo; eius itidem gratiâ à Pontifice Clemente 3. benedictionis munus impetrat, & possessionem adipiscitur festo Purifica-
1103. tionis B. Virginis 1103. quæ controuersia durauit 12. circiter annos; fato functus 1110.

46. VDALRICVS I. ex stirpe S. Vdalrici Episcopi Augustani, & B. Gebhardi Dilingensis, Cæsaris nutu Antistes creatur renitente Paschali Pontifice, & octo annis sine consecratione præfedit: posteà Gelasij decreto à Mediolanensi Antistite inauguratur. Obtinuit à Sede Apostolicâ canonisationem S. Conradi decessoris sui: monasterium Erentzelingen Ordinis Augustiniani, & Brigantinum Ordinis Benedictini, à Brigantiæ Comite Rodulfo consanguineo fundatum dedicauit. Interest Comitiis Argentinensibus an. MCXI. de-
1117. cessit 1117. & iacet in Cathedralis Choro.

47. VDALRICVS II Baro DE CASTEL an. 1125. triennio post Henricus de Bauariâ cùm magno exercitu Constantiam obsedit, cui Episcopus strenuè restitit; ad suum monasterium S. Blasij in syluâ Her-
1138. cinià liberè redijt 1138. scripsit verò S. Conradi Episcopi vitam ad Callistum 2. Papam apud Surium 26. Nouemb. quidam obitum eius assignant ad annum 1140.

48. HERMANNVS DE ARBONA, I. confirmatus à Pontifice Innocentio 2. contra Brunigundum, cui fauebat Conradus Sueuus Romanorum Rex. Diœcesis suæ sedulus amator, ædes Episcopales combustas reparauit, vir admodum prudens & facundus. suscepit S. Bernardum Constantiæ: cui & Gaufridus dicat miracula eiusdem Sancti. Extinctus an. Christi 1166. nonnullis superiore, post sedem 26. annorum.

49. OTHO DE HABSBOVRG II. Canonicus Augustensis & Præpositus S. Mauricij 1165. Vernero 3. Alsatiæ Landgrauio, Comite Habspurgiaco, & Itâ de Homberg parentibus genitus: decessit an. 1169. 1169.

50. BERTHOLDVS DE KVSNACH, è nobili gente Baronum in Argoiâ propè Lucernam, fit Episcopus 1169. debitū naturæ persoluit 1179. 22 Maij.

51. HERMANNVS DE FRIDINGEN II. obijt 1191. 1191.

52. DIETHELMVS DE CLEGGOIA, aliis Baro de WEISSEMBVRG, ex Abbate Augiæ Maioris, quâ dignitate insignitus fuerat iuuenis à Cæsare post mortem Fridoli Abbatis; à Pontifice Maximo munus consecrationis excepit, ac fato functus est an. 1205. aliis 1206. pridie Idus 1206. Aprilis.

53. WERNERVS DE STAVFFEN ex familiâ Baronum de Stauffen in Brisgoiâ, electus circa annum 1206. obijt 1210. sepultus in Choro Ecclesiæ.

54. CONRADVS DE ANDEGS II. natione Tegerfeldensis, ex Comitibus de Andegs an. 1214. præfuit an. 14. finem vitæ fecit 1234. 6. Sept. 1234.

55. HENRICVS DE TANNE, aliàs DE TANEGKH I. seu Valdbourg, electus an. 1234. aduersùs Barones de Neyffen strenuè dimicat pro iuribus Ecclesiæ: fato ereptus 1248. 25. die Augusti, quiescit in Cathedrali.

56. EBERARDVS DE VVALDPVRG II. cuius maiores, Ducum Sueuiæ qui Romanum Imperium tenuerunt, fuêre Dapiferi, plurimas vrbes, castra & possessiones Ecclesiæ suæ acquisiuit, defunctus 1427. 19. 1274. Februarij, iacet in Choro maioris Ecclesiæ.

51. RODVLPHVS DE HABSBOVRG I. filius Radulphi Comitis ex Gertrude nobili de Regensberg, Rodulphi I. Romanorum Imperatoris patruêlis. Ex Præposito Basileensi & Canonico Constantiensi consecratur à Gregorio x. Papâ Aue

mione 1274. vel 1275. vt habent Annales monasterij Heremitarum in Heluetiâ, ex monumentis Murensibus. Graues cõtra Albertum Austriæ
1294. Ducem lites sustinuit, ac defecit 1294.3. April. iacet in Choro maioris basilicæ ad latus sinistrum altaris. Huic nonnulli substituunt CONRADUM A LEUCHTEMBERG fratrem Friderici sequentis.

ZOLLERN. 58. FRIDERICVS DE ZOLLERN I. maioris Ecclesiæ Augustensis Præpositus, qui cessit in gratiam sequentis, & interiit 20. Decembris 1304.

KLINGENBERG. 59. HENRICVS DE KLINGENBERG II. Vdalrici militis & Erentrudis Baronissæ de Castel filius; gubernator Augiæ Maioris, Rudolphi & Alberti Regum Romanorum anteà Cancellarius, electus fuerat
1294. contra Fridericum Zolleranum 1294. Interest celeberrimæ congregationi Imperij Nuremburgicæ, ac de sede & præeminentiâ contendit cùm Archiepiscopo Moguntino. Fato suo fungitur 1306. 12. Septembris. Scripsit Chronicon de Principibus Habspurgiacis.

60. GERHARDVS natione Italus, Auenione in Galliâ natus, aliis
1306. à Pontifice circa an. 1306. Episcopus designatur, sed vir alioqui literatus & inscius negotiorum ac morum Sueuorum decessit 14. Calend. Octobris 1318.

MONTFORT. 61. RODVLPHVS DE MONTFORT II. ex Comitibus Montfortij, postulatus etiam in Curiensem Episcopum: monasterij S. Galli Administrator Ludouico Bauariæ Duci schismatis fautori adhæsit, idcirco Pontificis indignationem meruit, & Arbonæ excommunicatus diem clau-
1331. sit postremum 1331. aliis biennio post vnde indultâ absolutione à Sede Apostolicâ, post 10. annos sepultus fuit in loco sacro.

KENKINGEN. 62. NICOLAVS DE KENKINGEN, seu DE FRAVVENSFELD I. Capitaneus Alberti & Othonis Austriæ Ducum in Sueuiâ & Alsatiâ, per discordiam electus, eâ sedatâ, Romam se contulit, vbi 15. Aprilis à Pontif. Max. consecratur, sed eamobrem grauis contentio exorta inter Papam, & Rodulphum patrem Alberti, contra quem postulatus fuerat. Huic cesserat ius suæ electionis Albertus Badensis, posteà Frisingensis Episcopus, & Princeps admodum literatus: diebus singulis tempore famis 300. pauperes alebat. Obiit Nicolaus 1344. in festo 1344.
S. Iacobi.

63. VDALRICVS PFEFFERHART II. PFEFFERHART.
Cathedralis Decanus, qui die 26. Nouembris 1351. extremum vitæ 1351
diem clausit.

64. IOANNES DE VVINDEGK VVINDEGK.
III. è nobilibus de Windlauu, Cancellarius Ducis Austriæ, vir doctus & in sæcularibus negotiis peritissimus ab Innocentio VI. Papâ consecratur: graue dissidium habuit cùm milite Conrado de Homburg, cuius factione, in palatio inter cœnandum trucidatus est quinto Præsulatus anno; fertur ad eius sepulturam infirmos sanari, Chronicon Mag. Belgicum.

65. VDALRICVS DE FRIDINGEN III. ex Canonico electus, paulò post Episcopatui cessit. FRIDINGEN.

66. HENRICVS DE BRANDIS III. BRANDIS.
ex Baronibus de Brandis, Abbas B. Virginis Eremitarum, filiúsque Wolfangi & Comitissæ de Montfort: Consiliarius Imperatoris Caroli 4. à quo priuilegia impetrauit. Contra ciues suos septem annis lites tulit arduas: & excessit 1383 die S. Ceciliæ 1383.
post sedem annorum 20.

67. MANEGOLDVS DE BRANDIS filius Wolfardi Baronis & Comitissæ de Tyrstein, superioris nepos, Abbas Augiensis, creatur Capituli parte repugnante per decem mensium spatium, fauente Clemente, quare Vrbanus eum confirmauit aduersùs Nicolaum de Rysemburg, qui Episcopatum adeptus est contra Manegoldum, & subitaneâ morte correptus occubuit 1385. ex Chro- 1385.
nico Magno Belgico 8. Calendas Nouembris, sepelitur in Monasterio Augiensi. De quo Bruschius in Hist. Abbatiarum Germaniæ. BRANDIS.

RISSEMBOURG. 68. NICOLAVS DE RISSEMBOVRG II. è nobilibus castri de
Risemburgo Marchionatus Burgawiæ; magnam bonorum Ecclesiæ
iacturam fecit, ac cogente Capitulo
1388. Episcopatum deposuit 1388. prouidente eum Pontifice Vrbano de Ecclesiâ Olmucensi in Morauiâ, sed
Wenceslaus Rex Romanorum illum
iam contulerat Marchioni Morauiæ:
vnde lis maxima inter ipsum & Burcardum, sed transactione inter dissidentes statutum, vt Nicolaus Præpositus esset Constantiensis Ecclesiæ.

HOVVEN. 69. BVRCARDVS DE HOVVEN I. Ioanne Barone de Hovven, & Vtâ
Comitissâ de Furstemberg parentibus ortus: Maior anteà erat Præpositus & possessionem nanciscitur 19.
1398. Augusti 1388. obiit 1398. humatus
ante altare B. Mariæ vbi præbendam
fundauerat.

NELLENBVRG. 70. FRIDERICVS DE NELLENBVRG II. Conrado Comite Nellenburgico & Elisabethâ Monfortiâ genitus; ex Canonico Argentinensi fit
Episcopus in festo S. Galli 1398. decimo die post electionem sponte
cessit.

RANDECK. 71. MARQVARDVS DE RANDECK filius Henrici ex Clarâ de
Homburck, cuius item pronepos
fuit Burchardus Præsul Constantien-
1408. sis; moritur an. 1400. aliis 1408.

BLARER. 72. ALBERTVS BLARER nobilis ciuis Constantiensis, & Cathedralis Præpositus, nondum consecratus tertio præsidentiæ anno, quia
Appenzellensium litibus se inuolue-
1411. rat, abdicauit in fauorem Othonis
sequentis 1411.

HOCBERG. 73. OTHO DE HOCBERG & DE ROTELIN III. filius Rodulfi 6. Marchionis Hocburgensis, Lantgrauij Sausembergæ, & Rotelæ domini, ex secundâ vxore Annâ, Egenonis Comitis Friburgici natâ: lucem hausit an. 1388. vir fuit doctus
ac pius, Ordinis S. Francisci cultor,
qui librum Psalmorum à se collectum sub Mariæ Virginis nomine indigitari voluit, cuius MS. in Bibliothecâ Augiæ Maioris; plura alia ad
Episcopatus sui decus confecit, &
tandem quinto ordinationis anno,
propter incurabilem, vt aiunt, S. Valentini morbum, pensionis iure cessit Episcopatum Frederico Zollerano sequenti. Eiusdem tempore
habitum Concilium, quod inde Constantiense dicitur, inceptum die festo Omnium Sanctorum, 1414. &
finitum 1418. cui interfuerunt 29.
Cardinales 4. Patriarchæ 47. Archiepiscopi 160. vel plures Episcopi,
Abbates & Doctores 564. præsente
Sigismundo Imperatore, & in quo
creatus fuit Martinus V. conuenerunt
autem ad sexaginta millia hominum,
vbi etiam ex Comitibus erecti fuêre
Duces Amedeus Sabaudus, & Adolfus Cliuiensis. Ipse autem Otho
moritur 1433. 15. Nouembris, sepul- 1433.
tus in Cathedrali.

ZOLLERN. 74. FRIDERICVS DE ZOLLERN III. filius Friderici Comitis
in Hohenzollern, & Adeleidis de
Furstenberg: ex Canonico Argentinensi sedere cepit 1433. per Othonis demissionem. Vixerunt eodem
tempore Constantiæ tres Præsules
infra nominandi, & hic Fridericus
curiam tenebat in domo propè Minores. Eodem Pontifice habita Synodus diœcesana: vitæ dies expleuit an. 1436. Iulij 31. conditus in Ca- 1436.
thedrali.

HOVVEN. 75. HENRICVS DE HOVVEN IV. Petrum Baronem de Hovven & natam Baronis de Krenchingen parentes habuit: qui ex Decano Argentinensi, & Constantiensis Ecclesiæ
maiore Præposito, atque Administratore Sedis Curiensis renunciatur
Præsul 1436. quò fit vt denuò tres
Episcopi Constantienses videlicet
Albertus Blarer, Otho de Rotelin,
& Henricus simul viuerent; Henricus idem permutatione factâ Præposituræ Constantiensis cùm Cathedrâ Curiensi, factus est Administrator huius Pontificatus, sed per seruus Ecclesiæ eiusdem diœcesis priuatus, postquam ferè annis 26. hanc
Cathedram rexisset. Fato functus est
1. Octobris 1462. Ei scripsit Æneas 1462.
Siluius epist. 71. & 116.

RANDECK. 76. BVRCARDVS DE RANDECK II. nobili familiâ ortus, succeßit an. 1462.
naturæ debitum soluit 1466. 1466.

Landenberg. 77. Hermannvs de Landenberg ii. ex Decano subrogatur, at senio penè confectus Coadiutorem asciuit Ludouicum, qui tametsi confirmationem à Pontifice obtinuisset, tamen Hermannus abnuere voluit; cartæ quædam notant
1472. obiisse 1472. aliæ 1477.

Freyberg. 78. Lvdovicvs de Freyberg electus ex Iuris vtriúsque Doctore, ac superioris Coadiutore: denatus
1480. Romæ 1480. postquam litigasset de Episcopatu cùm Othone sequenti.

Sonnemberg. 79. Otho de Sonnemberg iv. B ex Comitibus de Sonnemberg, de-
1491. cessit 1491. præsulatus an.16. sepultus in sacello basilicæ contiguo quod viuens adornauerat.

Ferlovver 80. Thomas Ferlower de Cilia Iuris vtriúsque Doctor, Federici 3. Imperatoris Orator, ac Cathedralis Constantiensis Præpositus, eligitur 22. Martij 1491. & die
1496. 25. Aprilis moritur 1496.

Landinberg. 81. Hvgo de Hohen Landenberg Cathedralis Decanus
1506. postulatur anno 1506. vir laude dignus Episcopatum resignauit retentâ pensione & vsu oppidi de Marckdorff: iterum verò assumptus ad hanc Cathedram post Baltazarem.

Merckle. 82. Baltazar Merckle Hugonis abdicatione rexit duobus
1532. annis, & interiit extra diœcesim 1532.

Landinberg. 83. Hvgo de Landenberg ad preces Canonicorum iterum postulatus est in Episcopum 1530. præfuit 2. annis, & in Marispurgi castro Episcopali diem suum extremum D obiit, vbi tumulatur.

Lvpfen. 84. Ioannes de Lvpfen, v. ex Comitibus de Lupfen, electus 1532. Episcopatum tenuit annis 4. &
1536. liberè abdicat 1536.

Vveza. 85. Ioannes de Vveza vi. ex Archiepiscopo Lundensi, Cæsareæ Maiestatis intimo Consiliario, & Oratore, necnon Commissario ad aliquot Imperij Comitia, renunciatur Episcopus Constantiensis. Curarauit celeberrimum monasterium Au- A giæ Maioris vniri Episcopatui Constantiæ: obiit 1547. Augustæ Vinde- 1547.
licorum in Comitiis 14. Iunij ætatis 59. Augiæ sepultus, post regimen annorum 10. cuius elogium Andreas Masius scripsit.

Metzeler. 86. Christophorvs Metzeler Doctor vtriúsque Iuris, Vicarius & Officialis Constantiensis, ac Curiensis, successit 1547. & post 13. annos Marispurgi terræ mandatur.

Sittic Altaemps. 87. Marcvs Sitticvs d'Altaemps è Baronibus de Hohenembs, seu nobili Altempsiorum Comitum in Germaniâ gente satus, Theodoro & Clarâ Medicæâ, Pij iv. Pontif. Maximi sorore 14. Calend. Septemb. 1533. Adoleuit in arte militari primò, sub signis auunculi Ioannis Iacobi Medicei, inter Italos Duces bellicâ gloriâ clarissimi, & in expeditione Hetruscâ excelluit: factus autem Eques S. Iacobi Hispaniarum, ad Clericalem professionem animum intendit, Pontificis voto obsequutus, à quo designatur Episcopus Cassanensis 1561. Sedísque Apostolicæ 1561.
C Nuncius ad Ferdinandum Imperatorem; demum inter Purpuratos Principes adlectus à Pio iv. fit Constantiensis Episcopus, D. Ioannis apud Lateranum Archipresbyter, Capranicæ Gubernator, Legatus Piceni, & rerum summæ à Papâ præpositus, Tridentinæ Synodi pro tempore Præses fuit. Petramellarius in eius elogio refert palatium Constantiense summis impensis restaurasse; apud quem eius vitam fusiùs vide. Decessit Romæ 1595. die 15. Calend. Martij, 1595.
ætatis 62. in Ecclesiâ tituli sui, & sacello à se extructo quiescit. Ante adeptum Pontificatum genuerat filium ex matronâ nobili Genuensi, à quo orti Duces Altempsij, & Galesij Principes, inter Romanos Barones plurimis honorum titulis & toparchiis clari.

Avstriche. 88. Andreas d'Avstriche, Ferdinandi Archiducis Austriæ, ex Philippinâ Vuelzerâ nobili puellâ Augustanâ primogenitus; Abbas Murbachij & Reichenouæ, totiúsque Germaniæ Legatus: hanc lucem primùm aspexit Pragæ anno 1556. mense Iunio; adolescens verò omni

pietate ac religione, diuinísque stu- A dijs & linguis excultus, Cardinalitiâ Purpurâ donatur à Gregorio XIII. Pontifice 1576. creatus & Episcopus Constantiensis à Sixto V. necnon Brixinensis, Belgiíque Gubernator in Alberti Archiducis locum, qui profectus erat in Hispaniam, constitutus est: illius encomium scripsit Andreas Victorellus apud Ciaconium: Romam autem profectus an-
1600. no Iubilæi 1600. interiit 12. Nouemb. ac solemni funere in Ecclesiâ S. Mariæ de Animâ terræ mandatur, sub pulcherrimo mausoleo marmoreo, cui insculptum hoc epitaphium:

D. O. M.

Memoriæ ANDREÆ AB AVSTRIA *Ferdinandi Archiducis filij, Ferdinandi Imperatoris Cæsaris Augusti nepotis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis* CONSTANTIENSIS, *& Brixinensis Episcopi, sacri Romani Imperij Principis. Qui maiorum splendorem propriæ virtutis gloriâ exæquans, religione conseruandâ, & augendâ, iustitiâ, clementiáque temperandâ per omnes suæ ditionis partes diligentissimus, Belgicæ prouinciæ difficillimis temporibus à Philippo* II. *Rege præfectus, eam incomparabili prudentiâ, & fortitudinis laude administra-* C *uit; perduelles armatos togatus terruit. Romam anno sæculari, religioso peregrini habitu visens, à Clemente Pontifice Opt. Max. agnitus, in Vaticanas ædes amantissimè receptus, post solemnes Basilicas venerata, vi morbi lecto affixus, sacris mysterijs ritè ab eodem Pontifice expiatus, ex terrenâ peregrinatione ad cœlestem patriam migrauit, incredibili Vrbis desiderio defletus, publico funere elatus, exequijs præsente sacro Collegio & Curiâ honestatus est. Vixit annos* XLII. *menses* V. *dies* XXVII. *obiit anno.*
1600. MDC. *pridie Idus Nouemb. Carolus ab Austriâ, sacri Imperij Marchio, Borga-* D *uiæ Langrauij, Hellemburgi &c. fratri vnico vnicus desideratissimo mœrens posuit.*

HALVVEIL. 89. IOANNES GEORGIVS DE HALVVEIL nobilis Argoius ad hanc sedem ascendit an. 1604. mense Februario: moritur 1603. mense Decembri.

FVGGERVS. 90. IACOBVS FVGGERVS Abbas Augiæ Maioris, ex illustri gente Fuggarorum apud Augustanos, Ioannis Baronis in Kirgberg filius, Marci & Christophori germanus, fit Episcopus an. 1604. cui dicatur 1604. Mercurius Italicus an. 1615.

91. IOANNES TRVKSES VII. TRVKSES. Comes de Vuolfecke, obiit Constantiæ die 14. Decemb. 1644.

92. FRANCISCVS-IOANNES PRASBAR. DE PRASBERG Episcopus Constantiensis, sacri Romani Imperij Princeps, Abbas & dominus Augiæ maioris, & Oeningæ; ortus è nobili B familiâ Baronum de Prasberg in prouinciâ Ergavviæ, nominatur Episcopus 6. die Februarij anni 1645.

D'or à la corne de cerf de sable, timbrée d'vne teste de chien d'argent, langué de gueulle, & accolé de sable.

CONVENARVM

EPISCOPI

S. BERTRAND DE COMINGES.

LVGDVNVM Conuenarum Ptolemæo, Plinio, Straboni, Isidoro, Itinerario Ethici, seu Antonini, & aliis vetustis Scriptoribus notum, atq; ex Gregorio Turonensi intelligere est Conuenas fuisse sub Francorum Regum dominio. Gentem Conuenarum non à Vasconibus, vt putauit Isidorus, sed à Celtiberis Hispaniæ citerioris populis ortum duxisse auctor est Diuus Hieronymus, nam Conuenæ prædones fuêre, qui subactâ Hispaniâ, è Pyrenæo iugo in vnum contubernium & oppidum collocari, è variis locis conuenêre. Quò fit, vt nomen Conuenarum vrbi inditum sit: audi Hieronymum lib. aduersùs Vigilantium c.2 de illo hæretico sic loquentem: *Nimirum respondes generi suo, vt qui de latronum & Conuenarum natus est semine, quos Cnæus Pompeius edomitâ Hispaniâ, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenei iugis deposuit, & in vnum oppidum congregauit, vnde & Conuenarum vrbs nomen accepit.* Plinius autem lib. 4. cap. 19. Aquitaniæ populos describens, oppidum Conuenarum ibidem locat ad radicem Pyrenei. Lugdunum Strabo & Ptolemæus nominant, & primus l.4. inquit: *ad Pyrenam Conuenarum est ci-*

nitas, vrbsque Lugdunum: alter verò A *l. 2. contigui Pyreneo sunt Conuenæ, quorum ciuitas Lugdunum*: Quod memoratur Antonino in Itinerario, & in itinere ab Aginno Lugdunum. Cæterùm vti asserit Oihenartus in Notitiâ Vasconiæ, ædificatum erat oppidum in eo colle, vbi extructa ciuitas D. Bertrandi, seu vici vallis Capranæ, quod etiam-num testantur complura vetustæ antiquitatis, & lapidum inscriptionum rudera. Iisdem populis Conuenarum cùm Auscensibus ius Latij à Romanis in Aquitaniâ concessum auctor est Strabo, Geograph. l. 4. quin & in eodem pago B Conuenensi reperiebantur Thermæ Onesiæ celebratissimæ. De eodem oppido Aimoinus Franciæ Historicus l. 3. c. 69. breuiter scribit: *eâ tempestate Gundoaldus à Desiderio derelictus, vnà cùm Mummolo, Bladaste, ac Vuadone, siue Sagittario, Conuenas vrbem ingreditur. Ea vrbs in cacumine præcelsi montis trans Garumnam sita est, procul remotis cæteris montibus. Ad radices rupis fons oritur, cui imminet desuper turris altissima, quæ ciues per cuniculum descendentes aquarum, à læsione defendat hostium. Circumuentus igitur* C *memoratus vir, eiusdem vrbis incolis, vt bona sua intra muros propter aduentantem reconderent exercitum, dum illi eius monitis paruissent, hac eos fraude decepit. Confingens enim hostes iam in proximo esse, ita eos affatur: En inimici, egredimini ad resistendum eis. Quibus digressis, expulso etiam Antistite, post eos clausit portas, seque ad repugnandum cùm satellitibus parat.* Et cap. sequenti: *Mommolus omnes thesauros diripiens, vniuersos in diuersis occuluit locis, datâque sequentis luce diei, hostibus portas vrbis aperuit, qui in tantam cædis exarsere insaniam, vt etiam sacerdotes Domini ad ipsa singularent altaria, reliquosque ciuium cùm ipsâ concremarent vrbe.* D Expugnata ergo & incensa est Conuenarum vrbs per Guntramnum Regem, quòd fauisset Gondobaldo, qui se filium Clotharij nuncupabat, vt discitur variis c. l. 7. Hist. Greg. Tur. & c. 38. ipsius excidium ita memorat: *Nocte sequenti, ij qui primi erant omnes thesauros quos in vrbe reperire potuerunt, cum ministeriis Ecclesiæ clam abstulerunt. Mane verò reseratis portarum valuis, immisso exercitu, omne vulgus inclusum in ore gladij tradiderunt, Sacerdotes quoque Domini cùm ministris ad ipsa Ecclesiarum altaria trucidantes. Postquàm autem cunctos interfecerunt, vt non remaneret mingens ad parietem, omnem vrbem cùm Ecclesiis, reliquisque ædificiis succenderunt, nihil ibi præter humum vacuam relinquentes.* Dirutâ sede Episcopali Lugduni Conuenarum, B. Bertrandus eiusdem Pontifex, & tutelaris patronus Cathedralis eam instaurare cogitauit, & ex ruinis in valle Caprariâ, noua ciuitas excitata, cui D. Bertrandi nomen inditum, relictâ Lugduni & Conuenarum appellatione, testis Vitalis Alexandri 3. Romani Pontificis Protonotarius in Bertrandi vitâ. Subest porrò Ecclesia Archiepiscopo Auxitano, & Tolosano Parlamento, vnde Episcopi Conuenenses sedem habent & suffragium in Comitiis Occitanis, vt notauit Catellus. In quâ diœcesi Abbatiæ recensentur.

BENEDICTIONIS DEI O C. *Benissen Dieu, dite Nifors.*

BONIFONTIS *Bonnefons* O C.

FAVARII *fœm. Fauars* O C.

S. LAVRENTII *fœminar.*

In Episcoporum huius sedis concinnandâ serie, vsi sumus Notitiâ Vtriúsque Vasconiæ Arnaldi Oihenarti Mauleosolensis: multa etiam nancisci licuit nobis ex schedis Conuenensis Episcopatus, beneficio Antistitis illustris. ex gente Caleolâ, qui etiam-num sedet.

1. SVAVIS in Concilio Agathensi anno 506. 506.

2. PRÆSIDIVS nomen apposuit Canonibus Synodi Aurelianensis 2. an. 533.

3. AMELIVS Concilio Aurelianensi 5. an. 549. subscripsit. 549.

4. RVFINVS in Matisconensi 2. an. 585. post quem complures desiderantur Episcopi.

5. ABRAHAMVS viuebat anno 788. quo adfuit Concilio Narbonensi cùm Francolino Consoranensi. 788.

6. INVOLATVS memoratur an. 879. in epistolâ 198. Ioannis 8. Pontificis Maximi.

950. 7. ATONVS, vel ATO sedebat circa an. 950.

8. GVILLELMVS I. anno 1035. & 1055. nominatur in confirmatione fundationis monasterij de Coxano.

9. BERNARDVS I. adfuit Concilio Tolosano 1056.

10. GVILLELMVS II. præsens
1060. sacro cœnobij de Moyssaco an. 1060. 8. Idus Decembris, vt discitur è veteri inscriptione apud Catellum. Memoratur & in vetusto testamento Bernardi Comitis Armaniaci, cognomento Tumapalerij 1061. dum apud Sanctummontem diœcesis Auxitanæ monasterium erexit, & dona complura largitus est, quæ Gregorius Bearnensis, Stephanus Olorensis, & Guillelmus idem firmauêre, vti liquet ex exemplari Abbatiæ Sancti-
1068. montis. Notatur & interfuisse Synodo Tolosanæ an. 1068. mense Februario.

ISLE. 11. S. BERTRANDVS DE L'ISLE, I. Attone Raymundo Insulæ dynastâ, & filiâ Vuillelmi Comitis Tolosani cognomine Sectoris ferri, nobili gente Vasconum natus, è quâ prognati Insulæ domini & Comites, ipseque Bertrandus Episcopus Tolosanus. Atque is primò Cannoicus & Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, tum Præsul Conuenarum creatus, tantâ integritate vixit, vt post obitum Diuorum catalogo adscriptus, nomen dederit Ecclesiæ Cathedrali, quod testatur Vitalis Protonotarius in eius vitâ: *claustrum fecit, Canonicos instituit sub regulâ S. Augustini, in monte quippe domus non erat, & ecce temporibus huius Sancti meritis exigentibus suis homines accesserunt, & in monte ciuitatem habitationis reædificarunt. Et locus qui multis temporibus desertus fuerat, habitatores recepit.* Fratrem verò habuit Iordanum dominum Insulæ, ac nepotem Vuillelmum Archiepiscopum Auxitanum. Regebat Episcopatum
1085. annis 1085. & 1086. in scriniis Ecclesiæ Tolosanæ subscribit Episcopi Conuenarum nomine, simul & Archidiaconi Tolosæ, necnon an. 1120. Eius vita olim instante Hiacyntho Sanctæ Rom. Eccl. Diacono Cardinali, & mandato Vuillelmi Archiepiscopi Auscensis eiusdem nepotis edita est tempore Alexandri Papæ 3. à Vitale Notario Apostolicæ Sedis, de prouinciâ Auxitanâ oriundo; quæ autem de S. Bertrando literis mandauit, ab oculatis testibus & fide dignis accepisse se tradit: Bertrandus idem defunctus die 17. Calend. Nouembr. ante oratorium S. Virginis tumulatur.

12. ROGERIVS DE NIR frater DE NIR.
Bertrandi, præfuit annis 1130. & 1143. quo eodem anno donationem fecit 1130.
vnà cùm Bernardo de Montelauro, Episcopo Raymundo & Ecclesiæ Tolosanæ, templi S. Martini de Niro.

13. ARNALDVS ROGERII, I. recensetur in actis monasterij Bonifontis, Ordinis Cisterciensis apud Conuenenses, quo Guillelmus, Vuillelmo Abbati & monasterio Bonifontis eleemosynam cuiusdam possessionis in territorio de Mortere 1176.
probat anno 1176.

14. ARSIVS in Concilio Lateranensi anno 1179.

15. RAIMVNDVS anno 1193. mense Iunio B. Comite Conuenarum, ex cartâ Michaelis & Nicolai fratrum, qui omnimodam possessionem suam delegant cœnobio Bonifontis, vt admittantur in monachos.
Eodem Pontifice 1203. mense Iulio, 1203.
Vuillelmus de Montepesato pignori dedit vnum casale Religiosis prædicti Monasterij, sub pensitatione 10. solidorum, Rege Philippo, & Bernardo Comite Conuenensi, ex archiuis Abbatiæ.

16. A. hoc est, vt interpretatur Oihenartus, Arsius vel Arnardus, vir summæ sanctitatis, aduersùs Albigenses anno 1212. operam strenuam 1212.
exhibuit: Petrus Vallium Sarnaij Monachus cap. 65. Hist. Albig. *venerabilis*, ait, *Episcopus Conuenarum, assumptis secum aliquibus de militibus nostris, perrexit in Vasconiam, terramque illam ab hostibus fidei viriliter defendebat*, Et cap 72. in famosâ pugnâ Murelli contra hostes Ecclesiæ, in

qua occubuit Rex Arragonum, in A procinctu certaminis milites extemporanea oratione sic affatus est: *Dum*, inquit, *Comes & milites nostri de bello tractarent, ecce Episcopus Tolosanus aduenit habens mitram in capite, in manibus vero viuificæ lignum Crucis. Mox nostri ceperunt descendere de equis, & singuli Crucem adorare; Episcopus autem Conuenarum, vir miræ sanctitatis, videns quod in istâ adoratione crucis nimia fieret mora, arripiens de manu Episcopi Tolosani lignum Crucis, ascendens in locum eminentiorem, signauit eos dicens: " Ite in nomine Iesu Christi, & ego vobis " testis sum, & in die iudicij fideiussor exi- B " stο, quia quicumque in isto glorioso oc- " cubuerit bello, absque vllâ purgatorij " pœnâ, æterna præmia, & martyrum gloriam consequetur, &c.*

17. G. quem interpretantur Giraldum, Guillelmum, aut Garsiam
1216. rexit ad an. 1216. & 1226. in veteri regesto pergameno actorum Episcopatus, carta reperitur Bernardi Comitis Conuenarum, ratam habentis donationem B. parentis in gratiam G. Episcopi & successorum: anno insequenti Petronilla Comitissa Bigor- C rensis, filia præfati B. Comitis confirmat idem donum.

Comen. 1. 18. Arnaldus Rogerii de Comenge ii. Bernardi 3. Comitis Conuenarum, ex Beatrice coniuge tertiâ natus, Bernardi 4. à quo stirps cæterorum Comitum propagata frater germanus: Episcopatum obtine-
1244. bat 1244. & 1246. in tabulario Episcopali apud S. Gaudentium extat documentum quo Bernardus Comes Conuenensis, intuitu Arnaldi Rogerij filij Episcopi huius Ecclesiæ, successorúmque Præsulum legat an. D 1248. omnia bona quæ Peregrinus de Malauicinâ tenebat in territorio de Samaran. Anno item 1250. Vitalis de Insulâ, dicto Arnaldo vendidit vniuersum ius quod ipsi competebat apud locum de Catrusar pro 250. solidis ex cartâ eiusdem tabularij: biennio post Arnaldus de Casanouâ donat cœnobio Bonifontis quidquid ibi dem possidebat eodem Arnaldo Rogerij Episcopo, codicillis conscriptis per Petrum Saumatum Tabellionem publicum de Salies, qui asseruantur in archiuo Bonifontano. Præterea Geraldus d'Orbeyssano [illegible] Ecclesiæ Conuenensi in manu præsenti Episcopi omnimodam suam possessionem, cùm Ecclesiis S. Iul[illegible] & D. Pauli de Bouillac, quod patet e[x] tabulâ regiftri veteris Episcopalis.

19. Arnaldus, qui ad gubernaculum Ecclesiæ Conuenensis promotus viuebat an. 1257. & 1260. 1257.

20. Geraldus d'Audiran [illegible] ei vendit Bernardus Dorbeyssano, locum vbi extructa domus Ep[iscopa]lis S. Fraionis, annuente vxore sua 1261. idem Bernardus vendidit præfato Geraldo 1261. totum suum dominium: in altero autem instrumento Arnaldus Rogeri vocatur quondam Episcopus Conuenarum.

21. Bertrandus de Miramonte i. Episcopus reperitur annis 1263. 1265. & 1266. pactum init 1263. cùm Vitale Priore S. Laurentij pro parochiâ eiusdē loci & aliquot decimariis: quo eodem anno Bernardus Dorbeyssano diuendidit ei quidquid possidebat apud S. Fraionem: huius nomine extant instrumenta an. 1283 in regesto Episcopali, in quo reperitur 1285. exemplar transactionis, seu cōpromissi cùm Abbatissâ de Fauars.

22. Bertrandus Got ii. nobilis Aquitanus, Beraldi domini de Vilhandrado filius, Episcopus creatur an. 1295. à Bonifacio 8. Pontifice, in regesto Episcopali transegit anno 1296. apud Alanum cùm Augerio de Falcario Abbate Bonifontis. Eam sedem regebat ad an. 1300. quo 1300. translatus est ad Archiepiscopatum Burdigalensem, & inde ad summum Ecclesiæ Pontificatum, assumpto nomine Clementis v.

23. Boso de Salignac ex [illegible] Archidiacono Medulensi electus sedebat anno 1310.

24. Stotus nominatur Episcopus Conuenensis 1318. in libro Obligationum Vaticani, & an. 1321. 1318.

25. Gvilelmvs iii. 1324 & 1325. die 27. Martij memoratur in libro prouisionum Prælatorum Vaticani, qui & 1336. Pontifex in regesto Conuentu

An.Ch. conuentu Parisiis inter Consiliarios A
locũ obtinebat,auctore Ioanne Tilio.

26. Hvgo, reperiuntur eiusnomine conscripta instrumenta annis
1337. 1337. & 1350.

27. Bertrandvs, seu Ber-
Chanac. nardvs de Chanac Presbyter Cardinalis, non è familiâ de Canillaco ortus quemadmodum refert Ciaconius,sed ex gente Chanacâ Lemouicensi, è quâ prodière Bertrandus Archiepiscopus Biturigum, Ecclesiæque Hierosolymitanæ Patriarcha, necnon Episcopus Cardinalis B Sabinus. Is verò senior Bertrandus Ecclesiam Conuenarum gessit, vt
1352. patet ex transactione 27. Ianuar.1352.
inter Petrum de Mirepoix & Arnaldum d'Anton. Memoratur & in actis Vaticani vltimâ Octobris an. 1353. interfuitque Concilio prouinciali Vaurensi 1368. cùm aliis Præsulibus, cuius acta lege apud Catellum in Occitanicis Commentariis. Superiore anno mense Februario, Guillelmus Bernardus Domicellus Condominus de Antonio testamentum condidit eodem Bernardo Pontifice: quem malè Frizonus confundit C cùm Bertrando de Chanaco Cardinali Hierosolymitano: nam iste eiusdem nominis & cognominis ex Præsule Conuenarum, Purpurâ insignitus est per Gregorium xi. Papam anno 1371. 8. Iunij, qui cùm absens esset, ei Galerum misit, & Auenione post hæc obiit 1374. 17. Iunij, teste libro Obligationum: & sepultus ad Prædicatores: de eo in ms. Deauratæ Tolosæ. Vide Vghellum tom.1.in Episcopis Sabinensibus.

Espagne 28. Gvillelmvs d'Espa-
...argent gne iv. Arnaldi dynastæ Montis-
...hon de pani & Margaritæ de Barthâ filius, D
...eulle à la ex Appamiensi Præsule huc transla-
...rdure de tus 1380. 17. Martij in libro proui-
...nople sionum Prælatorum Vaticani : fun-
...argée de dauit duas Capellanias in Ecclesiâ
...ecussons
...argent.
1380. S. Fraionis apud Conuenenses 22.
Maij an. 1382. sub patronatu domini Montispani; cuius mentio extat quoque in registro Episcopatus 1385. porrò Episcopi huius indicatio debetur ms. schedis domus de Hispaniâ, illud enim frustra quæres in

catalogis editis, vel tabulario Conuenensi.

29. Amalricvs de Lavtrec Lavtrec. Cardinalis titnli S. Eusebij, quem regesta Vaticani Amelium nuncupant: ex clarissimâ familiâ Vicecomitum Lautreci, & Referendario Clementis vii. Pseudopontificis à
quo creatus Anticardinalis 1385. 4. 1385.
Idus Iulij Auenione, Pontificatum gerebat anno 1384. ex memorato libro Obligationum. Huius acta reperiuntur apud archiuium Conuenarum annis 1385. 1388. & 1389. in postremo autem inscribitur documentum Carolo Rege Francorum, Gastone Comite Fuxi, & Amalrico Presbytero Cardinali Administratore Episcopatus Conuenarum 16. Februarij.

30. Menaldvs notatur in re-
gesto Vaticano 1390. 28. Nouemb. 1390.
cuius acta etiam habentur ad annum 1408.

31. Geraldvs Davre ii. Avre.
post Menaldi excessum à Capitulo eligitur 1422. at verò Martinus v. summus Pontifex illius electionem minimè probauit, quia nimirum Canonicis anteà significauerat placere sibi eâ vice Episcopum arbitratu suo instituere; quamobrem reiectâ postulatione Geraldi, Petro Cardinali de Fuxo Conuenensis Ecclesiæ regimen commisit.

32. Petrvs de Foix, i. Car- De Foix.
dinalis, Archembaldi domini de Grailly, Capitalis Boiorum natus, & Elisabethæ Fuxensis Comitissæ, Bearnij Vicecomitissæ: ex Franciscano conuentus Morlanensis creatur Præsul Lasceariensis, atque huius Conuenarum Ecclesiæ administrationem
gessisse docent instrumenta an.1426. 1426.
& 1437.

33. Grimoaldvs sedebat anno 1442.

34. Arnaldvs Raimvndi Espagne.
d'Espagne, Episcopus appellatur 1451. ex instrumento autem 14. Ianuarij anni 1468. dynasta de Stelis eodem Pontifice existente donat

quædam bona in feudum.

33. IOANNES I. præfuit etiam
1466. huic Ecclesiæ ex titulo cartularij Bonifontis, quo Vuillelmus de Mauleone Abbas cùm suis monachis donant in feodum Nostræ Dominæ de Baruto, schedâ conscriptâ per Bernardum de Vallibus Tabellionem S. Martini die 16. Decembris, 1467. 29. Septemb. mentio fit eiusdem Episcopi in cartâ Fortanerj domini de S. Elis.

DE FOIX. 36. IOANNES DE FOIX II.
1482. Prior Neruiensis & Episcopus 1482. 18. Augusti, de quo in actis an. 1493. mense Martio, & in membranâ locationis feodalis terrarum in pago Gariscani: item in altero eiusdem anni mense Aprili 1494. 13. Iulij, & in cartis an. 1495. & 1497. hoc eodem anno 7. Septembr. legitur in pactis matrimonij Annæ de Fuxo cùm Gastone Comite Stamparum, in ciuitate Tarbellicâ: chirographo suo contulit Capellaniam de Baig-
1501. neres Bertrando de Vise, & an. 1501. decessit 6. Cal. Nouembris.

L'HOSPITAL. 37. GAILLARDVS DE L'HOSPITAL Olorensis, Canonicus Ecclesiæ Conuenarum, à Canonicis in locum Ioannis de Fuxo postulatur 14. Ianuarij an. 1501. & quamquam AMANEVVS DE ALBRETO Cardinalis, Pontificatum illum à Papâ obtinuisset, nihilominus Gaillardus, vt iure superior, sic iudicio
1515. victor euasit: anno 1515. Cal. Martij Conuenarum sedes Pontifice erat destituta, item anno 1518. pridie Nonas Septembr. ita Oihenartus in Notitiâ: ex actis verò anni 1502. 20. Februarij Gaillardus dicitur electus & confirmatus Episcopus Conuenarum, quod & nos docent complura instrumenta annorum 1508. 1509. 1512. & 1514. tamen iste Amaneuus Cardinalis de Albreto nuncupatus tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, Episcopum Commendatarium Conuenarum se inscribit die 17. Nouembris 1504. in titulo subscripto per Bertrandum de Hispaniâ Vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus dicti Cardinalis; necnon in schedâ prouisionis parochiæ sancti Laurentij 1507. quam eandem contulit Gaillardus aduersarius ad præsentationem Prioris S. Laurentij die 9. Octobris 1507. Guillelmo d'Albezan Presbytero Ordinis Fontebraldensis. 1507.

38 IOANNES DE MAVLEON III. ex vetustâ Mauleonensium Baronum familiâ satus, appellatur electus Episcopus in cartâ anni 1519. & 1521. deinceps sedit ad 1551. quo tempore in actis publicis enuntiatur; carebat autem Pontifice Cathedra anno 1554. 4. Decembris, nam Sede vacante, Ioannes de Manso Episcopus Cardicensis, de licentiâ Vicariorum & Capituli Cathedralis, quasdam ordinationes fecit in templo Conuenensi. MAVLEON. De gente auliô dot. 1519.

39. IOANNES BERTRAND IV. ex Principe Parlamenti Tolosani fit Episcopus Conuenarum, sedebat anno 1555. traductus inde ad Archiepiscoparum Senonensem, ornatúsque Purpurâ, & Franciæ Procancellarij dignitate. Eius elogium vide tomo I. in Archiepiscopis Senonensibus. BERTRAND. 1555.

40. CAROLVS CARAFFA I è nobilissimâ prosapiâ Neapolitanâ oriundus, Cardinalis tituli Sanctorum Viti & Modesti in Macello Martyrum, Pontificis Pauli IV. fratris Ioannis Alfonsi, Montorij Comitis filius, nascitur anno 1517. 4. Calendis Aprilis: educatus in contubernio Pompeij Cardinalis Columnæ, eo viuis exempto, sub signis Marchionis Vastij celeberrimi Ducis in Insubriâ, dein Octauij Farnesij Ducis, & in Senensi bello, postquam à castris Caroli 5. Imperatoris recessit, strenuè militauit. Romæ autem Ordini S. Ioannis Hierosolymitani adscriptus, creatur Bailliuus Neapolitanus; sed postquàm patruus Paulus IV. ad Apostolicum thronum subuectus est, primus Cardinalium anno 1555. 7. Idus Iunij renunciatur, Ecclesiasticis rebus summo imperio præfectus, quin & Legatus Bononiensis, Cancellariæ Regens, ac Legatus à Latere in Galliam ad Henricum 2. bis destinatur, pro ineundâ pace inter ipsum & Philippum 2. Hispaniæ Regem: CARAFA.

in Franciâ verò Episcopatu Conue- A
narum honestatus est, nam, vt ait
1556. Thuanus Hist lib. 17 an. 1556. Ioan-
nes Bertrandus Franciæ Procancel-
larius vltrò in fauorem huius Cardi-
nalis Episcopatum abdicauit, quo &
donatus à Rege. In Italiam reuer-
sus, apud patruum cùm malè audi-
ret, excidit eius gratiâ: quo viuis
exemplo singulare exemplar fuit
hisce temporibus mutabilis fortunæ,
cuius improsperum exitum sortitus
est; nam suffecto in locum Pauli
Pio IV. in Adriani arcem Carolus de-
1560. truditur iussu Pontificis 1560. reús-
que capitis ac læsæ maiestatis dam- B
natus, omnibúsque dignitatibus ex-
auctoratus, carnificis manu strangu-
latur; cadauer in æde Sanctæ Mariæ
Transpontinæ sepulchro conditum,
inde effertur ad S. Mariæ super Mi-
neruam, denique in sacello gentilitio
D Thomæ Aquinatis. Cæterùm hanc
Caroli Cardinalis causam Pius V.
Pontifex discussit, & eâ in Purpura-
torum secreto Consistorio examina-
tâ, Caraffam pristinæ dignitati re-
stituit. Hæc habent Ciaconius, Pe-
tramellarius, & alij Scriptores Car-
dinalitij.

ALBRET. De France, ecartelé de gueulle, qui est Albret.

41. PETRVS D'ALBRET II.
Ioannis de Lebreto Nauarræ Regis
filius naturalis, Episcopus anno 1561.
Legatus Antonij Borbonij & Ioan-
1561. næ Nauarræ Reginæ ad Pium IV.
Pontificem missus, per orante elo-
quentissimo viro Marco Antonio
Mureto Lemouicensi exceptus fuit.
Is verò ante adeptas infulas vitæ cœ-
nobiticæ votum inauerat in mona-
sterio Hiraxensi in Nauarrâ, & Ve-
remundi nomen habuisse auctor est
Antonius Yepes tom. 4. Centur. 4.
Chronici Benedictini, vbi singulare
illius ingenium prædicat. Oihenartus
testatur ipsum interfuisse Synodo
Tridentinæ.

BOVRBON NAVARRE. De Bourbõ à la barre o fi'et de gueulle.

42. CAROLVS DE BOVRBON II.
Antonij Regis Nauarræ nothus, præ-
ceptore vsus Francisco Balduino do-
ctissimo Iurisconsulto, adoleuit dein-
de in contubernio Caroli Cardina-
lis de Borbonio patrui sui naturalis,
& nominatus Episcopus Conuena-
rum ad sedem Lactorensem tradu-
citur, dein ad Archiepiscopatum
Rotomagensem 1594.

S. GELAIS. D'azur à la croix d'argent.

43. VRBANVS DE S. GELAIS
Ludouici domini de Lansac, Baronis
de la Mothe Sainte Heraye, Equitis
Torquati, ac Legatione regiâ Tri-
dentinæ Synodi clari, filius naturalis:
ad Episcopatum assumptus fuit an-
no 1569. per Reginam Catharinam 1569.
Caroli IX. matrem missus in Lusita-
niam 1580. vt ius Reginæ ad coro-
nam Portugalliæ in comitiis publicis
exhiberet, auctore Hieronymo Co-
nestagio, tractatu de Castellæ & Por-
tugaliæ coniunctione. Videndi Iac.
Aug. Thuanus in Historiâ sui tem-
poris, & Antonius Viperanus in
Commentario de obtentâ Portuga-
lliâ, necnon vita Ioannis Bertrandi
Præsidis Tolosani. Obiit Vrbanus 1613.
anno 1613.

SOVVRÉ. Comme cy deuant.

44. ÆGIDIVS DE SOVVRÉ
Abbas S. Florentij ad Ligerim,
Diui Carilefi in Cenomannis, ac
Thesaurarius sacræ Palatinæ Capel-
læ Parisiensis, filius Ægidij domini
de Souuré, Marescalli Franciæ, &
Franciscæ de Bailleul. Interfuit Co-
mitiis Parisiensibus 1614. & conse-
C cratur 1617. Rauennæ die Dominicâ 1617.
Martij 12. in Passione à Dominico
Cardinali Riuarolâ Archiepiscopo
Nazareno, Legato in Exarchatu Ra-
uennæ, assistentibus Imolensi & Fo-
roliuiensi Episcopis: transfertur inde
ad Autissiodorensem Ecclesiam.

DONADIEV. D'azur à vne main soustenant vn cœur, le tout d'argent, & 2. estoiles en chef de mesme.

45. BARTHOLOMÆVS DE DO-
NADIEV DE GRIESC parentes
habuit nobiles Ferreolum Griescum
toparcham de Villepinte, & Ioan-
nam de Donadieu, Puchairici dy-
nastæ Ioannis filiam, ac germanam
sororem Petri Donadei Proregis,
Senescalli, & præfecti vrbis, arcis-
D que Andium; necnon Francisci S.
Papuli, & alterius cognominis Epis-
copi Autissiodorensis. Bartholomæus
igitur apud Montesquinum in Occi-
taniâ, diœcesis Riuensis natus est
1592. festo S. Bartholomæi Apostoli:
& iuuenis Tolosam missus, bonis ar-
tibus ac disciplinis erudiendus, patrui
S. Hilarij Abbatis curâ sapienter ex-
colitur. Quamobrem militiâ sæcula-
ri in aulâ & castris regiis defunctus,
Romam, Neapolim, & Venetias per-
rexit, Batauiámque lustrauit. Re-

gressus autem circa annum 1617. A confestim sacris litteris sedulò operam dedit, ac sanctiori functioni, id est Ecclesiasticæ vitæ animum seriò addixit; tum præsidiis omnibus doctrinæ & probitatis instructus, à patruo Autissiodorensi Præsule dignus deligitur, in quem Pontificatus Conuenarum onus, ex cessione Ægidij decessoris transfunderetur. Admissâ ergo à Rege ipsius nominatione, in Consistorio Romæ proclamatur E-
1625. piscopus Conuenarum 1625. 6. Oct. & die 8. Decembr. festo Conceptionis sacræ Dei Genitricis, Lutetiæ inauguratur in æde Monialium Carmelitarum, à Francisco Antistite Autissiodorensi. Anno insequenti profectus ad suam diœcesim, in peruigilio Pentecostes publicâ legatione Capituli Cathedralis, in sacello Nostræ Dominæ de Guaraison, peregrinantium concursu celebri salutatur, postridie San-Bertranum ingressus faustâ omnium lætitiâ; die Pentecostes in Cathedrali primùm sacra peregit sacrificia, tum ad Episcopalem curam dignissimè obeundam sese accinxit; nam lustratâ pro debito officij Cathedrali, Collegiatâ basilicâ San-Gaudentij, Alani, & aliis, omnibus Ecclesiasticis maximâ vbique pietatis, doctrinæ, prudentiæ, & zeli pastoralis laude præfulsit, quas virtutes etiam summâ lenitate, charitate, & eleemosynis condiebat; ouibus suis vbique inuigilans, quarum salutem vt promoueret flagranti studio, etiam valetudinem paruipendebat. Porrò vt Clericos ad puriores mores reformaret, suam diœcesim in XXII. Presbyterorum Congregationes distribuit, qui quolibet mense conuenientes, de rebus diuinis, disciplinâ, statutisque D ordinandis proloquerentur. Apud Alanum tandem cessit è vitâ in do-
1637. mo Episcopali 12. Nouemb. an. 1637. cùm famâ virtutis: viscera eius in sacello ibi condita sunt, cor autem ante maius altare Collegiatæ San-Gaudentij, & corpus, sicuti præscripserat, die 24. eiusdem mensis ante aram Sacrosancti Sacramenti tumulantur. Laudatus oratione funebri à Patre Capdeuillâ Ordinis de Mercede Religioso, Doctore Theologo ac Professore in Academiâ Tolosanâ. Huius Bartholomæi vitam non vulgaris sanctimoniæ exemplis refertam, scripsit ac edidit Stephanus Molinier Presbyter Tolosanus.

46. HVGO DE LABATVT II. ex Canonico & Archidiacono San-Bertrandi, Officiali ac Vicario generali Bartholomæi decessoris, eiusdem tam in Episcopatu, quàm pietate successor extitit, à quo ante obitum fuerat designatus, si Regiæ gratum esset voluntati, vt obseruauit Molinierus in vitâ Bartholomæi, cuius Ecclesiam administrandam sus- B cepit 1637. decessit anno 1644. 10. Februarij die Cinerum, humatus in æde D. Bertrandi, cor verò apud San-Gaudentium, viscera apud Alanum quiescunt. LABATVT. 1644.

47. GISLEBERTVS DE CHOISEVL ex illustrissimâ & perantiquâ gente de Caseolo in Campaniâ, filius nempe Federici Comitis du Plessis, Vicomitis d'Ostel, & Magdalenæ Barthelemy, frater Cæsaris Comitis du Plessis Praslain, Franciæ C Marescalli. Ex Theologo Parisiensi è domo Sorbonicâ, promotus ad hanc Ecclesiam à Rege Ludouico 14. die 13. mensis Maij anni 1644. inauguratur Lutetiæ in basilicâ Patrum Minimorum 8. Aprilis 1646. à Dominico de Vic Archiepiscopo Auxitano, assistentibus Francisco Mallier Trecensi, & Egidio Boutault Adurensi Episcopis, coram Francisco Cardinali Barberino, ac ferè vniuerso Cœtu Cleri Gallicani Parisiis tum congregato. Vrbem & Ecclesiam solemni ritu pompâque inuectus est die 9. Augusti vigiliâ S. Laurentij eiusdem anni. In Comitiis Ecclesiasticis Cleri Lutetiæ conuocatis adfuit 1650. pro Auscensi Metropoli; 1650. Seminarium Ecclesiasticum pro ordinandis erexit, & etiamnum sedet.

CHOISEVL. PLESSIS PRASLAIN. Ecartelé au 1 de gueulle au lió d'argent couronné d'or. Au 2 d'or à 3. fasces de sable. Au 3. d'argent à la fasce de gueulle. Au 4 d'or au lió de sable. Sur le tout d'azur à la croix d'or cantonnée de 18. billettes de mesme 5 5 4. 4. qui est de CHOISEVL.

A

CORISOPITENSES EPISCOPI

Cornoaille, & le Kamper-corentin.

VRBS Corisopitum Curiosolitarū sub Archiepiscopatu Turonensi & Parlamento Redonensi, Coriosopirum in Notitiâ Prouinciarum, in sinu Oceani Armoricani sita est, quæ & Cornubia, necnon in veteribus pancartis Cornugallia vocitatur. Kempercorentinum autem nominant à D. Corentino vrbis Antistite, quem Cathedralis agnoscit Patronum, vti & Deiparam Virginem. Fuit quondam Cornubiæ Comitum antiquorum sedes, ciuitas verò Præsidiali decoratur. Constat Capitulum Decano, Archidiacono Corisopitensi & de Pohero, Thesaurario, Cantore, Theologo, duodecim præbendis & aliis Ecclesiasticis. Sunt autem Abbatiæ in diœcesi:

B

KEMPERLEGII *Kemperlé* O B.

LANDEVENECI O B. *Landeuenec.*

DOVLASII *Doulas* O A.

CARNOETI O C. *S. Maurice de Carnoet.*

COETMALOEN O C.

LANGONII *Langonet* O C.

BONAEREQVIETIS O C. *Bonrepos.*

Episcopi verò huic sedi præfuêre ex Historiâ Britanniæ Patris Augustini du Pas, aliisue monimentis & tabulis decerpti.

1. S. CORENTINVS Cathedralis Ecclesiæ Tutelaris, vrbi Kimper nomen indidit, hunc ferunt à D. Mattino Præsule Turonensi ordinarum fuisse: diem festum habet Calend. Maij in Additionibus Molani ad Vsuardum.

2. S. GVENVCVS, vel EVENVCVS.

3. S. ALLORVS.

4. BINIDICVS, vel BONDICVS hoc est, vt interpretatur Augustinus à Passu, S. Benedictus huius nominis primus.

5. GVRTHEBEDVS.

6. ARNGNETENVS.

7. MORGVETENVS.

8. TREMERINVS.

9. RAGIANVS.

10. SALOMON.

11. ALVRETVS.

12. GVLHOETVS.

13. HVGO nominatur in cartâ Alani Longi Britanniæ Reguli anno 689. cuius & decessorum nomina tantùm occurrunt in veteri MS. S. Corentini & S. Crucis Kemperlegiensis. Post eum aliquot sæculis Episcoporum nomina excidêre. 689.

14. FELIX depositus an. 848.

15. ANAVELENVS, cuius notitiam indicat vetus tabula monasterij Sancti Saluatoris de Rotonio anni 862. 862.

C

16. BENEDICTVS DE CORNOVAILLE, II. vel BVDICVS, Comitis Corisopitum Budici filius, obiit anno 1022. Cornovaille. 1022.

17. ORISCANDVS DE CORNOVAILLE frater Alani Comitis Corisopitensis cognominati Chaignardi, restauratoris. Abbatiæ S. Crucis de Kemperlegio, superioris Budici nepos, consecrauit monasterium Kemperlegiense 1029. & Ecclesiam S. Gutthierni circiter 1064. quo anno ab humanis migrauit. Cornovaille. 1064.

D

18. BENEDICTVS DE CORNOVAILLE III. vel BVDICVS filius præcedentis anno 1074. qui Episcopus & Comes Cornubiensis inscribitur in titulo piæ largitionis factæ Abbatiæ D. Sulpitij Redonensis: obiit anno 1100. Cornovaille. 1100.

19. ROBERTVS Eremita apud Locinianum, Ecclesiam Cathedralem vetustate dirutam instaurauit,

memoratúrque in compluribus cartis & bullâ Gerardi Engolismensis Præsulis & Legati, pro patrocinio Abbatiæ Kemperlegiensis ac debitum naturæ persoluit anno 1130.

1130.

20. Radvlfvs an. 1140. ex cartâ Kemperlegij, quâ Conanus Dux Britanniæ, eleemosynæ donationem confirmat: decessit an. 1158. 4. Nonas Martij, & iacet in Capitulo Abbatiæ de Langonio.

1158.

Moelan. 21. Bernardvs de Moelan I. ex Cancellario Ecclesiæ Carnotensis ordinatur anno 1159. sic Robertus de Monte in Chronico: *Magister Bernardus Brito Cancellarius Ecclesiæ Carnotensis factus est Episcopus Cornubiæ in minori Britanniâ.* Arbiter fuit anno 1161. concordiæ Canonicorum S. Petri Naonetensis, cùm monasterio Kemperlegiensi, ac excessit è viuis an. 1167.

1167.

22. Gavfridvs I. subscripsit fundationi Abbatiæ S. Mauritij de Carnoeto, & obiit 13. Aug. 1185.

23. Theobaldvs I. vel Thebavdvs ex monacho S. Crucis Kemperlegiensis, fato extinctus anno 1192. 18. Maij.

1192.

24. Gvillelmvs I. memoratur à Papâ Innocentio 3. c. 4. Accedens vt lite non contestatâ. Quod dirigitur Abbati Curiæ Dei, Ordinis Cisterciensis, diœcesis Aurelianensis, & Abbati de Eleemosynâ eiusdem Ordinis, diœcesis Carnotensis. An. 1202. Redonensi, Nannetensi, sancti Brioci, & Leonensi Episcopis interfuit Conuentui Venoetensi; ac diem suum postremum clausit pridie Nonas Decemb. 1219.

1219.

25. Rainaldvs genere Francus, in dedicatione Abbatialis Ecclesiæ Villænouæ 1225 obiit 1245. die 5. Maij, & iacet in Ecclesiâ Fratrum Minorum Corisopitensium, in quorum obituario leguntur hæc verba: III. *Nonas Maij anno Domini 1245. obiit Reuerendus Pater & dominus* Rainaldvs *Episcopus Corisopitensis fundator huius conuentus, pater & amor Fratrum, sepultus coram maiori altari sub capsâ ligneâ.*

Landelleav. 26. Hervevs de Landelleav, oriundus è vico huius diœcesis sic nuncupato, successit an 1245. & recensetur testis in confirmatione cartæ Conani Ducis Britanniæ, quam fecerat monasterio de Carnoeto, codicillis datis apud S. Mauritium 1259. Sepulturæ conditur in Cathedralis Choro, tumulo elato ex lapide; prostat autem tabulæ æneæ hoc epitaphium; *Hic iacet Magister* Hervevs de Landelleav *quondam Episcopus Corisopitensis, qui decessit in vigiliâ B. Laurentij Martyris anno Domini 1261.* 1245. 1261.

Ploenevez. 27. Gvido de Ploenevez I. in tabulis Monasterij de Carnoeto reperitur 1264. mortuus an. 1267.

28. Ivo Cabellic, I. ex transcripto originali Abbatiæ S. Mauritij 1274. decessit 1280. 1274.

Forest. 29. Evenvs de la Forest diœcesis Leonensis, sublatus è viuis 14. Martij 1290. quiescit in Cathedralis Capellâ sanctissimæ Trinitatis. 1290.

Morel de Riec. 30. Alanvs Morel de Riec I. ab an. 1291. ad 1299. iacet in Capellâ S. Trinitatis in abside muri, & sub arculâ visitur breuis inscriptio: *Hic iacet humilis frater* Alanvs *Corisopitensis Episcopus, qui decessit mense Aprili anno Domini* 1299. 1299.

31. Rainvlfvs sedit annis 1300. & 1320.

Danast. 32. Thomas Danast ex Decano Ecclesiæ Andegauensis, solemnem ingressum fecit in Ecclesiâ Cornubiensi 12. Aprilis 1321. ac moritur die 19 Iunij 1322. humatus in basilicâ de Maurâ, vbi legitur inscriptio: 1321.

Pontificis Thomæ *lector praeconia prome,*
Fama probat castum, cui dat cognomen Anastvm;
Iustum, facundum, sine fastu, iure profundum,
Iudex Lemouicus fuit hic, & pacis amicus,
Sobrius, vrbanus, pius, Andegauis Decanus,
Hinc sublimatus ad thronum Pontificatus,

Corisopitensis fuit in grege Pastor & A
ensis.
Aspera mors talis notis dolor est generalis.
Patria quem plangit, quia multos mors sua tangit,
Dux dolet & Britones, Cornubia tota, Barones,
Anno milleno bis quater octuageno,
Geruasij festo tumulatus funere mœsto,
Ad veniam presto Deus illi te precor, esto.

33. Bernardvs ii. ex Ordine Franciscanorum electus 1322. 16. Augusti ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani; quem Augustinus du Pas, & Albertus Magnus traductum ferunt ad Nouiomensem Sedem in Picardiâ; quo Episcopo carent melioris notæ catalogi huius Ecclesiæ.

1322.

B

Laval. 34. Gvido de Laval, ii. Guidonis 7. huius nominis domini de Lavalle, & Thomassæ de Mathafelone secundæ vxoris filius, successit 1324. vti habent tabulæ Corisopitenses, paulò post translatus ad Episcopatum Cenomanensem, vt supra diximus.

1324.

35. Iacobvs Ordinis Dominicanorum, possessionem nanciscitur festiuâ pompâ vrbem ingressus Dominicâ ante festum S. Magdalenes an. 1326.

1326.

Bois-Boessel. D'hermines au chef de gueulle chargé de 3. macles d'or. 36. Ivo de Bois-Boessel ii. ex Trecorensi Episcopo ad hanc sedem transfertur 1330. ita Acta Consistorialia: inde euectus ad Cathedram Maclouiensem.

Gonthier. 37. Alanvs Gonthier ii. Brito, Theologus Parisiensis, Diui Quintini apud Viromanduos Canonicus, ac magnus Magister Collegij Nauarrici Parisiensis: ex commutatione cùm præcedenti Episcopo, pro sede Maclouiensi, Cornubiensem optauit, cui præerat die 5. Martij 1333. ex citatis Actis Consist. mortuus dicitur anno 1353.

1333.

38. Alanvs le Gal de Riec, iii. 1353. obiit an. 1361.

Kermorian 39. Gofridvs de Kermoisan ii. ex familiâ huius cognominis iuxta Kempercorentinum, aliis diœcesis Trecorensis, præfuit 1358. ex tabulis Vaticani: translatus ad Dolensem Episcopatum. 1358.

Marec. 40. Gofridvs le Marec iii. Theologiæ Doctor obiit 1384. Cuius tempore Parisiis 1380. fundatur Collegium Corisopitense à Galerano & Nicolao de Grauiâ, quod & aliquot Bursis auctum est à Ioanne de Guiscu Canonico huius Ecclesiæ, Parisiensis & Nannetensis, Medicinæ Doctore.

Malestroict. De gueulle besâté d'or 4. 3. 2. & 1. depuis 9. 3. 3. 3. 41. Theobaldvs de Malestroict ii. Ioannis domini de Malestricto, ex prosapiâ illustri Aremoricæ natus, Episcopus anteà Trecorensis, inde Corisopitensis 1384. decessit anno 1408.

Monceavx. 42. Gatianvs de Monceavx Nannetensis, ex Consiliario Ducum Britanniæ Ioannis iv. & v. prout aduertit Albertus Magnus in suo Catalogo Episcoporum; rexit an. 1408. 1408.
antequàm verò ad hanc sedem sublectus fuisset, enim Pseudo-Pontifex

C Benedictus xiii. deputauit ad terminandam litem, quæ exorta erat inter Ducem Britanniæ & fratres Dominicanos, Episcopum Nannetensem, Præpositum ac Canonicos S. Albini de Guerrandâ, super fundatione monasterij S. Dominici eiusdem vrbis. Obiit Fulgeriis 15. Oct. anni 1416. inde cadauer effertur humandum in Cathedrali suâ, cuius tale est epitaphium: 1416.

Omnibus vrbanus de Moncellis Gatianvs
Præsul Cornubiæ iacet hic seruusque Mariæ,

D *Sagax, facundus, de Nannetis oriundus;*
Ipse Chori vostas fieri fecit plus altas,
Rexit subiectos octo, cùm mense per annos.
Posthac milleno bis & octo C. quater anno,
Octobris sextâ decimâ migrauit ad alta.
Quisque Deum poscat, cùm sanctis pace quiescat,
Ac felix agmen sanctorum concinat, Amen.

ROSMADEC. Palé d'argét & d'azur de six pieces.

43. BERTRANDVS DE ROS- A
MADEC ex illuſtri gente Armori-
cenſi prognatus Guillelmo nempe
Roſmadeci toparchâ, & Margaretâ
du'Chaſtel nobili fœminâ vxore ſe-
cundâ. Fuit primò à Conſiliis &
Eleemoſynis Ioannis IV. & V. Britan-
niæ Ducum, inde electus Epiſcopus
1416. anno 1416. cùm eſſet integerrimæ
vitæ ac probitatis, quin & ſanctimo-
niæ laude inclytus, tabulis Coriſo-
pitenſibus adſcribitur. Summis au-
tem beneficiis Cathedralem ſuam lo-
cupletauit: nam ædem Epiſcopalem
& domum de Laneiron inſtaurauit,
Eccleſiæ nauim conſtruxit, quò ap- B
parent ſtemmata domus gentilitia
lapidibus inciſa: item duas turres
erexit cùm maiore cymbalo, nec-
non ſacrarium, bibliothecam, orga-
na pneumatica, quemadmodum le-
gere eſt in elogio Alberti memora-
ti. Tumulus eius ſpectatur cùm ſcul-
pturâ inſigni lapideâ, eminentíque
mauſoleo in ſacello Cathedralis de
Roſmadeco, vbi appoſita inſcriptio
ſic Latinè verſa. *Hic iacet Reueren-
dus Pater in Domino* BERTRANDVS
DE ROSMADEC *quondam Epiſcop.
Coriſopitenſis per 28. annos, qui mortuus*
1445. *eſt 7. Febr. 1445. Orate Deum pro eo.* C
Prætereà in archiuis eiuſdem Eccle-
ſiæ hæc leguntur. *Bertrandus de Roſ-
madec bonus Paſtor, nouum opus Ec-
cleſiæ Coriſopitenſis incepit, videlicet ve-
tus proſtrando, & noui fundamenta ſta-
tuendo: turres eiuſdem Eccleſiæ erexit,
campanam miræ magnitudinis, nominis
ſui titulo inſignitam inter medias turres
eiuſdem Eccleſiæ collocauit, Sacriſtiam cùm
Librariâ propriis ædificauit expenſis: Or-
gana bina dedit præfatæ Eccleſiæ; ſex
pueros vnà cùm Magiſtro ſuo fundauit,
& dotauit 150. libris annis perpetuis
monetæ currentis. Centum quatuor li-
bras pro lampade dedit, quatuor pilaria* D
*cuprea cùm tabulâ deauratâ, ac piſci-
nam cum duobus magnis candelabris
pro thure deferendo dedit & donauit.
Centum & octo marcas argenti diſpoſuit
exponendas pro imaginibus B. Mariæ
Virginis, & B. Ioannis Euangeliſtæ ad
latera Cruxifixi ſtatuendas, ducentas
ſexaginta libras annui reditus pro elee-
moſynis faciendis pauperibus, quatuor
Hoſpitalibus villæ & ciuitatis Coriſo-
pitenſis, per duos notabiles viros diſtri-
buendas, & à Capitulo Eccleſiæ Coriſo-
pitenſis inſtituendos dedit & donauit.*

AN. CH.

COETIVY. Comme cy deuant.

44. ALANVS DE COETIVY IV.
Cardinalis, Abbas S. Saluatoris Ro-
thonenſis, filius Alani domini de
Coëtiuy militis Armorici; ad hunc
Epiſcopatum ex Dolenſi transfertur
1444. 5. Calend. Septemb. reſigna-
tione Bertrandi, vt indicant Acta 1444.
Conſiſtorialia. Fuit & Auenionenſis
Epiſcopus; de quo plura conſule in
eâ ſerie.

LESPREVEZ.

45. ALANVS DE LESPREVEZ V.
Ioannis dynaſtæ de Leſpreuez Equi-
tis filius: ex Franciſcano, cùm eſſet
longæuus, tranſiit ad Cæſarienſem
Eccleſiam an. 1451. 17. Calend. Fe- 1451.
bruarij: deceſſit 16. Martij 1455. tu-
mulatur in Choro Conuentus Mi-
norum vrbis Kempercorentinæ.

LESPREVEZ.

46. IOANNES DE LESPREVEZ
Caroli toparchæ eiuſdem loci, Ca-
meræ Computorum Britanniæ pri-
marij Præſidis, & Guillelmæ Paynel
filius; ceſſione patrui ad hunc Epiſ-
copatum vocatur 1451. 27. Calend.
Februarij ex libris prouiſionum Pre-
latorum Vaticani: eodem anno ob-
ſequium præſtitit Duci; extinctus
1471. tumulum habet in Cathedra- 1471.
li, eminentem intra murum Auſtra-
lem baſilicæ.

RIEVX. D'az. à dix beſans d'or 4. 3. 2. 1.

47. THEOBALDVS DE RIEVX III.
ex illuſtriſſimâ gente Armoricanâ
procreatus, ſucceſſit in Epiſcopatum
1472. viuere deſiit 17. Febr. 1479.

BOVCHET. D'argent à 3. annelets de ſable.

48. GVIDO DV BOVCHET, III.
Franciſco 2. Duci à Conſiliis, vrbem
& Eccleſiam ingreſſus eſt ſolemni
ritu 15. Octobris 1480. comitantibus
Abbatibus & Nobilibus prouinciæ:
obiit Nannetis 1484. ita Acta Con- 1484.
ſiſtorialia.

MAOVT.

49. ALANVS LE MAOVT VI.
ex Epiſcopo Leonenſi tranſiit ad
banc ſedem electionis iure 1484. 7.
Martij, vt reperitur in memoratis
Actis Conſiſtorialibus; pro Franciſ-
co 2. Duce multis Legationibus ad
varios Principes functus, exceſſit è
vitâ 1493. 2. Nouembris, & iacet in 1493.
Capellâ D. Magdalenæ in Cathe-
drali.

MOEL.

50. RADVLPHVS LE MOEL
dictus Caluus, Eleemoſynarius Ca-
roli 8.

roli 8. Regis: sedit ab an. 1493. Ecclesiam inuectus 16. Octobris 1496. adfuit exequiis eiusdem Caroli; & anno 1498. subsignauit cùm aliis Episcopis, tabulis nuptialibus Ludouici 12. Regis cùm Annâ Britannâ.
1501. Tandem expirauit vltimâ Maij 1501. humo mandatur in Capellâ S. Trinitatis in Cathedrali.

Rohan. De gueulle à 9. macles d'or 3. 3. 3.

51. Clavdivs de Rohan ex perantiquo Britonum nobilium sanguine, Ioannis Vicecomitis de Rohano, Comitis Porhoeri, & Mariæ Britannæ, Francisci 1. Ducis natæ filius, qui & ipse Vicecomes de Rohano, Princepsque Leonij, atque amplissimarum nobilissimæ huius prosapiæ toparchiarum dominus euasit, extincto fratre Iacobo Vicecomite natu maiore, qui absque liberis excesserat. Nominatur Episcopus anno 1501. consecratur tantùm 6. die Aprilis anni 1510. in Capellâ castri de Blain diœcesis Nannetensis, vrbémque ingressus primùm solemni-
1510. ter 6. Iunij 1518. domum Episcopalem construxit; in eius autem gratiam Rex Franciscus 1. Pontifici scripsit an. 1532. 20. Augusti Nannetis, vt Coadiutor præfati Claudij admitteretur in Consistorio Ioannes de la Mothe, Abbas Boquiani, Regis Eleemosynarius, quod tamen effectu caruit. Animam tandem exhalauit Claudius in castro auito de Guemené Guingamp, Principatus titulo insigni, mense Iulio
1540. an. 1540. fundato anniuersario primâ die Aprilis in Cathedrali; sepultus est in æde Collegiatâ de Guemeneio, cuius quondam Decanatum gesserat; cor autem situm in sacello castri du Corlay. Post obitum illius obtinuit Vicecomitatum de Rohano, Anna germana vxor & vidua Petri de Rohano, domini de Frontenay, Marescalli Giensis filij, cuius progenies etiamnum hac dynastiâ potitur.

E. . . De gueulle . . . vne fasce . . . d'or ac- compagnee . . . . (margin note partly illegible)

52. Gvillelmvs Eder ii. vnctionem Episcopalem suscepit in Capellâ castri de Goulaines die festo Natalis Domini 1541. ciuitatem ingressus biennio post 29. Aprilis: decessit 22. Maij 1546.

Chambre.

53. Philippvs de la Chambre Cardinalis de Boloniâ, Administrator Corisopitensis Episcopatus 1547. 1547.

Simonetta. Vn lion tenant vne croix de la patte gauche.

54. Lvdovicvs Simonetta Mediolanensis nobilis, Cardinalis tituli sancti Cyriaci in Thermis, Episcopus Pisaurensis an. 1536. Concilij Tridentini Legatus, in Vrbe Inquisitor, Signaturæ Iustitiæ Præfectus, & Administrator huius Corisopitensis Ecclesiæ an. 1552. & 1552.
1555. sub Pio iv. insignitus est Purpurâ, ac Romæ vitâ fungitur anno 1568. pridie Calend. Maij, in æde S. Mariæ Angelorum in Thermis apud Carthusianos conditus iacet. De eo Petramellarius consulendus, & Vghellus in Italiâ Sacrâ.

Bovcher. D'argent à 3. écrevisses en pal 2. 1.

55. Stephanvs Bovcher ortu Trecensis, Secretarius Regis in Legatione Romanâ Ludouici Sangelasij, toparchæ Lansaci, interfuit conclusioni Concilij Tridentini, ac ciuitatem solemniter ingreditur 23. Febr. 1560. obiit 20 Augusti 1560.
1571. & sepultus in Ecclesiâ de Flogniaco, villulâ quam possidebat in Campaniâ propè Eruiacum.

La Tovr. D'azur à la tour d'or.

56. Franciscvs de la Tovr i. filius Guillelmi de Turre & Ioannæ de Goasriant è dominis de Penarstanc, ex monacho Cisterciensi in Abbatiâ de Reliquiis, diœcesis Leonensis, consecratur Antistes Corisopitum an. 1574. 20. Decembris, in ciuitate Briocensi à Nicolao Langelier eiusdem loci Præsule, Rolando de Neufuille Leonensi, & Baptistâ le Gras Trecorensi Episcopis, ad quam sedem postremam ipse translatus, ibidem 1593.
interiit 1593.

Lescoet.

57. Carolvs de Lescoet nobilis Brito, sedit flagrante bello ciuili quo Ioannes Aumontius Equitum Tribunus, vir generosus, qui Regis Henrici Magni nomine prouinciæ cùm summo imperio præerat, vrbem Kempercorentinam ex- 1594.
pugnauit anno 1594.

Le Prestre. De gueulle à 3 escussons d'argent

58. Gvillelmvs le Prestre ii. filius Ludouici domini de Lezonnet Gubernatoris Curiosolita-

chacū chargé de 3 hermin s de sable s. & 1. à la bordure engreslée d'or.

rum & de Concarneau: quo ſedente **A** admiſſi in vrbem Capucini 1613. 14. Iulij, item Vrſulinæ, Benedictinæ, & Virgines ſanctæ Eliſabethæ: obiit anno 1640.

Lovet. D'or à 3. testes de loup arrachées de sable.

59. Renatvs dv Lovet ex Cantore Leonenſis Eccleſiæ: ortus è nobili gente dominorum de Coatienoüal, de Kerquilio & du Pleſſis in Epiſcopatu Leonenſi, con-

1642. ſecratur Lutetiæ an. 1642. die 1. Februarij, in æde Benedictinarum Virginum, à Stephano Puget Dardaniæ Præſule, aſſiſtentibus Alano de Solminiac Cadurcenſi, & Calchedo- **B** nenſi Epiſcopis.

Visdelov, D'argent à 3. testes de loup de sable arrachées & lampassées de gueulle.

60. Franciscvs de Visdelov II. Egidij Equitis domini de la Goublaye, Præfecti alæ cataphractorum Equitum, & Franciſcæ de Quellenec filius: ex Canonico & Cantore Coadiutor Coriſopitenſis nominatur die 18. Maij 1650. inauguratus Antiſtes Madaurenſis in baſilicâ Prædicatorum magni Conuen-

1651. tus Pariſienſis die 7. Maij 1651. ab Anthymo-Dionyſio Cohon Dolenſi Epiſcopo, aſſiſtentibus Ferdinan- **C** do de Neufuille Maclouienſi, & Carolo de Roſmadec Vennetenſi Præſulibus.

DIENSES
EPISCOPI
ET COMITES.

Die, en Dauphiné ſur la Drome.

Dia, vel Deia, Romanorum Colonia, fortè à Luco Dianæ, vel **D** Deanæ ſic dicta, & Auguſta Colonia, vel Deenſium, Vocontiorum in lapide Arelatenſi, ad Alpium radices haud procul Dromâ fluuio, ſecundo & vigeſimo lapide ab eius fonte ſita eſt. Vrbs populoſa, agro potens & amœna, adeò vt iure merito Vocontij ſedem ſuam ibidem fixerint; nunc Epiſcoporum imperio paret: montibus omni parte cincta, præruptis quidem & niuoſis; at terra tritici, Bacchi, & omnis fermè generis fructuum copiâ exuberat; atque fluuiolis irrigatur, in colles modicos plerúmque emioet, ſi excipias territorium illud quò Droma fluuius plures ſinus efficit, vallem interluit Meiroſſa amnis ſalutari aquâ memorandus. Tria quondam fuêre ad vrbem ſuburbia, nempe S. Mauritij, Piloſum, & D. Marcelli. Gothis autem & Vuandalis omnia latè per Gallias populantibus, Dia ædificiis, & cæteris rebus conſpicua adeò effloruit, vt eſſet coloniæ ſedes tutiſſima, ac opportuna viatoribus ex Italiâ aduentantibus, & Ebredunenſes fines prætervectis. Obſeruat porrò Columbus in ſuâ deſcriptione, niſi rupes ingens terræ motu excuſſa, de ſummo monte viam intercluderet ad Lucum pagum, nunc quoque potiſſimùm frequentaretur à populis Romam euntibus. Porta Diui Marcelli ornatur quodam ſpecimine arcus triumphalis; quin & ruri plerúmque eruuntur è terrâ vrnæ, & moneta ænea, cui Cæſarum imagines inſculptæ ſunt. Hanc vrbem nonnulli Diuam vocauêre, & ab auctore Cluniacenſis Bibliothecæ Dinia appellatur, cùm agit de Prioratu ſancti Marcelli in ciuitate: ſed & Deam Auguſtam indigitant vetuſti lapides. Aucta eſt dignitate Comitatus, cùm Regnum Arelatenſe, extincto Boſone Principe in varias partes ſciſſum eſt: olim quippe continebatur in regno Burgundiæ ciuitas, nunc quaſi in meditullio Delphinatus ſub Viennenſi Archiepiſcopatu, in Parlamento Gratianopolitano: ac vix diei vnius itinere diſſidet à Valentiâ, quarum ciuitatum ſeparatæ diœceſes coniunctim vnum eundémque agnoſcunt nunc Epiſcopum, vt infra dicetur. Dienſis Eccleſia maior Patronam veneratur Deiparam Virginem in cœlos Aſſumptam: Decano & Collegio Canonicorum duodecim, ſummâque Preſbyterorum ac Clericorum frequentiâ inſignis erat ante Nouatorum excidium. Eâ verò mole è quadrato lapide aſſurgebat, vt referente Columbo, ſeu longitudinem, vel amplitudinem inſpiceres, vlla per totum Delphinatum vix parem haberet: ſed ex-

excisa, & ornamentis omnibus expoliata ab hæreticis, qui fornicibus excussis, odæo euerso, parietes ipsos in interiore parte basilicæ miris modis profanarunt. Ante eorumdem Caluinistarum cladem quinque erant basilicæ quarum memoria perit, S. Vincentij, Diui Magni intra vrbis mœnia, S. Laurentij, B. Saturnini, S. Ferreoli in agro : fuit & extra portam D. Petri domus Reclusoria dicta, & ei contigua ædicula B. Mariæ de Eleemosynâ. Aliàs verò multiplicibus Religiosorum cœnobiis decorabatur, Canonicorum videlicet S. Antonij & S. Ruffi, monachorum D. Mauricij ac Marcelli, Prædicatorum, Minorum, Leprosorum domibus, & aliis templis sacris, quæ euersa sunt. Porrò in Episcopi clientelâ extant pagi 95. ac præter Diam latè dominatur, & possidet castra 24. fruitur iuribus Regalibus, ac se inscribit Comitem Diensem. Continentur in suâ diœcesi, quæ patet in circuitum leucis 20. parochiæ circiter 200. Canonicorum Collegia duo in quatuor Archipresbyteratibus, cùm duabus Præceptoriis Antonianis, & totidem Melitensibus; octo Prioratibus Conuentualibus, & aliis minoribus 36. Cartusiâ Vallis S. Mariæ, vbi Humbertus Viennensis Delphinus habitum sumpsit mortuâ vxore Annâ 1297. quæ iacet in monasterio Saletano quod condiderat: ac duabus Abbatiis, vna in Montibus.

LEONCELLII *Lioncel* O C.

VALLISCRESCENTIS O C. *Valcroissant.*

Sed deinceps seriem Episcoporum aggrediamur, quorum narratio ante vnionem Cathedræ Valentinæ ex ordine recensebitur, contexta è scriptis Polycarpi Riuieræ eruditi Cartusiani, Visitatoris, & Prioris Bonipassus: ac Ioannis Columbi Manuascensis, Soc. Iesu Theologi lib. 2. de Rebus Gestis Præsulum Diensium.

1. S. MARTIVS circa an. Christi
220. 220. cuius nomen ac trium Episcoporum sequentium eruit vita S. Marcelli Diensis Præsulis, carmine scripta per Vulfinum Episcopum: & ita primus statuitur Pontifex Diensis ciuitatis per eundem Polycarpum de Riuierâ.

2. HIGERIVS.

3. LEO.

4. SERVILIVS.

5. NICASIVS celebris inter Gallicanos Episcopos vixit circiter an. 325. interfuitque Nicænæ Synodo 325.
solus ex prouinciâ Gallorum, vt produnt acta Conciliorum, & vita B. Marcelli. Non igitur Diniensis Præsul, quemadmodum interpretantur quidam, & perperam inscribitur Ecclesiasticis tabulis huius Ecclesiæ: « námque in bullâ Hugonis Diensis. « Sedis Apostolicæ Legati, fit mentio « memorandi illius Nicasij, qui pro « Ecclesiâ Gallicanâ sanctæ & œcumenicæ adfuit Nicænæ Synodo, cuiusque venerabile corpus in eadem sacrâ requiescit Ecclesiâ. In vitâ Marcelli Episcopi memoratâ recensetur inter cætera legatio Nicasij ad hanc Synodum Nicænam, ac responsum Patrum, Gallis per Nicasium relatum.

6. PALLADIVS Nicasium excepit in Pontificatu Diensi quantum ex serie ætatis colligere liquet; in viuis erat an. 347. ex actis Concilij 347.
Sardicensis cui adfuit.

7. CELSVS præfuit anno 356. ex 356.
epistolâ prouinciæ Viennensis; qui memoratur apud Polycarpum Riperæum in Annalibus suis Ecclesiæ & ciuitatis Auenionensis cùm Nectario Viennensi, Metiano Auenionensi, Eradio Arausiensi, & aliis Viennensis prouinciæ Præsulibus aduersùs Saturninum Arelatensem.

8. CONSTANTINVS an. 419. 419.

9. PROIECTVS an. 440.

10. S. PETRONIVS miraculis post vitam inclytus, quo Pontifice, vel Nouatores, vel infideles in ciuitate suâ ad lumen Christianæ fidei reuocauit, quippe Ecclesia Diensis de illo cecinit ista: *Diam dies illustrauit per verbum, quod prædicauit in eâ Petronius.* Quantum verò apud Canonicos memoria sancti Pontificis esset commendabilis, testatur Columbus

» cùm ait : Episcopos Dienses ciuitatem primùm ingressos, iurasse ad sacram eius aram immunitates ciuitatis & sodalitij Canonicorum, quod ita vsurpatum reperitur annis 1468. à Gerardo de Crussolio, & 1544. à Iacobo de Turnone: Excessit è viuis
463. anno 463.

11. S. MARCELLVS Petronio fratri iunior ætate in Ecclesiâ subrogatur, Auenione natus ex Breuiario Diensi, priusquàm Sacerdotio initiaretur, vitam cœnobiticam professus fuerat: à Rege Burgundionum Ariano, cui Diensis ciuitas tum parebat, in exilium eiectus est, nec ab eo priùs reuocatus, quàm eius natum precibus suis à lethali ægritudine sanasset. Celebris est apud Romanum Martyrologium 9. Aprilis eius mentio, de quo Gregorius Turon. cap. 70. libri de Gloriâ Confess. *fuit Marcellus Deensis vrbis Episcopus vir magnificæ sanctitatis, ad cuius nihilominus tumulum lychnus accensus diuturno spatio lucere solet: præstat ex eo oleo virtus Domini medicinam infirmis.* Wlfinus porrò & ipse Diensis Pontifex, vitam beati Episcopi solutis numeris consignauit.

12. SÆCVLATIVS subscripsit
517. Synodo Epaonensi anno 517. Episcopus ciuitatis Deensis.

13. LVCRETIVS in Concilio
541. Aurelianensi 4. 541. vice suâ direxit Vincentium Presbyterum, qui nomen apposuit subscriptionibus Aurelianensis 5. an 549. Adfuit Synodo Parisiensi 2. 555. Lugdunensi 2. per eundem Vincentium 567. demum Parisiensi 4. 573.

14. PAVLVS Episcopus Deæ ciuitatis subscripsit per procuratorem
585. Synodo Matisconensi 2. an. 585. post quem successio Antistitum vltra centum & viginti annos ignoratur.

739. 15. PRÆSTANTIVS anno 739. in diplomate Caroli Martelli Principis.

16. ARAMANDVS anno 776. in Valesiorum Historiâ mentio eius reperitur ex schedis Polycarpi de Ripariâ.

17. DESIDERATVS enuntiatur anno 788. apud Catellum in Commentariis Occitanicis. 788.

18. REMIGIVS præsens in donatione Ioannis Episcopi Eduensis factâ cœnobio Virginum B. Andochij Augustodunensis.

19. S. VVLFINVS sedebat anno 800. ex Breuiario Diensi : auctor vitæ D. Marcelli antecessoris sui. 800.

20. HEMICO, qui interfuisse legitur Synodo Pontigonensi an 876. & Mantalensi an. 879. 876.

21. S. EXVPERIVS in fastis Ecclesiæ Diensis ex traditione huc collocatur.

22. S. SATVRNINVS.

23. GISENODVS anno 943. memoratur in Octodorensibus tabulis vnà cùm Sabone Viennensi, Bosone Ebredunensi, & aliis multis Præsulibus regni Burgundiæ. 943.

24. ISARDVS, seu ISARNVS præfuit anno 981. ex veteribus monumentis.

25. HVMBERTVS Episcopatum rexit anno 1025. vt asserit Quercetanus in Historiâ Burgundicâ. 1025.

26. CVNO anno 1037. ex cartulario S. Bernardi de Romanis.

27. PETRVS 1. sedem quoque obtinuisse legitur an. 1037. & 1056. ex citato cartophilacio S. Bernardi : tum etiam anno 1059. 1037.

28. HVGO 1. creatus fuit anno Christi 1073. suffragio quodam diuino & Pontificis merirum prodigiis quibusdam testificantibus, nam, vti docet Paulus Bernriedensis in vitâ Gregorij VII. Papæ : *In huius electione tantum lumen cælitus descendit, vt diem vinceret, & corda omnium qui aderant, aduenisse Spiritum sanctum non dubitarent.* Columbus lib. 2. Episcoporum Diensium, ex genere Principum Burgundionum procreatum affirmat, nepotem scilicet Hugonis filij Odonis 1. Ducis, sed nihil de eo reperies in stemmate regio Principum Burgundionum. Ab eodem ingentium viranimorum, infractæ vir- « 1073.

» tutis, atque etiam religione, pru- A
» dentiâ, & auctoritate mirabilis Iuo-
« ni Carnotensi dicitur. Ortus in Viennensi diœcesi, idcirco etiam infulâ Pontificali Diensi indutus, ab ipso Gregorio 7. nuncupatur filius Ecclesiæ Viennensis; Romani porrò apud Delphinates lucem accepisse, vel Canonicatum tenuisse videri potest probabile; quanquam enim ab ipso Papâ vocetur Romanus lib. 6. epist. 2. tamen Romæ natus, vel educatus negatur. Ioterim Guillelmus Comes Diensis consecrationem electi Pontificis turbare molitus est, ipsóque Romam profecto, ciues ne- B fariis eius conatibus aduersantes infectatus est: & cùm probasset illius electionem, præstito fidelitatis sacramento idem Gregorius 7. eum consecrauit, prout testatur ipse variis epistolis. Cæterùm interfuit Sy-
1080. nodo Santonensi anno 1080. & maximâ Sedis Apostolicæ gratiâ pollens, creatus fuit Legatus per Gallias bullâ datâ anno 1075. quod ministerium famosum fuit rebus Ecclesiasticis: námque Hugonem Bisonticensem, Richerium Senonensem, Rodulfum Turonensem Archiepiscopos suspendit à sacris officiis: C deposuit Stephanum Aniciensem, Renerium Aurelianensem, Gaufredum Carnotensem Episcopos, & Manassem Remensem Archipræsulem: De eo plura vide apud Columbum in eius vitâ, tum etiam in Historiâ Ecclesiasticâ, & tomo 1. Archiepiscoporum. Traductus autem anno 1092. ad Metropolim Lugdunensem post excessum Gebuini, vt auctor est Hugo Flauiniacensis.

29. S. ISMIDO, vel ISMIO, quem Ismeonem alij vocant, ex Canonico Lugdunensi præerat annis D
1103. 1099 & 1103. genere clarus, omnium disciplinarum ac probitatis notitiam in contubernio parrui, Valentiæ adeptus est: bis autem Ierosolymam profectus, beatorum complures reliquias aduexit, quas annuâ celebritate Dienses colunt; per ipsum Deus multa patrauit prodigia, idcirco & in vitâ B. Petri Tarantasiensis c. 19. laudibus exornator. De eo mentio
1113. 1113. in regularisatione Canonicorum sancti Stephani Diuionensis. In Obituario Lugdunẽsi fertur mortuus 7. Octobris. Per annos circiter 20. eam sedem rexit, ac post obitum vnâ voce populorum Sancti nomen promeritus est.

30. STEPHANVS I. anno 1121. Calend. Octob. præsens consecrationi ædis sacræ Cartusiæ Durbonis, à Leodegario Vapincensi Præsule factæ; quo eodem anno Episcopatus regimen assumpsit, & 1127. confir- 1127.
mat Seuero Abbati S. Ruffi quasdam Ecclesias per Hugonem & Ismidonem Antistites monasterio suo donatas.

31. B. VLDRICVS ex Decano Gratianopolitanæ Ecclesiæ Diensem Episcopatum administrandum suscepit, cui præerat ante an. 1130. 1130.
ex vitâ S. Hugonis. Abdicato Episcopatu ad Cartusianam eremum se recepit: nam Diui olim Hugonis Episcopi Gratianopolitani alumnus, ab eo iam iam morituro Cartusianâ veste indui voluit, prout memorat Guigo Prior: regebat eundem Episcopatum adhuc circiter an. 1140. ei námque Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis inscribit volumen contra Petrobrussianos hæreticos: at in in cartulario Cartusiensi defunctus scribitur anno 1145. Ismidoni & Stephano sanctimoniâ suppar.

32. HVGO II. sedebat an. 1145. ex tabulis Diensibus: composuit 1145.
cum Siluione Clariacensi, & accepit donationem Aroaldi Cristæ domini, & aliarum toparchiarum, quâ se omniáque sua addicit Hugoni, codicillis confectis 1146. 15. Augusti: conuenit porrò Fredericum Imperatorem Taurini anno 1152. præsens & sententiæ per ipsum contra Guigonem ex Principibus de Baucio promulgatæ, in controuersiâ Comitatus Prouinciæ cùm Berengario Iuniore. Prætereà subscriptus habetur anno 1158. venditioni Esparueriæ insulæ 1158.
per Odonem Præsulem Valentiæ, Abbati S. Ruffi Raimundo. Sed omitti hîc non debet, prout aduertit Columbus, nonnullos reperiri, qui post Vldricum, non Hugonem, sed Bernardum constituant, ex Priore Portarum Episcopum creatum, quin immò & Bernardo substitutum fuisse B. Anthelmũ, omnes ex Cartusiano-

rum Ordine, quod non omnino probat Columbus, vt videre est in libro Diensium Episcoporum superiùs citato. A

33. Petrus II. in tabulario Diensi primordium Episcopatus sui designat exemplar hominij quod Episcopo Diensi exhibuit Isoardus pro castro de Luco, testibus ac fideiussoribus multis, quos inter nominatur Nicolaus Diensis Decanus an-
1167. no 1167. quarto Episcopatus Petri. Idem paciscitur de decimis cùm Priore S. Mauritij: sub cuius, vt creditur, Episcopatu exeunte, vel incipiente Roberti successoris, Præpositura Diensis vnita est sedi Episcopali. B

34. Robertus Episcopatum
1178. administrabat 1178. hoc eodem anno Arelate per Fridericum I. Imperatorem factus est Diensis Comes, diplomate 4. Calend. Augusti confecto, quo illi dominium vrbis impertitur, cuius hæc sunt verba: *Diam ciuitatem, cùm sua propriâ monetâ, mercatu, plateis, furnis, molendinis & huiusmodi omnibus, stratam publicam in omni Episcopatu tuo; & vt nullus pedagium in eo accipiat, medietatem Cristæ, & mandamenta, & domania, & Augustam, & castrum S. Medardi cùm mandamentis suis, & quidquid Guillelmus de Pictauiâ habet in Episcopatu, excepto castro quod dicitur Quintum; & insuper Aupegne, Mirabel, Marinhac, Iusti, Romerei, Montemmaiorem, Menglo, Rocafurcam, Auribel, Luc, Foilas, Prabois, vallem quæ dicitur Tresmenich; medietatem Toranæ, Bellimontis, & Leo, tertiam denique partem Aisij.* C
Interfuit hic Concilio Lateranen- D
1179. si anno 1179. & eodem exposcente probatur vnio Præposituræ Diensis per Lucium 3. Pontificem, Veronæ an. 1185. Mentio huius præterea in tabulis anni 1188.

35. Iarentus ex Decano Ecclesiæ Diensis infulas adeptus, sedit
1193. 1193. quo anno per Robertum Archipræsulem Viennæ, Falconem Valentiæ, Ioannem Gratianopolis Præsules, partitur Aurellum pagum cùm Aimaro Pictauensi. Graui autem dissidio exorto Episcopi Diensis & Canonicorum S. Medardi, cùm Aniciensi Pontifice & Canonicis B. Ruffi de Ecclesiis Cristæ, Bernardus Cardinalis Legatus Apostolicus rescripto suo anni 1196. rem pacificauit; 1196.
sed an non tunc Iarentus lituum Pontificale gestaret eo tempore, non habemus affirmare; nam hoc anno.

36. Humbertus I. gubernabat Ecclesiam ex cartophilacio monasterij de Lioncello, & etiam ad annum 1202. quo Lambertus de 1202.
Egleu probauit sigillo donata à proauis suis cœnobio præfato Lioncelli, quod B. Mariæ fontis Leonciæ vocitant; huiúsque eleemosynæ auctor fuit Humbertus.

37. S. Stephanus de Chastillon II. Hugonini toparchæ de Castellione in Bressiâ filius: ex Cartusiano ac Priore Portarum Lugdunensis diœceseos sedem ascendit, à solitudine ad Præsulatum inuitus raptus, adeò vt iubente Innocentio 3. consecratus fuerit Viennæ 1108. à 1108.
tribus Archiepiscopis. De eius virtutibus, ac insignibus miraculis memorat Surius in illius vitâ. Migrasse ad Christum die 7. mensis Septembris anni 1213. aliqui scribunt: at nominatim Columbus in suo Pontificio Diensi refragatur, qui consulendus ibidem ex assertione quarumdam tabularum. Ipsius porrò anniuersaria commemoratio quotidie habetur in Ecclesiâ Diensi; corpus autem per plures annos incorruptum, & singulari populorum ac Cleri honore seruatum, in expugnatione vrbis ab hæreticis combustum est. De eo vide Historiam Sebusianam.

Chastillon. D'argent & de gueulle au lion passant de l'vn à l'autre.

38. Hvmbertus II. an. 1209. 1209.
interfuit pactionibus Episcopi Valentini cùm ciuibus suis: idem anno 1210. 12. Martij grauem litem terminauit Heliæ Hospitalarij, Præceptoris Ricobelli, cùm Bertrando Misonio. Mense Iunio eiusdem anni, interueniente Viuariensis Præsulis conuenit cùm Aimaro Pictauensi de Aurello, Bastidâ, ædificatione villæ Paoneti & aliis toparchiis: anno autem 1212. 4. Idus Februarij largitur Prio- 1212.
ri S. Marcelli Ecclesiam B. Bartholomæi de Gressâ, & decimas Bastistæ Grassi.

39. B. DESIDERIVS DE FORCALQVIER Comitis Forcalquierij natus, & anteà Cartusianus, ex Priore domus Durbonis, post Humbertum ad Ecclesiam Diensem regendam postulatus est, cuius immunitatum egregius fuit propugnator.
1214. Anno 1214. eo adnitente, Fridericus 2. Aimaro Pictauensi in mandatis dedit, vt cessaret ab exactione vectigalis per diœcesim: ab eodem Cæsare hoc anno, die 8. Calend. Decembris Basileæ licentiam obtinuit extruendi castrum in monte Pedonis: & anno 1216. per Bertrandum Archiepiscopum Viennensem, ratam haberi voluit donationem Berengarij Clerici, tum Ricobellum tradidit in feodum Bertrando Misonio 1220. extinctus fertur anno sequenti.

40. N. Beati Desiderij successor, cuius nomen initiale excidit in membranis, sed in cartophilacio Diensis Episcopij literis mandatum est, peremptum fuisse Episcopum Diensem tanto Capituli dolore, vt die 3. Se-
1222. ptembr. an. 1222. decreto publico sancitum sit, nullum ex progenie eorum qui Antistitem suum trucidassent, ad quartam vsque generationem admittendum per totam diœcesim ad beneficia Ecclesiastica. Confossum autem ad lateralem portam S. Mariæ traditio est: ita habet Columbus.

41. BERTRANDVS in tabulis
1224. recensetur annis 1223. & 1224. illius verò Episcopatus epocha colligitur ex tabulis hominij Guillelmi Artaudi nobilis dynastæ, quem admisit ad professionem sacramenti; ille etiam concessit Hospitalariis an. 1226. Ecclesias, census, dominia, quidquid ue apud Valledromam obtinebat, seruatis sibi iuribus Episcopalibus, instrumento dato 16. Calend. Iulij apud Diam, in domo Episcopali iuxta Ecclesiam D. Nicolai; anno
1235. item 1235. 3. Idus Maij finem imposuit controuersiæ Collegij Canonicorum D. Mariæ Cathedralis pro iuribus Episcopi.

42. HVMBERTVS III. complura nobilium feudatariorum hominia, imprimis verò ab Isoardis & Artaudis excepit; Pontificatus illius quoque fidem faciunt tabulæ anni 1237. mense Aprili, quibus cliente- 1237.
lam pro Chalancone, Podioacuto, villâ Perdricæ, Crepiasio & aliis admittit; item anno sequenti 9. Cal. Martij pro tribus Chanutis, & 1239. pro Castellione; vti discere est è monumentis cartularij Diensis. Donauit Veronam & Bastidam Aquæbellæ monachis Salientis, ac monasterio S. Marij in fine diœcesis ius suum cessit 1247. ferunt autem ve- 1247.
tusta documenta à ciuibus suis factione quorumdam eiectum à sede.

43. AMEDEVS DE GENEVE I. è Comitum Geneuensium antiquo sanguine, parentibus Vuillelmo Comite & Alasiâ de Turre genitus, fratrem habuit Robertum Geneuæ Antistitem: is verò vltimus qui Diæ sedem Episcopalem ante vnionem cùm Valentinâ obtinuit. Cùm Guigone Delphino Viennæ disceptauit pro dynastiis de Riuosicco, Reuello, Rancutello, Orme, Bastidâ, & Castelucio, sed pax rata habetur
anno 1253. 17. Calend. Nouembris 1253.
interuentu Archiepiscoporum Ioannis Viennæ, & Philippi Lugdunensis. Varias accepit donationes à Bertrando de Medullione, & Isoatdo Chalanconio: anno 1268. 16. Calend. Septemb. admittit iuramentum Raimundi de Agouto, & Iacobi de Entrauenis germanorum, pro Luco. Testamentum condit die 21. Ianuarij
anno 1275. quo scripsit hæredem Ai- 1275.
monem Comitem Gebennensem ex fratre Rodulfo nepotem: ac die 22. eiusdem mensis obiit, ex auctore vitæ Amedei de Rossilione, Episcopi Valentiæ ac Diæ primi. Cæterùm Gregorius x. Pontif. Max. Episcopatum Diensem vniuit Valentino, bullâ datâ Viennæ 7. Calend. Octob. Pontificatus 4. cuius exemplar relatum est in Catalogo Valentinensium Præsulum. Nec ab re erit, si nominum Episcoporum Diensium simul & Valentinorum indiculum ad nostra vsque tèmpora texamus.

Geneve. Comme cy dessus.

44. AMEDEVS DE ROVSSILLON II. Episcopus Valentinus 1276. incepit esse Diensis anno 1276.

45. IACOBVS DE GENEVE I. 1282.

46. GVILLELMVS DE ROVS- A
1298. SILLON I. 1298.

47. AIMARVS DE LA VOVTE Episcopus & Comes an. 1331. 4. Maij ex actis Consistorialibus Vaticani.

1336. 48. HENRICVS DE VILLARS I. an. 1336.

49. PETRVS DE CHASLVS III. an. 1343.

50. IOANNES IOFEVRI I. an. 1352.

1354. 51. LVDOVICVS DE VILLARS, I. B
an. 1354.

52. GVILLELMVS DE LA VOVTE II. 1379.

53. AMEDEVS DE SALVCES III. 1385. Anticardinalis creatus à Clemente VII.

1388. 54. HENRICVS II. 1388.

55. IOANNES DE POITIERS II. 1390.

56. LVDOVICVS DE POITIERS II. 1448.

57. GERARDVS DE CRVSSOL
1468. an. 1468.

58. IOANNES DE BATARNAY III. 1472.

59. ANTONIVS DE BALSAC I. an. 1474.

60. IOANNES D'ESPINAY IV.
1491. an. 1491.

61. GASPAR DE TOVRNON an. 1503.

62. IOANNES DE LORRAINE V. D
Cardinalis 1521.

63. FRANCISCVS DE CLER-
1524. MONT DE LODEVE Cardinalis an. 1524.

64. ANTONIVS DE VESC II. an. 1531.

65. IACOBVS DE TOVRNON II. 1537.

66. IOANNES DE MONLVC,
1553. VI. 1553.

67. CAROLVS DE GELAS DE LEBERON 1580. 1580.

68. PETRVS-ANDREAS DE GELAS DE LEBERON.

69. CAROLVS-IACOBVS DE GELAS DE LEBERON 1624.

70. DANIEL DE COSNAC Episcopus Diensis & Valentinus se- 1654.
det ab anno 1654.

DINIENSES

EPISCOPI.

PLINII & Ptolęmæi temporibus non contemnendi nominis fuit Dinia ciuitas, quæ & Dina, Diniensium, Dinea, Dignia, nunc Digna, appellatur; & vt legitur variâ nomenclaturâ Dineensis vrbs, Dienensis, Digniensis, ac Dignensis. Hæc quondam pagi regionisque caput extitit, nimirum Ebroduntij, de quo Plinius refert, *tam Auanticos, quàm Ebroduntios, quorum oppidum Dinia, à Galbâ Imperatore formulæ adiectos*, id est Narbonensi Prouinciæ aggregatos, cùm anteà Inalpinæ adscriberentur. Et Ptolęmæus gentem eam, cuius caput ęst Dinia, appellat Sentios, ait námque, *Vocontiis, & Mimenis magis Orientales sunt Sentij, quorum ciuitas mediterranea est Dinia*. Eam Bloduna, vel Bledona amnis, qui varios sinus efficit, mediam alluit, ac quarto dehinc lapide in Druentiam fluuium labitur. Sub Metropoli autem Ebreduno prouinciæ Maritimarum Alpium, in Notitiâ Prouinciarum inter Suffraganeas sedes, primas tenet, agnoscens Parlamentum Aquarum-Sextiarum in Prouinciâ, quò lites vltimâ controuersiâ dirimuntur. Fuit porrò ab annis plusquàm octingentis Dinia in Ciuitatem ac Burgum distincta: Ciuitas quidem excitata fuit ad radicem montis formâ penè ouali, in summâ parte conspicitur turris Taliasia vocata; ad extremum radicis montis rupes eminet, supra quam constructum olim fuit Episcopale castrum, cuius nunc rudera supersunt. Tres portæ vrbis præcipuæ extant, vna

Dioni in Pro cacc sur la Bleo- ce.

C

vna Trauersiæ, alia Balneorum, tertia portale Galberti. **A** Burgi situs iacet in conualle, quam ad vnam leucam fluuiolus Mardaricus haud procul à mœnibus ciuitatis præterfluit, & in eo visitur Basilica Cathedralis. Cæterùm ciuitatis dominium fuit quondam inter Principem & Episcopum commune, námque proclamationes publicæ coniunctim auctoritate Baiuli Regij, & Clauarij Episcopalis proclamari solebant, vnde conuentio habita est inter Principem & Episcopum an. 1257. Ibidem constitutus est Prosenescallus primarius, ac alij Magistratus. Burgi tota **B** iurisdictio directo iure pertinet ad Ecclesiæ Præpositum cessione Principis Raimundi Berengarij primi an. 1221. sunt & in vrbe Magistratus Municipales, quos Consules vocant. Porrò de Diniæ situ & descriptione, thermis, & aliis consimilibus obseruatione dignis fusè Gassendus in suâ Notitiâ edisseruit; solùm adnotare cùm illo oportunum est, nullo argumento niti eos, qui affirmant Diniam Metropolim fuisse, & sic legendum suadent ex Notitiâ illâ Diœceseon, quæ habetur apud editionem Conciliorum Binij; haud dubiè enim Dinia fuit sub Metropoli Ebredunensi. Primaria Ecclesia B. Mariam Virginem veneratur, non vt Massonus putauit B. Domnino sacram; traditione autem fertur in tabulariis, eam ipsam à Carolo Magno Imperatore constructam, quod & continet Bulla archiuij Ecclesiæ. Post Præpositum qui in Choro & Capitulo primas obtinet, Dignitates censentur Archidiaconus, Sacrista, Præcentor. Intra vrbem visuntur B. Hieronymi basilica, Conuentus Fratrum Minorum, S. Trinitatis de Redemptione Captiuorum, Recollectorum, in suburbio Solarij boum: Monialium **D** de Visitatione, & S. Vrsulæ. Sed notare hoc loco iuuat, minùs rectè in Notitiâ Diœceseon vniuersalis Ecclesiæ, commemorari in Diniensi Abbatias duas, vnam de Trucheto, seu de Clucheireto, Ordinis S. Benedicti; aliam B. Mariæ de Villâ veteri, Cistercienfis Ordinis, quæ nunc sunt tantùm Prioratus, cùm olim Abbatiæ fuerint. Prætermus complura de vrbe & Ecclesiâ Diniensi, quæ operæpretium esset conscribere, nisi recensenda occurreret series Episcoporum Diniensium, qui huc vsque sparsim è monumentis, cartisque vetustis innotuêre; eos verò laboriosè admodum ac diligenter conquisiuit, & ad patriæ, Ecclesiæq; decorem ex ordine digessit vir eruditione ac scriptorum elegantiâ clarus Petrus Gassendus, Diniensis Ecclesiæ Præpositus, parte tertiâ Notitiæ Ecclesiæ Diniensis, ex quâ plerá que hausimus.

I. S. Domninvs primus Diniensium Episcopus præfuisse videtur Ecclesiæ suæ ab anno circiter 313. vel 313. 315. ad vsque an. 340. Is ex Africâ cùm S. Marcellino & Vincentio in Europam venit, & Romæ salutato Pôtifice Eusebio, cùm eidem Marcellino in Ebredunensi Ecclesiâ constituendâ adiutor laborasset, Diniam accessit; videlicet in Legendario veteri officiorum in festo S. Marcelli primi Ebredunensium Pontificis hæc verba sunt: *dimissis sociis in Diniensium ciuitatem, sacratoque illic posteà Domnino in Episcopum, in eo assiduè incubuit, vt prædicatione, exemplo & signis stabiliret fidem.* Et iterum in Lectionibus S. **C** Domnini, cuius Officium ab omni memoriâ celebratum est in Diniensi Ecclesiâ sub titulo Confessoris & Pontificis, Idibus, seu die Februarij XIII. ita legitur: *Domninus ex Africâ oriundus, cùm zelo Christianæ religionis arderet, vnà cùm comite Vincentio sequutus est Marcellinum Ebredunensium Antistitem, quo tempore ille Romam appulit, Constantino iam imperante salutauit. Sed & simul cùm Marcellino in Galliam Inalpinam missus, operam assiduam illi præstitit, donec fides Christi in Ebredunensium ciuitate, & circumuicinâ regione disseminata radices egit. Tunc verò à Marcellino dimissus cùm Vincentio est, fidem vlteriùs propagaturus. Constituit autem ad Diniensium ciuitatem accedere, in qua idolorum cultores & Christianis nominis osores esse fama erat.* Er post aliqua pergit: *cùm posteà etiam procurasset construi Ecclesiam in honorem Deiparæ Virginis, adfuit Marcellinus eam consecraturus, qui & simul consecrauit Domninum in Episcopum. Cœpit intereà Ecclesia Dei in Oriente laborare propter Arrianam hæresim; sacráque Synodus Nicæna per ea tempora*

celebrata est. Domninus autem tenerum gregem indefesso labore pascens, illum in confessione Sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis perseuerantem continuit. Tandem verò cùm sese iam propè deficere sentiret, postquàm hortatus est Vincentium, vt curam gregis susciperet, imperante iam Constantio, Idibus Februarij migrauit ad Dominum. Sacrum eius caput cùm altero brachio in Diniensi Ecclesiâ adseruatur hactenus, venerationique habetur. Ita habent Martyrologia varia. Massonus autem sic: *Diniensis Ecclesia dicata est Donino, (non Domnino) Martyri, qui apud Iuliam viâ Claudiâ Martyr sub Maximiniano fuit. Qui, cùm vellet persecutionis rabiem declinare, protinus insequutus, & nihilominus gladio transuerberatus gloriosè occubuit; quantum relatum reperimus apud Vsuardum.* Quo loco videre licet, dictum scriptorem tum non ritè didicisse cui Diuorum Ecclesia Diniensis consecrata sit, (est scilicet B. Mariæ non Diuo Domnino sacra) tum confudisse Domninum celebrem illum Martyrem cùm Confessore Diniensi. Quippe ita legitur apud Gassendum. Meliùs ante Volaterannus eosdem distinxerat, nam mentione Martyris factâ: *alius item*, inquit, *Confessor* (perperam, opinatur Gassendus, legitur Professor) *ex Africâ pulsus, vnà cùm Vincentio & Marcellino Præsule Ebredunensi, in quâ etiam vrbe sepultus. Eius festum colitur* 12. *Calend. Maij.* Vbi obseruandum est Volaterranum gratis diuinare viros sanctos, vi persecutionis pulsos potiùs, quàm motu diuino in Europam aduenisse, ac malè etiam colligere ex quibusdam Martyrologiis humatum esse D. Domninum, & coli eius festum Ebreduni 12. Calend. Maij, potiùs quàm Diniæ Idibus Februarij. Cùm autem à Marcellino Ebredunensi consecratus sit, vt dictum ex ipsius Legendâ, & vixerit tempore Synodi Nicænæ, incertum est quo tempore obierit: certè mortuus. conijcitur iam grandæuus & ætate prouectior Vincentio, idcirco mortem ipsius incidisse non improbabilis est coniectura ad
340. annum circiter Christi 340. cùm Ecclesiæ suæ curam D. Vincentio commisisset.

2. S. VINCENTIVS Domnini sodalis ac successor, ita asserunt vetusta quæque Legendaria, traditio fastorum Ecclesiæ, nonnulláque argumenta, è quibus Domnino suffectum liquet; tametsi martyrologia quædam eum priorem assignent: nam inter ea quæ affert Gassendus ex relatione viri admodum eruditi Policarpi Riuieræ Cartusiani, id vel maximè arguit Domniuum Vincentio anteriorem, quòd cùm in Europam traiecissent circa annum sæculi 310. non potuit Vincentius prior sedem tenere, qui anno etiam 374. interfuisse reperitur Synodo Valentinæ. Is ergo fuit sancti Domnini comes indiuiduus, illique suffectus ad annum circiter 340. vitam produxit ad annum 375. aut ampliùs: obiisse nempe videtur non longè post quàm rediit ex Valentino Concilio, cui interfuit anno 374. vti 374.
ex antedictis constat. Communis autem semper fit de eo, & de sancto Domnino mentio in omnibus martyrologiis; nam in Legendario vbi celebratur festum 11. Calendas Februarij, id est die 22. Ianuarij, verba ista memorantur: *Vincentius Africanus, tanto feruore Christi fidem à teneris annis suscepit, vt Marcellino Ebredunensium, & Domnino Diniensium primis posteà Præsulibus di[...]ntibus in Europam, sese testium, tametsi adhuc adolescens, adiunxerit. Salutato simul cùm illis beato Papâ Eusebio, qui circa initia imperij Constantini sedem tenuit, accessit pariter cùm ipsis ad Alpes Maritimas, ac in iis Ebredunum, vbi Marcellino minister, adiutórque strenuus fuit. Discessit etiam postea Diniam, comes Domnino indiuiduus, & quâ erat facundiâ, persuadendique gratiâ, non parùm auxiliatus est in conuertendis ad Christum, confirmandisque in fide animis Diniensium prius deditis idololatriæ. Et voluit quidem illi Domninus Episcopatum cedere; sed, quâ humilitate fuit, perpetuo munere Leuitæ Domnino fungi maluit. Quin Domnino etiam mortuo, vix tandem coactus suffragiis communibus Episcopatum assumpsit; in quo tot, tantaque virtutis specimina edidit, tanta comitate, atque eloquentiâ omnium animos conciliauit, vt aliquoties quasi obrutus quæsierit solitudines, in quas secedens, orationi, hymnisque psallendis*

quietiùs vacaret. Tanta quoque in illo A *fuit miraculorum gratia, vt & solo vestium contactu infirmos sanauerit, & solâ præsentiâ, atque oratione tum dæmones fugauerit, tum mortuos etiam suscitarit. Fortiter præterea hæresi Arrianæ se opposuit; ac non modò commissum gregem in antiquâ fide continuit, sed etiam accurrit, cùm ad partes alias, tum præsertim Ebredunum, quò labem illam à defuncto beato Præsule Marcellino serpere acceperat. Hinc variæ illi ab Arrianis tenduntur insidiæ, & quibus temporibus B. Eusebius Vercellensis, ac Dionysius Mediolanensis sunt diuersimodè vexati, ipse aliquando in itinere comprehensus,* B *ita flagellis exceptus fuit, vt parùm abfuerit, quin inter tormenta animam efflaret. Adfuit postmodum ætate prouectus Valentino Concilio primo, cùm Artemio Ebredunensi, aliisque Præsulibus, anno salutiferi partus 374. neque multò post senio, & laboribus, quos pro Christi nomine subierat, lassus, spiritum Deo reddidit. Caput eius sanctum, cum altero brachio asseruatur adhuc, colitúrque in Diniensi Ecclesiâ, quæ & illius celebrat festum 11. Calend. Februarij; Translationem verò capitis ipsius 3. Nonas Iulij.* Et in Romano Cardinalis Baronij C Martyrologio ad 12. Calend. Maij » hæc verba referuntur: Ebreduni in » Galliis S. Marcellini primi eiusdem » vrbis Episcopi, qui Dei monitu cùm » Sanctis sociis Vincentio & Domnino » ex Africâ veniens, maximam par» tem Alpium Maritimarum verbo & » signis admirandis, quibus vsque ho» die refulget ad Christi fidem conuertit. Idem scilicet attestantur Martyrologia Adonis & Vsuardi. Eadem ne longum faciamus, repetit Petrus de Natalibus, qui cùm cætera ex Adone desumpsit, tum illud adiecit: *socij verò eius* (supple Marcellini) *Confessores Christi in Domino dormierunt* D *apud Diniensium* (non vt vulgò legi» tur Cluniensium) *vrbem conditi.* At » Beda in Martyrologio, & ante illum » Gregorius Turonensis lib. de Glo» riâ Confess. vti vnius non memine» runt, ita nec alterius, & videmus » quidem Vincentium semper priore » loco memorari. Sed ne putes illum » propterea Priorem ex duobus Epis» copum fuisse, suadent cùm traditio, » tum vetusta legendaria: habemus ex » istis, Vincentium fuisse eloquentis» simum, quapropter potuit maiorem quandam celebritatem adipisci, & « priore loco in primo Martyrologio « nominatus, sic nominari in cæteris: « & hæc obseruauit doctus Gassendus. « Porrò festum S. Vincentij celebrari XI. Calend. Februarij omni memoriâ superius est; an tamen conuenerit illud eodem die quo S. Vincentius occubuit, an certo consilio factum fuerit, nobis incompertum; illud memorabile est, alium adhuc D. Vincentium & ipsum Martyrem, comitémque Sanctorum Orontij & Victoris eodem die coli Ebreduni, quod Martyrologia etiam omnia meminerunt. At verò prætermitti hîc non debet, pleròsque falsò inseruisse catalogo Diniensium Episcoporum, Nicasium, qui Diensis reuerâ Præsul fuit in Prouinciâ Viennensi, nunquam verò huius Diniensis Ecclesiæ in Prouinciâ Alpium Maritimarum: & solus iste Nicasius, vt memoratum est, ex Episcopis Galliarum inter 318. Patres celeberrimæ Synodo Nicænæ interfuit. Astruunt verò Nicasium Sedi Diniensi Fronto Ducæus, Papirius Masso, Robertus, Galterius, Petrus Saxius in Arelatensi Pontificio, & alij, quòd autem ex Præsulum diptychis expungatur, penes Legendarium sit fides; & Gassendus adductum se fatetur scriptis Riuieræ Cartusiani: videlicet D. Vincentium superuixisse adhuc ætate Synodi Valentinæ, id est annis 49. post Nicænam, & post Mediolanensem 19. probátque legi debere in subscriptionibus Synodi Diensem, cùm Nicasius ille certò esset huius Ecclesiæ Pontifex: intérque cætera, hanc suam assertionem probat ex Apostolico diplomate Legationis Galliarum collatæ Hugoni Pontifici Diensi anno 1076. Atque hæc de Nicasij vel expungendi, vel restituendi suæ Ecclesiæ tabulariis dicta sufficiant; de quo consule fusiùs Gassendum in Notitiâ suâ Diniensis Ecclesiæ c. 8.

3. Nectarius post Vincentium collocatur; quod autem inter eumdem & hunc intercesserit altum silentium de Episcopis, argumento est, quòd sederit Nectarius an. 439. 439.
quo tempore nempe celebrata est Synodus Reiensis ad deponendum Armentarium Ebredunensem Anti-

ſtitem, quia fuerat contra reuerendas Patrum conſtitutiones ordinatus. Fuiſſe tamen illum Dinienſem, non alterius diœceſeos Præſulem, tametſi id ex Epiſcoporum qui Synodo interfuêre chirographo non liquet, debere citato iam ante Patri Ripereo fatetur Gaſſendus, & ipſemet quoque ſe id accepiſſe tradit à Ioanne Sauarono, addens reperiri etiam Nectarij mentionem ad an-
451. num 451. vti & Ruſtici Narbonenſis, Venerij Maſſilienſis, & aliorum Epiſcoporum: viderique hunc eſſe Nectarium, de quo habetur mentio in vitâ S. Hilarij Arelatenſis ſcriptâ per Rauennium.

4. MEMORIALIS, quem ſubrogatum fuiſſe Nectario haud certis argumentis innoteſcit: enimuerò conſtat vnà cùm Epiſcopis comprouincialibus ad Hilarum Papam ſcripſiſſe in controuerſiâ Dienſis Epiſcopi à Viennenſi conſecrati an-
463. no 463.

5. PENTADIVS ita ſcribitur in antiquis Galliæ Conciliis Sirmondi, cùm in editione Conciliorum generalium Binij ſcribatur Pendaſius; reperitur iſte inter Prælatos qui ſubſcripsêre Agathenſi Concilio tem-
506. pore Alarici Regis anno 506. mediatè, an immediatè ipſi Memoriali ſucceſſerit, adhuc incompertum.

6. PORTIANVS vnà cum Agroecio Epiſcopo Antipolis ſubſcripſit Arelatenſi Concilio 4. an. 524.
527. & Carpentoractenſi anno 527. Poteſt autem hic immediatè ſucceſſiſſe Pentadio, cùm præſertim Auentium ab hoc interſtitio excluſerit Gaſſendus probatione deſtitutus, quâ Sæculatius, qui adfuit Epaonenſi Synodo anno 517. Dinienſi potiùs quàm Dienſi adſcribatur Eccleſiæ, referente videlicet Galterio in Chronologiâ vtrumque legi.

7. HILARIVS potuit ſedem inire poſt Portianum; legitur nempe in chirographis Synodi Aurelianenſis v. adſcriptus nomine Epiſcopi Eccleſiæ
549. Dinienſis 549. item Aruernenſi 2. eodem anno; vbi adnotare conuenit, quanquam ſubſcripſerit ibidem Baſilius Dinienſis Præſul, errorem incidiſſe, quod ſcriptum videatur Dinienſis, pro Glandauenſi, vti ex collatione citati Concilij Aurelianenſis patet. Denique adfuit Synodo 554.
Arelatenſi 5. anno 554.

8. HERACLIVS tribus Conciliis item ſubſcripſit, Pariſienſi 4. videlicet, congregato anno 573. deinde anno 581. Matiſconenſi 1. & 2. anno 581.
585. hic nota quòd aliquibus detractione literæ primæ lectum fuiſſet Eraclius, & confuſione literarum P. in literam D. Eradius, ac metatheſi tandem Aredius; factum videri, vt Aredius Epiſcopus Dinienſis creditus, ac non modò pro hoc Heraclio, ſed etiam pro ſuperiori Hilario fuerit habitus: idque tam in citato Aurelianenſi Concilio 5. quàm ex Pariſienſi 2. vt ex ſubſcriptionibus conſtat; & quamuis in hoc poſteriori legatur, Aredius Epiſcopus « Dien. ſubſcripſi, intellige (in editione Conciliorum generalium; nam apud Sirmondum nihil tale extat) in margine tamen legitur, *Eraclius, Eradius Dignen.* Et Fronto Ducæus ſic habet; *in Aurelianenſi Concilio v. ſubſcripſit Aredius Epiſcopus Dinienſis Eccleſiæ, qui & in Pariſienſi malè Dienſis appellatur. Quod autem in margine additur, Dignen. propiùs ad nomen vernaculum ciuitatis illius, in Comitatu Prouinciæ accedit, quæ Gallis noſtris Digne.*

9. AGAPIVS & BOBO memorantur in Concilio Cabilonenſi celebrato anno 650. in cuius Canone 650
20. ita ſcribitur: *Agapium verò & Bobonem Dinienſis vrbis Epiſcopos, pro eo, quod ipſos contra ſtatuta Canonum in multis conditionibus erraſſe, vel deliquiſſe cognouimus, ipſos iuxta tenorem Canonum, ab omni Epiſcopatuum ordine decreuimus degradare.* An alter, alterius creatus fuerit Coadiutor, an paribus ſuffragiis vterque factus Epiſcopus, & quia nec vnus priorem, nec alius parem vellet, tumultus excitauerint, an aliâ ratione reliquerint, aſſeri à nobis non poteſt; adnotandum ſolùm videri Bobonem reſtitutum poſteriùs, ſi is præſertim Bobo eſt, qui nouem poſt annos legitur inter Epiſcopos qui poſt Clodoueum Regem in Clipiacenſi ſub-

scripsere priuilegio monasterij sancti Dionysij.

10. RAGAMBALDVS an. 787. legitur adfuisse Concilio Narbonen-
788 si anno 788. apud Catellum: post quem diuturnum fuit Interpontificium, aut longè ignota Episcoporum successio per plura sæcula, námque:

11. EMINVS reperitur subscriptus in cartâ donationis factæ per Radonem Archiepiscopum Ebredunensem Ecclesiæ S. Mariæ ad Ilio-
1025. nem anno 1025. regnante Rodulpho Rege.

12. HVGO I. viuebat anno Incarnati Domini 1040. námque in schedâ Idibus Octobris confectâ
1040. hæc legere est verba: *Anno 1040. Idibus Octobr. Vgo Diniensis Episcopus cùm Ismidone Ebredunensi, Raimbaudo Arelatensi, Petro Aquensi, Leodegario Viennensi, & aliis Prouinciæ Prælatis, Massiliæ subscripsit priuilegium per Benedictum Papam IX. concessum monasterio S. Victoris Massiliensis.* Donauit cœnobio Beati Victoris Massiliensis medietatem decimarum loci de Chaudol, eo pacto, vt Religiosi anniuersarium celebrarent Diniæ in Cathedrali, & 200. libras ceræ persoluerent: ex tabulario Victorino.

13. LAVGERIVS memoratur in cartâ in gratiam Ecclesiæ S. Cæciliæ in Comitatu Ebredunensi per Gui-
1065. ramannum Archipræsulem an. 1065. conscriptâ.

14. GVIDO, cuius notitia quoque eruitur è transactionis instrumento veteri inter Abbatem S. Victoris Massiliensis & Isoardum No-
1146. thum confecto anno 1146. coram Guillelmo Archiepiscopo Ebredunensi. Cæterùm manifestum est sequi hiatum annorum octoginta inter Laugerium, & Guidonem, in quem si coniicimus Episcopos aliquot, quorum nomina quidem nota, ac etiam dies obitus, at non anni, seu tempora quibus sedem occuparunt; nescimus an ritè egerimus, vti loquamur cùm Gassendo. Verùm cùm tacendi non sint, nec ratio vlla sit quæ suadeat alibi potiùs intexiendos, nihil fortè obest hic eos memorare, donec locus magis idoneus quo recenseantur, innotescat. Nomina eorum deprompta sunt ex veteri Martyrologio, in Ecclesiâ Diniensi legi solito ante receptum Officium iuxta Concilium Tridentinum, videlicet in margine adnotatæ res variæ fuerant, sed aliquot potissimùm Episcoporum obitus, idque nunc factâ, nunc prætermissâ annorum epochâ. Eorum videlicet nomina hoc ordine enumerat Gassendus in suâ Notitiâ.

15. HVGO DE VARS II. de quo videlicet ita legitur in citato Martyrologio ad diem 8. Calend. Februar. *Eodem die obiit Hugo de Vars Dignensis Episcopus.*

16. PETRVS ESMIDO I. ad diem 8. Calend. Martias de eo adscriptum margini Martyrologij hoc leges: *Eodem die Petrus Esmido Dignensis Episcopus obiit.* ESMIDO.

17. HVGO III. de hoc etiam in præfato Martyrologio verba ista reperies ad 3. Idus Martias: *Eodem die venerabilis Hugo istius Ecclesiæ Episcopus obiit; cuius anima requiescat in pace. Qui reliquit pro anniuersario suo 20. solidos Viannensium.*

18. PETRVS DE DROILLA II. sub diem 18. Calend. Maij hæc notabis: *eodem die Petrus de Droillâ electus huius Ecclesiæ Episcopus obiit.* DROILLA.

19. GVIGO, de quo tandem sic legitur ad 10. Calend. Iunias. *Eodem die Episcopus Guido huius Ecclesiæ obiit.* Attexi possent & alij tres Episcopi, vnus Guillelmus, & duo Bertrandi, de priore ad marginem Martyrologij ita legitur sub 15. Calend. Maij: *Eodem die Guillelmus Episcopus huius Ecclesiæ obiit.* Alter de quo sic ad 6. Nonas Iulias: *Eodem die Bertrandus fœlicis memoriæ Dignensis Episcopus obiit.* Tertius denique de quo ad 3. Nonas Decembris: *Eodem die Bertrandus huius Ecclesiæ Episcopus obiit.* Quia tamen Guillelmus esse potuit vnus ex infra memorandis, & Bertrandorum vnus esse Bertrandus de Segureto, alius verò, vnus ex referendis sub literâ B. idcirco ob eandem rationem

augere numerum nolimus. Sed iam seriem non interruptam Episcoporum describendam aggrediamur.

BENEVENT. 20. Vv. vel GVILLELMVS DE BENEVENTO I. Canonicus anteà Foroiuliensis Ecclesiæ, cuius memoria ex prædicti Capituli tabularis desumpta, in quibus videlicet habetur donatio quædam ab Hugone Præposito facta ipsis Præpositura, Ecclesiæ, & Canonicis: videlicet F.F. Antipolitano Episcopo & V. Giraldi Venciensi Episcopo & VV. de Beneuento Dignensi Electo, & Amelio Tolonensi Præposito, & Gaucerando, & B. de Cellans, & Maximo & aliis tam præsentibus quàm futuris, idque mense Iulio anni 1179.
1179. Eodem sedente Alexander 3. Papa dedit bullam in fauorem Diniensis Ecclesiæ anno 1180. Ex tabulis Cartusiæ Montisriui fuit religiosus illius loci: dubitat Gassendus an iste, vel alius cognominis Guillelmus de Beneuento fuerit Pontifex Ebredunensis Ecclesiæ; de eo tamen consule indicem nostrum Archiepiscoporum tomo I.

TVRRIAS. 21. B. forsitan BERTRANDVS DE TVRRIAS huius nomen occurrit in titulo pergameno Capituli de iure Mortalagij aooum denotans
1192. 1192. sed literâ tantùm initiali B. eius mentio ibidem expressa; carta seruatur etiamnum in archiuis cùm suo sigillo. Nominatur & B. de Turrias in transactione inter Priorem de Sexfurnis ac infantes Goffredi de Torreues scriptâ apud castrum Sexfurni anno 1196. 3. Calend. Martij 14. indict. vti obseruatur in tabulario D. Victoris Massiliensis; ex quo præsertim cognomen familiæ suæ deduximus, de quâ silet Gassendus in serie.

22. ISMIDO donationi interfuit Ecclesiarum S Clementis de Verneto, & S. Mariæ de Clochario cùm pertinentiis ipsarum, Abbatiæ S. Victoris Massiliensis per Raimbaudum
1206. de Belloioco anno 1206. Obstitit prima litera ne is habitus idem fuerit, qui Petrus Esmido anteà recitatus, ne adiiciamus Ismidonem videri nomen proprium, idque ex subscribendi ritu, cùm Esmido cognomen sit.

23. VVALO, seu GVALO DE DOMPIERRE, memoratur transtulisse S Mammetis reliquias 10 Lingonensem Ecclesiam tempore Roberti Præsulis eiusdem Cathedræ anno 1209. constat id ex auctore Anonymo, qui translationem eam exscripsit, quàmque legere est in Bibliothecâ Floriacensi. DOMPIERRE. 1209.

24. LANTELMVS obiit anno 1232. refert autem Gassendus Riuieram Cartusianum quemdam L. Diniensem Antistitem ad an. 1210. ex quibusdam tabulis eruisse, atque illustris etiam Peyreskius Prouinciæ suæ decus, significat ibidem in actis B. Victoris Massiliensis exscripsisse Vuillelmum Faraudum Thoramenæ dominum & Glandaueſiæ domus primarium, sese donasse huic monasterio coram L. Dignensi Præsule anno 1217 præthereà in titulo confirmationis ditionis Burgi per Raymundum Beregarium Dignensi Præpositen collatæ anno 1221. 8 Idus Martij ei legitur interfuisse L. Dignensis Episcopus. Sed vt veriùs de ipsius nomine constet, in margine memorati Martyrologij verba hæc existunt sub 2. Nouas Octobris: *Eodem die anno ab Incarnatione Domini 1232. obiit Lantelmus Dignensis Episcopus, qui reliquit pro anniuersario suo illud quod habebat, & tenebat in Molendino, quod est in exitu Burgi Digna, ad portam superiorem, & debet fieri anniuersarium suum die Martis post festum S. Martini.* Reperisse etiam Gassendus obseruauit in veteri indice Capitularium tabularum legi sub literâ L. *instrumenta duo donationis Molendini prope portam superiorem Burgi pro Præposito & Capitulo per V. D. Ludouicum Dignensem Episcopum.* At fine designatione diei, aut anni; sed quia scriptor Inuentarij potuit ex literâ L Ludouicum potiùs quàm Lantelmum conicere, idcirco per haoc annorum seriem Præsules duos, vnum Ludouicum, & alium Lantelmum non audemus agnoscere, cùm vnus Lantelmus, de quo magis constat, sufficere possit. 1217. 1232.

25. HVGO DE LAVDVNO III. videtur fuisse patruus Hugonis de Lauduno qui Præpositurae munus gessit ad annum 1281. legitur tamen LAVDVNO.

sine cognomine in archiuis Aquensibus & registro pergamenorum. Testis recensetur apud Siltaricum cùm Nicolao Cantore Dignensi, priuilegio Raymundi Berengarij Comitis & Marchionis Prouinciæ, dato mona-
1233. sterio Boscaudonensi 1213. 5. Calend. Ian. ex veteribus membranis Abbatiæ. Inter hominia Comiti Raimundo Berengario exhibita, & in confirmatione statutorum ac priuilegio-
» rum mentio habetur, Hugonis Di-
» gnensis, simul & Bonifacij Archidia-
» coni, Hugonis de Marcols tenen-
» tis locum Præpositi, duorúmque Ca-
» nonicorum pro se & Ecclesiis suis. Prætermittimus hîc alios articulos instrumenti, quos videre licet apud Gassendum, cartâ datâ Dignæ pri-
1237. die Idus Ianuarias 1237. sic autem reperitur inscriptum margini præfati Martyrologij ad 6. Idus Iulias. *Eodem die obiit venerabilis Pater Hugo de Lauduno quondam Episcopus, qui reliquit isti Ecclesiæ* XII. *anniuersaria facienda quolibet mense de* X. *solidis: sed primùm in istâ die sui obitus debet esse de* XX *solidis*. Rursùs in tabulario quod postmodum est conditum anno 1320.
» memoratur, Capellania per Reu. in
» Christo Patrem Hugonem de Lau-
» duno, quondam Dignensem Episco-
» pum relicta Ecclesiæ.

1247. 26. AMBLARVS anno 1247. ex tabulario Vencìensis Ecclesiæ, de quo ad Martyrologij marginem reperies verba ista sub 13. Cal. Octobris: *Eodem die venerabilis Pater Amblarus huius Ecclesiæ Episcopus obiit.* Fertur autem idem esse ac is, cuius nomen inter documenta Cartusiæ Montisriui vix legitur, necnon & Archipræsulis Aquensis, cùm quo simul, & Benedicto Massiliæ, ac Fulcone Reiensi Episcopis, primarium altare cœnobij illius benedixerit an-
1252. no 1252. 4. Nonas Octobris. Notat porrò Gassendus adeò deuotum erga religionem S. Antonij tum extitisse, ex compendij Historiæ Antonianæ parte 3. cap. 15. vt abiectis infulis, Cartusianorum vestem induerit anno 1256. in Excubiarum Cartusiâ, in montibus Delphinatus sitâ, cui & nonnullis aliis, nempe Durbonensi, ac de Prato-Baionensi plurimùm benefecerit. Quin & piè admodum vixit, prædixitque etiam futura, nominatim verò Bernardi Generalis Cartusiæ obitum anno 1257. cuius vitam MS. elucubrauit Laicardus quidam Cartusiani Ordinis alumnus, in quâ videlicet memorat ipsum prophetiæ dono claruisse. Defunctus est autem 13. Calend. Octobris.

27. BONIFACIVS præesse potuit ab anno 1257. & in compromisso 1257.
inter ipsum ac Carolum Andegauensem Comitem Prouinciæ, pro iurisdictione temporali & dominio ciuitatis Dignensis memoratur an. 1258. in registro archiuij vrbis signato B. cùm verò compertum sit in margine citati Martyrologij sub 8. Calend. Iunias legi ista: *Eodem die Bonifacius venerabilis huius Ecclesiæ Episcopus obiit anno Incarnat. Domini 1278. in die Ascensionis Domini.* Et cùm potuerit Bo- 1278.
nifacius sedere ab an. 1257. id est per annos 21. idcirco potiùs quàm duplicem, facere vnum libet vnâ cùm Gassendo, eundemque cùm eo qui reperitur nominatus solâ literâ B. tum in superiùs citato registro pergameno, tum in altero Pedis nuncupato, archiuij Aquensis: illuc scilicet legitur: *Anno Domini 1257. die Dominicâ in crastinum S. Michaelis, constet quidem hoc publico instrumento, quod cùm super diuersis articulis & castibus ratione iurisdictionis ac dominij Dignensis ciuitatis & territorij, & aliis varijs quæstionibus, inter excellentissimum dominum Carolum filium Regis Francorum Andegauensis prouinciæ Comitem, & Marchionem Prouinciæ, suo, & illustris dominæ B. vxoris suæ, earumdem ciuitatum, Comitissæ & Marchionissæ Prouinciæ nomine ex vnâ parte, & venerabilem Patrem B. Dignensem Episcopum, suo, & Episcopatus sui, ac Dignensis Ecclesiæ nomine ex alterâ, diuersi generis essent orta, tandem præfatus dominus Comes pro se & Comitissâ supradictâ, & eâ volente, ac dominus Episcopus supradictus pro se & Episcopatu, ac Dignensi Ecclesiâ, de consilio & voluntate Hugonis de Marcols Archidiaconi, Magistri Imberti Archipresbyteri, & R. de Eusciná Canonicorum Dignensium, necnon & totius Capituli sui compromiserunt supradictæ partes &c.*

28. GVILLELMVS PORCELLET II. ex illustri & perantiquâ familiâ Porcelletorum in Prouinciâ, Porcellet. D'or au sanglier de sable.

1290. Episcopatum regebat anno 1290. quo nimirum, notatur quædam ordinasse ex licentiâ sibi indultâ à Capitulo, circa distinctionem præbendarum, & assignationem distributionum; confirmatur autem annus ex libro Statutorum qui ita habet: *Hæc statuta quæ nos Frater R. de Medullione Dei patientiâ Sanctæ Ebredunensis Ecclesiæ Archiepiscopus, per dominum Henricum bonæ memoriæ Ebredunensem Archiepiscopum, ac postmodum Ostiensem Episcopum comperimus esse facta; vnà cum venerabilibus Fratribus G. Dignensi B. Glandaten. Lant. Grassensi, B. Senescensi, Hugone Niciensi, & Guillelmo Venciensi Dei gratiâ Episcopis Suffraganeis nostris, fratre P. Abbate Bosc.audun. ac procuratoribus Capitulorum Ecclesiarum ipsorum, constituti in nostro Prouinciali Concilio apud Ebredun. anno Domini 1290. die Sabathi ante Assumptionem B. Virginis euocato.* Idem præ-
1294. fuisse memoratur anno 1294. ac die 24. Nouembr. quidpiam simile superioribus statutis ordinasse. Cæterum hunc eundem esse putamus cùm illo Guillelmo Porcello, cuius extant statuta varia in statutorũ serie Dieniensi; neque obstat quòd hic Porcellus, illic Porcelletus dicatur, cùm vtraque denominatio illi familiæ conueniat; obstaret magis series quâ statuta digesta sunt; nempe, quæ Guillelmo Porcello tribuuntur, recensentur post statuta tum Raynaudi Porcelleti, tum Guillelmi de Sabrano. At in statutis congerendis habitam non fuisse temporum rationem ex eo intelligimus, quòd certis indiciis constet memoratum Iacobum Ebredunensem Archiepiscopum, inter Henricum qui fuit Cardinalis Ostiensis, & Raymundum de Medullione intercessisse, & statuta tamen Iacobi referuntur post ea, quæ R. de Medullione cùm Guillelmo Porcelleto, & cæteris condidit.

PORCELLET. 29. RAYNALDVS PORCELLET anteà Diniensis Ecclesiæ Sacrista, ex eodem sanguine Porcelletorum genitus: filius scilicet Ioannis Militis & Alisettæ, filiæ Elizarij de Sabrano,
1303. ac Ceciliæ de Aguto. Hic an. 1303. 2. die Ianuarij cùm iam esset promotus ad Episcopatum, licentiam obtinuit meritorum, ergo à Capitulo, conferendi Sacristiam, cui expedire iudicaret de gremio Ecclesiæ, videlicet pro eâ vice tantùm, & modò id fieret intra diem Martis proximum, qui fuit 7. Ianuarij: dedit etiam Capitulum die 7. prorogationem in diem IX. quâ demum Raynaudus Sacristiæ beneficium viro idoneo contulit, approbante generali Capitulo. Subiungit autem ipsum Guillelmo Porcelleto Gassendus, tum quòd videatur congruum, vt ex eadem familiâ immediatè successerit, tum quod ipse esse alius non videatur ab illo Raynaldo, cuius legitur recognitio atque hominij formula Regi Aquis Sextiis exhibita anno 1303. mense Martio, præsente domino P. Sistaricensi Episcopo, quódque in archiuis publicis Aquensibus reperitur. Porrò memoria huius Raynaudi adhuc venerationi habetur; quantumuis enim nullum vetus monimentum inuenimus, quo habitus fuisse Sanctus comprobetur, nominetúrque solùm vt alij Episcopi Dominus Raynaudus in Inuentario tabularij Capituli, nihilominus tamen à patrum memoriâ appellari Sanctum auctor est Gassendus noster; extátque sacellum conditum ab ipso in Cathedrali basilicâ, (quod etiamnum gestat domus Porcelletanæ insignia in vmbilico fornicis) quod ab annis plusquam ducentis nuncupatur Capella S. Raynaudi.

30. ARMANDVS, creatur Episcopus 1318. ex libro Obligationum Vaticani: in cartulario Diniensi hic bis autem memoratur, nam scribitur ibi congregatum Capitulum in domo Præposituræ absentibus quidem « nonnullis Ecclesiæ Canonicis, tum « etiam Reuerendo in Christo Patre « domino Armando Dei gratiâ Di- « gnensi Episcopo, in Romanâ Curiâ « commorante: vnde rursus in fine « cartularij refertur collata Vicaria domestico cuidam eiusdem Armandi Episcopi licet absenti, & ista quidem anno 1320. die 11. Nouembr. Omittimus & in continuatione eiusdem cartularij anno 1340. factâ, contineri Inuentarium Capellæ, Dalmaticarum, & aliorum huiusmodi ornamentorum Pontificalium, quæ fuere Armandi Dignensis Episcopi. 1318. 1320.

31. GVILLELMVS DE SABRAN III. SABRAN.

de

De gueules au lion d'or labouré & écartelé d'escul[...] de Barcelône, qui sont d'or à 4 paux de gueules.

de illustri prosapiâ de Sabrano genitus: patre Elziario toparchâ Vcetensi, & Cæciliâ de Agouto, fratrem habuit Ermengaldum Magnum apud Neapolitanos, vt tunc vocabant, Iustitiarium, qui ex Laudunâ Albâ, S. Elziarium Ariani Comitem, & B. Delphinæ maritum sustulit. Sorores ei fuêre Alisettâ de Sabrano Raynaldi Porcelleti Episcopi mater, necnon Burgola Elziarij de Villanouâ Antistitis infra memorandi genitrix, cuius proinde auunculus, & Raynaldi ipsius antecessoris, sed & B. Elziarij patruus extitit. Statuta
1324. condidit anno 1324. mense Augusto, quo anno pariter legitur 24. Aprilis in dicto Obligationum codice. De illo fit mentio in citato Inuentario Diniensi. Porrò ex Abbatum D. Victoris Massiliensis elencho dicitur electus Abbas 1293. rexisse autem cœnobium annis 32. atque Dignensem Antistitem etiam sub finem vitæ extitisse; quin & obseruat Peireskius Carolum 2. Regem illum appellasse consobrinum suum, ac mentionem illius fieri à S. Elziario in testamento. Electus quidem ad Episcopatum fertur haud longè ab anno 1320. ac debet obiisse 1325. vel potiùs anno memorato 1324. post ordinationem statutorum, quandoquidem, vt adiicit Gassendus, Abbas B. Victoris illius successor Guillelmus de Cardaliaco, Capitulum primum celebrauit in prædictâ Abbatiâ anno 1314.

32. GVILLELMVS IV. interfuit Concilio Auenionensi in æde
1326. sancti Ruffi celebrato 1326. mense Iunio, námque in actis initio recensentur ij qui Synodo interfuêre de Metropoli Ebredunensi, hâc formulâ: *dominus Bertrandus Ebredunensis Archiepiscopus, cùm venerabili in Christo Patre domino Falcone Venciensi Episcopo præsente; & cùm venerabilium in Christo Patrum dominorum Gaufridi Grassen. Rostagni Niciensis Guillelmi Dignen. Bertrandi Senescen. & A. Glandaten. Episcoporum Suffraganeorum ipsius procuratoribus sufficienter comparentibus.* Fuit verò fortassis illi Ebrardo cognomen, cùm inter prædictas Episcoporum Capellas, fiat mentio huius quæ fuit Guillelmi Ebradi. At is Guillelmo de Sabrano successisse potuit, cùm legatur vnus ex Canonicis illis qui statuta illi ordinanti adfuêre.

VILLANEVVE. De gueul'e semé de làces brisées & faux escus d'or.

33. ELZIARIVS DE VILLENEVVE, perillustri familiâ de Villanouâ in Prouinciâ satus erat, Arnaldo Barone de Arcubus, & de Trans, ex Burgolâ, aliis Sibyllâ de Sabrano Guillelmi Episcopi sorore. Canonicus primùm Foroiuliensis & Massiliensis extitit, Episcopatum autem assequutus, exhibuit homi-
nium anno 1334. die Octobris 10. Roberto Siciliæ Regi; quo eodem anno, mense Iunio consecrauit Ecclesiam monialium Cartusianarum in Cellâ Robaudi, Foroiuliensis diœceseos, in quâ tum viuebat S. Rossellina illius vel soror, vel ex fratre neptis, vbi hodiéque eius sacræ reliquiæ asseruantur in Ecclesiâ à Patribus Recollectis possessâ. Huius autem Elziarij statuta quædam circumferuntur, & in iis formula illa iuramenti, ad quam Iudæi inter contrabendum, ferendúmque aduersùs Christianos testimonium iurare adigerentur, sub diem Maij 22. 1341. die autem 17. 1341.
mensis Octobris testamenti tabulas condidit, & in martyrologio ad Nonas Octobris eodem anno ita legitur: "VII. Octobris obiit Elziarius Episcopus;" quò fit vt haud dubiè adfuerit Synodo alteri Aueniononensi celebratæ anno 1337. in cuius actis nomen eius literis El. expressum fuit. Cæterùm mira fuisse apparet Episcopi huius pietas, ex vario & multiplici apparatu ac pretio rerum, quibus locupletauit Ecclesiam, prout ex prædicto Inuentario colligitur; reliquias enim, seu sacra ossa asseruantur adhuc quas iste argento inclusit, atque exornauit. Is videtur vnà cùm Capitulo sacellum istud condidisse ad latus sinistrum maioris altaris, quod Sacristiæ vice iam est, & Capellæ sancti Elziarij nuncupationem semper obtinuit. Certè præter insignia Capituli, in fornice extant etiam Villanouana stemmata in eo capitello, cuius arcus inniritur ab angulo inter Meridiem & Ortum originem ducens,

Huius tempore, hoc eſt anno 1414. A
menſe Iulio celebratur Dignæ Con-
cilium, ſed quid decretum in eo fue-
rit, hactenus haud liquet. Denique
1431. mortuus dicitur anno 1431. die Mar-
tis 26. Februarij, computando nem-
pe ab Incarnatione, ſeu à die vſque
ad 25 Martij præcedentis; nam aliun-
de computando à Natiuitate, debuit
Februarius pertinere ad an. 1432. vt
& Ianuarius eiuſdem, quo condita
fuêre quædam ſtatuta.

Vercellis. 38. Petrvs de Vercellis iii.
Theologiæ, Iuris, rerúmque agen-
darum eximiè peritus fuit, vt ſigni- B
ficant illius duæ Orationes in Syno-
do Baſileenſi recitatæ, vna ad ipſum
Concilium, altera ad Imperatorem;
videlicet ei interfuit nomine Cleri
totius prouinciæ, atque Orator Lu-
douici 3. Hieruſalem ac Siciliæ Re-
gis, & Prouinciæ Comitis, extabant
autem MS. inter ſchedas bibliothecæ
Peireſkij. Et in priore quidem poſt-
quam mandatum Regis coram con-
ſeſſu Patrum expoſuit, hæc ſubiicit:
*Sunt etiam in patriâ alij Prælati, quo-
rum quidam ægritudine, & ſenio fracti,
alij tenues in facultatibus, alij fortes vi-* C
*ribus, quos velut oſſa Reipublicæ non
expedit his temporibus à patriâ recede-
re. Hos omnes repræſentando, excuſatos
haberi ſupplicamus, confidenter ad me-
moriam reducentes legem Dauid Regis,
in iſtis dudum obſeruatam, videlicet,
quòd euntibus ad prælium, & remanen-
tibus ad ſarcinas, æqua erit pars, &
par præmium.* Circa poſteriorem no-
tabilis eſt Imperatoris reſponſio: *Nos
multùm gaudemus audire bona de do-
mino Rege conſanguineo noſtro, & benè
recordamur de proximitate generis, &
confœderationibus habitis, & initis in-
ter nos & dominum patrem ſuum bonæ
memoriæ, qui ſi ſuperuixiſſet, ipſe do-* D
*minus Bituricenſis Dux, mala, quæ
nunc ſunt in Franciâ, non eſſent. Par-
cat ei Deus. Nos erimus ſemper parati
ad complacita domini Regis conſangui-
nei noſtri dilectiſſimi. Et vos benè vene-
ritis.* Regebat porrò Epiſcopatum
1433. Dinienſem ex titulo anni 1433. in-
terfuiſſe etiam deinde Florentino
Concilio patet ex ſubſcriptionibus
pridie Nonas Iulias 1439. legitur &
inter acta Ioannis Filioli tunc No-
tarij cùm anno 1445. fieret inuen-
tarium bonorum Epiſcopatus per do-

minum Petrum Turelure tunc Di-
gnenſem Epiſcopum, adſtitiſſe Guil-
lelmum Roſtagnum quondam Vi-
carium P. de Vercellis Dignenſis E-
piſcopi, & nunc moderni Epiſcopi
Meldenſis: permutauit autem Epiſ-
copatum Petrus non longè à Con-
cilio, & eodem anno 1439. contulit 1439.
Eccleſiæ 200. aureos ex pecuniâ ab
Eugenio IV. acceptâ pro negotiis
per eum in Græciâ benè geſtis: obiit
1446. 11. Nouembris, ac die ſequen-
ti horâ 10. ſepultus ad læuam maio-
ris altaris Meldenſis Eccleſiæ.

39. Gvillelmvs d'Estov- Estovteville. Comme cy deuant.
teville v. Cardinalis Admini-
ſtrator Epiſcopatus Dinienſis 1443.
qui fuit Prior Sancti Martini Pari-
ſienſis, & Eccleſiæ Andegauenſis 1443.
Archidiaconus Tranſligerenſis, non
Epiſcopus vti complures aſſerunt. Is
iuxta procurationis chirographum
ſcriptum Florentiæ anno 1439. im-
miſſus eſt in poſſeſſionem Sedis Di-
gnenſis die ſequentis Decembris 18.
quòd obſeruauit Filiolus in inſtru-
mento cartarum, procurationis acta
ſubiiciens, quibus Capitulum reſi-
dentiam expoſcit, & etiam inſinuari
Pontifici Maximo illud voluit, vt
expectando mandata Apoſtolica à
tranſlatione Petri de Vercellis in
Meldenſem Pontificem, ad electio-
nem non proceſſiſſet: fuit & Cardi-
nalis Guillelmus tituli Sanctorum
Silueſtri & Martini in Montibus,
factus quoque Epiſcopus Portuenſis
ac S.Rufinæ, & conſequenter Oſtien-
ſis ac Veliternenſis euaſit: præte-
reà Biterrenſis Eccleſiæ & Præſul,
tandem Archiepiſcopus Rotoma-
genſis vixit, maximâ quidem cùm
nominis celebritate, videlicet vt ge-
nere nobiliſſimus, ac Reges ipſos
conſanguinitate attinens, ita doctri-
nâ, religione, & munificentiâ in pios
vſus excelluit. Epiſcopatum autem
Dinienſem rexit tantùm per ſex an-
nos, titulo Adminiſtratoris perpe-
tui, neque enim vnquam reſedit,
ſcilicet in Decembrim vſque anni
1445. per iſtud quippe ſexennium 1445.
varia ipſius leguntur inſtrumenta, in
iis cùm Epiſcopus, tum Adminiſtra-
tor perpetuus vocatur. Illud memo-
rabile eſt, in quo Coraldus à Cruce
qui poſteà Dinienſis Epiſcopus, le-
gitur ſoluiſſe Capitulo 1477. ſum-

mam ducentorum ducatorum aureorum, quos illi tradiderat Guillelmus Episcopus Ostiensis, Cardinalis d'Estouteuille Archiepiscopus Rotomagensis, pro fundatione anniuersarij, seu cantarioli mediâ die cuiúsque mensis, aut sequente proximè festi, solemnitate non impedirâ. De eo superiùs plura in Rotomagensibus Archiepiscopis.

Turelure. 40. Petrus Turelure, IV. Ordinis Dominicanorum, cuius cognomentum in archiuis Aquensibus legitur, siquidem in registro Taurus appellato, extat dinumeratio censuum & seruitiorum pro reuerendo Patre Petro Turturelli Episcopo anno 1464. nominatim verò in eodem codice sic adscriptum reperies. *Anno 1445. Decembris 18. Sabbatho quatuor Temporum, Reuer. Pater dominus P. Turelure, de Ordine Prædicatorum, Dei & sanctæ Apostolicæ Sedis gratiâ Dignensis Episcopus, ordines celebrauit infra Dignensem Ecclesiam &c.*
1445. Prætereà in hominio quod die 13. Ianuarij sequentis professus est, appel-
» latur Petrus Turelure Magister in
» sacrâ Paginâ, & de Ordine Prædica-
» torum. Quædam eiusdem Turturelli Præsulis habemus statuta an. 1460. & confirmationem eorum an. 1464. complura denique acta ab anno præ-
1466. dicto 1445. in an. 1466. cuius mense Iulio die 22. defunctus legitur; ipséque, prout traditione fertur, interfuit celebri ceremoniæ ad Sanctas, vt vocant, Marias, panegyricúmque elegantem recitauit.

A Cruce. 41. Corraldus a Cruce Capituli Præpositus fuerat ante promotionem ad Episcopatum 1466. indict. 14. die Iouis 24. Iulij, quemadmodum constat ex scriptis Bertrandi Hesminij tum in vrbe Notarij, in quibus etiam nominatur Protonotarius, Legúmque Baccalaureus, ipsius permulta instrumenta leguntur ab anno memorato ad an. 1479. inter quæ extat permutatio Prioratus S. Eugeniæ Corbonensis, cùm iuribus Marculphi, aliorúmue locorum ad Capitulum pertinentibus 1476. Solutio item illa prædicta
1476. 200. ducatorum auri sibi à Cardinali Estoteuillâ consignatorum 1477. Memoratur etiam in confirmatione cuiusdam statuti super residentiâ Beneficiatorum 1479. die Ianuarij 13. 1479.
sínque elocatione iurium decimalium. Deberet autem interiisse haud multò post, nam die 27. Augusti reperitur Vicarius constitutus in Capitulo Sede vacante; & in bullâ Sixti IV. pro confirmatione vnionis dicti Prioratus S. Eugeniæ mense Octobri eiusdem anni, legitur vt iam defunctus bonæ memoriæ Episcopus Dignensis Cooradus: interdum enim hoc nomine passim indigitatur.

42. Antonius de Guiramands I. nobilis Prouincialis, è prosapiâ antiquâ Guiramandorum, Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ de Bariolis, Foroiuliensis diœceseos Commendatarius, & Administrator perpetuus, necnon S. Petri de Romero, cuius plura supersunt documenta ab anno 1479. ad annum vsque 1512. Haud longè post quàm assumptus est ad Episcopatum, delectus fuit 1481. à Carolo 4. Comite Pro- 1481.
uinciæ mortuâ vxore Ioannâ Lotharingâ, vt cùm Francisco de Luxemburgo, & Ioanne Iarento Cancellario proficisceretur ad Sixtum Pontificem Maximum, postulaturus Regni Neapolitani infeudationem. Anno verò 1487. interfuit Comitiis Prouinciæ celebratis Aquis-Sextiis, de quibus videndus Cæsar Nostradamus 6. parte Historiæ Prouinciæ: biennio ante, Philippi de Leuis Archiepiscopi Arelatensis nomine, fidem clientelarem admittit quorumdam Ecclesiæ præfatæ feudatariorum, vt habent cartæ Montisdraconis. Sed nullum ipsius restat monimentum præclarius, constructione ædis S. Hieronymi intra Diniam. Mittimus enim cætera quæ pro Ecclesiæ decus confecit, imprimis verò concessionem Prioratus S. Vincentij supra Burgum factam ab ipsis Religiosis S. Trinitatis, seu Redemptionis Captiuorum anno 1495. at- 1495.
teximus quoque verba ista quæ leguntur in margine Martyrologij ad 11. Calend. Nouemb. *Eodem die obiit Reuerendus in Christo Pater dominus Antonius Guiramandi, præsentis Ecclesiæ Dignensis Episcopus, qui construi fecit Ecclesiam S. Hieronymi in præscriptâ ciuitate, necnon & alia plurima bona dictæ Ecclesiæ fecit; cuius anima in pace*

quiescat, anno 1514. *die* 21. *Octobris.* A Debebat autem sese priùs Episcopatu abdicasse, quandoquidem successoris ipsius quosdam titulos legi-
1513. mus ab anno 1513. sed quoniam beneficum Præsulem eum experta est Ecclesia, cuius etiamnum memoria viget, & illustre encomium superius relatum est in Martyrologio; an referemus cùm eius ossa in eo loculo requiescerent, quod in medio pariete inter Sacristiam & altare maius adhuc visitur, Caluinistas in secundâ vrbis direptione ossa optimi Præsulis è sepulchro abiecisse, & vstulasse, quin & vsurpasse cranium loco B sphærulæ ad latrunculorum ludum: ita Gassendus.

GVIRAMANDS. D'or à vn faucon de fable auec des longes d'argent & longes de gueulles. Ecartelé d'or à trois paux de gueulle, à la cotice de fable.

43. FRANCISCVS GVIRAMANDS Antonij ex fratre nepos, prius Ecclesiæ Præcentor an. 1507. ipsius sunt acta nonnulla vti iam insinuauimus ab anno 1513. Lateranensi Concilio quod sub Leone x. est celebratum, interfuit, sess. enim 11. anno 1517. die 19. Decembris habitâ, inter eos qui adfuêre legitur iste Franciscus Dignensis; & sess. 12. an. C 1517. die 16. Martij inter præsentes
1517. idem nominatur: anno posteà 1519. Capitulo adstitit in acceptatione vnionis Prioratus Bracbij Capitulari mensæ. De obitu eius ita in margine Martyrologij ad 7. Calend. Iunias:
1536. *ipso die*, inquit, 1536. *obiit & fuit sepultus Reuerendus in Christo Pater & dominus Franciscus Guiramandi Episcopus Dignensis.*

D'ORSIERE.

44. CHERVBINVS D'ORSIERE, huius mentio fit in registro dinumerationum bonorum Episcopalium die 25. Februarij 1538. hoc eodem anno D præstitit hominium, & memoratur etiam in quodam placito Curiæ Par-
1543. lamenti diei Octobris vltimæ 1543. Eo quippe, census & prouentus per antecessorem Franciscum derelicti ipsi aduersùs hæredes attribuuntur, vt conuertendi tamen sint in Ecclesiæ reparationem & Episcopatus: postremò quædam inuestituræ ab eo concessæ leguntur anno 1544.

OLIVIER.

45. ANTONIVS OLIVIER, II. Abbas de Voto in Neustriâ: de hoc nihil aliud meminimus legisse, quàm acceptationē Viridariorum quorum adam, ex quibus adunatum fuit quod iam dicitur Pratum Plantarum, idque anno 1546. & die 4. Martij, nempe 1546.
cùm pratum nundinarum quod iuxta vrbis mœnia nimis angustum existeret, emerant priùs Syndici, siue Consules à Francisco Guiramando Episcopale viridarium inter castrum Episcopale & Mardaricum situm, pratóque illi adiguum, pretio florenorum 300. quibus quia tenebatur fundum Episcopatui sufficere, idcircò Viridaria ad plantatas conquisierunt.

HEROET. Porte deux lions à vne bande ondée.

46. ANTONIVS HEROVET III. Abbas de Sacracellâ, Prior Longiumelli, Episcopus verò ab an. 1552. statuta confirmauit 1556. atque etiam transactionem cùm Capitulo ratam habuit circa ius præsentandi Curatos, in iis locis, in quibus Prioratus, Præbendæue Capituli & Canonicorum sunt. Vitam debuit produxisse desinente anno 1568. námque vacas- 1568.
se legitur Sedes die 26. Decemb. ac die Aprilis 15. insequentis an. 1569. reperitur collatio Capellaniæ facta à Vicario Sede vacante instituto. Hic verò quadamtenus de hæresi Caluinisticâ insimulatus fuit. Poëtam extitisse coniicimus ex illo ad ipsum Ioachimi Bellaij epigrammate:

Non tua, sit quamuis Gallis heroica Musa,
Heroet nomen Musa tibi imposuit.
Tam benè quod nobis verùm describis Erota,
Imposuit Graio nomine nomen Eros.

MEIGNEM. Pallé d'argent & de gueulle de six pieces.

47. HENRICVS LE MEIGNEM, patre agricolâ in vico d'Oisery propè Bregiacum, diœcesis Meldensis natus, ex præceptore classico Gymnasij Lexouæi Parisiis, vbi inter cæteros Pemponium Belleuræum posteà Franciæ Cancellarium auditorem habuit, orationem quoque in funere Cardinalis de Meudon apud sanctam Catharinam Vallisscholaris pronunciauit. Hinc & in aulam à Catharinâ Mediceâ Regum matre ad filiam Margaritam Valesiam posteà Reginam, liberalibus studiis instituendam euocatus, Præceptor datur & Eleemosynarius. Episcopus autem huius Ecclesiæ renunciatus procuratorem nominauit Egidium Coquelетum, quem Generalem Vicarium

Officialémque creauit an. 1569. die
1569. Octobris 22. interfuit cœtui Cleri Gallicani Parisiensi 1573. & Comitiis Blesensibus 1577. dedicauerat autem ædem Minimorum Nigeonensium propè Lutetiam 1578. die 13. Iulij. Diniam nunquam inuisit, etsi duobus solùm milliaribus abfuerit in Mezello oppido: námque an. 1587. Episcopatum cessit nepoti ex sorore: tametsi memoretur adhuc Præsul Dignensis in Carnutensi sacro Henrici IV. anno 1594. tandem anno ætatis 87. Lutetiæ 1605. Kal. Sextilibus in Collegio Mignonio decessit.

COQVELET. 48. CLAVDIVS COQVELET superioris Henrici ex sorore nepos, Canonicus & Archidiaconus Meldensis, Abbas Liuriaci & Cagiæ, ac Reginæ Margaritæ Eleemosynarius;
1587. Bulla eius prouisionis extat an. 1587. etsi insinuata solùm fuerit 16 Oct. 1593. quo primùm Diniam accessit. Is autem insequenti anno auctor fuit commutationis officij Ecclesiastici cuius erat vsus antiquissimus, in officium statutum ex decreto Synodi Tridentinæ. Episcopatum deposuit ineunte anno 1602. ex commutatione Liuriacensis Abbatiæ; iacet in Choro Cathedralis Sancti Stephani Meldensis.

BOLOGNE. D'azur à vne bande d'or contournée.

49. ANTONIVS DE BOLOGNE IV. Ordinis Minimorum, ex familiâ Italicâ Capizuccorum Bononiæ ortus vt ferunt: natus hic tamen Plani ad Barcilonam, Ebredunensis diœceseos, (ditionis Sabaudicæ.) Cùm adoleuisset, religionem Minimorum amplexus, Matisconensis cœnobij Procurator effectus est; Episcopatum autem hunc adeptus procurante Stephano de Boloniâ natu maiore, Regio Eleemosynario, qui Abbatiam suam Liuriaci Claudio Coqueleto resignauit, cedenti vicissim Diniensem Episcopatum fratri Antonio tertio genito. Bullam prouisionis obtinuit mense Martio anni
1602. prædicti 1602. ac Lugduni insequenti Iunio die 10. vnctionem excepit à Ioanne Fabro Tarsensi Archiepiscopo & Ebredunensi Propontifice, suffragantibus Gaspare Dinet Matisconensi, & Roberto Berthelot Damasceno Episcopis. Rerum agendarum peritus, vrbem cùm ingressus fuisset, confestim pro iuribus Episcopatus lites complures intentauit ciuitati, Capitulo, atque oppidis plerisque in Aquensi Senatu, Regio Consistorio, & Primatiâ Viennensi. Episcopalem domum in extremo Trauersiæ suburbio construxit, quam tamen, inquit Gassendus, moriens non Ecclesiæ, sed minimo natu ex fratribus Iulio, qui & Gubernator Nogenti Campaniæ erat, reliquit, quámque nunc inhabitant Religiosæ Visitationis, ab ipso Iulio coemptam. Hic verò morbis fractus decessit Tanaronæ, quod Episcopalis ditionis est oppidum anno 1615. die 1615.
Septemb. 24. Cúmque sepultus fuisset in Choro Ecclesiæ S. Hieronymi, lapidea tamen eius effigies quæ cùm inscriptione & insignibus superposita fuerat, translata in eum locum fuit, in quo Antonij Guiramandi condita ossa fuerant; idque cùm Chorus adpararetur.

50. LVDOVICVS DE BOLOGNE BOLOGNE. frater Antonij, Regis Eleemosynarius, & Prior Commendatarius S. Catharinæ Parisiensis Valliſcholarium; qui cùm Stephani fratris gratiâ Coadiutor etiam Diniensis nominatus fuisset, quòd in comitatu tamen Ludouici XIII. Regis in Aquitaniam profecti, vt duceret Annam Austriacam ex Hispaniâ aduentantem, correptus fuisset paralysi, idque dimidio corporis, quæ sanari vt nunquam potuit, idcirco nec etiam consecrari in Episcopum valuit, ac Nogentum diuertens, in domicilium Iulij fratris, loci Gubernatoris, qui ex eius procuratione bona Episcopatus regebat, huic datus est nepos Coadiutor, sicque Episcopi tantùm titulum gessit ab anno 1615. ad 1628. cuius Februario 1528.
ineunte decessit Nogenti.

51. RAPHAEL DE BOLOGNE BOLOGNE. nepos hic fuit Ludouici ex fratre Claudio primogenito, ad Montem-regalem Pedemontij natus est, & armis primùm innutritus, secularem militiam cùm meliore commutauit; Mussiponti ergo Lotharingiæ studiis operam dedit, quò degens, propter ægritudinem Ludouici, quæ curari haud poterat, Coadiutor eius nominatur, & Prior S. Catharinæ

AN. CHR.

ſub onere tamen penſionis ei ſerua- A
tæ. Ab anno 1617. Megarenſis Epiſcopus dictus; primùm Coadiutoris munera obire cœpit menſe Septembri 1619. quo Diniam primùm inuiſit, Epiſcopúſque plenè ſucceſſit Ludouico anno 1628. dicto menſe Februario. Cùm autem adiiſſet Romam deſinente anno 1632. Vrbanus VIII. Papa ipſum Adſiſtentem Epiſcopum cooptauit Februario menſe:
1635. adfuit idem anno 1635. Cleri Comitiis conuocatis Pariſiis. Denique haud diu eſt', quòd Coadiutor ab eo ac futurus in Epiſcopali officio ſucceſſor deſignatus ſequens. B

FOVRBIN. D'or au cheuró d'azur à 3. testes de leopard de sable.

52. TOSSANCTIVS DE FOVRBIN ex illuſtriſſimâ gente in Prouinciâ, ſcilicet è Ianſonij Marchionibus oriundus, Coadiutor à Raphaele cooptatus circirer annum 1653. licet iuuenis ætate, probante tameo Chri-
1653. ſtianiſſimo Rege Ludouico XIV. nondum confirmatus Pontificiâ bullâ.

PRÆPOSITI

DINIENSIS ECCLESIÆ.

EA dignitas poſt Pontificiam, vt aiunt, prima, & totius Capituli anteſignana. Series autem eorum qui hanc obtinuêre, deberur diligentiæ memorari Gaſſendi, qui vndiquaque illam magno labore & operâ è peruetuſtis inſtrumentis conquiſiuit. Eorum primus

Hugo quem memorari docet in bullis Alexandri 3. Pontificis anno D
1184. 1180. & Lucij 3. 1184. quibus ad ipſum Hugonem Præpoſitum, & Canonicos S. Mariæ Dinienſis deſtinatis, hæc inter cætera habentur. *Obeunte verò Epiſcopo veſtro, vel te fili Præpoſite, vel quolibet eorum qui vobis ſucceſſerint, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quos fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanior ſecundùm Deum prouiderint eligendum.*

P. in declaratione factâ ab Epiſcopo Dinienſi circa vocata Mortalagia, aliáque ad Eccleſiam ſpectantia reperitur die 8. Martij 1192. 1192.

A. in diplomate Raimundi Berengarij Comitis Prouinciæ de dominio & iuribus Præpoſiti 8. Martij 1221.

Guillelmus in conceſſione Salini ad Præpoſitum pertinentis die 4. Auguſti 1230. 1230.

Hugo de Thoardo 1. videtur hîc commodè poſſe interſeri, cùm alioquin legatur ſolùm fundaſſe Capellaniam in cartulario quod conditum fuit anno 1320.

Hugo de Lauduno 2. is redigi curauit memoratum diploma circa iuriſdictionem & immunitatem Burgi Dinienſis in formam auteoticam à iudice Regio 4. Maij 1281. 1281.

Raymundus Aubertus 1. qui intimauit appellatiooem coram Dinienſi Baiulo ob vſurpatam iuriſdictionem à Regio Iudice 1287.

Hugo de Lauduno 3. ſeſe oppoſuit C præconiſationi de non portaodis armis prohibitis 1294. die 14. Iunij. 1294.

Guillelmus de Lauduno 2. huius leguntur varia acta ab anno 1303. ad 1324. in tabulariis Capituli.

Raymundus d'Agout de Ponteues 1. è proſapiâ illuſtri de Agouto: legitur præſtitum ab ipſo hominium anno 1331. in Aquenſi archiuio; extat & codex iudiciorum Clauarij ipſius, id eſt Iudicis, in annum 1338. & memorantur recognitiones coram ipſo 1340. factæ 1340.

Raymundus Boherius 2. reperitur inſcriptus tabulis ſtatutorum à Capitulo conditorum 1359. & 1373.

Bertrandus Rodulphus 1. cuius inueſtituræ leguntur ab an. 1394. ad an. 1396. 1396.

Bertrandus de Segureto 2. iurauit fidem clientelarem 11. Octobris 1399. eodem die quo Nicolaus de Cerbario Epiſcopus Diniæ.

Bertrandus Rodulphus 3. præcedentis nepos eſſe potuit; habetur ipſius nomen in actis appellationis ſenten-

tiæ latæ per Officialem Dinienſem A
1412. circa decimas die Septembris 22. an. 1412.

Raymundus de Roſſet 3. memoratur in reſcripto cuiuſdam inueſtituræ 3. Nouembr. 1421. & in procuratione quam inſtituit pro Confratriâ S. Spiritus 1424. 18. Ianuarij.

Ioannes de Puteo legitur in inſtrumento elocationis omnium redituum
1437. Præpoſituræ Capitulo factæ die Augusti 20. 1437.

Petrus Gaſtinellus præerat 1439. 14. B Decemb. cùm oblatâ procuratione immittendi in poſſeſſionem Epiſcopatus Guillelmum d'Eſtouteuille; ipſe verò & Capitulum proteſtati ſunt ſe non proceſſiſſe ad electionem, quod compertum non haberent vacationem Epiſcopatus per tranſlationem Petri de Vercellis in
1450. Epiſcopatum Meldenſem. Leguntur & alia acta eiuſdem an. 1450.

Corraldus a Cruce Delphinas, aut Sabaudus origine, vt conijcitur, Præpoſitus erat 1453. electus verò in Epiſcopum die 24. Iulij 1466.

Ludouicus Audemaris legitur eodem anno & die ex Canonico factus Præpoſitus.

Iacobus de Glandeuès quem præ-
1470. fuiſſe conſtat ex titulis an. 1469. & 1470.

Robinus Caire 1477. in fundatione anniuerſariorum factâ à memorato Cardinali Rotomagenſi, nuncupato
1481. Eſtoteuillâ: ſedit & 1481.

Marcellinus Guiramands miſſus in poſſeſſionem 20. Septemb. 1482. anteà Præcentor: iſte rei priuatæ alioqui D conſultiſſimus multa alienauit Præpoſituræ bona; & geſſit munus
1505. ſuum an. 1505.

Philippus Guiramands ſuperioris, vt putant nepos, ab an. 1505. ad 1522.

Taneguinus Guiramands iniit poſ-ſeſſionem 10. Auguſti 1522. teſtamen-
1549. tum condidit 1549.

Raymonetus Guiramands ex natalium defectu cùm adiiſſet poſſeſſionem 11. Aprilis 1549. excidit tamen Præpoſituræ gradu, placito magni Conſilij die 5. Aprilis 1554. & poſteà Canonicus Barioleníis euaſit. 1554.

Laurentius de Caſtellane Prior Serenoni, & Archidiaconus ſimul Glandatenſis Eccleſiæ, ſeu Interuallium ſucceſſit 1554. ſedit ad 1574. obiit 20. Februarij 1581. 1581.

Blaſius Brunellus 1. qui admiſſus fuit à Capitulo 1581. deinceps ad annum vſque 1625. vixit; mortuus men- 1625. ſe Auguſto.

Blaſius Auſſetus 2. ſuperioris reſignatione adiit Præpoſituram anno præfato 1625. poſtridie Idus Aprilis, ſed dignitatem ſuam amiſit arreſto Parlamenti Aquenſis 19. Dec. 1634. 1634.

Petrus Gaſſendus 2. primò Canonicus, Theologus, ac Præpoſitus Dinienſis, Regius Matheſeos Profeſſor in Academiâ Pariſienſi: natus hic in oppido Camporarcerio quod vnâ ab vrbe Dinienſi leucâ diſtat. Anno autem 1634. in Natalitiorum vigiliâ poſſeſſionem adiit Præpoſi- C turæ: ſcriptis clarus, ac Matheſeos laude conſpicuus, plura opera edidit, inter quæ non reticenda eſt Epiſcoporum Eccleſiæ ſuæ Dinienſis accurata Notitia: item Nicolai Claudij Fabricij Peireſkij Senatoris illuſtris Aqui-Sextienſis vita, & alia opera. Mortuus Lutetiæ 24. Oct. 1655. 1654.

DOLENSES
EPISCOPI
ET COMITES.

Dol en Haute Bretagne.

EST in Minori Britanniâ Dolum vrbs, verſùs Abrincatũ in Normanniâ, ſub Parlamento Redonenſi, loco paluſtri ſita. Eccleſiæ Cathedralis Patronus eſt S. Samſon, cuius ſucceſſores Epiſcopi primarium locum obtinent in conſeſſu Trium Ordinum Britanniæ. Sedes autem Pontificia ſuffragatur Archiepiſcopatui

patrui Turonensi, licet cruce vtatur praeuiâ in suâ dioecesi, de cuius iure Metropolitico, & eâ de re contentione cùm Turonensi Stephanus Tornacensis epist. 126. 127 & 159. Iuo ep 176. 178. Innocentius 3. in Epist. Baronius an. 859. Argentraeus lib. 3. c. 69. & alij. Dolum porrò quidam accipiũt pro oppido Diablinto, quod in Notitiâ Honorij inter Episcopales sedes Prouinciae Lugdunensis III. accensetur: at verò nondum erat Episcopatus eo tempore prout obseruauit Sirmondus, sed tantùm vetus castrum, & Monasterium in quo circiter annum Christi DCCCXLIV. constituta est sedes Episcopalis per Nomenoium Ducem, & Principem Britannicae gentis, qui ex quatuor Episcopatibus Aremoricae septem fecit; narratur id in perantiquo documento, quod ex archiuo Abbatiae Montis S. Michaelis in mari, testatur se exscripsisse memoratus Iacobus Sirmondus diligens antiquitatis indagator: illud autem exemplar analectis suis ad Capitula Caroli Calui Regis inseruit: NOMENOIVS *valde superbus Vrbem Namneticam, Redonicam, ac etiam Andegauense territorium, & Cenomannense vsque Meduanam inuasit. His autem vrbibus & territoriis nominatis in suâ ditione assumptis superbior extitit & potentior. Contemptóque omnino iure Francorum regio, Regem se fieri posse existimauit, multisque artibus, vt dolosus & fraudulentus, perquirens quibus id modis assequeretur, reperit vt Episcopos totius suae regionis aliquâ seductione expelleret, & alios concessione suâ constitutos in locis illorum subrogaret; sicque facilè conceptam tyrannidem posse perficere excogitauit. Aestuante verò Principe, & plurimâ exsecratâ facie secum animo reuoluente, quomodo conceptum scelus perpetrare posset, tandem inuenit vnum ex complicibus suis, qui se circumuenire posse Episcopos, & absque vllâ examinatione & purgatione aliquâ infamari & damnari fateretur. Quod audiens tyrannus, latus efficitur, multa ei spondens, si dictis facta compensaret Minister itaque doli conuocans Britannos Episcopos, scitote, inquit, Domini Sacerdotes, vnum me vobis causâ salutis vestrae pandere mysterium, quod audierim à secretis Principis, quia nisi Episcopi se reos ex eis quae eis obiicerentur, esse audiente conuentu Praesulum, quos aliunde à discussione reatus ipsorum Dux inuitauerat, profiterentur, nec eos Literes, sine dilatione capite plectendos fore. Quo audito, Episcopi consternati animo praeter Dei & Ecclesiae leges omnia se profiteri quae malignus persuadebat, ante quàm morte mulctarentur, promiserunt. In crastinum autem euocans Princeps in monasterio S. Saluatoris Synodum Episcoporum atque Procerum adhibuit, testes falsissimos pretio conductos aduersus Subsannum Venetensem, Salaconem Aletensem, Felicem Coriopitensem, Liberalem Oximensem Episcopos, qui dicerent eos pretio in Ecclesiâ intrusos, muneribus sapè sacros Ordines fuisse largitos, & omnibus criminibus obnoxios fore. Cùmque reticerent Episcopi repentino mortis metu perculsi, requisiti sunt à conuentu, vtrum vera essent quae opponebantur; qui ita se habere professi sunt, depositisque in Concilio virgis & anulis Pontificalibus, Gallias petierunt ad Carolum se conferentes. Nomenoius verò patrato scelere Pseudoepiscopos constituit loco ipsorum. Cogitans autem Episcopos, quos elegerat, à Metropolitano Turonensi benedictionem minimè posse consequi, nec accessum ad eum metu Regis habere, ex quatuor Episcopatibus septem composuit. Quorum apud* DOLVM *monasterium vnum constituit, quem Archiepiscopum fieri decreuit. Monasterium verò S. Brioci sedem constituit Episcopalem; similiter etiam S. Rabutuali. Hos tres vsurpatitios Episcopos instituit, caeteris quatuor in antiquis vrbibus derelictis. Prouinciâ itaque Turonensi ita recisâ, Nomenoius Dolo monasterio Episcopos suos congregans se in Regem vngere fecit.* Caeterùm subiungit, huic narrationi refragari Britannicarum rerum Scriptores, qui Pontifices Dolenses longè ante hanc epocham statuentes numerant à B. Samsone; sed fidem relati à se documenti multa magnoperè confirmare, illud imprimis quod Nicolaus Papa Salomoni Regi scribit, nullam ad id tempus extitisse memoriam Britones in suâ regione vllam habuisse Metropolim. Quod si verùm est, coepit tantùm medio saeculo Incarnationis Dominicae octingentesimo, aut circa Sedes Episcopalis Dolensis; in cuius dioecesi Abbatiae extant:

S. IACVTI S. *Iagut* O B.

TRONCHETI *du Tronchet* O B.

VETERISVILLÆ *la Vieuxuille.* O C. A

Præsules autem qui in eâ Ecclesiâ præfuêre sequuntur, illorum verò inuenimus acta & monumenta quædam in tabulariis Cathedralis & Capituli; necnon apud Britannicos Scriptores, Argentræum, Augustinum à Passu, & aliunde.

1. S. SAMSON ex Archiepiscopo Meneuensi in Cambriâ parte maioris Britanniæ, nunc Vualliæ; quem auctores Anglici, & Vuallorum Chronica perhibent è patriâ migrasse in Armoricam, ac Dolensem Antistitem creatum fuisse, delato secum Archiepiscopali pallio, quod successoribus in Cathedrâ Dolensi reliquerit, qui & eius vsurâ potiti sunt; ita habent notitia Episcoporum Meneuensium, & acta vitæ B. Samsonis perantiqua. Vsuardus anniuersarium eius diem consignauit ad 5. Cal. Aug. & corpus posteà tralatum Aureliam in sui nominis Ecclesiâ.

2. S. MAGLORIVS.

3. S. BVDOCVS.

4. GENEVEVS, vel GENEVECVS.

5. ROSTALDVS, vel BESTOALDVS.

6. S. IVMAHELVS, vel IVNEMENVS.

7. S. ARMAHELVS.

8. S. THVRIANVS.

9. FASTRARIVS nominatur in epistolâ Synodi apud Saponarias scri-
859. ptâ Episcopis Britonum an. 859.

10. SALACO, aliàs SALOMON, eiectus fuit à Sede per Nomenoium Ducem, quemadmodum declarat epistola Synodica Concilij Suessio-
866. nensis 3. data an. 866. vbi de Britonum infestationibus sic expostulat: *de Episcopis ab eisdem temerè & irreuerenter non solùm absque vestri Pontificatus notitiâ, verùm etiam absque vllius Synodici conuentus examine atque consensu eiectis, id est de Salacone Dolense, adhuc quidem licet expulso superstite, cui loco se iactitant sedem Metropolim contra fas habere, prædicto quidem fratre expulso, atque duobus in ipsâ sede nuncupatiuè subrogatis, absque Metropolita scientiâ vel consensu: Susanno etiam Venetense adhuc superstite, alioque suæ sedi indebitè substituto; frequens ad sanctam Romanam Ecclesiam processit mentio, cùm adhuc ipsi Præsules demorentur, licet quosdam idem Dux Britannicus infra præsentis anni spatium, vestra auctoritatis institutis præmonitus, quos (non solummodò) suæ gentis & linguæ esse nouerat, absque Synodi præsentiâ, sine vllo reconciliationis vel restitutionis ordine, verbo suo solummodò restituerit, & quomodo qualitèrque placuerit sedes amissas recipere, non Ecclesiasticâ determinatione, sed barbaricâ deliberatione permiserit.*

B 11. MAHENVS, vel MAINO in tabulis an. 870. vel 878. memoratur. 870.

12. IOANNES I. ex Abbate S. Melanij Redonensis, Argentræus l. 4. Hist. c. 68. de quo huiusmodi versus adinstar epitaphij in carminibus Historicis Baldrici Burguliensis Abbatis recensentur:

Splendidus ex atauis, atauorum splendor & ipse,
Gente Britannus homo conditur hoc tumulo.
Hic armis, patriâ, natis cùm matre relictis,
C *Dux modo, continuo de Duce fit monachus.*
Metropolitanæ Sedi, quia vixit honestè,
Cui Dolus est nomen, Præsul hic eligitur:
Vt quibus extiterat Consul, de Consule Præsul,
Præsul quàm Consul consuleret melius.
Ad Papam venit, sacrari poscit ab ipso:
Quod dum differtur in Domino moritur.
Ponitur hic cultor & religionis amator,
Quémque dolent Britones sancta Sophia fouet.
Si quæras nomen, nomen sibi scito IOANNEM,
D *Sique diem mortis, da decimam decimi.*

13. VVICOHENVS.

14. GVIOMARCVS.

15. GINGONEVS viuebat an. 990. 990.

16. ROLANDVS I. decessit die 12. Martij 1004. sepultus in Monte S. Michaelis vbi fuerat monachus.

17. LANFRANCVS.

18. IVNKENVS DE DINAN, Hamonis Vicecomitis de illustri prosapiâ de Dinano filius an. 1038. DINAN. 1038.

19. Ivdhael ex Archidiacono A-
1039. Dolensi 1039. subscriptus reperitur
cuidam dono Berthæ Ducissæ, facto monasterio Diui Georgij Redonensis.

20. Iohovæus expulsus ab Episcopatu ob solutiorem vitam, qui à Concilio prouinciali ita eiectus, aufugit ad S. Michaelis Montem vbi se muniit, ac per milites vastauit regionem circumpositam, ita habet Argentræus ex veteribus cartis Aremoricæ l. 4. Hist c. 39. cui suffectus.

Dol. 21. Gildvinvs de Dol Ruellani toparchæ de Dolo & Comburnij filius, superioris Iunkeni nepos, electus fuit à Dolensibus Canonicis è quorum gremio assumptus, tamen electioni de se factæ renunciauit Romæ coram Gregorio VII. Pontifice ob defectum ætatis, ametsi Episcopali functioni peridoneus censeretur, quam transmisit in successorem Euenum. Carnuti mortalitatem expleuit, & in monasterio S. Petri in Valle humatus est.

22. Evenvs, seu Ivo ex Abbate S. Melanij Redonensis à Pon-
1076. tifice Max. inauguratur an. 1076. in
æde S. Ioannis Lateranensis: obiit 17. Septembr. anni 1081. Vide epistolam 4. lib. 4. eiusdem Gregorij editam ex regesto illius, ad Dolensem Clerum inscriptam, quâ Pontifex respondet, cur non potuerit eorum petitioni, contradicentibus Canonibus satisfacere in ordinando Archiepiscopo quodam iuuene ab eis electo: eiusdem verò rogatu, Iuonem S. Melanij Abbatem ordinasse inquit, cui & eos obedire monet.
1077. Præterea eodem lib. 1077. Gregorius Papa epistolâ 22. ad Hubertum & Teuzonem significat, vt cùm Suffraganeis, Abbatibus & Clericis Dolensis Ecclesiæ, adsint vnà cùm Diensi Præsule, cui controuersia inter hunc Euetium & alium quendam de Archiepiscopatu commissa est; sequenti epistolâ monet omnes Episcopos atq; Abbates Britanniæ, & Clericos Dolensis Eccl. scientiâ præstantes, vt conueniant ad Synodum celebrandam, in quâ definienda est causa inter Euetium ordinatum Pontificem, & alium qui se de eâ dicecesi iniustè expulsum quærebatur.

23. Rollandvs II. ex Decano Abrincensi promotus ad Episco-
patum anno 1077. ita affirmauit Ap- 1077.
pendix Roberti de Monte ad Sigebertum, cuius hæc verba: *In festiuitate S. Martini Canonici Dolenses elegerunt in Archiepiscopum Rollandum Decanum Abrincensem, virum religiosum & literatum, cui electioni interfuerunt Henricus Baiocensis, & Ricardus Abrincensis Episcopi, & Robertus Abbas de Monte, & multi viri religiosi.* Synodo Claromontanæ interfuit an-
B no 1095. & Santonensi 1096 ex ta- 1096.
bulario Vindocinensi. Vitam cùm morte commutauit anno 1107.

24. Vvlgrinvs ex Cancellario Ecclesiæ Carnotensis, & Iuonis famosi huius Ecclesiæ Antistitis discipulo, per Dolensem Clerum expetitus apud Paschalem 2. dum esset
in Concilio Trecensi anno 1107. 1107.
quamobrem electioni suæ repugnans, ad Iuonem venit, implorans auxilinm apud Pontificem, ne cogeretur inuitus Episcopale munus suscipere;
C enimuerò libens abdicauit, cuius rei gratiâ ad Paschalem literas dedit Iuo Carnotensis, & 176. sic fatur: *Reuersus à Concilio Trecensi, filius noster Vulgrinus Ecclesiæ nostræ Cancellarius anxiè conquestus est, quòd Dolensis Ecclesia destinatus excellentiæ vestræ quibusdam legatis suis eum sibi in Episcopum sub præsentiâ vestrâ elegerit, & huic electioni ad eorum petitionem vestra paternitas assensum præbuerit, nec eius excusationibus, quamuis idoneis, adhuc aurem accommodare voluerit. Quamuis enim sit benè literatus, & bonis moribus ornatus, multis tamen allegationibus humiliter insufficientiam suam*
D *prætendens, dicit se potiùs multa grauia perpessurum, quàm onus Episcopi hoc tempore subiturum. Et ne diu verbis oneremus sanctitatem vestram, flexis genibus cordis, opportunè & importunè imploramus clementiam vestram, vt nullis vinculis obedientiæ prædictū fratrem constringatis, cuius saluti quantùm possumus prouidere debemus, quia eum de sacro fonte suscepimus, qui etiam elegit magis in loco humili saluari, quàm in alto periclitari.* Tum epistolâ 178. ad Clerum Dolensem hæc subiicit: *Bonæ intentionis vestræ laudamus affectum, quòd Vulgri-*

num filium nostrum , vitâ honestum ,
scientiâ clarum elegistis, vobis in Archie-
piscopum. Sed quantum nobis videtur,
frustra laborat studium vestrum , quia
nec prætaxati filij nostri voluntas est
electioni vestræ adquiescere , nec nostræ
potestatis ad hoc eum inuitum cogerem:
prædictus enim frater iam super hoc per
literas nostras & suas allegationes domi-
no Papæ transmisit , & onus Episcopi
prout potuit , refutauit. Aduertit au-
„ tem Iuo, eum potuisse cogi à Papâ
„ ad munus Pontificij , quia solius est
„ Papæ de volentibus & de nolenti-
„ bus Ecclesiæ Dei Pontifices ordinare.

25. BALDRICVS Abbas Bur-
guliensis in Andibus, æuo suo cele-
bris Scriptor , ad Dolensem Præ-
sulatum electus ipsomet die Natali-
1114. tiorum sacratur anno 1114. de quo
hæc scribit Ordericus Vitalis An-
glus , Historiæ Ecclesiast. l. 9. *Præ-*
fatum seniorem , quem benè agnoui ,
veneranter honorare decreui. Hic ciuis
fuit Aurelianensis, monachus & Abbas
Burguliensis , liberalibus imbutus studiis,
& religiosa meritis vita venerabilis:
inde pro religione & sapientiâ , ad gra-
dum Dolensis Archiepiscopatus electione
prouectus est Ecclesiasticâ ; in Episcopatu
monachatum seruauit, & tùm monachis,
prout fors dabat , plerùmque habitabat.
Indomitis enim Britonibus præerat , quo-
rum peruersitatem tolerare non poterat ,
vnde proteruos & exleges frequenter
deserebat, & in Normanniam fugiebat;
vbi Dolensis Ecclesia super Riselam flu-
uium à temporibus S. Sampsonis , re-
gnante Hildeberto Rege Francorum ,
fundos habebat , & quietè pacificèque
possidebat. Ibi scriptis & dogmatibus
suis , auditores suos ad Dei cultum in-
citabat , & vicina cœnobia Fiscannum
scilicet ac Fontinellam , atque Gemme-
ticum, aliáque plura visitabat , in timo-
re Dei , sacris sermonibus confortabat.
Tandem in senectute bonâ defunctus est;
& Pratellis in basilicâ S. Petri Aposto-
li , ante Crucifixum sepultus est. Pal-
lium verò acceperat à Papâ Paſ-
chali 2. in Concilio Remensi cui
adfuit ; nominatur & Archiepisco-
pus in inuestiturâ cuiusdam Ecclesiæ,
factâ à Girardo Engolismensi Epis-
copo & Apostolico Legato : item
in compluribus cartis tabularij Bur-
guliensis , ac Fontebraldensis. Varia
reliquit operum monimenta , de qui-

A bus Ordericus libro 9. citato , in
primis quatuor libris exarauit Hi-
storiam Hierosolymitanam, quæ in
volumine Orientalium expeditio-
num per Francos edita est , in col-
lectione Iacobi Bongarsij eruditi au-
ctoris Galli : in præfatione operis,
ait ipse Baldricus, se hoc propè sexa-
genarium cœpisse ; ordîtur autem ab
anno 1095. quo initium habet me-
morabilis ista in Orientem peregri-
natio , & desinit in expugnatione
Hierosolymitanæ vrbis : ex eadem
etiam liquet ipsum interfuisse Con-
cilio Claromontano ; sed audi verba
B Orderici : *Baldricus Dolensis Archie-*
piscopus quatuor libros luculenter con-
scripsit , in quibus integram narrationem
ab initio peregrinationis ad primum bel-
lum post captam Hierusalem veraciter
& eloquenter descripsit. Vitam quoque
B. Sampsonis Episcopi elucubrauit ,
vti & Pontificum Dolensium gesta ;
item S. Hugonis Rotomagensis Ar-
chiepiscopi vitam MS. in quibusdam
bibliothecis ; prætereà vitam Ro-
berti Arbresellensis Ordinis Fonte-
braldensis Institutoris , iubente Pe-
tronillâ primâ Abbatissâ ; & in proe-
C mio sic loquitur : *sarcinam grandem*
& grauem imbecillitati nostræ , domina
Petronilla , *imposuisti , cùm me & mul-*
ta mundi fluctiuagi inquietet procella ,
& maximè minoris Britanniæ , in qua
cùm scorpionibus habito , bestialis , gemi-
naque circumuallauerit ferocitas. Hoc
opus primùm eruit, notisque recen-
suit Michael Cosnier Pictauensis Pa-
rochus. Poësi delectabatur quoque,
& nonnulla carmina Historica con-
didit , in quibus sese Baldricum An-
degauensem , ac Abbatem Burgulij
indigitat. Cæterùm Aureliâ ipsâ non
oriundum , prout citatur ab Orderi-
D co , at Magduno ad Ligerim natum,
ex quodam ipsius poemate obserua-
uit in suis analectis Cosnierus. Car-
mina autem Baldrici è veteri codice
Petauiano nunc primùm edidit , ac
publicauit Franciscus Duchesnius
Regius Historiographus Tomo 4.
Historiæ Francorum Scriptor. An-
dreæ patris doctissimi viri. Mortali-
tatem expleuit tandem die 7 Ianua-
rij 1131. & hoc habet epitaphium in 1131.
æde Sancti Sampsonis supra Risilam:
Notum sit præsentibus & futuris , quòd
BALDRICVS *bonæ memoriæ Dolensis*
Ecclesiæ Archiepiscopus dedicauit hanc

Eccleſiam in honorem B. Virginis Mariæ & B. Petri Apoſtolorum Principis, & S. Sampſonis beatiſsimi Confeſſoris 8. Idus Decembr. anno ab Incarnatione Domini MCXXIX. *Eodem anno dedicauit Eccleſiam S. Laurentij de Mariſco, 6. Idus Decemb. quæ ſunt iuris Sanctæ Dolenſis Eccleſiæ. Qui Baldricus rexit Eccleſiam Dolenſem 22. annis & 44. diebus: trigeſimo autem die poſt conſecrationem huius præſentis Eccleſiæ obiit in Chriſti confeſſione, & Pratellis dormit. Cuius anima æternam requiem poſsideat.* A

Le Rovx. 26. GODEFRIDVS LE ROVX I. B ex Archidiacono Dolenſi ad infulas vocatur, poſteà verò tranſlatus ad Capuanam Sedem in Italiâ per Innocentium 2. Papam, ſuffectus Guillelmo Rauennati, reiectâ eius electione, eo quòd faueret Antipapæ; traductus eſt ad Archiepiſcopatum Salernitanum ex Sanctuario Capuano.

1144. 27. OLIVERIVS ſucceſſit 1144.

28. HVGO ad hanc ſedem electus circa annum 1156. multa Eccleſiæ ſuæ contulit; at cæcus factus, oneri Pontificio libens renunciauit anno 1161. námque Robertus de Monte in ſuâ Appendice inquit: *in capite Ieiunij apud Cenomannos Hugo Archiepiſcopus Dolenſis cæcitate debilitatus, præſentibus Henrico Rege Anglorum, & duobus Legatis Romanæ Eccleſiæ Henrico de Piſis, & Guillelmo de Papia reddidit Archiepiſcopatum quem ferè per ſex annos tenuerat, & in eius reparatione plurimùm laborauerat. In eius loco ibidem electus fuit Rogerius d'Humez Archidiaconus Baiocenſis.* C D

Hommet. 29. ROGERVS DV HOMMET nobilis Normannus, ex Archidiacono Eccleſiæ præfatæ Baiocenſis, per abdicationem Hugonis in ſacerdo-
1161. tio eius ſubrogatur anno 1161. mortuus verò 1164.

30. IOANNES II. quo Epiſcopo Alexander Papa 3. confirmauit omnes donationes & reditus Eccleſiæ
1177. Dolenſi attributos bullâ anni Pontificatus 14. obiit die 27. Ianuar. 1177.

31. ROLANDVS III. die feſto S. Martini anni 1177. ſuffectus, ita 1177.
Chronicon Sigeberti: *in feſtiuitate S. Martini Canonici Dolenſes elegerunt in Archiepiſcopum Rollandum Decanum Abrincenſem, virum religioſum & literatum: cui electioni interfuerunt Henricus Baiocenſis & Ricardus Abrincenſis Epiſcopi, & Robertus de Monte & multi viri religioſi.* Sediſſe ipſum quoque an. 1185. menſe Iulio patet ex bullâ in archiuis Dolenſibus aſſeruatâ. Ciaconius porrò & ex eo alij factum Cardinalem aſſerunt à Lucio 3. Papâ anno 1185. Vrbani item 3. Legatus extitit vnà cùm Sofredo Cardinali in Longobardiâ; quin etiam aſcito collegâ Siluano Rieuallenſi Abbate in Angliâ, Pontificis iuſſu Regem inter Scotorum Vuillelmum, ac Ioannem S. Andreæ Antiſtitem arbiter fuit, teſte Rogerio Houedeno in Annal. Anglicis: deceſſit paulò ante Pont. Clementis 3. promotionem ad Apoſtolicum thronum.

32. HENRICVS I. hanc ſedem
iniit anno 1187. quem produnt Ro- 1187.
mam profectum ad inaugurationem obtinendam, & peſte extinctum menſe Auguſto.

33. IOANNES DE VAVNOISE III. Vavnoise.
ex Abbate S. Iacobi de Monteforti, Ordinis S. Auguſtini, mortalitatem expleuit ánte conſecrationem anno 1189. ac ſepulturæ mandatur in naui Eccleſiæ eiuſdem Abbatiæ.

34. IOANNES DE LISANET, IV. Lisanet.
ex Canonico Dolenſi Eccleſiæ ſubrogatur, & defunctus eſt anno 1199. 1199.
die 28. Ianuarij.

35. IOANNES DE LA MOVSCHE V. Movsche.
ſub eo Ioannes Archiepiſcopus Turonenſis mouit quæſtionem ac litem perantiquam pro Archiepiſcopatu Dolenſi, & obtinuit à Papâ Innocentio 3. vt iſte Suffraganeus Turonenſis Metropolis declararetur; ex eo enim tempore Dolenſes vocati ſunt non Archiepiſcopi, ſed Epiſcopi: vide Mathæum Paris in Hiſtoriâ Angliæ ſub Rege Ioanne ad an. 1199. præſtat autem verba Alberici Monachi è ſuo Chronico MS. in Bibliothecâ Quercetanâ, ad an-
num 1211. exſcribere: *Hoc tempore,* 1211.

inquit , *causa Ecclesiæ & Ioannis E-* A
piscopi Turonensis ventilabatur coram
Papâ de Episcopis Britanniæ qui habe-
bant Archiepiscopum Dolensem , *quos*
Archiepiscopus Turonensis dicebat ad se
pertinere de iure. Et cùm processum esset
ad sententiam definitiuam, procurator Tu-
ronensis Gaufridus Archidiaconus obtulit
Archiepiscopo Dolensi coram Papâ cau-
sa pacis , *vt si vellet antequam daretur*
sententia , *mediante pace* , *semper esset*
Archiepiscopus , *& semper vnum habe-*
rent Episcopatum. Quo *recusante* , *ven-*
tum est ad iudicium : *& post multas al-*
tercationes , *Papa dedit sententiam pro*
Turonensi , *& Dolensis sublatus est Ar-*
» *chiepiscopatus* , *dicendo Papa* , *de Dolo* B
» *es*, *& in perpetuum dolebis*, *qui se etiam*
ab Episcopatu deposuit, *sed Papa dedit ei*
postmodum Episcopatum in Thuscià. Per-
secutor dictæ causa Gaufridus Archidiac.
electus est post aliquot annos in Episcopum
Tripolitanum vltra mare : *qui Gaufri-*
dus sororem habuit Flandrinam sanctam
matronam quæ narratur fecisse miracula.
Is intuitu charitatis donauit Capitu-
lo Dolensi quandam Ecclesiam an.
1223. quod confirmatur per litteras
1224. Ioannis Archiep. Turonensis eiusdem
anni. Vitam exhalauit Ioannes 1224.

VITRE'. 36. CLEMENS DE VITRE',
quo sedente bullis Gregorij IX. II. C
Calend. Iulij & 7. Idus Septembris
vnita est parochia montis Dolensis
Episcopali mensæ. Præfuit ex tabu-
lis Dolensibus 1255.

37. STEPHANVS I. 1256. humi-
lem Ministrum Dolensis Ecclesiæ
1259. sese vocitat: an. 1259. fecit tabulam
Vidimus literarum , quibus Egi-
dius Abbas S. Valerici supra mare
Ambianensis diœceseos, ac dicti lo-
ci conuentus cesserè huic Abbatiæ
Cellam , seu Capellam S. Valrici
prope Matignonum , cùm decimis
& iuribus, ex tabulario D. Albini de D
Bosco in Armoricâ: decessit 17. No-
uembris 1265.

MAHE'. 38. IOANNES MAHE' VT.
Eueni Equitis ac Petronillæ natus ,
qui electus Dolensis legitur homi-
nium Regi præstitisse de his quæ
possidebat in Normanniâ , mense
1265. Februario 1265. ex cartâ in acta
Thesauri Regij Parisiensis relatâ. At
in archiuis Dolensibus iste Episco-
pus 1266. confirmat donationem fa-
ctam per Ioannem de Lisanet. Con- 1266.
cessit similiter Capitulo quasdam
acras terræ sub aliquâ redhibitione
annuâ persoluendâ. Composuit litem
inter Guillelmum Dominum de Co-
etquen , & Oliuerium Rectorem Ca-
pellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ sancti
Samsonis Dolensis 1269. Biennio
ante ortâ controuersiâ cùm ipso &
Capitulo, Guillelmus Prior B. Flo-
rentij Dolensis & Abbas S. Iacuti
assumptus fuit arbiter. Statuit cùm
Capitulo, vt quatuor pueri assiste-
rent matutinis in maiori Missâ, &
plura alia sanxit, de quibus tabula-
rium Dolense.

39. THEOBALDVS DE POVENCE' I. POVENCE'.
filius dynastæ nobilis de Guerchiâ ;
nominatur vnus ex executoribus te-
stamenti Philippi 3. Regis Franco-
rum anno 1284. Concessit verò sex 1284.
tam decimam partem decimarum de
Bagas Moruan ad opus panis Capi-
tuli. Et die Veneris in crastino Cir-
cumcisionis, desiderans cultum diui-
num Ecclesiæ Dolensis ampliari , de
Capituli vnanimi consensu , & redi-
tibus , siue decimis excrescentibus
in parochiâ de Rosslandrieues ab eo
acquisitis, saluis tamen centum solidis
annui redditus , quos Prior Dolensis
in dictis decimis annuatim percipiet,
fundat & creat vnam de nouo præ-
bendam ac Canonicatum in Eccle-
siâ Dolensi , & nominat Alanum de
Castro Legum Professorem : sub-
strahit quoque Rectori de Meillac
40. libras annui redditus quas me-
morato Capitulo Dolensi legauit,
quoniam reditus eorum tenues sunt,
conscripto hac de re instrumento
1296. cuius recognitionem fecit Ar- 1296.
chidiaconus Dolensis, in quâ vocatur
Theobaldus de Pouenceyo, & bonæ
memoriæ an. 1309. ex cartophilacio
Dolensi. Extat pariter in scriniis Ec-
clesiæ Bulla Bonifacij Pontificatus
an. 3. quâ priuilegia, donationes & re-
ditus Dolensis sedis confirmat ; no-
minatim verò in eâ fit mentio præ-
bendæ à Theobaldo Episcopo insti-
tutæ : statuta edidit in Synodo gene-
rali 1302. super fructibus Præbenda-
rum : eiúsque fit mentio adhuc in
actis tabularij an. 1305.

40. IOANNES DV BOIS VII. DV BOIS.

anno 1312. erexit xenodochium D. Michaelis Andegauensis. Reperiuntur eiusdem litteræ, quibus significat non esse intentionis suæ Canonicos & Capitulum Dolense impedire, quominus blada sua, & sibi debita exigant, secundùm quod consuetum
1314. ab antiquo, codicillis an. 1314. Sepultus est in Cathedrali suâ cùm eâ inscriptione: *Hic iacet* IOANNES DE BOSCO *Episcopus Dolensis, ex Cenomanniâ natus, viriusque Iuris Doctor excellens, & fuit in Parlamento Regis Aduocatus, qui obiit anno Domini 1323. die Mercurij festo Conuersionis S. Pauli: Orate pro eo.*

41. GVILLELMVS I. creatur
1324. Episcopus 1324. die 24. Aprilis ex regesto Vaticani; mortuus an. 1329.

AVAVGOVR. D'argent au chef de gueulle.

42. IOANNES D'AVAVGOVR VIII. ex Baronibus d'Auaugour in Armoricâ, traductus ad hanc Sedem 1329. 8. Iulij è S. Brioci Antistite; eodem anno declarat fundationem prædictam Theobaldi de Pouenceio vasi-
1340. turam: sedit ad annum vsque 1340.

COEVR.

43. HENRICVS COEVR II. Britanniæ Cancellarius, electus anno 1340. die 27. Octobris in libro prouisionum Prælatorum Vaticani: stetit pro Ioannâ Armoricæ Ducissâ Caroli Blesensis coniuge; huiúsque documenta seruantur an. 1344.
1349. & 1347. in tabulario Dolensi; animam reddidit an. 1349.

LE MAIRE.

44. SIMON LE MAIRE ex Abbate Maiorismonasterij designatur Episcopus: posteà factus Carnotensis, vt dictum est supra.

QVOETMOZAN.

45. GAVFRIDVS DE QVOETMOZAN, II. ex Corisopitensi Antistite sedebat anno 1376. & inde ad
1380. an. vsque 1380. Vacabat sedes 1381.

46. PETRVS ex Abbate S. Menenni diœcesis S. Maclouij: cessit naturæ in vigiliâ Natalitiorum 1382.

TREMAGON. D'argent à 3. escus de gueulle, chargez chacun de 3 fuséez d'or.

47. EVERARDVS DE TREMIGON Decanus anteà Carnotensis electus anno 1383 ex Actis Consistorialibus Vaticani: obiit an. 1386.

ROYE.

48. GVIDO DE ROYE ex Virdunensi Præsule ad Dolensem sedem traductus fuit ab Antipapâ Clemente VII. indéque ad Turonensem Metropolim, ex codicillis vltimæ voluntatis; subrogatum autem fuisse Euerardo testantur Acta Vaticani; de quo nulla mentio apud Scriptores Rerum Britanniæ in serie Episcoporum Dolensium.

49. GVILLELMVS II. obiit 2. die Februarij 1391. 1391.

LESMENEZ.

50. RICHARDVS DE LESMENEZ, anno 1391. adstitit cùm aliis Præsulibus & optimatibus regni hominio Ioannis Ducis præstito Regi Carolo 6. in castro Turonensi; quo sedente conditur Carmelitarum Cõuentus in vrbe: fato absumptus anno 1405. die 26. Maij. 1405.

COEVRET.

51. STEPHANVS COEVRET II. ex S. Brioci Præsule 1405. anteà Officialis Parisiensis, & Archidiaconus Nannetensis: statuta condidit Synodalia an. 1411. interfuítque Concilio Constantiensi, vt patet sess. 20. exhibuit sacramentum Duci Betfordiæ Regenti, vt tum dicebatur, Franciæ anno 1417. mortuus 6. Decembris 1419. 1419.

DE BRVC.

52. IOANNES DE BRVC, VII. ex Trecorensi Antistite à Martino V. Papâ huc transfertur anno 1430. diem vltimum clausit Calend. Nouemb. anni 1437. humatus in Cathedrali cùm epitaphio, vbi dicitur piæ recordationis, & Ecclesiæ defensor, & è Vennetensi diœcesi. 1437.

COETIVY. Fascé d'or & de sable de 6. pieces.

53. ALANVS DE COETIVY, Alani domini de Coetiuy filius, ad hunc euectus est Præsulatum 1438. inde ad Corisopitensem anno 1444. 5. Cal. Sept. ex tabulis Vaticani. 1444.

MOVSSAYE. D'azur fretté d'or.

54. RADVLFVS DE LA MOVSSAYE nobilis Armoricus, sedem Alani vacuam assequutus est, ac Franciscum 1. Ducem Armoricæ comitatur, cùm Chinone Carolo Regi 7. hominium Ducatus profitetur. Synodo prouinciali Turonensi apud Andegauum interfuit per procuratorem, & excessit è vitâ 16. Aprilis 1456. 1456.

COETIVY.

55. ALANVS DE COETIVY

ſanctæ Praxedis Preſbyter Cardina- A
lis Auenionenſis vulgariter nuncu-
patus, in regno Franciæ, terríſque
Galliarum, ac illis adiacentibus par-
tibus vſque ad Rhenum incluſiuè
Apoſtolicæ Sedis Legatus, perpe-
tuúſque Adminiſtrator Eccleſiæ Do-
lenſis, deputat Guillelmum Raffi
Decretorum Doctorum, Præpoſitum
B. Mariæ de Inſulâ, Caualicenſis
diœceſeos, Vicarium in ſpiritualibus
1456. & temporalibus anno 1456. coram
Reuerendo in Chriſto Patre Ga-
briele Epiſcopo Vceticenſi, & Ludo-
uico, litterarum Apoſtolicarum Ab-
breuiatore, quemadmodum declarat B
documentum Eccleſiæ Dolenſis. De
Alano Cardinali plura in Auenio-
nenſibus.

Gvibe'.

56. Michael Gvibe' primò
Leonenſis Antiſtes, inde ad hanc
1478. ſedem tranſiit 1478. tandem tranſ-
latus ad Redonenſem.

Iames. D'azur au chef d'or, chargé d'vne quinte-fueille de gueulle.

57. Thomas Iames Armo-
ricus, Præſul inter Dolenſes eâ tem-
peſtate propter egregias dotes flo-
ruit, virtute inprimis, & beneficentiâ
non vulgari celebrandus. Qui ex C
Doctore Iuris Canonici & Ciuilis,
Archidiaconus Penteuriæ in Eccle-
ſiâ Maclouienſi, & Franciſci 2. Du-
cis ad Sixtum IV. Papam Legatus
fuit; ex Leonenſi autem ad hunc
Pontificatum Dolenſem traductus,
obtinuit à Papâ Alexandro VI. pri-
uilegium pro Eccleſiâ ſuâ, per quæ-
uis loca etiam exempta ciuitatis &
diœceſis Dolenſis, Crucem ante de-
ferendi, dummodo non fuerit præ-
ſens Archiepiſcop. Turonenſis & Le-
gatus à Latere, datum Romæ apud
S. Petrum an. 1493 5. Idus Aprilis.
1503. Obiit die Paraſceues an. 1503. eius D
epitaphium, quòd adhæret ſepul-
chro magnifico in ſacello S. Sam-
ſonis in Cathedrali, ad alam Se-
ptentrionis intra abſidem muri col-
locatum, vitam eius ac geſta fuſiùs
proloquitur cùm hoc elogio: *Domi-
nus* Thomas Iames *Iurium Do-
ctor, patriâ Santalbinus de Cormerio,
patre Petro Sixti Papæ tempore carce-
ris S. Angeli Romæ Caſtellano, & Fran-
ciſci Britonum Ducis Oratore, ac procu-
ratore, Penteueriſque Archidiacono, Leo-
nenſis Epiſcopus creatus eſt, & paulò
poſt in Dolenſem Epiſcopatum transfer-
tur; vir quidem optimus, ac diuini cul-
tus cupidus, & aſſiduus in delinquentes,
clemens pauperum pupillorum & vidua-
rum cauſas, & vitam propriâ manu ſua
tutatus eſt, vt ab omnibus meritò pater
pauperum diceretur; in Religioſos be-
nignus. Virgines egenas clam dotabat,
cilicio vtens, bis aut ter in hebdomadâ
ieiunans, familiares pauperum loco ha-
bens; poſt bellorum turbines inter Fran-
corum Regem Carolum 7. & Britonum
Ducem Franciſcum, Dolenſiſque ciui-
tatis direptionem, & Eccleſiæ deprada-
tionem vt factam, quæ fuit XI. Octob.
1482. & vrbis & nundinarum, P. Halle
& caſtrorum, atque molendinorum factus
eſt reſtaurator. Ab Alexandro Papâ VI.
ob eius eximias virtutes Crucis deferen-
dæ beneficium ante ſe per diœceſim & ſibi
& ſucceſſoribus obtinuit, vt in armis &
ſigillis vbique palam poſſent Dolenſes
Epiſcopi vti; Eccleſiam mirificè funda-
uit, opibúſque dotauit, itaque Eccle-
ſiæ & dignitatem ſemper tutatus eſt,
ornamentiſque ex auro & ſerico, va-
ſiſque argenteis & auratis decorauit;
Obiit Præſul Non. Aprilis die Veneris
Sanctâ, horâ 9. 1503. Paſſionem Domini 1503.
deuotè audiendo, & hîc collachryman-
tibus omnibus ſepelitur. Sedit annos IX.
& 27. dies, cuius anima in pace requi-
eſcat, Amen. Domini Thomæ Epiſcopi
hoc ſepulchrum Ioannis Iames eius ne-
potis, Iurium Licentiati, Leonenſis Com-
mendatarij, Dolenſis Theſaurarij & Ca-
nonici impenſâ & curâ ſtructum atque
ornatum 1507.* In ſtylobate columnæ
inſcriptum eſt: *Scelte ſtruxit opus Ma-
giſter iſtud Ioannes, cuius cognomen eſt
Iuſtus & Florentinus.*

Pleidran. D'or à 7 macles d'azur 3 2.

58. Mathvrinvs de Plei-
dran electus poſt obitum Tho-
mæ, poſſeſſionem iniit an. 1505. qui
vt officio Paſtorali faceret ſatis, Bre-
uiarium ad vſum Eccleſiæ Dolenſis, 1505.
officium Eccleſiaſticum tam de tem- «
pore, quàm de Sanctis integrè com- «
plectens, ad Dei, & Sanctorum om- «
nium honorem, totiúſque ſuæ diœ- «
ceſeos publicam vtilitatem propriis «
ſuis ſumptibus typis edi curauit. Ho- «
minium Capituli Dolenſis admiſit «
pro pluribus feodis & dominiis anno «
1508. Annæ à Britanniâ Reginæ cor
ſepeliuit apud Carmelitas Nanne-
tenſes, & deſiit eſſe inter viuos 10.
Decemb. anni 1521. Cæterùm Tho- 1521.
mas le Roy Electus Dolenſis,
at

ac nusquam inauguratus reperitur in A vulgato elencho Episcoporum Augustini de Passu.

LAVAL.

59. FRANCISCVS DE LAVAL Abbas Painpontij, & de Troncheto, filius naturalis Guidonis XVI. Comitis Lauallensis, à Rege Francisco nominatur; post excessum namque Mathæi de Pledran Dolas aduenit, vbi à Canonicis partim vi & metu, partim animi propensione est
1523. electus an 1523. vltimâ Iunij, quod tamen vitium suæ creationis magnis posteà meritis deleuit; Cathedrali enim suæ, ædi nostræ Dominæ de B Vitreio, & Boni Nūtij apud Redones plurima bona largitus est; eius autem statua extra Chorum in sacello Doleosi conspicitur. Adeptus fuerat possessionem an. 1539 Suffraganeo vsus in Pontificalibus Carolo Pincan, Ordinis Dominicanorum, Abbate Montisfortis; Franciscus autem migrauit ad meliorem vitam in suo Prioratu B. Catharinæ Lauallensis 2. Iu-
1554. lij anni 1554. tumulatus Dolis in Cathedrali, & in epitaphio dicitur fundasse duodecim obituaria.

DV MAS. D'argent frete de gueulle, au c cf esch-quete d'or & de gueulle.

60. IOANNES DV MAS X. Baro de Mathefelon, & de Durestal, Renati & Margaritæ de la laille filius, germanus autem Renati Baronis de Mathafelone, Equitis Torquati Ordinis de Crescente: designatur Pontifex Dolensis à Rege per obitum Francisci 1554. Eius procuratorio nomine 1557. die 26. Septembr. Ludouicus d'Espinay Sedis Apostolicæ Protonotarius aprehendit possessionem Episcopatus, cùm die 17. Octobr. Capitulum Dolense Cantorem Sede vacante nominasset Vicarium Generalem. At verò non consecratus administrauit ad an-
1565. num vsque 1565. quo defunctus est. Quiescit in Ecclesiâ Andegauensi sancti Mauritij. cuius erat Decanus, sub magnifico mausoleo, quod sibi in Capellâ Equitum Crescentis erexerat.

ESPINAY. D'argét au lion de gueulle ... ppé de ... n pie, ... & ... d'or.

61. CAROLVS D'ESPINAY Abbas S. Albini in Bosco; Guidonis dynastæ d'Espinay in Armoricâ, & Ludouicæ de Goulaines filius: consecratur ab Antonio le Cirier Abrincensi, Stephano Boucher Corisopitensi, & Rolando de Neufuille Leonensi Episcopis Dominicâ 16. Septembris anni 1565. in æde Cathedralis S. Samsonis, aliis in Prioratu de Galiardo à Maiori monasterio pen-
dente. Anno 1579. die 24. Decembr. 1579.
in festo Natalis Domini in Capellâ S. Samsonis coram congregatione Cleri sui deuotè visitauit capsam eius, in quâ repertæ sunt multæ reliquiæ, quas religiosè & honorificè recondidit, arcâ maiore suis impensis constructâ, & de hoc publicum instrumentum est confectum, quod in acta Dolensis Capituli relatum. Interfuerat Concilio Tridentino ante in-
augurationem: Excessit anno 1591. 1591.
mense Septembri, & humatus in suâ Cathedrali.

REVOL. D'argent à 3. tresfles de sinople, 2, 1.

62. ENEMVNDVS DE REVOL Parisinus, filius vnicus Ludouici Reuolij Delphinatis, vnius è Quatuoruiris ab Epistolis secretioribus, & Diplomatibus scribendis Henrico 3. & 4. Regibus, à quo scilicet designatur in obsidione Rotomagensi parente Ludouico eam nominationem obtinente. Verùm regiâ C solùm schedâ donatus, neque impetratis bullis à Pontifice Max. attamen totis vndecim annis solummodò potitus est Oeconomatus titulo iisdem prouentibus, quibus sibi consecrato Episcopo vti licuisset, ex indulgentiâ temporum, vsque ad an-
num 1604. quo Episcopatui cessit in 1604.
gratiam Antonij de Reuol cognati sui, Rege annuente, sub debito summæ quatuor mille librarum pensionis annuæ, quam ex fructibus sibi reseruauerat: neque enim fuit vnquam consecratus, sed in magno Regis Consilio Decanus & cælebs D vixit vsque ad annum 1617. quo Lutetiæ fato functus, atque in monumento patris sui Ludouici, in Ecclesiâ D. Germani Altissiodorensis sepultus; propè sacrarium ad cornu Epistolæ maioris altaris eiusdem basilicæ, inscriptio eorum memoriæ cernitur apposita.

REVOL.

63. ANTONIVS DE REVOL Delphinas, superioris gentilis ex patre Antonio filius, qui Ludouici frater natu maior fuerat, cedente Edmundo

ad Ecclesiæ Dolensis gubernacula A
peruenit, cùm annum vitæ ageret
46. ab Henrico autem 4. Episcopus
1604. nominatus 6. Ianuarij anni 1604. à
Paulo Huralto Aquensi Archiepis-
copo inunctus est, assistentibus Clau-
dio Dormy Boloniensi, & Gasparo
Dinet Matisconensi Episcopis, in
Ecclesiâ Prioratus conuentualis D.
Martini apud Parisios: die 18. Fe-
bruarij possessionem iniit, 20. verò
eiusdem mensis magnâ hominum
frequentiâ in vrbem Dolensem so-
lemniter est inuectus. Sedit idem
Antonius per spatium 25. annorum,
quibus egregij Pastoris munus sem- B
per obiit, & admodum laborauit tum
in restauratione domorum, tum iu-
rium suæ sedis & præeminentiarum
tuitione; illud autem in primis sin-
gulare: Episcopi Armoricani in Co-
mitiis quæ vnoquoque biennio ce-
lebrantur, modò in hac vrbe, modò
in aliâ Britanniæ, ægrè præsertim
patiebantur præesse in iis indiscri-
minatim Episcopum Dolensem, eó-
que res deuenerat, vt palam id fer-
re denegarent; quocirca litem ma-
gnam Antonius contra Episcopos
prouinciales pro primâ sede, seu præ- C
rogatiuâ sessionis in Comitiis pro-
uincialibus sustinuit, ita vt Senatus-
consulto secretioris Consilij euice-
rit, huiúsque iuris possessionem in
1626. Comitiis Nannetensibus anni 1626.
sit adeptus coram Ludouico XIII.
Anno insequenti multas domos &
prædia in vrbe Dolensi suis sumpti-
bus emit; & alias construxit, qui-
bus Conuentum Monialium de Vi-
sitatione B. Mariæ nuncupatum, se-
cundùm regulam beatæ memoriæ
Francisci de Sales Geneuensis Epis-
copi, illius amici & coætanei funda-
uit, & in dicto monasterio plures Re- D
ligiosas sorores Visitationis Pari-
siensis adduci curauit, quibus dum
vixit multùm opitulatus est. At
post illius excessum dictæ moniales
Visitationis propter aëris & loci,
vt aiebant, intemperiem, domum
illam, vel fundationem deserue-
runt, seu hæredibus renunciantes
restituerunt; inter quos primarius
Ennemundus de Reuol, dicti An-
tonij nepos, Prior B. Mariæ propè
Dolas, Præcentor & Canonicus
Ecclesiæ Dolensis, piam patrui in-
tentionem noluit irritam esse, sed
anno 1634. easdem domos & præ-
dia sub eodem nomine & titulo,
atque iisdem etiam clausulis, nempe
priuilegio fundatoris, & sub annuæ
solemnis missæ debito, pro animâ
Antonij & parentum suorum in die
commemorationis fidelium persol-
uendo, sicut priori chirographo
Religiosarum Visitationis contine-
batur, hortatu & petitione He-
ctoris Douutier Episcopi Dolensis,
aliis sororibus Religiosis de Trinita-
te nuncupatis sub regulâ Diui Be-
nedicti concessit: quod quidem mo-
nasterium est sub directione & visi-
tatione Antistitis. Multa prætereà
idem Antonius laudabiliter in Epis-
copatu gessit; In Synodis diœcesa-
nis, vt antiqua disciplina reflores-
ceret, permulta statuit, & tandem
Dolis in suo castello Episcopali an-
no ætatis 61. 1629. 6. Augusti po- 1619.
stremum diem clausit. Eius corpus
in medio sacelli sancti Samsonis Ca-
thedralis Ecclesiæ reconditur in cry-
ptâ, in quâ corpus Mathurini de Ple-
dran Episcopi Dolensis quondam
humatum, & plumbeo loculo con-
tentum, repertum est. In eodem
sacello epitaphium huius sculptum
est æneæ laminæ, & elogium ad
parietem cùm effigie marmoreâ ele-
uatâ hæc verba proloquitur:

D. O. M.

*Reuerendissimi in Christo Patris domi-
ni* ANTONII DE REVOL DO-
LENSIS *Antistitis vigilantissimi, inte-
gerrimi, innocentissimi epitaphium. Plan-
gite eheu! acerbum casum ciuis, grex
Dolensis, tota demum Armorica. Pater,
Præsul, Præses vester, ipsamet comitas,
sanctitas, in rebus gerendis solertia, An-
tonius Reuoliæ gentis supremum decus
vixit, cessère tandem fatis annulus,
crux, infulæ, ut omnibus inludit breuis
hac vrna, vtitur infælix suo iure, at
nil præter caducum tollit, parcite fle-
tibus ô ciuitas, plebs, prouincia, melior
Antonij pars, cœlestis nempe illa origo
restat, quæ adserente nomine transit in
genium vtiq; pio, vt solebat amoris affe-
ctu, exerta cura, in omnium vestrûm com-
moda nunc quàm maximè perennitérque
inuigilantem, sic ille æternum elucebit
heros vester: Reddite iusta, dicite grata:*

Spargite flores verba parenti. Ennemundus de Reuol huius Ecclesiæ Præcentor, ex fratre primogenito filius, & Ludouicus de Reuol huius Ecclesiæ Canonicus, ex fratre domini de la Rameliere filius, & Guillelmus de Reuol dominus de la Buissiere eius frater, mæstissimi posuerunt. Circum leguntur ista: *Hic iacet illustrissimus ac reuerendissimus D. D. Antonius de Reuol Delphinas, obiit die sextâ Augusti 1619. Episcopus & Comes Dolensis annum ætatis agens* LXI. Elogium autem sic habet.

1629.

D. O. M.

Siste viator moræ pretium feres, hic vitæ purioris vel sectandæ norma, vel colendæ memoria; tibi subijcitur vir maximus ANTONIUS *patriâ Delphinas, genere* REVOLIUS *haud impar maioribus suis, annis iunioribus, vtrámque militiam professus egregiè, tandem ætate maturiori vnicè Christi militiæ se addixit. Primùm apud suos Abbas S. Ruffi, dein apud Armoricos huius Ecclesiæ Dolensis Præsul effectus est, eam rexit annos* 25. *prorsus incumbens illi, cauénsque ne qua deberet, vel ab Episcopo pietas, vel à Comite fortitudo, à quoquam in eo desiderari posset. Cathedræ suæ conuulsum honorem tenendi primas in Comitiis huius prouinciæ penitus asseruit, monasteriorum hac in vrbe existentium vnum ad strictiorem pietatem compulit, alterum à suo fundauit, dum ad compescendos tum temporis insolentissimos impetus maris ad eius ripam sacrum facturus progreditur, ex pertinaciâ laboris & aëris iniuriâ febrim contrahit, à quâ diebus* 9. *vexatus,* 10. *conficitur anno R. S.* 1629. *ad diem Augusti 6. omnia sua moriens in pias largitiones effundit. Hoc in sacello inge sacrificium iugiter & diebus singulis pro animæ suæ remedio curat offerendum; quid à magno Præsule maius expectas? abi Viator, & quam tibi optas quietem, eandem ei deprecare. Ennemundus huius Ecclesiæ Præcentor & Prior Subdolensis, sanctæ Sedis Apostolicæ Pretonotarius, ex fratre primogenito filius mæstissimus poni curauit.*

DOVVRIER. D'azur au cheuron d'argent chargé de 7 merlettes de sable accompa-

64. HECTOR DOVVRIER Tolosas, Iuris vtriúsque Doctor, S. Memmij Catalaunensis Abbas, Regi à secretioribus Consiliis. Huius parens fuit Rigal Douurier in Parlamento Tolosano Consiliarius, patre

A & auo Senatoribus procreatus, mater verò Beatrix Poner de la Terrasse: germanum quoque habuit Parlamenti Tolosani Præsidem. Is autem fit Consiliarius & Eleemosynarius Mariæ Mediceæ Regis Ludouici 13. matris die 24. Februarij 1624. designatus ab eodem Ludouico 13. Abbas, seu perpetuus Commendatarius monasterij S. Memmij, Ordinis Canonicorum S. Augustini extra muros Catalaunenses die 20. Iunij 1627. bullis datis in Curiâ Romanâ 21. Iulij 1627. & adipiscitur possessionem 5. Decembris: eodem anno

gnées de 3. gerbes d'or de espics chacune liée de mesme 2. en chef & 1 en pointe, timbré d'vne croix Archiepiscopale entre vne mitre à droit, & vn casque de front à gauche surmonté d'vne couróne Comtale abrié d'vn chapeau Archiepiscopal.

B ex Abbate & Eleemosynario nominatur Episcopus Dolensis à præfatâ Mariâ Mediceâ, quæ regale dominium per Britanniam obtinebat die 1. Septembris 1629. confirmat eandem nominationem Ludouicus 13. die 6. Septemb. illius anni, & expediuntur bullæ 10. Iunij 1630. hoc anno inauguratur Parisiis in Episcopum Dolensem die Dominicâ 2. Augusti, quæ eiusdem mensis erat 11. in Ecclesiâ Patrum Congregationis B. Mariæ Ordinis Cisterciensis in suburbio S. Honorati sitâ, per Ioannem-
C Franciscum de Gondi Archiepiscopum Parisiensem, assistentibus Episcopis Raphaele de Bologne Diniensi, & Emerico de Bragelone Lucionensi. Fidelitatis iuramentum præstat Regi apud Lugdunum in Capellâ Palatij Archiepiscopalis die 5. Septemb. 1630. & 10. mensis per codicillos regios constituitur Gubernator vrbis & castelli Dolensis, atque eo nomine iuramentum exhibuit in præsentiâ Michaelis de Marillaco Franciæ Procancellarij, Lugduni 31. Septembr. eiusdem anni: fit etiam Consiliarius in sanctiore Consistorio die 28. Septembris 1630. primum au-
D tem in ciuitatem Dolensem ingressum celebrat die 19. Nouemb. eiusdem; postero anno vrbem auget monasterio Virginum Ordinis sancti Benedicti sub nomine Sanctissimæ Trinitatis; necnon illo sedente Patres Carmelitæ Mitigati domum quam inhabitabant in formam perfecti monasterij construunt. Supremos honores reddidit Petro Cornullier Episcopo Redonensi in eâ Ecclesiâ sepulto die 27. Iulij 1639. 1639.
quod pariter præstitit Stephano de Villazel Tolosati Consiliario & Præ-

1630.

dicatori Regio, Episcopo Briocensi in suâ Cathedrali tumulato die 5. Iunij an. 1641. qui decesserat die 1. Transfertur demum Hector ad Nemausensem Sedem in Occitaniâ, ex pacto commutationis factæ cùm Anthymo Dionysio Cohon, quod & Ludouicus XIV. regiâ nominatione
1644. comprobauit 19. Februarij an. 1644. vt videre licet in serie Episcoporum Nemausensium. Decessit autem anno 1653.

Cohon, Comme cy apres. 65. ANTHYMVS DIONYSIVS COHON ex Nemausensi Antistite anno 1644. Lutetiæ laudauit funebri oratione in Metropoli Parisiensi B Diuæ Mariæ, Elisabetham à Franciâ Philippi 4. Hispaniæ Regis coniugem; item Alfonsum Ludouicum Plessium Richelium Cardinalem Lugdunensem in æde Sorbonicâ anno 1653. cùm iam sese Episcopatu in manibus summi Pontificis liberè
1648. abdicasset, 24. Nouemb. 1648. Post obitum Hectoris antecessoris, regiâ iterùm nominatione, ad Ecclesiam Nemausensem reuersus est an. 1655.

Cvpif. D'argent à 3 tretles de sinople. 66. ROBERTVS CVPIF Parisinus, origine Andegauensis, Decanus du Folgoet in Armoricâ; C ex Leonensi Pontificatu translatus ad Dolensem, promulgatur in Consistorio 26. Septembr. 1651. bullas ab Innocentio Papâ X. ad quartam partem taxæ Dolensis impetrauit Ro-
1652. mæ ad S. Mariam Maiorem an. 1652. Idibus Nouemb. Pontificatus 9. Ecclesiam primùm Pontificaliter & solemni inaugurationis pompâ ingressus est die Dominicâ 16. Februarij 1653. & die festo Ascensionis Domini 22. Maij eiusdem anni exhibuit Regi hominium fidelitatis pro temporali.

CANTORES
ECCLESIÆ DOLENSIS.

SCIENDVM est quòd in Capitulo sint duodecim Canonici qui habent totidem feoda in parochiâ de Sanctis, & duodecim tractus decimarum, homines & subditos, redditus in frumento & pecuniis. Eorum primicerius Cantor Canonicus: series autem quæ reperiri hactenus potuit ex scriniis Ecclesiæ, ad nostram vsque ætatem sequens est: quam debemus medicio dom. Cousinot in Senatu Armorico Regij Consiliarij, qui ex archiuo Dolensi nonnulla ad Episcoporum catalogum concinnandum monumenta suppeditauit.

Guido de Clederico 1. Doctor Legum.

Guido Carpentarij 2.

Nicolaus de Malestrot.

Petrus de Bellaquercu.

Ioannes Morelli 1.

Oliuerius Rolandi.

Robertus Ruallo 1. in Decretis Licentiatus, Nicolai Papæ Cubicularius; qui vniri fecit perpetuò præbendam quam anteà obtinebat cùm ipsâ Cantoriâ.

Robertus Guybé 2. Episcopus Trecorensis, successit post obitum Roberti Ruallo.

Franciscus Vitrou Decretorum Doctor, Thomæ Episcopi Dolensis nepos anno 1486. 1486.

Ioannes de Pledran 2. frater Mathurini Episcopi Dolensis an. 1509.

Thomas Fauerel 1. Senior.

Thomas Fauerel 2. Iunior.

Guillelmus Ybert Dolensis diœcesis 1. Ianuarij 1610. 1610.

Emondus de Renol Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, in vtróque Iure Licentiatus, Prior Sub- D dolensis, patriâ Delphinas & Episcopi Dolensis nepos an. 1631.

Thomas Boulain 3. in Iure Canonico Licentiatus, patriâ Macloujensis anno 1637. 1637.

EBROICENSES EPISCOPI.

EVREVX en Haute Normãdie, sur Iton.

EBROICA, vel Ebroicum, seu Mediolanum Aulercorum Eburonicum, Eburo, & castrum Ebroæ Vsuardo, Eburonices Cæsari, Ebroæ, & Ebroicacensis vrbs Dudoni libro de Actis Normannorum, Ebroicorum ciuitas in Notitiâ Prouinciarum, nunc verò Ebroicæ in Normanniâ B ad Itonem fluuium, qui Ebroicas præterfluit, non longè hinc labentem in Auduram: eam Armoricus Philippidos libro 4. vocat armis & rebus, & bellatoribus pluribus instructam: non ampliùs decem leucis à suâ Metropoli & Parlamento Rotomagensi distat; vbi Prætura vnius Balliuatus Normanniæ, ac nobilissimorum Comitum, Regúmque Nauarræ quondam sedes. Cathedralis Patrona est Deipara Virgo, in quâ Decanus & plures Canonici. C Sunt in diœcesi sexcentæ ferè parochiæ à tribus Archidiaconis obeundæ. Venerabile Capitulum triginta censetur capitibus. Numerantur illustres Benedictinorum familiæ, quarum est S. Taurinus in suburbio apud Ebroicas, domus perantiqua, sed à sexcentis iterum annis exædificata, cùm incendio planè fuisset consumpta. Est Abbatia Lyrana eiusdem Ordinis, vbi aliquandiu D. Thomas Cantuariensis latuit, & inde discedens, hospitalis tesseræ donum monachis annulum suum reliquit. Est Abbatia S. Leufredi eiusdem Ordi- D nis, cruce lucidâ ibidem visâ à pluribus sæculis extructa: item Abbatiæ Concharum & Ibræacensis. Est Prioratus dicti Ordinis Benedictini Bellomontanus, ab eiusdem loci Comitibus erectus, & sanctorum reliquiis clarus. Sunt Cisterciensium Abbatiæ Noacina, Boniportus, de Brolio Benedicti, & Sanctæ Mariæ de Estreâ. Virginum Deo sacrarum peruetera & illustria domicilia sunt Ebroicis S. Saluator, Vernoni Hospitales: Est & Cathedra Dei Ordinis Fontebraldensis. Ad Gallionem verò vbi amœna & A superbo opere exstructa domus suburbana Archiepiscopi Rotomagensis, inclytum Cartusianorum Monasterium. Episcopus autem Ebroicensis castrum suum habet apud Condetum. Sunt Ebroicis Dominicani à B. Ludouico fundati. Franciscanorum Conuentus peruetetes Ebroicensis, Vernoliensis, & Vernonensis. Multi insuper Capucini, ac Pœnitentes Tertij Ordinis. Exstant recentes sacrarum puellarum domus, Benedictinæ Vernolij, Vrsulinæ Ebroicarum, Hospitales Locoueriorum, & Benedictinæ Pontis arcæ. Loca autem sanctitate & curationibus inclyta recensentur B. Virgo Gratiæ frequentiâ hominum celebrata, S. Leufredus, & fons S. Dionisij: tria sunt denique ad erudiendam iuueututem fundata Gymnasia Ebroicense, Vernoliense, & Vernonense. Elenchus Abbatiarum diœcesis hic est:

S. TAVRINI O B. *S. Taurin d'Eureux.*

S. SALVATORIS *fœm.* O B. *S. Sauueur d'Eureux.*

CONCHARVM *Conches* O B.

LYRÆ *Lyre* O B.

CRVCIS S. LEVFREDI O B. *la Croix S. Leufroy.*

DE VALLE *la Vallée* O B.

IBREÆ *Iury* O B.

BONIPORTVS *Bonport* O C.

BROLIIBENEDICTI O C. *Breuilbenoist.*

NOÆ *la Noué* O C.

STRATÆ *l'Estrée* O C.

Ad Episcopos iam enarrandos accingimur, quorum indicem compendiario texuit Ioannes de Iau Pœnitentiarius & Vicarius generalis Episcopi: vbi tamen multi desunt, & quidam videntur transpositi. Seriem autem nostram cùm ex tabulariis Capituli excerpsimus, tum ex permultis aliis documentis publicis & cartis proferemus, additis pluribus quæ non erunt iniucunda, ex quibus cumulatior & emendatior in lucem prodibit.

1. S. Taurinus omnium huius Ecclesiæ Episcoporum primus fuisse perhibetur, quem Baronius missum vult à B. Clemente & ita in Martyrologio Romano consignatur ad diem 3. Idus Aug. cæteri verò S. Sixto Romano Pontifice ad an.
260. 260. Cathedram Episcopalem apud Eburonices rexisse produnt. De eo plura apud Ordericum reperies l. 5. Habet Ecclesiam Abbatialem in suâ vrbe, vt iam notatum est.

2. S. Gaudus.

3. Maurusio subscripsit Con-
511. cilio Aurelianensi 1. an. 511. Episcopus Ecclesiæ Ebroicinæ.

4. Licinius in Synodo Aurelianensi 3. 538. & 5. 549.

5. Viator.

6. S. Landulphus.

7. Ragnericus interfuit Sy-
650. nodo Cabilonensi an. 650.

8. S. Æternus Diui Aquilini decessor, ita asserit vita apud Surium tomo 1. *beato Æterno Ebroicensis vrbis Episcopo ex hac luce ad æternam translato, totius Cleri & populi animi diuinitus inflammantur, vt Aquilinus ille occultus Dei seruus ei substituatur.*

9. S. Aquilinus abdicato sæculo factus Episcopus, postea sanctimoniâ enituit, vt res ab eo præclarè gestæ testantur. Apud Aigradum Monachum in vitâ S. Ansberti Rotomagensis memoratur adfuisse Synodo generali Rotomagensi an.
682. 682. extat eius vita apud Surium tomo v. die 19. Octobris, licet festum eius agatur in suâ Cathedrali 15. Februarij.

10. Desiderius de quo in vitâ S. Leufredi Abbatis cap. 11. *per idem tempus*, inquit, *Pontificatum Ebroicensis Ecclesiæ Desiderius agebat, à quâ non longè, duabus scilicet leucis locus distabat. Qui cùm opinionem viri audisset, & quia plures ab ipso lumine veritatis accensi vitam Apostolicam sequerentur: zelo inuidiæ superatus, quòd in diœcesi suâ talia agere præsumpsisset, quadam die assumptis Officialibus suis ad cellam viri Dei perrexit.*

11. Gerbodus, seu Girvoldus ex Abbate Fontanellensi, seu B. Vuandregisili, in Concilio Francofordiensi an. 794. eiectus est ab 794.
Episcopatu iuxta hæc verba Can. x. *Definitum quidem à domno Rege, & à sanctâ Synodo esse dinoscitur, vt Gerbodus qui se Episcopum esse dicebat, & suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen Episcopalia à Magenardo Metropolitano Episcopo consequutus est; qui etiam professus est Diaconum & presbyterum non secundùm canonicam ordinationem ordinatum esse; vt ab eodem gradu Episcopatus, quem se habere dicebat, deponeretur à prædicto Metropolitano, siue à comprouincialibus Episcopis.* Decessit anno 806. & deest in indice 806.
vulgato Antistitum.

12. Guntbertus adfuit Synodo Suessionensi 2. an. 853. Vermeriensi 2. eodem anno, apud Saponarias 859. Tusiacensi 860. De eo Flodoardus l. 3. cap. 11. reuelauit corpus S. Leufredi Abbatis, & in capsam collocauit apud ædem monasterij S. Crucis, quò propter Normannorum deprædationes humo conditum fuerat.

13. Hilduinus in Concilio Suessionensi 3. an. 866. & Tricassino an. 867. 866.

14. Sebar, ita vocatur in Cadomensi Chronico anno 892. Dudo 892.
Sancti Quintini Decanus lib. 3. de actis Normannorum, loquens de Rollone Duce: *residens circum Parisius misit Ebroicas exercitum vt caperetur ciuitas & Episcopus. Qui veniens ciuitatem inuasit, populorúmque plures, & prædam cepit; sed Episcopus Sebar nomine, Deo annuente euasit.* Eadem scribunt Chronica Cadomensia, & Vuillelmus Gemmeticensis.

15. Guischardus subscripsit cùm aliis Præsulibus autographo restaurationis monasterij S. Petri in Valle per Ragenfredum Episcopum Carnotensem circa an. 954. ex car- 954.
tulario Aganonis.

16. Geroldus memoratur in translatione corporis S. Audoeni sub Ricardo 1. Duce Normanniæ circiter annum 970. quem omisit auctor 970.
Catalogi præfati.

17. HVGO sub Roberto & Malgerio Archiepiscopis Rotomagensibus sedit: eius reperitur etiam memoria in tabulario Aganonis S. Petri in Valle Carnotensi; & in quodam diplomate Ricardi 2. Ducis pro
1024. Fontanellensibus anno 1024. in alio eiusdem Ducis de rebus cœnobij Gemmeticensis 1027. necnon in Concilio eiusdem Malgeri an. 1050. cuius exemplar habetur in MS. membranis: obiit 20. Aprilis.

18. VVILLELMVS 1. filius Geraldi Flertelli, subcripsit tabulæ confirmationis Malgerij Archiepiscopi, ad calcem donationis terræ Pyri super Andelam fluuium, in diœcesi Rotomagensi ex Metropolitanæ cartulario: item cuidam instrumento Vuillelmi Ducis Normannorum dato monasterio Vticensi, cùm Lexouiensi &
1050. Baiocensi Episcopis anno 1050. benedictionis munus largitur 11. Cal. Iulij anni 1059. Roberto de Granremaisnilio Abbati Vticensi apud Ordericum lib. 3. eum diuini cultus feruore, aliisque virtutibus pollentem prædicans: vixisse autem illum adhuc memorat an. 1066. vnà cùm Maurilio Metropolitano, & aliis Episcopis Neustriæ chirographo firmauit fundationem Abbatiæ Sanctimonialium D. Saluatoris intra vrbis muros, cùm Vuillelmo Duce, Maurilio Archiepiscopo, & procere-
1070. ribus Normanniæ. Fato functus est an. 1070.

19. BALDVINVS Ducis Normanniæ Capellanus in locum Vuillelmi suffectus, ita habet Ordericus l. 4. *defuncto Guillelmo Ebroicensi Episcopo, Balduinus Ducis Capellanus successit, & Præsulatum ferè 7. annis regulariter rexit*: at mendum videtur in epochâ an. 1070. cùm apud Vuillelmum Gemmeticensem l. 7. cap. 37. memoretur iam interfuisse dedicationi Ecclesiæ S. Mariæ Gemmeti-
1067. censis anno 1067. Calendis Iulij; legitur & in cartulario sancti Dionysij an. 1069.

20. GISLEBERTVS Osberni filius, Canonicus & Archidiaconus Lexouiensis, electus post excessum Balduini, qui auctore Orderico l. 4. *Episcopatum plusquam 30. annis viriliter tenuit, & res Ecclesiæ multis modis auxit, solertiâque suâ emendauit.* Is verò ad annum 1071. adfuit Concilio pro- 1071.
uinciali in æde S. Mariæ Metropolitanâ Rotomagensi; tum consecrationi Ecclesiæ Beccensis an. 1077. 10. Calend. Nouembris per Lanfrancum Archiepiscopũ Cantuariæ, ex Chronico Becci. Anno insequenti, die festo Cathedræ Sancti Petri Anselmum Abbatem Becci consecrauit in basilicâ huius monasterij, & Hugonem Lexouiensem Episcopum coram Roberto Aucensi Comite ipsius germano. Idem anno 1079. vnctionis munus impendit in templo S. Mariæ Rotomagensis Guillelmo Archiepiscopo. Interest exequiis Guillelmi 2. Conquæstoris Ducis Normanniæ an-
no 1087. Cadomi sepulti apud ædem 1087.
S. Stephani in presbyterio inter Chorum & altare; ac publicâ oratione funebri coram Episcopis per eumdem Gislebertum cognominatum Magnum, ob proceritatem, celebratus est. Præsens quoque Concilio Claromontano anno 1095. & dedicationi monasterij Vticensis 1099. ita Ordericus lib. 10. *Gislebertus Ebroicensis aram matutinalis missæ in honorem omnium Sanctorum*, (benedixit) *denique 17. Calend. Nouembris Ebroicensis heros ad meridiem altare in honorem omnium Confessorum sanctificauit, & completâ Missæ celebratione in Capitulum venit, & sanctis exhortationibus, piisque precibus & benedictionibus fratres in Dei cultu corroborauit.* Ei scribit, vnáque Guillelmo Rotomagensium Archiepiscopo ep. 153. Iuo Episcopus Carnotensis; ac demum fatis concessit iuxta hæc verba Orderici
libro 11. *Anno ab Incarnatione 1112.* 1112.
Gislebertus senex Ebroicensis Episcopus, postquàm in Episcopatu 34. annis vixit, in senectute bonâ 4. Calend. Septembr. obiit, & in basilicâ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ sepultus est, quam ipse perfecit, dedicari fecit, possessionibus & ornamentis ditauit, Clerum ampliauit, & Ecclesiastico cultui noctè diéque mancipauit. Sequenti autem anno Audoinus Baiocensis, Capellanus Regis successit, qui eruditione litterarum imbutus, sibi commissis viam Dei regulariter monstrauit.

21. AVDOENVS Tburstani Eboracensis Præsulis frater, ex Capellano

Regio Episcopatus apicem conscen- A
dit anno præfato 1112. cui Iuo Car-
1112. notensis, Præsuli designato scribit
epistolam 225. ex quâ eius fuisse fa-
miliarem cognoscimus, cùm de
eo subiungit ista: *in Domino gauisi
sumus, quia vos vtile vas in domo Dei
futurum esse credimus: simul expetentes
vt familiarem inter nos dilectionem con-
firmemus, & vicina ab inuicem solatia,
atque præsidia pro euentuum & actionum
Ecclesiasticarum necessitate expectemus:
initia vestri Episcopatus visitare decre-
uimus, vt amodò fraternà dilectione pro
inuicem sentiamus, onera nostra inuicem
portemus: quatinus secundùm canonicam B
institutionem oppressores Ecclesiasticorum
pauperum gladio spiritus vnanimiter per-
sequamur.* Epistolâ 242. illum Epis-
copum iam confirmatum vocitat.
Grauiter autem vexatus est per
Comitem Montisfortis, vnde apud
memoratum Ordericum lib. 12. sub
1118. » au. 1118 hęc legas: Almaricus de Mon-
» tefortis Simonis & Agnetis filius, ex
» sorore nepos Guillelmi Comitis,
» Ebroicensem Comitatum expetiit,
» quem prorsus ei Rex Henricus con-
» silio Audini eiusdem vrbis Episcopi
» denegauit. Ille igitur totis nisibus
» insurrexit: eodem anno Guillelmus C
» Punctellus in Octobri arcem ei E-
» broicensem tradidit, & tota ciuitas
» prædonibus paruit: Episcopium quo-
» que deprædatum est, & Audinus
» Præsul cùm Clericis & clientibus suis
» fugere compulsus est. Tum quoque
» innuit ipse Ordericus; Concilio pro-
» uinciali Rotomagensi Audoenus per
» legatum suum significauit Patribus
» in eo congregatis, quòd pro tutelâ
» patriæ conrra publicos hostes non
» interfuerit; nam eo eiecto ab vrbe
per fautores Amalrici Comitis, Epis-
copium cùm omni supellectili, libris
& ornamentis direptum est; Audi-
» nus autem Episcopus, addit Orderi- D
» cus, ne occideretur; cùm dome-
» sticis aufugit, & per vnum annum
» hac & illac peruagatus exulauit: ha-
» bitúque suo luctum Ecclesiasticæ
» desolationis monstrauit. Eodem Pon-
tifice concremata est primaria Eccle-
sia, dissidentibus Henrico Rege &
Amalrico Comite, quemadmodum
1119. prodidit Ordericus sub annum 1119.
*hæsitat in tanto discrimine Præsul an-
xius, ignorat quid iubeat diuinæ dispo-
sitioni competentius; nescit quid debeat*

*magis velle vel eligere salubrius. Tan-
dem prudentum consultu præcepit ignem
immitti, & ciuitatem concremari, vt
ab anathematizatis proditoribus libera-
retur, & legitimis habitatoribus restitue-
retur. Radulfus igitur de Guader à parte
Aquilonali primus ignem iniecit, & ef-
frenis flamma per vrbem statim voluuit,
& omnia (tempus enim Autumni siccum
erat) corripuit. Tunc combusta est basi-
lica S. Saluatoris quam Sanctimoniales
incolebant, & celebris aula gloriosæ Vir-
ginis & matris Mariæ, cui Præsul &
Clerus seruiebant, vbi Pontificalem Cu-
riam parochiani frequentabant. Rex, &
cuncti Optimates sui Episcopo pro Eccle-
siarum combustione vadimonium suppli-
citer dederunt, & vberes impensas de
opibus suis ad restaurationem ear[illegible] pa-
lam spoponderunt.* Post hæc verò Au-
doenus in Concilio Remensi adfuit,
*& clamorem de Amalrico fecit, a quo
& se turpiter expulsum, Episcopium abo-
minabiliter incensum denuntiauit. Pro-
tenus econtra Capellanus Amalrici pa-
lam respondendo audacter occurrit, &
mendacem Episcopum liquidò coram
omni cœtu vocitauit*, nimirum addit
Historicus, *quia Rex cùm pluribus ca-
teruis suorum vrbem obsedit, imperioque
suo ignem iniecit, & basilicas omnes cum
ædibus concremauit.* Benedixit tem-
plum Abbatiæ D. Saluatoris: præ-
sens & consecrationi Guillelmi Can-
tuariensis anno 1130 5. Idus Ianuarij, 1130.
necnon adfuit Henrico I. Angliæ
Regi morienti apud castrum Leonis
1135. cùm Hugone Rotomagensi,
qui eius interuentu electionē Theo-
baldi quinti Abbatis Becci compro-
bauit 1137. biennio post iste Episco-
pus ad meliorem vitam migrat anno
1139. vti legere est in Orderici l. 13. 1139.
*Audoenus Ebroicensis Episcopus Paschali
septimanâ in Angliam profectus est, ibi-
que 6. Nonas Iulij Meltonæ in Canoni-
cali cœnobio defunctus & sepultus est.
Hic in Baiocensi pago ortus, studia
litterarum inquisiuit: peritiáque libera-
lium artium imbutus inter doctissimos
coaluit, & Regi Henrico familiaris
effectus, inter præcipuos scribas compla-
cuit. Denique de Capellis Regis proue-
ctus 24. annis Ebroicensem diœcesim te-
nuit, Clerum, subiectamque plebem ad
seruandam Dei legem erudiuit, Eccle-
siæque cultum solerter exercuit, & basi-
licam beatæ Dei genitricis Mariæ, quæ
tempore illo combusta fuerat, à fundamen-*

tis

tis reparauit. Rotrocus autem filius Henrici Comitis de Guarentio Rotomagensis Archidiaconus ; ad Episcopatum Ebroicensem assumptus est , & à domno Hugone Archiepiscopo consecratus est.

Vuarvic. 22. ROTROCVS seu ROTRODVS DE VVARVIC Archidiaconus Ecclesiæ Metropolitanæ Rotomagensis Episcopatum iniit post Audoenum, vel Audinum, vt passim legitur apud Ordericum. Robertus de Monte in Appendice anno 1139. *obiit Audoenus Episcopus Ebroicensis in Angliâ, & successit Rotrodus vir religiosus bonis ornatus moribus , & dilectus ab omnibus , filius Henrici Comitis de Varuic.* Idem produnt Chronica Normanniæ, ac Robertus de Monte memoratus testaturipsum an. 1157. interfuisse reuelationi corporis beati Firmati ; & anno 1163. ait, *Rotrocus & Reynaldus de S. Valerio fecerunt in Normanniâ recognoscere iussu Regis per Episcopatus, regales redditus & consuetudines ad Regem & Barones pertinentes.* Præsens legitur translationi relliquiarum D Dionysij, testisque in cartâ Ricardi Regis Angliæ cùm Henrico de Nouoburgo. Posteà Archiepiscopus Rotomagensis anno 1165. apud eundem Robertum de Monte.

1157.

23. EGIDIVS I. ex Archidiacono Rotomagensi ordinatur Episcopus anno 1170. teste Roberto de Monte, de eo iam Electo Præsule illustris locus Arnulfi Lexouiensis scribentis in hæc verba : benedictus Deus qui ad Episcopale vos vocat officium , & ad onera nostra pariter cõportanda conducit. Gaudemus planè vestra ad honorem debitum merita promoueri , sed maiore gaudio commouemur , quia sapientiam vestram ex hoc nunc totam scimus vtilitatibus Ecclesiæ mancipari. Me verò commune gaudium iustum est speciali lætitiâ celebrare, quia personam meâ bonitas vestra speciali semper dilectione complexa est, & ego ad honoris vestri prouentum totis semper desideriis anhelaui. Concurrebant siquidem hinc inde alterna mutuæ caritatis officia , cùm alter non magis suis, quàm alterius optaret opportunitatibus inseruire. Benè autem nobis in hac parte prouidentia diuina consuluit , quòd cùm sapientiam vestram ad alias partes multorum desideria traherent, ipsa vos nostræ præsertim prouinciæ reseruauit. Iustum sanè est eius vos potissimùm obligari muneribus , eius necessitatibus inseruire, quæ vos suis aluit vberibus , suo fouit amplexu , suis honoribus ampliauit. Mihi verò benigniùs indulgentia diuinæ propitiationis arrisit, quæ me ab amico nec diuersitate professionis abiunxit, nec locorum distantiâ separauit, sed nos quasi contiguâ positione coniunctos ad frequentes comparauit occursus, vt ad communicanda profusæ caritatis officia ipsa locorum occasio seruiat, & propinquitate corporum nibilominus propinquitas respondeat amicorum. Interim profusis desideriis, & deuotis orationibus arbitror insistendum , vt initia consecrationis vestræ diuina benignitas fœlici secundet auspicio, & ad executionem Episcopalis officij vos exuberantis gratiæ virtute confirmet. Eidem postmodum scribit in causâ cuiusdam Abbatis ; illique adhuc Archidiacono Rotomagensi epist. 1. & 55. quibus dicat collectionem Epistolarum , & sermonem habitum in Concilio Turonensi 1163. Ex veteri Chronico compertum habetur filio Henrici 2. Regis Anglorum comitem ascitum fuisse, dum in Angliam transfretauit, ac teste Rogero Houedeno vnà cùm Rotroco Rotomagensi Archipræsule destinatus est ad Romanum Pontificem , vti obtinerent Cardinales, qui cognoscerent de causâ quæ vertebatur inter Regem, & Ecclesiam Cantuariensem pro morte S. Thomæ Archiepiscopi. Adfuit sacro & coronationi Angliæ Regis Iunioris & Margaritæ vxoris apud Vuintoniam. Deduxit pariter Ioannam filiam Regis Anglorum apud Panormum in Siciliâ, Guillelmi Regis futuram coniugem 1176. quæ in 1176.
Capellâ Regiâ coram dicto Egidio desponsata est, & coronata. Subscriptus memoratur præterea apud Houedenum instrumento pacis Ludouici Franciæ, & Henrici Angliæ Regum. Concilio Lateranensi interfuit, ac dedicationi Monasterij Beccensis 1178. coram duobus Henricis patre & filio Regibus Anglorum, prout adnotant Chronicum Beccense, & Roberti de Monte, apud quem dicitur 1180.
obiisse catarro anno 1180.

1170.

24. IOANNES I. ex Clerico Regis Angliæ, filius Lucæ, Pontifica-
1181. tum Ebroicensem adeptus est an. 1181.
ita habent Robertus de Monte in Appendice, & Rogerus de Houeden, qui auctor est ipsum cùm Ricardo Cantuariæ Archiepiscopo venisse Cadomũ in Abbatiâ D. Stephani, vbi coram populi solemni audientiâ excommunicationem tulêre contra eos, qui pacem inter Regem & filios faciendam impedirent. Et quia stabat à partibus Henrici, ipsum teste dicto Houedeno Rex vnà cùm Vualtero Rotomagensi Archipræsule, & Vuillelmo Senescallo ad Regem Frãciæ delegauit, petens sibi fieri restitutionem damnorum. Ille interim præsens fuit in colloquio Philippi Augusti cùm Henrico 2. Angliæ Rege, pro expeditione in Terram Sanctam suscipiendâ: Præsens & coronationi Ricardi I. Regis Angliæ, quem sequutus est in itinere transmarino; notatur enim apud Houedenum parte posteriore Annalium subscriptus cartæ Ricardi apud Messanam, cùm Vualtero Rotomagensi, & aliis Clericis de familiâ Regis Angliæ. Eodem
1191. libro refert an 1191. Ioannem inaugurasse Reginam Berengariam, quod ex his Houedeni verbis liquet: *Beringerà filia Regis Nauarræ desponsata est Ricardo Regi Angliæ in insulâ de Cypre apud Lymeszun. Nicolao Regis Capellano officium sacramenti illius perficiente: & eodem die fecit illam Rex coronari, & consecrari in Reginam Angliæ à Ioanne Ebroicenso Episcopo, administrantibus illi in officio illo Archiepiscopis de Apamiâ, & de Auxià, & Episcopo de Baionià.* Memoratur cùm Alardo Cardinali Apostolicæ Sedis Legato, & aliis Præsulibus Franciæ Carnotẽsi, Beluacensi, & Baionensi Ecclesias ciuitatis Acconensis quas pagani polluerant, dedicasse iterum, & altaria Domino pro celebratione Eucharistici Sacramenti erexisse. Sed in sacrâ expeditione mortalitatem expleuit, fragmentum enim bullæ tabularij Ebroicensis Ecclesiæ, scriptæ Anagniæ 14. Cal. Martij, Pont. Innocentij 3. sexto ita scribit: *Præterea cùm beatæ memoriæ I. Ebroic. Episcop. ad partes Ierosolymitanas accessit, L. Episcopum tunc Canonicum Ebroicensem procuratorem Episcopalium prouentuum reliquit, ac ipse prouentus Episcopatus ferè percepit plures annos. Eodem Episcopo in peregrinatione defuncto, &c.* In perantiquo obituario legitur Ecclesiæ ac Capitulo bona contulisse, & apud Ioppem viuis exemptum: recensetur & in priuilegio Ricardi Regis Angliæ pro confirmatione bonorum Abbatię de Voto, regni anno 1. die 20. Martij, conscriptâ per Vuillelmum de Longocampo Eliensem Episcopum Cancellarium, teste Rogerio de Harcurt & Vuillelmo de Hometo Constabulario Normanniæ; item in alio priuilegio bonorum & Ecclesiarum Abbatiæ S. Trinitatis Exaquensis.

25. GVARINVS DE CHIERREY Adamo genitus, qui fuit etiam parens Guillelmi. de Chierreyo dotatoris CHIERREY
Canonicatus de Bernienuillâ & Pi- 1195.
tienuillâ in Ecclesiâ Ebroicensi, quemadmodum patet ex schedâ fundationis, vbi dicitur facta eleemosyna pro salute Garini fratris Ebroicensis Episcopi. Subscripsit cartæ confirmationis bonorum monasterij S. Taurini datæ à Ricardo Anglorum Rege 15. Iunij an 6. regni eius. Houedenus obseruat ipsum 1198. à Ricardo in Alemanniam fuisse legatum, vt Comitiis creandi Imperatoris, defuncto Henrico, eius nomine præsens adesset; in diplomate dicti Ricardi extat eius no-
men & præfato an. 1198. in bullâ In- 1198.
nocentij; insequenti verò in tabulis Abbatiæ Conchensis nominatur solâ literâ initiali G.

26. LVCAS ex Canonico Ebroicensi institutus: notatur in cartis an. 1203. & 1205. quo tempore benedixit ædem D. Antonij de Gallione cùm Guillelmo Abrincensi, & Iordano Lexouiensi: necnon in aliis an. 1207.
1209. 1211. & 1214. è cartulario B. Tau- 1209.
rini. Cartam dedit monasterio Albæcutiæ Ordinis Præmonstratensis, quâ confirmat huic Ecclesiæ donationem decimæ de Brerignollis, & de Garenceriâ, déque omnibus donis cæteris tam fundatorum gentis de Pisciaco, quàm aliarum personarum, codicillis scriptis apud Ebroicas an. 1207. cuius autographum meminimus nos vidisse in cartulario Albæcuriæ. Assumptus fuit quoq; mediator controuersiæ Archiepisc. Rotomagensis & Capituli an. 1211. ex veteri Chronico Normanniæ: subscriptus & legitur tabulæ datę Laterani die Martis post festũ S. An-
dreę 1215. in actis Capitul. Vernonẽsis 1215.

Ecclesiæ 1217. & in aliis membranis A cœnobij S. Taurini 1218. & 1219. Eodem Pontifice, inquit Historicus Episcoporum Ebroicensium, Religiosæ D. Saluatoris euerso Monasterio propter bella Francorum cùm Anglis, ad nouum domicilium in suburbio ciuitatis Garini beneficentiâ migrarunt. Habet commemorationem in Obituario S. Taurini ad diem 3. Calend. Februarij.

27. RADVLFVS I. Lucam excepit, prout liquet ex Chronico MS. S. Ebrulfi, quod sic habet: *an.* 1219. *obiit Lucas Ebroicensis Episcopus, cui* B *successit Radulfus.*

I. LEGER. 28. RICARDVS DE SANCTO LEODEGARIO, priùs Abbas Bec-
1223. censis, electus Episcopus 1223. 16. Calend. Augusti, inauguratur 6. Cal. Septembris, sic enim obseruauit Chronicon Beccense editum inter opera Lanfranci, vbi laudatur quòd in administratione monasterij sui basilicam quæ pro parte corruerat vetustate, iactis de nouo fundamentis reædificauerit, multáque alia tam in C Franciâ, quàm Normanniâ valde perutilia fecerit. Consecratus Rotomagi à Theobaldo Archiepiscopo. Capellam in feodo Hayæ Comitis propè Locumueris in Neustriâ constructam per Amauricum de Mellento militem, ex iure Abbatiæ Albæcuriæ Ordin. Præm. benedixit Ricardus in honorem beatæ Mariæ Virginis, in cuius tabulario, cartulæ sequentis initium est: *Vniuersis Christi fidelibus, Richardus Dei gratiâ Ebroicensis Episcopus salutem in Domino. Vniuersitati vestræ notum facimus, quòd cùm nos Ecclesiam de Hayâ Comitis de* D *lez Louuiers sitam ante domum Domini Amaurici de Mellento dedicauimus, fideles qui dictæ dedicationi interfuerunt, subscriptas eleemosynas diuinæ pietatis intuitu præfatæ Ecclesiæ contulerunt. Nos verò in exemplum aliorum inprimus contulimus dictæ Ecclesiæ denaria ad emendum quinque solidos annui reditus. Actum*
1226. *anno Gratiæ* 1226. De eo fit mentio in cartis Abbatiæ Concharum, & S. Taurini annis 1226. 1228. 1230. & 1233. Obiit an. 1236.

CHIERRES. 29. RADVLFVS DE CHIERRES II. Archidiaconus, dictus de Cirreio iuxta decretum electionis, de Ceire secundùm MS. codicem Bibliothecæ Bigotianæ, de Chierres iuxta in manuscripto chronico Rotomagēse. Eligitur an. 1236. die Lunæ post Octauam 1236.
S. Trinitatis, viâ scrutinij, vt constat ex eodem decreto, cuius litteræ extant in archiuo Capituli Rotomagensis. Confirmatur eodem anno per Capitulum Rotomagense, Sede Metropolitanâ post Mauritij mortem vacante, & à Thomâ Baiocensi Episcopo ordinatur in Ordinibus Sept. ac postridie ab eodem consecratur, quemadmodum legere est in vetusto Chron. MS. Rotomagensis Ecclesiæ. Hic autem anno 1239. tabulis 1239.
suis comprobauit iurisdictionem Capitulo Vernonensi à Lucâ antecessore donatam.

AVBERGENVILLE. 30. IOANNES D'AVBERGENVILLE, II. institutus à Petro de Collemedio Archiepiscopo Rotomagensi, ad quem ius deuolutum fuerat, ac fortassis idem qui cognominatur Ioannes de Curiâ, quíque reponendus est ad annum 1244. ex cartario 1244.
Capituli Rotomagensis. Huius notitia eruitur è cartis Abbatiarum Conchensis 1245. & B. Mariæ Regalis propè Pontisaram mense Maio, in schedâ Mathildis dominæ Marliaci, cedentis Luteriæ, quidquid habebat in villâ de Bretignoliis. S. Saluatoris monialium 1248. demum Capituli Ebroicensis 1252. & 1256. ex quo 1256.
mendum est in Chronico Normanniæ vbi dicitur fato cessisse an. 1245. Benedixit Rotomagi die Natiuitatis Virginis, vacante Sede per obitum Odonis Archiepiscopi, Robertum de Clarobecco in Abbatem Beccensem, ex chronico dictæ Abbatiæ: fundator fuit quatuor Capellaniarum in æde Cathedrali, sub honore D. Stephani Protomartyris, B. Laurentij, & Vincentij: interest & Concilio Lugdunensi 1245. ac dedicationi S. Capellæ Parisiensis. Habet verò tale epitaphium sub tumulo æreo in Cathedrali Ebroicensi ante aram dictorum Martyrum:

Summe Deus si fortè reus fuit iste reatū
Tolle suum, quicunque tuum facis esse beatum.
Ciuibus Ebroicis dum præfuit iste IOANNES,
Sub vice Pontificis vitiorū sorbuit amnes.

Iuni prima dies anni quoq; mille ducenti, Sex quini decies finem dant huic morienti.

Decesserat an. 1256. ita vetus Chronicon MS. Rotomagense: *obiit piæ*
1256. *memoriæ D. Ioannes Ebroicensis Episcopus, quondam illustris Regis Franciæ Cancellarius.*

Grosparmi. De gueulle à 2. iumelles d'or surmontées d'vn lion leopardé d'argent.

31. RADVLFVS GROSPARMI, II. è nobili gente Normannâ: irrepsit enim hactenus mendum in plerisque Scriptoribus & catalogis, in quibus legitur è stirpe Caprariâ Matisconẽsis diœceseos prognatus, námq; appellari debet Radulfus de Grosparmi, B Thesaurarius Regiæ Capellæ Siluanectensis sub titulo S. Frambaldi, Cancellarius Franciæ regnante D. Ludouico, Cardinalis Ecclesiæ Romanæ, & Episcopus Ebroicensis, vt notatur in vetusto codice eiusdem Ecclesiæ S. Frambaldi, qui vocatur liber Obituum. Cauendum est itaque post eos auctores, ne quis impingat in cognomine istius Cardinalis, quod ex aliis MS. restituimus. Is autem creatur Episcopus ex Custode Peronensis Ecclesiæ, postquam C RADVLFVS D'AVBVSSON Canonicus Ebroicensis iuri suo cessisset in eius gratiam, referente id bullâ originali Alexandri IV. anno 4. Pontificatus in regesto Thesauri regij Parisiensis; qui Papa tunc temporis etiam scripsit Regi, vt Episcopatus bona subleuarentur propter Regaliam Ebroicensem, vacantem per abdicationem iurium dicti Radulfi de Albuçonio. Eius Præsulis inaugura-
1259. tio incidit in an. 1259. in æde Abbatiali B. Taurini; in quodam enim MS. Rotomagensi hæc verba leguntur: MCCLIX. *die crastinâ S. Lucæ Euangelista consecratus est in Episcopum* E- D *broicensem Magister Radulfus* GROSPARMI, *natus de Piris, in Ecclesiâ B. Taurini Ebroicensis, ad cuius consecrationem affuerunt multi Archiepiscopi, Episcopi, & alij Religiosi. Interfuit & Ludouicus illustris Rex Francorum cùm duobus pueris suis, Ludouico & Philippo, dominus Simon de Monteforti, Comes de Lycestre, & Comes de Eou, & multi alij nobiles & potentes.* Ipsum verò Vrbanus IV. Purpurâ & Albanensi
1261. Pontificatu exornauit 1261. item Legati Apostolici dignitate fungens, Carolum Regem Siciliæ, vnàque

A Beatricem ipsius coniugem in festo Epiphaniæ 1265. apud ædem Constantinianam, comitantibus Anchero S. Praxedis, Richardo S. Angeli, Gotifredo S. Georgij, & Mathæo Vrsino S. Mariæ in Porticu Cardinalibus, Romæ coronauit, quod significat Clemens IV. diplomate dato Perusij 4. Calend. Ianuarij an. I. ex regesto Vaticani. Prætereà dictum Regem Carolum, eodem Legati Apostolici donatus munere contra Manfredum bellantem sequutus est, vti testantur Historici. Hic die 1. Septembris anni 1266. coram Clemente IV. basilicam D. Claræ Assisij consecrauit. Denique in Orientem expeditionis maritimæ contra infideles Legatus Apostolicus, D. Ludouico in Tunetanâ expeditione comes addictus, animam reddidit 4. Id. Augusti anni 1270. de quo multa habet Vghellus in Albanensibus Præsulibus, Marinus Sannutus Torsellus lib. 3. Platina, Nanclerus, Bzouius, & alij. Theodoricus Valliscolor in vitâ Vrbani Pontificis ad Ancherum Cardinalem nepotem, primam Cardinalium creationem huiusmodi versibus enumerat:

Sanè cùm dicti fratres à Cardine pauci
Essent, tu sedem multiplicare placet.
Vera salus vbi consilium quare Pater istos
Coniunxit lateri cùm fuit ordo prior.
Isti Pontifices, Rodulfus hic Ebroicensis,
Præsul consiliis, moribus aptus erat.

Sed & illud notandum est, in serie Episcoporum Ebroicensium editâ, non distinctos fuisse Radulfum de Cheuriaco, ab Radulfo Cardinali Grosparmi, constat enim duos extitisse, idque ex propriis tabulariis Ebroicensibus; siquidem Cardinalis Grosparmi, aut de Piris, cessit Episcopatu Ebroicensi paulò post adeptam Cardinalis dignitatem, ne duns Episcopatus simul possideret. Et anno 1264. quo dictus Radulfus de Piris fundauit Capellam Conceptionis B. Mariæ in Ecclesiâ Ebroicensi, iam Antistes huius sedis esse desierat, vti manifestum est ex codicillis eiusdem fundationis. Et post hæc tempora Cardinalis ille iam non Episcopus Ebroicensis, sed Cardinalis Episcopus Albanus, tam in Parisiensi Martyrologio, quàm Ebroicensi vocatur.

Chevria-co. 32. Radulfus de Chevriaco iii. in Octauis B. Mariæ Magdalenes consecratus est Episcopus Ebroicensis in Ecclesiâ Rotomagensi ab Odone Archiepiscopo; eodem anno dedit literas pro Abbate Fiscannensi: probât autem compositionem factam inter Cathedralem Ecclesiam, & Ricardum Abbatem S. Taurini pro sepulturâ Præsulis Ebroi-
1268. censis, anno 1268. conquestus enim fuerat, quòd corpus antecessoris sui Ioannis à monachis S. Taurini non fuisset receptum, quapropter fit concordia inter eum & monachos pro excipiendo Episcopo in die incundi aduentus, & de recipiendo eius corpore post obitum: carta verò » ita desinit: hæc compositio fuit con- » firmata per Radulfum Albanensem » Episcopum Apostolicæ Sedis Legatum; ex quibus colligitur Radulfum hunc Ebroicensem esse diuersum à Radulfo Grosparmi Albanensi Cardinali, contra mentem scriptoris Historiæ Episcoporum, & quidem esse distinctum suffragatur vetus membrana magni Pastoralis Parisiensis, continens pacta concordiæ Margaritæ Abbatissæ Ederæ cùm Capitulo S. Mariæ Parisiensis, pro portione decimæ de Braiâ, quam obtinebant Canonici ex donatione bonæ memoriæ Radulfi de Capriaco Episcopi Ebroicensis, literis datis mense Februario 1273. Idem porrò notatur in actis S. Taurini 1261. & 1265. ac condit statuta circa potestatem Archidiaconorum, modum visitationis, & moderationem procurationum anno
1269. 1268. mense Aprili: Moritur an. 1269. ex ms. Ecclesiæ Ebroicensis.

Caturco. 33. Philippus de Caturco i. Diui Framhaldi Silnanectensis Thesaurarius, Electus Episcopus vocita-
1269. tur anno 1269. in autographo testamenti S. Ludouici Regis, qui executorem ipsum cùm Stephano Parisiensi Præsule nominauit: & in altero originali eiusdem anni Philippus 3. Rex eum statuit cùm Odone Rotomagensi, Consiliarium Regni, si ante Ludouicum natum, aut filios eondum decimumquartum ætatis adeptos, vitâ excesserit, codicillis datis in castris propè Kartaginem, quorum exemplar in regio Parisiensi archiuo asseruatur. Vnde etiam electus Episcopus appellatur hócce anno, mense Februario, in alio veteri regesto cartarum tabularij Regis: quo tempore Mathæum Vindocinensem D. Dionysij Abbatem celeberrimum repudiasse Episcopatum legimus in antiquis cartis Normanniæ. Deiǹ verò Archiepiscopus Rotomagensis scripsit Regi pro impetrando Regaliorum iure anno prædicto. Et Philippi mentio est in tabulis annorum 1274. & 1276. in cartulario S. Taurini. 1254.
Ex Episcopali officio idem Monialium D. Saluatoris numerum reduxit ad quinquagenarium, schedâ datâ post festum S Martini hyemalis 1280.
Sepelitur anno 1281. 21. Augusti ad 1281.
Dominicanos Ebroicenses in medio Chori, vbi prostat ipsius effigies, & in tumbâ hæc leguntur:

Continet hæc fossa Philippi *Præsulis ossa*
Quem precor ad coetus cælestes collige, Christe.
Nam pauit lætus in egenis sæpè tuis, te.
Hinc obitum disce migrantis ad atria cæli
Per semel M. bis C. bis quater x. *semel* i.
Luxit & Augusti B. tertia funere iusti.

34. Eustatius Ordinis beati Francisci 1282 per Martinum 2. Papam declaratus fuit Episcopus.

Avtolio. 35. Nicolaus de Autolio consanguineus Guidonis de Autolio militis, & Canonicus S. Quintini, Beati Frambaldi Siluanectensis Thesaurarius sedit 1282. & 1290 in cartis S. Taurini: institutor Officij Pœnitentiariæ in Cathedrali, quædam statuit vnâ cùm Capitulo suo pro electione Decani 1290. interest Consilio Regis 1296. 21. Ianuarij; inuenitur & in quodam priuilegio an 1298. 1298.
mense Martio.

De Barro. 36. Gaufridus de Barro i. ex ciuitate Barri ad Sequanam oriundus, non de Barhello dictus: ex Pœnitentiario Episcopi Parisiensis, & Canonico S Quintini; hæres fuit ex asse institutus rerum immobilium Roberti de Sorbonâ. Ipsum autem defunctum ante annū Domini 1309. subindicat cartulæ fragmentum in vetusto Ecclesiæ pergameno, cuius is tenor: Magister Guillelmus Ruau- «

» di die 15. mensis Iunij anno 1309. in A
» nostro Capitulo nobis humiliter sup-
» plicauit quatenus nuper obtinuisset
» duas missas in Ecclesiâ Ebroicensi
» celebrari, vnam pro animâ bonæ me-
» moriæ domini sui Gaufridi de Bar-
» roio quondam Ebroicensis Episcopi.

Essartis. 37. Mathævs de Essartis ex Cantore Ecclesiæ, quod munus obtinebat anno 1295. in cartis Sancti Taurini, Episcopus erat an. 1308. mense Februario in actis Regij Thesauri. Philippus Rex in quodam diplomate propter exhibita cùm laude ipsius obsequia concessit, vt de 50. libris Turonensibus emptis à Stephano de Compendio milite, ac sitis B propè manerium Episcopale de Condeto, erogare possit ad pios vsus Ebroicensis Ecclesiæ, ita habet regestum vetus Thesauri cartarum Regiatum. Eius assensu Guillelmus de Tournebu dominus de Marbeuf dotauit Capellaniam in suo castro, quæ mortuæ manus iuri mancipata est per Philippum Regem apud Bretolium 1309. compertum autem fit ex schedis Abbatiæ S. Taurini subscriptis sigillo Officialatus Ebroicensis Se-
1310. dem vacasse an. 1310. Illius Præsulis cœnotaphium, cùm lapideâ imagine, in abside parietis sacelli D. Claudij C conspicitur.

Dv Plexis. 38. Gavfridvs dv Plexis II. nominatur in variis documentis Ca-
1314. pituli ab anno 1315. ad 1324. monasterij Conchensis ab an. 1316. ad 1321. S. Saluatoris Ebroicensis 1318. & D. Taurini 1310. quo eodem anno dotationem Capellarum S. Petri & D. Ioannis in æde Collegiatâ B. Mariæ Vernonensis comprobauit.

De l'Isle. 39. Andreas de l'Isle Electus & confirmatus in Episcopum Ebroicensem, qui sepultus fuit in D Capitulo Abbatiæ Nostræ Dominæ Vallis, Ordin. S. Bernardi, diœcesis Parisiensis, Insulæ Adami toparcharum mausolæum: epitaphium autem sic habet: *Hic iacet dominus* Adam de Insvla, *Decanus electus in Episcopum Ebroicensem, Consiliarius Regis Caroli, & fuit Professor Legum, & Li-*
1327. *centiatus in Decretis, qui obiit in vigiliâ ..... anno* 1327. *cuius anima requiescat in pace.* In Necrologio Ebroicensi de eo scribitur ad diem 23. Octob. *obitus Adæ de Insulâ electi confirmati in Episcopum Ebroicensem:* & in Martyrologio Vallis: *Nono Calend. Aprilis obiit dom. Adam de Insulâ Canonicus Ebroicensis electus in Pontificem.*

Prato. 40. Ioannes a Prato III. Ordinis Franciscanorum, nam sese Fratrem nuncupat in plurimis cartis: ordinatur Episcopus anno 1328. die 1328.
18. Februarij in registro Vaticano; cuius fit mentio in instrumentis S. Taurini 1330. & 1333. anno superiore Episcopali auctoritate sanciuit pacta inter Capitulum Vernonense, Capellanum atque Thesaurarios D. Genouefæ eiusdem oppidi Vernoni: Episcopatus autem carebat Pontifice anno 1334. Regaliorum iure, ex tabulis S. Taurini. 1334.

Essartis. 41. Gvillelmvs de Essartis II. Dominicanus, qui sese inscribit Electum & confirmatum Ebroicensem Antistitem literis datis Condeti & Ebroicis anno 1334. in tabulario Ecclesiæ.

Essartis. 42. Vincentivs de Essartis superioris frater & Præpositus Carnotensis, de vno gradu creatus est Episcopus Ebroicensis per Ioannem XXI. summum Pontificem anno Pontificatus 18. vacante Episcopatu per obitum Guillelmi; extat diploma prouisionis in archiuo Archiepiscopali Rotomagensi. Et verò in libris prouisionum Prælatorum Vaticani Vincentius ille memoratur electus 1334. 4. Nouembris. Fuisse autem hos duos fratres Episcopos, confirmatur è vetustissimo Diuæ Virginis Ebroicensis Ecclesiæ obituum catalogo, sic habente: XIII. *Octobris anniuersarium pro G. & V. de Essartis fratribus, qui quidem fratres fuêre Episcopi Ebroicenses immediatè vnus post alium.* Constat verò ex citatis actis Curiæ Romanæ, Gaufridum electum fuisse an. 1334. quod tametsi verum, eodem anno debent sedisse tres Episcopi: de duobus autem è familiâ de Essartis non fit mentio in serie vulgatâ Præsulum, sed eam restituimus commodè per tabulas Rotomagenses.

Fare. 43. Gavfridvs Fare III.

aliàs FAB ex Priore de Prato Ab- A
bas Beccensis eligitur die festo De-
colationis S. Ioannis Baptistæ 1327.
dein assumptus ad Cathedram Ebroi-
censem 1334. 18. Augusti, vti affir-
mant regesta Vaticani; adeò vt ex-
pungendus sit Robertus quidam de
Roiâ è serie Episcoporum; siquidem
discimus Joannem à Prato rexisse an-
1333. no 1333. & 1334. erant Regalia, quo
anno creatus Gaufridus. Chronicon
Beccense id docet de eo sic loquens:
post quàm ipsum monasterium laudabili-
ter, strenuéque rexit per spatium fermè
septem annorum; suis cognitis meritis, ad
Episcopatum Ebroicensem electus est, B
anno Dominicæ Incarnationis 1334.
nec propter eius dignitatem, habitum di-
misit regularem Ecclesiæ Beccensis; sed
semper omni loco vsus fuit vestimentis
albis, & maximè cucullâ albâ, quæ spe-
cialis habitus Ecclesiæ existit. Hic tem-
poribus suis auxit, & ampliauit fabri-
cam Ecclesiæ Ebroicensis, & præcipuè
chorum. Nominatur in diplomate
Ioannis filij Franciæ, Ducis Nor-
manniæ, posteà Regis apud Pisciа-
1337. cum scripto mense Februario 1337.
pro instrumento amortisationis de
fundandâ Capellâ in Ecclesiâ Ebroi-
censi, cuius exemplar in actis regij C
thesauri: anno autem insequenti do-
tat Capellam D. Annæ. De eius tran-
situ ita scribit dictum Chronicon
Beccense: *Anno Domini* 1340. 15. *die*
Aprilis obiit piæ memoriæ dominus Gau-
fridus Fae XX. *Abbas Becci, posteà*
Episcopus Ebroicensis: non immemor Ec-
clesiæ Beccensis, sed apud eam delatus,
& in ipsâ sepultus in sinistrâ Chori par-
te, vt eius sepultura manifestat. Cuius
anima in pace requiescat.

BRVCOVRT. 44. ROBERTVS DE BRVCOVRT
electus an. 1340. die 28. Octobris ex
Actis Consistorialibus; nominatur D
1348. in cartâ fundatæ per ipsum in
Cathedrali Capellæ D. Iacobi Ma-
1373. ioris: & 1373. die 3. mensis Martij ci-
tatur ad sumendum Coadiutorem,
quòd præ senio muneri Episcopali
vacare non posset.

ESTOVTEVILLE. Comme cy deuant. 45. GVILLELMVS D'ESTOV-
TEVILLE III. è dominis d'Estoute-
uillâ, Canonicus anteà Rotomagen-
sis, ad Ebroicensem Ebiscopatum
peruenit anno 1374. die 28. Febrna-
rij, ex libris prouisionum Prælato-
A rum Vaticani. Viuebat & 1375. quo 1375.
anno tamen post Pascha, vel paulò
ante vigebant Regalia.

CARITI. 46. BERNARDVS CARITI
ex Canonico & Archidiacono Au-
gensi in Ecclesiâ Rotomagensi effe-
ctus est Episcopus 1376. sequenti an-
no die 22. Septembris præstitit eo
nomine iuramentum in Ecclesiâ Ro-
tomagensi, ex registris huiúsce Ca-
pituli: seruantur & in archiuis Ebroi-
censibus ipsius litteræ anni 1380. &
1382. in actis Senatus Parisiensis: ad-
eò vt mirum sit nomen eius in edi-
B tione Ebroicensium Episcoporum
catalogo excidisse. Moritur mense 1383.
Augusto 1383.

MOVLINS. 47. PHILIPPVS DE MOLINIS II.
Niuernensis diœcesis, Regum priùs
à Consiliis, sedebat anno 1388. me- 1388.
moratúrque in regesto Cameræ Cō-
putorum vnà cùm Nicolao de Bos-
co Baiocensi Præsule, vbi ex regiâ
liberalitate habuisse legitur pro pen-
sione 1000. francos auri vltra vadia
sua Parlamenti, quæ ex dono Regis
Caroli defuncti obtinuerat. Fit po-
steà Nouiomensis. Notandum præ-
C tereà Petrum de Molinis Decanum
Ecclesiæ non rectè à quibusdam
interseri Catalogis Episcoporum.

VALEN. 48. GVILLELMVS DE VALEN IV.
Dominicanus Aurissiodorensis, vti
affirmatur in monumentis huiúsce
Conuentus Regi à Confessionibus:
ex Bethleemitano Antistite ad hanc
Cathedram promotus circa annum
1389. sedebat enim mense Martio
eiusdem anni, quemadmodum testa-
tur regestum Cameræ Computorum.
Nominatur in translatione Sancti
Ludouici 1392. fato functus anno
D circiter 1400. prout constat ex lite- 1400.
ris Caroli Regis. Iste porrò Guillel-
mus nonnunquam appellatur de Va-
lono, & de Valone, & vni tribuuntur
ea quæ de duobus asseruntur.

CANTIERS. 49. GVILLELMVS DE CAN-
TIERS V. anno 1400. in Scacario
Paschæ, ex archiuis Ebroicensibus
Episcopatus, vacabat; is eodem an-
no ordinatur Præsul, ita enim indi-
cat fragmentum documenti in quo
legitur: *anno* 1400. *G. de Cantiers ele-*
ctus fuit in Episcopum huius Ecclesiæ per

Capitulum. In Concilio Pisano anno A
1409. 1409. ex eius quadam sessione colligitur in Annalibus Spondani ipsum celebrasse Missam.

CAPRANICA. 50. PAVLVS DE CAPRANICA ex Martini V. Papæ Secretario: Iacobus Narniensis Episcopus procuratorio illius nomine possessionem nanciscitur 1420. ex quâ gente Capranicâ floruerunt Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinales apud Onuphrium, & Ciaconium; posteà fit Archiepiscopus Beneuentanus in Italiâ 1427.
1427. ex cartis regij Thesauri.

FORMERIVS. 51. MARTIALIS FORMERIVS Ducis Betfordiæ Principis Angli Cancellarius, iuramentum professus 8. Decemb. an. 1427. præfuit ad an-
1438. num circiter 1438. ex cartis cœnobij Conchensis.

DE VAVX. 52. PASQVERIVS DE VAVX ex Meldensi Episcopatu ad Ebroicensem paulò ante translatus iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis
1440. Metropolitanæ suæ anno 1440. die 28. Iulij ex regestis Capituli. Demum Lexoniensis Pontifex.

FLOCQVES. 53. GVILLELMVS DE FLOCQVES VI. Roberti illius in bello Anglico nominatissimi Militis patruus erat, qui Iacobum Capraneum & Baillivum Ebroicensem genuit: recipitur autem ad Episcopa-
1447. tum anno 1447. die 5. Decembris quâ sacramentum ex debito officij spopondit Capitulo. Ei dicat opusculum de Sacrosanctâ Eucharistiâ Guillelmus de Marâ Canonicus. Epitaphium eius sculptum lapidi in sinistrâ Chori parte sic conspicitur: *Hic iacet bonæ memoriæ, deuotæque religionis dominus Guillelmus de Flocques huius Ecclesiæ Ebroicensis Episcopus, qui obiit in Domino* 1460. (legendum 1464. die 25. Nou.) *Anima eius in pace requiescat. Amen. Robertus de Flocques miles nepos eius P.* Aduerte autem hallucinari eos, qui substituunt Guillelmo Petrum de Combornio Administratorem monasterij Obasinæ; námque compertum ex fide dignis documentis habetur, quæ extant in archiuo Archiepiscopali Rotomagensi, Ioannem Balue immediatè successisse Guillelmo de Floc-

ques mortuo 1464. circa horam de- 1464. AN. CH.
cimam noctis præcedentis diem Dominicam 25. Nouembris, vt patet ex literis Capituli Ebroicensis ad Archiepiscopum Rotomagensem datis die 1. Martij, de eiusdem Ioannis electione factâ 4. Februarij per viam scrutinij dicto anno 1464. exeunte.

54. IOANNES BALVE IV. ex Canonico Andegauensi, & Consiliario in supremâ Curiâ, Eleemosynario Regis Ludouici XI. & Abbate Becci, eóque primo Commendatario, inauguratur Episcopus in Ecclesiâ Parisiensi die Dominicâ 4. Au- B
gusti 1465. die 22. eiusdem mensis 1465.
personaliter adeptus est possessionem. Posteà Cardinalis & Andegauensis Episcopus, de quo superiùs plura in catalogo Præsulum Andegauensium. BALVE. Comme cy dessus.

55. PETRVS TVRPIN Antonij domini de Crissé ex nobilibus Andegauensibus prognati, & Annæ de la Gresille filius, germanum habuit Guillelmum Ambianensem Antistitem. Is per promotionem Ioannis C ad sedem Andegauensem iurat in verba Ecclesiæ Ebroicensis per procuratorem die 29 Maij, & posteà in festiuitate S Mariæ Magdalenes Episcopus admissus fuit 1471. memora- 1471.
tur in cartis Abbatiarum de Conchis & Crucis S. Leufredi 1472. TVRPIN. Lozengé d'argent & de gueulle.

56. IOANNES HEBERT V. procuratorio nomine sacramentum iurauit Capitulo die 9. Aprilis 1473. ipsemet apprehendit possessionem 3. Augusti 1477. recensetur apud Phi- 1477.
lippum Cominium lib. 4. cap 7. pacis conciliator inter Ludouicum XI. & D Eduardum Anglum. HEBERT.

57. RADVLFVS DV FOV, V. frater Yuonis magni Franciæ Venatoris sub Ludouico XI. Commendatarius Abbatiæ S. Taurini, priùs Engolismensis Episcopus, è quâ sede ad Ebroicensem fuit promotus 1479. 1479.
die 14 Februarij, iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis 1490. die 20. Aprilis. Tumulus eius ex ære in medio Chori Cathedralis hoc epitaphio honestatur: *Hic iacet memorandæ recordationis dominus* RADVLFVS DV FOV *quem genuit inclyta Britannia,* DV FOV.

Coriopitensis

Coriopitensis diœcesis, ortu nobilis, moribus clarissimus, religionis decore venustus, huiusce Ecclesiæ annis 32. Pastor dignissimus, amantissimus pacis zelotes, magnificentissimus ædificiorum restaurator, liberalissimus eleemosynarum largitor, invincibilis Ecclesiasticorum iurium defensor, ac in omnibus fidelissimus minister,
1510. *qui obiit 2. die Februarij anno* 1510.

LE VENEVR. 58. AMBROSIUS LE VENEVR Philippum Baronem de Tillieres, & Mariam Blosset parentes habuit; cuius germani Ioannes Cardinalis Episcopus Lexouiensis, & Gabriel eiusdem Ecclesiæ Decanus. Ambrosius autem ex Ebroicensi Decano per Capitulum vltimus ad Episco-
1513. patum eligitur 1513. & eodem anno 9. Aug. solitum præstat iusiurandum Rotomagensi Metropol. matri suæ.

LE VENEVR. D'argent à la bande d'azur chargée de 3. croix d'or. 59. GABRIEL LE VENEVR Ordinis S. Michaelis Cancellarius, Abbas S. Taurini, B. Mariæ de Lyrâ, & S. Petri Gemmeticensis, superioris Ambrosij pronepos ex fratre Francisco Barone de Tillieres, qui parens fuit Ioannis Baronis, è cuius connubio & Gilonæ de Monteian vxoris, Renati Equitum Franciæ Tribuni sororis, prognati fuêre Taneguidus Comes primus de Tillieres, & Gabriel, qui huius Sedis Prælatorum nominatione regiâ primus designatur, scriptis codicillis Abbarisuillæ per Britonem Quatuoruirum à Secretis ad summum Pont. pro ipsius ad Episcopatum promotione ex præcedentis cessione vltimâ Decemb. 1531. interfuit Concilio Tridentino 1563.
1574. & diem vltimum clausit die 16. Maij anni 1574.

SAINCTES. D'azur au cheuron d'argét accompagné d'vne estoile de 3. rais au croissât d'argent au lion d'or en pointe. 60. CLAVDIVS DE SAINCTES Carnotensis, Ordinem Canonicorum Regularium B. Augustini in Monasterio S. Carauni diœcesis Carnotensis primùm professus anno 1536. sub magisterio Bartholomæi Simonis Abbatis, professionem vouit ætatis anno decimo quinto, Christi 1540. & quidem adhuc adolescens cùm in re litteraria paruos fecisset progressus vtpote tardioris ingenij, Deiparæ Virginis, vt ferunt Annales Monasterij solatio quodam recreatus, & puriori lumine scientiarum collustratus, se totum Theologicis studiis assiduo labore mancipauit, eo euentu, vt ipse in omni sacrarum Linguarum genere excultus, tarâ ingenij fœlicitate claresceret, quod ad posteritatem edita scripta abundè testantur. Laureâ ergo donatus in Regiâ Domo Nauarricâ, ascito Simone Vigorio præstanti item Theologo, Academiæ Parisiensis Legatus insignis claruit in Concilio Tridentino. Dein reuersus in Gallias, magno ingenij acumine, & summâ fidei ac eruditionis opinione versatus cùm in Colloquio Pisciacensi, tum scriptis pro fide stylum exercuit. Ad hanc denique Cathedram Episcopalem assumptus fuit per Regem Carolum IX.
an. 1575. die penultimâ Martij. Insequenti anno interest Comitiis Blesensibus, & Concilio Rotomagensi quod ipse descripsit 1581. vulgatis etiã statutis suæ diœceseos. Neque omittendum hîc habitam fuisse ab eo & dicto Simone Vigor disputationem, ceu collationem contra Roserium, & Spinam Ministros Caluinistas 1566. vti refert Genebrardus in Pio V. Ille autem hæreticorum factione in ergastulum coniectus, decessit in castro de Creuecoëur territorij Lexouiensis, ex veneni suspicione anno 1591. 1591.
ætatis 65. relictis pietatis & ingenij plurimis monimentis, toti Ecclesiæ Christianæ notis: inter quæ ingens opus eminet libris decem de Eucharistiâ exaratum. Quam materiam elucidauit copiosiùs sermone Gallicò eius successor: de quo doctissimo Commentario hoc iudicium est Francisci Turriani Theologi: *Claudius de Sainctes Episcopus Ebroicensis, diuturnis vigiliis & lucubrationibus studio scribendi de Eucharistiâ ex voto consecratis, ingens opus in libros decem digestum, ita ex optimis quibusque tum suis, tum alienis miro ingenio & industriâ, ac pari labore compositum emisit, vt nihil reliquerit, quod vel in aliorum de eâ re libris, qui erant propè infiniti, quærere opus sit, vel in multiplici rei quæstione desiderari possit.* Huius porrò epitaphium in Cathedrali Ebroicensi sic scriptum legitur: SISTE *quisquis hanc ædem oraturus adis, hospes, siue incola.* CLAVDIVS DE SAINCTES *magnus ille Theologus, Ebur. Antistes hoc angulo pompâ tenui situs est: sepulchrum imagines, columnæ exornant, ne mirare, sufficis angustus paruo corpori locus? nec*

pompas mortuus optabit, qui viuens fastus & saeculi risit ludibria? At quae columna satis digna potuit erigi illi, qui columna fuit Ecclesiae? imago non corporis (vanum) sed ingens, mentisque diuinae in libris illius admirandis cernitur, conciones in conspectu Regum, populique frequentis habitae sat nomen illustrant. Si haec nescis, caecus & surdus, ista non sunt scripta tibi, vade & ora. Obiit anno M D X C I.

DV PERRON. Comme cy dessus. 61. IACOBVS DAVY DV PERRON I. Sanctae Rom. Eccl. Cardinalis, apud S. Laudum in Normanniâ ex nobili familiâ Perroniorum de Creteuille natus 25. Nou. 1556. consecratur Romae in aede S. Ludouici 27. Dec. 1595. à Francisco Cardinali de Ioyosâ Archiepisc. Rotomagensi, operantibus item sacrae inaugurationi Guillelmo d'Auancon Ebredun. Archipraesule, & Annâ d'Escars Lexouiensi Episcopo: in possessionem inductus 1596. die 8. Iulij; posteà fit Rotomagensis Archiepiscopus; de quo plura tom. 1. 1596.

PERICARD. D'or au cheuron d'azur à vn ancre de sa ble en pointe : au chef d'azur charge de 3 molettes d'esperon d'or. 62. GVILLELMVS DE PERICARD VII. ex Abbate S. Taurini, Canonico Cantore, deinde Rotomagensi Decano & Senatore, commutationis iure pro dicto monasterio cùm Iacobo Dauio, cuius erat Commendatarius, Episcopatum accepit, creatus die 5. Sept. an. 1608. obiit die 25. Nou. 1613. quo anno Capucini fundantur. 1613.

PERICARD. 63. FRANCISCVS DE PERICARD ex Canonico & Decano Rotomagensi, superioris ex fratre nepos, & Comes Consistorianus: inauguratur Coadiutor titulo Episcopi Tarsensis an. 1612. mense Decembri, demortuo patruo in Episcopatum successit 1613. interest Comitiis Cleri Parisiensibus 1614. Burdigalens. 1621. & Medontanis 1641. naturae debitum persoluit Lutetiae die 22. Iulij 1646. 1641.

DV PERRON. 64. IACOBVS DV PERRON, II. Abbas S. Taurini & B. Mariae de Lyrâ Ebroic. dioecesis, Normannus Constantiensis, Cardinalis Perronij nepos, Henrietae-Mariae Reginae Magnae Britanniae Maior Eleemosynarius, ex Engolisinensi Praesule Ebroicensis designatur an. 1646. Patres Congregationis S. Mauri ad instaurandam disciplinam monasticam in S. Taurino aduocauerat iam ab an. 1642. die 1. Martij: morte sublatus est die 14. Febr. 1649. cor eius conditum Parisiis in aede D. Ludouici Patrum Soc. Iesu, iuxta corda Cardinalis Perronij, & eius fratris Ioannis Senonensis Archiepiscopi. 1649.

BOVTAVLT. D'azur à 3 cheurons d'or accompagnes de 3 triangles d'or renuerses. 65. ÆGIDIVS BOVTAVLT, II. Abbas S. Remigij Autissiodorensis, ex Episcopo Adurensi in Vasconiâ, ad Ebroicensem traductus fuit 1649. & prouisus Bullis summi Pontificis Innocentij x. apprehendit possessionem an. 1650. hic collabentibus in suâ dioecesi sacrâ Episcoporum iurisdictione, Ecclesiasticâ disciplinâ, priuilegiis, & immunitatibus incumbere satagit. Vnus autem ex duobus inter Praesules à Rege delegatur Iudex vt in sacro Consistorio Cleri negotia tueatur anno 1654. 1654.

ENGOLISMENSES EPISCOPI

ANCOVLESMES en Angoumois, sur Charente.

ENGOLISMA prouinciae caput, vetusta & nobilis ciuitas, alto colli imposita est, cuius radices subluit amnis amoenissimus Carantonus Ptolemaeo: de eâ Ausonius ep. 15 ad Tetradium Iculismam vocitans, quae etiam Ecolisma Greg. Turon. Ecolesina Sigeberto, & Roriconi Monacho de Gestis Francorum: vrbs Encolismensium in Notitiâ Prouinciarum; in Conciliis verò Æquolesina, Aquilimensis; Engolisma denique Lupo Ferrariensi, ac Vsuardo; necnon inter celebres Aquitaniae ab Aimoino collocatur. In Carantonum influit amnis Tolueta duobus milliaribus ab Engolismâ, qui sanè à Poetis nostris Gallicis decantatur, cùm ob amoenitatem riparum, tum cygnorum numerum qui eas incolebant: & de hoc etiam vulgatum refert prouerbium Massonus in Notitiâ, Tolueram, troctarum multitudine adinstar pauimenti substratam, anguillis & cancris circumuestitam, cygnis cooperiri. Enguiena item fluuiolus, sub radice vrbis in Carantonum funditur. Est agro Engol. à Septentrione finitima regio Pictonum, ab occasu Sanctonum, à Meridie

Perrogorensis, ab Oriente denique Lemouicum: vberrimo gaudet solo frugibus, & vinis. Oppidum verò medium ferè inter Pictauium, Lemouicum & Burdigalam situ & opere munitum, arce nobilitatur, & Episcopali sede antiquâ, Archiepiscopatus Burdigalensis Suffraganeâ; sub Parlamento Parisiensi. Præturâ iuridicâ, & Ducatu insignis est, quem priùs obtinuêre Comites nobilissimi, quorum stirpem propagauit Vulgrinus I. vsque ad Elisabetham Comitissam Engolismæ, Ioannis Regis Angliæ vxorem, tum Hugonis de Leziniaco Comitis Marchiæ sponsam, B de cuius posteris vide tractatum Domanij Regij, in varias toparchias & vrbes editum, auctore cl. viro. Petro Puteano. Reliqua oppida sunt Côniacum, Castrumnouum, Rupefulcaudi, Montiniacum, Vertolium, Ruffecum, Martonium, Confolantum, Cabanesium, Albaterra, & aliæ arces minores, inter quas Varnum episcopale dominium est secundo ab vrbe lapide. Ecclesia Cathedralis, cuius Præsul dicitur Archicapellanus Regis in Aquitaniâ Valafrido Straboni, veneratur Patronum S. Petrum; euersâ in tumultibus Gallicis C à Segregibus, complectens sub se quatuordecim parochiales basilicas, tres Abbatias, Conuentus Franciscanorum & Prædicatorum, aliáue cœnobia, & parochias in diœcesi circiter 250. vbi & reperiuntur hæ Abbatiæ:

S. EPARCHII O B.
S. Cybar d'Angoulesme.

S. AVSONII *fœm.* O B.
S. Ausoni à Angoulesme.

CORONÆ O A.
la Coronne d'Angoulesme.

S. AMANTII BVXIENSIS O B.
S. Amant de Boisse.

BORNETI *Bournet* O B.

CELLÆFRVINI O A.
Cellefroin.

GROSSIBOSCI *Grosbos* O C.

Episcopi sic se habent, quorum succinctum catalogum Gabriel Carlonius, necnon Franciscus Corlæus A Engolismensis, Historiæ Comitum scriptor, indicem texuit in membranis MS. ex iis verò quæ magis digna visa sunt, infra putauimus inserenda: At complura etiam ex Ademaro, Chronicis variis, & cartophilaciis Ecclesiæ non vulgatis, ad nostram seriem à primæuâ fundatione colligendam ista eruimus.

1. B. AVSONIVS Engolismensium Apostolus ac primus Pontifex, anno 260. populis ius diuinum 260. dixit: non est enim memoriæ per legitima documenta & Historicos proditum, fidem Christi Engolismensibus ante hoc tempus annunciatam fuisse. Circumfertur vulgò in nobili cœnobio Monialium D. Ausonij Engolismensis vitæ illius Præsulis peruetus legenda, quæ cùm multa erroribus referta contineat, quæ veritati repugnant, ex instituto asserendæ è veris documentis historiæ facilè est conijcere auctorem codicis huiúsce multa quæ pluribus ante sæculis gesta audiisset, incautiùs litteris consignasse. Postquàm enim tradidit Ausonium Mauritaniæ Santonum nobili ex stirpe parentibus claris, at gentilibus prognatum patre Albino, matre verò Eugeniâ, animaduertere est imprimis, quòd de Eugeniâ istâ prodit; eam nimirum septuagenariam, Angelo præmonente peperisse. Nec meliùs Martialem Ausonij magistrum Petro, móxque discipulum Valeriano Imperatori coætaneos affirmat: Aptonium etiam Ausonij germanum & successorem in sede Pontificiâ recensuit, inter quos ducenti & quinquaginta anni intercesſêre; quid quòd Martialem & Ausonium Lemouicæ degentes, maritimo itinere D Mauritaniam Santonum oppidulum inuisisse tradit; quod quàm veritati parùm conueniat, planè videri potest, vti & aniles quædam fabulæ, quæ rem Christianã nullo modo promouent. Martyrium passus est Ausonius die 11. Iunij. Cuius in Episcopatu successorum nomina, temporum iniuriâ intercidêre vsque ad an. Domini circiter 400. 400.

2. DINAMIVS laudatur apud Gregorium Turon. l. 2. Hist. cap. 13. ex verbis Paulini Presbyteri, tan-

quam clarus fide & religione Pontifex cùm alijs Episcopis Gallicanis.
50). Hîc rursum sequutum est Interpontificium vsque ad an. 500.

3. Lvpicinvs subscripsit 1. Synodo Aurelianensi an. 511. nomine Episcopii Ecolesimensis, vel Ecolismensis in 2. Aurelianensi 533. ac 4.
541. per Egerium Presbyterum an. 541. Satis euidens esse arbitramur sub Chlodoueo Rege vixisse Lupicinum, & eiusdem ni fallimur ætate an. 507. post victoriam de Alarico Rege Gothorum, Engolisma ditioni Chlodouei adcreuit, testis Greg. Turon. l. 2. c. 37. *Chlodoueus cunctos thesauros Alarici à Tolosà auferens, Ecolisinam venit. Cui Dominus tantam gratiam tribuit, vt in eius contemplatione muri spontè corruerent. Tunc exclusis Gothis vrbem suo dominio subiugauit.*

4. Aptonivs interfuit Con-
549. cilio 5. Aurelianensi an. 549 falsò autem per Clodoueum ad fidem conuersum, Cathedræ Episcopali præpositum fuisse legunt nonnulli; quanquam auctor sit Ademarus Cabanesius antiquus ac diligens rerum Francicarum Historiographus in chronico MS. iam enim obierat Clodoueus anno Christi 511. meminit S. Eparchij reclausi Engolismensis & Abbatis celeberrimi, qui circa an-
565. num 565. transiit ad Dominum.

5. Mererivs Ademaro, qui & Marharius, Magnacharius, & Maracharius apud Gregorium Turon. diuersimodè nuncupatur, iidem enim sunt, non diuersi Antistites vt vulgò scribitur in elenchis. Eum Gregorius Turonensis & Germanus Parisiorum Episcopi, dedicandæ Cathedralis Ecclesiæ ergo missi, Aptonio suffecêre circiter annum 574. propterea Ademarus in Chronico inquit: *post mortem Aptonij Gregorius Turonensis, & Germanus Parisiensis Episcopus consecrauerunt Cathedralem Engolismensem, & in eâ multa pignora relliquiarum B. Martini Episcopi collocantes, dedicauerunt eam in eiusdem S. Martini honore: denique altare ipsius ab eodem sancto Germano, atque S. Gregorio, sanctæ Crucis apparuerunt impressa signacula: item in honore S. Petri consecrauerunt Ecclesiam Sedis Episcopalis, quam Chlodoueus Rex à nouo inchoari iusserat, destructà sede priori, quam Gothi Arrianà maculatione fœdauerant, in honore S. Saturnini. Ordinauerunt in ciuitate Mererium qui in Franciâ Capellanus Regis fuerat, Aptonius & nuperrimè decesserat.* Verùm de illius ad Episcopatum promotione ex Comite Engolismensi, immò & nece disertiùs mentionem facit l. 5.
Hist. c. 27. anno præfato Gregorius: 574.
hac ægritudine, ait, Nantinus Egolismensis Comes exinanitus interiit. Sed quæ contra Sacerdotes, vel Ecclesias Dei egerit altiùs repetenda sunt. Denique Maracharius auunculus eius, diu in ipsâ vrbe vsus est Comitatu. Quo officio expleto Ecclesiæ sociatur, Clericisque factus ordinatur Episcopus. Qui multùm vigilanter, vel Ecclesias, vel Ecclesiæ domos, & erigens, & componens, septimo Sacerdotij anno, iniecto ab inimicis in caput piscis veneno, simpliciter accipiens crudeliter enecatur.

6. Frontonivs in Engolismensi Episcopatu successit Marachario, nam eodem lib. 5 Gregorius sic scribit: *non diu inultam eius* (Maracharij) *mortem pertulit diuina clementia. Nam Frontonius, cuius consilio hoc scelus est perpetratum adsumpto confestim Episcopatu, vno in eo degens anno, præcurrente iudicio Dei interiit.*

7. Heraclivs Burdigalensis Ecclesiæ Presbyter locum Frontonij
excepit circa an. 579. vnde Grego- 579.
rius cap. 37. l. 5. Historiæ refert illum Ecclesiastico interdicto, à communione fidelium prohibuisse Nantinum Comitem Engolismensem, virum tyrannicum, qui graues Heraclio mouit controuersias, quia nimirum Maracharij auunculi mortis conscium insimularet; illius hæc verba sunt: *cuius post obitum*, Frontonij, *Heraclius Burdegalensis Presbyter, qui quondam Legatus Childeberti Senioris fuerat Episcopus ordinatur. Nantinus verò ob requirendam auunculi sui mortem, Comitatum in ipsâ Vrbe expetiit. Quo accepto, multas Episcopo iniurias inrogauit. Aiebat enim*; « Homicidas illos, qui auunculum meum interfecerunt, tecum retines: sed & Presbyteros huic noxæ admixtos, ad conuiuium recipis. *Denique inimicitiâ increscente paulatim cœpit villas Ecclesiæ, quas Mara-*

charius testamento scripto reliquerat, violenter inuadere, adserens non debere Ecclesiam eius facultatem adipisci, à cuius Clericis testator fuerat interfectus. Post ista verò iam aliquibus ex latis interfectis, addidit vt adprehensum Presbyterum adligaret, ac conto perfoderet. Cui adhuc viuenti retortis post tergum manibus, adpenso ad stipitem, elicere quærebant si in hac causâ fuisset admixtus. Quod cùm ille negaret, profluente cruore de vulnere, reddidit spiritum. Quâ de causâ commotus Episcopus, iussit eum ab Ecclesiæ foribus prohiberi. Conuenientibus autem apud ciuitatem Sanctonas Sacerdotibus, deprecabatur Nantinus, vt pacem Episcopi mereretur, promittens se omnes Ecclesiæ res, quas sine ratione abstulerat, redditurum, atque humilem exhibere se Sacerdoti. At ille fratrum iussioni obaudire procurans, cuncta quæ petebantur indulsit. Causam tamen Presbyteri omnipotenti Deo commendans, Comitem in caritate recepit. Qui post ista regressus vrbem, domos illas quas malè peruaserat, spoliat, elidit, ac destitit dicens; Et si hoc ab Ecclesiâ recipitur, vel desertum inueniatur. Quâ de causâ iterum motus Episcopus, eum à communione suspendit. Quæ dum aguntur, impleto beatus Pontifex vitæ cursu, migrauit ad Dominum.

8. N[illegible]ASIVS subscripsit nomine Aquilimensis Episcopi Synodo
585. Matisconensi 2. anno 585. huius mentio quoque apud Gregorium l. 8. c. 2. & in exemplari rescripti Episcoporum dato in causâ monacharum cœnobij S. Radegundis Pictauensis l. 9. c. 41. quo fit mentio Synodi pro eâ
589. controuersiâ celebratæ anno 589. præsidente Gundegisilo Burdegalensi Metropolitano. De gestis porrò subsequentium Episcoporum vsque ad Launum, altum est silentium apud Historicos & Ecclesiæ cartophylacium: quin imò eorum nomina tantùm deprompta sunt è registris vulgatis Cathedralis: sunt autem hi,

9. ANSELMVS.

10. SIGISMVNDVS.

11. BERTHOAVLS.

12. A[illegible]DOINVS.

13. ADELARDVS.

14. MADALBERTVS.

15. FRODEBERTVS, cuius petitioni assensit Rex Pipinus in cartâ S. Hilarij Pictauensis.

16. SIDRANIVS.

17. LAVNVS ex Abbate sancti Eparchij & Capellano Pipini Regis filij Ludouici Pij, Episcopus designatus, qui confirmat priuilegia Abbatiæ S. Eparchij, possessiones eius ac iura Clericis in Ecclesiâ eadem Canonicali habitu Deo seruientibus, ita Ademarus in Chronico. Interfuit iste Synodo Suessionensi 2. an. 853. Episcopus ciuitatis Æquolesinæ; item Tusiacensi subscribit anno 860. Baronius in Martyrologio 26. Iunij, & Miræus, Buzelinus lib. 3. Annalium Galloflandriæ, necnon Molanus Natal. Sanct. Belgic. recensent S. Saluium Episcopum Engolismensem, Martyrem Valentianis cultum; at superinductus censetur, nulla enim de hoc mentio in legitimis dypthichis Ecclesiæ, in quibus habetur defuncto Launo, ad Cathedram vocatum fuisse Heliam. 853.

18. HELIAS I. natione Scotus, discipulus Theodulfi Aurelianensis Episcopi, propter eruditionem & ipse ad Præsulatus dignitatem assumptus auctore Ademaro nostro Cabanensi; námque inuenitur in quodam libro Scotigenam, fuisse Doctorem in Gallis, *Beda docuit Simplicium, & Simplicius Rabanum, qui à transmarinis oris ab Imperatore Carolo vocatus, in Pontificem in Franciâ promouetur, qui Alcuinum docuit; Alcuinus Maragdum, Maragdus Theodulfum Aurelianensem Episcopum; Theodulfus Heliam Scotigenam Engolismensem Episcopum, Helias Henricum, Remigium Henricus & Hugbaudum heredes Philosophiæ reliquit.* Cathedralem suam D. Benigni Martyris capite donauit, & interfuit Synodo Suessionensi 3. anno 866. de eius 866. obitu sic Malleacense Chronicon, *hoc tempore grassantibus Normannis Helias Scotigena Episcopus Engolismensis defunctus est.*

19. OLIBA D'ANGOVLESME, vel HOOLIBA, frater Vulgrini 1. Comitis Engolismensis, successit He- ANGOVLESME.

liæ, de cuius promotione præfatum A Chronicon Malleacense his verbis: *Emeno Engolisma Comes sepultus in S. Eparchio reliquit paruulum filium Ademarum nomine, Vulgrinum propinquum suum fratrem Aldoini Abbatis S. Dionysij direxit, & præfecit eum Engolismæ & Petragoricæ, & Olibam statuit in Episcopatu Engolismæ.* De eo Ademarus Cabanesius in Chronico; Engolismense autem dicit consecratum Pontificem assensu Caroli Regis. Fredebertus quidam Galliæ Episcopus ad S. Eparchium diuertens, Ecclesiam in honorem B. Saluatoris extruxit, ipsóque inaugurationis die post solemnia consecrationis ante B altare D. Saluatoris animam exhalauit, & ibidem ab Olibâ humo conditus est: qui in fragmento Aquitanico notatur ab obitu Vulgrini anno 5. postquam Carolus Insipiens, seu Minor regni moderamina sumpsit, fato suo functum fuisse: idem aduertit MS. Engolismense. Quemdam verò Anatolium in serie Episcoporum interserit Ademarus; vti & Chronicon Malleacense meminit Gundaberti, sed verosimiliùs in sede Pontificiâ subrogatur Gunbaldus ex fide citati superiùs fragmenti.

20. GVNBALDVS, in Aquitanicæ C Historiæ codice memoratur, ac vixisse Aldoini Comitis Engolismensis ætate, filij Vulgrini, qui muros ciuitatis eiusdem reparauit; quo tempore, inquit fragmentum Aquitanicum, Gumbaldo Pontificatum agente, repetentes Nortmanni crebras irruptiones per Pictauorum terminos exercebant. Vnde factum est, vt monachi S. Caroffi pretiosum lignum Crucis ad custodiēdum Engolismam deferrent, cùm diuersis ornamentis Ecclesiæ: & cessante infestatione Nortmannicâ, Alduinus in ciuitate suâ retinere tentauit omnibus die- D bus supradictum sanctum Lignum, nolens reddere commendatum. Idem prodit Chronicon Engolismense; Aquitanicum verò sic loquitur: *Sancia*, (Ademari Comitis Pictauensis vxor,) *vitam terminans* II. *Nonas Aprilis, inhumata est iuxta basilicam B. Eparchij. Eo tempore Gunbaldus Episcopus decedens, successorem habuit Fulcaldum.*

21. FVLCALDVS I. natione Engolismensis, acceptissimus fuit Guillelmo Comiti, cognomento Sectorisferri, ac instauratori Abbatiæ S. Eparchij, Mainardo Abbate constituto, in fragmento Aquitanico apud Pithoeum, quod est Ademari. Chronicon vetus Engolismense, seu codex Comitum & Episcoporum de eius obitu hæc commemorat: *Focaudus Episcopus migrauit à seculo* 951. 951.
ab Incarnatione Domini, qui sedit annos 12. *menses* 11. *dies* 13.

22. EBVLVS, Ecclesiam suscepit regendam post Fulcaldum, de quo citatum Chronicon his verbis: *Fulcaldus Episcopus Engolismensis postquam præfuit* 12. *annis defunctus est, & successit in Episcopatu Ebulus.*

23. RANVLFVS successor Ebuli, teste chronico Malleacensi, & Engolismensi; obiit X. Calend. Fe- 973.
bruarij.

24. HVGO I. genere Santonicus è nobili sanguine Comptariorum Iarnaci dominorum; sic nimirum pergit liber MS de Gestis Comitum & Pontificum Engolismensium: *post quem*, Ranulfum, *suscipiens Episcopatum* 12. *Calend. Aprilis* 974. *ab Incar-* 974.
natione Domini Hugo Pontifex ordinatur: siquidem vir natione Xanctonicus, à Iarnaco castro de senioribus illius castri, quos vulgariores Comptarios vocant, natus: vir astutus & eloquens, & litteratus, qui vt nobis fama antecessorum diuulgauit, Comitatum Engolismensem Ecclesiæ Engol. acquirere volens, maximas guerras cùm Arnaldo Engolismensi Comite habuit; quâ de causâ bona Engolismensi Eccl. detrahens, maxima casamenta in Lemouicensi, Petragoricensi, Engol. Xantonensi Episcopatibus, Baronibus qui in prædictâ seditione ei auxilium præbebant, impendit: vnde ad tantam alienationem bonorum, & ad tantam loci desolationem versa est Cathedralis Ecclesia, quòd pauci monachi ibi Deo seruientes, de bonis Ecclesiæ vix sustentari poterant. Vnde cimbalum in Claustro, & alias monasticas Cathedralis Ecclesia Engolismensis adhuc retinet. Dicitur etiam de prædicto Pontifice, quòd vitam S. Eparchij scripserat. Obiit in monastico habitu, & vt credimus in vitâ suâ deposuit se, maximè cùm corpus illius

sine virgâ & annulo in sepulchro suo inuentum fuerit, cùm Ecclesia B. Eparchij dirueretur: Decessit verò 8. Cal. Decemb. Hactenus codex MS. Cuius auctor scribens ad an. 1159. aut circa, testatur de iis multa litteris mandasse, vel quæ in veteribus libris, aut in scripto inuenit felicis memoriæ Hugonis Engolismensium Episcopi.

Mucidan. 25. Grimoardus de Mucidan frater Vicecomitis Mucidanensis, auctore Ademaro, præficitur huic Ecclesiæ. Abbas anteà S. Eparchij Engolismensis. MS. Gestorum Pontificum de eius vitâ pluribus hæc edisserit. Hic natione Petragoricus Moxedanensis fuit; oblationes Ecclesiæ Engolismensis, & mansum de Tournae Ecclesiæ prædictæ acquisiuit, & insuper quædam præbenda cuidam pauperi in Ecclesiâ prædictâ pro animâ eius datur; à quo etiam Ecclesia Cathedralis Engol. consecratur; per quem Hugo Rex Francorum priuilegium Cathedrali Ecclesiæ Engolismensi dedit. Cuius tempore quidam de Principibus Engolismensibus Vuadardus Loriches ædificauit in Xantonico pago monasterium Bassiense in honore S. Stephani Protomartyris, & censuale fecit Romanæ Ecclesiæ. Consecratur autem Ecclesia prædicta à Grimoardo & Islone fratre eius Xantonensi Episcopo. Grimoardus verò obiens sepultus est in Cathedrali Eccles. iuxta altare Capituli, in quo Capitulo, cùm maxima hominum multitudo fortuitò conueniret, contigit vt quidam super tumbam ipsius obdormiret, tertiò voce Angelicâ vocatus, tertiò euigilans admonitus est quòd à loco prædicto descenderet; sub tumbâ enim illâ quiescebat Sãcti viri corpus, quod Fratribus Ecclesiæ prædictus homo recensuit; corpus verò illius loco illo translatum est in quodam arcu in Capitulo, cùm Ecclesia noua ædificaretur. Sed hîc audiendus Ademarus loquens de dissidio huius Præsulis cum Guidone Vicecomite Lemonicensi: *processu temporis Vido Vicecomes capto Grimoardo Episcopo pro monasterio Brantôlmensi, quod ab eo in munere exposcebat, tenuit eum in carcere in turre Lemouicæ, & dimissus iuxta conditionem Vidonis Romam adiit, Gerbertum Papam interpellauit, ibi Vido euocatus est ad iudicium coram Papâ, & cùm ipso sacratissimo die Pascha causa ventilata esset, & à Senatu prolatâ sententiâ iudicatum esset, vt omnis qui Episcopum capit, ad colla indomitorum equorum, ligatus pedibus disrumpatur, & demum à feris dilaceretur, traditus mox est Episcopo Grimoardo ad custodiendum, post diem tertium tradendus ad pœnam. Sed hi duo inter se concordantes, amici facti sunt, & ante diem condictam Româ egressi, reuersi sunt ad propria.* Docet idem Ademarus in Chronico adfuisse consecrationi Lemouicensis Episcopi an. 1016. apud D. Hilarium 1016.
Pictauis, & basilicæ S. Stephani Lemouicensis per ipsum in possessionem missum.

26. Roho, Pictauensis patriâ, defuncto Grimoardo subrogatur. Fragmentum Historiæ Aquitanicæ testatur: *Hugo Episcopatum per viginti annos obtinuit; & post eum Grimoardus. Deinde Domnus Roho Antistes Egolismæ gloriosus refulsit.* Varia ipsius leguntur acta, nominatímque documentum archiuij Ecclesiæ datum an. 1018 Mul- 1018.
tùm verò lucis adferent verba libri memorati Gestorum Pontificum in hunc modum: reliquit Rohonem successorem sibi, qui natione Pictauensis, Montisacuri oppidanus fuit; cuius manu Robertus Rex Gall. Cathedralem Ecclesiam Engolismensem priuilegiauit. Eodem loco scribens de transitu Guillelmi Comitis quem tumulauit in æde S Eparchij an. 1028. hæc subinngit: toto 1018.
Quadragesimæ tempore missas & cultum Dei frequentauit, quousque hebdomadâ Passionis oleo sancto vngeretur, & viatico muniretur, & ligno Crucis adorato & deosculato, spiritum in manu Episcopi Roonis, & sacerdotum Deo reddidit, laudabili fine & memoriâ: per biduum seruatum est corpus à Clericis in basilicâ Cathedrali S. Petri Apostoli, planctu nimio tota ciuitas repleta est, multitudo nobilium & turbarum vndique flens aduenit. Tunc Dominicâ sanctâ Osanna cùm ramis & floribus delatum est corpus eius ad basilicam S. Eparchij, & ibi sepultum est ante altare S. Dionysij; sepelierunt eum duo Episcopi Roo Engolismensis, & Arnaldus Petragoricensis. Ad caput eius iussit poni filius eius Audoinus

» tabulam plumbeam ita scriptam : *Hic iacet Deo Princeps amabilis Guillelmus Comes Engolisma, qui ipso anno quo venit de Hierusalem obiit in pace sexto Idus Aprilis vigiliâ Osanna 1028. anno ab Incarnatione Domini, & tota sua progenies iacet in loco S. Eparchij.* Hic Episcopatum rexit Roberto & Henrico Regibus; in quadam verò membranâ apud Massonum verba » ista reperire est. EGO in Dei nomi- » ne Roho Episcopus Engolismensis, » cùm consilio Arnaldi Archidiaconi, » & omnium Clericorum Sanctæ ma- » tris Ecclesiæ Sedis S. Petri, facio do- » nationem de Ecclesiâ S. Mariæ quæ » est in Montiniaco, & de terrâ quæ » est desuper, sanctiss. Petro, & sancto » Amantio facio donationem ad cœ- » nobium construendum, & congrega- » tionem erigendam vbi cùm Dei lau- » dibus perseuerent. Et hanc donatio- » nem facio cùm consilio Veberti fra- » tris mei, cui hoc succedebat ex meo » honore in seruitio. Ego Roho Epis- » copus manibus meis firmo hanc car- » tam. S. Vuillelmi Comitis & vxoris » suæ Gebergæ. fig. Alduini, S. Gau- » fredi, S. Arnaldi Archidiaconi, S. Ve- » berti, S. Petri Vualdradi, cuncto po- » pulo spectante. Benedixit Amalfredum Abbatem S. Eparchij : necnon solemni dedicationi basilicæ S. Saluatoris; & in Synodo Lemouicensi 2. adfuit, cuius exemplar in Bibliothecâ Thuanâ seruatur, sub cuius finem refertur in apographo mos per eâ tempora obseruatus, qui iam obsoleuit. Cùm videlicet vnus è diœcesanis suis excommunicatis, qui satisfacere nolebat, nec poterat pœnitentiam impetrare ab eo, sine licentiâ eius, Papæ surripuisset, pœnitentiæ legem, & litteras ex nomine eius Episcopo detulisset in cœnâ Domini, quibus Episcopum rogabat Apostolicus, quatenus illi pœnitentiam quam imposuerat, affirmaret; Episcopus intelli- » gens fraudem, ait homini versâ vi- » ce, quod ego postulare debueram ab » Apostolico, Apostolicus postulat à » me, non credere possum hoc man- » datum ab eo exortum, tibi nihil vti- » le est, donec aut à me, aut ab huius » sedis Archidiacono, me iubente ac- » cipias pœnitentiam, permane in ex- » communicatione. Eo facto iura Episcoporum defendens contra recipientes absolutionem à Papâ, neglectis diœcesanis Episcopis. Fato fungitur Roho anno Christi 1040. & sepultus 1040. est in Capite Cathedralis basilicæ à parte Australi.

27. GERARDVS MALART, I. nuncupatus, Rohonem in Episcopatu excepit an. 1040. Liber Gestorum Pontificum sic de eo scribit: *in cuius, Rohonis, locum successit Gerardus Artemala vir magnæ astutiæ, qui tyrannidem Dapiferorum suorum fugiens, ad Regem Franciæ quasi exul diuertit, & in extremis vitæ laborans erigere se contra Episcopatum Engolismæ fecit, & viuos ac mortuos illius Episcopatus absoluit, præter Dapiferos suos quos excommunicauit, & futuram progeniem maledixit. Hic autem obiens sepultus est intra Ecclesiam S. Dionysij à parte Septentrionali.* Titulus autem talis est tumuli illius. *Hic requiescit Geraldus Engolismæ ciuitatis Episcopus.*

28. GVILLELMVS D'ANGOVLESME I. ex genere Principum Engolismensium, Godofredo Comite & Petronillâ de Archiaco parentibus satus, Fulconem germanum habuit, qui cæterorum Comitum stemma propagauit, nam ex eodem sanguine ortum fuisse præter Chronica, testatur in primis vetus carta Ademari de Rocafulcaudi Domicelli, Vuidonis fratris sui, Vuidonis & Arnaldi filiorum dicti Guidonis, omniúmque Nobilium de Rocâ chirographis subscripta; quod pariter obseruatur in codice MS. de Gestis Pontificum vbi sic habetur: *post Gerardum Artemala, Guillelmus natione Engolismensis, Consule Gaufrido patre, Petronillâ matre, Engolismæ natus, Episcopatum Engolismæ suscepit, vir sapiens & disertus, qui Guillelmo Duci Aquitanorum familiarissimus fuit, qui prædicto Præsuli Thesaurariam S. Hilarij, & oblationes altaris Angeliacensis dedit; dum autem prædictus Præsul in extremis laborauit, pro remedio animæ eius altare prædictum dedit Angeliacensibus. Totum autem Capitulum cùm Abbate concessit, quòd duo monachi pro animâ Pontificis semper in Ecclesiâ substituerentur, quòd vsque in præsens perseuerat. Prædictus verò Præsul maximas guerras habuit cùm Fulcone fratre suo, & cùm illo militari prælio sæpè conflixit: ædificauit Tolucram & Boriac. obiit autem*

Malart.

Angoulesme. Loriengé dict à de gu.ille.

1076. MLXXVI. *anno ab Incarnatione Domini 12. Cal. Octobris, sepultus est intra Ecclesiam Cathedralem à Septentrionali parte.* Interfuerat dedicationi S Mariæ Santonensis 1047. & monasterij Angeliacensis: item sacro Philippi I. Regis 1059. quem Baldricus Burguliensis hoc epitaphio in carminibus honestauit:

Nobile nobilium specimen, GVILLELME, *decúsque*,
Proh dolor! hic properè cineratus morte quiescis.
Ordine Præsul eras, atauorum sanguine Consul,
Prouidus in factis, nulli sermone secundus.
ENGOLISMA *dole tanto viduata Patrono,*
Langues ecce tui moderamine Præsulis orba.
Interitum timeas, dempto moderamine langues,
Huic siquidem nullum non nescis æquiparandum.
Vrbi tamen infelix artus venerare paternos,
Dic quoque transcendat, Guillelmi spiritus astra.

ANGOVLESME. 29. ADEMARVS D'ANGOVLESME superioris frater, ex Cœnobiarchâ cœnobij Stirpensis, *loco cuius*, Guillelmi inquit codex noster MS. de Gestis Pontif. *promotus est in Episcopatum Ademarus frater Guillelmi Episcopi prædicti, natione Engolismensis, patre Engolismi Gaufrido, Petronillâ matre, Engolismâ natus, Stirpensis Ecclesiæ Abbas, homo miræ simplicitatis, qui cùm Duce Aquitanorum in Hispaniam contra Sarracenos militauit: Hic monachos per Engolismensem campum dilatauit, dicitur etiam quòd ipse dixerat se velle vnamquamque Ecclesiam Engolismensis Episcopatus esse Prioratum monachorum, cui indignans Hugbertus Sacrista respondit:* Et nos Canonici singulis Ecclesiis Engol. Episcopatus, singulos vellemus esse Episcopos. *Dedit autem Cathedrali Ecclesiæ mansum au Gont & Præposituram, quæ omnia ferè bona sibi vsurpabat, & septem Friscobone in die anniuersarij sui, in quo tempore promotus est in Canonicum dominus Itherius Archambaudi Sacerdos ciuis Engol. militari progenie ortus, vir quidem ditissimus super coetaneos suos, qui cùm Episcopus Ademarus Præposito mille solidos Pictauensium pro captamento exigeret, & ipse reddere non posset, prædictus Itherius Episcopo eos dedit, & eos solidos captamenti reddidit, ei Præposito & parentibus eius multa bona consuluit; vnde tam Episcopus quàm Præpositus & parentes eius Præposituram reddiderunt, dederúntque S. Petro, & donum istud Vrbano Papa confirmari fecerunt. Episcopus autem Ademarus sedit annis 21. mensibus 2 migrauit à sæculo.* Cùm aliis Præsulibus Concilio Santonensi adfuit sub Amato Legato 1080. quo tempore Guillelmum Godofredum Comitem Pictauensem aduersùs Sarracenos pugnaturum in Hispaniam comitatur. Memoratur & in bullâ Vrbani 2. apud Claromontem Aruerniæ pridie Cal. Decemb. 1096. Taceri verò hîc non debet, discrepare locum citati Chronici Engolismensium Pontificum, vbi infra memoratur alio loco in mense Septembr. exemptus è viuis an. 1101. & tumulatus intra Ecclesiam Cathedralem D. Petri à parte Septentrionali saxeo sargophago, illius epitaphium sequens refert Cor. læus his verbis: *Hic requiescit dominus Ademarus Episcopus Engolismensis qui vixit in Episcopatu an. 26. menses 3. dies 21. obiit autem anno ab Incarn. 1101.* 1101.

BLAIE. 30. GERARDVS DE BLAVIA II. Legatione Aquitanicâ famosus, creatur Episcopus an. 1101. de cuius vitâ sic codex Pontificum prolixè agit: « postquam promotus est in Episcopatum Girardus natione Normannus, « ciuitate Baiocensi oriundus, patre « Giraudo: qui cùm in ciuitate Engolismæ & Petragoriæ, & quibusdam castellis circumadiacentibus regimina « scholarum habuisset, defuncto Ademaro Episcopo Engolismensi, ob insignem eius scientiam & honestam vitam in Engolismensem Episc. promotus est, petitione populi, electione « Cleri, honoratorum assensu: qui cùm « Romam tenderet, audito quòd Paschalis Papa Concilium congregasset, « maxima diætis ad vrbem tetendit, in- « quam quamuis tardè venit, tamen « residentes Episcopos cùm domno Papâ in Concilio inuenit, causa siquidem quâ conuenerant talis fuit. Imperator siquidem Henricus Papam « Paschalem, Cardinales, & nobiles « Romanos cœperat; hâc occasione « Papa reliquit Imperatori Inuestituras « quæ fiebant per annulum & virgam, « & super Sacrosancta iurauit propriâ «

» manu & coriæ eius, Imperatorem se non excommunicari pro inuestituris; quia verò Papa rem illicitam fecerat, deponere se à Papatu promiserat, & ad Pontianas Insulas habitu religioso exul ire disposuerat, si inuestituras, saluo sacramento ad pristinam libertatem non restitueret. In quâ re nullum remedium à toto Concilio inueniri poterat. Girardus Episcopus exquisitus tandem, tale consilium dedit, quòd inuestituræ reuocari poterant, saluo sacramento; ita tamen quòd Imperator dans inuestituras non excommunicaretur; quod consilium omne Concilium laudans, dixit, non tu loquutus es, sed Spiritus sanctus in ore tuo. Placuit itaque Papæ & toti Concilio quarepus Girardus Episcopus per quem Deus Ecclesiæ suæ tale consilium reuelauerat, cùm quodam Cardinale Diuiciaco ad Imperatorem dirigerentur, qui voluntatem Imperatoris consulerent, quatenus Ecclesiæ Romanæ inuestituras exponderet, alioquin habitum consilium reuelaretur; quòd cùm in præsentiâ Imperatoris supradictus Pontifex Girardus mirabiliter perorasset, & à Cancellario Imperatoris qui illius interpres erat, singula exponerentur; vehemens tumultus exorsus est in Curiâ; ita quòd Coloniensis Archiepiscopus qui eum solemniter in hospitio suo susceperat, (in Galliis námque discipulus Girardi fuerat) & vitæ illius dubitans, dixit, *Magister, maximum scandalum generasti in Curiâ vestrâ*, indignans autem Girardus respondit, *tibi sit scandalum, mihi est Euangelium*, dedit tamen Gerardo Pontifici Imperator multa munera. Hactenus codex. Perspicuum est etiam ex quibusdam chronicis & Historicis, Legatione Apostolicâ Aquitaniæ functum fuisse sub Paschali, & aliis proximè subsequentibus Ponrificibus, quod significat pariter auctor superiùs memorati codicis cùm inquit: *Gerardus Engolismensis Episcopus, cùm domno Paschali Papæ adhæsisset, qui ad partes Galliarum venerat, cognitâ honestate & præclarâ sapientiâ vices suas priùs in Britanniâ, & deinde in Turonensi, Burdegalensi, Bituricensi, Auxitanensi prouinciis commisit: præter cætera quæ in legatione eximiè fecit, octo Concilia celebrauit.* Interfuit Lateranensi anno 1112. teste Malmesburiensi; necnon 112. reuelationi capitis D. Martialis ex Chronico Vosiensi. Adhæc in cartulario S. Stephani de Vallibus confirmat Apostolicæ Sedis auctoritate concordiam monachorum Lemouicensium cùm S. Stephano de Vallibus pro Ecclesiâ S. Sulpitij: *interfuerunt*, inquit, *Baldricus Archiepiscopus Dolensis, Ildebertus Episcopus Cenomannensis, Raynaldus Episcopus Andegauensis, Petrus Abbas Malliacensis, Guillelmus Talamondensis, Radulfus Nobiliacensis, Hugo S. Eparchij. Ego Girardus Engolismensis Episcopus, & S. Romanæ Eccles. Legatus. Facta est autem hæc concordia Engolismæ in Capitulo matricis Eccles. an. ab Incarn. 1117. indict. x.* Postmodum verò sub Anacleto Antipapâ, anteà dicto Petro Leonis, cuius partes sequutus est in schismate contra Innocentium 2. quia, Bernardo teste, ab eodem Innocentio Legationem extorquere non valuit, hac vel vnâ actione reliquum non improbatæ vitæ commaculauit: Baronius exemplar Legationis indultæ ab Anacleto, suis Annalibus Ecclesiast. inseruit, quâ de re auctor vitæ S. Bernardi l. 2. c. 6. & Bernardus ipse loquens de hoc Girardo Pseudolegato; ad eum quoque scribit Hildebertus ep 38 & Gofridus Vindocinensis l. 1. ep. 20 & 21. ex quo Sirmondus in Notis. De illo prætereà Ordericus. Sed audi quæ codex Pontificum Engolis. de huius Antistitis præclarè gestis, ac vitâ fusiùs commemorauit: *Ecclesiam Engol. à primo lapide ædificauit; in quâ reædificatione Itherius Archambaudi in constructione parietum expensarum medietatem de proprio suo ministrabat; de proprio suo ædificauit dormitorium, refectorium, cellarium, Presbyterium, ianuas ferreas, & contulit prædictæ Ecclesiæ Ecclesiam de Ialac & de Rainenorville, & de Tourac, & Ecclesiam de Tulcaquet, quæ manu laicâ alienata ab Ecclesiâ Engolismensi fuerat, & de manu militum qui dicuntur Coquerenses, ad ius Engolismensis Ecclesiæ reuocauit, & contulit etiam de proprio, vt pauperes 24. semper alerentur in prædictâ Ecclesiâ, in vnaquaque Quadragesimâ; & acquisiuit 12. solidos in Ecclesiâ de Touraco ad tunicas pauperum; dedit etiam Engolismensi Ecclesiæ Pontificalia ornamenta quæ emit à Bosone Xantonensi Episcopo mille solidos, scilicet*

casulam magnam cùm lapidibus vndique auri frizatam, vestimentum cùm albâ vndique auri frizatum, manipulum & stolas cùm lapidibus auri frizatas, & tunicam, & dalmaticam in qoeis sunt depictæ aquilæ, & quinqoe solidos in die anniuersarij sui. Obiit in senectute suâ
1135. *M C X X X V. ab Incarnatione Domini anno, 9. Cal. Augusti, & inter Pontifices collatus iuxta Pontificem Grimoardum in Capitulo sepultus est. Girardus itaque Engolismensis Episcopus aulam Pontificibus extruxit, & Ecclesiæ, quam, vt diximus, ædificauit, hæc munera contulit. Dedit verò textus aureos: 1. magnum textum cùm lapidibus, doo turribula deaurata, & vnum de argento, duo candelabra argentea, vnam capsulam argenteam, vrceum argenteum 1. calicem aureum 1. vnum deauratum, argenteos IV. 2. tabulas eburneas cùm argento, & 2. argenteas, psalterium argent. duo altaria argentea, & in fine soo 1. turribulum argenteum, septem capsulas argenteas & tres eburneas, duas pixides argenteas, & vnam eburneam, nauiculam de argento, vnum calicem de argento lapideatum; quatuor magnas cruces, tres paruas. Hæc ornamenta prædictæ Ecclesiæ obtulit, vnum palum auri operis & magnitudinis, & 12. alia, 40. cappas, 10. casulas, 8. dalmaticas, tres tunicas, septem amictus argenteos & aureos, colarium aureom, quatuor stolas, octo manipulos, quinque albas, & vnum affresine; & centum volumina librorum, vel eò ampliùs, vt credimus, videlicet scripta Gregorij, Augustini, Ambrosij, Hilarij, Isidori, Cypriani, Gregorij Nazianzeni, Origenis, Hieronymi, Bruni, Bedæ, Rabani, Brecij, Paschasij, Sidonij, Historiam patrum, & Historiam Iulij Cæsaris, scripta Tullij, & innumera bona Ecclesiæ noua, & mensæ Episcopali contulit. Constituit etiam de proprio suo, vt 13. pauperes in mensâ Pontificis Engolisma semper alerentur. Tempore cuius, & beneficio & auxilio Ecclesia de Coronâ, Bornetensis, & Ecclesia de Grossobosco, & de Alanuillâ ædificari cœperunt. Aulam Pontificiam, & Capellam, & Cameram pictam ædificauit, & annulum aurei operis cùm lapidibus pretiosis Ecclesiæ Engolismensi dedit: Curtem Varaci in decima, in agriculturâ, & aliis redditibus augmentauit: aulam Varaci ædificauit, muris & vallo roborauit, & Ecclesiam, & domom construxit Leprosariam, innumera bona mensæ Episcopi Varni, Adiraci, Iuriniaci, Engolisma. Qui in iudicio verax, responsionibus discretus, in prædicatione eximius, in allocutione blandus, in prouerbiis facetus. Tamen circa finem ad Petri Leonis schismaticus diuertit, errori illius fauens. Die autem proximâ mortis suæ accepimus, quòd in confessione suâ Sacerdotibus dixerit, si partem Petri Leonis contra voluntatem Dei ignorans manu tenuerit, se confiteri & pœnitere. Omnia autem illa quæ habebat ferè in vitâ suâ, vel Ecclesiæ dedit, vel pauperibus erogauit. Sabatho autem missam celebrauit maximâ deuotione, effusione lachrymarum, sequente die Dominicâ migrauit à sæculo M C X X X V. anno ab Incarnatione Domini: sedit in Episcopatu annis 33. mensibus 2. & cùm aliquem Capellanum nec quæstu nec hospitiis vexasset, vnicuique Capellanorum sui Episcopatus in fine suo vnum mimabotum. Et illud magnificum sydus quod claritate sui partes occidoas illustrauerat, (proh dolor) extra Ecclesiam quam ædificauit, sub vili latet lapide. Cessauit Episcopatus vsque 14. Calend. Iulij.* Huc vsque auctor MS.

At verò contra quod tradunt Codices Engolismenses ex dictis supra, Bernardus Grossus auctor vitæ sancti Bernardi Abbatis de Tironio, eius vitæ miserabilem transitum describit his verbis: « Solos Gerardus perseuerat in malis: sed ooo multò post adueniente die iræ, in domo suâ miserabiliter extinctus est, & cùm dicat Scriptura, est peccatum ad mortem, pro quo non dico, vt roget quis; impœnitens & subitò mortuus sine coofessione & viatico, de corpore egredientem spiritum ei reddidit, cuius minister extiterat. Corpus eius à nepotibus suis, quos in Ecclesiâ honoribus sublimauerat, iouentum io lectulo exanime & enormiter tumidum in basilicâ quadam humatum est, sed posteà à Gofredo Carnoteosi Episcopo Sedis Apostolicæ Legato inde extractum est, aliásque proiectum. Nepotes quoque eius ab eadem Ecclesiâ posteà elimioati sunt, & omnis progenies & plaotatio à radice auulsa, per extera regna taoti iudicij circumferens querimooias, exulauit. »

31. LAMBERTVS monasterij B. Mariæ de Corooâ, quod & fuodauit, primus Abbas, atque etiam æuo suo

sanctimoniâ & religione inclytus A Præsul:post Girardum, inquit codex „ Episcoporum, suscipit regimen Engolismensis Ecclesiæ Lambertus natione Engolismensis vico Palude, patre Fulcherio, matre Leogardi natus; vir siquidem sapiens & discretus, & summæ eloquentiæ, & maximæ religionis, qui ab Ademaro Episcopo sacerdos ordinatus, Ecclesiæ S. Ioannis de Palude Capellanus fuerat, qui in eâ congregauit conuentum Fratrum religiosè simul ibi viuentium. Processu verò temporum Ecclesiam de Coronâ à primo ædificauit lapide, in quâ promotus in Ab- B batem, de Ecclesiâ S. Ioannis conuentum Religiosorum transtulit in Coronâ; quos bonis moribus, & instructionibus eximiis exornauit, & prædictæ Ecclesiæ multa bona acquisiuit; illam molendinis, syluis, pratis, prædiis ditauit, reliquiis, libris, ornamentis decorauit. Factus Præsul, Engolismensi Ecclesiæ quatuor pallia dedit, & Ecclesiam de Magnac acquisiuit, & ædificauit in domibus Episcoporum quandam aulam in quâ est puteus & coquina, & C turrem super portum Varni, & ædificauit Ecclesiam baptisterij de conuentu benedictionum: qui exemplar religionis, iustitiæ, largitatis, castitatis & eleemosynæ omnibus, & prouinciæ Burdegalensi fuit. Mediator pacis Vulgrini Comitis cùm Duce Aquitaniæ, cuius Vulgrini sepulti

1140. in Capitulo S. Eparchij anno 1140. cùm nato ipsius primogenito Vuillelmo, testamentum excepit: qui Vuillelmus cognomento Talaferius, querelam mouens Lamberto, cuius dominium Episcopale inuaserat, Regem conuenit Episcopus, à quo patrocinium exposcit, ac Comitis D vim compescuit; cùm verò Ecclesia Engolismensis fundata esset de Regalibus bonis, hanc epistolam Guillelmo Comiti scripsit in fauorem Ecclesiæ, è chronico Engolismensi citato desumptam: *Ludouicus Rex Francorum & Dux Aquitanorum, Guillelmo Engolis. Comiti fideli nostro salutem & dilectionem. Peruenit ad aures regiæ dignitatis nostræ, quòd in bonis Engolismensis Ecclesiæ manus extendis, quæ prædecessores nostri Francorum Reges eidem Ecclesiæ contulerunt, quam & fundauerunt, hæc oppressio in nostram redundat iniuriam, qui & Ecclesiam Christi debemus defendere, & prædecessorum nostrorum eleemosynas conseruare: eapropter fidelitati tuæ per regia scripta mandamus, quatenus Engolismensem Ecclesiam, & bona illius, & amore & honore nostro in omni pace & quiete dimittas, nec amplius vim inferre præsumas. Nos autem cùm ad partes veniemus, si quid inter vos & Episcopum querelarum emerserit, ad modum & concordiam studiosè reuocare curabimus.* Nominatur idem Lambertus in diplomate Ludouici 7. Regis an. 1137. necnon in 1137. cartis Fontisebraudi: lib. 4. c. 4. vitæ S. Bernardi dicitur vir sanctæ memoriæ. Idem in Synodo Episcoporum prouinciæ Burdigalensis celebratâ pro coniugio dirimendo Ludouici Regis & Eleonoræ Aquitanicæ, ortâ controuersiâ inter Suffraganeos Præsules huius Metropolis de prærogatiuâ sessionis contendit, & prima Engolismensi Episcopo addicta est, quod ius hactenus inconcussum sequentes conseruarunt. Obiit tandem hic Episcopus morum claritudinis insignis, anno 1148. quod ob- 1148. seruauit hisce verbis codex noster MS. de Gestis Pontificum: Tunc temporis, felicis memoriæ Lambertus morbo laborans, panem non comedens per multos dies, mox & à comprouincialibus Episcopis, & aliis religiosis personis in infirmitate suâ visitatus est, qui plenus dierum in senectute sanctâ, post inunctionem & susceptam Eucharistiam in præsentiâ Fratrum suorum spiritum Deo reddidit MCXLVIII. anno, Id. Iunij. sedit in Episcopatu annis 13. diebus 20. Cessauit Episcopatus vsque 14. Calend. Iulij subsequentis anni, sepultus iuxta caput Ecclesiæ de Coronâ in orientali parte. De Lamberto vide superiùs Abbates Coronæ.

32. Hugo II. Rupifucaldiæ natus, post Lambertum euectus est ad sedem: nam codex memoratus de eius vitâ hæc subiungit: *Postquam suscepit electionem, Cleri petitionem assensit Hugo natione Engolismensis, Rupefocaldi oppidanus, patre Petro, Edoardâ matre natus. Ecclesiæ Engolismensis Cantor, qui à primæuâ ætate castitatem & munditiam seruauit, etiam verba illa quæ bonos mores corrumpunt verecundè vitabat, fuit humilis in omni actu, in*

loquutione gratiosus, nihil habens rusticitatis admixtum, qui cùm blesus priùs esset, tamen in prædicatione facundissimus erat, qui liberalibus imbutus artibus, Magistro Gilesberto in Galliis adhærens, illum maximè in Theologiâ sequutus est; Cùm autem Gaufridus Burdegalensis decessisset, Canonici Burdegalenses vocem suam in electionem dederunt Engolismensi, Agennensi, Pictauensi, Xantonensi, Petragoricensi; qui cùm de electione secretò tractarent, Henricus Rex se intermiscuit, consilio eorum deprecans, quatenus Ioannes de Sacli Magister Scholarum Pictauensium per eos in Archiepiscopum eligeretur, & ipse præsens Rex volebat interesse electioni, ne aliquis Episcoporum contra voluntatem Regis aliquid diceret. Cùm verò, Rege præsente, prædicti Pontifices silentio stuperent, solus Hugo Engolismensis Episcopus dixit: domine Rex, nobis quibus electio iustè commissa est, de electione in præsentiâ vestrâ tractare non licet; quandiu autem hîc nobiscum fueritis, de officio Ecclesiastico, & de ordinatione nobis commissâ tacebimus, nec ampliùs qui voce nostrâ primò promotus est, per nos promouebitur. *Quod audiens Rex, maximo rancore tristis abcessit.* De illius promotione in hæc verba loquitur Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis ep. 5. l. 5. Quidam probi viri Canonici Engolismensis Ecclesiæ nuper adierunt me, rogantes, vt apud Maiestatem vestram pro ipsis intercederem: dicunt, defuncto Episcopo suo, se elegisse, nullo de Clero Ecclesiæ prorsus excepto, ab vnanimi electione, assensu, vt Canones præcipiunt honoratorum, & totius Cleri, idoneam omnino ad officium Episcopale personam, Præcentorem ipsius Ecclesiæ. Electionem, iuxta quod ab eis accepi, tam communem, tam concordem, Burdegalensi Metropolitano dicunt se canonicè obtulisse, ab eo canonicè confirmatam esse: diem consecrandi ab ipso datam, sed ad diem constitutam cùm electo suo, vt Metropolitanus promiserat, consecrando venisse, sed consecratorem non inuenisse. Nominatur cùm Godofredo Lingonensi Episcopo in diplomate S. Bernardi de monasterio Buxiensi anno

1153. 1153. Huius verò encomium apud codicem manuscript. Pontificum in hunc modum describitur: *quantæ caritatis prædictus Hugo Pontifex fuerit, quàm assiduus in lectione, quàm benignus erga subditos dicere nequiuimus, ex quo vrbem ingrediebatur cùm Cathedralibus in Choro omnibus horis, & maximè in matutinis Deo psallebat communi voce, non grauatâ Episcopali auctoritate, & fastidiens Palatium in Claustro cùm Cathedralibus frequenter residebat, nisi Ecclesiasticæ causæ traherent illum. Qui maxima bona mensæ Episcopi contulit, consilio eius Ecclesia Engol. Iudicariam de Iullac acquisiuit, qui homo summæ pacis & summæ concordia ex quo ipse decessit, quasi cum eo pax & concordia discessit, tota ciuitas in seditionem versa est. Vix sexagenarius maximo planctu Clericorum, lamentatione Nobilium, luctuoso gemitu vtriusque sexus & ætatis: post inunctionem & acceptam Eucharistiam obdormiuit in Domino pridie Idus Augusti* 1159. *anno ab Incarnatione Domini, Sedit annis* 10. *mensibus* 11. *die* 1. *sepultus est inter Ecclesiam Cathedralem à Septentrionali* 1159.
parte; Cessauit Episcopatus vsque Idus Octobris sequentis. Hactenus MS. Engolismense Episcoporum.

33. PETRVS LITIMVNDI I. alias DE SONNAVILLA Abbas B. Amantij Buxiensis post Grimoaldum; huius verò Ecclesiæ Pontifex adlectus per obitum Hugonis. Interfuit facto monasterij de Coronâ 1171. & consecrationi templi S. Amantij de Buxiâ apud Corlæum. LITIMVNDI. 1171.

34. IOANNES DE S. VAL I. ex Abbate B. Mariæ de Coronâ creatur Episcopus; sub cuius moderamine monastico incœpta est noua structura basilicæ de Coronâ, in quam Religiosos introduxit, eámque solemniter dedicauit cùm Archiepiscopo Burdigalensi: decessit die 7. Martij anni 1203. ex fastis cœnobij de Coronâ. At in indiculo Carlonij de Episcopis, non adnotatur cognomen huius Præsulis & antecessoris Petri Litimundi, quod restituimus ex membranis dictæ Abbatiæ. S. VAL. 1203.

35. GVILLELMVS II. ad quem rescribit Honorius 3. summus Pontifex cap. 3. de corpore vitiatis non ordinandis l. 1. Decretal.

1227. 36. Radulfus i. an. 1227.

Guilloti. 37. Ioannes Guilloti, ii. anno 1233.

1240. 38. Petrus ii. an. 1240.

Monberon. Burellé d'argent & d'azur de dix pieces.

39. Robertus de Monberon i. ex vetustâ, nobilíque prosapiâ toparcharum de Monteberulfo, Episcopatum rexit anno 1255. vt declarant tabularia Ecclesiæ. 1255. Illi verò cùm Hugone Bruni è gente Lesiniacâ, Engolismensi Comite, graues intercessêre inimicitiæ, ob quas Comes Episcopatus bona inuasit, Præsulem cùm vniuerso Clero à finibus prouinciæ & Comitatus interdixit, & Sede Episcopali eiecit; qui apud Ludouicum Regem querimoniam deferens, eius decreto compromissum initur per arbitros; nimirum iussus est Comes celebri supplicationi quæ reducendis iu vrbem Episcopo ac Clero vniuerso, die festo proclamaretur, adstare in sago nudus caput & pedes, ipsis interim dum hæc fierent, portis vrbis quibus ingressurus erat Robertus, in plateâ ante Cathedralem Ecclesiam comburendis, demum supplicatione habitâ, fateri crimen, & de eo veniam deprecari; quingentas etiam libras actoribus mulctæ loco pensitare, & basilicæ Engolismensi eos redditus assignare, qnantũ cereis tribus ante maius altare dum sacra fierẽt perpetuò ardendis sufficerent, quod & executioni mandatum intelligitur ex registris Cathedralis. Perperam autem à quibusdam pro Monteberulfo, è gente Blesensi prognatus asseritur.

1260. 40. Petrus iii. an. 1260. huius tempore ferunt Dominicanos & Franciscanos in vrbem inductos, ac Collegiatam Ecclesiam Rupifucaldiæ, & Albæterræ fundatam.

41. Raymundus an. 1265.

42. Petrus iv. electus ex Canonico Engolismensi anno 1272. 22. 1272. Nouembris à Gregorio x. Pontifice, ex regesto Vaticano: quem omittunt Carlonius, & cartophylacia Cathedralis.

Blaye. 43. Guillelmus de Blaye iii. ex nobili gente Blauiorum 1273. nominatur 1280. cùm Guillelmo de Valentiâ domino de Pembroc, & 1299. cùm Ademaro de Valentiâ domino Montigniaci. 1299.

Rochefoucaud. Burellé d'argent & d'azur de dix pieces au cheuron de 3 pieces de gueulle brochant sur le tout.

44. Fucaldus de la Rochefoucauld ii. ex clarissimâ, eâque vetustissimâ in Engolismensi pago familiâ genitus, patre Guidone 6. Rupifucaldi, Vertolij, & Cellæfruini dynastâ, matre Agnete de Rochechouard: germanos habuit Aymericum de Rupefulcaudi dominum, Gaufridum Canonicum Engolismensem, Aimarum Decanum Burdigalensem, & Fucaldum illum, qui ex Ordine Minorum Archidiaconus huius Ecclesiæ, tandémque Pontifex euasit, vti aduertit Andreas Quercetanus in stemmate genealogico huius gentis. Ecclesiam administrauit an. 1310. & statuta sodalitij Sacrosanctæ Eucharistiæ in basilicâ B. Ioannis Baptistæ stabiliti, codicillis Episcopalibus, suóque sigillo comprobauit anno 1312. & fato functus in 1312. Prioratu Monacensi.

45. Oliverius ferè ab omnibus prætermissus inter Episcopos huius sedis; de quo tamen mentionem habet carta anni 1313. data die Lunæ ante festum Omnium Sanctorum; item alia 1314. scripta die Lunæ in festo Natiuitatis B. Ioannis 1314. Baptistæ.

46. Ioannes iii. cui scribit Guido de Rupefucaldi apud Quercetanum anno 1315.

47. Gaillardus memoratur an. 1318. in libro Obligationum 1318. Vaticani.

48. Aquilinus, qui Episcopale dominium & redditus decessorum incuriâ plurimùm dissipatos, ad priscam normam reuocauit, Inquisitor fuit in vitam Iuonis canonisandi cùm Episcopo Lemouicensi, ex Annalibus Armoricis.

49. Guillelmus iv. floruit an. 1328. 2. Iulij ex regesto Vaticano; 1328. de quo nulla item extat mentio in catalogis Engolismensibus.

Di Pons. 50. Helias de Pons iii. filins Reginaldi 5 Pontij Reguli, in prælio Pictauensi cæsi, & Ioannæ d'Albret: Episcopus reperitur anno
1363. 1363. 2. Iulij, ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani.

51. Ioannes iv. recensetur in
1380. iisdem Actis Consistorialibus 1380. 10. Iulij, quorum excerpta ex archiuo Vaticano nobis communicauit Vghellus Abbas doctus Sacræ Italiæ Scriptor.

. Gvillelmvs v. an. 1391. 16. . ugusti ex memoratis Actis Vaticani, Ioannis 23. Papæ, superiùs citatis; in quibus Floridvs monachus & Abbas de Barbello, Ci-
1411. sterciensis Ordinis, electus nominatur an. 1411. pridie Cal. Septemb.

Monberon. 53. Robertvs de Monberon, ii. ex superioris Roberti filiâ & dominis de Monteberulfo, familiaris ac carus Ioannis Engolismensium Comitis, cui hominium exhibetur pro Baroniâ Montisberulfi
1440. anno 1440. ex veteri regesto cartarum Engolismensium.

Pompadovr 54 Godefridvs de Pompadovr ex nobilibus de Pompadorio, ab ineunte ætate sub optimis Professoribus literas didicit: Capituli dein suffragiis in Roberti locum prouectus fuit, munificus ac liberalis in Cathedralem suam, aquilam æneam in Choro, columnas ante summum altare erexit, sacrarijmque basilicæ pretioso ornamentorum apparatu instru-
1467. xit. Interest Comitiis Turonensibus anno 1467.

Dv Fov. 55. Rodvlfvs dv Fov ii. Abbas S. Iuniani Nobiliacensis, de Nucariis, Sanctíque Taurini Ebroicensis, frater Iuonis du Fou Engolismensium Proregis, Caroli Comitis
1470. tutoris: sedit anno salutis 1470. & exinde transfertur ad Cathedram Ebroicensem.

Lvxembovrg. 56. Robertvs de Lvxembovrg iii. Ludouici Comitis S. Pauli Magistri Equitum Franciæ filius naturalis, anno 1480. qui qua-
1491. drato lapide Ecclesiam strauit, & mortuus est 1491.

S. Gelais. D'azur à la croix d'arg. ut. 57. Octavianvs de Saint Gelais ex nobili sanguine dominorum de sancto Gelasio, Petri toparchæ de Monlieu & de S. Aulaye, Philibertæque de Fontenay filius. Vir splendore generis æquè ac eruditione clarus, antequàm ad Sedem Pontificiam fuisset promotus 1492. poësi Francicâ delectabatur, in quâ pro illis temporibus, inquit Scæuola Sanmarthanus in elogio Merlini docti parentis filij, sed longè facundioris, Ouidianas Heroidas, Virgilianam Eneidem, & Odissæam Homericam, è Græco, Latinóque idiomate Gallicè vertit, Historiam præterea eadem linguâ scripsit, cui nomen dedit Vindarium Honoris. Sed & in Cathedralem suam beneficus, Episcopales ædes maceriâ fatiscentes, nouis structuris reparauit, Ecclesiam verò pretiosis admodum donariis ditauit. Interfuerat exequiis Caroli 8. anno 1498. & ipse fatis concessit 1502. cùm Cathedram Pon- 1502.
tificiam non paucis ornamentis, patriam verò monimentis ingenij nobilitasset. Cadauer humatur in eâ Capellâ quam Ioannes Sangelasius Episcopus Vticensis germanus Octauiani, in basilicâ Engolismensi summo apparatu & impensis ædificauerat, Virgini Deiparæ dicatâ, vbi prostat inscriptio aureis literis exarata:

Octavianvs *ego, qui summi culmen honoris*
Attigeram, modico subtegor ecce solo.
Engolisma sacræ dederat mihi iura Cathedræ,
Tempore sed periit gloria tanta breui.
Non medios vitæ natura reliquerat annos,
Debita quando feræ soluo tributa neci.
Discite mortales celeri quàm vita volatu
Præterit, atque leui transit, vt aura, pede.
Spiritus astra petens, miserum me! corpus humatum
Liquit, ad extremum spere redire diem.

Di Bavsa. 58. Hvgo de Bavsa iii. patriâ Cadurcensis anno 1502. sedit annis quatuor.

ESTAIN. Comme cy dessus.

59. ANTONIVS D'ESTAINI. nobilis Aruernus, frater Francisci Episcopi Rutenensis, quibus dicat Nicolaus Boherius commentarium in Mandagotum de electione; præ-
1506. fuit anno 1506. & coram eo septem testes omni exceptione maiores deponunt de sanctitate Ioannis Engolismæ Comitis, de quo Scæuola & Ludouicus Sanmarthani gemelli, in Historiâ Genealogicâ Domus Regiæ. Assumptus hic ad Pontificatum defuncto Bauseo, videlicet patrocinio Ludouicæ à Sabaudiâ, Francisci Regis matris. Cultus deinde sacri religiosus fuit assertor, atque Ecclesiasticæ libertatis sedulus defensor, patrimonia sui Episcopatus à laicorum iniustâ possessione placito supremæ Curiæ Parisiens. vindicauit. Episcopalis ædis restaurationem iam inde ab Octauiano coeptam, visendo perfecit opere; testamento Georgij Cardinalis de Ambasiâ, vltimâ die Octobris 1509. subscripsit, Synodo item Pisanæ Mediolanum translatæ aduersùs Iulium 2. Pontificem adfuit an. 1512. & intoxicatus fertur in æde Episcopali Varensis
1520. pagi anno 1520. sepultus apud Aruernos suos in natali solo.

LA BARRE.

60. ANTONIVS DE LA BARRE II. Turonensis, D. Martini apud Turones Decanus, demortui Antonij de
1527. Stanno locum excepit anno 1527. ac præfuit annis 3.

BABOV. Comme cy deuant.

61. IACOBVS BABOV Turonicus, ex familiâ dominorum de la Bourdaisiere, Philiberti Generalis Ærarij Franciæ filius, ex Libellorum Supplicum in Regiâ Magistro, an.
1532. 1532. die 26 Nouemb. in vico nominato Estrechy le Larron propè Stampas extinctus; cùm inter haberet ad Bordaiseriam castrum gentilitium in Turonibus: iacet in templo S. Martini Turonensis, cuius Ecclesiæ erat Archiclauis, hoc epitaphio:

Exta sepulta iacent IACOBI *Præsulis olim*
Engolismensis, de BABOV *genere.*
Qui templo Martine tuo Regisque Libellis
Præfuit, hunc iuuenem mors inopina rapit.

BABOV.

62. PHILIBERTVS BABOV Cardinalis tituli S. Sixti, post sancti Martini in Montibus, Regum Henrici 2. Francisci 2. & Caroli IX. apud Pontifices Legatus perpetuus, per Iacobi fratris obitum de Episcopatu Engolismensi prouisus, electúsque 1533. 13. Ianuarij cùm esset annorum 20. pro quo scripserat Franciscus ad Pontif. Max. in arce Chantiliaci 28. Nouembr. anni prædicti. Fuit quoque Libellorum Supplicum Præfectus, ac Decanus S. Martini Turonensis: & mortuus est Romæ anno 1570. 7. Calend Februarij, funeratus 1570.
in æde S. Ludouici nationis Gallicanæ cùm epitaphio quod retulimus in Altissiodorensibus.

BONY. D... à vn lion armé & lampassé de.. ayant au col vn escusson de .... chargé d'vne tiene de lis soustenue d'vn croissant.

63. CAROLVS BONY Florentinus, ex Episcopo Ostunensi, inauguratur anno 1574. in Abbatiâ Victorinâ Parisiensi. Latinitate donauit Constitutiones S. Clementis Romani. Huic an. 1576. dicauit catalogum Episcoporum Engolismensium Franciscus Corlæus, & Gabriel Carlonius 1597. obiit an. 1603.

ROCHEFOVCAVLD.

64. ANTONIVS DE LA ROCHEFOVCAVLD III. Antonij domini de Caluomonte super Ligerim, Equitis Aurati, & Regij Cambellani filius, Ceciliæque de Montmirail; eius germani fuêre Iacobus à quo editi Marchiones de Langeac in Aruernis, Franciscus Abbas B. Mariæ Regalis, sorórque Maria Abbatissa Paracliti. Consecratur an. 1608. 1608.
Nonis Iunij, Parisiis in æde parochiali S. Nicolai de Cardueto (in quâ Ecclesiâ sacro latice tinctus anno 1574.) à Francisco de Rupefucaldi Episcopo Claromontano, posteà Cardinali, eiúsque gentilitio, assistentibus Francisco de la Valette Cornusson Vabrincensi, & Ioanne Bertier Riuensi Episcopis. Interfuit Comitiis Parisiensibus 1615. Eodem Pontifice Capucini construuntur an. 1614. Minimi stabiliuntur in vrbe 1618. & Castrinoui 1621. Iesuitæ 1622. Moniales Vrsulinæ 1628. obiit Engolismæ in palatio Episcopali die Dominicâ 24. Dec. an. 1634. & sepultus 1634.
in Cathedrali ante maius altare.

PERRON.

65. IACOBVS DV PERRON II. Normannus Constantiensis, nepos Iacobi Cardinalis du Perron, & Ioannis

Ioannis Archiepiſcopi Senonenſis, A
Abbas S. Taurini Ebroicenſis, & B.
Mariæ de Lirâ: donatus hoc Epiſco-
1636. patu initio anni 1636. dum apud ſe-
reniſſimam Reginam Angliæ Hen-
rietam Mariam, vxorem Caroli Ma-
gnæ Britanniæ Regis, fungeretur
officio magni Eleemoſynarij, vbi
per vndecim annos manſit: Pariſiis
apud Patres Tertij Ordinis S. Fran-
ciſci vulgò de Piquepuce inaugura-
tur die Dominicâ 14. Iunij an. 1637.
à Carolo de Monchal Archiepiſcopo
Toloſano, Ægidio Boutault Adu-
renſi, & Franciſco Mallier Epiſcopo
Trecenſi. Vrbem ingreſſus an. 1638. B
menſe Maio; poſteà ſalutauit ele-
ganti oratione Clerum Gallicanum
Lutetiæ congregatum anno 1645.
nomine eiuſdem Reginæ Magnæ
Britanniæ; tranſlatus ad Ebroicen-
1646. ſem ſedem 1646. obiit anno 1649.

PERICARD. D'or au chevron d'azur à l'anchre de ſable [en pointe, au chef d'azur chargé de 3. molettes d'eſperon d'or.

66. FRANCISCVS DE PERICARD
Ebroicenſis Epiſcopi Franciſci ne-
pos, Prior beati Hilarij, & S. Phi-
liberti in Neuſtriâ, Regi à ſanctio-
ribus Conſiliis, filius Caroli Equi-
tis, Baronis des Botreaux, & Eſte-
ris de Coſtentin de Tourville. Quæ
familia Pericarda Guillelmo item C
Ebroicenſi, Georgio, & Franciſco
Abrincatenſibus Epiſcopis germanis
nobilitatur. Hic autem Cathedrâ
Engoliſmenſi inſignitus eſt nomina-
tione Ludouici XIV. menſe Augu-
ſto an. 1646. creatus bullis Pontifi-
cis Innocentij X. ſacratur Lutetiæ
in baſilicâ Monialium Carmelitarum
1647. 25. Aug. 1647. per Ioannem-Fran-
ciſcum-Paulum de Gondy Archie-
piſcopum Corinthinum, aſſiſtentibus
Præſulibus Renato de Rieux Leo-
nenſi, & Alfonſo d'Elbene Au-
relianenſi. Inde ſolemni pompâ vr-
bem primùm inuectus 1649. 26. No- D
uemb. ad Comitia Eccleſiaſtica Cle-
ri Pariſienſis delegatur an. 1655. col-
legâ Archiepiſcopo Burdegalenſi.
Eodem ſedente Carmelitæ Excal-
ceati, & religioſæ Carmelitæ admit-
tuntur, ac xenodochium Noſtræ
Dominæ de Angelis erigitur in vr-
be; filiæ Viſitationis apud oppidum
de Rupefucaldi.

SANCTI FLORI
EPISCOPI
ET DOMINI.

S. FLOVR en Auuergne, pres de l'Adic porte de gueules à trois A.A A, d'or.

FLOROPOLIS, ſeu Sancti Flori vrbs Aruerniæ ſuperioris caput, quæ & Indiciatus, in monte edito; quem Planum vocant, condita auctori vitæ S. Flori, radices lambit fluuiolus Adia. Epiſcopatum habere cœpit auulſum à Claromontano, ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & Parlamento Pariſienſi anno 1317 beneficio Ioannis XXII. qui tot Epiſcopatus nouos conſtituit. Anno 1104. erat tantùm vicus ſub dominio toparchæ nobilis Aruerni Amblardi de Breſonio, qui limina Apoſtolorum inuiſens, S. Petro municipium illud cùm omnibus appenditiis donauit, quod & Papa Ioannes XVIII. dictus XIX. rarum habuit. Inde Abbas S. Odilo de Mercorio à ſummo Pontifice circa ann. 1007. hunc locum obtinuit pro extruendo cœnobio Ordinis Cluniacenſis; tum baſilica inſignis ibidem excitata eſt, cui præfecit Priorem cùm Religioſis Ordinis ſui, ac burgum mœnibus cinxit, quod tandem in oppidum adcreuit. Eccleſiam verò S. Flori (nunc Cathedralem) Vrbanus 2. conſecrauit an. 1096. ab Aruernâ vrbe Aureliacum profectus, quod Monaſterium, & Figiacenſe in Cadurcis benedixiſſe fertur. Pontifices ac Reges ſuis libertatibus & priuilegiis eundem Prioratum S. Flori regulæ Cluniacenſi firmauêre; & ſequentibus ſæculis celeberrimum euaſit cœnobium, vti reſtantur vetuſta tabularia D. Flori: cuius fuêre etiam benefactores præcipui domini de Breſonio, de Mercorio, de Turre, de Canillaço, de Petrâ, de Laſtico, de Murato, & alij è primariâ nobilitate Aruernâ. Sicque ſancti Flori municipium inter Prioratus conuentuales Cluniacenſes à trecentis annis, aut circa recenſebatur. Cùm autem Papa hunc Epiſcopatum diuiſit à Claromontano, repudiatâ Epiſcopali dignitate per Abbatem S. Geraldi Aureliacenſis, Raymundum Vehens

ex vltimo Priore Pontificem designauit. Donati autem fuêre Canonici (qui nunc viginti) togâ sæculari à Sixto IV. Papâ 1476. Abbatiæ porrò in hâc diœcesi sunt:

AVRELIACVM O B. *S. Gerauld d'Aurillac.*

S. MAVRITII O B.

BLASILIVM *fem. Blesle.*

PIPERACVM *Pebrac* O A.

Sequentes Episcopi præfuerunt ex tabulariis Ecclesiæ deprompti.

VEHENS. 1. RAIMVNDVS VEHENS I. Cardinalis Presbyter tit. S. Eusebij, de Moscuerolis, siue de Monfaiouls diœcesis Rutenensis. Ex vltimo Priore S. Flori, primus Episcopus renun-
1327. ciatur, ornatus Purpurâ anno 1327. Auenione, posteà traductus ad Episcopatum S. Papuli.

FAVTRERIIS. 2. HENRICVS DE FAVTRERIIS ex Abbate Cluniacensi electus 1319. in actis Vaticani: decessit 4. Calend. Februarij, & conditus in Capellâ S. Petri ad Cathedralem, vbi eius effigies ænea conspicitur.

3. ARCHIMBALDVS successit
1320. anno 1320. II. Martij ex dicto libro Oblig. Vaticani: instituit Ecclesiam Collegialem B. Mariæ 18. Canonicorum: nobili viro Armando de Castronouo domino de Meleto suæ diœcesis, codicillis scriptis in S. Floro 1341. dedit licentiam in quodam altari à se constructo constituendi presbyterum idoneum pro celebratione missarum.

CANILLAC. 4. ADEODATVS DE CANILLAC
1348. anno 1348. 17. Aprilis nominatur in actis Vaticani.

ESTAIN. 5. PETRVS D'ESTAIN I. posteà Cardinalis & Archiepiscopus Bituricensis: ædificat conuentum Fratrum Prædicatorum expensis Ioannis Ducis Biturigum & Aruernorum, pactum iniit cùm Dalmatio Abbate Pebracensi pro iurisdictione Episcopali in beneficiis huiûsce monasterij. Hi verò quinque Episcopi ex monachis electi fuêre ad Cathedram B. Flori, de quibus Vion in ligno Vitæ.

6. PETRVS RAVSSEN, vel ROLETI II. sæcularis, cuius mentio in tabulis Vaticani 1367. RAVSSEN. 1367.

7. PONTIVS DE ROCHEFORT ex nobili stirpe Aruernâ, filius videlicet Bertrandi de Rupeforti domini de Aurosâ, ex sæculari fit Episcopus 1373. die 7. Augusti, ex iisdem actis Vaticani. ROCHEFORT. De gueulle à 2. fasces d'or. 1373.

8. PETRVS DE VISSAC III. ex vetustâ item familiâ in Aruernis ortus, è sæculari ad Episcoparum vocatur, deinde Vaurensis Præsul. VISSAC. Pallé d'hermines & de gueulle de six pieces.

9. HVGO DE MAIGNAC Regis Consiliarius præfuit an. 1376. 24. Maij ex libro Obligationum: qui anno 1401. nominatur executor testamenti Ioannis Tabary Episcopi Morinensis: post transfertur ad Ecclesiam Lemouicensem. MAIGNAC. 1376.

10. BERTRANDVS DE CADOENE ex monacho electus, inde Episcopus Vticensis. CADOENE. D'argent à 7. losanges de gueulle 2. 3. 2.

11. GERARDVS DE PODIO qui anno 1405. Ioanni Duci Biturigum fratri Caroli 5. Regis librum de planctu mortis Caroli Magni Imperatoris obtulit, ab Aymerico Abbate Moissacensi elocubratum, ex veteribus cartis: nominatur & in tabulâ Regij Thesauri anno 1408. cùm Roberto de Braquemont milite. DV PODIO. 1405.

12. IACOBVS LE LOVP I. monachus, Borboniensis, ex dominis de Beauuoir, Regi Carolo 7. à Consiliis, sedit anno 1438 die 28. Februarij: qui patriæ & Præpositturæ S. Flori commodo prouidens, mutuauit sex mille libras pro turmis militaribus Comitis de Ribedieu expellendis, cùm regionem vndequáq; vastarent, ex regesto Cameræ Rationum Regiarum. Decessit anno 1451. cùm maiorem Ecclesiæ Cathedralis partem instaurasset. LE LOVP. D'azur à 1. loup d'or armé & l'ampassé de gueulle. 1438.

13. PETRVS DE LAVTOIN IV. monachus, eligitur anno 1452. Nonis Iulij ex tabulariis Vaticani; iacet ante maius altare Ecclesiæ, in cuius ædificationem multa contulit. LAVTOIN. 1452.

14. ANTONIVS DE LAVTOIN I. superioris frater, in cuius etiam LAVTOIN.

... mulo sepelitur ; fundauit Missam A quotidianam B Mariæ.

15. CLAVDIVS DE DOYACO. Præpositus Claromontensis & Abbas Valetæ, electus 1482. 16 Dec. in libro prouisionum Prælatorum Vaticani : posteà 1486. die 18. Maij, fidei sacramentum exhibuit Regi pro temporali Episcopatus.

1482.

16. CAROLVS DE IOYEVSE I. Tannequidi Vicecomitis de Ioyosâ, & Blancæ de Turnonio natus, amitæ Francisci Cardinalis, Gasparis Valentini, & Caroli Rutenensis Episcoporum; patruus Ludouici Sancti Flori, & Guillelmi Aletensis Antistitis ; creatus fuit Pontifex anno 1483. 10. Septemb. à Sixto IV. qui electionem Claudij de Doyaco tanquam fraudulenter & dolosè extortam rescidit, & Carolum in eius locum suffecit, de quo Acta Consistorialia ; iacet in choro suæ Ecclesiæ.

1483.

17. LVDOVICVS DE IOYEVSE Caroli nepos, filius verò Guillelmi Vicecomitis ex Anna de Balsac, cuius germani fuêre Carolus Vicecomes de Ioyosa, dictus Guillelmus Aletensis Præsul, Iacobus Abbas S. Antonij Viennensis, & Ioannes Vicecomes, auus Annæ Ducis de Ioyosâ, Paris & Talassiarchæ Franciæ, ac Francisci Cardinalis.

18. IOANNES BVRLOVD I. natus Burgi in Bressiâ, quem aliqui Barle, aut Burle nuncupant : ex Episcopo B. Papuli in Occitaniâ ad S. Florum transfertur.

19. BALTAZAR IARANTE ex nobilibus Prouinciæ, Thomæ Iarenti Baronis de Senas in diœcesi Auenionensi, & Ludouicæ de Glandenes filius : nominatione Regiâ in vim concordatorum adlectus fuit Episcopus, posteáque Archiepiscopus Ebredunensis · Præses Cameræ Computorum Aquis Sextiensis, de quo consule Ebredunenses.

20. ANTONIVS DE LEVIS II. ex permutatione cùm Baltazare pro Metropoli Ebredunensi, S. Flori Episcopatum accepit.

21. IOANNES - PAVLVS DE SELVE Lemouicensis.

22. PETRVS DE LA BAVME V. Abbas Begardi in Armoricâ, & de Bosco Alberici in Turonibus, Reginæ Eleemosynarius maior, filius naturalis Claudij de Balmâ Baronis de Monte S. Sorlini : interfuit Concilio Bituricensi 1584. & iacet in choro suæ Ecclesiæ. 1584.

23. RAIMVNDVS D'VRFE' II. quo tempore designatus fuerat Antonius d'Vrfé Abbas Casæ Dei, frater Honorati, filiúsque Iacobi ex Renatâ Sabaudâ, Tendæ dominâ, qui occubuit 11 Octobris an. 1593. sepultus apud Franciscanos Bastiæ Segusianorum. 1593.

24. CAROLVS DE NOAILLES II. sancti Geraldi Aureliacensis in hac diœcesi Abbas, Henrici Aruerniæ superioris Gubernatoris, Comitis d'Ayen, Baronis de Noailles & de Malemort, ex Ioannâ Germanâ d'Espagne filius, qui Carolus propatruum etiam habuit Franciscum Episcopum Aquensem in Nouempopulaniâ : interfuit tribus Conuentibus Cleri Gallicani Parisiensibus, 1615. & 1636. cuius nomine 20. Aprilis perorauit coram Ludouico 13. & 1645. translatus ad Rutenensem Ecclesiam. 1615.

25. CLAVDIVS AVVRY II. anno 1646. transfertur ad Sedem Constantiensem in Neustriâ vt diximus.

26. IACOBVS DE MONROVGE II. ex Eleemosynario Annæ Austriacæ Reginæ Regentis, & Abbate S. Volusiani de Fuxo, Parisiensi item Theologo, nominatur à Rege Ludouico XIV. cùm ab ipso anteà fuisset designatus Episcopus Appamiensis 1643. inauguratur S. Flori Episcopus Lutetiæ in Capitulo Cartusianorum, à Petro Bertier Præsule Vticensi, Coadiutore Montalbanensi, assistentibus Iacobo Danes Tolonensi, & Ioanne de Lingendes Sarlatensi Episcopis ; Ecclesiæ suæ etiamnum præest.

FOROIVLIENSES EPISCOPI ET DOMINI.

Fariuls en Prouence, pres de la mer.

FORVMIVLIVM Colonia Octauianorũ, quæ Pacensis dicitur Plinio l.3.c.4. Nauale Cæsaris Augusti in Galliâ Narbonensi vocat Strabo lib.4. Tacitus lib.3. Historiar. sub Metropoli Aquensi & Parlamento: inter Olbiam & Antipolim conditum est: regio autem Argentio flumine irrigatur in planitie fœcundissimâ Saliorum maritimorum. Est situ proximè mare Mediterraneum pulcherrimo, itaque placuit Romanis, nullis vt sumptibus ad vrbem decorandam parcerent, ab iis verò maximè nobilitata, cùm eam delegit Iulius Cæsar vt esset ei Gallis expugnandis armamentarium; vnde ipsi nomen suum imposuit Forumiulium, aut Fotum Iulij, publicis ædificiis exornauit, quorum etiamnum supersunt rudera, nempe amphitheatri oualis, figuræ multorum millium hominum capacis, & ingentes reliquiæ aquæductus in grandibus pilis, à leucis ferè decem Siegræ riuos in vrbem deferentis: Portus tutissimi olim cincti muro, qui nunc in lacum defecit, inutilis hodie pelagi abscessu: restant quoque balneorum nobilia fragmenta, quæ multis ad ciuium commoda fontibus suppeditabantur. Vrbs mari vicina est quod ad Meridiem spectat, cingitur verò valle à Septentrione fertili; habet ab Oriente montes, Estoreollos, Alpibus conterminos maritimis. Pottò Gothis & postea Sarracenis Prouinciam inuadentibus & vastantibus, horum sæpiùs barbarorum furorem experta est, qui Romanæ dignitatis monumenta pessundare moliebantur. Episcopus Foroiuliensis sex oppidorum, aut vicorum obtinet supremi iuris toparchias, Foroiulij, (cuius factus dominus donatione per Ildefonsum Comitem Prouinciæ) Faiancæ, de Bagnoliis, S. Raphaëlis, Agay, & Puyeti; est quoque condominus Ro-

A cæbrunæ, Villæpissiæ, Pa[illegible], Reueſti, Fraiaci, Bou[illegible], [illegible] primarius Parochus, seu P[illegible]rum Faiancæ, Montauron [illegible], du M[illegible], Lorsque, F[illegible]sc, [illegible]gnole, Castelli veteris, & Aga[illegible]. Cæterùm in ciuitate For[illegible] Palatium Episcopi situm est, potitúrque ciuili & pœnali iurisdictione, Magistratus habet suos, pensionem annuam ipsi persoluit ciuitas portionemq. decimæ frumenti apud Faiancam: suis impensis ei castrum debet restaurare in locum diruti pensionem habet ac decimam fru-

B ctuum. Bagnoliis item eadem iura obtinet; Pugeti vetus castellum est collapsum; dominia verò iuxta fluuium Argentium, S. Raphaelis, & Agaij castrum deletum est; iura & honòres sicut in aliis locis Roc[a]brunæ, præter ea mille libræ prouen[iun]t singulis annis Palisoni, aut Villæ P[i]ssiæ; fructus percipiuntur totidem Reuesti; ac sexaginta ampliùs onera frumenti percipit variis ex beneficiis diœceseos, exceptis Cathedralis beneficiis, quæ ad Capituli nominatio-

C nem spectant. Gaudet Episcopus collatione cæterorũ diœceseos suæ amplissimæ in Prouinciâ, quæ Capit[ul]a quinque recen[s]et Bar[io]lense, de Piniano, Aupot, Lorgues, (à quo, circiter leugâ distat A[b]ba[tia] no[stræ] Dominæ de Floregia, dicta de Toroneto) & Draguiniani Senescalli sedes. At Capitulum Foroiuliense confert cuncta beneficia Cathedralis collatione & omnimodâ dispositione, in quibus dictum Capitulum percipere consueuit iura annatæ; excepto Sactistâ, quem nominat Episcopus ex gremio Canonicorum, de consensu & consilio Capituli; duos etiam

D Parochos eligit Capitulum quos confirmat Episcopus, propterea tamen non ingreditur Capitulum. Præpositus verò, est Præbendatus in Ec[clesi]â parochiali & dominio temporali loci de Clau[ie]rio; sic cæterorum omnium personatuum octo Canonicorum simplicium assignantur præ[be]ndæ: aliæ duodecim beneficiatorum dictæ Ecclesiæ Foroiulij ad [coll]ationem omnimodam Capituli pertinent, suntque præbendati in [Ecc]lesiâ de Castro Duplo, & de Roquaserâ, & Bastidâ, quarum redditus in illos æquis partibus diuiduntur. Vicarij einsdem Ec-

(...)etur ad præsentationem dicti Capituli, & institutionem Episcopi pertinent. Placito autem supremæ Curiæ controuersia inter Præpositum & Archidiaconum de præeminentiâ, fuit definita in fauorem Præpositi super Archidiaconum. Ius vero Regaliæ siue in spiritualibus, siue in temporalibus nunquam in vsu fuit hâc in diœcesi; vnde Vicarius generalis, Sede vacante, confert beneficia Episcopi, & sua Capitulum; quod ius habet ab Episcopo primùm adeunte suam Ecclesiam, percipiendi ornamenta Pontificalia ad celebrandum, quod in summam 4800. librarum est, cõmunitum Senatusconsulto Aquensi contra Bartholomæum Camelinum dato. Annatas quoque percipit, & anniuersarium ab omnibus Canonici: cunctis autem officiis Ecclesiasticis incumbentibus, distributiones confert annuas frumenti & vini, quæ percipit ex suis dominiis ac decimis in solo Foruliij. Consecrata est basilica maior Assumptioni B. Mariæ, in quâ etiam parochiæ titulus est S. Stephani, Patronus verò S. Leo Foroiuliensis Præsul. Constat Capitulum Præposito, Archidiacono Sacrista, duodecim Canonicis; sunt & Vicarij perpetui, duo Presbyteri Secundarij, totidem Diaconi, sexque pueri Chori. Vnica Abbatia in diœcesi reperitur:

TORONETI *le Toronet* O C.

Antistitum catalogum, & perantiqua Episcopatus documenta iubente Bartholomæo Camelino Episcopo, Nicolaus Antelmus Canonicus eruit è veteribus Capituli monumentis, quæ in ordinem digessit: multa verò mutuati sumus è membranis & schedis MS. Bibliothecæ Peresktanæ, tum conquisitis aliunde MS. nostris seriem adauximus, quæ nunc primùm auctior & locupletior euulgatur, quàm vlla quæ hactenus prodierit in lucem.

1. ACCEPTVS memoratur electus in Concilio I. Valentinensi anno 374. ex epistolâ eiusdem Concilij 374.
ad Clerum, plebémque Foroiuliensem; cum verò crimen de se fassus fuisset, promoueri ad Episcopatum prohibetur, namq; epistola Synodica Episcoporum inquit: *quamuis, tam ex benedictus frater noster Concordius de sanctissimi Accepti personâ suggessent, quæ prudenti & Christiano viro digna sunt, quam quod studio omnium vestrum ad honorem Sacerdotij poscatur, exstiterit, tamen quia in Synodo iam sederat, ordinationes huiusmodi submouendas, quæ sine scandalo esse non possunt; non potuimus præstare vni quod cæteris negaretur. Et licet non ignoraremus, multos verecundiâ, & nonnullos suscipiendi sacerdotij metu trepidos, quæ vtique signa sunt sanctitatis, falsa in se reiciendi honoris causâ dixisse: tamen quia omnium ferè ad ea quæ sunt peiora procliue iudicium est, & materies disputationum ex obtrectatione sacerdotum Dei quæritur; sedit in Synodo, vt quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides ei, quam suomet testimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum est submouendos protinus esse ab eo gradu, quem ab omni scandalo liberum esse decet.*

2. S. CYLLINIVS.

3. S. LEONTIVS Diui Honorati primi Abbatis Lerinensis ac Præsulis Arelatensi coætaneus & celebris famâ Episcopus, qui à B. Hilario Arelatensi, funebri oratione de S. Honorato decessore summis laudibus effertur. Cathedram Foroiuliensem regebat annis Christi 419. 425. & 419.
435. Magnæ fuisse auctoritatis in Ecclesiâ Gallicanâ tum temporis, argumento est, quod in graui controuersiâ inter Præsules Viennensem & Arelatensem de iure ordinandi Episcopos, inter se etiam de Primatus honore decertantes, præfectus fuerit à Romano Pontifice Leontius ille Foroiuliensis, tametsi Metropolitis longè inferior dignitate, ab obeundas vices Apostolicas in Galliâ circiter an. 445. id significat Leo epist. 89. 445.
ad Episcopos Prouinciæ Viennensis: *fratrem & Coepiscopum nostrum Leontium probabilem Sacerdotem, hac si vobis placet, dignitate voluimus decorari, vt præter eius consensum alterius prouinciæ non indicatur à vestrâ sanctitate Concilium, & à vobis omnibus, quemadmodum vetustas eius, & probitas exigit, honoretur, Metropolitanis priuilegij sui dignitate seruatâ.* De eodem Bonifacius, & Cælestinus Pontifices epistolis ad Antistites Galliæ. Et Hilarius opere de gestis S. Honorati hæc ait:

vacantem itaque insulam (Lerinam) *ob nimiam tatem caloris, & inaccessam venenatorum animalium metu, Albino haud longè iugo subditam petit, præter secreti oportunitatem sancti ac beatissimi in Christo viri Leontij oblectatus vicinia, & charitate constrictus.* Sed de eius virtute illustris locus apud Cassianum in præfatione primæ Collationis: *debitum quod beatissimo Papæ Castori in eorum voluminum præfatione promissum est, quæ de institutis cœnobiorum duodecim libellis Domino adiuuante digesta sunt, vtcunque sarcitum est. Viderint sanè quid super hoc vel illius, vel nostri fuerit examinis æquitate perpensum, vtrum in rebus tam profundis, tamque sublimibus, dignum aliquid cognitione vestra omniumque Sanctorum fratrum desiderio prompserimus. Nunc autem quia derelinquens nos Pontifex supradictus migrauit ad Christum, has interim decem Collationes summorum Patrum, id est Anachoretarum, qui in Eremo Scythicâ morabantur, quas ille incomparabili flagrans studio sanctitatis simili sibi iusserat sermone conscribi, vobis potissimum ô beatissime Papa Leonti, & Sancte frater Helladi, credidi consecrandas. Alter si quidem vestrum memorato viro & germanitatis affectu, & sacerdotij dignitate, & quod hic maius sancti studij feruore coniunctus, hæreditario fraternum debitum iure deposcit: Vestrum itaque est, conatus nostros piis orationibus adiuuare;* Laudatur denique à Sidonio Apollinari lib 6. epist. 3. cuius verba subiicimus: Etsi nullis hortatibus primordia nostræ professionis animatis, neque situm ignorantiæ hactenus sæcularis vllo supernæ rigatis imbre doctrinæ, non ego tamen tantùm mei meminens non sum, vt à meis præsumam partibus æquali officiorum lance certandum. Nam cùm nostra mediocritas ætate vitæ, tempore dignitatis, priuilegio loci, laude scientiæ, dono conscientiæ vestræ facilè vincatur, nullum meremur, si par expectamus, alloquium. Recolitur porrò in vetustis legendariis ac breuiariis Ecclesiæ Foroiuliensis eius anniuersaria solemnitas Kal. Decembris, de quo consule Barralem in Chronologiâ Lerinensi.

455. 4. Theodorvs in Concilio Arelatensi 3. an. 455. controuersiam habuit cùm Lerinensibus monachis & Abbate Faustho super ordinatione & iurisdictione, de qua tomo 1. Conciliorum sic memoratur: *cùm Arelate in Secretario Ecclesiæ c[illegible]us, [illegible] quiunt Episcopi, de remedio scandali quod in monasterio in Insula Lerinense obortum fuerat, pertractantes, placuit nobis sancto, vt credimus, Spiritu gubernante, vt omnibus qui in querelam venerant, sollicite ventilatis, atque discussis, sanctus ac beatissimus frater Theodorus Episcopus primum exoraretur à nobis vt scandalum quod & ipse, sicut & nos, grauiter dolebat exortum, differendo in tempora manere diutiùs non pateretur: sed potiùs ad recipienda satisfactionum remedia festinaret; & sanctum Presbyterum Faustum, Abbatem monasterii supradicti, indulta si qua illa esset culpæ venia, in pristina pace & toto caritatis affectu reciperet, & ad Insulam, ac Congregationem ipsi, Deo dicentes [illegible] cum [illegible], cùm sua gratia & caritate remitteret. Nec quicquam deinceps ex his, quæ sibi fratrem Faustum arguebat [illegible], aut verbis repeteret, aut animo retineret. Quin potius conlationem, [illegible] antiquus Abbas & Episcopus, ei vt [illegible] ac necessariam perpetuò exhiberet, [illegible] latia secutura, quæ verbis [illegible] promittere, rebus [illegible] sit, in quo v[illegible] geret, plen[illegible]ne exhiberet. [illegible] sibi tantummodo vindicaturus, quod decessor suus [illegible] memoriæ Leontius [illegible] copus vendicauerat, id est, vt Clerici, atque altaris ministri, à nullo nisi ab ipso, vel cui ipse iniunxerit, ordinentur.* Administrauit Episcopatum etiam an. 463. & 475. cui scribit S. Leo ep. 91. vt [illegible] qui in exitu sunt, pœnitentia & communione non negentur. Porro vix potuit Theodorus interesse Synodo Arausicanæ 1. an. 441 siquidem in [illegible] dit Leontius ad an 445. teste Leone epist. 89. 475.

5. Victorinvs actis Concilij Agathensis 50[illegible]. per Ioannem Presbyterum consensit.

6. Lvpercianvs, 527. & 529. 517

7. Desiderivs Synodo Aurelianensi 4. anno 541 interfuit per Gratianensem Presbyterum.

8. Expectatvs Concilio Aurelianensi 5. an. 549. subscripsit per 549.

delegatum Epiphanium Presbyterum; Arelatensi 5. an. 554. & Parisiensi 2. 555. Post hunc erui potest
555. notitia Episcoporum annis ducentis aut circa, ex vulgatis tabularij Foroiuliensis diptychis.

9. Asterivs.

10. Rvsticvs.

11. Avgerivs.

12. Iacobvs I.

13. Bartholomævs I.

14. Berengarivs I.

15. Romanvs: horum nuda nomina tantùm depromi potuêre ex scriniis Ecclesiæ.

16. Benedictvs in Concilio
894. Magalonensi apud Iuncarias an. 894. indict. 12. Nonis Maij, inter Septimaniæ, Spaniæ, atque Prouinciæ Episcopos nominatus cùm Reginardo Caualicensi, ex schedis antiquis. De eo visitur inscriptio marmorea vetus cùm imagine S. Michaelis, in ædibus Episcopi Foroiuliensis, in sacello S. Raphaëlis eruta.

17. Ricvlphvs, cui Vuillelmus Comes, atque Adalais vxor reddunt, Ecclesiæque S. Mariæ & beati Leontij medietatem in ciuitate Foroiuliensi, & circuitu, à mari ad castrum Gorgiâ, cuius documenti vetustum exemplar pergamenum in tabulario Episcopali è litteris autenticis desumptum est his omnino verbis: In nomine *Domini nostri Iesu Christi.* Ricvlfvs Foroivliensis Episcopvs, *in villâ Manoasca ante præsentiam Dom. Vuilelmi Prouinciæ Comitis, & genibus eius prouolutus, rogauit eum vt Ecclesiam S. Mariæ, Sanctique Leontij honore dicatam non pateretur esse inhonoratam. Namque ciuitas Foroiuliensis in quâ ipsa Ecclesia constructa est, acerbitate Saracenorum destructâ atque in solitudinem redacta, habitatores quoque eius interfecti, seu timore longiùs fuerunt effugati, non superest aliquis qui sciat, vel prædia, vel possessiones quæ præfatæ Ecclesiæ succedere debeant, non sunt cartarum pagina, desunt regalia præcepta. Priuilegia quoque seu alia testimonia, aut vetustate con-*

A *sumpta, aut igne perierunt. Nihil aliud nisi tantùm solo Episcopatus nomine permanente. Igitur nunc inclyte Comes, tibi est à Domino facultas concessa, vt expelleres Agarenos à pristinis finibus; exhibe ei munus acceptum, in reddendo S. Mariæ, Sanctoque Leontio prædia sua iustè, quæ perdidit iniustè. Dignum namque est, vt ipsum in Ecclesiâ suæ matris nomine dedicatâ honores à quo accepisti, vt cæteros qui ante te fuerant, in expulsione Paganorum præcelleres. Commotus namque his & multis aliis precibus præfatus Princeps, respectum Episcopo dedit, quousque cùm vxore & iudicibus, cæterisque*
B *fidelibus suis inueniret quid de hac re facere debuisset. Expleto autem respectu, venit in Arelate ciuitate prædictus Episcopus ante præsentiam eius, & requisiuit ipsius voluntatem. Ipse verò Princeps consilium ad suam coniugem, vel ad iudices suos Aldebertum, atque ad Adelelminum, necnon & ad cæteros fideles suos qui ibi aderant, quæsiuit quid de hac causâ agi oporteret. Illi verò timorem Domini præ oculis habentes, tale ei consilium dederunt, vt præter hæreditatem quam Ecclesia prædicta ibidem antiquitùs habuit, seu propter hoc quod ipse Episcopus post expulsionem paganorum*
C *primus vestire cepit ipsam ciuitatem, vnam medietatem de omnibus quæ in circuitu eiusdem ciuitatis adiacent, redderet, vel donaret. Ego inquit Vilelmus Comes, & vxor mea Adalais, vnà pro Dei amore & per remedium animarum nostrarum, seu parentum nostrorum tam viuorum quàm defunctorum, reddo atque concedo vnam medietatem de ipsâ ciuitate Foroiuliensi, vel de terrâ in circuitu eiusdem ciuitatis adiacente, cultâ vel incultâ, & de portu, vel seu de omnibus censuris quæ ex ipso exeunt, vel exire debent, & de piscatoriis, & de omnibus quidquid dici aut nominari potest, quæ ad vsus dominorum prædicti loci ex-*
D *eunt, hodie, vel in anteà exire debent, siue de villâ Pogito, S. Mariæ, Sanctoque Leontio, necnon & Episcopo Riculfo, successoribusque eius in perpetuum, vt teneant & possideant absque vllius contrarietate personæ. Consortes de vno latere mare magnum, de altero latere Castrum Gorgia, Montem mercori. De vno fronte flumen Ciagna, de alio verò fronte, riuum Blaneto, & flumen Argenteum vsque in iam dicto mare, ac si qui alij sunt consortes. Quicquid infra his terminationibus continetur, tam in-*

quisita, quàm inquirenda, tam rustica quàm & urbana, id est in pratis, in pascuis, in siluis, in garricis, in arboribus pomiferis, vel impomiferis, in molinis, seu in molinariis, in aquis, aquarum vel deductibus earum, in omnibus reddo & concedo prædictæ Ecclesiæ vnam medietatem iure perpetuo. Decimum quoque ab integro. Sanè si quis nos aut hæredes nostri, vel vlla opposita persona quæ contra hanc guirpicionem ire voluerit, non valeat vindicare quod repetit; Et componat illi cui litem intulerit auri optimi libras X. Et in anteà possessio, guirpicio, vel redditio atque cessio ista in Arelate ciuitate publicè pridie Nonas Marcij anno L.... Mo.. regnante Conrado Rege, indictione III. Signum Vuilelmi Comitis, & vxoris suæ Adalais, qui hanc notitiam scribere, & testes subterfirmare preceperunt, manu illà firma. Robaldus Comes concessit, & manu firmauit. S. Aicardus. S. Vuilelmus Vicecomes. R. Poncius Maior. S. Leidratus, S. Canalerius, S. Richelmus, S. Aicardus. S. Vualdus. S. Inguilranus, S. Vgo.

18. P. forte PETRVS, legitur in veteri regesto Forojuliensi suam diœ-
1000. cesim visitasse anno 1000.

19. BERANGVERIVS II. floruit anno 1030.

1038. 20. GAVCELMVS anno 1038. recensetur in Chronologiâ Abbatum S. Honorati Insulæ Lerinensis, donasse consensu omnium Canonicorum Abbati Amaleico & monachis, quinque Ecclesias cùm omnibus pertinentiis in Comitatu Forojuliensi; item S. Petri ad Figolas, & anno 1040. Aldeberto Abbati quoddam altare, seu Ecclesiam cùm decimis suis.

21. BERTRANDVS I. confirmauit donationem Guillelmi & Adalgardæ vxoris Ecclesiæ de Motâ cœnobio Massiliensi S. Victoris 14. Cal.
1052. Decemb. 1052. probante Raiambaldo Archipræsule Arelatensi: reperitur & in actis datis circa an. 1062. quo tempore Barioli in suâ diœcesi Raiambaldus idem Arelatensis Canonicorum Collegium fundat.

22. BERENGARIVS III. anno
1095. 1095. adfuit & consecrationi templi Metropolitani S. Saluatoris Aquensis 1103. testisque reperitur anno 1116. in compositione habitâ apud Brinoliam cùm monachis S. Victoris Massiliæ, pro castro de Soleriis ex tabulario. Paciscitur autem cùm Rodulfo Abbate & iisdem Massiliensibus Re-
ligiosis de variis Ecclesiis an. 1119 vt 1119.
in documento Victorino Massiliensi, seu magno Libro cartarum ita reperitur firmatum: DE LONGA *querimoniâ quæ inter Episcopum & Clericos Forojulienses, & Abbatem & Monachos fuerat, hæc definitio facta est. Berengarius Forojuliensis Episcopus & Clerici, reddiderunt Monachis Massiliensibus Ecclesiam de Grimallo, & Ecclesiam de Cellaus, & Eccl. de Luco, & Ecclesiam de Calars, & Eccles. de Archs, & Eccles. de Cabaciâ quas abstulerant tali tenore, vt omni anno prædicti Monachi persoluerent prædicto Episcopo de Ecclesiâ Griniallis duos modios annonæ, & vnum de Sigalis, inter Ecclesiam de Arcubus, & Ecclesiam de Cabaciâ vnum modium annonæ, & alterum ordei. De Ecclesiâ de Luco si totum potuerint Monachi habere, persoluant Episcopo tres modios, si autem non poterunt habere nisi medietatem, persoluant Episcopo modium & dimidium annonæ, & medietatem ordei. De Ecclesiâ de Salernis vnum modium, medietatem annonæ & medietatem ordei. De parochiis autem quæ pertinent ad Canonicos statutum est, vt de decimas quas hodie habent, vel in anteà quoquo modo adquirere poterunt, siue Clerici, siue Monachi habeant Monachi tres partes, & Canonici quartam. Videlicet de parochiâ de Motâ, & de Calars, & de Bargemone, & de Cellans. Monasteria autem omnia eiusdem Massiliensis Monasterij, quæ in Episcopatu Forojuliensi sunt, libera & quieta deinceps existant, ab omni infestatione Forojuliensis Episcopi, & Clericorum. Vt nihil ibi requirant, neque ab eis aliquid vsualiter exigant, saluâ tamen Episcopali reuerentiâ: in supra dictis autem Ecclesiis pertinentibus ad Episcopum, siue ad Clericos, quas monachis dimiserunt, quidquid monachi deinceps adquirere potuerunt, totum habeant, sine cuiusquam contradictione, cùm suprascriptâ conuenientia, nec ab aliquo Episcopo, aut Clerico census augeatur, vel Episcopatu Forojuliensi & perceptis quæ persoluantur. Facta definitio in manu Radulfi Abbatis anno Incarnat.* MCXIX. *præsentibus monachis*

Arberto

Arberto de Ponteues, & aliis &c. Berengarius Foroiuliensis Episcopus firmat, Mainfredus Antipolitanus Episcopus, Amalricus Præpositus Foroiuliensis, Bertrandus Archidiaconus firmat. Radulfo prætereà scribit Callistus 2. Pontifex 1120. eodem anno præsens in actu absolutionis Comitis Forcalcariensis, cuius exemplar in tabulario Montismaioris asseruatur.

23. BERTRANDVS II. præfuit
1130. circa an. 1130. in Chronologiâ Lerinensi: nominatur in documento restitutionis factæ eidem monasterio à Fulcone & Guillelmo de Grasśâ, B Guillelmo & Gaufredo de Relaniâ, coram Raymundo Berengario Barcinonæ & Prouinciæ Comite, atque Imberto Glandatensi Antistite: item beneficia largitur Fulconi Abbati Lerinensi; de quo pariter extant acta in archiuis Foroiuliensibus ad ann.
1144. 1144. Reperiuntur autem incerto ordine & æuo Episcopi Foroiulienses B DE FABARIO qui obiit 6. Id. Decemb. in Martyrologio. & G. DE SOSILHACO mortuus 3. Nonas Nouemb qui dimisit pro anniuersario crossam & mitram, aliáque dona; nisi sint Episcopi infra memorandi, C qui carent cognomine familiæ.

24 PETRVS I. anno 1156. præ-
1156. sens fuit transactioni Hugonis & Gaufridi de Massiliâ, R. Gaufridi Vicecomitis liberorum, pro tertiâ parte castri de Sexfurnis Guillelmo Abbati S Victoris Massiliæ concesśâ, vti legitur in cartophilacio Massiliensi. Vices etiam exercuit dicto anno Kal. Octob. cùm Petro de Cabanis in Arelatensi ciuitate, pro Raimundo Berengario Comite Barcinonensi: vocatur & vir eminentissimus cùm Bohemundo Archidiacono D Aquensi in cartâ Capituli S. Saluatoris, quæ continet compositionem Gaufridi de Signâ.

ANDVSE. 25. FREDOLVS, vel FREDOLO D'ANDVSE ex Abbate S. Victoris
1166. Massiliensis 1166. cuius acta reperiuntur in archiuis Capituli 1180. 1181. & 1192. feriâ 6. mensis Iulij an. 1179. Raymundus Berengarius Comes & Marchio Prouinciæ confirmauit Præposito Foroiuliensi donum castri de Clauerio, & de Baudonio, cùm A omnibus pertinentiis, & quidquid habebat in castro de Calars, & valle de Bariomono: & accepit ab eodem Hugone de Clauerio Præposito septem millia Melgoriensium, testibus Antipolitano & Venciensi Episcopis, ac Fredulo Antistite, Grassæ in domo Pontificiâ, quod constat ex regesto Foroiuliensi: & in codice Episcopatus nuncupato Pilosus, extat titulus Fredoli Episcopi & Hugonis Præpositi, quo inita est transactio inter ipsos super certis iuribus: idem Fredolo in eodē registro 1181. Hugo 1181.
Præpositus, & Canonici Foroiulienses, dant Ecclesiæ Magalonensi ac Petro Præposito ædem Sancti Petri quam habent in castro Auinionis sub certis pactionibus. Anno verò 1190. fit compositio inter dictos Episcopum & Præpositum, quòd Præsul de consensu Præpositi Canonicorum, Sacristanum instituat vnum de Canonicis; interfuêre huic pacto Guido Aquensis Archiepiscopus, R. Præsul Antipolitanus, B. Aquensis Præpositus & Archidiaconus Foroiuliensis. Anniuersarium habet Fredolo 2. Idus Septembr. in Martyrologio, & in libro antiquo statutorum Capituli eiusdem quoque mentio inuenitur.

26. VVILLELMVS I. nomina-
tur an. 1195. in citato codice Foroiuliensi, seu archiuis Ecclesiæ & Capituli 1200. quo anno Præpositus & 1195.
Capitulum ex assensu illius Episcopi donant in feudum Petro de Faentiâ castrum de Clapierio cùm omnibus iuribus, & Petrus donat vicissim Capitulo quidquid habebat in valle de Rairano.

27. RAIMVNDVS I. Ildefonsi Regis Arragonum Confessarius, ex Ordine monastico ad hanc sedem ordinatus, nam fratrem sese nuncupat in cartis; eodem Principe satagente apud Clementem 3. Pontificem, Episcopus eligitur: cui dictus Rex Ildefonsus contulit iura Dominica & Regalia, suisque successoribus in ciuitate Foroiuliensi, videlicet iurisdictionem, iustitiam, & alia priuilegia; sciendum enim est, vt produnt veteres tabulæ, has omnes libertates Episcopatui fuisse ablatas, propter perduellionem ciuium, & Præsulis

fratris Bonifacij de Castellanâ nobilissimi toparchæ in Prouinciâ, qui dicto Principe vrbem oppugnante, cùm ciuibus, ab eo compluribus libertatibus & donis priuatus fuit, quæ ex beneficio Comitum Prouinciæ obtinebat. Exemplar porrò illius donationis dominij & iurisdictionis supremæ, ceu infimæ in vrbe, quod sequitur, in veteri codice MS. Episcopalis archiui asseruatur huiusmodi tenore: EGO ILDEFONSVS *Dei gratiâ Comes & Marchio Prouinciæ dono, laudo, & concedo tibi* RAIMONDO *Dei gratiâ* FOROIVLIENSI *Episcopo, fideli nostro, & omnibus successoribus tuis in perpetuum, omnes iustitias hominum qui sunt vel erunt in posterum in tenemento Foroiuliensis Ecclesiæ, siue sint in ciuitate Foroiulij, siue extra in castris, vel villis ad Episcopatum vel Præpositurum pertinentibus, siue sint Clerici, vel laici, vel Milites, vel rustici viri, vel fœmina, ex quocumque contractu, vel ex quacumque causâ prouenitant. Firmiter inhibentes, quòd nec ego, nec aliquis successorum nostrorum, vel Baiulus noster vel successorum nostrorum, vel aliquis omnium hominum in prædictâ ciuitate, villis vel castris ad Ecclesiam in præsenti vel in futuro pertinentibus aliquas Firmancias accipere, vel aliquas Iustitias possit vel debeat exigere, vel exercere. Tu verò & successores tui, possitis prout vobis visum fuerit, negotia vniuersa quæ in dictâ terrâ acciderint examinare, & iustitias accipere, tibi & successoribus tuis, & Ecclesiæ profuturas. Quia verò reos sanguinis Ministris Dei non est honestum punire, idcircò eos nobis & successoribus nostris specialiter reseruamus, quod sic intelligimus. Quòd si fortè aliquis, vel aliqua propter crimen aliquod commissum sit membris truncandus, & vltimo supplicio afficiendus, postquam in auditorio tuo, vel successorum tuorum conuictus, vel confessus fuerit, nobis vel Baiulis nostris tradatur prout iustum fuerit puniendus. Bonis eius tibi & Ecclesiæ tuæ retentis. Nolumus enim aliquâ occasione sumptâ, nobis vel successoribus nostris vt in bonis damnatorum aliquid liceat sperare. Actum*
1203. *Anno Incarnationis* MCCIII. X. *Decembris.* Priuilegium illud ratum habuit Raimundus Berengarius Comes Prouinciæ 1224. in vrbe Draguiniani: & Carolus II. Siciliæ Rex. Per sententiam definiuit idem Episcopus quòd Ecclesia de Motâ, & eius Prior cùm Abbate Massiliæ, soluet Foroiuliensi Præposito pensitationem annuam cuiusdam bladi ad mensuram Foroiuliensem.

28. BERMVNDVS CORNVT, viuebat an. 1206. ex cartulario Vernensis Cartusiæ, & Foroiuliensi, in quo legitur donasse R. Præposito quamdam domum: Dein transfertur ad Archiepiscopatum Aquensem. CORNVT. 1206.

29. BERTRANDVS I. cui Ildefonsus Comes largitur suisque successoribus, vt habeant facultatem non requisito Principe tenere in toto Comitatu quidquid donationis titulo fuerit illis translatum: tabula huiusmodi in Episcopali cartophilacio sic habet: « EGO IDELFONSVS Dei gratiâ Comes & Marchio Prouinciæ. « Petitionibus singulorum maximè fauorabilibus volens satisfacere, dono, « laudo atque concedo tibi BERTRANDO FOROIVLIENSI Episcopo & « Episcopis eiusdem Ecclesiæ pro tempore succedentibus, per me & successores meos quatenus liceat tibi & « successoribus tuis sicut prædiximus, « & eiusdem Ecclesiæ Canonicis, nomine Ecclesiæ tam ex licentiâ nostrâ « nobis irrequisitis, vel aliis pro nobis « acquirere, recipere & habere, in toto Comitatu nostro quidquid iure « emptionis, vel permutationis, vel « iure donationis inter viuos, vel in « vltimâ voluntate, siue in castris, vel « villis, vel possessionibus, & in omnibus obuentibus, & prouentibus, vel « aliquibus redditibus, pignoribus vobis erit venditum, vel donatum, vel « redditum, vel pignoratum, seu quomodò translatum. Hanc autem « donationem facio Deo & sanctæ « Mariæ Foroiuliensi principaliter pro « animâ meâ & parentum meorum, & « proptereà in recompensationem & « emendationem multorum quæ contra Ecclesiam Foroiuliensem, & eius « membra feci multoties minus benè. « Actum Draguiniani mense Nouembri MCCVIII. Die 25. Martij 1220. « 1208.
Raimundus Berengarius Comes & Marchio, apud Fayancam in Ecclesiâ B. Mariæ de Cipresso, legauit Ecclesiæ S. Mariæ, B. Episcopo, & Raimundo Præposito Foroiuliensi,

à portu S. Torpetis vsque ad Antipolim: exemplar illud actis regij archiuij Aquisextiensis inscriptum est. Posteà Ianuarij 20. an. 1224. fit permutatio inter Foroiuliensem Ecclesiam & Præpositum cùm Abbate Lerinensi, de Ecclesiâ S. Martini Malauillæ, quam Lirinenses acquisierant à Magalonensibus, Abbásque dedit Capitulo & Præposito Ecclesiam S. Laurentij, ac quæcunque habent in toto tenemento Foroiulij, Poëseti, Polisoni, Rochæbrunæ, Villæpissæ, Reuesti, & S. Maximæ, castríque de Miramas, sicuti continetur in codice Foroiuliensi Piloso. Eodem anno apud Draguinianum confirmat ipsi Ecclesiæ Foroiuliensi Raymundus Berengarius Comes Prouinciæ donum Ildefonsi parentis; biennio post mense Decemb. 1226. in eodem loco Draguiniani facta est permutatio inter præfatum Raymundum Berengarium & Episcopum, castri de Pugeto ac territorij d'Agay, pro castro de Marsans, cuius acta relata sunt in tabulario Episcopali Anno superiore R. Foroiuliensis Præpositus, de consilio Capituli donauit Petro Priori de Palagono, iura quæ pertinent ad Ecclesiam Foroiuliensem in territorio Palagoni. De eodem Bertran-
1228. do fit mentio in actis Capituli annis 1228. & 1233.

30. RAIMVNDVS II. an. 1235. Ioannes Archiepiscopus Viennensis ac Sedis Apostolicæ Legatus firmat statuta facta per eundem Præsulem, & Præpositum Foroiuliensem, de promouendis ad sacros Ordines intra annum electionis, datum Viennæ x. Cal. Octobr. 1235. Anno item 1236. fit concordia inter Episcopum & Præpositum pro quibusdam domaniis: huius memoria habetur quoque 1237. in quodam actu venditionis; Cæterùm ab an. 1240. Præpositus Canonici, & Capitulum fecêre quædam statuta super distributionibus percipiendis, & residentiâ, quæ idem R. Episcopus confirmauit, necnon R. Arelatensis Sacrista dicti Episcopi Coadiutor, cuius acta in armariis Episcopatus & Capituli seruantur. Eodem Episcopo Carolus Comes, Marchio Prouinciæ & Forcalquerij,
1245. apud Foroiulium 1245. probat omnia priuilegia huic Ecclesiæ per Raymundum Berengarium socerum, & decessoribus suis collata; teste domino Romeo de Villanouâ, ex documentis capitularibus.

31. BERENGARIVS IV. qui anno 1253 in camerâ Episcopali Foroiulij cùm Præposito & Capitulo fecit diuisionem Præbendarum tam Dignitatum quàm Canonicatuum, assignando Archidiaconatui, Sacristæ, & aliis octo præbendis certas Ecclesias, & iura illis annectendo ex distributionibus, quas Præpositus dare consueuerat. Statuunt etiam quod in posterum sit communitas in dictâ Ecclesiâ, ad quam spectabunt omnia, quæ anteà ad Præpositum spectare solebant, præter Ecclesiã de Castro duplo ad Clericos Foroiuliensis Ecclesiæ spectabit, quæ communitas per vnum, vel duos Rectores à Capitulo deputandos administrabitur, qui præstabit Canonicus quæ Præpositus præstare solebat: instrumentum illud habetur in regesto Capitulari fol. 22 Prætereà nominatur in Obituario. 1253.

32. BERTRANDVS II. 1256. qui die Veneris post festum B. Magdalenæ 1262. fuit vnus è mediatoribus cùm Vicedomino Aquensi Archiepiscopo, transactionis Caroli I. Regis cùm Religione S. Ioannis Hierosolymitani. 1262.

33. GVILLELMVS II. an. 1264.

34. PETRVS DE CAMARATO II. 1266. die 24. Decembris fato functus est, de quo liber statutorum & anniuersariorum sic loquitur: *anno 1266. obiit dominus P. Foroiuliensis Episcopus, qui dimisit mensæ refectorij pro anniuersario suo 20. solidos super domo suâ.* CAMARATO. 1266.

35. GVILLELMVS DE ALBVSSIACO III. 1269. cùm multas controuersias habuisset cùm Capitulo, quoad iurisdictionem, aliáue iura, cõpromisit cùm Guillelmo de Guardiâ Præposito, domino Galiani Canonico administratore Foroiuliensis Capituli ex alterâ parte, Vicedomino de Vicedominis Aquensi Archiepiscopo dictarum partium compromissario an. 1271. II. Cal. Decembr. ex tabulario Foroiuliensi. ALBVSSIACO. 1271.

36. BERTRANDVS III. interfuit an. 1285. Concilio Reiensi, Rostagno Metropolitâ: memoratúrque
1296. 1293. 1294. 1296. in tabulariis Foroiulij: obiit 7. Cal. Martij.

DOSSA. 37. IACOBVS DOSSA I. Cancellarius Regni Siciliæ, anno 1300. & 1309. Patriarcha Antiochenus, & Administrator Foroiuliensis; in cartophilacio Episcopatus codicillis an.
1301. 1301. Aprilis 21. Bernardus de Morsellis Præpositus, Audibertus de Sclapono, & Alfantus Raimundi arbitri ab eodem Iacobo Episcopo & Capitulo Ecclesiæ delecti, sententiâ definitiuâ, super controuersiâ inter eum & Capitulum, ratione iurisdictionis quam habebat Capitulum in ciuitate, totam iustitiam hominum Foroiuliensium domino Episcopo dedêre, saluo quòd in tenemento, seu defenso Rairani quod est Capituli, non poterit Præsul in compensationem aliquid percipere, & dabit Capitulo pensiones bladi certarum Ecclesiarum ibidem denominatarum; ita refert liber Pilosus; in quo etiam le-
1308. gitur anno 1308. Maij 2. confirmatio eiusdem Pontificis & Raimundi Robaudi Præpositi, cæterorúmque Canonicorum statuentium memoratam confirmationem & administrationem Canoniæ debere esse penes Capitulum, & alia quæ non sunt in præsentiarum in vsu. Hoc autem priuilegio donatus fuit per Regem Siciliæ, quod exscriptum damus è libro documentorum Episcopalium: CAROLVS II. *Dei gratiâ Rex Ierusalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ, & Forcalquerij Comes, vniuersis &c. Intuitu venerabilis Patris Iacobi Foroiuliensis Episcopi, Regis Siciliæ Cancellarij, Consiliarij & familiaris nostri, cuius grandia & fructuosa seruitia, quæ nobis exhibet, gratis affectibus recensemus, eidem Episcopo ac suis in dictis Episcopatu & Ecclesiâ Foroiuliensi, & successoribus Canonicè intrantibus, partem pertinentem olim Guilielmo de Arcu militi seu Raimondo eius filio quondam aliter dicto Gartaro, in castris de Reucsto, & Villepisceis, ad manus Curiæ nostræ nuper iustè & rationabiliter deuolutam, & quicquid iuris vel actionis eadem Curia nostra habebat, vel habere posset in illâ cum hominibus, vassallis, redditibus, seruitiis, domibus, fortalitiis, vineis, terris cultis & incultis, planis, montibus, pratis, nemoribus, pascuis, molendinis, aquis, aquarúmque decursibus, tenementis, territoriis, aliisque iuribus, iurisdictionibus & pertinentiis suis, omnibus quæ de dominio in dominium, & quæ de seruitio in seruitium perpetuum damus, tradimus, & ex causâ donationis proprij motus instinctu in feudum concedimus de liberalitate merâ, certâ nostrâ scientiâ & gratiâ speciali, renuntiato priùs in manibus nostris per eundem Episcopum, pro se ac dictis successoribus suis omni iuri competenti sibi in bonis stabilibus, aliisq; prædictis quæ fuerunt dicti Raimundi, præfati Guillelmi filij, quæ per eum à nostrâ Curiâ tenebantur. Necnon in bonis mobilibus quibuslibet eiusdem Raimundi vbicunque consistant; ita quidem præfatus Episcopus dictique successores eius in Episcopatu & Ecclesiâ prælibatis, nobis, nostrisque in dictis Comitatibus hæredibus, pro iam dictâ castrorum parte seruire, de feudali seruitio, proque & sub quo partem quam memoratus Guillelmus ab eadem nostrâ Curiâ tenebat, iuxta consuetudinem dictorum Comitatuum teneantur. Quod seruitium idem Episcopus bonâ voluntate pro se & successoribus suis nobis, ipsisque nostris hæredibus facere promisit, inuestientes eundem per annulum de illâ re. Actum Neapoli præsentibus Bartholomæo Signulfo de Neapoli Comite Casertæ, & aliis; per manum Bartholomæi de Capuâ militis, Logothetæ & Protonotarij regni Siciliæ an. 1309. 1309.
Febr. 10. Sextâ autem die Ianuarij prædicti anni, in Capellâ S. Andreæ domus Episcopalis, Iacobus & Capitulum statuêre, quòd liceret Capitulo eligere in subadministratorem Clericum, vel laicum, & eum vno Canonico Administratori tanquam Coadiutorem coniungere. Dein Iacobus Dossa factus est Episcopus Auenionensis, ac tandem assumptus ad Pontificatum Apostolicum nomine Ioannis XXII. sic enim in quadam bullâ libri Pilosi testatur, confirmans conuentiones initas cùm Foroiuliensibus 1303. 13. Iunij: *inter nos olim*, inquit, *dum nos minor status haberet, & præsideremus Foroiuliensi Ecclesiæ ex parte vnâ, ac Syndicos & vniuersitatem Foroiuliensem, super præconisatione vini ac seruitute, seu iure quod Gabella vulgariter nuncupatur*, quam ad longum refert in dictâ bullâ, confirmát-

que Auenione anno 1. Pontificatus A 5. Calend. Septemb. Habet anniuersarium in Cathedrali 3. Idus Octobris ex Martyrologio. Vide Auenionenses supra.

GRASSI. 38. BARTHOLOMÆVS GRASSI, II. rexit Episcopatum annis 1310. 1333. eodem Præsule & Canonicis capitulariter congregatis in Capellâ S. Andreæ domus Episcopalis Foroiuliensis, statuta fecerunt, quæ adhuc sunt in vsu in dictâ Ecclesiâ, vocantúrque statuta antiqua. Interfuit
1337. Concilio Auenionensi 1337. de quo acta anni sequentis mentionem fa- B ciunt; defunctus 3. Nonas Martias ex Martyrologio Foroiuliensi.

AMICI. 39. GVILLELMVS AMICI, IV. Patriarcha Hierosolymitanus & perpetuus Administrator Foroiuliensis anno Dom. 1357. in antiquis tabulis memoratur, quòd cùm inter Episcopum Vuillelmum & nobiles Canonicos Collegiatæ Capituli S. Mariæ Vallis Moissinæ, seu de Alpibus, oborta esset discordia, super eorum statutis ab antecessoribus Episcopis in gratiam eorum Ecclesiæ confir- C matis, tandem diœcesim suam visitando decreta illius Ecclesiæ Vallis Moisinæ confirmauit, codicillis anni 1351. Vir fuit sanctimoniâ insignis, qui apud Montempessulanum ani-
1360. mam Deo reddidit die 9. Iunij 1360. sepultus primò in æde S. Mariæ de Carmelo, postmodúmque iuxta voluntatis suæ præscriptum in Ecclesiam Lemouicensem transfertur, & iacet in sacello D. Thomæ.

40. E. solâ initiali literâ inscriptus diptychis Foroiuliensibus anno 1361.

ROPHIACO. 41. GVILLELMVS DE ROPHIACO V. vixit an. 1364.

DRACHONIS. 42. RAIMVNDVS DRACHONIS qui DE PODIO RICARDO fortassis indigitatur in tabulis, præfuit an. 1366. & 1367. habet anniuersarium 5. Idus Aprilis.

VILLEMVR. 43. BERTRANDVS DE VILLEMVR IV. ex prosapiâ Vicecomi-
1375. tum de Villamuro, an. 1373. & 1375. patet verò ex actis Senatus Parisiensis eum persoluisse Anglis militibus 100. libras pro redemptione Ioannis de Villamuro; cuius Prælati cognomentum non reperitur in MS. Foroiuliensis Ecclesiæ.

44. LVDOVICVS BOLHIACI, BOLHIACI. floruit anno 1388. 1401. & 1405. in veteri codice Episcopatus; an. 1406. 1406. Benedictus Antipapa XIII. Foroiulium venit: notatur illius anniuersarium Idibus Aprilis in martyrologio Foroiuliensi.

45. E. sedit 1409. & 1413. prout constat ex actis Episcopatus.

46. IOANNES I. anno 1413.

47. EGIDIVS an. 1417. qui decessit 10. Calend. Februarij ex citato obituario Foroiuliensi. 1417.

48. G. DE FONTE præfuit an. DE FONTE. 1418. de eo mentio extat in membranis & in obituario eiusdem Ecclesiæ, in quâ habet anniuersarium 14. Cal. Aprilis.

49. IOANNES BELARD, II. BELARD. Consiliarius Isabellis Siciliæ Reginæ, Comitissæ Prouinciæ, necnon Caroli 7. Regis Franciæ, cui propter probata officia & expensas, necnon in comitatu prædictæ Reginæ Siciliæ assiduam operam nauatam idem Rex largitus est 200. libras Turonenses diplomate anni 1413. Octo- 1413. bris 15. quo eodem anno etiam recensetur in tabulis Foroiuliensibus. Die 6. Decemb. 1417. idem Ioannes & Canonici in Capellâ S. Andreæ domus Episcopalis, ordinauerũt quædam statuta quæ dicuntur de Nono. Nominatus fuit executor testamenti D Gregorij Anglici Episcopi Saiensis; memoratúrq; præsens hominio præstito eidem Reginæ Isabelli apud Aquas-Sextias anno 1435. 7. Decem- 1435. bris ab hominibus Vniuersitatis Aptæ ciuitatis, cuius exemplar in archiuo regio Aquensi. Fundauit monachum vnum in cœnobio Cælestinorum Auenionensium; & anniuersarium suum anno 1433. pro die XIX. Februarij ex obituario Foroiuliensi: item aliud super albergam castri de Bagnoliis.

SEGVIN. 50. IACOBVS SEGVIN, II. Prior Regalis monasterij S. Martini de Campis Parisiensis; Episcopum Electum Ecclesiæ Foroiuliensis sese
1452. vocitat 26. Ianuarij an. 1452. in schedulâ, quâ suis fratribus S. Martini quædam spondet, dummodò assequi pacificè possit Ecclesiam Foroiuliensem, eiúsque fructibus gaudere; huius fragmentum retulit Martinus Matrier in Historiâ eiusdem Prioratus S. Martini.

BELLAY. 51. IOANNES DV BELLAY III. Abbas D. Florentij propè Salmurum in Andibus, parentes habuit Hugonem dynastam Bellaij, & Elisabetham de Montigny: creatur Episcopus 1455. 7. Nouemb. & inauguratur per Alanum Cardinalem de Coëtiuy, Dominicâ in Ramis Palmarum
1456. 21. Martij an. 1456. in maiore Ecclesiâ Andegauensi S. Mauritij; habet anniuersarium iu Martyrologio ad 3. Idus Septembris. Posteà translatus ad Episcopatum Pictauiensem Vacabat Sedes ex archiuis an. 1459.

GVERINET. 52. LEO, vel LEONETVS GVERINET, I. Pictauiensis & Cathedralis Ecclesiæ S. Petri Decanus; huius autem Cathedræ fit Episcopus postquam renuntiauit electioni de se factæ à Capitulo in Pontificem Pictauiensem; notatur verò sedisse ex monumentis Foroiuliensibus annis
1476. 1462. 1469. 1470. & 1476.

FIESQVE. 53. VRBANVS DE FIESQVE è nobilissimâ prosapiâ Genuensi Fliscorum 1477. sedes vacabat an 1485. quo defunctus legitur in regestis Fo-
1486. roiuliensibus; at 1481. reperitur Sixti IV. diploma Apostolicum in iisdem archiuis, confirmans quoddam statutum contra duos Canonicos, à Præposito & Capitulo Foroiuliensi factum, & domino Vrbano Episcopo approbatum.

ANCESVNE. Comme cy dessus. 54. RAIMVNDVS D'ANCESVNE ex nobilibus toparchis de Ancesunâ 1488.

ANCESVNE. 55. ROSTAGNVS D'ANCESVNE superioris gentilis, Guillelmi de Ancesunâ ex dominis de Capderousse in Comitatu Venaisino filius, Ioannis & Aimari germanus: Episcopa- A tum administrabat ex tabulariis an. 1489. dein Archiepiscopus Ebredunensis, mortuus Romæ, quiescit apud Franciscanos.

56. NICOLAVS DE FIESQVE Cardinalis de Flisco, Iacobi filius ex Comitibus Lauaniæ, an. 1496. FIESQVE. 1496.

57. LEO DES VRSINS II. ex stirpe nobilissimâ Romanâ de Vrsinis, sedebat in Cathedrâ Foroiuliensi an. 1501. & 1507. celebrata est Synodus diœcesana. VRSINS. 1501.

B 58. NICOLAVS DE FLISCO Episcopus Albanensis, Cardinalis tituli S. Priscæ, perpetuúsque Administrator Ecclesiarum Foroiuliensis 1510. Tolonensis, & Præpositturæ Placensis. FIESQVE.

59 VRBANVS DE FIESQVE II. nepos Nicolai, electus an. 1512. FIESQVE. 1512.

60. FRANCIOTTVS DES VRSINS Cardinalis S. Georgij in Velabro, Romanus: ex Protonotatio Apostolico: Florentiæ sub Laurentio Medicæo melioribus disciplinis imbutus C est, & à Leone X. inter Purpuratos Ecclesiæ Principes cooptatur 1517. perpetuus item Administrator huius Ecclesiæ an. 1527. decessit Romæ, vt indicat epigraphe apposita in basilicâ Vaticanâ: *Francisco Cardinali Vrsino Leonis X. Pontificis Maximi amitino, qui dum annum propè LXI. ageret, diem clausit extremum 4. Ians Ianuarij MDXXXIII. Octauius Vrsinus patri optimo posuit.* VRSINS. 1533.

61. LEO VRSINVS III. ex eadem familiâ Vrsinâ 1539. & 1559. D tandem annos expleuit 1564. 11 Maij in Martyrologio Foroiuliensi. VRSINS. 1564.

62. BERTRANDVS DE ROMANS, V. anno 1567. qui præfuit inde ad an. vsque 1579. ROMANS.

63. FRANCISCVS DE BOVLLIERS II. Abbas B. Mariæ Boniportus in Neustriâ, & S. Honorati Insulæ Lerinensis, toparcha de Manne, filiúsque Philiberti de Boulliers dynastæ de Manne, ex nobili stirpe & dominis de Cental, Vicecomitibus de Demont, & Relianæ; Clau- BOVLLIERS. CENTAL. De gueulle au chef d'or à la bordure componée de Ierusalem & d'Anjou de 12 pieces.

diæque Valpergiæ; Episcopus circa A
1580. annum 1580. Delegatur ad Synodum
Tridentinam nomine Caroli 9. Regis,
vt iura Gallicæ Coronæ tueretur;
Lutetiæ autem eius studio typis
excusus est ad instantiam monachorum
Lirinensium, Eucherij Lugdunensis
commentariolus de laude
Eremi ad Hilarium Arelatensem. Sedes
Pontificia vacauit per decennium,
ab anno 1590. ad 1600. tamen
mentio fit apud Thuanum lib. 105.
1593. Historiar. sub an. 1593. Gerardi Bellangerij
Foroiuliensis Episcopi designati,
qui fœderatorum partes sectatus
Meduano Duci fauebat. Quò B
adnotandum est, cùm ab anno
sal. 1203. Ildefonsus Prouinciæ Comes,
Raymundo Præsuli Foroiulij
cessisset, suisque successoribus dominia,
iura, libertates, & alia eiusmodi
quæ ad ipsum spectabant:
Raim. Berengarius Ildefonsi filius id
ratum habuit, & postmodum Ludouicus
XI. potitus Prouinciâ Imperio
Gallico vnitâ: vnde Episcopi supremâ,
mediâ, infimâque iurisdictione
vsi sunt iure dominij & Regaliæ: ad
an. 1463. mense Aprili, requirentibus
ciuibus Procurator Regius litem
mouit Episcopo, cui an. 1511. Iulij 18. C
Senatusconsulto Aquensi contradictorio
confirmatur ius Episcoporum;
at cùm essent plerúmque externi
Antistites, in vsurpatione ciues perseuerarunt;
annitente Regis aulâ ac
Præsule Vrbano de Flisco litem euocauit
ad maius Consilium; tum post
longas litis ambages, sub Francisco
de Boulliers Episcopo, ei sua iura
restituuntur 1586. mense Martio, &
omnimoda iurisdictio in ciues, mulctandi
potestas, creandi Magistratus,
eis stipendia adiudicandi, seruatis
quoque iuribus in castellum Puieti,
Reuesti, Faianciæ, & S. Raphaëlis.
Francisco autem redeunte in Pro- D
uinciam extinctus est Sistarici, vnde
Senatusconsulti exequutio differtur
vsque ad pacis fœdus totius Galliæ;
tum Camelinus Præsul in possessionem
missus est eorum iurium,
quæ hactenus fuerant vsurpata.

CAMELIN. D'azur à 1. chameau d'argent: écartelé de gueulle à 3. barres d'or.

64. BARTHOLOMÆVS CAMELIN, III. Canonicus Ecclesiæ
Foroiuliensis, Archidiaconus & Vicarius
generalis in spiritualibus Sede
vacante, post excessum Francisci de
Bolleriis, ano aduenâ ex honestâ familiâ
Foroiulij natus, & educatus,
munere nobilis de Grasâ domini de
Cabries, adhuc adolescens Canonicis
Foroiuliensis euasit, móxque primâ
Augusti 1594. patrocinio domini
de Crillon ab Henrico 4 nominatur,
dum in castris Lauduni versaretur,
tandem post multos exantlatos labores
Romæ admissus in Consistorio
Calendis Septembr. 1599 consecratur
Episcopus in Cathedrali suâ 30.
Ianuarij 1600. à Guillelmo le Blanc 1600.
Grassensi & Vencìensi Præsule, assistentibus
Clemente Isnard Glandatensi,
& Egidio de Septris Tolonensi.
Episcopale dominium auxit
recuperatis pluribus fundis, & iuribus
sublatis bellorum ciuilium tempestate;
toto enim vitæ decursu nullis
sumptibus, nec laboribus parcens,
hinc potentissimos quosque aduersarios
Ecclesiæ suæ bona & præcipua
iura occupantes aggreditur, tandem
ferè omnes iudiciis magni Regis
Consilij ablata restituere adegit. Inde
Pastoralis officij sollicitus, multas
quoque religiosas familias aut fundauit,
aut admisit in vrbem 3. Iulij
1635. S. Dominici sex monialium do- 1635.
tem concessit, vrbémque curauit eis
habitationem elargiri anno 1635. 24.
Nonemb. Dominicanos fundauit domo,
supellectile, latifundiis in sacello
nostræ Dominæ de Palatio 1637.
Martio mense Soc. Iesu Patres; denique
palatium Episcopale reparare
cœpit, & annum circiter agens 75.
12. Iunij 1637. obiit relicto successor
fratris filio olim sibi facto Coadiutore;
tumulatur in sacello quod condiderat
in Cathedrali, sepulchro
marmoreo cùm effigie.

65. PETRVS CAMELIN, III. CAMELIN.
ex Archidiacono Foroiuliensi, patrui
resignatione designatur Coadiutor à
Rege, qui tum Caleti agebat 31.
Decembris anno 1620. à Pontifice
Greg. 15. promotus sub titulo Philadelphiæ
Episcopi 1621. quo anno Decemb.
5. in Cathedrali à patruo inunctus
est, comitantibus Ludouico du
Chaine Argolicensi Præsule, Coadiutore
Seoecensi, & Octauio Isnard
Glandeuensi; sub finem mensis Iunij
1637. sedis initi possessionem extincto
Bartholomæo; quo sedente Bernardinis
arctioris obseruantiæ habi-

mense Martio, & sepultus in Capellâ A auunculi sui Cardinalis prænominati.

Savoye. 78. Amedevs de Savoye, qui fuerat Pseudopapa nomine Felicis v. vixit in Sede Geneuensi annis 6. & 10. mensibus; de eo plura consule in Historiâ summorum Pontificum.

Savoye. 79. Petrvs de Savoye iii. eius nepos, & filius Ludouici 2. Ducis Sabaudiæ, & Annæ Cypriæ, Ab-
1453. bas B. Petri Vercellensis 1453. successit auo in ætate tenerrimâ annos octo tantùm natus, sub administra- B tione tamen, & curâ Thomæ de Sur Tarantasiensis Archiepiscopi; rexit Ecclesiam annis 6. mensibus 8. qui dum Taurini litterarum studiis nauaret operam, anno ætatis suæ 18. viam vniuersæ carnis ingressus est, die 21. Augusti 1459. Pinerolij.

Savoye. 80. Ioannes-Lvdovicvs de Savoye Abbas Iurensis & S. Phardæ, Petri frater, vir magnanimus, libertatis Ecclesiasticæ, & ciuitatis defensor accerrimus, 22. annis
1482. Ecclesiæ præfuit, ac Taurini sublatus è viuis anno 1482. 11. Iulij. C

Chivrone 81. Vrbanvs de Chivrone electus est 19. Iulij 1482. in Ecclesiâ Iussiaciâ Capitulo Gebennensi, posteà Tarantasiensis Archipræsul.

Rovere. 82. Dominicvs de la Rovere Cardinalis S. Clementis, ex Tarantasiensi sede translatus ad Gebennensem, vt tradunt Acta Consistorialia.

Compesio. 83. Ioannes de Compesio vi. Sabaudiæ Cancellarius, Taurinensis primùm Episcopus, dein Genenensis ab Innocentio 8. Pont. Max. de- D claratus, posteà ad Archiepiscopatum Tarantasiensem vocatus, cessit Francisco à Sabaudiâ; vixit Episcopus Geneuensis annis 4.

Savoye. 84. Franciscvs de Savoye ii. Abbas S. Phardæ, Alpium; & beati Petri Vercellensis, superiorum Petri & Ioannis Ludouici frater, posteà Archiepiscopus Auxitanus ac Præpositus Montisiouis & S. Nicolai, cessit anno 1490. 3. Octob. Ei Ioannes Baguyo Baccalaureus in Legibus, Professor Iurium & ciuis Lausanensis libellum anno 1487. dedicauit, 1487.
quo probare nitebatur ciuitatem Gebennensem nulli iurisdictioni, siue potestati tam Imperatoris, quàm Sabaudiæ Ducis esse subditam. Moritur Taurini mense Martio 1491. vide Philibertum Pingonium.

85. Antonivs Champion Champion. ex Episcopatu Montisregalis apud Insubres, ad Gebennensem vocatus est sedem, primùm Senator, inde Præses Taurinensis, mox Cancellarius Sabaudiæ: & Legatus Iolandis Ducissæ Philiberti filij nomine ad Friburgenses: pro Duce etiam iuramentum fidelitatis recepit à nobili- 1495.
bus Pedemōtanis, obiit 1495. 29. Iulij.

86. Philippvs de Savoye Savoye. Philippi Sabaudiæ Ducis filius, Commendatarius Sancti Bernardi, electus Præsul Gebennensis admodum iuuenis. Administratorem habuit Aymonem de Montefalcone Episcopum Lausannensem anno 1498. de- 1498.
mum Comes Gebennesij, eiurato Episcopatu stirpem Ducum Nemorosij in Galliâ propagauit.

87. Carolvs de Seyssel Seyssel. nobilis Sabaudus Ordin. S. Antonij Præceptor Chamberiaci, 22. die Februarij 1510. Episcopatum adeptus, 1513.
decessit 12. Aprilis 1513.

88. Ioannes-Franciscvs Savoye. de Savoye Francisci supra nominati Episcopi Gebennensis filius naturalis: adstitit Concilio Latera- 1517.
nensi an. 1515. & 1517. sub Leone x.

89. Petrvs de la Bavme iv. la Baume. Abbas Bonimontis, S. Claudij, Pinerolij, & de Suzâ, ex antiquâ & illustri Comitum Montisreuelli apud Sebusianos familiâ natus, patre Guidone 4. Velleris Aurei Equite, & Ioannâ de Longuy matre: vltimus est Episcopus qui Geneuæ sedem habuit, à Caluinistis expulsus anno 1535. dein 1535.
Archiepiscopus Bisontinus & Cardinalis. De eo pluribus consule Historiam Sebusianam in stemmate domus de Balmâ.

90. Avberivs anno 1544.

DE RIE. D'azur à vn Aigle d'or.

91. LVDOVICVS DE RIE ex A illustri dominorum de Rie familiâ apud Sequanos oriundus, Abbas Albæripæ & S. Eugendi Iurensis: Simonis domini de Riâ Equitis Parlamenti Dolâni & Balançonij,; ex Ioannâ de la Baume sorore Petri Cardinalis
1548. filius; electus est an: 1548. Habet hoc epitaphium in æde Aceij monasterij
» Ord. Cist. Bisontinæ diœceseos: LV-
» DOVICVS DE RIE Episcopus &
» Princeps Geneuensis à viuis decessit
» 25. Augusti anno Domini 1550. cuius
» corpus in sacello iuxta templum de
» Ternay eleganti structurâ eiusdem
» iussu & expensis, dum adhuc super- B
» stes esset, constructo, sepultum est.
» Cæterùm cor eius in hoc loco vt tu-
» mulus indicat, requiescit.

DE RIE.

92. PHILIBERTVS DE RIE Abbas S Eugendi, frater Ludouici
1550. 1550. die 25. Aug. mortalitatē expleuit.

BACHOD. D'azur à vn rocher de 3. pointes d'or surmonté d'vne estoile de mesme en chef acosté de 2. croisettes d'argent.

93. FRANCISCVS DE BACHOD III. Sebusianus, oriundus è Vareyo, Maior Datarius summi Pontificis, Abbas Ambroniaci, & S. Ragneberti Iurensis, Nuntius Apostolicus apud Sabaudiæ Duces, Episcopus Geneuensis re- C nunciatus est an. 1556. Concilio Tridentino interfuit: *vir magnus*, inquit, Antonius Faute primarius Præses Senatus Sabaudiæ, *& ob singularem tractandarum rerum peritiam cùm insigni probitate coniunctam variis legationibus à Sede Apostolicà honestatus, iisque omnibus quàm honorificentissimè defunctus.*
1568. Obiit Taurini 1568. anno æt. 67. sepultus in basilicâ Maiore S. Ioannis, tumulo marmoreo, cui insculpta epigraphe quam refert his verbis Sebusiana Historia: *ÆVI Francisco Bacodio Ludouici filio, Sabaudo, Geneuæ Episcopo, per omnes ferè honorum gradus Romanâ* D *in Curià ad diplomatica officinæ præfecturam Dotarij titulis euecto: Qui Pontificibus septem indefesso labore à Clemente VII. ad Pium V. inseruiuit, tandémque Pontificum duorum ad Serenissimum Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem Nuntius cunctis ordinibus acceptissimus, ac parentis loco habitus, ingenti relicto sui desiderio obiit ætat. suæ 67. sal. 1568. Kal. Iunij, Ludouicus Bachodius Sandionysij, Verdateriique dominus hæres, & Stephanus Bachodius auunculo merentes benè merenti P P.*

*Ora patens redimiua nihil mortale reposiū
Bacodi tumulis quid inanibus; astra petiuit,
Pro tumulis statuæ surgant arcúsque perennes.*

IVSTINIANI.

94. ANGELVS IVSTINIANVS Ordinis S. Francisci Minorita, Patritius Genuensis, Theologus præstantissimus, qui ad colloquium Poissiacense accersitus fuit sub Carolo IX. Rege Francorum: institutus à Pio 5. primam laborum suorum partem in asserendâ fide catholicâ collocandam censuit, dicendi & disserendi de rebus diuinis virtute pollens: frequentissimis in diœcesi concionibus & colloquiis, optimus Pontifex spatio duodecim annorum quibus vtilissimè præfuit. Hic in funere Margaritæ à Franciâ Emanuelis Philiberti Ducis
Sabaudiæ vxoris an. 1574. Taurini 1574.
mense Decembri, perorauit Regum ac Principum adstantibus Legatis, auctore Philiberto Pingonio in Augustâ Taurinorum.

GRANIER.

95. CLAVDIVS DE GRANIER nobilis Sabaudus. Bernardini Granerij domini de Fesson & Castellardi in C Sabaudiâ filius, Prior Tallyrarum, successit Angelo Iustiniano, vir pietate, & litteris insignis; eius vitam ac mores libello accuratè descripsit Bonifacius Constantinus è Soc. Iesu edito Lugduni 1640. de hoc Præsule ita B. Franciscus de Sales eius successor epist. l. 5 ep. ad Clementem VIII. *Vir antiquâ religione, antiquis moribus, antiquà pietate, antiquâ constantià, dignus planè immortalitate, & illà memorià; quæ in omnium sit, benedictione.* Decessit anno 1602. Episcopatus 25.

DE SALES.

96. B. FRANCISCVS DE SALES IV. D è Sabaudiâ vtróq; stemmate nobiliorū dus de semine illorum per quos salus facta est in Israël 2 Mach. 5 patre enim natus est Francisco toparchâ de Sales militiâ claro, qui Anisiacum patriam suam ab exercitus Gallorum prouinciæ vastatione quam minitabantur, liberauit; matrem verò habuit Frãciscam de Siõnas nobilibus quoq; parentibus illustrem, sed longè magis pietate, modestiâ, necnon in pauperes liberalissimâ caritate; quæ cùm Anicsiacũ profecta esset, vt Nemorosij Ducissã salutaret, ad quam è Chãberiaco delatũ erat sacrũ Sudarium,

coram sanctâ imagine procumbens, A fœtum suum quo grauida erat supplex obtulit, & paulò post Augusti 21. anno 1567. in castro Salensi Gebennensium, primogenitus tredecim fratrum & sororum, septimestris tantùm primam lucis vsuram accepit; vnde admodum tener vix dum potuit vitâ delicatior conseruari; in pueri vultu formosissimo innatæ quædam animi virtutes elucebant; modestia, pudor, mansuetudo & castitas, quas educatio vigil parentum excolebat; in omnibus se præbuit facillimum, necnon studiorum Magistris, sub quibus breui scientiarum B elementis initiatus Anisiaci, Lutetiæ deinde Theologiam in Sorbonâ sectatus, Genebrardi quoque, necnon Maldonati auditor, magnos progressus fecit, cùm ingenij maturitate polleret, sed maximè pietate & oratione, frequenti Eucharistiæ participatione, necnon omnium virtutum exercitio; sanè tanta seruandæ modestiæ inerat iuueni sollicitudo, vt statim eo viso socij sæpè turbulenti se compescerent, & nefas crederent purissimas eius aures vel leuissimo temperantiæ verbo violare. Paduam C deinde profectus, vt Iuri Canonico & Ciuili ex mandato parentum vacaret, ibi singularis ingenij edidit specimina Doctoris lauream adeptus, professore Pancirolo; sed multò magis sinceræ deuotionis & castimoniæ, quàm Parisiis B. Virgini apud S. Stephanum à Gressibus consecrauerat, cùm à sociis in laqueum mulieris impudicæ missus, illæsus & victor euasit, quam palmam factus Sacerdos iterum reportauit Boloniæ, cùm ab eiusmodi fœminâ acriter tentaretur. Paduâ Lauretanam domum & Romam profectus, hæc sacra loca magnâ pietate visitauit; tum apud parentes in Sabaudiam reuersus, ab eis ferè persuasus est, vt matrimonio & Senatorio Magistratui sese implicaret, nisi ipsum diuina prouidentia ad meliora reuocasset. Cùmque interim Claudium Granier Gebennensem Episcopum honoris gratiâ visitasset, pius Pontifex iuuenis Francisci modestiam & virtutes demiratus, non sine prophetico spiritu successorem suum futurum prædixit: & certè paulò post, cùm ambularet equo Franciscus, ter ex ipso corruens, eius ensis lapsus in crucis similitudinem incidens in vaginam, hoc signo admonitus est interiùs Christi militiam sibi amplectendam esse: consilio itaque de hac re habito cùm Ludouico de Sales consanguineo suo, cùm circa idem tempus Præpositura Cathedralis Gebennensis vacasset, eius sollicitudine factum est, vt Romæ eam pro Francisco obtineret, insciis parentibus, qui factum posteà tandem probauêre. Lætus ergo sese Christi victimam & ministrum obtulit altaribus, Diaconus ordinatus ab Episcopo suo, iussus est verbum diuinum euangelizare, quod mnous fideliter impleuit; sed initiatus sacerdotio, longè maiore cùm fructu id exercuit; nam à Præsule ad Chablesij pagi hæreticos ad fidem conuertendos missus, apud Thononum primùm cœpit absconditos scientiæ Dei thesauros exprommere: initio quidem septem lucratus animas, hæretici, suis vrgentibus Ministris, turbas mouere cœperunt, hominem Dei atrocibus iniuriis calumniari, necem quoque intentare; quibus nec fractus nec territus, ab iniuncto officio nullatenus discedens, intra octo annos sex millia & ampliùs ab errore ad veritatis lumen transtulit, non sine magnis & variis, continuísque laboribus susceptis ab an. 1591. ad 1599. Interim à 1599. Sectariis ad certamen doctrinæ pluries prouocatus, condictæ diei & loco semper defuêre, perterriti eius zelo & doctrinâ: hortante quoque Clemente 8. vt Theodori Bezæ conuersioni incumberet, ter propterea Geneuam eum conuenit, non sine vitæ discrimine, cùm id parùm tutum esset, nominéque Pontificis oblatâ pensione duodecim millium D librarum, indurato Bezæ, quem pudebat errorem fateri, re infectâ, ad suos hic Neophitos reuersus, non modò Chablesij Balliuiatum integrum ad Ecclesiæ gremium reduxit, sed Ternierij & Gaillardi vrbes & vicos omnes; quapropter, ipso hortante, Emanuel Sabaudiæ Dux, superatis Alpibus, fidei Catholicæ vsum publicum profiteri his in locis ipse procurauit. Posteà verò parochis & sacerdotibus vbique constitutis, Franciscus spoliis onustus, Anesiacum victor rediens, ab omnibus

festiuis plausibus exceptus est; sed ab Episcopo suo potissimùm, qui cùm statuisset non sine diuino numine successorem sibi cooptare, eo consilio Duci Sabaudiæ declarato, ipsum Romam mittit, & comitem ei adiungit nepotem suum Canonicum, cui curam demandat Francisci, & omnium quæ poterant eius apud Pontificem summum promotionem adiuuare. Primùm ergo cùm Clementi VIII. nomine Geneuensis Præsulis, fidei & obedientiæ iuramentum exhibuisset, oblatus est in futurum eius Coadiutorem, quod grato animo probauit Pontifex, vt cui eius virtus, pro fide zelus satis perspectus esset, & doctrina in examine quod subiit coram multis Cardinalibus, Episcopis, & Doctoribus, quibus mirâ animi perspicuitate respondit, ad interrogationes 32. vnde deosculatus eum summus Pontifex, summâ caritate his eum verbis compellauit Prouerb. v. *bibe aquam de cisternâ tuâ, & fluenta putei tui; deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* Eúmque sub titulo Nicopolitani Episcopi promouit. Dum Romæ versaretur Cardinalis Borghesij, posteà Pauli V. summi Pontificis, & Baronij familiaritate vsus, multis quoque aliis grauibus viris sese commendauit. Vix Anisiacum redierat, cùm periculoso morbo afflictus, adusque mortis confinia deductus est; insuper graui tentatione vexatus à dæmone contra fidem Eucharistiæ, vtróque tandem liberatus est. Mox laboribus consuetis vacans, cùm audisset exercitus discurrentes vndique nocere multùm iis regionibus, quas ad fidem adduxerat, ipsas visitauit, & in itinere captus à militibus Vitrij Ducis, ab ipso tamen honestissimè exceptus est. Pacis demum fœdere composito Gallos inter & Sabaudos, Lutetiam petiit

1602. an. 1602. pro negotiis diœceseos; tum cœpit eius pietas aulæ Gallicæ multùm innotescere, & probari Perronio Cardinali, principibus viris, & Petro de Berulle, maximè verò Henrico IV. ingeniorum æquo æstimatori, à quo magis & frequentibus precibus excitatus est, vt Galliæ sese addiceret. Ibi dum versatur, diuini verbi præco sæpiùs facundiæ suauissimæ riuos effudit magno cùm auditorum fructu & admiratione, necnon à Mariâ Luxemburgâ viduâ Philippi Emanuelis Ducis Mercotij allectus est, qui tanto Heroi oratione funebri in basilicâ Parisiensi parentaret. Dein Franciscum Henrici à Sabaudiâ Principis Gebennesij & Ducis Nemorosij filium sacro fonte abluit.

Intereà fatis functo Claudio Granier, cùm ob reuerentiam quâ ipsum prosequebatur consecrationem suam distulisset, auditâ eius morte, statim aulâ Galliæ relictâ, ad suam diœcesim auolauit, & prius secessu pio aliquot dierum, & generali vitæ exomologesi præparatus, eodem loco, quo baptismi gratiam susceperat, nempe in Ecclesiâ S. Mauritij Baroniæ de Thorens voluit Episcopus consecrari die 8. Decembt. 1602. à 1602.
Vespasiano Gribaldo quondam Viennensi Archiepiscopo, assistentibus Episcopis Thomâ Pobelo S. Pauli Tricastinensis, & Iacobo Maistret Damasceno, aliàs Lugdunensi Suffraganeo. Tempore verò inaugurationis ineffabili sanctissimæ Trinitatis & B. Mariæ, necnon Apostolorum Petri & Pauli apparitione recreatus, sacro oleo gratiæ Episcopalis intus animam sensit iniungi, quo, velut fortis athleta, parabatur ad magnos tanti officij subeundos labores. Primùm ergo de omnibus quæ spectabant diœceseos regimen, maturam deliberationem habuit, tum instituit visitationem generalem, statuta promulgauit; sacerdotibus leges rectè viuendi fixit iuxta sacrorum Canonum decreta, vbique verò sacramentorum omnium administrationi, & prædicationi vacabat; posteà seriò cogitauit de reformatione monasteriorum, quæ bellorum tumultus in dissolutionem pertraxerat. Plura ergo tum in suâ diœcesi, tum in Galliis eius suasione meliorem viuendi rationem amplexa sunt: imprimis Prioratus de Thaloyre, qui cùm subiaceat auctoritati Abbatis Sauiniacensis in diœcesi Lugdunensi, eius auctoritate fretus, cùm ab eo Vicarij generalis officium suscipere non dedignaretur, vt loco Abbatis visitaret hoc monasterium, necnon munitus diplomate Pauli V. & potestate Senatus Chamberiacensis, reluctantes monachos, & pessime vi-

uentes, aut regulam subire cogit, aut à cœnobio exulare, electo Priore dignissimo anno 1609. quem piis præceptis imbutum, ad opus sanctum perficiendum diu præparauerat; postea S. Germani Prioris quondam de Thaloyre cineres leucâ ab Ecclesiâ Thaloyrensi distantes, decentiùs in arculam transferri curauit per Ioannem Franciscum de Sales fratrem suum, quem sibi Coadiutorem optauerat. Patres autem Barnabitas cùm plurimi faceret, eos annuente Duce Sabaudiæ Gymnasio publico Anesiaci præposuit, & posteà Thononi in monasterio S. Mauritij iuxta diploma Pauli v. eóque procurante in Galliis apud Montemargisium fundati sunt. Sed Deo inspirante vocatus est in ministerium maioris operis, cùm Visitationis B. Mariæ Congregationem monialium instituit eâ occasione. Ioanna Francisca Fremyot filia Benigni Fremyot Præsidis secundi Diuionensis Senatus, soror Andreæ Archiepiscopi Patriarchæ Bituricensis, vidua Christophori de Rabutin Baronis de Chantal, mulier tota Christo deuota, summis precibus à Deo postulabat sanctum conscientiæ suæ moderatorem: eo circiciter tempore an. 1604. Diuionenses expetunt à Gebennensi Præsule, vt Quadragesimæ tempore verbi diuini prædicatione ipsos pascat, renuentibus licet plurimis eius amicis, instinctu quodam diuino proficiscitur Diuionem, ibi se eius directioni tradit Ioanna, quòd cùm primùm recusasset Franciscus, tandem eius vehementibus precibus adductus, consensit, posteà simul conuenientes apud S. Claudij Ecclesiam miraculis claram, ibi Fremiota statuit, mundo relicto penitùs se diuino cultui consecrare. Quod in castro Salensi iterauit, & paulò post anno 1610. Iunij 6. die sanctiss. Trinitatis, qui in diem S. Claudij incidebat, quod diuinitùs fuerat Fremiotæ prænuntiatum, primùm erecta est hæc Congregatio in suburbiis Anesiaci, Iacoba Faure & Carola de Breschard adiunctæ sunt primùm huic instituto, sed anno integro cùm domi clausæ perseuerassent in orationibus & piis exercitiis, posteà votis simplicibus coram Episcopo suo Francisco nuncupatis, eius se directioni subie-

A cere, tum de eius mandato caritatis in pauperes officiis incumbentes, magnâ omnium admiratione plures aliæ fœminæ nobiles & virgines huic societati nomen dederunt; vnde paulatim cùm grex pusillus creuisset in gentem magnam, suadente Archiepiscopo Lugdunensi Dionysio Simon Cardinale de Marquemont, adductus est Franciscus de Sales, vt hæc caritatis societas auctoritate Pauli v. Pont. in religiosam Congregationē erigeretur: quod vbi factum est, variæ subinde coloniæ huius instituti non modò Gallias impleue-

B runt, sed in externa quoque Regna sese propagarunt, ita tamen, vt vbique Episcopis pro more antiquo religiosarum familiarum essent subiectæ. Ipse verò Franciscus totâ vitâ epistolis, & piis adhortationibus *erudiuit, sicut pastor gregem suum, oues autem eius vocem audierunt, & illum sequuntur*; nam hactenus hæc religio pietate, & arctiore sui instituti obseruantiâ floruit, Francisci vestigiis inhæsit, hoc est illius virtutum, exempla fideliter imitando, quarum

C hic si vellemus omnium monumenta excitare, & miraculorum quæ patrauit viuens & mortuus, grandiore mole voluminis opus esset. Præterea cùm de his librum integrum ediderit Ludouicus de la Riuiere, quem ex sinceris relationibus collegit, iam triginta abhinc annis, & R. P. Hilarion de Coste ex Minimorum religiosâ familiâ in Historiâ Catholicâ eius elogium delineauerit: nupérq; eandem Francisci vitam in vulgus auctiorem emiserit Nicolaus Talon Societ. Iesu, adiunctis eius operibus, nobis erit satis, si eius laudes con-

D traxerimus breui elogio ex Pauli verbis concinnato, nempe, *quòd eius modestia nota fuit omnibus hominibus, quòd propè ipsum semper fuit Dominus, nihil sollicitus, sed in omni oratione & obsecratione, cùm gratiarum actione petitiones eius innotescebant apud Deum, & pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiuit cor eius, & intelligentiam in Christo Iesu. De cætero quæcunque vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitauit, hæc fecit, hæc docuit.* Denique cùm consummasset opus quod dederat ei pa-

tet, plenus meritis Lugduni, quò volente Duce Sabaudiæ conuenerat vt Regem Ludouicum XIII. de hæresi triumphantem salutaret, die sacro Euangelistæ Ioanni cùm in apoplexim incidisset, summam obseruans animi patientiam, humilitatem & tranquillitatem, fœliciter obdormiuit in Domino sequenti die festo Innocentium, vesperæ horâ 8. an. 56.
1622. ætatis, Christi 1622. tum magnâ pietate omnis conditionis fit concursus ad venerandum corpus, eius viscera sicut sacræ reliquiæ à plerisque excipiuntur; cor defertur ad moniales Visitationis Lugdunensis, corpus Anesiacū delatum apud eiusdem Congregationis Religiosas tumulo splendido deponitur ad dextram maioris altaris, ad quem ægroti & afflicti ex omni genere morborum confugiunt, vt beati implorent opem, quam quotidie fœliciter experiuntur: probatis miraculis diligenti inquisitione; eius canonisatio vehementer apud sanctam Sedem, tum à Principibus Christianis, tum à Visitationis monialibus expetitur, necnon à Cleri Gallicani Comitiis cōgregatis Lutetiæ 1625. ad Vrbanum 8. & 1645. ad Innocentium x. Papam pro eâ conscriptæ sunt litteræ. Operum illius catalogum habes præfixum libris eius multoties vulgatis.

SALES. 97. IOANNES-FRANCISCVS DE SALES B. Francisci de Sales frater, Eleemosynarius anteà & Cancellarius magni Ordinis Sabaudiæ Carolo Emanuele Duce, Episcopus Calcedonensis, ad sedem Gene-
1637. uensem euectus est an. 1623. Obiit an. 1637.

GVERIN. 98. IVSTVS GVERIN Ordinis D. Augustini, in Vallebonâ propè Monluellium in Sebusianis humili loco natus in vico du Charrean; obscuritatem generis morum integritate & singulari pietate vicit; Præpositus Collegiorum Anesiaci & S. Dalmatij Taurinensis, Sabaudiæ Principi à Confessionibus, demum electus Episcopus; posteà delegatur à Sede Apostolicâ ad informandam sacram Congregationem Rituum de vitâ, moribus & sanctitate B. Francisci de
1645. Sales decessoris sui: obiit anno 1645. 19. Iunij.

SALES. D'azur à 2. fasces d'or vn lées de gueulle, vn croissant d'argent en cœur, accōpagnée de 2. estoiles d'or, vne en chef, l'autre en pointe.

99. CAROLVS-AVGVSTVS DE SALES Beati Francisci nepos ex fratre Ludouico Comite de Sales, vrbis Aniciensis Præfecto, & Claudiâ Philibertâ de Pingon matre natus; Theologiæ Doctor, Præpositus Vicarius generalis & Officialis Ecclesiæ Geneuensis, posteà Vicarius Archiepiscopatus Tarantasiensis, Philippo de Cheurone Archiepiscopo, Præsul Ebronensis Coadiutor primò datus Iusto Garino, Anesiaci in Ecclesiâ Patrum Prædicatorum per Benedictum Theophilum de Chiuron Archiepiscopum Tarantasiæ vnctionem Episcopalem excepit, sacro operantibus Ioanne de Passelaigue Bellicensi, & eodem Iusto Garino Gebennensi Præsulibus, Dominicâ 14. Maij 1645. eodem anno successit: domum Oratorij apud Rumiliacum instituit.

GLANDEVENSES EPISCOPI

GLANDEVA, Glannara, Glannatica, seu Glannateua ciuitas in Notitiâ Prouinciarum, quæ Glandatæ, & Glannatæ nuncupata est, in Prouincia Alpium maritimarum sita propè Varum fluuium, sub Archiepiscopatu Ebredunensi & Parlamento Aquensi; cuius templum primarium Patronum colens S. Iustum, in valle positum cùm palatio Episcopali, duobus millibus passuum ab oppido regio, cui nomen Interualles distat. Dominium verò Glandatensis oppidi quondam ad illustrem familiam toparcharum Glandenensium in Prouinciâ pertinebat, at ciues, vt sese Regi subiicerent, ab iis toparchis pecuniâ se redemêre. Capituli primas obtinet Præpositus. Huius autem Ecclesiæ Præsules hi tantùm à nobis obseruati ex membranis.

GLANDEVES en Prouēce, prez du Var.

1. FRATERNVS in epistolâ synodicâ Episcoporum Galliæ ad Leonem Papam an. 451. ex codice Sa- 451.
uaronis.

2. CLAVDIVS in Concilio 4.

Aurelianensi subscriptus reperitur nomine Glannatensis Episcopi per Benenatum Presbyterum an. 541. A

549. 3. BASILIVS interfuit Synodo Aurelianensi 5. an. 549. & Aruernensi 2. eodem anno, vbi pro Diniensi legere oportet Glandatensi.

573. 4. PROMOTVS adfuit Concilio Parisiensi 4. an. 573.

5. AGROECIVS in Concilio Matisconensi 2. an. 585.

6. PONTIVS recensetur in monimentis ad an. 1040. B

1110. 7. IMBERTVS cuius fit mentio an. 1110. in Lerinensi Chronologiâ.

1179. 8. RAIMVNDVS interfuit Concilio Lateranensi an. 1179.

GLANDEVES 9. ANSELMVS DE GLANDEVES frater Elziarij Episcopi Tolonensis an. 1320. in Concilio Auenionensi 1316. 18. Iunij cùm Bertrando Ebredunensi Archiepiscopo & Suffraganeis ipsius. Anno 1327. 22. Octobris in æde B. Mariæ Senecensis generali Capitulo interfuit, cui aderat Paulus de Petrisco Canonicus, in ordinatione statutorum Ecclesiæ suæ obseruandâ, ab eodem conditâ. C

1328. 10. IACOBVS ex Ordine religioso assumitur ad Episcopatum an. 1328. Februarij 23. in registro Vaticano: præsens Concilio Auenionensi 1337.

11. HVGO nominatur 20. Decembris 1345. in iisdem Actis Consistorialibus.

1353. 12. BERNARDVS an. 1353. 20. Decemb. D

13. ALSIARIVS monachus anteà & Camerarius Abbatiæ S. Petri Montismaioris propè Arelatem, dein Abbas Lerinensis an. 1361. & tandem creatus Episcopus huius sedis 1365. auctore Barrali in Chronologiâ Lerinensi.

LOGERII. Vn hon de.... 14. BERTRANDVS LOGERII, insignis Theologus Ordinis Minorum, de Figiaco, Presbyter Cardinalis tituli S. Priscæ creatus à Gregorio XI. Papâ 1371. Episcopus primùm Adiacensis in Corsicâ, translatus dein ad Assisiensem Sedem in Italiâ 1348. ad hanc demum Glandauensem anno 1367. vt produnt Acta Consistorialia. Legationem obiuit apud Regem Hispaniæ pro sanctâ Sede; demum Episcopus Ostiensis ac Veliternensis euasit anno 1378. post excessum Petri de Stagno Archiepiscopi Bituricensis; fautor Antipapæ Clementis VII. Auenione diem clausit vltimum 15. Nouembris 1392. sepulturam sortitus in æde Minorum. Scripsit de schismate sui temporis, & aduersùs hæreses. Vide Antoninum parr. 3. tit. 94. cap. 10. Vuadinghum tom. 3. Vghellum tomo 1. sacræ Italiæ, Ciaconium, & alios. 1371. 1392.

15 LVDOVICVS DE GLANDEVES ex stirpe illustri Glandauensiom Procerum, & ramo Baronum de Faucon in Prouinciâ, ex hoc Episcopatu translatus ad Vencieusem permutationis iure. GLANDEVES

16. PAVLVS DE CARIO è Venciensi Cathedrâ ad Glandauensem transiit anno 1410. CARIO. 1420.

17. IOANNES DE BONIFACE Massiliensis Præpositus, Amielli Bonifacij & Alazaciæ Viuaudæ filius, executor testamenti Constãtiæ Forte cùm Ricardo Veteris Sacristâ Massiliensi. Anno 1426. Iunij 27. Synodum Capitularem coegit in Ecclesiâ B. Mariæ, Ricardo Veteris Præposito, & aliis Canonicis adstantibus, pro ordinatione statutorum Cathedralis Glandatensis, vt produnt tabularia Ecclesiæ. BONIFACE. 1416.

18. PETRVS anno 1457. in Concilio Prouinciali Petri Cardinalis Fuxensis. 1457.

19. MARIANVS DE LATVO Regens Cancellariæ an. 1487. obiit Romæ 1493. LATVO.

20. CHRISTOPHORVS DE LATVO rexit Episcopatum an. 1494.

21. SYMPHORIANVS DE BVLLIOVD Lugdunensis; filius Guillelmi Bulliodij supremi Iudicis secularis iusti- BVLLIOVD.

tiæ Lugdunensis, & Catharinæ Va- A rinier; qui Regis Eleemosynarius, Canonicus S. Iusti Lugdunensis, & Clericus Consiliarius in supremo Senatu Parisiensi, tandem vocatur ad Episcopatum Glandatensem, & an-
1509. no 1509. nominauit Vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus per totam diœcesim consobrinum Claudium Bulliodium; Canonicum B. Iusti & Pauli Lugdunensis; eodem anno à Rege Ludouico XII. Mediolanum missus variis de rebus, in Senatu Mediolanensi gessit munus Consiliarij, quod patet ex variis instrumentis. Romam delegatus ad B Pontificem Iulium 2. interfuit etiam Concilio Lateranensi sub Leone X. Regis nomine, in cuius actis perperam legitur Laudunensis, pro Glandatensi, & ita scribitur tomo vltimo Annalium Bzonij: ex Glandatensi Sede traductus ad Vasatensem Ecclesiam.

TERRAIL. D'azur au chef d'argét chargé d'vn hō naissant de gueulle au filet mis en bande brochant sur le tout.

22. PHILIPPVS DE TERRAIL Delphinas, Petri strenuissimi Equitis domini Bayardi frater, Aymonis ex Helenâ Alemandâ de Laual filius, nepos verò Ludouici Allemandi Episcopi Gratianopolitani, in cuius C contubernio educatus, & ab eo Canonicatu Ecclesiæ B. Mariæ donatus, fit posteà Episcopus huius sedis, ex Decano Gratianopolitano quemadmodum notat Historia Equitis Bayardi c.1. decessit an. 1532.

TERRAIL.

23. IACOBVS DE TERRAIL Philippi germanus, obiit Caronti
1535. vbi etiam Abbas Iosaphati in suburbiis 15. Maij 1535.

24. MARTINVS BACHET.

MAVGIRON Gironé d'argent & de sable de six pieces.

25. AYMARVS DE MAVGIRON D Guidonis domini de Maugiron, Delphinatus Progubernatoris filius, S. Petri Montismaioris propè Arelatem
1564. Abbas 1547. obiit Lutetiæ an. 1564. Aprilis 28.

MARTELLI

26. HVGOLINVS MARTELLI Episcopatui Glandatensi præfuit an. 1572. Ianuarij 10. scripsit de Calendario & Horis Canonicis, teste Michaële Poccianto, libro de scriptoribus Florentinis: edidit & clauem Calendarij Gregoriani.

A 27. OCTAVIVS ISNARD Coetui Cleri Parisiensi adfuit 1615. ISNARD.
obiit an. 1625. 1625.

LE CLERC. D'argent à la croix engreslée de gueulle cātonnée de 4. aigles de sable.

28. RENATVS LE CLERC Bellouacēsis, Thomæ Ærarij Franciæ Præfecti frater; ex Prouinciali Ordinis Minimorum in Burgundiâ consecratur Parisiis 1627. à Guillelmo Hugues suo Metropolitâ Ebredunensi, suffragantibus Claudio de Toiras Nemausensi, & Nicolao Sanguin Siluanectensi Episcopis, in Ecclesiâ Minimorum, die Dominicâ Quinquagesimæ 14. Februarij. Interfuit Co- B
mitiis Cleri Parisiensibus 1635. & ex- 1635.
cessit è viuis an. 1651.

FAVRE.

29. FRANCISCVS FAVRE Ordinis Minorum, Regis egregius Concionator, & Theologus Parisiensis, designatur regiâ schedâ Lu-
douici XIV. die 6. Martij 1651. & ho- 1651.
minij sacramentum pro temporali exhibet Parisiis eodem anno 24. Augusti; apud Franciscanos ibidem Dominicâ 1. Septembr. consecratur ab Hardoino de Perefixe Rutenensi Præsule, assistentibus Petro Bedacier C Augustensi & Henrico de Laual Leonensi in Armoricâ Antistite. Translatus ad Ambianensem Sedem.

ITHIER.

30. IOANNES-DOMINICVS ITHIER ex Franciscano nominatur Episcopus an. 1653. inauguratus Lutetiæ in æde S. Germani de Pratis
Dominicâ 21. Iunij 1654. à Francisco 1654.
decessore, assistentibus Roberto Cupif Dolensi, & Dionysio Sanguin Siluanectensi Episcopis.

GRASSENSES D EPISCOPI.

GRAISSE en Prouence.

GRASSA in Alpibus Maritimis sub Archiepiscopatu Ebredunensi, & in Parlamento Aquensi, ac patrocinio B. Mariæ, nonnullis ciuitas Grimnicum, ad fluuiolum qui Varum ingreditur; diœcesim habet separatam à Venciensi flumine Lupi, à Foroiuliensi amne Siagnâ: Huc verò translata Sedes Episcopalis Antipoli vrbe maritimâ

ob

ob frequentes prædonum incursus; distántque inter se hæ duæ ciuitates
ANTIB. circiter leucis quinque. At Antipolis Melæ lib. 2. cap. 5. cognita est, & veteribus aliis Geographis, Straboni lib. 4. Antonino in Itinerario, vbi distat à Varo flumine decem millibus passuum, Ptolemæo l. 2. c. 10. Plinio l. 3. c. 4. à quo Latinum oppidum dicitur, & Tacito Narbonensis Galliæ municipium 2. hist. Colonia in numo Titi Imperat. Porrò in hac diœcesi memoratur Abbatia:

S. HONORATI LIRINENSIS O B.
S. Honorat de Lerins.

Huic Sedi Antistites, qui olim Antipolitani, sequentes præfuêre, quos tum ex archiuo illius Ecclesiæ, tum ex aliis nostris monimentis & schedis, à primæuâ institutione nunc primùm euulgamus.

1. S. ARMENTARIVS, seu ARMENTERIVS creditur primus Episcopus, & colitur Draguinani Forojuliensis diœceseos in sacello extra vrbem eius nomini dicato, in cuius frontispicio legitur, *S. Armentarius primus Episcopus Antipolitanus*

2. VALERIVS martyrium pas-
473. sus ab Eurico Rege Gothorum Arriano an. 473. ex veteribus MS.

3. AGROECIVS subscripsit Concilio Agathensi an. 506.

4. EVTERIVS in Synodo Au-
541. reliaonensi 4. an. 541.

5. EVSEBIVS Concilio Aurelianensi 5. adfuit an. 549.

585. 6. OPTATVS in Parisiensi 4. an. 573. & Matisconensi 2. an. 585.

7. DEOCARIVS adfuit Concilio Cabilonensi an. 650.

788. 8. ARIBERTVS in Synodo Narbonensi anno 788.

9. AIMARIVS anno 930.

10. BERNARDVS I. vixit circa
1000. annum 1000. ex veteribus tabulis Antipolitanis.

11. EDELBERTVS I. filius nobilis fœminæ Belieldis, matris etiam Guillelmi Gaucerannni Reguli Antipolitani, quæ ex propriâ hæreditate dona largitur Lerinensi monasterio circiter an. 1030. cui Edelbertus restituit Ecclesiam Beati Michaëlis Antipolitanæ vrbis anno 1028. ex tabulariis Lerinæ: in archiuis verò Arelatensibus 1048. mense Martio 1048. subscriptus reperitur cartæ donationis Raiambaldi Arelatensis Pontificis, de rebus proprietatis suæ, in villâ Camaricas, Comitatus Arelatensis: legauit Ecclesiam loci de Clausone cœnobio Victorino Massiliensi, Isarno tunc temporis Abbate; anno item 1058. celebratâ Synodo Antipolitanâ, cessit varia bona monasterio & monachis Lerinensibus; necnon Lerinæ degens, an. 1061. quædam Ab- 1061. bati & cœnobitis contulit, vt orationum fieret particeps, quòd refertur in Chronologiâ Lerinensi.

12. PONTIVS I.

13. GAVFREDVS floruit anno 1078. consanguineus Aldeberti Ab- 1078. batis Lerinæ; fecit donationem Ecclesiæ B. Mariæ de Grassâ cùm pertinentiis suis S. Honorato Lerinensis Insulæ patrono, cùm consilio Canonicorum, ex tabulis Lerinensibus in Chronologiâ citatâ relatis.

14. ALDEBERTVS II. testis in membranâ veteri anni 1093. tradi- 1093. tionis factæ per Petrum Venciensem Antistitem, qui monachus fuerat Lerinæ, de basilicâ S. Verani secus fluuium Lupi, apud Barralem in Chronologiâ.

15. MAINFREDVS, vel MAIAMFREDVS, seu MANFREDVS anno 1110. habuit controuersiam 1110. cùm Petro Abbate Lerinensi, arbiter verò alterius pro castro de Soleriis inter monachos Massilienses an. 1116. testis & 1119. in quodam litigio cœnobitarum huius loci & Episcopi Massiliæ, cùm Berengario Forojuliensi Præsule, ex tabulariis S. Victoris: anno autem 1120. in cartario Montismaioris præsens nominatur absolutioni Guigonis Comitis Forcalcariensis. Honorius Papa diplomate inscripto Augerio Reiensi, Berengario Forojuliensi, & huic Man-

fredo, conqueritur, quòd Lerinensi A Abbati & monachis qui vexabantur à Sarracenis, quasdam Ecclesias violenter auferret; præsens solemni restitutioni factæ Lerinensi monasterio, de quâ agit Chronologia Barralis in vitâ Garini Abbatis.

1154. 16. PETRVS, I. 1154. adest S. Lamberto Venciensi Episcopo morienti.

17. BERTRANDVS I. an. 1170.

18. FVLCO, inter quem & Raimundum de Grassâ Condominum Antipolis fit transactio an. 1173. in- B
1179. terfuit Concilio Lateranensi 1179. de quo in archiuis Foroiuliensis Ecclesiæ mentio habetur. Illi Marchio Prouinciæ dedit albergas, iustitias, & alia iura quæ habebat in villâ de Antipoli, instrumento an. 1181.

19. FREDOLVS Canonicus Ecclesiæ Foroiuliensis, ad Episcopatum assumptus reperitur in eius archiuio, & in tabulis confirmationis Samcij Comitis Prouinciæ: præsens item in diplomate confirmationis Ildefonsi Regis in castro de Areis, C pro donatione castri de Clauerio an-
1182. nô 1182. mense Nouembri, ex cartophilacio Foroiulij.

20. GVILLELMVS I. an. 1186.

21. R. Episcopus Antipolitanus inscriptus est veteribus membranis, solâ literâ initiali codicis MS. Foro-
1190. iuliensis Ecclesiæ anno 1190. pro institutione Sacristani.

22. BERNARDVS II. in eodem libro cartarum Foroiuliensium circa
1208. festum Omnium Sanctorum 1208. D præsens memoratur concessioni Ildefonsi Comitis & Marchionis Prouinciæ, de immunitate collatâ Foroiuliensi Ecclesiæ & Canonicis.

23. PONTIVS II. cuius fit mentio in monumentis Ecclesiæ Grassensis anno 1229.

1237. 24. BERTRANDVS II. an. 1237. die penultimâ Augusti emit à Raimundo Berengario Comite Prouinciæ, omne dominium & segnoriam vrbis Antipolitanæ, pretio 30. mille solidor. Raimundensium. Præfato Bertrando Præsule, & dicto Berengario Comite, ab Antipolitanâ vrbe in Grassensem translata est Sedes Episcopalis, vt constat bullâ Innocentij IV. anno 2. Pontificatus, id etiam probauit Gregorius X. Papa. Obiit Bertrandus Idibus Decembr. ex martyrologio Foroiuliensi. EPISCOPI GRASSENSES.

25. RAIMVNDVS Ordinis Prædicatorum, an. 1241. confirmationem omnium priuilegiorum, libertatum, ac immunitatum à Regibus, Comitibus, seu aliis quibuscúnque sibi & successoribus concessarum impetrauit, testibus Hugone Sabinensi Presbytero Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato, & fratre Ioanne Magistro Ordinis Prædicatorum: nominatur in tabulis testamenti Romæi de Villa- 1250. nouâ Baronis Venciæ anno 1250.

26. PONTIVS III. eandem sedem rexit anno 1265.

27. GVILLELMVS DE GRASSE II. GRASSE ex dominis de Cabrios in Prouinciâ, Bertrandeti & Beatricis filius, vt notant tabulæ huius familiæ, frater Pontij Canonici Piniacensis, ex Canonico Antipolitano ad Episcopatum assumptus: legitur in actis Grassensibus an. 1273. testísque in priui- 1273. legio Guigoneti fratris, toparchæ de Cabrios. Dominicani in vrbe stabiliuntur an. 1274.

28. LANTELMVS memoratur an. 1287. & 1290. in decretis Synodi Prouincialis apud Ebredunum celebratæ anno 1290. die Sabathi ante Assumptionem B. Virginis, per Raimūdum de Medullione Metropolitã.

29. LVDOVICVS I. sedit an. 1291. 1291. cui Carolus 2. Rex Ierusalem & Siciliæ, Comes Prouinciæ, de nouo & successoribus confirmauit donationes quas fecerant Ildefonsus Arragoniæ Rex, & Berengarius Prouinciæ Comes, de castris & iurisdictionibus de Antipoli, Oppiâ, & Moanis.

30. GAVFRIDVS II. præfuit anno 1300.

31. GVILLELMVS III. cuius extat memoria in membranis an. 1320. 1320.

31. GAVFRIDVS III. interfuit Concilio prouinciali Auenionensi 1327. cuius statuta leguntur ad calcem Notitiæ Ecclesiæ Diniensis, auctore Gassendo.

33. PETRVS II. ex Ordine reli-
1345. gioso creatur Episcopus 1345. 26. Iunij ex Actis Consistorialibus.

34. IOANNES I. electus 1349. 6. Aprilis ex libro prouisionum Prælatorum.

35. AMEDEVS an. 1367.

36. AYMARIVS vixit 1376.

1379. 37. ASTALDVS 1379. 5. Octobris reperitur in eodem regesto Vaticano.

38. THOMAS eligitur an. 1382. 21. Iulij ita habent Acta Consistorialia.

39. IACOBVS successit Thomæ 1390. 8. Iunij ex iisdem schedis.

BONETVS. 40. PETRVS BONETVS III. suffectus est 1392. 11. Februarij ex li-
1392. bro Obligationum: promotus autem ex Ordine monastico in iisdem tabulariis reperitur, & in Grassensibus extat illius adhuc memoria 1394.

41. BERNARDVS II. an. 1417.

42. ANTONIVS I. anno 1434.
1439. interfuit Concilio Florentino 1439. Notandum est quòd præfatus Antonius, sicuti decessores, erant domini temporales & spiritales vrbis Antipolitanæ, quâ ciuitate, & omnimodâ iurisdictione Clemens VIII. Pseudopontifex dictum Antonium & successores priuauit, ipsámque Ecclesiæ Romanæ vniuit: eam posteà idem Clemens in pignus, & nomine hypotequæ dedit pretio decem millium ducentorum florenorum Nobilibus Genuensibus Lucæ & Marco de Grimaldis fratribus, quæ pigneratio fuit posteà confirmata bullis Ioannis XXIII. Martini V. & Eugenij IV. non obstantibus oppositione & reclamatione dicti Antonij Episcopi, qui à Patribus congregatis in Concilio Basileensi rescriptum obtinuit, quo causæ cognitio committitur Archiepiscopo Ebredunensi ad

A decidendum & iudicandum processum; at verò iste Metropolita per sententiam ab eo latam declarauit dictam vrbem Antipolitanam ad Antonium Episcopum & successores pertinere. Sed iidem Nobiles de Grimaldis nouum rescriptum ab Eugenio Papâ obtinent, quo hæc controuersia delegatur Cardinali de Comite, vel eius Vicario domino Bartholomæo Cauallicensi Episcopo; is videlicet Bartholomæus per suam sententiam, rescriptum à præfato Antonio Episcopo à Patribus Concilij Basileensis obtentum, nullum & irritum

B declarauit, sententiámque ab Archiepiscopo Ebredunensi latam abrogauit & infirmauit, mulctâ expensarum indictâ in eumdem Antonium Grassensem. Extant de hac in cartario Ecclesiæ documenta. Cæterùm abdicauit Episcopatum 1448. 1448.
ex Actis Consistorialibus Vaticani.

GEZI. 43. GVILLELMVS GEZI IV. ex Sacristâ Grassensis Ecclesiæ ad Pontificatum euectus anno 1448. 5. Cal. Martij, ex citatis Actis Consisto-

C rialibus: obiit 1451. ibidem.

GORBINVS. 44. PETRVS GORBINVS IV. Decretorum Doctor, Nicolai V. Papæ Cubicularius, electus an. 1451. 1451.
15. Calend. Iulij; eodem anno fatis functus, vti Acta Consistorialia produnt.

GVISSA. 45. DOMINICVS DE GVISSA Protonotarius Apostolicus, in Episcopatum successit anno 1451. 17. Calend. Septemb. ex iisdem Actis Consistorialibus.

GRASSE. 46. ISNARDVS DE GRASSE

D Præpositus Ecclesiæ Metropolitanæ S Saluatoris Aquensis anno 1477. 1477.
Abbas Lerinensis, & Domini Papæ Referendarius, prouisus est de hoc monasterio per promotionem Andreæ de Fontanâ ad Episcopatum Sistaricensem. Romæ degens anno 1464. 4 Februarij constituit procuratores Nicolaum ex Comitibus Vintimilij eiusdem cœnobij Operarium, Ioannem Filioli Præpositum Grassensem, Carolum de Grassâ dominum de Albarno, Petrum de Grassâ dynastam de Bormâ, & Georgium de Grassâ dicti Episcopi fratres, vti legitur in Chronologiâ Lerinensi.

Grimaldi. Losangé d'argent & de gueulle. 47. Ioannes-Andreas Grimaldi Abbas Lerinensis, Baro Prati, apud Regem Christianissimum Sedis Apostolicæ Nuntius: ex vetustissimâ gente Grimaldâ Genuensi, Nicolao patre Antipolis dynastâ, Massiliensi Gubernatore, matre Cæsarinâ, seu Lascaripâ de Auriâ, ex Marchionibus Oneliæ natus: Epis-
1491. copus Grassensis an. 1491. destinatus fuerat ad Purpuram Regis nominatione, sed non potuit in Consistorio promoueri, eodem obeunte; quò fit, vt etiam reperiatur depictus in vestibus Cardinalitiis in Cathedrali Grassensi, & in altari S. Honorati.

Grimaldi. 48. Avgvstinvs Grimaldi, I. Abbas Lerinensis, Christianissimo Regi à Consiliis & Eleemosynis, dominus & Princeps Monoeci, Præsul Maioricensis, & Cardinalis designatus. Filius hic nempe Lamberti Grimaldi Principis Monoeci, & Claudiæ eiusdem familiæ, ac toparchiæ hæredis supremæ: defuncto germano ipsius Luciano, liberorum tutor, Principatum iis impuberibus rexit; à Carolo 5. postquam à Gallis defecisset ad Hispanos, summis sacerdotiis ditatus est, eundémque Imperatorem in arce Monaci honorifico excepit hospitio an 1529. In-
1517. terfuerat Concilio Lateranensi 1517. eodem procurante monasterium Lerinense reformatum fuit, & vnitum Congregationi S. Iustinæ de Paduâ, societatis Cassinensis, per diplomata Pontificis Max. Leonis x. & Christianiss. Regis. Eum summâ amicitiâ prosequutus est Iacobus Cardinalis Sadoletus, vt patet ex epistolâ 14. l. 4. datâ Carpentoracte 1529. Periit Augustinus non sine veneni suspicione anno 1532. ille documenta & cartas Episcopatus Grassensis in arcem Monoeci transtulit.

Bellay. 49. Renatvs dv Bellay Senator Parisiensis, qui nominatus à Francisco I. virtute Concordatorum; pro illius Bullis impetrandis scripsit ad Clementem 7. Pontif vt patet ex autographo apud Castrum-brientij in Armoricâ scripto die 8. Iunij 1532.

Trivulce. 50. Avgvstinvs Trivvlce II. Cardinalis, Episcopatus Grassensis
1541. Administrator 1541.

51. Benedictvs Taillecarne, dictus Theocrenvs, natione Ligur, Abbas Nantolij in Valle diœc. Pictauiensis, Regis Francisci I. liberorum Præceptor; Episcopus Grassæ an. 1548. poëmata edi- 1548. Taillecarne.
derat anno 1536. quæ iuuenis admodum luserat; in illius laudem Salmonius Macrinus huius æui excellens poëta, Iuliodunensis, hos versus cecinit:

Qui Theocrenæ *præludia læta iuuenta*
Hoc nouum voluis candide lector opus.
Vnguibus è teneris fuluum metire leonem,
Et tibi sint posthac qualia danda puta.
Nam si adeò pulchros tulit ætas prima flores,
Serior ô quantis fructibus vber erit.
Et mens, vt fama est, ettomnum munera vates
Quæ sint sacrifico Præsule digna parat.
Ergo hac luxuriè herbarum spem concipe lætam,
Dum maiore fluat proxima messe seges.

Eodem hortante Carolus Molineus magni nominis Iurisconsultus consilium edidit 42. quo multis argumentis probat Niciam vrbem ad Prouinciæ Comitatum pertinere, & esse diœceseos Grassensis.

52. Ioannes Valesivs II. anno 1554. 1554.

53. Ioannes Fregose III. an. 1565. Fregose.

54. Antonivs Grenonvs IC. in viuis erat 1575.

55. Stephanvs Deodet I. anno 1584. 1584.

56. Gvillelmvs le Blanc V. Cametarius secretus Sixti v. Iunior dictus, patruum habuit Guillelmum Episcopum Tolonensem: sedebat anno 1591. à dicto Pontifice coniuncti fuêre Episcopatus Grassensis & Venciensis in eius fauorem, de quâ vnione Iulianus Peleus Senatus Parisiensis Patronus l. 2. actione 4. forensi. Obiit Guillelmus Aquis-Sex- Le Blanc.
tiis anno 1601. laudatus funebri ora- 1601.
tione à Carolo de S. Sixto Reiensi

Præsule : sepultus in æde Metropolitanâ S. Saluatoris Aquensis hoc epitaphio eius memoriæ insculpto :
VT BENE MORERETVR VIXIT VT MORITVRVS.

O GVILLELME.

Te Minerua fouit alumnum
Dulci blanda sinu,
Cinxit Apollo tua,
Sacris tempora frondibus.
O, Docte Præsul, solus annis
Qui debuisti Nestoreis frui.
Coniux supremi & magna Iouis soror
Ortum beauit nobili origine,
Noménque auitis stemmatibus tuum.
Illustre quondam reddidit, & tibi
Larga profudit diuitias manu.
Te nostra vidit Gallia Præsulem
Longo paterent tempore dum foret
Iani bifrontis, tu vigili greges
Pastor regebas sollicitudine,
Horrenda sed mors præpropero gradu
Funestum opacâ nocte tegens caput
Lecto iacentem te rapuit. Nihil
Doctrina prodest, nil sapientia,
Nil stemma auitum, diuitiæ nihil,
Augusta prodest nil tibi dignitas,
Crudele fatum diripit omnia.
Sed non obortis mors tua lachrymis,
Spargenda, viuit pars melior tui.
Nam licet hoc tumuli taceat sub marmore corpus,
Mens tamen astra tenet, totum & diffusa per Orbem
Insignes virtus agitat de morte triumphos.

Illustri, Reuerendissimóque Domino Domino GVILLELMO DV BLANC *Episcopo Grassensi & Venciensi, Sixti v. Camerario intimo, & quondam de Ecclesiâ optimè merito; viro eruditissimo, suæque tempestatis Poetarum facilè Principi, nobilissimóque & antiquâ progenie orto, ex quâ semper doctissimi viri, multique illustres Episcopi prodiêre, intérque ceteros Guilelmus du Blanc senior, Episcopus Tolonensis, & sub illustrissimo potentissimóque Cardinali Armaniaco in Auenionensi Legation. Vicelegat. Guillelmi Episcopi Grassensis & Venciensis patruus, qui sanctæ Sedi Apostolicæ deuotissimus libros quamplures aduersùs hæreticos edidit; cuius vestigiis Guillelmus Iunior insistens, non minùs virtute quàm sanguine iunctus, quamplurima ingenij sui monumenta, tum arte numeris astricta, tum etiam libera posteritati reliquit. Tandem è viuis excessit anno*
1601. *Salutis millesimo sexcentesimo primo, mensis Nouembris 19. ætatis verò suæ 40. Iacet Aquis-Sextiis in Diui Saluatoris: vnde illi hunc ego tumulum Gabriel Musterius Sacræ Theologiæ Doctor, flens & mœstus donaui, dicaui, dedicauique.*

57. STEPHANVS LE MAINGRE, dictus DE BOVCICAVT II. Ordinis S. Francisci Religiosus, Reginæ Margaritæ Valesiæ Ducissæ magnus Eleemosynarius, Episcopus Grassæ anno 1595. Statuta Synodalia Ecclesiæ sub eius regimine ordinata sunt 6. Decemb. 1604. & confirmata die Aprilis 25. anni sequentis. Admisit Capucinos 1615. Iannarij 19. interest Cœtui Cleri Burdigalensi 1621. obiit Grassæ anno 1623.

MAINGRE. D'argent à l'Aigle à deux testes eployée de gueulle membré & becqué d'azur. 1604.

58. IOANNES DE GRASSE III. Cæsaris domini de Cabrios & Marthæ de Barras filius, tertius gentis suæ Grassensi infulâ decoratus, & prioris Guillelmi consanguineus; anno 1613. bullatus percepit fructus Episcopatus Grassensis per septem annos; quo tempore vacationis Episcopatus Presbyteri Oratorij Domini Iesu admissi sunt in vrbem Grassensem; interest adhuc Electus Comitiis Cleri Pictauiensibus 1628. cessit Episcopatui nondum accepto consecrationis beneficio. 1618.

GRASSE. De gueulle à 3 cremôs d'or.

59. IOANNES GVERIN IV. Aruernus, ex Regis Eleemosynario fit Episcopus per commutationem cùm dicto Ioanne de Grassâ pro Prioratu de l'Anforchure, consecratus ab Egidio de Souuré Autissiodorensi Episcopo anno 1630. obdormiuit Grassæ, mense Aprili an. 1632.

GVERIN. D'azur à la bande d'or accompagnée d'vn espreuier d'or chaperoné de gueulle auec ses grilles & longes, posé en chef, & d'vn croissant d'argent en pointe.

60. SCIPIO DE VILLENEVVE filius domini de Thorenc, vir primæ nobilitatis in Prouinciâ, qui pro secundo Ordine à Metropoli Ebredunensi deputatus, interest Cœtui Cleri Gallicani apud Fontanetum in Pictonibus anno 1628. sed eodem Episcopatu donatus consecratur Aquis-Sextiis in Ecclesiâ S. Saluatoris à Ludouico Bretel Aquensi Archiepiscopo, assistentibus Ludouico du Chaine Episcopo Senecensi, & Modesto de Villeneuue des Arcs eius consobrino Aptensi Præsule. Recepit Grassæ Filias Visitationis B. Mariæ, sed immaturâ morte

VILLENEVVE. De gueulle semé de lances brisées & faux escus d'or.

eripitur magno omnium mœrore, A
1636. die 3. Maij anni 1636. ætatis 35. iacet in Ecclesiâ Cathedrali ante maius altare.

Godeav. 61. Antonivs Godeav, iii. anno Domini 1636. 14. Decembris consecratus Episcopus Lutetiæ in Ecclesiâ Sacerdotum Congregationis Oratorij, à Leonorio d'Estampes Carnotensi, postea Remensi Præsule, assistentibus Stephano Puget Dardaniæ, nunc Massiliæ, & Bernardo Despruests S. Papuli Episcopis: nunc Venciensis, vt infra dicemus.

Bernage. 62. Lvdovicvs Bernage ii. B ex Canonico B. Mariæ Parisiensis, Regum Ludouici 13. & 14. Eleemosynario, atque Abbate de Clarofageto Ordinis Augustiniani, diœceseos Ambianensis, cessione Antonij creatur Episcopus ab Innocentio x. summo Pontifice, ac die Dominicâ
1654. 25. Ianuarij anni 1654. Lutetiæ sacratur in æde monialium Capucinarum à Georgio d'Aubusson Archiepiscopo & Principe Ebredunensi suo Metropolitâ, assistentibus Egidio Boutault Ebroicensi, & Bartholomæo Grangier Trecorensi Episcopis. Interfuerat Comitiis Cleri Parisiensibus anno 1645. delegatus à C prouinciâ Parisiensi pro secundo ordine.

GRATIANOPOLITANI
EPISCOPI
ET PRINCIPES.

Grenoble en Dauphiné, sur l'Isere. GRATIANOPOLIS, à Gratiano Imperatore nomen accepit, cùm primùm Accusium, ceu D Accusianorum Colonia diceretur, Ptolem. l. 2. c. 10. Cularo etiam in vetustis portarum inscriptionibus legitur, & Planci ep. quæ est 23. lib. 10. familiarium apud Ciceronem, vt ibi aduertit Paulus Manutius, & post eum Sirmondus ad Sidonium l. 3. epist. 14. posita ad radices Alpium, montisque Chalemontis, necnon confluentem Draconis in Isaram Allobroges à Vocontiis dirimentem, de quo amne meminit Plancus apud Ciceronem. In quartâ Viennensi, quæ inde Gratianopolitana dicitur, & eo nomine Gratianopolis meminit D. August. l. 21. de Ciuitate Dei, vbi de Fonte ardente: de quâ vrbe in Concilio Aquileiensi, & in epistolis Sidonij. At Ecclesia Gratianopolitana B. Mariæ dicata, sub Archiepiscopatu Viennensi recensetur c. 10. de Voto. habens Decanum cùm Canonicis decem & octo: item quatuor Archipresbyteratus, seu Decanatus ruraies, Gratianopolitanum videlicet, Viennensem, Draconis, & Sabaudiæ: complectens Parochias circiter 312. cùm Prioratibus 72. (comprehensis Cartusianorum domibus & celebri monasterio Cartusiæ Ordinis matre, in angustiis montium faucibus extructo, & tribus leucis aut circa à Gratianopoli distante) monasteria fœminarum septem, conuentus Mendicantium plures, Præceptorias S. Ioannis Hierusalem 6. Hospitalia 36. Leprosarias 18. præter Abbatiam fœminarum:

de Haiis *les Hayes* O C.

In ipsâ verò vrbe in quâ Parlamentum totius Delphinatus (à Carolo vii. Rege institutum,) cùm Camerâ Computorum, & Generalitate Finantiarum, seu Tribunali Vectigalium, præter Cathedralem, duæ sunt Ecclesiæ Collegiales Canonicorum, S. Andreæ in quâ Præpositus & duodecim Canonici, ac B. Mariæ Magdalenæ; Conuentus Dominicanorum, Franciscanorum, Minimorum, Recollectorum, Capucinorum, Augustinianorum, Iesuitarum; item Clarissarum Visitationis B. Mariæ, & S. Vrsulæ. Porrò Episcopi Principes ciuitatis, & Præsides perpetui in Comitiis Ordinum Delphinatus, quorum extat memoria, sequentes sunt, è variis catalogis, Ecclesiæque monumentis ac tabulariis collecti.

1. Domninvs in Concilio Aquileiensi cùm B. Ambrosio Mediolanensi an. 381. Theodoro Octodorensi, Proculo Massiliensi, & aliis. 381.

2. Diogenivs.

3. Enochus.

4. Sebastianus.

5. Vitalianus.

6. Cypriacus.

7. Videntius.

8. Victurius subscripsit fundationi Monasterij Agaunensis an.
517. 515. & Concilio Epaonensi an. 517.

9. Ursulus in Synodo Aurelianensi 3. 538.

10. Syagrius in Concilio Parisiensi 2. anno 555. per Valesium Presbyterum nomen apposuit Lugdunensi 2. an. 567.

11. Hesychius, siue Isitius
573. in Parisiensi 4. anno 573. Matisconensi 1. 581. Lugdunensi 3. 583. Matisconensi 2. 585.

12. Clarus adfuit Cabilonensi Synodo anno 650.

13. S. Fergeolus.

14. Boso.

15. Isitius II.

16. Austrobertus.

18. Reynoldus.

19. Ragnomarus.

20. Austroricus.

21. Corbus.

22. Leopardus, qui & Leopertus vocatur.

23. Ardentius.

24. Odolardus.

25. Radoldus, vel Adoldus.

26. Suspectus.

27. Ebroldus.

28. Ad'adulfus.

29. Ebbo, interfuit Concilio
855. Valentino 3. anno 855. in cuius Synodi præfatione dicitur Metropolitanis quàm maximè conlaborasse: item Lingonensi, & Tullensi apud Saponarias an. 859. denique Tusiacensi 860.

30. Bernarius ex Diacono Remigij Lugdunensis Archiepiscopi, ac posteà Lotharij Regis, promouetur ad Sedem Gratianopolitanam: quò referenda est Ludouici II. Imperatoris epistola ad Adonem Viennensem Archiepiscopum quam scribit circa an. 869. tomo 3. Gallicanorum Conciliorum Sirmondi sic editam: In nomine *Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ Imperator Augustus, Adoni venerabili Archiepiscopo salutem. Amantißimus, & desiderantißimus frater noster Lotharius, nostri desiderij causâ ad nos veniens, nosque in Beneuentanorum regno nostro requirendo visitans, rogauit nostram mansuetudinem, vt cuidam suo Clerico, Bernario nomine, Episcopatum Gratianopolitanum concederemus, quod & nos benignißimè fecimus. Idcirco monemus sanctitatem tuam, vt si dulcißimus frater noster eundem prædictum Clericum ad te miserit ordinandum, mox voluntati ipsius dulcißimi fratris nostri obedias; certus de nostrâ concessione, vt in Gratianopolitanâ Ecclesiâ ordinetur Episcopus. Credimus enim eundem Clericum nobis fore fidelem, quippe cùm omnia nostra fratris sint, & omnia ipsius nostra. Vale* 11. *Idus Iul. accepta.* Extant in codice S. Mariæ Aniciensis duæ literæ pro eadem ordinatione, Lotharij, & Caroli Calui Regum. Interfuit idem Concilio Pontigonensi anno 876. Tricassino 2. 878. & 876.
Mantalensi 879. de quo meminit Ioannes 8. ep. 296. an. 882. Romam citatus à Pont. Max. cùm Adelberto Mauriennæ Præsule.

31. Isaac: hoc tempore nominatur à Lupo Ferrariensi Abbate epistol. 122. H. Gratianopolitanus Episcopus.

32. Alchierus in Concilio Trenorchiano anno 944. apud Petrum à Sancto Iuliano. 944.

33. Isarius.

39. Humbertus d'Albon Albon.

Guigonis Comitis de Albonio filius A anno 991. in veteribus tabulis: & in Concilio Ansano 1025.

35. Malonus.

36. Artaldus subscripsit testamento Hugonis Archiepiscopi Bi-
1044. sonticensis an. 1044.

37. Pontius I.

38. Pontius II. excommunicatur à Gregorio 7. summo Pontifice an. 1076. Baronio.

Chasteauneuf. 39. S. Hugo de Chasteauneuf, I. nobili sanguine ortus è Castronouo ad Isaram, electus ab Hugone tum Diensi, posteà Lugdunensi Antistite 1080. & in Concilio Auenionensi creatus, consecratur
1081. Romæ à Gregorio 7. anno 1081. ex Baronio, & primordiis Cartusiensibus, S. Brunonis socios excepit hospitio. Interfuit Concilio Viennensi anno 1112. teste Guigone Generali Cartusiæ in vitâ Hugonis, & circiter 1115. Concilio Trenorchiano. Sexto autem ordinationis suæ anno, cùm sociis quibusdam Cartusiam tunc recens inchoatam in loco horroris, & vastæ solitudinis, tribus circiter leucis ab vrbe sepositam petiisse produnt acta eiusdem S. Hugonis apud Surium 1. Aprilis, vbi plura de eius vitâ, tum apud Chronicon Cartusianum, & alios auctores. Ob-
1132. dormiuit in Domino anno 1132. sanctorúmque numero adscriptus ab Innocentio 2. 1134. verba Alberici in Chronico sunt hæc: *obiit S. Hugo Gratianopolitanus Episcopus anno 52. Pontificatus sui, qui multùm familiaris fuit B. Bernardo.*

40. Hugo II. ex Professo Cartusiæ Maioris, viuente S. Hugone ab Innocentio 2. creatus Episcopus, dein ad Metropolim Viennensem translatus: fit eius mentio vt Gratianopolitani Præsulis in vitâ S. Antelmi, vbi vir prudens, & eximiâ virtute dicitur; At verò memoria eius fit vti Viennensis Præsulis apud Petrum Venerabilem l. 6. ep. 8. 9. 10.

41. Othmarus ex eodem Ordine Cartusiano ad Episcopatum sublectus.

42. Godofridus ex Religioso Cartusiæ maioris ad infulas assumitur: mentio eius in vitâ S. Antelmi. Extat & in archiuo Gratianopolitano bulla Friderici Imp. 1161. quâ 1161.
Principatus titulo insignitur.

43. Ioannes I. Cartusiani Ordinis Asceta, dilectus & honorabilis Princeps vocatur in bullâ Friderici. Eius nomen præterea reperitur in variis membranis cartophilacij Maioris Cartusiæ suo nomine obsignatis 1173. 1185. 1189. item in aliis titu- 1173.
lis an. 1196. 1203. 1211. 1214. & inde B vsque ad an. 1216 & 1218. interfuit Concilio Lateranensi 1179. & 1193. arbiter fuit in controuersiâ Iarenti Episcopi Diæ cùm Aimaro Pictauensi.

44. Guillelmus I. ex Monacho Cartusiæ post Ioannem Episcopus præfuit anno 1221. ex iisdem tabularis Cartusiæ. Huic suffectus.

45. Soffredus, qui memoratur in dictis cartophilatiis; at huius loco in nonnullis elenchis constituuntur duo Petri, contra fidem tabularum Cartusiæ: viuebat an. 1223. 1213.
C 1227. 1228. transtulit Gratianopolim Præpositum & Canonicos Campaniaci, constitutos à Comite Dalfino in templum D. Andreæ, vt prodit hæc schedula regesti veteris Cancellariæ Franciæ; *Anno 1227. Kal. Februarij, Greg. IX. Pontif. Rom. sciant omnes tam præsentes quàm posteri, quòd cùm Præpositus & Canonici quos Comes Delphinus apud Champagniacum instituerat, transferre se vellent in ciuitate Gratianopolitanâ in Ecclesiâ S. Andreæ, quam Eustachius Prior S. Martini, de consensu & voluntate nostrâ concessit. Nos Sofredus Gratianopolit. Episcopus considerantes pium propositum, &* D *deuotionem erga Deum nobilis viri Andreæ Delphini, Comitis Viennæ & Albonis, precum ipsius, contemplatione diuinæ pietatis, habito prudentum virorum consilio, videlicet Iacobi de Montecanuto Cantoris Viennæ, & Aliardi Canonici Diensis, dictis Præposito & Canonicis hoc concessimus, sub hac formâ &c. Actum Gratianopoli, sigillis Ioannis Viennensis Archiepiscopi, & dilectorum Episcopi & Delphini roborata.*

46. Petrus

46. PETRVS I. ex monacho & Priore Cartusiæ Repausatorij præerat anno 1238. ex diplomate Friderici 2. Imperat. item 1239. 1248. & 1249. ex instrumentis magnæ Cartusiæ.
1238.

47. FALCO, huius documenta seruantur in tabulario Cartusiano annis 1251. 1252. necnon 1255. 1259.
1266. indéque ad annum 1260. & 1262. Dubitari hîc potest, & non immeritò, an ab anno 1266. vsque ad 1336. vnus dumtaxat, vel plures eiusdem nominis Guillelmi præfuerint: certè in tabulis Cartusiæ Maioris vnius tantùm extat mentio.

SASSENAGE.

48. GVILLELMVS DE SASSENAGE, nobiles de Cassenatico huius fuêre cognominis. Illius nomen inuenitur in compluribus membranis Cartusiæ Maioris, videlicet anno
1270. 1266. 1268. 1270. præterea an. 1271. 1272. 1273. 1277. 1278. item 1285. 1296. atque etiam in schedis an. 1300. 1305. 1309. 1313. 1315. necnon in tabulis datis anno Incarnationis eiusdem 1316. 1320. 1322. 1323. 1327. 1329. denique 1330. & inde ad an. vsque 1336. Hic verò tractandis magni momenti negotiis assueuit: eamobrem forsitan illum summi Pontifices priuilegiorum Ordini Cartusiensi à Sede Apostolicâ concessorum Conseruatorem designarunt, illúmque dicto Ordini dederunt Protectorem. Hic, vel Guilelmus de Rupe, qui in vulgatis indicibus post Cassenaticum est collocatus, nominatur an. 1188. in Historiâ Antonianâ Aymari Falconis.

CHISSE'. Party d'or & de gueulle au lion de sable brochant sur le tout, armé & lampassé de gueulle.

49. IOANNES DE CHISSE' II. electus 1337. die 23. Decembris ex Actis Consistorialibus Vaticani: Episcopatum tenuit anno 1338. 1339. 1344. & 1348. ex tabulis maioris Cartusiæ citatis. Nominatur 1349. cùm Henrico de Villariis Archiepiscopo & Comite Lugdunensi: & in statutis Delphinatus cùm Bertrando Archiepiscopo Viennensi. Hic verò Humberto Delphino consulenti cui Principatum deberet cedere, auctor fuit in gratiam Franciæ Regis id fieri debere, quamobrem ille & successores Præsules à Rege declarati fuêre Comitiorum Delphinatus Præsides. Iacet apud Cartusianos Parisienses, mortuus anno 1350. 1350.

50. RODVLPHVS electus 1350. 16. Octobris in lib. Obligat. Vaticani: idem ex memoratis archiuis Cartusiæ Maioris regebat hanc Sedem an. 1351. & 1361. ad quem extat in archiuo Gratianopolitano datum diploma Caroli 4. Imp.

51. FRANCISCVS DE CONZIE' I. Cardinalis & Romanæ Ecclesiæ Camerarius, Archiepiscopus Narbonensis, memoratur Episcopus Gratianopolis 1380. 6. Februarij 1380.
in libro prouisionum Prælatorum Vaticani: Sancti Iusti de Secusiâ Abbati in Pedemonto 1384 vnionem parochialis Ecclesiæ B. Mariæ de Sauiliano, cœnobio sancti Petri eiusdem loci subdelegauit. Idem seuerus Ecclesiasticæ disciplinæ obseruator, & rigidus in Clerum censor. Quantùm verò Maior Cartusia arctè ei deuincta sit, & quantæ pietatis fuerit in mortuos, facellum iuxta prædictæ maioris Cartusiæ cœmeterium apertè testatur; in cuius tabulario dicitur Cathedram administrasse an. 1386. & 1387. 1386.

CONZIE'.

52. AYMO DE CHISSE' Episcopus anno 1388. 31. Ianuarij ex Actis Consistorial. charitate in pauperes ita præcelluit ex dictis archiuis Cartusianis, vt quotidie suis victibus aliquid detraheret, vnde eis posset subuenire: hoc abundè probat Ptochodochium Gratianopoli suis extructum impendiis, æreque dotatum. Illius quoque extat notitia in variis documentis Cartusiæ; nempe anno 1403. 1406 1412. 1413. 1403.
1422. necnon 1428. 1429. & 1430, denique an. 1433. 1435. 1443.

CHISSE'.

53. SYBONDVS ALLEMAND ex vetustâ Allemandorum prosapiâ oriundus, qui nobilitate generis æquè ac pietate enituit: erga res diuinas, ac præsertim sacrosanctum Missæ sacrificium ita fuit affectus, vt à quotidianæ illius celebrationis penso, nullâ sese ratione auocari, aut distrahi, (quamuis plurimis officij sui curis implicitus) vnquam fuerit passus: hæc produnt monu-

ALLEMAND. De gueulle semé de fleurs de lis d'or, à vne bande d'argent brochant sur le tout.

menta Cartusiæ, in quibus recensetur Episcopus in documentis annorum 1451. 1454. 1456. 1460. 1473. 1474. Gratianopolim inducti Minores Obseruantiæ, & Clarissæ Chamberij in eâ diœcesi fundantur 1471. & in hac vrbe 1478. Mortuus est Sibondus an. 1477. die 20. Ianuarij.

1451.

Sillinon. 54. Iodocus de Sillinon regebat an. 1479. ex cartis maioris Cartusiæ: recensetur & Præsul Sedunensis in Vallesiâ an. 1484. 8. Martij in Actis Consistorialibus Vaticani.

Allemand. Comme cy dessus. 55. Lavrentivs Allemand, i. Abbas S. Saturnini Tolosæ, ex familiâ Allemandâ, Sybondi gentilis, frater Caroli domini de Lavalle, magnæ pietatis Præsul, priscorum Ecclesiæ Patrum specimen extitit. Reperitur Episcopus huius Sedis in
1485. cartis Cartusiæ an. 1485. & 1488. si fides tabularijs Vaticani, Ecclesiæ Arausicanæ administrationem gessit anno 1484. fundator Conuentus Minimorum apud quos seruatur Pallium S. Francisci de Paulâ, & Tolosani monasterij: cuius Beati fuit amicus, apud quos sepelitur Petrus Terralius Eques Bayardus, nepos Laurentij ex sorore Helenâ.

Allemand. 56. Lvdovicvs Allemand ii. Iunior, Abbas & S. Saturnini Episcopatum obtinuit annis 1541. 1543.
1541. 1545. ex documentis Cartusiæ, vnus ex inquisitoribus in vitam & miracula S. Francisci de Paulâ, quâ de re extat eius epistola ad Leonem x. Kalend. Iunij 10. 1516. vbi inter cætera ait se ipsius Beati mores candidissimos nouisse. Obiit Laurentius 5. Septemb. an. 1561.

Avanson. 57. Franciscvs d'Avançon, ii. patruus Guillelmi Ebredunensis Archiepiscopi, ex Decano B. Mariæ & Præposito S. Andreæ, ac Sigillorum Parlamenti Delphinatus custode, à tribus Statuum Ordinibus Re-
1574. gi præsentatus anno 1562. obiit anno 1574.

Flehard. 58. Franciscvs Flehard iii. Abbas S. Martini in Bosco, aliàs de Ruricurte, diœceseos Bellouacensis, qui cùm diu in Rationum Fisci Curiâ Præsidis munere fuisset functus, ad Pontificiam dignitatem euehitur an. 1575 præfuit indè vsque ad annum 1606.

La Croix. D'azur à la teste & col de cheual animé d'or au chef cousu d'azur chargé de 3. croix a 4 (?) d'argent. 59. Ioannes de la Croix ii. Dominus de Cheurieres, Comes S. Vallerij, ex Præside Parlamenti Delphinatus, & Comite Consistoriano; post diuersos honorum ciuilium gradus, Episcopatus insignia suscepit ab Henrico 4. vtpote vir summæ prudentiæ, consecratur anno 1607. qui Ecclesiæ totique, prouinciæ ita prodesse studuit, vt vniuersi omnium Ordinum homines ad bonum eius natum esse testarentur. Interfuit Comitiis generalibus Regni Parisiensibus 1615. quo sedente Conuentus Minimorum Teliensis 1619. & Capucinorum in vrbe 1620. 30. Decembr. ædificantur. Vitam cùm morte commutauit mense Maio an. 1619. Lutetiæ. 1607.

La Croix. 60. Alfonsvs de la Croix dominus d'Ornacieu, filius Ioannis legitimus, Lugduni consecratus fuit in Episcopum Calcedonensem & Coadiutorem patris die Dominicâ 9 Nouemb. 1615. apud Carmelitas, à 1615. Dionysio de Marquemont Archiepiscopo Lugdunensi, Petro de Villars Episcopo Ephesino Coadiutore Viennensi, & Roberto Berthelot Præsule Damasceno, Suffraganeo Lugdunensi. Suscepit in vrbem Religiosas Visitationis B. Mariæ. Sed non sufficientibus ob varias infirmitates viribus ad Pontificia munia obeunda, Episcopatu vltrò se abdicauit an. 1620. ac posteà decessit 1637.

Scarron. D'azur à la bande bretessée à double d'or. 61. Petrvs Scarron ii. Episcopus & Princeps Gratianopolitanus, Comitiorum Delfinatus Præses natus, & Senatus Sabaudiæ Chamberrij Decanus, cessione Alfonsi, ex supremæ Curiæ Parisiensis Consiliario, Ioannis itidem Senatoris filius, renunciatur Episcopus an. 1620. 1620. vltimâ Iunij: die Martis post Pascha 27. Martij, Parisiis in æde Victorinâ consecratur Episcopus 1621. Gratianopolim aduenit vltimâ Augusti. Orauit nomine Trium Ordinum Delphinatus coram Ludouico xiii. Valentiæ 26. Nouemb. 1622.

ipsúmque Regem Gratianopoli excepit 29. eiusdem mensis: necnon 1623. Gubernatorem Delphinatus Ludouicum Borbonium, Comitem Suessionensem. Interest etiam conuentui Cleri Parisiensi 1625. & Medontæ 1641. ac nomine eiusdem postremi Cœtus Ambiani 30. Augusti coram eodem Ludouico 13. orationem habuit.

HELENENSES EPISCOPI.

Elna sur le Tech, voyà Perpignan au Comté de Roussillon.

Elna, siue Helena, aut Hellenes Calaicorum in Hispaniâ Tarraconensi, quæ & Elna vocitatur, vrbs Galliæ Narbonensis non longè ab Hispaniâ, & vnica Comitatus Ruscinonis sedes Episcopalis sub Archiepiscopatu olim Narbonensi, nunc translata Perpinianum, Tarraconensem cognoscit Metropolitam. Hanc quidam dicunt Helenam Constantini Magni Imp. matrem, vel Constantem in honorem auiæ condidisse, vbi etiam mortuus est Constans, vti post D. Hieronymum in Appendice ad Chronicon Eusebij Cæsariensis sic loquentem: *Constans non longè ab Hispaniâ, in castro, cui Helenæ nomen est, interficitur*, testantur Orosius l. 7. c. 38. & Eutropius. Memoratur in antiquâ diuisione terminorum, diœceseon, & parochiarum Hispaniæ à Wambâ Rege Gothorum factâ sub Narbonâ Metropoli, quam ex manuscriptis Ecclesiæ Toletanæ antiquis eruit Garsias Loaisa, & notis suis ad Concilium Lucense inseruit. Ruscinonis porrò prouinciæ caput est Perpinianum, arx hodie munitissima, quæ auctore Ludouico Nonio in » Hispaniæ descriptione, tribus leucis » trans Pyrenæos montes sita est loco » plano, nisi quod meridiem versùs in » cliuum leniter assurgat, cui arx im» minet. Alluitur amne Theli: & citra » iniuriam inter amœnissimas totius » Hispaniæ reponenda: verùm ista » obiter. Prælati autem in eâ Cathedrâ floruêre sequentes, qui ex antiquis Ecclesiæ documentis, scripturísq; indagari potuerunt; nullus enim hactenus quod sciamus, de iis vberiorem seriem scripsit. Sed nec reticendum hîc eumdem Catalogum nobis subministratum fuisse beneficio illustriss. Archiepiscopi Narbonensis è gente de Rebé, qui hodie Primas in generali Cœtu Cleri Gallicano obtinet.

1. Appellius Helenensis Episcopus interfuit Concilio Cæsaraugustano vnà cùm aliis Præsulibus ex Hispaniâ & Galliâ; inter quos S. Delfinius Burdegalensis Episcopus, anno Domini 381. pro hæresi Priscillianistarum damnandâ coacto. Veniens ex Lusitaniâ obiit Ganaæ Venacensi oppido. 381.

2. Ildesindus Ecclesias in honorem sanctarum Iustæ & Ruffinæ, ac S. Martini Episcopi in valle Pratoy constructas, sacris initiauit, & Ecclesiæ Elnensi subiecit 5. Idus Nouembris an. 482. 482.

3. Dominius vitæ sanctimoniâ, morum candore, & diuinarum disciplinarum peritiâ insignis, ac hæreticæ impietatis acerrimus profligator, gubernabat Ecclesiam ante annum 568.

4. Benenatus interfuit & subscripsit Concilio Toletano 3. die 8. Idus Maij anno 589. in quo Gothi abiuratâ Arianæ hæreseos perfidiâ, orthodoxam fidem professi fuerunt; & Concilio prouinciali Narbonensi sub Pelagio iuniore Romano Pontifice, regnante Reccaredo Gothorum in Hispaniâ Rege, Kalend. Nouembris an. 589. 589.

5. Ioannes I. adfuit Concilio Cæsaraugustano 2. anno Christi 592.

6. Acutulus subscripsit Synodis Toletanæ 4. 9. Decembris 633. & iridem Toletanæ 6. Idus Ianuarij an. 638. celebratis. 633.

7. Amamingus in Concilio Toletano 8. 17. Calend. Ianuarij anno 5. regni Flauij Reccensuinthi, qui fuit Christi 653.

8. IBITARICVS, seu WITERICVS Concilio Toletano 10. anno
655. 8. Reccensuinthi, Christi 655. Cal. Septembris congregato interfuit & subscripsit.

9. HIACINTVS à Wambâ Gothorum Rege Illiberi captus fuit, eò quòd aduersùs eum vnà cùm Paulo Tyranno & Principe, Aragisclo arma
673. mouebat an. 673. eius tempore sedes Episcopalis proprios limites sortita fuit anno 675.

10. CLARVS misit Veremundum Abbatem suum Vicarium ad Concilium Toletanum 13 anno Christi 684. celebrato: aliquibus abhinc transactis annis Pontificia sedes Illiberitana Ecclesiæ Elnensi vnita, & attributa fuit.

11. RICVLFVS, post diuturnam Ecclesiæ vacationem, ob lamentabilem totius Hispaniæ ruinam à Mauris inflictam, Episcopus factus, à Carolo Magno Francorum Rege plures Ecclesias & priuilegia, & ab Arnusto Archiepiscopo, post primam sedem Narbonensem Primatum pro
775. Ecclesiâ suâ obtinuit ab anno Domini 775.

12. AVDESINDVS i Carolus Magnus diplomate regio deprecatus fuit, quòd religiosis monasterij de Cuxano, sub suæ Celsitudinis tegumento, sacrum chrisma ministraret, eósque misticâ manuum impositione per omnes sacri ordinis gradus efferret. Datum Nonis Augusti in-
801. dict. 4. anno Domini 801. circa hæc tempora sedes primaria B. Mariæ cognomento de Chorego, S. Ioanni Baptistæ, Petro Apostolo, Benedicto Abbati sacra, Perpiniani ab eodem Carolo Imperatore extructa, monachis Benedictinis inhabitanda traditur.

13. RAMNVS Ludouici Pij Imperatoris & Francorum Regis largitate, Ecclesias & priuilegia à Carolo Magno Sedi Pontificali donata im-
817. periali decreto denuò roborari obtinuit circa annum 817.

14. EVLMONIO, cuius sedi Ludouicus primò, & deinde Lotharius Imperat. Ecclesiam S. Felicis, villam de Torrent, Alamannis, & Spedullam cùm omnibus terminis & appendititiis concesserunt ab anno 839. 839.

15. BERENGARIVS 1. suæ Ecclesiæ & sedis Pontificiæ primatum post primam Narbonensem ab illius Archiepiscopo Riculfo antecessoris meritis concessum, geminato decreto stabiliri promeruit.

16. VVADALDVS, emptionis titulo feuda & allodia de Anglares, de Salellis, vnà cùm Ecclesiâ S. Stephani ac iuribus vniuersis, ab Ottone pro suâ Ecclesiâ acquisiuit anno 881. 881.

17. STEPHANVS, qui à Sergio Romano Pontifice petente Olbeto monacho Benedictino facultatem obtinuit consecrandi Ecclesiam de Chorago, à Carolo Imperatore, in Comitatu Rossilionis, sub Deiparæ Virginis ac sanctorum Ioannis Baptistæ, Petri Apostoli, & Benedicti Abbatis tutelâ constructam ab an. 903. 903.

18. SONIARIVS, is & Rossilionis Comitissa eius mater, seruitutibus S. Eulaliæ villam de Trulliaris dono dederunt, ac Ecclesiæ Cuxanensi, in honorem S. Michaëlis denuò reædificatæ solemnia consecrationis persoluit 4. Calend. Octobris anno 975. Soniarium, & eius Eccle- 975.
siam vnà cùm Barcinonensi, & Vrgellensi, postulante Borello Barcinonæ Comite Ioannes XV. Attoni Episcopo Ausonensi Metropolitico iure subiecit, Ecclesiâ Tarraconensi iam diu pastore viduatâ, Ausonensi vnita anno 986.

19. OLIBANVS templum Cani Montis D. Martino sacrum Vuifredo Comite, & Vuislâ Comitissâ adstantibus, Pontificali consecratione 1008.
lustrauit 4. Idus Nouembris anno 1008.

20. BERENGARIVS 1. destructâ Cathedrali à Sarracenis Balearicis, nouam ad instar Hierosolymitani templi vnà cùm suo Capitulo construxit, & à Gaufredo Ruscinonis Comite corpora sanctarum Eulaliæ, & Iuliæ Emeritensis sub anno 1010. acceperunt; piè mortem 1010.
obiit anno 1020.

21. BERENGARIUS II. summum Perpinianensium templum sub S. Ioannis Baptistæ clientelâ, oppidanorum ope & magnificentiâ exstructum, designatis illi propriis finibus diuino cultui, solemni ritu sacrauit anno 1025.

22. SUMMARIUS cùm Olibano Ruscinonis Comite, discordes animos super finibus de Baxanis & Basono factâ terminorum diuisione sub
1031. an. 1031. ad concordiam reuocauit.

23. BERENGARIUS III. sacris ædibus primariis Gerundensi ac Vicensi consecrandis cùm Vuifredo Narbonensi Archiepiscopo & aliis Præsulibus interfuit anno 1038.

24. HELMERALDUS propriæ Cathedrali renascenti solemnia consecrationis impendit; cuius guber-
1042. nacula tenebat anno 1042.

25. BERENGARIUS IV. templum B. Virgini Mariæ arulis sacrum, familiæ Benedictinæ precibus dedicauit; Ecclesiam gubernabat anno 1046.

26. ARNALDUS I. Concilio Tolosano contra simoniacam & alias prauitates iussu Victoris Papæ II.
1056. Idibus Septembris anno 1056. coacto subscripsit, & consecrationi Ecclesiæ Barcinonensis 14. Cal. Decemb. 1058. interfuit.

27. RAIMUNDUS I. à Ceritaniæ Comite etiam Raimundo Priestretum & Allonem ob vastationem eius Ecclesiæ illatam acquisiuit anno 1065. & vnà cùm Gaufredo & Alafari Comitibus, Cathedralis altare argenteum in honorem Christi Domini, & sanctæ Virginis Eulaliæ
1069. sub an. 1069. fabricare iussit.

28. ARTALLUS vnà cùm Dignitatibus opiparum conuiuium primoribus festis quotannis cuncto S. Eulaliæ senatui parandum 6. Idus Nouembris anno 1091. ac Guillelmo Raimundo Ceretanorum Comiti facultatem fabricandi Ecclesiam in Villafranchâ Confluentis indulsit.

30. GUILLELMUS I. cùm Templariorum Magistro super decimis de Bagiis iniit transactionem anno 1094. 1094.

31. ARNALDUS I. vltimo testamento per Guillelmum Raimundum Ceretaniæ Comitem Nonis Octobris anni 1095. condito, illius executor designatur.

32. ARMENGALDUS, quo gubernante Gilabertus & Stephania Ruscinonis Comites, & Geraldus filius amplam dotem Perpinianensium ædi primariæ D. Baptistæ sacræ contulerunt, cœtum Canonicorum in eâ instituerunt, & summum Capellanum præfecerunt an. 1102. 1102.
regebat etiam Episcopatum an. 1105.

33. ARNALDUS II. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, creditur purpureo galero presbyterali tituli S. Clementis in monte Cœlio à Paschali II. Romano Pontifice decoratus; Ecclesiam gubernabat an. 1109. 1109.

34. PETRUS BERNARDUS I. Ecclesias S. Genesij de Fontanis, & BERNARDI
de Prullano sacris muniis dedicauit: reperitur sedisse ab anno 1113. ad an. 1128.

35. UDALGARIUS monasterium B. Mariæ de Spirano Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini instituit, & suæ iurisdictioni subegit: plures Ecclesias suo Capitulo contulit, Cathedram rexit 1130. & inde ad 1143.

36. RAIMUNDUS II. supremum diem expleuit 5. Idus Iunij an. 1144. 1144.
sepelitur ad dexteram portæ Ecclesiæ quæ Illiberum respicit.

37. ARTALDUS I. cui & successoribus S. Eulaliæ & eius Ecclesiis, Raimundus Princeps Aragoniæ & Barcinonæ Comes iusiurandum præstitit fidelitatis 7. Idus Octobris anno 1149.

38. ISALGARIUS Ecclesiam in honorem Deiparæ Virginis de Campo constructam consecrauit an. 1151. 1151.

39. ARTALDUS II. eodem anno consecrationi Gaufredi Episcopi Dertusensis post Maurorum debel-

lationem, Prioris, illiúsque Eccle- A
siæ & dignitatis Pontificiæ dotationi;
1162 & anno 1162. generalibus Comitiis
per Petronillam Aragoniæ Reginam
Oscæ celebratis interfuit. Iste Ar-
taldus, vel eiusdem nominis deces-
sor, aut alter sequens Elnensis Præ-
sul Ludouico 7. Regi Iuniori episto-
lam scripsit, cuius verba haud præ-
terire fas erit: *Ludouico Dei gratiâ
glorioso Francorum Regi A. eadem gra-
tiâ Helenensis Episcopus salutem, &
sinceræ dilectionis affectum: Gloriosa re-
cordationis prædecessores vestri perennem
memoriæ suæ titulum nobis reliquerunt,
Ecclesiam nostram expulsis Agarenis in
pristinum statum reformando, & eam* B
*ex fiscis Regalibus augmentando. Vnde
& omni eorum posteritati obnoxij effe-
cti, grates ipsas quas & patres nostri, in
vestros effuderunt, nos quoque & in vos
refundimus: Ecclesiam Helenensem, &
omnia nostra vestræ regali magnificentiæ
exponentes. De cætero Serenitati vestræ
non minimas referimus gratias, quòd
præsentium latorem A. de Mataplana
consanguineum nostrum transactis annis
benè suscepistis, & vestræ liberalitatis
gratiâ respexistis.*

40. VVADALLVS oppidum de
Baxanis cùm honoribus de Salelles
emptionis titulo acquisitum, pro C
animæ suæ remedio & Ecclesiæ li-
1163. beralissimè contulit; præfuit an. 1163.

41. ARTALDVS III. Ecclesiam
oppidi S. Laurentij de monte nun-
cupatam solemniter sacrauit an. 1164.
superstes adhuc erat 1169.

IORDANI. 42. GVILLERMVS IORDANVS II.
binas Canonicales præbendas in Ca-
thedrali instituit & largifluè dotauit:
1186. migrauit è vitâ an. 1186. in claustro
eiusdem sepultus iacet.

43. ARTALDVS IV. Ecclesiam D
Villærassæ Protomartyri Stephano
solemniter dicauit 5. Idus Martij an.
1188. spiritum reddidit Nonis Sep-
tembris 1200. cuius ossa in eodem
claustro quiescunt.

44. BERENGARIVS V. cui &
Ecclesiæ suæ Petrus Rex Aragonum
ciuiles & criminales causas, & ante-
cessorum Regum priuilegia denuo
indulsit, illámque ac eius homines
sub regali munimine suscepit an-
no 1205. 1205.

45. GVILLERMVS DE ORTAF- ORTAFANO.
FANO III. sequenti anno successit,
& Ecclesiam parochialem Illiberi-
tanam Hospitalariis Hierosolymita-
nis concessit, sibi ac successoribus
omni iure Episcopali reseruato, Ca-
lend. Augusti 1208. è vitâ migrauit
Idibus Aprilis 1209. cuius examine 1209.
corpus in claustro suæ Ecclesiæ
conditum fuit.

46. RAIMVNDVS DE VILLA- VILLALONGA.
LONGA III. Abbas Populeti, Ec-
clesiæ gubernacula tenebat an. 1214.
& 1219. sepultus in Cathedrali.

47. ARNALDVS DE SERRA- SERRALONGA.
LONGA III. Abbas & Populeti,
suæ Ecclesiæ ac successoribus iura
super castro de Solerio competen-
tia 3. Calend. Aprilis anno 1223. ac- 1213.
quisiuit, & subsequenti adhuc su-
perstes erat.

48. RAIMVNDVS IV. cui de-
nuo pro suâ Ecclesiâ Guillermus
Iordanus Archidiaconus Elnensis ca-
strum & locum de Solerio 7. Idus
Aprilis an. 1226. dono concessit; Epis-
copatum sequenti anno gubernabat.

49. BERNARDVS FORNER I. FORNIER.
Cathedram regebat anno 1230. in-
terfuit Comitiis generalibus per Ia-
cobum I. Regem Aragonum Cata-
lanis, Tarraconæ celebratis an. 1234. 1134.
legitur & sedisse etiam anno 1245.

50. BERENGARIVS VI. anno
1246. in Episcopalis dignitatis subli-
mi sede reperitur collocatus; cui ac
B. Eulaliæ, & suæ Ecclesiæ Iacobus
Rex Aragonum fidelitatem iureiu-
rando spopondit.

51. BERNARDVS DE ARGI- ARGILAQVERIIS.
LAQVERIIS II. successit an. 1250.
& Comitiis Ilerdæ per Iacobum Ara-
gonum Regem anno 1257. celebra- 1250.
tis interfuit; castrúmque & oppi-
dum de Bagiis à Comite Empuria-
rum sibi ac successoribus acquisiuit.

52. BERENGARIVS DE CAN- CANTALVPIS.
TALLVPIS VII. an. 1258.

53. Berengarivs viii. an. 1270. A

Scalis. 54. Raimvndvs de Scalis v. Episcopus Elnensis & Barchinonensis anno 1297.
1297.

Costa. 55. Raimvndvs Costa vi. qui in suâ Capellâ intra Ecclesiam vbi iacet, quædam beneficia instituit. præerat anno 1304.

56. Berengarivs ix. vixit ad annum 1315.

Terremis. 57. Gvido Terremes Perpiniauns, Ordinis Carmelitarum, Quæsitor in Valdenses hæreticos, de quibus scripsit; regebat Ecclesiam
1330. anno 1330. Ex Priore Theologi Episcopus creatus, obiit in Clarauall e, doctrinâ & pietate commendatus.

Balle. 58. Berengarivs Balle, x. qui beneficium B. Mariæ de Tronâ Ecclesiæ Elnensis instituit, leguntur ipsius adhuc documenta anno 1346.

Sima. 59. Petrvs Sima ii. admi-
1376. nistrabat Ecclesiam an. 1376.

60. Raimvndvs vii. in Elnensi Ecclesiâ Cathedrali consecratus anno Domini 1378. C

S Foy. 61. Berengarivs de Sancta
1380. Fide xi. præfuit anno 1380.

62. Bartholomævs Peiro i. gubernabat Ecclesiam an. 1387.

63. Bartholomævs ii. Ordinis Carmelitarum floruit an. 1406.

64. Ioannes i. 1419.

Casanova. 65. Ioannes Casanova ii. Ordinis Prædicatorum, Sanctæ Ro- D
1429. manæ Ecclesiæ Cardinalis, Episcopus anno 1429.

Albert. 66. Galcerandvs Albert Catalanus an. 1432.

Castello. 67. Gvillermvs de Castello iv. ex monumentis Ecclesiæ præfuit an. 1448.

Margarit. 68. Ioannes Margarit iii. Cathalanus Gerundensis, Ecclesiam
1458. sibi commissam administrabat anno 1458.

69. Antonivs a Cardona i. Cathalanus, ex illustrissimâ Fulconij familiâ anno 1465. Cardona.

70. Carolvs de S. Gelais i. nobilis Gallus ex dominis de Sancto Gelasio in Pictonibus, possessionem iniit per procuratorem anno 1471. S. Gelais. 1471.

71. Carolvs de Martigny ii. Gallus ex toparchis Martiniaci, similiter per procuratorem possessionem adeptus est 1471. Martigny.

72. Cæsar Borgia Valen- B tinus, sanctæ Romanæ Eccles. Cardinalis, apprehendit possessionem nomine procuratorio, primâ Iunij anno 1495. Borgia. 1495.

72. Franciscvs Loris i. Valentinus, sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis, creatur 5. Nouembris anno 1499. Loris.

73. Iacobvs Serra i. Valentinus, Patriarcha Constantinopolitanus, & sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis, regimen suscepit 5. Septembris anno 1506. Serra. 1505.

74. Ioannes Vilalba iv. Cathalanus Ecclesiæ gubernacula suscepit 10. Ianuarij 1515. Vilalba.

75. Bernardvs de Mesa iii. Cathalanus, Ecclesiam possidere cœpit 12. Ianuarij 1517. Mesa. 1517.

76. Gvillelmvs de Valdenense v. Burgundus, obtinuit possessionem 22. Aprilis an. 1525. Valdenense.

77. Ferdinandvs de Valdes i. Castellanus, & iste per procuratorem 1. Septembris 1529. Valdes. 1529.

78. Hieronymvs d'Oria Genuensis Cardinalis cathedram ascendit 22. Aprilis 1530. Doria.

79. Iacobvs Rich ii. Cathalanus, ex Abbate Riuipulli, factus Episcopus 23 Iulij an. 1534. Rich. 1534.

80. Hieronymvs de Recæsens ii. ex illustri & notâ familiâ, per procuratorem designatus Antistes 9. Nouemb. 1537. Recasens.

An. Ch.

A Noaies. 81. FERDINANDVS A NOAIES II. A
Valentinus, ex Inquisitore Barchi-
1542. nonensi factus Episcopus 14. Iulij
anno 1542.

Avgvstvs. 82. PETRVS AVGVSTVS III.
Cæsaraugustanus, ex Priore Rodensi successit 22. Ianuarij an. 1544.

Pvig. 83. MICHAEL PVIG Cathalanus, ad Elnensem sedem subue-
1545. ctus est 2. Augusti 1545.

Vbach. 84. RAPHAEL VBACH I. Catalanus, ex Abbate Balneoij, & Canonico Barchinonensi Episco- B patum obtinuit 14. Septemb. 1555.

Martines 85. LVPVS MARTINES LAGONILLA Aragonius, ex Inquisi-
1558. tore Barchinonensi infulis Episcopa-
libus indutus 5. Decemb. 1558.

86. PETRVS MARTIR COMA IV. Catalanus, ex oppido Solsonæ diœcesis Vrgellensis, Ordinis Prædicatorum, suffectus 28. Februarij anno 1569.

Teres. 87. IOANNES TERES V. Ca- C talanus, ex oppido de Verdu diœcesis Vicensis, ex Episcopo Marrochiano, & Canonico Pœnitentiario Tarraconensi assumptus, per procu-
1579. ratores iniit possessionem 27. Iulij an. 1579.

S. Maria. 88. BENEDICTVS SANCTA MARIA Barchinonensis, ex Archidiacono B. Mariæ, & Canonico sedis Barchinonensis Episcopus electus 1587.

Robvster. 89. FRANCISCVS ROBVSTER ET SALA II. Catalanus, ex oppido de Reus Archiepiscopatus Tar- D raconensis: prius erat Archidiaconus S. Mariæ & Canonicus Barchinonen-
1591. sis: Episcopus renunciatus sumpsit possessionem per procuratorem anno 1591.

Reart. 90. ONOPHRIVS REART Perpinianus, ex Canonico Barchinonensi successit 3. Maij an. 1599.

Gallart. 91. ANTONIVS GALLART II. Catalanus, ex Magistro Scholæ &
1609. Archidiacono Ilerdensi adlectus Præsul 29. Martij an. 1609.

92. FRANCISCVS DE VERA III. Vera.
Andalusius, Ordinis B. Mariæ de Mercede: ex Episcopo Madauri, ad hanc sedem Elnensem translatus anno 1613.

93. FEDERICVS CORNET Cornet.
creatur 23. Iunij 1617.

94. RAIMVNDVS DE IVORRA 1618.
VIII. electus 12. Ianuarij 1618.

95. RAPHAEL RIFFOS II. Riffos.
Ordinis Prędicatorum 6. Aprilis 1619.

96. FRANCISCVS S. IVST III. S. Ivst.
Catalanus, Ordinis S. Benedicti, ex Abbate Riuipulli creatus Elnensis Antistes, 29. Octobris 1621.

97. PETRVS MAGAROLA V. Magarola.
Barchinonensis, ex Priore S. Annæ Barchinonæ Episcopus effectus die 1622.
28. Decembris 1622.

98. FRANCISCVS LOPES DE Lopes.
MENDOCA IV. ex Canonico Valentinensi, die 15. Decembris 1627.

99. GREGORIVS PARCERO Abbas antea S. Martini, & Præpositus Generalis Congregationis Vallis Oleranæ Ordinis S. Benedicti, ad hanc sedem transfertur 10. Martij 1631.
anno 1631.

100. GASPAR PRIETO Ca- Prieto.
stellanus, Ordinis B. Mariæ de Mercede: ex Episcopo Algariensi in Sardinia transiit ad Elnensem Ecclesiam die 19. Martij 1637.

101. FRANCISCVS PERES ROY, V. Peres.
Valentinus, ex Canonico Complutensi, ad hanc Cathedram euehitur 1638.
die 5. Nouemb. 1638.

102. IOSEPHVS DEL VIVIER Del Vivier.
& DE SAINT MARTI ex nobili prosapia del Viuer, Perpinianensis, Iuris vtriusque Doctor, Canonicus Elnensis, Archidiaconus Vallespinij, Vniuersitatis litterariæ Perpinianensis Cancellarius, pro Elnensi Capitulo Vicarius generalis, eundem Elnensem Episcopatum die 13. Aprilis anni 1643. schedulâ Christianiss. Re- 1643.
gis Ludouici 13. oblatum acceptauit.

IPRENSES

IPRENSES EPISCOPI.

Ipre en Flandre sur Ipre.

AD fluuium cognominem, Ipretum dictum in Decretalibus Gregorij IX. summi Pontificis, in Flandriæ Comitatu sita est vrbs Ipra, sub Machliniensi Archiepiscopatu. Condita fuit à Balduino Arnulfi Comitis filio an. 960. muri autem lapidibus cingi cœpêre anno 1388. permissu Philippi Regis Francorum Vrbs lanificio, pannorúmque texturâ & tincturâ clara est: distat Brugâ nouem milliaribus, & à Teroanâ quinque leucis; à quâ auulsa per Paulum 4. 1559. in constitutione nouorum Episcopatuum Belgij, instante Philippo 2. Hispaniæ Rege, & Belgij Principe. habet Abbatiam Sanctimonialium Clarissarum, mendicantium cœnobia, & xenodochia varia: cuiúsque Cathedralis S. Martino dicata habuit Canonicos Regulares, institutos olim à Ioanne Episcopo Teroanensi 1110. de hoc oppido qui plura velit scire, consulat tomum 2. ciuitatum Orbis Georgij Bruni, & Miræum cap. 44. Origin. Augustin. & 125. de Colleg. Canon. Sanderum in Flandriâ Illustratâ, aliósue Belgij Scriptores: in eâ diœcesi sequentes Abbatiæ:

S. VINOCI *S. Vinoc* O B.

S. IOANNIS *in vrbe* O B. *S. Iean au Mont.*

NONNENBOSCI *fœm.* O B.

VARMENTONI O A. *Varmenton.*

LOENSIS O A.

MESSINENSIS *fœm. Mesines.*

DVNENSIS *Dunes* O C.

ROSEMBVRGI *fœm.* O C. *Roisebrœch.*

FVRNENSIS *Furnes* O P.

A Præsules autem huius Cathedræ sequentes fuerunt ex Gazæo, & Antonij Sanderi Flandriâ Illustratâ.

1. MARTINVS BALDVINI RITHOVIVS Campanus, sic dictus à Campaniæ Brabantiæ municipio vbi ortum habuit. Louanij Philosophiæ incubuit, dein apud Dilingam Academiam in Sueuis Theologiam explanauit; cúmque erudítio eius ac pietas longè, latéque per vniuersum Belgium peruagata esset, B. Petri Louaniensis Decanus, & Academiæ Cancellarius adlectus, dein B Episcopus; Antonio Cardinale Granuellano Machliniensi Archipræsule absente, primæ Synodo prouinciali Machliniæ præest 1570. Vormacensi item colloquio 1567. eodem anno Synodum Iprensem congregauit. Illius mentio apud Laurentium Beierlyngium in Auctuario, Florentium Vuander Haer, Valerium Andream, Suueertium, Raiffium in Belgicâ Christianâ, Gazæum, Sanderum & alios. Ipris in Cathedrali D. Martini hoc illi epitaphium positum est: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Ero* C *mors tua ô mors, morsus tuus ô Inferne.* MARTINO RITOVIO IPRENSIVM *Episcopo, qui Tridentino Concilio interfuit, Gandaui pro fide carceres tulit, Audomaropoli obiit 19. Octobris* MDLXXXIII. *Seminarium Iprense posuit.* RITHOVIVS. 1583.

2. PETRVS SIMONIVS Tiletanus Flander, Cortraci primùm Pastor, Canonicus Gandauensis, Pœnitentiarius, ac dein Archipresbyter, tandem Iprensi infulâ decoratus, consecratur Tornaci 1585. à Maximiliano Moulart Atrebatensi, & Ioanne Six Audomarensi; Andreas D Valerius in Bibliothecâ Belgicâ, eius opera recenset: sepelitur in choro Cathedralis sub eâ epigraphe: PETRVS SIMONIS *Tiletanus* II. *Iprensium Episcopus prædecessoris vestigia grauiter sequens, Ecclesiâ hac 21. annos administratâ, seminario scripto herede; in Domino obdormiuit 5. Octobris* MDCV. SIMONIS. 1605.

3. CAROLVS MASIVS Bruxellensis, Engilberti Masij Sanctioris Consilij Præsidis frater, Archi- MASIVS.

ducum Alberti & Isabellæ Eleemo- A
sinarius: ex Decano Antuerpiensis
Ecclesiæ consecratur Episcopus in
æde S. Ioannis Baptistæ 1607. posteà
Gandauensis Præsul.

VISCHERIVS. 4. IOANNES VISCHERIVS I.
Theologus Duacensis, patriâ Vuinocbergensis, Decanus item Dixmudæ, ac S. Martini Iprensis, crea-
1611. tur Episcopus 1611. Februarij 6. decessit 7. Calend. Iunij 1613. Seminario Iprensi hærede relicto.

HENNIN. 5. ANTONIVS DE HENNIN
è nobili Henninorum prosapiâ, qui B
in Academiâ Duacensi Theologorum seminarium fundauit, & inuenit in Dunensi cœnobio integrum corpus B. Ildebaldi Abbatis anno 1624. Migrauit ad alteram vitam Calend.
1626. Decembr. 1626. humo mandatus in Choro Cathedralis.

CHAMBERLAIN. 6. GEORGIVS CHAMBERLAIN
Britannus, ex Canonico Archidiacono, & Decano Gandauensi Episcopus nominatur, paraliticâ neruorum dissolutione fato suo concessit, & in choro basilicæ conditus est cùm hac epigraphe: *Hìc ia-* C
cet GEORGIVS *sextus Iprensium Episcopus: vixit annos* LIIX. *mensem* 1. *dies* XIIX. *obiit* 19. *Decembris*
1634. *anno* MDCXXXIV.

IANSENIVS 7. CORNELIVS IANSENIVS
tenui loco Leerdami Batauorum oriundus 28. Octobris 1585. totâ Europâ famosus euasit illis contentionibus acerrimis, quæ nunc etiam bonorum omnium mœrore Christianum orbem dinexant, ex occasione libri quem scripsit de Gratiâ; cuius propositiones quinque, requirentibus Galliæ Præsulibus, damnauit D
Pontifex Innocentius X. iuuenis Vltraiecti humanioribus disciplinis, Louanij Philosophicis & Theologicis imbutus, vt erat à naturâ, sublimi comparatus ingenio, Doctorum consuetudine plurimùm vsus per annos ferè duodecim, quibus in Galliâ versatus est; interim Theologiæ secreta penetrare toto studio contendit, assiduâ Sanctorum Patrum, & maximè Augustini lectione, quâ vehementer illectus, huic, vitæ præcipuam impsit partem. Louanij verò restitutus, ad Theologiæ publicam lectionem promotus est anno 1617. exinde bis delegatus ab Academiâ, cùm vir multæ prudentiæ haberetur, vt illius negotia tum apud Hispaniæ Regem, tum apud Academias Salmaticensem, & Vallisoletanam procuraret. Quo munere confecto, à Catholicâ Maiestate nominatur sacræ Scripturæ Louanij Professor anno 1630. & quinquennio post eodem die quo natus erat, ad Iprensem sedem destinatus, quâ etiam luce reuoluto an-
no consecratur 1636. mox diœcesis 1636.
reformationem, Episcopalis Palatij restaurationem aggressus, morbo pestifero correptus Maij 6. 1638. vitam absoluit, & librum quem de Gratiâ conscripserat magnis laboribus & vigiliis, edito testamento eodem die, quo Romanæ Sedi si aliquid mutari velit, subiecit. Cæterorum eius operum hic est indiculus:
Oratio de interiori hominis reforma «
tione; Alexipharmacum ciuibus Sil- «
uæducensibus propinatum aduersùs «
Ministrorum suorum fascinum: Spō- «
gia Notarum quibus Alexipharma- «
cum aspersit Gisbert. Voetius. Com- «
mentaria in Pentateuchum, in Eccle- «
siastem, in Sapientiam, in Quatuor «
Euangelia. De eo plura vide apud «
Sanderum in Flandriâ Illustratâ, necnon in variis elogiis eius operibus præfixis.

8. IOANNES BOVCKAERT II. BOVCKAERT.
Brugensis patriâ: ex Doctore Theologo Louaniensi, Parochus in Monteacuto, dein Decanus Christianitatis Diestemiensis, postmodum Cortracensis Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Decanus, qui sub Archiducibus Alberto & Isabellâ arcanis negotiis functus fuerat: Episcopale palatium Iprense decessoris obitu interreptum instaurauit.

9. LVDOVICVS DE CROY ex CROY.
nobilissimâ gente Croyâ, patre Claudio Comite de Rœux, matre Annâ d'Estourmel genitus, frater Eustachij Comitis de Rœux Insulæ Gubernatoris pro Rege Hispano: obiit 1647.
anno 1647.

10. MARCVS AMBROSIVS A CAPELLO.
CAPELLO Ordinis Dominicanorum, nominatus à Rege Philippo 4. 1647. sequenti, vrbs expugnata à Gallis 29.

Maij, Duce Ludouico Borbonio Principe Condæo, Regiæ stirpis primario Principe: posteà traductus ad Episcopatum Antuerpiensem.

ROBLES. Vn lion rampant contre vn arbre.

II. IOANNES-FRANCISCVS DE ROBLES è Comitibus de Hanapes, dominus temporalis in Ecomsimme in Attesio, Protonotarius Apostolicus: ex Canonico Insulensi Flandrorum; & Metropolitanæ Cameracensis, Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Louanij, eóque nomine eiusdem Academiæ Louaniensis cùm facultate gradus scholasticos conferendi Cancellarius; dictæ Vniuersitatis priuilegiorum Conseruator & Iudex ordinarius, Capellæ Regiæ in Belgio Capellanus, Archiducis Leopoldi magnus Eleemosynarius, Nosocomij Regij in Belgio administrator, nominatur à Rege Hispaniæ ad Iprensem Episcopatum. Parrem habuit Ioannem Comitem de Hanapes Baronem de Billi, dominum de Sanres, Regi Catholico in Belgicis ditionibus à Consiliis bellicis, Præfectum legionis Germanicæ pro eius seruitio, atque prouinciæ & ciuitatum Insulensis, Duacensis, & Orchiacensis Gubernatorem; matrem nobilem fœminam de Liedekerke, filiam Comitis de Mongueron. Inauguratur Bruxellæ 11.
1654. Octobris 1654. in Capellâ Palatij, præsente Leopoldo Guillelmo Archiduce & Gubernatore Belgij, à Francisco de Gand de Villain Episcopo Tornacensi, Carolo Vuanden Bossche Brugensi, & Archiepiscopo Ephesino.

LACTORENSES

EPISCOPI

Lectoure en Armagnac, sur Gers.

CIVITAS Lactoratium in Notitiis antiquis Galliæ sub Elusâ primò, dein Auxitanâ Nouempopulanæ prouinciæ Metropoli, cuius nomen apud Antoninum, in Notitiis Prouinciarum & inscriptionibus Romanorum, ac Tabulâ Peutingerianâ reperitur inscriptum. Sed hallucinatus est prorsus Belleforestus, cùm istius oppidi nomen Tauropolium putauit, quod non vrbis est etymon, sed sacrificij quoddam genus Taurorum Matri Deorum, vt ex inscriptione antiquâ liquet, quæ extat apud Scaligerum l. 2. Auson. lect. c. 7. Merulam in Cosmographiâ, Goltzium, Gruterum, Marcam l. 1. Historiæ Bearnensis, Oihenartum in Notitiâ Vasconicâ: hac autem serie verborum exhibetur, veteri marmori Latinis litteris exarata, & in aulâ publicâ Lactorensis domus vsque ad 1591. conclusa, quo à primoribus ciuitatis in nouo foro venali pro maiori parte affixa est: cùm è fundamentis Ecclesiæ ante annos aliquot eruta, & collocata fuisset super murum proximum inter portas S. Geruasij. Inscriptionis tenor est huiusmodi: *Pro salute Imperatoris M. Anton. Gordiani Pij Felicis August. & Sabinæ Tranquillinæ Aug. totiúsque domus diuinæ, próque statu ciuitatis Lactoratensium. Tauropolium fecit ordo Lactor. D. N. Gordiano Aug. II. & Pompeiano Cos. VI. Idus Decemb. curantibus M. Erotio Festo, & M. Earinio caro Sacerd. Traianio Nundinio.* Vrbs autem, quæ Lactora, Lectora, Lectorium, ac Lactorium nonnunquam pro diuersitate codicum & exemplarium appellatur, Leomanensis pagi caput est, & totius Vasconiæ Aquitanicæ munitissima, in monte posita, Aegitcio flumine paulòpost in Garumnam labente subluitur, & paret Archiepiscopatui Auscensi sub Tolosano Parlamento, sedes Senescalliæ Armaniaci Comitatus. Ecclesia primaria Sanctis Geruasio ac Protasio dicata est: territorium habet quondam titulo Comitatus insigne, patrimonium Ducum Gasconiæ, deinde Vicecomitum Leomaniensium, qui & nuncupati Lactorenses. Cui Ecclesiæ præfuerunt Episcopi sequentes, quorum seriem libro Notitiæ suæ Vasconiæ inseruit Arnaldus Oihenartus, quâ vsi sumus, Actis item Vaticani, & aliis monimentis.

1. HEVTHERIVS præfuit Ecclesiæ Lactorensi tempore S. Genij, siue Higini.

2. VIGILIVS in Concilio Agathensi anno 506. 506.

3. ALETIVS Synodo Aurelianensi 5. interfuit an. 549. post quem excidêre nomina Pontificum in dipthycis per aliquot sæcula.

4. BERNARDVS I. vixit sub
990. Vuillelmo Duce Vasconiæ circiter annum 990.

5. IOANNES I. regebat anno 1060 fortassè is qui adfuit Concilio Iaccæ in Hispaniâ, præsidente Austindo Auxitano Pontifice pro Auscensi sede anno 1062. secundùm Suritam in suis Annalibus.

6. RAIMVNDVS I. ex Præposito Cathedralis Tolosanæ, in dedicatione Moissiacensi 8. Id. Dec. 1063.
1063. item in Concilio Tolosano subscribit donationi factæ ab Isarno Episcopo Tolosæ 1077. de Ecclesiâ B. Mariæ Deauratæ, in gratiam S. Hugonis Cluniacensis. Illius Pontificis acta leguntur etiam in tabulario Vzerchiensis Abbatiæ 1091.

ANDOZILE. 7. VVILELMVS d'ANDOZILE I. ex genere Baronum de Montalto
1120. sedit anno 1120. inde assumptus ad Archiepiscopatum Auxitanum.

8. VIDIANVS, siue VIVIANVS Episcopatum administrauit circiter an. 1130. & 1148.

1217. 9. ARNALDVS I. annis 1217. & 1221.

10. GVILLELMVS II. in tabulis Lactorensibus inuenitur an. 1244.

MONTLEZVN. 11. GERALDVS DE MONTLEZVN nominatur executor testamenti Amatæ Vicecomitissæ Bearnensis cùm
1270. Episcopo Adurensi anno 1270. ex originali tabularij Palensis. Idem transactionem init pro dominio temporali ac iustitiâ Lactorensis ciuitatis, cuius autographum eruimus è vetusto registro Burdegalensi in hæc verba: NOTVM *sit vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd Reuerendus Pater G. Dei gratiâ Lactorensis Episcopus, habito diligenti tractatu cùm suo Capitulo Lectorensi, considerans maximam & euidentem vtilitatem Ecclesiæ suæ, permutauit, & nomine permutationis tradidit cùm consensu & expressâ voluntate dicti Capituli sui, pro se & successoribus suis illustri dom. Eduardo Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, pro se & successoribus suis, medietatem totius dominij Iusticiatus, Iurisdictionis altæ & bassæ quam habet & tenet, & habere & tenere debet in ciuitate, & suburbio Lectorensi, cùm commissis, seu incurramentis, exercitibus, caualcatis, pedagiis, leudis, vadiis seu pœnis, nundinis, mercatis, macellis, furno, & aliis iuribus & deueriis, ad dictam medietatem pertinentibus quocumque nomine censeantur. Nundinâ diei Lunæ in ...... carnio dumtaxat exceptâ. Necnon medietatem illius partis quam habet, & tenet in molendino de Rapassac cùm pertinentiis suis, pro centum libris rendalibus moneta vsualis Burdegalensis, quas centum libras idem dominus Rex pro se, hæredibus & successoribus suis tenetur assignare eidem Episcopo, pro se & successoribus suis infra quadriennium continuum, & completum à datâ præsentium in Episcopatu suo, vel in diœcesi Agennensi citra Garomnam ad arbitrium bonorum virorum. Pro quibus centum libris assignandis & tradidit in præsenti idem dominus Rex dicto Episcopo tres Pogesias, seu pictas, seu tres partes vnius denarij Burdegalensis pedagij, cùm honore & pertinentiis suis: de illis tribus denariis & obolo quos habet in pedagio suo de Millano. per ipsum Episcopum & successores suos cùm suo honore, commissis incurrementis & pertinentiis pacificè possidendas, quousque prædicta centum libræ vt prædictum est, sint assignatæ, & extunc dictus dominus Rex constituit se nomine dicti domini Episcopi tres pogesias possidere, &c. Et sciendum quòd idem Episcopus nomine suo & Ecclesia sua, & successorum, dedit donauit & cessit ex causâ permutationis prædicto Regi, heredibus & successoribus suis, omne ius & omnem actionem realem, personalem & mixtam, quam idem Episcopus nomine suo & Ecclesia sua habebat, & habere debebat contra quoscumque ratione medietatis prædictæ. Et dictum dominum Regem posuit idem Episcopus in possessionem omnium prædictorum, & dedit Regi prædicto vel alij nomine suo, authoritatem & potentiam mittendi in possessionem omnium prædictorum, ac constituit idem Episcopus se possidere nomine Regis prædictam medietatem dominij, Iustitiatus, & Iurisdictionis, & pertinentiarum.*

ipsarum &c. Et Dom. Lucas de Thaney Miles, Senescallus Vasconia, vel qui pro tempore fuerit requisitus per Episcopum, vel eius mandatum, tenetur iurare se integrè seruaturum permutationem dictam, & iura & libertates Ecclesia Lectorensis defensare, &c. Actum in Capitulo Ecclesia Lectorensis 5. die exi- A
1273. *tus Feb. anno Domini MCCLXXIII. regnante Eduuardo Rege Angliæ, Sede Burdegalensi vacante. P. Gendaumerio Maiore Burdegalensi. Testes Dominus Phom. de Clar. Dominus Oto de Pardeilano, Dominus Oto de Leoman. Fortanerius de Casanouâ Milites. Petrus de Pomeriis Archid. Leomanensis,* B
Iordanus Archid. Lectorensis, & alij Canonici. Sedebat adhuc Geraldus an. 1308. 7. Augusti.

1315. 12. GVILLELMVS III. annis 1315. & 1320.

13. IOANNES II. electus 1323. 3. Decemb. in libro Obligationum Vaticani, de hoc nulla mentio in elenchis; fortè idem qui incertæ ætatis Episcopus cognominatur Ioannes Peiratus.

ARMAGNAC. 14. ROGERIVS D'ARMAGNAC anno 1325.

BORDIS. 15. GVILLELMVS BORDANVS IV. huius Ecclesiæ Pontifex
1325. fuit anno 1325. consecrator Ecclesiæ Cathedralis 13. Ianuarij eodem anno, ex manuscripto Lactorensi. Viuebat & anno 1330.

BARTR. 16. ARNALDVS-GVILLELMVS DE LA BARTE florebat an. 1347. 2. Nouemb. in libro prouisionum Prælatorum Vaticani, & 1349.

ANZELERII. 17. PETRVS ANZELERII, I. ab anno 1350. quo suffectus est 23.
1350. Februarij, & indè vsque ad an. 1364. rexit, ex registro Vaticani.

18. PETRVS II. electus an. 1365. 10. Maij ex citatis Actis Consistorialibus.

19. HVGO Episcopus enuntiatur in eodem codice Obligationum Va-
1369. ticani anno 1369. 11. Augusti: decessit 1370.

20. VIGNERIVS anno 1371.

MANHAVTIVS. 21. BERENGARIVS MANHAVTIVS inter viuos esse desiit an. 1383.

22. RAGNERIVS DE MALENTO.

23. ODO reperitur Præsul Lactorensis in membranâ anni 1384. 1384.

24. RAIMVNDVS II. an. 1384. & 1406. ex registro Vaticano.

PEYRATVS. 25. ARNALDVS PEYRATVS II. diem suum clausit an. 1416.

DE PODIO. 26. GERALDVS DE PODIO decessit anno 1425. 3. Cal. Augusti.

27. RAIMVNDVS III. præfuit mense Martio 1432.

GVITERIA. 28. MARTINVS GVITERIA Pompelonensis, mortuus 24. Maij 1449. ex Actis Consistorialibus.

ANDREAS. 29. BERNARDVS ANDREAS II. Iuris vtriúsque Doctor, Canonicus
C Lactorensis, electus Cal. Septembris 1449. denatus 1453. vt produnt Acta Consistorialia. 1449.

30. AMALARICVS Ordinis Minorum, Aymericus dictus in libris prouisionum Prælatorum Vaticani, assumptus ad Episcopatum an. 1453. pridie Nonas Iulij ex eodem libro. 1476. obiit anno 1479.

ORSANVS. 31. HVGO ORSANVS obiit anno 1486.

ABESAC. 32. PETRVS D'ABESAC III.
D ex dominis de la Douze, monachus Benedictinus & Abbas Grassæ, diœcesis Carcassonensis, Præsul Riuensis, dein Archiepiscopus Narbonensis. Præerat Ecclesiæ Lactorensi anno 1494. 1494.

POT. 33. LVDOVICVS POT I. Abbas sancti Launomari de Blesis, obiit anno 1505.

CORBONNES. 34. ANTONIVS DE CORBONNES eligitur anno 1505. 27. Decembris vt ferunt Acta Consistorialia. 1505.

DU FAUR. D'azur à 2. fasces d'or accompagnées de six besans d'argent 3. en chef & 3. en pointe.

35. PETRUS DU FAUR IV. ex clarâ Fabrorum Tolosanorum familiâ, Gratiani domini de S. Iorio, Cancellarij Comitis Armaniaci natus, Guidonis Fabri domini Pibraci, necnon Petri Episcopi Vaurensis propatruus. Præses in Classe Inquisitionum Senatus Tolosani, ac Prior S. Orientij, Episcopus verò huius Ecclesiæ fatis concessit 1508. 1508.

LUSTRAC.

36. BERNARDUS DE LUSTRAC III. euectus ad hanc Sedem 1509. 27. Aprilis ex codice Vaticano, tametsi idem codex prouisionum Prælatorum affirmet hunc Bernardum ex Riuensi Cathedrâ translatum fuisse ad Lactorensem 1485. Calend. Iulij, & vicissim Petrum Fabri ex Lactorensi transiisse eodem anno & die ad Riuensem, iterúmque ad Lactorensem vocatum 1. Iunij 1487. quod catalogis Lactorensibus vix cohæret: mortuus est idem Bernardus anno 1510. 1510.

DE PRIE.

37. RENATUS DE PRIE Cardinalis tituli S. Luciæ, dein S. Vitalis, ex nobili stirpe toparcharom de Busançois, de quo in Baiocensibus.

BARTON. D'azur au cerf d'or à la repolée, au chef echiqueté d'or & de gueulle.

38. IOANNES BARTON III. Bernardi Vicecomitis Monbasij & Mariæ de Sully filius, nepos Ioannis Lemouiceosis Præsulis, sedebat anno 1514. Hic restaurando Ecclesiæ antiquo Choro diligenter incumbens, summo ære ac sumptibus nauis Cathedralis fundamenta iecit, in cuius ruderibus reperta sunt antiqua marmora & inscriptiones; structuræ autem illius Ecclesiæ insculpta cernuntur stemmata domus suæ. 1514.

BARTON.

39. GUILLELMUS BARTON V. nepos Ioannis ex fratre, Petro Vicecomite Monbasij, & Elisabethâ de Leuis de Chasteaumorant matre natus. patruos habuit quoque Franciscum D. Augustini Lemouicensis Abbatem, & Rollandum Solemniacensem, Episcopus anno 1532. adfuit Concilio Tridentino. Ad quem extat carmen sequens Marci Antonij Mureti doctissimi Lemouicensis. 1532.

Quòd tam censeris generoso sanguine Præsul,
Quòdque es tam multis clarus imaginibus,
Illa quidem certè laus est non infima, sed qua
Tota ad maiores sit referenda tuos.
Quòd superas opibus multos, quòd honoribus anteis,
Fortunæ hæc dici munera posse videt.
Quòd sis augusto spectandus corpore, forsan
Naturæ hanc dotem vendicet ipsa sibi.
At quòd tam multis fulges virtutibus, atque
Eximius rari dotibus ingenij.
Quòdque tuis lucem præferre nepotibus illam
Quam tibi maiores ante tulère, potes.
Hæc demum est tua laus, hæc, Præsul, laus tua demum est,
Vna hæc te superis inserit Ordinibus.

BOURBON.

40. CAROLUS DE BOURBON Antonij Regis Nauarræ nothus, ex Episcopo Conuenarum Lactorensis an. 1590. inde Rotomagensis Archiepiscopus: post cuius translationem caruit Ecclesia Pastore vsque ad annum 1599. 1590.

DE PLAS. De ... barres.

41. LEODEGARIUS DE PLAS nobili stirpe, patre Anneto de Plasio genitus an. 1549. in castro de Plas & loco de Curamonte agri Lemouicensis. Lutetiæ humaniorum litterarum tyrocinium fecit cùm germanis Francisco & Claudio: dein Tolosam venit Philosophiâ, & vtriúsque Iuris cognitione imbuendus, quibus ritè peractis, in contubernium Vasatensis Episcopi patrui sui vocatus, ac consuetudine etiam Tarbiensis Præsulis vsus ad annum ætatis vsque 30. tandem assumpto habitu Benedictino, cuius religionem vouit, Prior S. Martioi de Alayraco propè Aginnum factus, sacris initiatur in loco natali de Curamonte; demum ad sedem Lactorensem vocatus, Parisiis 1599. à Francisco Cardinali de Ioyosâ in festis Natalitiorum Domini consecratur. Vidit suo Pontificatu eiectos è ciuitate hæreticos curâ domini de Roquelaure. siquidem anno 1562. ab iis capta fuerat, & iterùm ao. 1581. direpta, ac sacræ ædes prostratæ. Obiit 24 Martij anni 1635. ætatis 87. conditus 26. eiusdem mensis in basilicâ de Curamonte, & in sacello iuxta altare, 1599.

ac cryptam sepulchralem, quam sibi A octo annis ante obitū parari iusserat.

DESDRESSE. 42. IOANNES DESDRESSE IV. Leodegarij nepos, & eius in munere Pontificio Coadiutor, inauguratur E-
1609. piscopus Laodicenus anno 1609. die 14. Octobris. Interest Comitiis Regni generalibus Parisiensibus 1614. & Burdigalensi Cœtui Cleri 1621. decessit anno 1646.

ROCHEFOVCAVD. Burelé d'argent & d'azur de dix pieces à 3 chevrons de gueulle brochants sur le tout. 43. LVDOVICVS DE LA ROCHEFOVCAVD II. Francisci 5. Ducis de Rupefucaldi & Paris Franciæ, Principis de Marcillaco, Equi- B tis Torquati, ac Proregis Pictauiensis prouinciæ, & Gabrielidis du Plessis de Liencourt filius. Abbas sancti Ioannis Angeliacensis, B. Mariæ Cellensis, & de Regali, cœnobij Danuillæ Archimandrita, promouetur ad Episcopatum Lactorensem
1646. an. 1646. mense Maio, sacrum excipit in æde monialium B. Mariæ Santonensis 1649. die 8. Nouemb. Deiparæ Virginis Conceptioni sacrâ, à Iacobo Raoul Episcopo Rupellæ, assistentibus sibi Ludouico de Bassompierre Santonensi, & Francisco de Pericard Engolismensi; Diem C clausit vltimum Vertolij 1654. mense Decembri.

CASET. Trois aigles. 44. LVDOVICVS CASET, III. ex dominis de Vautorte, Ludouici sanctioris Consistorij Consiliarij, in Parlamento Aremoricæ Præsidis, ex Renatâ Freart filius; Francisci domini de Vautorte, Comitis Consistoriani, & extraordinarij Legati ad Dietam Imperij Ratisbonæ frater: ad Episcopatum Lactorensem nominatus regiâ schedâ Ludouici XIV. 9.
1655. Februarij 1655. creatus bullis Alexandri VII. Papæ mense Maio, con- D secratur in æde Iesuitarum Pontisarensium die festo S. Mathiæ 21. Septembris eiusdem anni, à Petro de Marcâ Archiepiscopo Tolosano, Ioanne Vincentio de Tulles Vanrensi, & Francisco Bosquet Monspeliensi Episcopis: Ecclesiæ init possessionem procuratorio nomine, ac Regi insiurandum elientelæ præstitit 14. Iulij.

LASCVRRENSES EPISCOPI.

BEARNENSIVM ciuitas olim, hodie Lascurra, inter Nouempopulanas in vetustis prouinciarum Notitiis sub Metropoli Elusâ, nunc Ausciorum collocatur: in Itinerario Antonini Beneharnum, in Notitiâ Honorij Benarnensium vrbs, vel Benarnus, apud Greg. Turon. l. 9. cap. 7. vnde Bearnæ regioni nomen datum, & Bearnenses Episcopi in veteribus tabulis appellari, Lascarienses vocantur; priore enim nominis etymo subscribunt in actis Conciliorum. Quâ de re scribit doctiss. Marca lib. 1 Hist. Bearn. cap. 11. vbi aduertit, euerso à Normannis oppido circiter an. 845. toparchas Bearnenses, sedem ac prærogatiuas illius apud Morlanum transtulisse. In eâ clade superfuit solùm ædicula, quam Vuillelmus Sancius Dux Gasconiæ aliquot pronentibus dotauit sub an. 980. filius verò Dux Sancius Cathedram Episcopalem postliminio ibidem stabiliuit, quæ sub vulgari nuncupatione Episcopi totius Vasconiæ, cùm quatuor aliis Ecclesiis Pontificalibus regebatur. Restituta est ergo circiter an. 980. in rudenbus veteris Bearnij, & ciuitati recens ædificatæ inditum nomen Lascurris, propterea quod ibi aquarum obliquo cursu meantium riuuli sese effundant: Quò etiam opportunè conuenit situs Lascariensis vrbis, quæ agnoscit Metropolitam Auscorum; & Cathedralis Patronam B. Mariam Virginem. Hoc templum, vt Diui Dionysij fanum propè Lutetiam Regum nostrorum Mausolæum est, sic & Lascariensis basilica Regum Nauarræ extitit, quorum cœnotaphia ante ruinas Ecclesiæ ex marmore albo cùm ferreis cancellis visebantur: sed Regum & Reginarum imagines conculcatæ, ac in frusta disiectæ à delegatis Ioannæ Reginæ Nauarræ. In cryptâ autem quiescunt è gente Lebretâ, Reges Nauarræ Franciscus Phœbus, & Henricus 2. (auus Hen-

LASCAR en Bearn, pres du Gaue.

rici 4. Franciæ & Nauarræ Regis) fuse eumdem Marcam l. 1. Historiæ.
Margarita Valesia Francisci 1. germana, & dicti Henrici 2. sponsa, necnon quædam alia cadauera Principum vtriúsque sexus, è stirpe Nauarricâ ac Bearnensi. In eâ diœcesi Abbatiæ sunt:

S. PETRI DE REGVLA O B.

SILVÆLATÆ O B.
Sauvelade.

Iam verò Præsules subiectâ serie à nobis recensentur ex cartulariis Ecclesiæ Lascurrensis. De iis Catalogum in lucem emisit Antonius Oihenartus in accuratâ Notitiâ Vtriúsque Vasconiæ. Multa etiam de Antistitibus refert scitu dignissima ex fide vetustarum tabularum, præfatus Tolosatum Archiepiscopus Petrus de Marcâ, in Historiâ Benearnensi.

1. S. IVLIANVS I. missus à Leontio Episcopo Treuerensi, Bearnenses populos ad Christianam fidem conculcatâ idololatriâ reuocauit, in legendâ antiquâ & officio Breuiarij: extátque Ecclesia sub illius nomine in suburbiis Lascurrensibus. Consule Hist. Benearn. l. 1. c. 15.

2. S. GALACTORIVS Martyr illustris Bearnensium ab Arrianis cæsus, interfuit Concilio Agathensi E-
506. piscopus de Benarno anno 506. de illo in veteribus monumentis Lascurrensibus memoriæ proditum est, strenuè admodum dimicasse cùm militibus Bearnij contra Vuisigothos Arrianos, à quibus victus iuxta locum Mimisani propè mare Oceanum, & captus, frustráque tentatus vt eiuraret fidem Catholicam, immaniter est trucidatus anno, vt coniicitur, 507. vnde & à successoribus Præsulibus, vniuersóque pago Bearnensi Martyr dictus, & cohonestatus Officio duplici in Breuiariis, altero quidem depositionis & transitus die, alio translationis reliquiarum eius è loco Mimisano, ad oppidum Lascurrense. Corpus eius summâ veneratione colebatur in Cathedrali vsque ad ann. 1569. quo sacra ossa combusta, & direpta est theca per milites Comitis Montisgomerici Nouatorum præcipui ducis: de eo con-

3. SAVINVS chirographum apposuit actis Concilij Matisconensis 2. anno 585. hac formâ: *Ego Sauinus Episcopus Ecclesiæ Benarnensium subscripsi.* 585.

4. IVLIANVS II. sedit tempore Theodorici Francorum Regis, & Ebroini Maioris Palatij circiter annum 680. sub quo Ecclesia desolata 680.
fuit Abderramani Saracenorum Principis furore, deinde etiam Normannorum infestatione; in tantum, vt non modò Cathedrales basilicæ, & ciuitates Lascurris, Oloronensis, Baionensis, & aliæ prouinciæ Vasconicæ solo tenus excisæ, sed & ipsa Lascurris antiqua diruta etiam fuerit, & in opacissimam syluam commutata. Post hunc desunt plurimi Episcopi, patriæ monumentis destituti.

5. ARSIAS RACA, qui in cartario Lascurrensi Assiarraca nuncupatur, collocari debet in serie Præsulum ab anno 980. & quantùm 980.
coniecturâ assequi potest, idem ipse sigillo firmauit fundationem Abbatiæ S. Seueri, conscripsítque cartam Lampurdensem. Potuit autem Gumbaldus etiam qui reperitur Episcopus Vasconiæ in cartâ Regulæ anno 977. antecessisse Arsiuum in sede Lascurrensi.

6. RAIMVNDVS I. Vetulus cognomento, Episcopus Vasatensis & Lascurrensis, quem subrogatum fuisse Arsiuo auctor est Marca, sedit ad annum 1040. Iste sex simul Episcopatuum Administrator vixit, vti 1040.
vetus cartarium Lascurrense declarat his verbis: *Raimundus, Episcopus more antecessorum suorum sex Episcopatus tenuit, Vasatensem, Aduensem, Aquensem, Labordensem, Oloronensem & Lascurrensem. Tempore huius, locus Genetensis qui erat, & est infra terminos Episcopatus Lascurrensis, in parochiâ S. Hilarij de Lassu, cœpit florere miraculis*; Et infra additur: *prædictus verò idem R. Romæ accusatus, depositus fuit, sed quia nobilis erat & potens, ne perturbaret fieri Canonicas electiones, concessit ei Papa Lascurrensem Episcopatum in omni vitâ suâ: datâ sibi licentiâ,*

centia, vt quem vellet de vicinis Episc. copis ad supplenda Episcopalia officia inuitaret. Ante depositionem eius, & post depositionem Lascurrensis Ecclesia tenuit Generense monasterium. In eodem rabulario notatur Raimundum Episcopum conuenisse Guidonem Comitem Pictauiensem, assistente sibi Sancio Præposito Sedis suæ, vt moueret querimoniam de Ecclesiâ S. Stephani de Carresiâ. Eius deposi-
1058. tio potuit incidisse sub annum 1058. aut circa. Cui successit.

7. GREGORIVS Abbas anteà S. Seueri, in monasterio Cluniacensi sub Hugone Abbate, vitæ religiosæ disciplinâ imbutus, satagente Sancio Comite Vasconiæ euocatur, qui reparatum à se monasterium S. Seueri, Archimandritæ titulo administraret: dein assumptus ad Aquensem Præsulatum post transitum Raimundi Veteli, Episcopatu Lascariensi condecoratur. In Hispaniam Christianis suppetias militares deduxit, ac per tres menses pro religione ibidem strenuè inseruiit: senex demum, multis pro Ecclesiâ laboribus exantlatis
1072. animam emisit 1072. quod significat vetus carta S. Seueri: *Anno Dominicæ Incarnationis 1072. feria 4. Abbas S. Seueri, & Lascurrensium Episcopus domnus Gregorius florente canitie excessit à seculo multis dolentibus: cui, si quid malè gessit humanæ conditionis mole grauatus, indulgeat misericorditer Omnipotens omnium Dominus; qui ab ipsis infantiæ rudimentis veniens Cluniacum, ibi longe tempore piè degens, petente Sancione Comite reuersus est, & sic Abbatiæ S. Seueri Abbas effectus est. Quam rexit per 40. ferè annos meliorando cuncta, & quasi ex infirmi materiâ polens, omnia, inter cætera bona quæ huic loco coadunauit. Nam post ignis combustionem, proprium monasterium mirificè fundans, eo, quo nunc est, opus conduxit.*

DE BAS. 8. BERNARDVS DE BAS, I. ex nobili gente de Baso apud Bearnenses, cuius cognominis & gentilis Raimundus nobilis Vasco, memoratur cùm Raimundo Guillermi de Benaco in fundatione monasterij S. Petri Generensis. Hic ex Archidiacono Lascurrensis Ecclesiæ sub Gregorio in sedem Pontificiam collocatur circiter annum 1072. quam inde rexit ad annum Domini 1080. At propter nu- 1080.
ptias Centulli Vicecomitis Bearnensis cùm Comitissâ Bigorrensi Beatrice, Episcopatu cedere cogitur; ait námque cartarium vetus Lascurrense; *Centullus Vicecomes Bearnensis dimittens legitimam vxorem, matrem Gastonis quam habebat, Bernardum Episcopum de possessione suâ eiecit violenter, & Pontium Bigorrensem Episcopum in possessionem monasterij induxit, tali pacto, vt ei concederet illicitas nuptias Bigorrensis Comitissæ, quod B. prohibebat, quem tandiu persecutum, propter assiduam querelam, & interdicta quæ inde faciebat; à toto Episcopatu eiecit, & in exilio mortuus, & apud Forum Iulij est sepultus.* Eodem Pontifice Sancius Gasconiæ Princeps & Dux, Cathedralem Basilicam plurimis territoriis, decimis, vicis ac iurisdictionibus dotauit ex patrimonio procerum Bearnensium, de quibus inuestiit Ecclesiam S. Iuliani Lascurrensis, Episcopali tum vnitam; toparchiarum autem hæc sunt nomina: villa Lascurrensis, vicus de Beneiaco, de Garuâ, de Borderiis, de Meilho, & alij recensiti fusiùs apud Historiam Bearnensem. Subscriptus memoratur in originali Morlanensis cartæ, quâ Centullus Vicecomes Bearnensis, consilio Vuillelmi Ausciorum Metropolitani, huius Bernardi, & Amati Oloronensis Præsulis dotauit Ecclesiam in honore S. Fidis Morlanensis, sub regimine Cluniacensis monasterij. 1080.
Obiit anno 1080.

9. SANCIVS I. anno 1088. affuit Concilio Placentino 1094. Claromontano 1095. & dedicationi Ecclesiæ Oscensis antiquæ circa annum 1096.
1096. teste Suritâ in Indicibus: eodem anno interfuisse reperitur consecrationi monasterij S. Petri Generensis cùm Episcopis Nouempopulaniæ; necnon posteà bello Cæsaraugustano apud eundem Suritam. Canonicos Regulares D. Augustini in Cathedralem suam Lascurrensem instituit, opitulante Gastone Vicecomite Bearnensi, cùm tunc temporis Ecclesia esset sub moderamine monachorum, qui pessimè viuebant. Exemplar autem huius instaurationis è cartario Lascurrensi c. 10. l. 5. Historiæ Bearnensis analectis relatum est, quod nequaquam præterire

fas erit: ANNO *millesimo C. I. ex quo* A
1101. *Dominus noster & Redemptor humani generis de intemerato Virginis vtero nasci dignatus est, præsidente Paschalio Romanæ Ecclesiæ Papâ, regnante Philippo Francorum Rege, & G. Aquitanorum Comite. Sancius Lascurensis Episcopus diuini amoris igne succensus, consilio Archiepiscopi Bordigalensium Amati, Romanæ quoque Sedis Legati, & R. Auxiensium Archiepiscopi, & O. Olorensis Episcopi, consilio quoque G. Vicecomitis Bearnensis patriæ, aliorùmque Principum, considerans Euangelij dictum, non posse duobus seruire dominis, in Ecclesiâ suæ sedis, videlicet B. Mariæ Lascur. Regulares Canonicos in-* B *stituit. Priùs namque irregulariter, & sine aliquâ regulæ distinctione viuebant, neque communiter neque conuenienter Deo seruire videbantur, supra memoratus verò S. Præsul desiderans illos quasi pastor gregem suum ab erroris viâ reuocare, & in rectitudinem semitarum dirigere, & sicut qui redditurus erat rationem in tremendo Dei iudicio, de talento à Deo sibi credito; & vt attentius, & sine aliquâ seculari instantiâ possent interesse Dei seruitio, eos præsenti sæculi rerum omnium proprietati abrenunciare fecit. Et vt nullam sollicitudinem, atque necessitatem victus scilicet & vestitus sub regulari disciplinâ existentes paterentur,* C *hos honores ab hominibus bonis Ecclesiæ B. Mariæ datos, & partim per eundem Episcopum adquisitos illis ostendit & firmauit. Ecclesiam scilicet de Carressâ cùm totâ decimâ, Ecclesiam de Mureg cùm appenditiis suis, Ecclesiam S. Ioannis de Podio cùm decimâ: medietatem Ecclesiæ, S. Petri de Alod, Ecclesiam de Aressâ Ecclesiam S. Seueri de Assat, Ecclesiam de Bordes cùm villâ, Ecclesiam de Auedele, Ecclesiam S. Ioannis de Nere, & cùm his quartam partem oblationis altaris S. Petri de Seuinhac. Et si ipse, vel eius successor adhuc aliquid ab altero participe eiusdem Ecclesiæ, vel* D *extorquere, vel augmentare poterit, similiter eis concessit. Medietatem quoque Ecclesiæ S. Castini, Ecclesiam de Serre. Ecclesiam S. Genumeri de Albij cùm villâ, Ecclesiam S. Andreæ de Beirié, Ecclesiam de Garaledâ, Ecclesiam de Lanelonque, Ecclesiam de Craboffe, per has quippe Ecclesias, & per diuersas partes Episcopatus plusquam triginta rustici dedi numerantur. Prætereà quartam partem panis & vini Archidiaconatus de Bigbilh, & iustitiam Ecclesiarum & decimarum, aliorùmque placitorum, exceptis tribus, Clericorum videlicet, in peccatis permanentium, missarum quoque, & pœnitentiam oblationibus; & si fortè in his duellum vel aliqua diuisio aduenerit, damnum eis concessit, & tantundem in Siluest. Archidiaconatu. In ripâ verò Lunij, quartam partem panis & vini, totam cùm placitis, Quicùmque vero viuus, vel mortuus terrarum, vel nobilium aliquid B. Mariæ pro redemptione animæ suæ, vel parentum suorum contulerit, sine parte operis totum eis concessit. Si quis igitur vel eius successor, vel alter quilibet, his regulariter viuentibus, hoc violare vel minuere voluerit, sub anathemate sit. Et qui voluerit hoc sustentare, & augmentare, inter cœlestium choros ciuium deputetur, vbi per manus Angelorum deportetur, & mereatur gaudere & lætari cùm Sanctis omnibus in æternâ requie, vbi manet Deus cùm Patre & Spiritu Sancto per infinita sæcula sæculorum Amen. Post multa verò tempora supradictus S. venerabilis Episcopus videns multiplicari conuentum Canonicorum, concessit eis donum imperpetuum obseruandum, vt in vno quoque anno, in festiuitate S. Mariæ Septembris, darentur eis quadraginta modij de tritico. Postmodum A. Episcopus successor illius in eadem festiuitate decem modios insuper omni anno dari constituit. Dedit etiam eis Ecclesiam de Sanctâ Confessâ ex integro; pro quâ vnum rusticum apud Ilhe donauit Gm. Abbati de S. Iuliano reclamanti, se in eâ iure hæreditario dicenti ius habere.* Hæc autem Regularisatio incidit in annum Do- 1101.
mini 1101. quo anno, die sacrâ Paschatis, Princeps Bearnensis Gasto dictæ Cathedrali plura bona & priuilegia impertitur, cuius cartæ in citato tabulario Lascurrensi hoc initium est: ANNO *Millesimo C. primo Epactâ* XIX. *concurrente vno, Ind.* IX. *domno ac reuerendissimo Sancio existente Præsule, regnãte venerabili Gastone Bearnensium Vicecomite, atq; admonente, tunc nouiter reuerso à Ierosolymitanâ expeditione cùm magno honore, eiúsque Vxore Taleiâ fauente, modisque omnibus adiuuante. Canonicus Ordo iam penitùs in Lascurrensi Ecclesiâ destitutus, auxilio & consilio prædictorum, & aliorum bonorum virorum inibi assistentium, diuinâ annuente clementiâ, secundùm regulam*

& ordinem B. Augustini prædicta in Ecclesia restitutus est. Cui restitutioni, sine restaurationi præfatus Gasto cùm prædicta vxore ad honorem & vtilitatem eiusdem Ecclesiæ, eleemosynariam domum, quam pro suorum remissione peccatorum atque prædecessorum suorum, ad sustentationem peregrinorum, aliorùmque indigentium ædificauerant, consilio & admonitione præfati Præsulis, Canonicis inibi regulariter degentibus in perpetuum custodiendam tradiderunt, ad opus & refectionem omnium tam peregrinorum, quàm aliorum miserorum, cùm omnibus à se datis, & aliunde adquisitis, & cùm decimâ parte omnium bonorum quæ in B *suis congregabantur cellariis, siue congreganda erant post eos à successoribus suis in perpetuum, cùm alodio etiam, id est terra quam præscriptus Vicecomes & eius vxor adquisierant à Raimundo Vilelmi de Ardaos &c.* Astante eodem Præsule Sancio, Vicecomitissâ Talesâ; necnon Baronibus terræ Bearnensis, controuersia agitatur Canonicos inter Lascurrenses & Ezarnaldum, pro decimis & oblationibus Ecclesiæ S. Petri de Seuinhaco, quondam datæ Cathedrali S. Mariæ, C vt produnt instrumenta Lascurrensia.

LOTH. Porte deux ecus. 10. GVIDO DE LOTH, siue DE LOS, origine Bearnensis, parente Arnaldo Guillelmo de Lotho, aliàs de Lodo, vel de Los, toparchâ huius loci, & Sanciâ Vacchâ matre genitus; inter Canonicos Lascurrenses, viuente Sancio admissus fuit annitente patre, qui legauit ei dimidium Ecclesiæ de Cemudâ, decimam de Lauardone, aliáue dominia, tunc temporis vocitabatur Calberus, postquàm verò suffragiis Capituli ordinatus est Præsul post Sancium, D Guidonis nuncupationem tulit, & patris donationes in fauorem Cathedralis Ecclesiæ à Canonicis obtinendas, post excessum suum Episcopali priuilegio sanciuit, ac quædam pro animâ fratris Caiardi de Lodo itidem fundauit. Præsul hic Ecclesiasticorum redituum Cathedralis sedulus inuestigator, nonnulla iniustè per nobiles occupata, suo studio recuperauit; inter cætera Ecclesiæ suæ acquisiuit dimidium S. Petri de 1115. Tesâ. Cæterùm iam ab anno 1115. Episcopus inuenitur in tabulis: biennio post componit controuersiam Bernardi Garciæ de Bisanos. Præterea querelam mouit Bernardo de Corberis, qui iniustè occupabat casale de Luco, ex iure basilicæ Lascurtensis. Varias item contentiones mouit Episcopis Bigorrensibus, in litigio possessionis diœcesanæ monasterij S. Petri Generensis, quod intra limites Episcopatus Lascariensis situm erat, & tamen Tarbiensi sedi auctoritate Centulli Vicecomitis attributum fuerat, de quibus prolixa instrumenta in cartario Lascurrensi, & ex his summam totius controuersiæ legere est lib. 5. Histor. Bearnensis, quæ plura de Guidonis vitâ commemorauit. Idem subscripsit Encyclicæ Petri Episcopi Cæsaraugustani 1118. cùm Petro Antistite 1118. Toletano apud Hieronymum Blancam in Historiâ Arragoniæ: memoratúrque anno 1128. in cartâ fundationis domus Albertini per Gastonem & Talesam Bearnij Vicecomitissam; cùm quo Guidone facta est concordia cùm Fratribus de Cristinâ in eodem cartario Lascurrensi: & in alterâ schedâ, vnâ cùm Præposito, Archidiacono & Clericis Ecclesiæ suæ, Guillelmus Pompelonensis Præsul alteram pacem in communi Capitulo cùm Clericis de S. Christinâ comprobauit. Nec solùm in gerendo Pontificatu spectatâ virtute & relligionis studio emicuit, sed & Cathedralis suæ ornamento operam impendit, cuius chorum strauit opere musiuo, cui insculpta cernuntur insignia domus. Quinetiam vir bellicosus, galeâ indutâ aduersùs Mauros infideles, in Hispaniam copias duxit; enimuerò apud Suritam, & Blancam reperitur subscriptus inter cæteros Vasconum exercitus duces, quibus præerat Gasto Bearnensis Princeps in obsidione Cæsaraugustanâ; qui quidem Blanca refert Guidonem etiam chirographo firmasse exemplar relaxationis pœnitentiæ, quam Petrus Antistes Cæsaraugustæ, ex auctoritate Gelasij Papæ, Bernardo Archiepiscopo Toletano, Legato Romanæ Sedis, & omnium Episcoporum Hispaniæ indulgent iis, qui solidos erogabunt pro struendâ ac reparandâ antiquâ Ecclesiâ Nostræ Dominæ de Pileis; subscripsit hac formâ: *ego Guido Lascurrensis Episcopus hanc absolutionem*

facio & confirmo. Decessit longiori A proculdubio vitâ dignus Episcopus, & rerum gestarum claritudine spe-
1141. ctatissimus, mense Maio an. 1141. vti prodit vetus lapis tumulo superpositus. At cineres pij Antistitis quos effodit, & concremauit Caluinistarum ac militum Comitis de Montgomery furor, in auras proiecti sunt; superfuit solùm ex his exuuiis annulus Episcopalis; quin etiam lapidem sepulchralem à monumento eruerunt, & in plateâ publicâ ante Cathedralem Ecclesiam prætereuntium pedibus conculcandum transtulêre, quoad studio Ioannis de Salete Episcopi, B tumbam intra absidem muri Capellæ S. Galactorij honorificentiùs collocari curauit; epigraphe autem vetus, cuius nomina quædam excidêre temporum iniuriâ sic habet:... *Maij obiit dompnus* GVIDO *Venerabilis memor... ...currensis Episcopus, anno millesimo quadragesimo pr.... pacta XI. concurrentes duo erâ millesimâ* CLXX... *ab Incarnatione Domini indictio.* In sacello D. Galactorij hæc etiam inscriptio Latina legitur: *Posteritati. Religiosissimi* GVIDONIS *Episcopi Lascarensis locum hic frustra quæres;* C *hominum, non vetustatis iniuriâ factum, vt sit ignorabilis. Nam cippum hunc lapidem, quinquaginta abhinc annis, contra ius fasque transtulerant ad vlms muniendum aggerem præ foribus huius basilicæ maioris, qui dolebant illum vnquam egisse vitam. Tamen Reuer. & & Illustr. Ioannes de Salette in sede Lascarensi successor, hunc locum illi studiosè dedit, & Guidonis nomen intermortuum famæ restituit, vt saxum quod anteà mortuum, nunc quasi vitæ restitutum testaretur. Anno Christi* MDCXX. *quo gloriosissimus Ludouicus* XIII. *Rex Christianissimus & Dominus Benarni* D *Palum aduenit, blandaque auctoritatis iustitiâ religionem & bona Ecclesiastica restaurauit, sicque Epocha Ludouici, nouaque æræ libertatis Ecclesiasticæ condendæ, occasionem præbuit.* Hactenus Marca in dissertatione de vitâ huius Antistitis.

11. RAIMVNDVS, II. cuius mentio extat in cartâ domus de Gabas, de concessione pascuagij armento-
» rum in montibus Pyrenæis: in præ-
» sentiâ Petri Vicecomitis Bearnij, &
» manu huius Raimundi Lascurrensis
» Episcopi, atque Arnaldi Olorensis
» in plenariâ curiâ apud Morlas, men-
» se Iulio in festo S. Mariæ Magdale-
» næ anno 1147. eiusdem Episcopi con- 1147.
silio & Guiscardæ Vicecomitissæ, datur priuilegium construendi Capellam in Hospitali de Morlano 1154. ex schedâ Morlanensi. Cùm autem Odo de Cadelione abstulisset B. Mariæ Ecclesiam, quidquidue possidebat in villâ de Serres, idem Præsul cùm Capitulo quærimoniam fecit Archiepiscopo Auscienti, quia inquit scheda cartarij Lascurrensis, non habebant Vicecomitem nisi puerum paruulum Gastonem. Inter primos recensetur cùm anno 1154. extinctâ 1154.
Vicecomitissâ Bearnensi Guascardâ, mense Aprili in conuentu publico Procerum terræ, Episcoporum, & Nobilium apud Campumfrancum, elegêre sibi in dominum & Rectorem Bearnensem Raimundum Comitem Barcinonensem, Arragoniæ Principem, ex cartophilacio Barcinonensi.

12. GVILLELMVS IV an. 1170. ex tabulis Bearnensibus.

13. SANCIVS ANERIVS II. ANER.
1179. nominatur anno 1200. & 1205. in pactis Gastonis Vicecomitis Bearnij, cùm Raimundo Garsiâ de Nauailles, in conuentione castri de Nauailles. Arbiter delectus fuit controuersiæ Arnaldi Guillelmi Vicecomitis Lupanerij, cùm Bernardo Abbate Regulæ. 1179.

14. ARSIVVS, siue ARSIVS, Episcopus Lascurrensis & Abbas D. Seueri, obiit 3. Non. Aug. 1213 vt docent membranæ huius monasterij.

15. RAIMONDVS DE BENAC III. BENAC.
ex stirpe illustri dominorum de Benaco, testis legitur anno 1214. in 1214.
donatione Gastonis Vicecomitis Bearnensis monasterio B. Mariæ Siluælatæ, de tribus casalibus, instrumento dato apud Monein 3. Nonas Februarij eiusdem anni in præfato tabulario Siluælatæ. Viuebat & 1220. ex libro antiquarum Consuetudinum Bearnij.

16. BERTRANDVS DE LA MOTTE MOTTE. præfuit ab anno 1147. & inde vsque

An. Ch.

ad 1256. ex dicto libro consuetudinum, ac censuali Capituli.

Morlane 1286. 17. Arnaldus de Morlane I. anno 1286.

18. Sanctius, III. anno 1288. fortè is est Episcopus qui in Concilio prouinciali Auxitano Nugarolij interfuit anno 1290. ex cuius actis in archiuo Auxitano constat, proclamationem factam fuisse super spoliatione Episcopi Lascurrensis, *moneatur*, inquiunt, *nobilis vir Comes Fuxi & vxor eius, vt infra quindecim dies post monitionem istam, restituant dicto Episcopo Lascurrensi, ciuitatem Lascurrensem, castra, loca, alioquin excommunicationis sententiâ sine ligati.*

Ogenius 1293. 19. Raimondus Ogenius III. monachus an. 1293. & 1296.

Arbusio. 20. Arnaldus de Arbusio II. anno 1297. interfuit Synodo. Auxitanæ 1303. & 1316. Nugaroliensi: cui scribit Ioannes Papa 22. 1317. ex registris Vaticani.

Saltanus 21. Guillelmus-Arnaldus Saltanus an. 1321. nominatur in codice Censuali.

Andoins 22. Raimundus d'Andoins IV. ex nobili genere Baronum Andoiosiorum in Bearnio, Episcopus anno 1330. interest per procuratorem Concilio prouinciali Auxitanensis Metropolis apud Marciacum 11. No-
1330. uemb. 1330. & 1345. legitur fundator sui obituarij.

Andoins. 23. Arnaldus-Guillelmus d'Andoins, Guillelmi Odonis domini Andoinsij, præfuit natus anno 1352. ex codice Censuali, & 1354. in instrumento vrbis Lascurrensis: item 1356. & 1361. dotatio fit ipsius obitus super decimâ de castro Pugone.

24. Bernardus II. in viuis
1362. erat anno 1362. ex actis Lascurrensibus.

25. Odo anno 1368. nominatur in titulo cuiusdam præbendæ nuncupatæ de Requiem in Ecclesiâ S. Aniani, loci de Momas, institutæ die 27. mensis Martij 1375. de quo tabulæ mentionem faciunt, obsignatæ annis 1378. 1396. 1400. & 1401. in 1400.
instrumentis quibusdam ciuitatis Lascariensis vbi Odo dicitur Præfectus Bearnij, primus Baro, & Iudex in Curiâ quæ Maior dicitur.

26. Ioannes I. eodem rexit Ecclesiam anno 1402.

27. Petrus de Foix I. postea Cardinalis ab anno 1405. ad Foix.
1422. Episcopus fuit, eodémque anno per Martinum Pontificem Max. 1405.
reuocatur.

28. Arnaldus Salinus III. sedit anno 1427. Salinus.

29. Arnaldus d'Abadie, IV. annis 1428. & 1432.

30. Petrus de Foix II. Cardinalis, Præsul Albanensis & Administrator perpetuus Ecclesiæ Lascurrensis 1433. ex quodam documento publico communitatis vrbis, & 1436. Foix. 1433.

31. Ioannes de Levis II. ex prosapiâ illustri de Leuis an. 1473. 22. Ianuarij enuntiatur in tabulis Ecclesiæ. Levis. 1473.

32. Robertus Despinay vixit annis 1480. & 1491. postea Nanetensis Episcopus, ac Prior S. Martini Parisiensis. Espinay.

33. Bonifacius Petrucci, cuius mandato Missale Lascurrensis Ecclesiæ typis impressum fuit Pompelonæ 1496. Petrucci.

34. Amaneuus d'Albret Cardinalis, Administrator huius Ecclesiæ 1513. 14. Maij. Albret.

35. Ioannes de la Salle III. sedebat anno 1519. vt patet ex edicto erectionis Consilij Bearnij factæ per Alanum de Lebreto tutorem Henrici 2. Regis Nauarræ. La Salle.

36. Paulus de Bearn Episcopalia obiuit munera annis 1527. & 1530. Bearn. 1527.

37. Iacobus de Foix Præ- Foix.

fectus Bearnensis, Cancellarius Fuxi, & Bearnij, Henrico Rege Nauarræ. Constiruriones Synodales correxit & auxit 1551.

Capdeville. 38. IOANNES DE CAPDEVILLE, IV. anno 1554. die 17. Iannarij.

Armagnac. 39. GEORGIVS D'ARMAGNAC Cardinalis, Administrator perpetuus
1555. Lascurrensis 1555. inde translatus ad Archiepiscopatum Tolosanum vbi de ipso fusiùs.

Albret. 40. LVDOVICVS D'ALBRET ab an 1556. ad 1569. institutus ab Antonio Rege Nauarræ, & Ioannâ de Albreto Præfectus Vicarius Bearnij anno 1561,

41. IOANNES IAGOT V.

Dabadie. 42. IOANNES-PETRVS D'ABADIE Episcopatum administrauit
1600. ab anno 1600. ad 1609. diligens rerum memorabilium patriæ suæ obseruator dicitur à Papirio Massono, in descriptione fluminum Galliæ.

Salette. 43. IOANNES DE SALETTE VI. Bearnensis, Canonicus Ebroicensis, interfuit celebri collationi habitæ in Regio Prætorio Fontisbellaquæ, inter Cardinalem de Perronio & Plessium Mornæum, quòd acta collationis sæpè restantur, in quibus ipse Cardinalis eruditissimus ingenuè fatetur, se frequenter operâ huius Episcopi magnoperè subleuatum in perquirendis, expendendis, & asserendis Patrum antiquorum auctoritatibns & sententiis, quibus ad suos errores stabiliendos perperam vtebatur Plessius. Post à Rege Henrico IV. ad Episcopatum Lascurrensem euectus post obitum Ioannis
1609. Petri d'Abadie anno 1609. & vnà cùm Arnaldo de Maytie Oloronensi Præsule laborauit assiduè in bonis Ecclesiæ recnperandis, & rebus omnibus quæ ad diuinum cultum spectare videbantur, pristinæ dignitati restituendis; maximè verò desudanit in eo diplomate semel imperrando, quo Rex Ludouicus XIII. liberam fecit potestatem omnibus qnorum interesset, liberè percipiendi redditus annuos Ecclesiæ, qui Ioannæ de Albreto Reginæ eius auiæ iussu, fisco fuerant addicti iampridem. Quod edictum denique post varios labores, conflictus, & certamina fortiter suscepta, non semel aduersùs publicos factionis Hugonotorum procuratores & cognitores, fœliciter impettauit in arce Regiâ Fontisbellaquæ, anno salutis 1617. Gallis & Bearnio 1617.
imperanre Ludouico XIII. cui Principis Edicto Regiæ Maiestatis auctoritate, pietate, & æquitate concesso, quamnis euestigio parendum fuisset, sanctiori tamen, & arcano Regis Consilio tutiùs visum est, & consultiùs, Edictum à supremâ Senatus Curiâ & ratum esse iuberi, & in acta referri more solemni. Verùm quia Consilij Palensis consessus decreto Regis Pali pridem instirutus, à quo Edicta Principis in commentariis inscribi, vimque legis, & auctoritatem sumere solent, totus constabat ex hominibus hæreticæ prauitatis tabe corruptis, Regi placuit cognitione, hac de re iuduciandâ Consilium Palense priuare, reíque totius notitiam & potestatem supremis Tolosatum, & Burdegalensium Curiis demandare; cuius negotij ad exitum perducendi prouincia vtriúsque sedis Episcopis data fuit; Ioanni videlicet Lascariensi, & Arnaldo Oloronensi, quorum vterque spe non dubiâ fretus, fore vt propediem suas diœceses videret splendori pristino (non sine maximâ piorum omnium voluptare, restitutas, templa luculenter instaurata, sacerdotes, & dominici gregis custodes suis Ecclesiis adunatos, bona, & dignitates, pastorib. reddita, rē confidenter aggrediuntur. Itaque patriis laribus valere iussis, Ioannes Burdegalam, Arnaldus Tolosam, quàm maximâ potuêre celeritate contendunt. Regis Edicto pro votis ab vtráque Curiâ maximo Senatorum omnium assensu ritè comprobato, Palum Ioannes, nullâ interpositâ morâ properauit. Sed tum Domini de la Force prouinciæ Proregis auctoritate, cum factionis Caluinisticæ subitâ defectione, regius causæ Cognitor extra ordinem delegatus, infectâ re discedere coactus, abscessit. At verò Ioannes infractus animo Regem iterum adire festinat Burdegalam, vbi tum fortè, fusis & fugatis ad Vliarenses arenas Sobisij reguli copiis, agebat, post

insignem victoriam ad pontem Cæsaris reportatam. Hîc Ioannes tantâ verborum copiâ, tantâ sententiarum grauitate perorauit, tot rationibus ex intimo pietatis & religionis sacrario depromptis egit apud Regem Christianissimum, vt Regia pietas tot validioribus, & sanctioribus machinis expugnata cesserit oranti: vnde Rex protinùs armatâ manu, magnis itineribus contendit in Bearniensem prouinciam, vbi potestate regiâ, pietatem & religionem quæ iam annos septuaginta totos, Ioannæ Nauarræ Reginæ iussione miserabiliter exulauerat, aut saltem conticuerat, in auitas sedes postliminio reuocauit. Vtilissimam idem Saletanus Catechesim, rebus pacatis edidit, inscriptam Cardinali Perronio, in quâ Præsulis elucet pietas & eruditio, quam Ioannes Henricus in Episcopali sede successor ad librum Ritualem Ausciis ad vsum suæ diœcesis typis excusum adiunxit. Illi etiam Ioannes de Bordenaue Canonicus & Officialis Lascurrensis dicat librum de Curiis Ecclesiasticis.

SALETTE. Escartelé au 1. & 4 d'azur au lion d'or Au 2 & 3. d'or a l'arbre de sinople.

44. IOANNES-HENRICVS DE SALETTE Ioannis ex fratre nepos, inauguratus in Ecclesiâ Cathedrali Lascurrensi, tantæ dignitatis prærogatiuam & insignia suscepit anno Christi 1630. pridie Nonas Octobris. In ipso sui Pontificatus

1630. aditu satis indicauit, quantus esset eius in erroribus Nouatorum expugnandis ardor, & quàm vehemens salutis illorum procurandæ cupiditas; quippe qui mox vt Episcopalem lituum assumpsit, frequenter vt sese dabat occasio dimicandi contra eosdem Orthodoxæ religionis hostes, & Hugonotorum sectæ Ministros, in lucem edidit varios de Religione li-
» bros, cuiusmodi fuêre, Responsio
» duobus Caluinistis: Demonstratio
» contra septem articulos Caluinisti-
» cæ Confessionis; cuius tanta extitit argumentorum vis, vt quidam vir nobilis Lascurrēsis diœcesis in Ecclesiæ Catholicæ gremium ab ipso Præsule suo receptus, in fide susceptâ constanter ad extremum vitæ spiritū
» perstiterit Edidit prætereà Confuta-
» tionem responsionis ad priorem illam
» demonstrationem; Examen etiam propugnationum, quæ fuerunt à «
Sectariis in vulgus emissæ contra «
responsionem ipsius: Familiarem «
dissertationem inter Catholicum & «
Caluinistam: de mirabili in Eucha- «
ristiæ sacramento transubstantiatio- «
ne, idque in gratiam Ministri Calui- «
nistæ Martini, in oppido de Castetiis, qui paulòpost errorem ad aras Præsulis sui pronus constanter eiurauit. Postremò libellum Vnifor- «
mitatis Ecclesiæ Romanæ hodiernæ «
cùm primâ exoriente Apostolicâ, «
in quo frequentes Patrum antiquorum & Conciliorum sententiæ summâ fide, passim in medium afferuntur, eo euentu, vt plures per totam diœcesim ex impiâ hæreticæ noctis caligine Antistes hic ad lucem veritatis adduxerit. Cæterùm Orator à Comitiis Bearniæ destinatur ad Regem Christianissimum 1634. pro tuendis Bearnicæ prouinciæ antiquis consuetudinibus, quâ de re orationem habuit: Anno Christi 1643. in solemnibus Trium Ordinum prouinciæ Comitiis, quibus ipse præest, vt primus Bearniæ Baro, delectus fuit, ad salutandum Ludouicum XIV. & regiam dignitatem votis communibus, ac faustis acclamationibus prosequendam, necnon & Annæ Reginæ matri pro more gratulandum. 1643.

LAVDVNENSES EPISCOPI, DVCES ET FRANCIÆ PARES.

GALLIÆ Belgicæ vrbs clara Laudunum, seu rectiùs Lugdunū Clauatum in actis Conciliorum, in Campaniæ & Picardiæ confinio monti imposita, sub Prouinciâ Belgicâ secundâ & Archiepiscopatu Remensi, ac in Parlamento Parisiensi, Episcopatu nobili gaudet, qui titulo Ducis & Franciæ Paris decoratus, in consecratione Regis sacram Ampullam gerit; memoratur Episcopos c. 14. & 16. de Sententiâ, «
& re iudicatâ, vt Canonici cap. 17. «

LAON Duché & Pairie de Frãce en Picardie. l'Euesque porte d'azur semé de fleurs de lis d'or à vne crosse de mesme posée en pal.

» de Præbendis, & Decanus cap. 33. A
» de Rescriptis. Mathæus Paris in Historiâ Anglicanâ auctor est illum Comitatus titulo potiri, propter hæreditatem D. Remigij qui hunc Episcopatum fundauit, ait námque
» sub annum 1257. Archiepiscopus Re-
» mensis qui Regem Francorum cœ-
» lesti consecrat chrismate (quapropter
» Rex Francorum, Regum censetur
» dignissimus) est omnium Franciæ
» Parium primus & excellentissimus.
» Episcopus Nouiomensis qui est Co-
» mes Palatinus, Episcopus Beluacen-
» sis qui est Comes Palatinus; Episco-
» pus Catalaunensis. Episcopus Lin- B
» gonensis qui si pauper sit, dignus
» tamen habetur. Episcopus Laudu-
» nensis qui Dux est & Comes, ratio-
» ne Sancti Remigij; ad quem deuo-
» luta fuit illa præclara hæreditas. Ecclesia Cathedralis sanctæ Virgini Deiparæ dicata Canonicos habet 84. ex quibus quatuor Dignitates præter Episcopum. Visuntur ibi Abbatiæ S. Martini, S. Vincentij, & S. Ioannis Laudunensis: eminent quoque inter loca pia & religiosa ædes sacra S. Mariæ de Lætitiâ circiter an. 1134 ædificata, & D. Marculfi basilica. In quâ diœcesi numerantur parochiæ circiter 300. & Abbatiæ: C

S. IOANNIS LAVDVNI O B.
S. Jean de Laon.

S. VINCENTII O B.
S. Vincent de Laon.

S. MARTINI O P.
S. Martin de Laon.

SALVATORII O C.
Saulnoir sous Laon.

S. MICHAELIS DE TERASSIA O B. D
S. Michel en Tierache.

S. MARIÆ DE NOVIGENTO O B.
Nogent sous Coucy.

S. NICOLAI DE RIBODIMONTE
S. Nicolas sous Ribemont O B.

FIRMITAS fœm. O B.
la Ferté sur Oise.

ORIGNIACVM fœm. O B.
Origny aux Nonains.

FVGNIACI *Foigny* O C.

BOHERIÆ *Boheries* O C.

VALLISCLARÆ *Vauclair* O C.

PRÆMONSTRATVM
Premonstré Chef d'Ordre.

BVCILII *Bucilly* O P.

CVSIACENSIS *Cuissy* O P.

CLARIFONTIS *Clairefontaine* O P.

THENOLIÆ *Thenailles* O P.

Episcopi huius sedis hoc ordine sequuntur, deprompti ex tabulariis Ecclesiæ, monumentísque publicis & scriptoribus, auctiore ac emendatiore catalogo concinnati.

1. S. GENOBAVDVS, siue GENEBALDVS, primus Laudunensium Episcopus circa an. Christi 515. à B. 515.
Remigio Remensi creatur, constitutus in castro Clauato ex suâ parochiâ, Africanorum Canonum, & Apostolicâ fultus auctoritate, vti docet Hincmarus epist. 6. cap. 18. Illius Præsulis genus ac mores fusè Flodoardus prosequitur cap. 14. l. 1. Historiæ Ecclesiæ Remensis: *Non modicam, ait, earumdem partem rerum, Ecclesiæ S. Mariæ Lauduni Clauati, Remensis parochiæ castri, vbi nutritus fuerat, tradidit: ibique Genebaudum carne nobilem virum, tamque sacris, quàm sæcularibus litteris eruditum, qui relictâ coniuge S. Remigij (seu traditur) nepte, religiosam subierat vitam, ordinauit Episcopum, Comitatúsque Laudunensis eidem castro subiecit parochiam.* Et infra, post narratam illius pœnitentiam hæc subdit: *Genebaudus in sanctitate posteà cunctos vitæ suæ dies, Dei fretus gratiâ peragens, palam quæ sibi Dominus fecerat, prædicabat:* de eo mentio fit in vitâ S. Remigij Remensis; interfuit autem Concilio Aurelianensi 5. per Medulfum Archidiaconum suum anno 549. vbi 549.
inscribitur Episcopus Lugdunensis Ecclesiæ Clauati.

2. S. LATRO filius Genebaudi, de quo Flodoardus citato capite: *obiit Genebaudus in pace, Sanctis Dei connumeratus, tamdiu Episcopatu per-*

sanctus, vt ei successerit Latro filius eius, Episcopus & ipse posteà sanctus. A

3. GONDVLFVS.

4. ELINANDVS, seu EBRELINDVS, aut Ebrenngus.

5. ROBERTVS I.

6. CHAINOALDVS seu CHA-
613. GNOALDVS vixit anno 613. qui prosapiâ nobilis & frater B. Faronis Meldensis, patrem habuit Hagnericum, seu Chagnericum Comitem Meldensem, matrem Leodeguadam B
Concilio Remensi affuit sub Sonnatio Præsule anno 630. de eo mentio est in vitâ Eustasij Abbatis Luxouij, & cap. 6. S. Faronis legitur: *horum proles insignis Chagnoaldus ibi aderat, qui Minister viri Dei Columbani in officio Clericatus, puer à patre Deo deuotus quondam fuerat: iste enim Chainoaldus germanus B. Faronis, Præsul Lugduno Clauato floruit.* De eo Flodoardus l. 2. c. 5. & epistola Pauli ad Desiderium Cadurcensem Episcopum, his verbis: *De regis conditione innotescimus, nuper per Viredanum Remos pergit, ibique Natiuitatem Domini expe-* C
ctat: inde autem Lauduno accedit; cognoscatis Chainoaldum Episcopum illuatum etiam fatis munus implesse: Obiit
638. nempe anno 638. vel 639.

7. ATTOLA, Flodoardo dictus Attila l. 2. c. 6. *post hunc beatum virum Leudegisilus* (Remensis) *Attila Episcopi frater tempore Dagoberti Regis Episcopium rexit*; cap 7. loquens de Niuardo Remensi Pontifice, *quasdam*, inquit, *res commutasse reperitur cùm Attilâ Laudunensi Præsule, pro vtriusque partis opportunitate.* Lege Hincmarum Remensem opusculo 55. Capitulorum contra Hincmarum nepo- D
tem num. 1. & in Chronico Cameracensi lib. 1. cap. 19.

8. VVLFADVS, seu VINFRIDVS.

9. PEREGRINVS.

10. GERARDVS.

11. SERVLFVS, cuius Archidiaconus B Balduinus sanctæ Austrudis frater.

12. MALDAGARIVS sub Pipino Principe vixit, ex monumentis cœnobij S. Ioannis.

13. SIGOALDVS.

14. BERTIFRIDVS.

15. MADELANVS, vel MAGDELAMNVS.

16. GENEBAVDVS II. nominatur in epistolâ Zachariæ Papæ
missâ ad Episcopos Galliæ an. 744. 744.

17. BERNICO.

18. GAVFRIDVS I. quem Sigebertus vocat Gilfredum in Chro-
nico sub an. 774. ac refert Deside- 774.
rium Regem Longobardorum cùm vxore ac filiâ captum, perpetuo exilio in Gallias ab eodem Episcopo Gilfredo directum fuisse.

19. VVANILO I.

20. VVANILO II.

21. CILO, vel CYOLO.

22. RAIMFRIDVS.

23. SIGEBAVDVS.

24. AVSTROALDVS, vel OSTROALDVS, apud Flodoardum
notatur lib. 2. c. 18. interfuit Conci- 814.
lio Nouiomensi anno 814.

25. SIMEON; mentio huius in cartulario Ferrariensi: vixisse opor-
tet vsque ad annum 845. quo crea- 845.
tus Hincmarus Archiepiscopus, cùm sibi obsequentissimum fuisse dicat opusculo 55. ad Hincmarum Laudunensem, quem sic alloquitur: *Nec tui decessores, ac prædecessores subdedignati sunt Remorum Episcopis, & de rebus Ecclesiæ Remorum Metropolis, de quibus ditatum est Episcopium Laudunense, quando in ipsam venerunt parochiam, humiliter ac benignè Remensi Ecclesiæ famulari; ex quo B. Remigius S. Genebaudum in Laudunensi castello Episcopum non solùm constituit, sed etiam, vt ostendit antiqua traditio, & monimentum reclusionis, quâ eum propter excessum notissimum secundùm regulas reclusit, post dignam satisfactionem restituit, sicut & mihi decessores tui Simeon,*

& Pardulus, cui successisti, exhibuerunt A *vsque ad tuam prælationem, quem Remensis Ecclesia ab ipsis (vt ita dicam) cunabulis dulci benignitate nutriuit, & pannis infantiæ eluit, atque exuit, & ad virum perduxit, atque ad Episcopatum prouexit.*

26. PARDVLVS ex Vicedomino Laudunensi, suffectus est in locum Simeonis ab Hincmaro, antea Remensis Archidiaconus: interfuit compluribus Synodis Gallicanis, Cari-
848. siacensi anno 848. Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. Statuitur autem iudex in causa Hincmari & Clericorum Remensium; præsens Synodo B Vermeriensi an. 853 notatur & Missus Dominicus in Capitularibus Caroli Calui Regis Lugdunensium Episcopus, hoc est Laudunensis, titul. 9. 10. & 12. cui scribit Lupus Abbas Ferrariensis ep. 12. 77. 89. vide Hincmarum & Flodoardum.

27. HINCMARVS, nepos magni Hincmari Remensis, oriundus ex Bolonia patre nobili: qui à puero in Ecclesia Remensi educatus, fauore auunculi ad hunc Episcopatum euehitur, vti variis locis docet Hincmarus, posteà ipsi summoperè infensus, à quo beneficium consecrationis ac- C cepit, quòd significat cap. 42. opusculi 55. *aufer à me*, inquit, *& à te opprobrium, quod mihi à multis reputatur: quia talem sicut & contra diuina ordinationis dispositionem, & contra Regem & erga me, & erga Ecclesiam tibi commissam, & erga plurimos alios effectus es, Episcopum ordinauerim: reputatur etiam mihi quòd te nepotem meum gratia propinquitatis Episcopum ordinauerim, quasi non & alij per me sint ordinati Episcopi, qui non sunt mihi carne propinqui:* Interfuisse memoratur Concilio cuidam
858. Metensi anno 858. apud Saponarias 859. Tusiacensi 860. Suessionensi 3. D 866. & Tricassino anno 867. Interim accusatus fuit in Synodo Vermeriensi anno 869. Hincmaro, necnon Carolo Caluo Rege instigante, proptereà quòd ei obiicerentur excommunicationes immoderatæ, sacramenta Regi non obseruata, beneficia per vim ablata; vnde in iudicium vocatus cùm de exitu diffideret, ad Romanam Sedem confestim appellauit; sed delatum non est eius appellationi, vt Hadrianum 2. Pontificem conueniret, qui epistolam scribit Carolo Caluo commendans ei illustrem Hincmarum Lugdunensem Episcopum: at verò Remensis cùm rescriptum obtinuisset aduersùs Laudunensem, apologeticâ epistolâ ideò damnatum denuntiauit, quòd non esset obediens Metropolitano, ac propter priuatas iniurias Laudunenses excommunicasset. Cùm ipse iterum Hincmarus iunior in Synodo Attiniacensi an. 870 in iudicium fuisset adductus, 870.
ante definitionem fugâ se subduxit: tum deinde conquestus est libello professionis, necessariò sibi per vim fugâ surripiendum esse; quin etiam retentum, ne Romam, vbi appellauerat, progrederetur; vti variis locis narrant Hincmarus, & Flodoardus. Demum in Synodo Duziacensi, iteratò accusatus, & coram Synodi Patribus, agente Hincmaro, acerbè admodum habitus, ab Episcopali gradu sententiâ Hincmari depositur anno 871. mense Augusto; tum crude- 871.
liter in carcerem per biennium detentus est, ac denique visu priuatus, vt prolixè narrat Hincmarus Laudunensis libello proclamationis, quem Pontifici Ioanni posteà obtulit. Eum autem verbis istis compellat Hincmarus Remensis c. 45. opusc. 55. *Tandem frater & fili moneo te, redus in memoriam, qui nunc es omnibus in prouerbio & motione capitis, atque in fabulâ & cantico totâ die: cùm quantâ quiete à tumultu cogitationum, quibus nunc in diuersa distenderis, degebas in primis diebus quando ad Episcopatum venisti, cùm quantâ benignitate à domno Rege suscipiebaris, quantâ dulcedine meâ fruebaris, quantâ vnanimitate cùm fratribus & Coepiscopis nostris vtebaris, cùm quanto amore à Palatinis, & ab aliis huius terræ hominibus colebaris, cùm quantâ amoris reuerentiâ à tibi commissis, sed & à nostris, à quibus & cùm quibus, & inter quos nutritus fuisti, venerabaris, antequàm immoderatus amor saculi tibi irreperet, & per quosdam surriperet, & ad se te raperet, & cùm te raptum habuit, fecit mundus sicut solet facere mundus immundus, cunctos, quos accepit, decepit: cunctos, quibus arrisit, irrisit. Tantum, vt hoc ego nescirem, nullo, nisi forte cupiditate, aut indebito timore cogente, quem non haberes, si Episcopaliter viueres, exequeda perduxit, qua in tantū detestabaris,*

vt anteà tibi collum abscideretur, quàm ad illa perducereris agenda, quæ multi dicunt, à te etiam iterata. In eâ calamitate patronum nactus est Hadrianum Pontificem, qui depositionem suam confestim improbauit epistolâ datâ ad Carolum Caluum. Interim verò coactâ Synodo Tricassinâ 2. 878. anno 878. chirographum obtulit, quo sic expostulat coram Ioanne 8. Pontifice præsidente: *Domine & summe Pater Patrum, & Rector Pontificum Ioannes audi vocem proclamationis meæ, compassiue causa calamitatis meæ, à Remorum Archiepiscopo ad Synodum sum vocatus ad Duziacum villam, ad quam cùm festinassem, violentiâ hostili in medio itinere segregatus sum, ab omnibus meis priuatus sum, & spoliatus omnibus rebus meis, perductus sum ab eisdem hostibus vsque ad præfatam villam. In quâ cùm consisterem, iam stabat Rex Carolus ante ipsum Archiepiscopum meum, tenens in manu scripturam, reputans me esse periurum, quia Romam sine suâ voluntate miserim, & imputans quòd eum accusauerim: Ad quæ idem Archiepiscopus me respondere præcipiebat: & ego reclamaui quia non docebat canonica auctoritas nudatum, & suis rebus spoliatum, insuper & ab hostibus detentum respondere vllatenus debere. Sed & addidi, quia non solùm suspectum, sed manifestissimè illum infestum habebam. Vnde & Apostolicam Sedem appellaui tam de ipsâ accusatione Regis, quàm de præiudicio quod ab ipso patiebar Archiepiscopo: sed nihil mea petitio obtinuit: iudicium præfatus Episcopus super me imposuit, vt ab Episcopali remouendus essem officio. Sed alij gemebant, flebantque, inter quos nullum merebar pati inimicum. Scripta quidem ab eodem Archiepiscopo ipsis imposita manibus tenentes, sed ore proferre nolentes, inuiti vix verba singultiebant, aditum tamen ad Sedem Apostolicam minimè sperantes mihi posse denegari. Vnde, saluo per omnia Sedis Apostolicæ iudicio, ipsi finem lectionis terminauere. Post hæc transmissus sum in exilium, in quo per duos annos sanus, sed aliquanto tempore ferro vinctus custoditus sum. Duobus annis fermè peractis, insuper cæcatus sum, & vsque modò retentus, ad vos, & ad vestræ piissimæ Serenitatis præsentiam, mox vt venire dimissus potui, protinus accessi. Nunc aptem vestram clementiam suppliciter exoro, à vestrâ summâ paternitate parari de me æquitatis iudicium, quod apud vestræ paternitatis pietatem obtinere efflagito, tum pro multitudine miseriæ meæ, tum pro magnitudine pietatis vestræ.* Restitutus ergo in Synodo publicè à Papâ, Hedenulfo abrogante Pontificatum Laudunensem, attributa est, Hincmaro Episcopalium redditnum ad vitæ sustentationem portio, cùm eâ etiam prærogatiuâ, vt cæcus benedictionem impertiretur populo. Composuit hic Iunior Hincmarus metricam compilationem ad Carolum Regem, in Bibliothecâ veterum Patrum. De eo multa in opusculis Hincmari editis à Ioanne Cordesio Canonico Laudunensi; Flodoardo, item Capitul. Caroli Calui, Aimoino, Baldrico in Chronico Cameracensi, Hist. Ecclesiasticâ, & Conciliis antiquis Galliæ Sirmondi.

28. Hedenulfus ad Sedem Laudunẽsem promotus ab Hincmaro Remensi, agente Ioanne 8. Pontifice, per priuationem Hincmari, vt docet decretum electionis Cleri ad Hincmarum Remensem; ait enim: *Cùm decreto nostræ electionis manibus singulorum roborato, ad paternitatem vestram accedentes, Hedenulfum Ecclesiæ nostræ filium, & in Ecclesiâ nostrâ suffragantibus stipendiorum meritis ad onus vsque sacerdotale promotum, vitâ & moribus, ac sanctâ conuersatione idoneum approbatum, quem per licentiam vestram, fauente Christianissimo Imperatore Carolo, pari consensu, ac concordi deuotione, atque vnanimâ voluntate eligimus, per manus vestras, ac cæterorum vestræ diœceseos sanctorum Episcoporum consecrari, nobisque & Ecclesiæ nostræ doctorem atque Pontificem institui imploramus, precamur, ac petimus. Actum 5. Calend. Aprilis, in basilicâ S. Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, anno Incarnationis eiusdem Domini nostri Iesu Christi 876. regni domini Caroli Imperatoris 36. ac Imperij* 1. 876. Pro illius ordinatione scripserat Hincmarus ad Romanum Pontificem, auctor Flodoardus lib. 3. c. 21. cui Hedenulfo idem Hincmarus scribit pro electione futurâ Cameracensis Episcopi. Notatur affuisse Concilio Pontigonensi anno 876. & Tricassino 2. 878. in quo cùm

absolui ab Episcopatus curâ peteret à Pontifice, ab eodem confirmatus est in regimine Laudunensis Cathedræ; Aimoinus l. 5. c. 37. Dixit Papa Ioannes vt Hedenulfus suâ auctoritate ordinatus Episcopus, sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret, & Hincmarus cæcus, si vellet, Missam cantaret, & partem de rebus Episcopij Laudunensis haberet. Et cùm Hedenulfus apud eundem Papam peteret, vt eum ab illâ sede absolueret, dicens se esse infirmum, & velle intrare monasterium, obtinere non potuit: sed præceptum est illi ab eo, consentiente Rege, atque Episcopis Hincmari fautoribus, vt sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quòd Papa Ioannes dixerit, vt si vellet Hincmarus cæcus Missam cantaret, & Rex consenserit vt partem de Episcopio Laudunensi haberet, insperatè aliarum prouinciarum Episcopi, sed & aliarum regionum Metropolitani, sine præceptione Papæ, Hincmarum vestimentis sacerdotalibus indutum, in præsentiam ipsius Papæ adduxerunt, indéque sublatum, cantantes in Ecclesiam illum duxerunt, & signum benedictionis super populum dari fecerunt. Sícque Synodus illa soluta est.

29. Dido nominatur in cartis
886. Vincentianis anno 886. indict. 4. Idibus Maij: adfuit Concilio Remensi 892. Flodoardo lib. 4. c. 6. ad illum extat Formata Hedilonis Præsulis Nouiodunensis anno 892. eodem anno in cartulario Arremarensi reperitur, cùm fit mentio placiti Verberiæ habiti ab Odone Rege.

30. Rodohardus Episcopatum gessit regnante Odone, ex actis vitæ S. Eloquij apud Surium tomo 6. cùm temporibus, inquiunt, Regis Francorum Odonis, plurimæ fierent strages Christianorum ex crudelitate Danorum, S. Eloquij cremata est Ecclesia; cùm verò sanctus Dei absque Ecclesiastico cultu sub dio & in deserto loco solus iaceret: Hardericus venerandus Comes cùm Heresinde coniuge suâ clarissimâ, accesserunt ad Rodohardum tunc temporis Laudunensem Episcopum, petentes vt licentiam daret aliorsum corpus illud sanctum transferre, vbi honorabiliùs possit custodiri. Quo concesso, delatum est sancti viri corpus ad Ecclesiam Vualciodorensem. Huius Episcopi nomine carent omnes catalogi Laudunenses.

31. Radulfus I. interfuit ordinationi Heriuei Remensis Archiepiscopi anno 900. apud Baldricum 900.
in Chronico Cameracensi l. 1. c. 63. quod est ex Flodoardo l. 4. cap. 11. vt ad vtrúmque locum notat Coluenerius. Odoni Regi literas direxerat Fulco Remensis, pro concedendâ Ecclesiæ Laudunensis post decessum Didonis Episcopi, electione liberâ. Præsens Synodo Trosleianæ 909. Obiit anno 921.

32. Adelelmus Laudunensis Ecclesiæ anteà Thesaurarius, successit Radulfo, ait Flodoardus in Chronico: *Anno 921. Incarnati Verbi,* 921.
Rodulfus Episcopus montis Lauduni moritur. Cui succedit Adelelmus eiusdem loci Thesaurarius, Remis à domno Heriueo Episcopus ordinatus. Itaque hic delendi ex albo Præsulum Isaac, Viuonius, vel Niuonius, Lindonus, & Ioannes ab aliis inserti, qui extranei putantur, cùm de iis nullam mentionem fecerit Flodoardus. Iacet Adelelmus ad partem læuam maioris altaris Abbatiæ Vincentianæ, Mausolæi Antistitum, in quâ instituerat duodecim Canonicos.

33. Gozbertus nepos Adelelmi, & in regimine Episcopatus successor per eius obitum 930. ex 930.
Flodoardi Chronico: defunctus anno 932.

34. Ingramnus siue Ingelrannus I. Decanus Monasterij S. Medardi, Præsul ordinatur anno 932. viuere desiit anno 936. de quo Flodoardus idem, Chronica, & Necronologia.

35. Rodulfus II. ex Presbytero Ecclesiæ Laudunensis, lituum Pontificium adipiscitur: *Anno 936.* 936.
ait Flodoardus in Chronico, *Episcopatus Laudunensis datur Rodulfo eiusdem loci Presbytero, à ciuibus concorditer electo, quique à domno Artaldo con-*

secratur Episcopus: Metropolitano videlicet Remensi. Et rursùm an. 939. hæc subdit: *Rex Ludouicus nonnullis Othonis Regis fidelibus trans Rhenum fugatis, Laudunum reuertitur, & Rodulfum Laudunensem Episcopum proditione insimulatum, castro eiicit; sed & homines ipsius, rebus ipsius Episcopij priuat, & easdem res suis hominibus confert.* Interfuisse reperitur Synodo Engelen-
948. heimensi in æde B. Remigij an. 948. & Treuerensi; hoc eodem anno fatis concessit Rodulfus apud Flodoardum: qui ei dicat Historiam suam Remensem.

36. RORICO filius naturalis Regis Caroli Simplicis ordinatur anno 949. Flodoardus in Chronico: *Laudunenses, qui fidelitati Ludouici Regis attendebant, eligunt sibi Præsulem Roriconem Diaconum ipsius Regis fratrem, quémque consecrat Artoldus Archiepiscopus Remis, qui tamen non receptus Lauduno, apud Petrapontem munitionem resedit.* Adfuit ordinationi Hadulfi Episcopi Nouiomensis 955 necnon Synodo tredecim Episcoporum in pago Meldensi, vbi refragatur cùm Gibuino Catalaunensi, ne restitueretur sedes Remensis Hugoni. Reparauit ordinem monasticum in basilicâ S. Vincentij, adductis è Floriacensi cœnobio Religiosis diplomate dato Lauduni an. 961. Odalrico Clerico Antistiti Remensi manus imponit anno 962. Morte sublatus
976. 976. Flodoardus in Chronico inquit: *ipso anno 13. Calend. Ianuarij Præsul Rorico sanctæ Laudunensis Ecclesiæ, qui erat langore paralisis correptus, post multas ac debitas Deo pro ipsâ infirmitate redditas gratias, vitâ decessit, videlicet vigiliâ S. Thomæ Apostoli, post laudes Dei Matutinales.* Eum verò fuisse eruditum testatur Asso monachus in libro de Antichristo, quem rogatu Gerbergæ Reginæ cōscripsit.

37. ADELBERO natione Lotharingus, fauente Lothario Rege creatur Episcopus Dominicâ Palmarum Calend. Aprilis Remis ab Adelbetone Archiepiscopo sacratus an-
977. no 977. teste Flodoardi Continuatore. Huic scripsit Dudu Decanus S. Quintini libros duos de rebus Normannorum, & meminit Baldricus Chronici Cameracensis l. 3. cap. 29.

A Interest Pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli 15. Calend. Iulij 991. 991.
contra Arnulfum Metropolitam. Nominatur etiam an. 996. in cartâ Roberti Regis pro Dionysianis, cui Principi dicat poema versibus heroicis, eidémque scribit Fulbertus Carnotensis epist. 45. Idem errore vulgi Ascelinus, siue Azelinus appellatur in Chronico Benigniano 1015. vbi nominatur cùm Lamberto Lingonensi, Gerardo Suessionensi, & Gofrido Cabilonensi; cuius Ascelini dolo capta est vrbs Laudunensis, & Carolus Lotharingiæ Dux
B cùm vxore vinculis alligatus in turri Aurelianensi positus est anno 991. tradidit videlicet Carolum ex fragmento Historiæ Aquitanicæ apud Pithœum, quod est Ademari, vnde & vetulus traditor dicitur Nangio; & Guibertus l. 3. sic loquitur: *Ascelinus qui etiam Adalbero vocatur ex Lotharingiâ oriundus, diues opum, possessionum locuples, cùm distractis omnibus pretia ingentia ad sedem cui præerat, transtulisset, Ecclesiam suam præcipuis quidem ornatibus insigniuit, Clero ac Pontificio plura auxit, sed cuncta illa beneficia quadam præstantissimâ iniqui-*
C *tate fœdauit: Dominum suum Regem innocentem puerum, cui sacramentum fidelitatis præbuerat, prodidit.* Obiit Iulij 19. sepultúsque in B. Vincentio, tumulo lapideo his versibus inscripto:

Adalbero Episcopus Laudun.

Sic aui plenus decessit ADELBERO *Præsul,*
Huius multa loci qui vitens condidit olim;
Hic decus altaris struxit, decus hic Crucifixi,
Et loca Sanctorum nitidauit, hic quoque templum,
Prorsus honestauit, atque omne vetus
D *reparauit,*
Ad dextram turrim, necnon æraria fistis,
Ornamenta dedit, quæ præcellentia fecit,
Pontificalem habitum struxit mirâ arte peractum,
Trésque dedit cappas, dorsalia plura, tapetas,
Ad decus hoc templi simul his & multa patrauit,
Qui & Pontificium donauit fratribus aurum;
Sanctorum capsis altaria contulit ipsis,

Hoc scripto firmans ne quis dissolueret vnquam:
Hinc donetur ei memoria digna quotannis,
Cui Dominus requiem tribuat parcendo perennem.

38. Gebvinvs nominatur cùm
Balduino Cancellario Henrici Re-
1047. gis anno 1047. humo traditus in ba-
silicâ Vincentianâ an. 1050.

39. Leothericvs ex Præ-
centure Senonensi ordinatur Anti-
stes Laudunensis ex codice S. Petri
Viui Senonensis, regnante Henrico.
legat Amalrico Abbati S. Michaëlis
in Therasciâ quinque altaria, ex eius-
1052. dem cartulario: denatus 1052. condi-
tum est illius corpus in basilicâ Vin-
centianâ, tumulo lapideo cùm his
verbis literis vncialibus exarato:
Leothericus Episcopus Laudunensis.

40. Helinandvs Capellanus vxoris Eduardi Anglorum Regis, & Galteri senioris Pontisaræ Comitis familiarissimus apud Guibertum de Nouigento lib. 3. de vitâ suâ, vbi fusè acta vitæ illius cap. 2. recensuit verbis istis: *Helinandus vir admodum pauperis domus, & obscurè progenitus, literaturâ pertenuis, & personâ satis exilis, cùm per notitiam Gualteri Comitis Senioris Pontisarensis, de cuius Comitatu gerebat originem, ad gratiam Eduardi Anglorum Regis pertigisset, (vxor enim sua cùm prædicto Comite sibi necessitudinem nescio quam crearat) Capellanus eius fuit, & quia Francicam elegantiam norat, Anglicus ille ad Francorum Regem Henricum eum sapiùs destinabat. Cùm quo Rege, quia multùm erat cupidus, & Episcopatuum venditionibus assuetus, largissimis Lenocinantibus xeniis egit, vt si quispiam Episcoporum Franciæ decederet, Pontificalibus infulis ipse succederet. Is enim in Capellaniâ Regis ac Reginæ positus, quoniam Anglia infinitis eo tempore florebat opibus, multos pecuniarum montes aggesserat; ideò arridente ei præfatâ largitionum causâ, vox eius apud Henricum Regem exaudibilis erat. Quod & factum est. Lauduno enim iunctus, quia non æstimatione parentum, non scientia literarum se valiturum putabat, in opulentiâ, quæ plurima suppetebat, & quam cautissimè dispensare didicerat, & dapsilitate spes fuerat. Ad ornandas igitur & extruendas se vertit Ecclesias, & cùm multa pro Deo videretur facere, euidentissima tamen dabat indicia se solos inde fauores, solam nominis dilatationem in benè gestis quærere: Is igitur qualiscumque aut ambitione, aut aliâ quacunque humanitate apud se extiterit, in hoc ei honor omnino asseruandus est, quòd & libertatem Ecclesiæ magnificè tuitus sit, & tam ipsam sedem, quàm appendices eius Ecclesias vberrimâ largitione prouexit. Et dignum erat, vt externa ei bona suppeterent, quæ in Dominicarum domuum decore proijcerentur.*
Nominatur 1067. in cartis S. Præie- 1067.
cti, recensetúrque in miraculo B.
Huberti apud Ioannem Robertum,
& ab Alexandro 2. epistolâ ad Ger-
uasium Archiepisc. Remensem, quâ
hortatur illum, vt in causâ Abba-
tissæ S. Ioannis Laudunensis, è mo-
nasterio iniustè eiectæ, cognoscendâ,
Helinando Præsuli juxta tenorem
commissionis Apostolicæ consilio
assistat. Interest sacro Philippi 1. an.
1059. & dedicationi Ecclesiæ de Bi-
tisiaco, Rege ipso præsente: missus
Romam cùm Hilduino Comite de
Roceio, ab eodem Philippo; huius
fit mentio an. 1071. in Chronico
Lemouicensi & in Synodo Remensi
sub Rainaldo Archiepiscopo 1085. 1085.
vnus item ex benefactoribus mona-
sterij S. Michaëlis in Teraschiâ; or-
dinauit S. Godefridum Abbatem de
Nouigento, posteâ Ambianensem
Episcopum ex eius vitâ lib. 1. c. 18.
Animam emisit anno 1098.

41. Ingelrannvs de Covcy Covcy.
frater Mathildis Abbatiæ Iotrensis ex stemmate dominorum de Cociaco. Guibertus l. 3. de vitâ suâ: Successit, inquit, Ingelrannus vir sicut nobilitate, sicut litteris ad præfati Episcopi comparationem clarus; ita ad tuenda iura Ecclesiæ in eius collatione teterrimus: de illius gestis prolixiùs ibidem agitur. Crucesignatus cùm aliis nobilibus Francigenis contra Turcos arma mouit, & dimicauit, vt auctor est Albertus Canonicus Aquensis l. 8. c. 7. Historiæ Hierosolymitanæ, vocans eum Engelradum Episcopum de Monte Laudun. Cui scribit Vrbanus 2. Papa ne infestet monachos S. Remigij super villâ Corbini.

41. GALDRICVS, siue VVALDERICVS, Regis Aoglorum Referendarius, substituitur Iogelranno; de eius promotione scribens Guibertus lib. 3. c. 4. ait: mortuo (Ingelranno) cùm biennio vacasset Ecclesia, tandem Gualdricum eligunt quendam Regis Anglorum Referendarium, quem auro, argentóque audierant opulentum; ante quam electionem, duo Ecclesiæ Archidiaconi per mutuas eligentium contentiones in Cathedram fuerant euecti, Gualterius scilicet & Ebalus, sed Apostolicæ Sedis iudicio sunt eiecti: spe igitur falsissimâ commodorum electus ille prædictus à Clero, Ingelranno primùm elaborante, & cæteris malo suo adnitentibus, Rotomagi à Rege Anglorum de Curiâ conrra canones expetitur; qui nequaquam huius electioois iocertus, quòd sub nullius Ecclesiæ titulo erat, nec quippiam sacri Ordinis præter Clericarum exceperat, factione egit, vt euestigio Subdiaconus fieret, & Canonicam in Ecclesiâ Rotomagensi susciperet, cùm hactenus se se omnino militarirer habuisset. Cùm igitur omnes assensum in eius susceptione dedissent, solus Magister Anselmus, vir totius Franciæ, immò Latini Orbis lumen in liberalibus disciplinis, ac tranquillis moribus, ab eius electione dissentit. Nihilominus verò in vrbem exceptus Gualdricus, Romanum Pontificem Diuione conuenit, quô se item contulêre Cleri Laudunenses; discussa est coram eodem Papâ electionis suæ formula, & & Guibertus ipse, actorum vitæ exscriptor loco præfaro, orationem habuit ad Papam, eum verò Præsulem sic perstringit; in verbo & habitu mirè instabilis, mirè leuis extiterat. De rebus nempe militaribus, canibus & accipitribus loqui gratum habuerat, quòd apud Anglos didicerat. Et Canonicus Laudunensis: Vualdricus in litteraturâ nil valens omnino, litteratos despectui habens, milites super omnes diligebat; proteruus fuit pariter & præsumptuosus: Porrò iter Romanum aggressus est, eodem Guiberto teste, vt se se purgaret ab homicidio Gerardi Carisiacensis, eius iussu patrato, & ibidem immunis renunciarus, ad Ecclesiam suam reuertitur. Cùm autem per totam diœcesim tumultus excitarentur, collecto numeroso subsidio ab Anglicanis regionibus, quia nempe Galterum Archidiaconum sibi aduersarium experiebatur, multæ inde simultates, litigia & cædes: quamobrem iis intellectis à Romano Pontifice, suspensus ab officio Episcopali, Romam iterum tendit. Interim verò quòd nollet Commuoiam à ciuibus iuratam sacramento probare, excitato tumultu, à seditiosis iisdem, quod dictu nefas est, crudeliter trucidatur Aprilis 25. anni 1112. feriâ 5. 1112.
hebdomadæ Paschalis, Cathedrali & domo Episcopali succeosâ, quâ de re copiosè Guibertus enarrar his verbis cap. 8. *Cùm de exigendis pecuniis cùm Galtero Archidiacono ageret, ecce per vrbem tumultus increpuit Communiam inclamantium; tum quoque per mediam B. Mariæ basilicam, maximo agmine curiam Pontificalem intrauère Burgenses: Episcopum insolens vulgus aggrediens cùm quibusdam qui sibi opitulabantur, ictibus lapidum, sagittarùmque ictibus quoad potuit, repugnauit, plurimam enim suam semper in armis acrimoniam, vti quondam, & nunc quoque promebat. Temerarios ergo plebis assultus tolerare non praualens, sumptâ cuiusdam mancipij sui veste, in Cellarium Ecclesiæ confugiens, intra paruam apothecam se condidit, & à fideli quodam clientulo fronte obstrusâ introclusus se latere putabat: Renulfus igitur quamuis peccator Christus tum Dominus de vasculo capillis detrahitur, multiplici ictu pertunditur, & sub diuo in claustri Clericalis angiportu ante domum Godefridi Capellani statuitur. Cùmque eis miserabilissimè supplicaret, iureiurando ipsis astruere volens se nunquam deinceps eorum Episcopum futurum, infinitas eis pecunias præbiturum, de patria recessurum, omnésque contra obfirmatis animis insultarent, vnus nomine Bernardus cognomento de Brueriis, eleuato bipenni, sacrum quamuis peccatoris verticem truculenter excerebat; qui cùm laberetur inter tenentium manus, antequam decideret, ab altero sub ocularibus per medium ex transuerso percussus occubuit. Ibi pessundato, & tibias conciderunt, & vulnera plurima indiderunt; itaque exspoliatus ad nudum in angulum ante Capellani sui domum proiicitur: Deus meus quis retexat quot in tacentem à transeuntibus sunt ludibria iacta verbo-*

rum, quot glebarum iactibus, quot saxis A *est corpus oppressum.* Dein prosequitur funestum Ecclesiæ incendium & ornamentorum; conflagrarunt item vnà cùm palatio, D. Ioannis templum Beatæ Mariæ & S Petri, nouémque aliæ basilicæ vicinæ. Subdit autem Guibertus cap. 10. post descriptam hanc cladem: «in crastino quoniam nemo erat penè qui iacens Episcopi cadauer sine iactu, aut probro, seu maledicto præteriret, de sepulturâ verò nullus cogitaret, Magister Anselmus ad tragœdiæ huius auctores preces fudit, vt hominem, vel qui Episcopi nomen & in- B signe babuerat, sinerent quoque humari: vix annuunt. Quia ergo nudus ad terræ canina quadam vilitate, à vespertinis feriæ quintæ horis tertiam crastini diei horam vsque iacuerat, iubetur tandem à Magistro leuari, & sabbano superiecto, ad S. Vincentium deportari: delatus ad Ecclesiam nihil prorsus officij, non dico quod Episcopo, sed quod Christiano competeret, in exequiis habuit. Eâ die in eadem Ecclesiâ à monachis nihil diuinum actum est.» Post C hanc seditionem, vocatus est Radulfus Remensis Archiepiscopus Ecclesiam reconciliaturus, qui & apud D. Vincentium solemnes pro Episcopo exequias, Missæque sacrificia celebrauit: atque hæc prolixè de facto memorando in Annalibus Ecclesiasticis copiosè edisserit Guibertus. Porrò appositum fuit eius memoriæ epitaphium ante altare Diui Benedicti, his versibus quos leges in notis Guiberti memorati:

Fructus amorque gregis, vtriúsque modestia legis,
Viuere dum licuit Vualdricus iste fuit.
Præsul prudentis super alta negotia D *mentis*
Ecclesiæ clypeus sit suus inde Deus.
.... *vix terra recepit.*
.... *Pastorem iugulauit ouis.*

In authores seditionis à Rege Francorum seuerè vindicatum est, testimonio Canonici Laudunensis, & Roberti de Monte in Appendice, vt præsentes & futuros à simili deterrere posset exemplum. Quâ de re etiam Sugerius in Ludouico Grosso.

43. Hugo ex Decano Aurelianensi subrogatur in locum perempti A Guadalrici; Canonicus Laudunensis in Chronico ait: *Vualderico successit Hugo Decanus Ecclesiæ Aurelianensis. Quo post sex menses mortuo, Bartholomæus fit Laudunensis Episcopus.* Eius electionem declarat quoque Nangius in Historiâ. Ei adhuc Decano scribit Iuo Carnotensis ep. 194. de quo Vincentius lib. 26. c 12.

44. Bartholomæus de Vir de Vir.
de illustri genere satus, filius videlicet Falconis dynastæ de Vir, & de Serre, nobilissimi toparchæ in Burgundiâ, & Adelaidis de Roceio; crea- B tur Episcopus anno 1113. de cuius 1113.
electione iuuat recitare quæ habet Hermannus monachus, de Miraculis S. Mariæ Laudunensis l. 1. c. 2. *Inspirante Deo repererunt salubre consilium, vt ad eiusdem vrbis Episcopatum eligerent domnum Bartholomæum Remensis Ecclesiæ B. Mariæ Canonicum & Thesaurarium, tam generis nobilitate, quàm & morum probitate in Remensi, Laudunensique prouinciâ famosissimum. Cognatorum siquidem eius excellentia non solùm in Franciâ, sed & in Hispaniâ, Burgundiâ quoque & Lotharingiâ præ-* C *dicabatur. Hildumus námque Comes Rociensis auus eius duxit coniugem Adeladam, germanam domni Manassæ Remorum Archiepiscopi, ex quâ genuit Ebalum Comitem de Rocy, & Andream Comitem de Rameruth, patrem Ebali Catalaunensis Episcopi, septémque filias, harum vnam nomine Feliciam in Hispaniâ duxit coniugem Sancius Rex Arragonensis, & ex eâ genuit Ildefonsum Regem potentissimum.* Quò alludens Hermannus epistolâ dedicatoriâ ad Bartholomæum, eodem libro de miraculis ita loquitur: «Cùm dudum in Hispaniam ad videndum gloriosum D Regem Ildephonsum, Feliciæ materteræ vestræ filium profectus, fœlicissimum ab eo promissum suscepissemus; quòd si secundò ad eum videndum reuerteremini, daret vobis corpus B. Vincentij Leuitæ & Martyris necnon & casulam pretiosissimam quam beata Dei genitrix S. Ildefonso Toletanæ ciuitatis Archiepiscopo dederat, ob remunerationem trium libellorum quos de Virginitate suâ composuerat: méque ad præfatam vrbem (Catalaunensem) propter eos transcribendos direxistis; hæc ergo miracula iussu quidem patern-«

tatis

» tatis vestræ composui. Erat Battho A lomæo inter sorores Ermentrudis nomine coniux Henrici Comitis de Grandiprato. Post ista subiungit Hermannus prædicto cap. *Bartholomæus, adhuc puerulus in Franciam ad Ebalum auunculum suum Comitem Rociensem defertur, litterisque traditus à Manasse Remorum Archiepiscopo matris suæ auunculo educatur; & primò Canonicus S. Mariæ Remensis Ecclesiæ, deinde Thesaurarius efficitur. Posteà verò cùm iam Laudunensis Ecclesiæ esset Canonicus, Adela Vermandensis Comitissa coniux Hugonis Magni, qui fuit germanus Philippi Regis Francorum, cùm B post mortem Hugonis nupsisset Rainaldo Comiti Claromontensi, eundem Bartholomæum sciret mariti sui esse consobrinum, pro amore eius fecit eum Thesaurarium Ecclesiæ S. Quintini Vermandensis: sicque, & generis nobilitate, & morum probitate, & diuitiarum opulentiâ idem Bartholomæus famosus habebatur. Electus itaque vnanimi totius Cleri & populi assensu ad Pontificatum vrbis Laudunensis, Radulfo Remorum Archiepiscopo præsentatur, & ab eo, multisque aliis Episcopis tempore Paschalis Papæ, & Ludouici Regis Francorum celeberrimè con- C secratus, ouibus desolatis nouus Pastor transmittitur. Sed ille Laudunum veniens, & non Ecclesiam, non domum Episcopalem, immò nil penè præter fauillas & cineres inueniens, dici non potest quantum doluerit; protinus ergo Ecclesiam simul & domos Episcopales cœpit renouare, & velut à fundamentis reparare*: Vnde Laudunensis Canonicus ait: Bartholomæus Episcopus cuius industriâ Cathedralis Ecclesia in breui reparata, iterum fuit consecrata: in multis quoque locis in quibus religionis feruor non fuerat, per eum est dilatatus.

1113. Anno 1113. confirmat priuilegia Ecclesiæ Buciliacensis & à Rodulpho D Viridi Metropolite, vt dictum est, consecratur anno 1114. Constituit Drogonem primum Abbatem sancti Ioannis sublatis inde monialibus. Idem quoque dicat Ecclesiam à se instauratam, vt patet ex his verbis » Hermanni l.3. c. 1. Anno ab Incarnatione Domini 1112. feriâ 5. Paschalis hebdomadæ præfata Ecclesia combusta fuerat, quo die etiam Gualdricus Episcopus Laudunensis crudeliter interfectus est in domo suâ, cùm quibusdam ex hominibus suis, successítque ei Hugo, qui cùm vix octo mensibus superuixisset, eo defuncto electus est Bartholomæus. Hic Episcopus consecratus, adeò templum Dominæ nostræ studuit accelerare, vt post duos semiannos incensionis eius, rursum fieret solemnis dedicatio ipsius, anno scilicet ab Incarnatione 1114. ad quam præfatus Bar- « 1114.
tholomæus accersiuit Radulfum Remorum Archiepiscopum, Guillelmum Catalaunensem Episcopum, Lisiardum Suessionensem, Godefridum Ambianensem, Hubertum Siluanectensem. Tanta verò plebis multitudo confluxit ad ipsam dedicationem, vt ducenta millia diuersi sexus & ætatis dicantur interfuisse. Postmodum Norberto Præmonstratensis Ordinis fundatori plurima impendit beneficia, cuius celeberrimi monasterij dotator & fundator primum lapidem Ecclesiæ imposuit. Deinde omnibus fermè diœcesis monasteriis construendis, & studio, ac subsidio opitulatus est; plurimùm autem in locupletandâ matris Ecclesiæ S. Mariæ basilicâ, vnde apud Hermannum dicitur nouem Abbatias exædificasse.
Adfuit Concilio Beluacensi an. 1115. 1115.
vnà cùm Conone Legato; & anno 1120. locum dedit B. Norberto ad constructionem monasterij Præmonstrati, è cuius manu vir sanctus religionis habitum excepit, cuiúsque memoria crebra occurrit in Bibliothecâ Præmonstratensi. Nominatur verò in litteris Philippi & Ludouici Regum an. 1129. excepit 1131. Innocentium 2. post Concilium Remense, cui ipse Bartholomæus interfuerat: prætereà in cartulario Tenoliensi repetitur 1147. cùm Odone Decano; item in tabulario S. Michaëlis in Terasciâ, vbi dicitur Gebuini, Helinandi, Vualdrici decessorum Episcoporum donationes huic monasterio concessas firmasse apud Laudunum Episcopali cartâ 1123. itémque extat illius mentio in cartis an-
ni 1136. 1134. & 1138. in bullâ confir- 1130.
matoriâ Innocentij Papæ, probantis priuilegia monasterij S. Michaëlis. Ordinauit Anselmum S. Medardi Suessionensis cœnobitam in Abbatem D. Vincentij. Prætereà recensetur in Supplemento Sigeberti an. 1142. & Vincentio Beluacensi lib. 27. cap. 126. Fundator fuit Ab-

batiæ Fusniacensis, Cisterciensis Ordinis in dominio S. Michaëlis in Teraschiâ, quod ab eius monasterij Abbate obtinuit pro fundando cœnobio, codicillis anni 1121. in cuius tabulario extant plures Bartholomæi donationum tabulæ, de allodio S. Stephani, de terrâ & villâ Desparsiaco. Ecclesiam Fusniaci solemniter dicauit anno 1124. vbi abiectis infulis demum monachum professus est. Robertus de Monte ad annum
1150. 1150. *Barsholomaus Laudunensis Episcopus 38. anno sui Episcopatus, contempto mundi schemate, Fusniaci induitur monachili schemate*; quod & Nangiacus, Vincentius, cæterique Cisterciensis Ordinis Historici indicant, à quibus inter beatos collocatur, nempe in Menologio, Chrysostomo Henriquez & Angelo Manrique in Analibus Cistercij. De eo prætereà in tomo nostro Abbatiarum agitur, & in Notis ad Guiberti opera refertur epitaphium Bartholomæi, sepulti in dicto cœnobio Fusniacensi cuius sunt hæc verba: *Epitaphium Reuerendissimi Præsulis* BARTHOLOMÆI *Laudunensis Episcopi*:

Regum stirpe, Ducum generatus sanguine, clarus
Clarum nomen habet BARTHOLOMÆVS *auis.*
Promptus ad arma fuit dum iunior iret in hostem,
Multa trophæa tulit, vix habet vsque parem.
At Deus in præceps retrahens miseratus euntis;
Nec mora castra fugit, proiicit arma Ducis.
Clericus inde Remis sequitur virtute Manassem;
Immò senem fessum fertque subitque vicem.
LAVDVNI *intereà sacris mactatus in æde*
Præsul, obiit subitò, móxque vacante Sede,
Hunc sibi Pastorem Clerus populúsque requirunt,
Abducúntque Remis, ac sibi præficiunt.
Sic benè Pontificas, meritúmque & nomen adeptus,
Quod gerit officij, perficit, implet opus.
Exemplo, verbóque gregem regit omnia factus;
Omnibus vt Christo fœneret ex ouibus.
Protinus hinc Mariæ succensa recondere templa
A *Non tardat, reparat tectáque Præsulea.*
Tum sacra Baptistæ monachis dans claustra, perire
Crimina & ipsa fecit, scandala suffugere.
Posteà cœnobium Mariæ sub nomine fundat,
Consecrat ipse Deo Fusniacúmq; vocat.
Fusus vt è cœlo castis in cordibus ignis
Ardeat, incalcat pectoribúsque piis.
Vtque tribus votis triplicem quasi funibus hostem
Implicet, ad pugnam dirigit hic aciem.
Sic decet & Sathanæ funes dissoluere, fastus
Sternere mundanos, tundere carnis acus.
B *Boherias condens scelerum spineta reuellit,*
Terraque fert fructus quam priùs ipse colit.
Mentibus expellit tenebras, lucémque refundens
Dat Vallem claram, luminis arma ferens.
Lampada ne vacuam virgo ferat, auget oliua,
Monstrolium plantans, pullulet vnde olea.
Dans Præmonstratum per deuia euntibus aptum
Monstrat iter, sequitur quod nouus Ordo Patrum.
C *Legibus instituens Norberti Martinianos*
Vrbicolas, mores corrigit hisce malos.
Quissiacum iaciens quatis, arcum tela retorquet
Dæmonis, ac animis noxia cuncta monet.
Forcipe, Thenaliis, sumpto carbone labella
Mundat, & vt Cherubin casta dat eloquia.
Clari fontis aquas sitientibus exhibet, hisque
Turbida mundanæ flumina tollit aquæ.
Buccilliaci bellum vitiis quasi buccina clangit,
D *Oráque diuinis laudibus apta facit.*
Fessus Episcopij tandem sub pondere, honores
Deserit, ac Clerum, prospera cuncta, & opes:
Fusniacum petit, inde simul quod vouerat, implet:
Sponte fit & monachus Præsul, ibique latet.
Vt liber vacet ille Deo, totúsque saluti
Incumbens propriæ, gaudet amara pati.

AN.CH.

Occidit oppressus senio, dignúmque se-pulchri
Marmor habet corpus, mens petit alta poli.
Sicque suæ partis fruitur virtute coronis,
Cingitur & ternis frons sua laureolis.

Circa tumulum inscriptio ibidem apposita:

Qui iacet hic Præsul Marianam condidit adem
Lauduni, paritérque domos Antistitis vstas.
Templa decem instruxit, Benedicto contulit vnum:
Bernardo quatuor; Norberto quinque piauit.
Dat diadema genus Lauduni Ecclesia mitram,
Funera Fusniacus, lauream & astra Deus.

Alterum vetus epitaphium ex scriniis Abbatiæ omisimus, quia simile erat primo.

S. MAVRICE 45. GALTERVS, seu VALTERVS DE SAINT MAVRICE, I. ex Abbate B. Martini Laudunensis, Ordinis Præmonstratensis eligitur an. 1151. Abbatiarum eiusdem Ordinis fundator, religionis multis in locis, in quibus nunquam anteà fuerat, atque inde eiusdem in remotas ac transmarinas regiones propagator: cui scribit S. Bernardus epist. 206.
1151. Migrat ad Dominum 1155. non 1146. vt notat in Chronico Albericus; qui Pontificatus annos ei tribuit 30. iacet Præmonstrati, vbi quondam pro Christo paupertatis habitum induerat, apud Miræum in Chronico Præmonstratensi. De quo consule Bibliothecam Præmonst.

MORTAIGNE. 46. GALTERVS DE MORTAIGNE II. ex Canonico & Decano Laudunensi, Romæ inauguratur
1155. tur 1155. interfuit Concilio Turonensi anno 1163. cùm Guillelmo Metropolite suo: nominatur cùm Hugone Præmonstrati Abbate lib. 2. Bibliothecæ 1168. præsentibus Samsone Remensi, Ansculfo Soessionensi, & Balduino Noniomensi; defunctus anno 1174. quo tempore plurimos seruilis conditionis homines donauit Ecclesiæ Toroacensi: sepultus in basilicâ D. Martini Laud. hoc epitaphio.

A *Hic tego GALTERVM, quod detego, mutáque petra*
Præsulis acta loquor, pro linguâ sunt mihi metra.
Consilio, monitis, virtutibus, hoc modo vitæ
Rexit, correxit, erexit oues & ouile.
Infuit huic pietas, sale sed condita rigoris,
Torpida ne fieret virtus & egena saporis.
Abstulit hunc mundo diuisio Discipulorum.
Viuat in æternum meritis aditus eorum.

B

47. ROGERVS DE ROSOY filius Clarembaldi domini de Roseto, & Elisabethæ Namurcensis, Geruasij, ex Archiepiscopo Remensi Retesti Comitis relictæ, Godefrido Namurci Comite & Sibyllâ de Grandiprato natæ, patruus Rogerij de Roseto, ex fratre Rainaldo Roseti toparchâ & Caluimontis in Porceano. Electus 1174. consecratur à Guillelmo Cardinali de Campaniâ 5. Idus Aug. 1175. ex Canonico Laudunensi; ROSOY. 1174.
C Chronicon vetus: *mortuo*, inquit, *apud Laudunum insigni viro Vualtero de Moretaniâ, qui eundem Episcopatum multis ædificiis insigniuit, vocatur ad Præsulatum Rogerius de Roseyo Decanus Catalaunensis, vir sui temporis in amandâ societate, in honestâ largitate, in faciendis expensis, in omni vrbanitate incomparabilis.* Sub eius Pontificatu homines Laudunenses iterum seditionem mouêre, quòd declarat Canonicus Laudunensis in Chronico his verbis: Anno 1177. « 1177.
homines de Laudunesio in præiudicium Episcopi & Ecclesiæ Laudu- «
D nensis, datâ Regi Ludouico æstimatione pecuniæ, Communiam ordinauerunt habere, & sic perperam « cogitantes à iugo seruitutis ceruices « suas, & suorum hæredum excutere « arbitrati sunt. At Rogerus egregius « Laudunensis Episcopus per se, per « amicos, Regis præsentiam adiit, & « vt Ecclesiæ suæ misereretur, Com- « muniam seruorum suorum deflendo, « modis omnibus exorauit. Rex verò, « vt dicitur, sponsioni pecuniæ hærens, « Episcopum & suos non audiuit. Epis- « copus verò, vt erat magnanimus, « videns se apud Regem sæpè requi- « situm non proficere, proprium ge- «

» nus suum sollicitauit, vt per eos de A
» seruis sibi ingratis, & rebellare vo-
» lentibus vlcisceretur. Confluentibus
» vndique ad eum sui generis Principi-
» bus cùm aliis amicis necessariis, Ia-
» cobo scilicet domino Auennis, &
» Comite de Rostolio. Pars autem ad-
» uersa non ignara, eorum aduentum
» cùm suis adiutoribus præstolabatur
» armata. Venerant eis in auxilium,
» & aliis Communiis plurimi, Galfri-
» do Siluanectensi, tunc Laudunensi
» Præposito procurante. Sed ex Re-
» gis præcepto homines S. Medardi
» Suessionensis ad eorum auxilium con-
» fluxerunt. Communia de Crespeio, B
» Communia de Velli in eorum auxi-
» lium conuenerunt. Apparatis itaque
» hinc inde copiis armatorum, tota
» illa rusticana multitudo solo nomi-
» ne militum, qui conuenerant, territa
» fugam consuluit. Cæsa fuit ibi mul-
» titudo non modica, sed eorum qui
» in aquis perierunt, incertus nume-
» rus. Hæc autem acta sunt secundâ
» feriâ post Inuocauit me, ad molen-
» dinum S. Martini Laudunensis, cui
» nomen est Conporte, quem locum
» fuerant deprædati. Sequenti verò
» æstate eiusdem anni, Rex Ludoui- C
» cus vltum ire parat stragem illorum
» de Laudunesio, in fratrem Episcopi
» Reinaldum dominum de Roseyo,
» peruenit ad castrum Comitis de Ro-
» ceio, cui nomen Nisi, vbi amicis di-
» cti domini de Roseyo satisfacientibus
» Regi, pro eo interuenit reconcilia-
» tio: ita tamen vt castrum suum ab
» eo deinceps recognosceret tenen-
» dum. Venerabilis verò Episcopus
» iram Regis declinans, apud Galte-
» rum tunc Lingonensem Episcopum
» latuit in Burgundiâ. Interfuit Con-
1179. cilio Lateranensi 1179. Coniunxit
matrimonio Elisabetham filiam Bal- D
duini Hannoniæ Comitis cùm Phi-
lippo Augusto Rege, in Ecclesiâ S.
Nicolai Bapalmæ an. 1180. Extat in
scriniis regij cartophilacij diploma
Rogerij, quo testatur domino suo
Philippo Regi Francorum, in perpe-
tuum cessisse feodum suum de Ferâ
quod dominus Radulfus de Cocia-
1185. co à se tenebat, Parisiis anno 1185.
adstantibus Balduino Comite Hai-
noensi, Aniorrano Archidiacono
Laudunensi, Ioanne de Fontaneto
& Goffrido Capellano Regis. Obiit
1207. mense Septembri, cuius de-
functi item meminit carta transa-
ctionis Ioannis Comitis Rociaci cùm
Abbate Buciliacensi. Epitaphij titu-
lus in æde Vincentianâ est huius-
modi:

Floruit in terris pater Rogerus, ho-
nore
Pontificis, famæ titulis, generisque ni-
tore,
Floreat in cœlis cœlesti flore beatus,
Cui postrema dies Maij vicesima
prima.

48. Reginaldvs, seu Reinaldvs Svrdellvs ex Canonico Cathedralis electus 1207. reperitur in cartis regij Thesauri. Hunc Episcopum cùm Decano & Cancellario memorari quidam putant ab Innocentio 3. cap. 16. Sicut nobis, de Sententiâ & re iudicatâ; sedit inde vsque ad an. 1210. quo sepultus 1210.
17. Cal. Aprilis in sancto Vincentio.

Svrdellvs

49. Robertvs de Chastillon i. Thesaurarius Beluacensis, Guidonis 2. domini Castellionis ad Matronam ex Aleide Drocensi, germanus Gaucheri Comitis S. Pauli Senescalli Burgundiæ, & Buticularij Campaniæ, electus 1210. mense Iunio: huius tacito nomine fit mentio 1212. apud Petrum de Vallibus Cernaij cap. 62. Hist. Albigensis, ac Philippidos lib. 10. Vuillelmus Brito docet ipsum adfuisse pugnæ Bouinensi cùm Galchero fratre, & Philippo de Drocis Præsule Beluacensi, auctore Andreâ Quercetano in Historiâ Castellioneâ; qui notat etiam castrum Episcopale Anisiaci, Comitatus titulo insigne, mœnibus ac propugnaculis muniuisse. Animam reddidit anno 1215. alius verò 1215.
est à Roberto de Castellione Episcopo Lingonensi, licet nomine & tempore conueniant.

Chastillon.
De gueulle à 3. pals de vair au chef d'or.

50. Anselmvs è vico Bercenaio in Campaniâ oriundus, electus an. 1215. adfuit exequiis Philippi Augusti apud S. Dionysium 1223. qui 1223.
sæpiùs in diplomatibus huius temporis ponitur singulari literâ initiali A. & in elenchis vulgò cognominatur de Malodino. Eo sedente an. 1234. conduntur in vrbe Franciscani; fallitur autem Albericus in Chronico, & ex eo alij, qui aiunt fatis functum

an. 1238. nam reperitur carta in A membranis Abbatiæ Vallislucentis sub eius nomine an. 1340. quâ præsentationem, siue ius patronatus ad Capellaniam sitam in castro Guisiæ, concedit viro illustri Guidoni de Castellione, Comiti Blesensi, & domino Guisiæ, retentâ sibi collatione. Tumulum habet in dicto monasterio Vallislucentis, Ordinis Cisterc. in diœcesi Senonicâ: *Hic iacet* ANSELMVS *de Bercenayo natus, quondam Laudunensis Episcopus, qui obiit*
1248. 3. *Nonas Septembr. anno* 1248. *sed vrgente inopiâ anno Domini* 1448. XII. *Kalend. Nouembr. huius loci Abbas* B *Henricus nomine cupreum tumulum vendidit, quem præfatus erexerat, de cuius venditione hanc celtè tumbam in silice sculpsit, & huic Ecclesiæ quæ tunc ruinosa permultùm erat, posse tenus Altissimo disponente subuenit. Quem pro eo orate.*

51. GARNERVS ex Archidiacono Laudunensi ac Decano, successit Anselmo; interest dedicationi sanctæ Capellæ Parisiensis 1248. Vide Guillelmum Nangium in gestis Regis Ludouici: primus sepelitur in Ecclesiæ Laudunensis Choro an- C
1249. no 1249. cùm prædecessores ad S. Vincentium extra muros iaceant.

52. ITHERVS frater Anselmi superioris, ex Canonico Laudunensi creatur; monachos S. Michaelis de Terasc hiâ cùm Curione parochialis Ecclesiæ, in litigio quorumdam iurium Episcopalium dissidentes pacificat, literis datis apud castrum Poilliacum mense Decembri 1252. ex ta-
1259. bulario S. Michaelis: & 1259. mense Iunio arbiter fuit alterius dissidij; memoratur adhuc mense Maio in cartis anni 1260. eiusdem archiuij: D sequenti honestatus epitaphio:

Hic iacet egregius Præsul tumulatus ITHERVS,
Prudens, procerus corpore, mente pius.
Anno milleno Domini, deciésque viceno,
Et sexageno primo, Iuniique Calendis,
Vndecimo, Dominique die sub nomine Trini
Spiritus in mane corpus dimisit inane.
Cui sit solamen spiritus almus. Amen.

53. GVILLELMVS DE MONASTERIIS I. aliàs DE TRECIS MONASTERIIS.
1260. transfert corpus Adalardi Corbeiæ Abbatis 1263. Dominicâ post Exaltationem S. Crucis, D. Ludouico Rege, Balduino Imperatore Constantinopolitano, ac Guidone de Castellione S. Pauli Comite præsentibus; eius curâ Franciscanorum Conuentus extruitur: obiit an. 1269. 1269.

54. GAVFRIDVS DE BELLOMONTE I. anno 1271. cuius meminit Guillelmus Nangius, *hic laus Siciliæ, Carolique fiducia Regis.* Legitur in eius tumulo. BEAVMONT

55. GVILLELMVS DE CHASTILLON II. filius domini de Ialigny, frater verò Hugonis orti ex domo Castellioneâ in Basoensi pago, anno 1280. obiit 1285. 3. Nonas Augusti. ex registro Cameræ Computorum Parisiensium liquet, quod ab executoribus testamenti sui, Oudardus de Chambliaco miles, Lutetiæ domum acquisiuit 1287. CHASTILLON. Losangé d'or & d'azur au lambeau de gueulle de 3 pieces. 1280.

56. ROBERTVS DE TOROTE I. 1296. 21. Ianuarij in Consilio Regis Parisiis in Luparâ habito apud Quercetanum in Historiâ Monmorenciacâ; emit Castellaniam Laudunensem à Galchero de Castellione 1297. mense Iunio, quo anno fatis cessit. TOROTE.

57. GAZO DE CHAMPAGNE confirmatur à Petro Archiepiscopo Remensi 1297. transigit cùm Ioanne de Torotâ pro iure Castellaniæ Laudunensis 1301. Dominicâ ante Brandones: interest Parlamento Parium in causâ Roberti Bethunij Flandriæ Comitis. Mortuus anno 1317. die festo S. Ambrosij. Iacet in Ecclesiâ Laudunensi ad læuam maioris altaris hoc epitaphio: CHAMPAGNE. 1297.

Dux Laudunensis & Præsul GAZO *vocatus,*
Laudibus immensis dignus iacet hic tumulatus.
Parisiensis ei Campania villa dat ortum,
Cui lucis portum tribuat Deus, & requiem,
Hic Decretorum Doctor fuit, & generosus,
Castus, formosus, promotor cunctique bonorum,

Largus, morosus, humilis fuit atque quietus,
Facundus, letus, sapiens, inhonesta perosus,
C. ter cùm mille, septémque decem sociatis,
Dant præscire satis dum viuere desiit ille,
Ambrosij festo migrauit fine diei,
Cùm pietate Dei sint cœli gaudia præstò.

ROUSSELET 58. RADULFUS ROUSSELET ex Episcopo Pompelonensi huc translatus 1317. ex registro Vaticano; bullâ Ioannis Papæ 22. Regi commendatus quæ extat in regio cartophilacio: in actis Curiæ 1319. dicitur missus & cùm eo Ioannes Comes Foresij ad partes Linguæ Occitanæ, pro reformatione patriæ, & curialium correctione, à Philippo Franciæ & Nauarræ Rege; obiit an. 1329. fundatis duabus bursis Theologalibus in Collegio Laudunensi Parisiis, supremam eius voluntatem exequente Iacobo Rosseleri Archidiacono Remensi illius hærede, qui cùm germano reperitur anno 1337. in regesto Cameræ Computorum Parisiensium fratribus B. Mariæ vulgò nuncupatis les Billetes, donat domum Parisiis, ad celebrandum Eucharistiæ sacramentum pro remedio animæ.
1317.

ROYE. Comme cy deuant. 59. ALBERTUS DE ROYE Mathæi domini de Royâ ex perillustri familiâ natus, Mathæi germanus, qui cæteros toparchas propagauit, & fuit parens Guidonis Archiepiscopi Remensis, Alberti nostri nepotis: eligitur Episcopus anno 1319. 16. Ianuarij in dicto libro Obligationum, quem etiã Tilius testatur interfuisse sæpiùs Consiliis Regiis: animam exhalauit 1336. die festo S. Marci, in cuius sepulcro hoc epitaphium in Cathedrali legitur incisum:
1319.

Præsulis ALBERTI *cineres sunt hîc cooperti,*
Iuribus experti, virtutum laude referti,
Prudentis, iusti, titulo probitatis honesti,
In spe robusti, pietate, fidéque venusti.
Nobilitas generis probat hunc & gratia morum,
Contemptus sceleris, ac subsidium miserorum,
Expositus non se tantùm, sed opes manifestò,
Iura suæ sponsæ, causásque tuendo modestè.
Anno milleno C. ter, bis, ter, duodeno,
Decessit festo Marci, pius huic Deus esto.

59. ROGERUS D'ARMAGNAC II. obiit 1339. tumulatus in domo suâ d'Arsery. ARMAGNAC. 1339.

60. HUGO D'ARCY II. Ferrariensis monachus an. 1342. & 1349. Parisiis domum Episcopalem acquisiuit. Arciaci Collegij solus, Cameracensis verò vnus ex tribus fundator extitit; posteà Remensis Metropolita, vt diximus. ARCY.

61. ROBERTUS LE COCQ, II. ex Motinensi Episcopo 1351. proditionis accusatus quòd staret à partibus Regum Angliæ & Nauarræ, námque anno 1358. (Ioanne Rege Franciæ in Angliâ detento) Episcopus Laudunensis erat caput Consilij: fugit in Arragoniam; vbi donatus fuit Episcopatu Calaguritano. LE COCQ. D'or à 3. cocqs d'or 2. 1. 1358.

62. GAUFRIDUS LE MEINGRE II. frater Ioannis le Meingre cognominati Boucicaut, Franciæ Marescalli, ac Constantinopolitani Imperij Conestabilis, Genuæ Gubernatoris Comitis Bellifortis, ac Vicecomitis Turenæ, omnibus virtutibus, inquit Vbertus Folieta, quæ in claro & celso viro esse possunt, verè admirabilis; patriâ Turonensis, patre nobili Equite Ioanne le Meingre de Boucicaut, Carolo 5. Regi acceptissimo, Franciæ Polemarcho, matre Flotiâ de Liniers genitus. Ex Decano Turonensi fit Episcopus 1363. obiit anno 1370 Bononiæ in Italiâ circa festum S. Andreæ, nominatis hæredibus Ioanne & Gofrido nepotibus. Huius mentio in analectis Historiæ Marescalli de Boucicaudo, quam typis mandauit Theodorus Godefridus Regis doctiss. Historiographus. MEINGRE. D'argent à l'aigle de gueulle membrée & becquée d'azur. 1370.

63. PETRUS AISCELIN dominus de Monteacuto de Listenois, in AISCELIN.

Aruerniâ iuxtà vrbem Billomum. A Cardinalis tit. S. Marci, frater Egidij Episcopi Morinensis, Ioanne Rege Franciæ Cancellarij, item Cardinalis, inuictæ fidei Archiepiscopi Rotomagensis: suffectus iste in Lau-
1337. dunensi Cathedrâ anno 1370. 10. Ianuarij ex cartis Vaticani: monachus Benedictinus professione, Priórque S. Martini Parisiensis, & Sorbonæ Prouisor. Qui à Clemente 7. Pseudopontifice inter Cardinales allectus; instaurator fuit Collegij sui nominis Lutetiæ. De cuius obitu meminit illustris Historicus Ioannes Iuuenalis Vrsinus in Historiâ Gallicâ; refert námque Remis non sine veneni suspicione interiisse, cùm iam sese Episcopatu abdicasset; sepulturâ donatus in basilicâ S. Martini, in medio Chori ad basim Mosis, cuius inibi tumulus ex ære prostat: *Hic iacet in tumulo Reuerendissimus in Christo Pater dominus* PETRVS DE MONTEACVTO *Sanctæ Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis Laudunensis nuncupatus, huius Ecclesiæ Administrator, Cõsiliarius domini nostri Regis, excellens & magnificus, qui Remis in seruitio dicti dom. nostri Regis diem suum clausit extremũ anno ab Incarn. Dom.* 1388 *mensis Nou. die* 8. *pro cuius animæ salute velitis Deũ orare.* Vide Annales Francorum, Onuphrium, Ciaconium, cæterósue Cardinalitiæ Historiæ Scriptores, Marrierum in Historiâ S Martini Parisiensis, Iacobum Brulium in Antiquitatibus.

ROVCY. Dorau liô d'azur. 64. IOANNES DE ROVCY I. ex illustri gente Comitum de Roceio, filius Simonis Comitis Branæ, tum Roceij, ex Mariâ Castellioneâ matre, quibus condidit sepulchrum in monasterio Branæ Ordinis Præmonstratensis. Donatur Episcopatu
1384. 1384. cedente Petro decessore; nominatur in actis Parlamenti 1393. 1413. 1417. diem clausit 1419. tumulatus in basilicâ Branæ & sacello Diui Dionysij; vulgò bonus Episcopus dictus, consanguineus ac Consiliarius Regis Caroli 6.

CHAMPEAVX. 65. GVILLELMVS DE CHAMPEAVX III. ex Præside Cameræ Rationum Regiarum Parisiensium, Regísque in Sanctiore Consistorio Assessore anno 1420. latice sacro tinxit Ludouicum posteà Regem XI. in Ecclesiâ Cathedrali Biturigum, Ioanne Alençonio patrino, vt refert Alanus Quadrigarius; extant verò tabulæ in cartophilacio Laudunensi 1435 8. Septembr. quibus iste Guil- 1435.
lelmus confitetur se quindecim annis à suâ diœcesi abfuisse, & in partibus Occitaniæ & Aquitaniæ iussu Regis degisse. Vices interim Episcopales Ioanne Præsule Appamiensi peragente.

DES VRSINS. 66. IOANNES IVVENALIS DES VRSINS II. ex Bellouacensi Laudunensis Antistes eligitur die 3. B Nonas Aprilis, PETRO DE GODEMONT electo Laudunensi iura sua dicto Vrsino resignante an. 1444. 1444.
in registro Vaticano. Inde traductus ad Archiepiscopatum Remensem.

CRESPIN. 67. ANTONIVS CRESPIN ex Ecclesiâ Parisiensi translatus ad Laudunensem, tum factus Narbonensis Metropolitanus; iusiurandum clientelæ Regi præstat 1460.

GAVCOVR. 68. IOANNES DE GAVCOVR III. ex nobilibus de Gaucuriâ, cuius gentis Ambianenses Episcopi, Canonicus anteà Nouiomensis, ad hunc C Episcopatum sublectus sacramentum hominij iurat Regi Carolo in castro de Bressy 6 Nouembr. 1460. consecratur 29. Nouemb. obiit 10. mensis Iunij 1468.

LVXEMBOVRG. 69. CAROLVS DE LVXEMBOVRG Ludouici Comitis S. Pauli, Franciæque Conestabilis, ex Ioannâ Barrensi filius: Canonicus Coloniensis, eligitur 1472. natus tantùm annos 1472.
26. vnde dispensatus à Papâ Sixto 4. super defectum ætatis; possessionem adiit per procuratorem 1473. 26. Iunij. At cùm esset inuisus Ludouico D XI. Regi propter patrem Magistrum Equitum, qui securi percussus Lutetiæ occubuit, rescriptum dedit idem Sixtus pro translatione huius Caroli ad Ecclesiam Lombeiensem, quam obtinebat tum Ioannes de Grolaiâ, datum Romæ apud S. Petrum 16. Aprilis 1483. Verùm hoc breue Pontificium locum non habuit. Mortuus est hic Præsul 8. Cal. Decemb. anno 1509. Statuerat por- 1509.
rò vt dies festus Visitationis B. Mariæ solemnis haberetur, prout san-

citum fuerat in Concilio Basileensi: quod etiam innuit epitaphium sequens tumulo cupreo incisum in Ecclesiâ Laudunensi.

Me stirps clara tulit, Regúmque Ducúmque nepotem
Et modo sub gelido CAROLVS *are tegor.*
Nuper Episcopio, Laudunensique Ducatu
Insignis, patria pars ego magna fui.
Mors rapit hos fastus, mundique ruentis honores,
Post mortem pietas, & benè facta manent.
Quæ Mariam hospitio suscepit Elisabeth almam
Me sacra sit vobis instituente dies.
Sit precor hac festis iam Virginis addita testis,
Virgo autem memores visitet ipsa sui.
Funde preces, quondámque tuo carissima patri
Plebs mea fer votis, quòd modò restat, opem.

BOVRBON. 70. LVDOVICVS DE BOVRBON Francisci Comitis Vindocinensis & Mariæ Luxemburgensis filius, charactere Clericali, seu primâ tonsurâ insignitus in oppido de Farâ à Georgio de Ambasiâ Cardinale, Sedis Apostolicæ de Latere Legato in regno Franciæ, consecratur Episcopus Laudunensis in Ecclesiâ Prioratus Vallisscholarium Parisiis, à Philippo de Luxemburgo Cenomannensi Cardinale, in Franciâ Apostolico Legato, adsistentibus Stephano Parisiensi, Ioanne Lexoniensi, Castrensi & Lodeuensi pro Diaconis, Abrincensi & Megarensi Episcopis pro Subdia-
1517. conis 1517. 3. Maij: paulò post Calend. Iulij fit Cardinalis à Leone x. & pileus ei imponitur in cœnobio S. Vincentij. Laudunum ingreditur, comitantibus Remensi Archiepiscopo, Catalaunensi, Suessionensi, Ambianensi, Bellouacensi, Nouiomensi Episcopis, pluribus Abbatibus & Principibus, Vindocini & S. Pauli Comitibus, Duce Guisio cùm multis nobilibus; posteà fit Cenomannensis 1519. ac Senonensis, Abbas Sandionysianus, S. Leonardi de Ferrariis, S. Faronis Meldensis, S. Amandi, Sanctorum Sergij & Bachi. Obiit Lauduni 1557. 13. Maij, ibíque in 1557.
Cathedrali iacet, corde tamen in Ecclesiâ S. Dionysij sepulto, in quâ coronauerat Catharinam Mediceam Reginam. Vide Sammarthanos in Historiâ Genealogicâ, & Archipræsules Senonenses suprà.

71. IOANNES DOC IV. Ioannis Scutiferi Regij filius, ex Monacho Ordinis S. Benedicti, & maiori Priore S. Dionysij propè Lutetiam, quam dignitatem etiam Episcopus obtinuit, anno 1560. decessit, iacet in Choro iuxta Ludouicum Borbonium Mecœnatem suum; cui dicauit 1560.
libros duos de æternâ filij Dei generatione, ac temporali natiuitate.

DOC. Ecartelé au 1. & 4. d'azur à la croix d'argent. Au 2. & 3 d'or à 3. merlettes de sable.

72. IOANNES DE BOVRS V. Abbas Commendatarius S. Quintini in Insulâ, Regi ab Eleemosynis, ac Decanus Augustæ basilicæ S. Quintini Viromanduorum; consecratus 2. Nouemb. anni 1564. Regi clientelam profitetur 21. Nouembr. 1566. Summâ vir dignitate, morum integritate spectabilis; interest Cœtui Cleri Gallicani Blesis 1577. ac fatis 1580.
fungitur 1580. 22. Iunij.

DE BOVRS.

73. VALENTINVS DV GLAS ex Religioso S. Dionysij in Franciâ, & D. Remigij Senonensis consecratur an. 1581. Regi sacramentum pro temporali exhibuit vltimâ die Iulij eiusdem anni: mortuus die 5. Augusti 1598. quiescit in Cathedrali. 1598.

DV GLAS.

74. GODEFRIDVS DE BILLY Ludouico Billio Prunaij dynastâ, viro militari, Rege Francisco I. oppidi Guisiæ Gubernatore, Mariâ de Brichanteau natus est ex monacho S. Dionysij ac Abbate D. Vincentij, & S. Ioannis Ambianensis, consecratur anno 1600. erat Godefridi frater Iacobus Billius vir doctus, Abbas S. Michaëlis in Eremo, interpres operum S. Gregorij Nazianzeni, & aliorum plurium auctorum; de quo Scæuola Sammarthanus in elogiis. Hic anno 1609. induxit Minimos in ædem Vallisscholarium in vrbe; mortuus 28. Martij 1612. 1621.
iacet in suâ Cathedrali.

BILLY. D'argent à la fasce de 2. pieces, d'azur.

75. BENIAMINVS DE BRICHANTEAV Abbas Barbelli, Or-

BRICHANTEAV.

D'azur à 6. besans d'argent 1. en chef, 2. en fasce. 2. en pointe.

dinis Cisterciensis, & S. Genouefæ A Parisiensis; Antonij domini de Beauuais Nangis, vtriúsque Ordinis Torquati Equitis, in Lusitaniam Regij Legati, ex Antoniâ de la Rochefoucaud de Barbesieux filius; superioris Godefridi consanguineus, ac Crispini Episcopi Siluanectensis pronepos: consecratur 1612. eo Præsule Minimi fundantur Guisiæ 1619. Comitiis Parisiensibus interfuit, & Lutetiæ 1619. Iulij 13. diem clausit extremum, sepultus ad S. Genouefam; tali epitaphio: *Hoc componitur tumulo dominus* BENIAMINVS DE BRICHANTEAV *Episcopus & Dux Laudunensis, Comes Danisy, Par Franciæ, Abbas & Religiosus professus huius* 1619. *monasterij, qui vt nobilitate, sic pietate clarus. Obiit anno* 1619. 3. *Idus Iulij.* B

Brichanteav.

76. PHILIBERTVS DE BRICHANTEAV ex Abbate S. Vincentij Laudunensis, frater Beniamini superioris; initiatus sacris Ordinibus ab Andreâ Fremyot Archiepiscopo Bituricensi tempore Quadragesimæ 1620. paulò post consecratur à Francisco Cardinali de Rupefucaldi eius ex matre consobrino: interfuit Comitiis Cleri apud Fontanetum C in Pictonibus 1628.

Estrees. Ecartelé au 1. & 4. d'argent fretté de sable de 6. pieces, au chef d'or chargé de 3. merlettes de sable qui est Estrées. Au 2. & 3. d'or au lion d'azur couronné & lampassé de gueulle, qui est de la Cauchie, ou Chaossée de Boolõoois.

77. CÆSAR D'ESTREES Abbas B. Mariæ de Longoponte diœcesis Suessionensis, ex nobilibus toparchis de Stratis ortus est, patre Francisco-Annibale domino d'Estrées, Marchione de Cœuures, Franciæ Marescallo, Regis Legato apud summum Pontificem, & Torquato S. Spiritus Equite, Mariâ de Bethune de Selles matre, Henrici Archiepiscopi Burdigalensis sorore. Cum autem Theologiâ & optimis disciplinis fuisset instructus, destinatur D Episcopus huius Sedis per obitum Philiberti, regio diplomate mensis Februarij 1653. creatus bullis Alexandri 7. Papæ mense Septemb. 1655. vnctione sacrâ inauguratur per Henricum de Bethune Archiepiscopum Burdigalæ, suffragantibus Dionysio Sanguin Siluanectensi, & Ludouico de Rechigneuoisin Tutellensi Præsulibus; Ecclesiam suam paulò mox absque pompâ ingreditur.

DECANI LAVDVNENSES.

SERIEM Decanorum subiectam primus ex schedis & tabulariis deprompsit, suisque ad Guiberti opera analectis intexuit R.P. Domnus Lucas d'Achery, Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri.

1. *Anselmus* Decanus & Archidiaconus, laudatur à Guiberto Abbate, dum Bartholomæum Episcopum Laudunensem affatur proemio ad Geneseos moralitates: *Indidit tanto Deus capiti duos oculos sideribus clariores, dum à dextris habes* ANSELMVM *totius Latini orbis magisterio prædicatum, cuius tam sincera est in Scripturarum ac fidei assertione seueritas, vt plures viros suis prebetur documentis fuisse Catholicos, quàm instituisse potuerit erroneus quispiam temporis huius hæreticos: al- trinsecus Radulfum*: & lib. 3. de vitâ suâ. *Magister Ansellus vir totius Franciæ, immò Latini orbis lumen in liberalibus disciplinis, & tranquillis moribus.* Idem auctor, & Hermannus l. 1 & 3. multiplici laudum encomio Anselmum prædicat; necnon Rupertus Tuitiensis libro de Omnipotentiâ Dei cap. 1. & 26. Obiit 1117. in æde 1117. Vincentianâ sepultus hoc epitaphio:

Dormit in hoc tumulo celeberrimus ille Magister
ANSELMVS, *cui per diffusi climata mundi,*
Vndique notitiam contraxit, & vndique laudem
Sana fides, doctrina frequens, reuerentia morum,
Splendida vita, manus diffundens, actio canta,
Sermo placens, censura vigens, correctio dulcis,
Consilium sapiens, mens prouida, sobria, clemens,
Sed quæ larga Dei concessit gratia dotes,
Idibus inuisi dissoluit Iulius ater,
Quà viuens viguit comitetur gratia functum.

2. *Guido de Montecuto* Rogerij filius, successit Anselmo, ætate quidem iuuenis, sed moribus senex,

» refert Historia MS. castitatis amator, A » & Ecclesiastici officij assiduus fre- » quentator. Decanus pariter & Archidiaconus fuit. Hic verò tradunt tabulæ Laudunensis Ecclesiæ, fecit vt supprimeretur mûnus quoddam Præpositi, quod magno oneri esset ipsi Ecclesiæ. Abbatiæ S. Vincentij Laudunensis nonnulla erogauit, schedâ anni 1139. Posteà electus ad Episcopatum Catalaunensem: vide Hermannum lib. 3. c. 25.
1139.

3. *Galterus de Mauritaniâ* anno 1152. Is cùm Capitulo ea bona concessit, quæ Præmonstratensis Abbatia possidet in Valscurto; litteris anni 1153. donauit & alia quædam monasterio S. Nicolai de Syluâ, ac Decanus reperitur inde ad an. 1159. posteà Episcopus Laudunensis.
1159.

4. *Liziardus* præficitur 1153. vt ex diuersis cartis compertum quas chirographo comprobauit: Decanatum gessit ad annum vsque 1168.

5. *Anselmus* 2. signum apposuit cartæ Galteri Episcopi Laudunensis, quâ donationem S. Vincentio factam confirmat 1168.
1168.

6. *Robertus* 1. ab an. 1172. ad 1178.

7. *Raynerus* anno 1178.

8. *Robertus* 2. ad an. 1190.

1190. 9. *Gislebertus* 1190. vix per annum officio functus.

10. *Michael de Corbeil* frater Reginaldi de Corbolio Archiepiscopi Parisiensis, primùm Canonicus Parisiensis, dein Decanus Meldensis D Ecclesiæ & Laudunensis 1191. tandem Patriarcha: ex Decano Parisiensi creatur, demum ad Sedem Senonensem euehitur.
1191.

11. *L.* anno 1193.

12. *G.* paciscitur cùm monachis S. Ioannis Laudun. 1193.
1193.

13. *Adam de Courlandon* vir nobilis, in vico Comitatus Ronsliaci, Fismensi vrbi contermino natus. In » eo septem præbendas fundauit, eâ lege, vt si quando Canonici persistere non possent, earum reditus Ecclesia Laudunensis possideret. Hic societatem iniit cùm S. Vincentij cœnobitis 1196. & inde ad annum vsque 1223. Decanatus officio defungitur ex tabulario Ecclesiæ. 1196.

14. *Galterus de Chambli*, obiit anno 1229.

15. *Stephanus de Briâ*, 1. de quo mentionem facit cartularium Laudunense ab anno 1230. vsque ad 1233. vbi Stephani, testamenti executor nominatur Iacobus de Trecis, B dictus Pentaleon, seu de Curtopalatio, Canonicus Laudunensis, postmodum summus Pontifex Vrbani IV. nomine. 1230.

16. *Guido de Castro Portuensi*, 1. *qui* (verba sunt cartularij) *ferè per annum & ampliùs pro Decano se gerere noluit, ideòque sedebat Capitulum, suppresso nomine Decani.* Decanatu abdicato, in Episcopum Suessionensem eligitur.

C 17. *Guido de Triangulo* 2. ex Archidiacono huius Ecclesiæ Decanus anno 1234. mense Maio, citatum cartularium hæc subdit: *eo tempore, prædictus Guido de Castro Portuensi renuntiauit Decanatui, & fuit in Decanum electus dominus Guido de Triangulo.* Is autem decessoris sequutus exemplum, cùm per annum Decanus præfuisset, medio in Capitulo, eâ se dignitate deposuit, anno videlicet 1235. 1135.

18. *Iterus*, frater Anselmi Laudunensis Antistitis, Archidiaconus, communi Canonicorum suffragio creatur. an. 1236. vixit ad 1238. 1238.

19. *Garnerus* 1. Decanus ex Archidiacono Laudunensi, dein Episcopus eiusdem Ecclesiæ in locum Anselmi designatur: extinctus anno 1249.

20. *Guillelmus* 1. Remensis Archidiaconus, successor Garneri, subscriptus litteris an. 1244. qui Purpurâ condecoratus ab Vrbano Papâ IV. an. 1263.

21. *Helias de Casurco*, vir morum A probitate iuxta ac scientiis clarus, primùm Canonicus Parisiensis, Decanus autem Laudun. 1261 vel sequenti. Pauco post tempore abdicauit.
1261.

22. *Ioannes* 1. ex Præposito Torlacensi Morinensis diœcesis, Capellanus Pontificis, Regens Parisiis in Theologiæ Facultate anno 1263. ab Vrbano Papâ sufficitur; fuit insignis literaturæ: obiit 1168. aut 1269.
1263.

23. *Guillelmus de Matiscone* 2. locum demortui Ioannis excepit circiter 1271. dein ad Episcopalem Ambianensis Ecclesiæ sedem euocatus; in gratiam Laudunensium an. 1279. tulit sententiam, tunc Ambianensis Præsul, quâ se in officio fuisse Decani testatur.
1279.

24. *Ioannes Raynaldus* 2. Canonicus Laudunensis, & Decanus 1271. ex diplomate Gregorij Papæ.

25. *Stephanus de Villamauri* 2. subscripsit codicillis an. 1290.

1295. 26. *Milo* anno 1295. die Iouis ante Natiuitatem S. Ioannis Baptistæ nominatur in actis reformationis Ecclesiæ Laudunensis.

27. *Hugo de Castellione*. huic Clemens v. Papa cessit sui Pontificatus anno 2. quatenus à Laudunensi Ecclesiâ ob quædam priuata negotia
1310. posset abesse: ab anno 1298. Decanus, & inde ad 1310.

28. *Gamerius de Theulis* 2. vt constat ex instrumento anni 1312. 4. die D mensis Decembris, obiit 1322.

29. *Ioannes* 3. Decanus ad annum 1326.

1329. 30. *Adam de Bugniuillà* 1. sedit ad an. plus minùs 1329.

31. *Guido*.

1350. 32. *Dionysius de Quadrellis* an. 1350. Robertum Laudunensem Episcopum inaugnratum in sedem, quò possessionem adipisceretur, induxit: vt habet vetus codex cæremoniarum, Liber albus vocitatus.

33. *Adam Decola* 2. in chorum pariter Gaufridum le Meingre Episcopum Laudunensem deduxit. vacasse Decani sedem anno 1370. comportum ex cartulario. 1370.

Stephanus Lescaillart 2. ex litteris Clementis Pseudopapæ vii. Aueniorie scriptis 1389. præfuit: sedebat adhuc an. 1396. 1389.

35. *Balduinus de Mepa* 1397. ex registro Ecclesiæ.

36. *Ioannes de Choisiaco* 4. creatur B 1398. pridie Idus Iunij, & post menses 18. Capitulo Decanatum deposuit. 1398.

37. *Petrus de Bieurâ* anno 1400. & 1412. 1412.

38. *Ioannes Marteguin* 5. annis 1421. & 1426.

39. *Petrus Goudeman* 2. die 19. Nouembris 1442. 1442.

40. *Petrus de Longoeil* 3. annis C 1453. & 1455.

41. *Ioannes Dixme* 6. permutauit Archidiaconatum Terasciæ cùm Petro de Longolio anno 1456. interfuit vnà cùm Antonio Crespin Episcopo Laudunensi, generalibus Galliæ Comitiis in oppido Montargiensi. 1456.

42. *Thomas de Poissiaco* 1460. defecit 1463. 16. Cal. Februarij.

43. *Carolus de Luxembourg* Canonicus Laudunensis, excipitur die 17. Ianuarij 1463. demum electione vltimus à Capitulo in Antistitem Laudunensem ereatur 1472. 1463.

44. *Guillelmus de Armire* 3. anteà Archidiaconus Ebroicensis, Decanatum anno 1472. à Sede Apostolicà obtinet, sed ob varias illum inter & Capitulum controuersias dignitatem abdicare cogitur. 1472.

45. *Stephanus Marque* 3. ex consensu Capituli nominatur 1479. moritur die 5. Iunij 1480. 1479.

46. *Polyenus*, siue *Pollius Claudet* Regi ab Eleemosynis, arbitris à Ca-

pitulo tribus constitutis, præficitur
1480. die 30. Octobris 1480. Canonicus autem minimè cùm esset Pollius, Præbendam ipsi contulit Episcopus, ac sic demum Canonicus est acceptus.

1483. 47. *Ioannes Godefridi* 7. an. 1483. decessit mense Aprili 1494.

48. *Ioannes de l'Or* 8. Decanatum
1495. sortitur 19. Iulij 1495. ad diem 12. Maij 1516. quo fatis functus est.

49. *Gaufridus de Bonavalle*, crebris in gratiam ipsius datis ad Capitulum literis, cùm à Rege, tum à Duce Vindocinensi, tum etiam à Cardinali Ludouico Borbonio eâ tempestate Laudunensi Episcopo, qui tandem arbiter constitutus De-
1517. canum Gaufridum declarauit 1517. die 12. Augusti. At nomine potiùs quàm re gessit præfecturam.

50. *Valeranus de la Haye* Decanus ab anno 1522. ad 1530. Canonicus ac Thesaurarius Laudunensis ap-
1542. pellatur in regesto eiusdem Ecclesiæ, ab anno 1537. ad 1542.

51. *Claudius Carpentier* 1537.

52. *Philippus Esmery* ab anno 1548. ad 1554. quo cedente.

53. *Antonius de Herbes* 1. Doctor Medicus, in Capitulo admittitur die
1554. 24. Decemb. an. 1554. obiit 1556.

54. *Christophorus de Hericourt* die 24. Iunij 1556. possessionem iniuit; nobili genere in diœcesi Laudunensi ortus, & scientiâ præditus. Compendiariam Historiam de Iesu Christi triumpho, Lauduni habito aduersùs dæmonem mulierculæ Nicoleæ Obriæ Veruinensis corpus agitantem 1565. conscripsit. Eandem Historiam Carolo 9. Francorum Regi dedicat. Decanatum primo Archidiaconatu mutauit; bibliothecam Laudunensi Ecclesiæ contulit, ac tandem mi-
1570. grauit è vitâ 1570. & sepultus in ipso Chori ingressu.

55. *Firminus le Normand*, aliàs *de Trouuille* Doctor Theologus, permutatione factâ Archidiaconatus cùm Decanatu, in possessionem inductus est 1569. Ecclesiæ Canonicus Ecclesiastes decessit die 19. Octob. 1578.
an. 1578.

56. *Petrus Emotte* 4. Laudunensis, Doctor Theologus, obiit 1. Augusti anni 1580.

57. *Ioannes Bertrand* 9. electus die 20. Nouembr. 1580. munere functus 1580.
per annos viginti.

58. *Nicolaus Triplet*, ex Archidiacono cooptatur 31. Augusti 1600. 1600.
ac paulò post hac se dignitate abdicauit.

59. *Dionysius Hangart* Canonicus Laudunensis & Doctor Theologus, Decanatum, sede Episcopali vacante, ex regio diplomate adeptus 1601.
est 26. Octobris 1601.

60. *Ioannes Bellotte* 10. eligitur die 31. Augusti 1605. de quo plura apud 1605.
Lucam d'Acherium: decessit die 8. Septemb. 1650.

61. *Antonius Bellotte* 2. Ioannis nepos, Iuris Pontificij Doctor, Canonicus Laudunensis, anteà Vicarius generalis Philiberti de Brichanteau. Ex cessione patrui à Capitulo die 15. Septemb. 1650. eligitur.

LAVSANNENSES EPISCOPI ET COMITES.

AB Auentico Heluetiorũ iam olim trãslaram Lausannam fuisse Episcopalem Sedem, Franciscus Guillimannus, Sebastianus Munsterus, Ioannes Stumpffius, Christianus Vrstisius, aliique passim affirmant: & probant, *Superius Episcopus Ecclesiæ Auenticorum*, *& Marius Episcopus Ecclesiæ Auenticæ*, ille Aruernensi 1. hic Matisconensi 2. Conciliis subscripti. Meminit quoque Ptolemæus Auentici l. 2. c. 9. Ammianus l. 15. quam desertam significat, sed non ignobilem quondam,

LOSANNE en Suisse, pres du Lac de Geneue, reside à Fribourg en Suisse sur le Sana.

& gentis Heluetiorum caput Tacito l. 1. Hist. cuius etiam meminit Notitia Prouinciarum, nempe Ciuitas Eluitiorum Auenticus; vnde Colonia Helueticorum in vetere lapide dicitur Aventiculum. Nunc autem Losannâ ab hæreticis Bernensibus occupatâ, Sedes Episcopalis constituta est Friburgi Nuitlandiæ Heluetiorum, quâ de re legendus Guillimannus lib. 1. Heluetiæ. Horum autem Præsulum integram seriem, quam temporum iniquitas abrupnit, nolimus polliceri. Extat eorum Catalogus à ducentis ferè annis descriptus in membranis, quippe desinens in Guillelmo Varaxio, cuius obitum anno Christi 1467. adscribit; sed qui per annos priores admodum trecentos, Protasium duntaxat, & Chilmegesilum, ac Marium commemorat; tum à Mario ad Vdalricum transit Carolo Magno æqualem; priùs admonens, in Auenticensi S. Symphoriani ædiculâ sepultos esse Episcopos Sedis illius ad vigintiduos. Ioannes Stumpffius in Chronico Heluetiorum l. 8. c. 17. Auenticenses, seu Lausannenses Episcopos ordine colligit, à Protasio vsque Ioannem, qui circa ann. 1140. Bonifacio successit; vsus, (vt profitetur) membraneo codice Ecclesiæ Lausannensis, per id ipsum tempus manu exarato; & ante Vdalricum, ad tres illos quos diximus, quatuor alios recenset, videlicet Superium, Maomerium, seu Manerium, Egilolphum, & Eritium; alios etiam paucos aliunde accersiuimus, quos loco suo proferemus, neglectis tamen adscititiis nonnullis, ac nominatim Aspasio, & Senoco, aliisque Elosatentibus; quibus nominis affinitas, & Elosæ, siue Elusæ Ausciorum antiquæ Metropolis ignoratio, inter Losannenses locum fecerat. Cæterùm prima Sedes est Lausanna, vrbs ad ripam dextram, & Septentrionalem Lacus Lemani sita, non longè à Gebennâ, in prouinciâ Maximâ Sequanorum, post Vesontionem Metropolim, éstque Episcopus Lausannensis, Archiepiscopi, vt loquuntur, consecrator natus; vnde & habet ius Pallii. Sic enim legimus in peruetusto codice Ecclesiæ Bisontinæ sacrorum rituum, ante annos ferè septingentos manu descripto, vbi de consecratione Episcopi: *Postquàm nouus Episcopus Missam finierit, inuitet eum Cancellarius ex parte Archiepiscopi, ad mensam. Similiter & alios Episcopos qui interfuerunt consecrationi. Hoc ordine sedeant. Ad dextram domni Archiepiscopi, Lausannensis, quia vtitur Pallio, & per eius manus consecratur Archiepiscopus.* Nunc ipsos Episcopos à primo ad vltimum, quos nouimus, percenseamus: eos verò præcipuè ex tabulis & MS. accuratè depromptos damus beneficio Petri Francisci Chiffletij Societatis Iesu Presbyteri. Nec omittendum in eâ diœcesi Abbatias reperiri:

ERLACENSIS O B.

ALTÆ-CRISTÆ O C. *Hautecreste.*

ALTÆRIPÆ *Hauteriue* O C.

PATERNIACI O C.

LACVS O P.

1. S. BEATVS Euangelium Auenticensibus prædicauit cùm socio Achate, vitam apud Interlacenses exegit iam senio confectus, in speluncâ, quemadmodum veteres produnt Legendæ. Eius autem reliquiæ vltimis hæreticorum tumultibus Luceriam inde sunt translatæ. Guillimannus de Heluetiorum Rebus lib. 1. cap. 15. ex Petro Canisio, & ipso æui sui Heluetiorum tum Apostolo, tum Patrono.

2. S. PROTASIVS patriâ Venetus, circiter annum Christi 500. Auenticensem Episcopatum obtinuit per annos 30. Eo sedente, & fauente fundata est Ecclesia in Balmis an. 501. Ex anno 1134. eius festum in Ecclesiâ Lausannensi celebrari cœptum est 8. Idus Nouemb. Bonifacij Episcopi decreto. 501.

3. S. CHILMEGISELVS, seu CHILMEGESILVS, cuius corpus, ex MS. honorificè iacet in Ecclesiâ S. Thyrsi, quæ nunc dicitur S. Marij. Huius tempore, anno 11. Clotharij Francorum Regis perfectum fuit monasterium Balmense i id æræ Christianæ 521.

4. SVPERIVS interfuit Concilio Aruernensi, anno Christi 535. si
535. fides vulgatis & antiquis Conciliorum editionibus, in quibus ei Synodo subscriptus legitur cùm Grammatio Metensi Episcopo: *Superius Episcopus Ecclesiæ Auenticorum*: addimus in veteri codice S. Arnulfi Metensis legisse sub hæc tempora, inter cæteros Metenses Episcopos etiam Grammatium, pro quo Cromatium scripsit Paulus Diaconus. Quare, non facilè abimus in sententiam Sirmondi, qui eidem Concilio præsentes facit Episcopos Sperium, siue Hesperium Metensem, & Grammatium Vindonissæ, Auenticensem nullum.

5. S. MARIVS factus est Episcopus an. 581. in citato MS. qui ex antiquis Lausannensium tabulis, claro genere ortus, in Auenticensi, seu Lausannensi, regni Burgundici Episcopatu annos 20. menses 8. exegit, & prætereà morum ac pietatis integritate conspicuus claruit; vixitque annis omnino 64. In Concilio Ma-
585. tisconensi 2. ad annum 585. Guntramni Regis 24. interfuisse legitur Marius Episcopus Ecclesiæ Auenticæ. Scripsit Chronicon excipiens Prosperianum, ac desinens in anno 2. Consulatus Tiberij Constantini Augusti indict. 14. quod ex veteri codice excerptum in lucem primùm protulit præfatus Petrus Franciscus Chiffletius tomo 1. Rerum Francicarum Andreæ du Chesnij. Obiit pridie Calend. Ianuarias, quâ die eius nomen sacris diptychis inseritur; sepultus est Lausannæ in æde S. Thyrso sacrâ, quæ deinde ex illo sancti Marij nuncupata est.

6. MACMERIVS seu MANERIVS, Stumpffius ex MS.

7. EGILOLPHVS.

8. ARRICVS, Stumpffio ERI-
650. TIVS interfuit Synodo Cabilonensi circa an. 650.

9. B. VDALRICVS, patre natus Hildebrando dynastâ Andechsensi, matre autem Immâ Sueuâ, sororem habuit Hildegardam Augustam, Caroli Magni vxorem tertio loco ductam; eodem cùm illâ partu editus. De quo videri potest Raderus tomo 2. Bauariæ Sanctæ, & alij quos refert.

10. FREDARICVS, qui Stumpffio FREDARIVS, rexit Episcopatum ad an. 815. 815.

11. PASCHALIS; hic prætermittitur in catalogo MS. sed apud Stumpffium anno adscribitur 817. Ludouico Pio imperante.

12. DAVID, iniit anno 817. Episcopatum obtinuit annis 24. occisus est à Barone de Tegerueld, ipse etiam perimens interfectorem suum in villâ de Annes, iuxta riuum qui transit per villam, ad magnum quendam lapidem, qui eius sanguine per multos annos cruentus apparuit. Ea cædes 850.
anno 850. perpetrata est.

13. HARTMANNVS, siue ALMANVS, sedit per annos 28. nempe vsque ad annum 878. inde vno amplius anno vacauit Sedes. Illo verò anno 878. indict. 11. vacante Episco- 878.
patu Lausannensi, scripsit Ioannes Papa 8. 4. Idus Iunias ad Theodericum Bisonticensem Archiepiscopum, mandans ne Lausannæ Episcopum vllum ordinaret, priusquam câ de re vnà colloquerentur.

14. HIERONYMVS anno 879. Idibus Octobris Concilio Mantalensi interfuit, in quo Regis nomen Bosoni ab Episcopis & Proceribus regni Burgundiæ delatum est. Sequenti anno 880. vnâ & eadem die 880.
Iunij 20. indict. 13. Ioannes Papa 8. tres pro Hieronymo Episcopo commendatitias dedit, ad Carolum Crassum Italiæ Regem, ad Linthvvardum Præsulem Vercellensem, & ad Theodericum Chrysopolytanum: id est Bisonticensem Archiep. eò spectantes, vt Lausannensem Episcop. ille obtinere sineretur, ad quem iam olim diuinitùs electus & consecratus fuerat. At Hieronymus haud multò post, cùm per biennium præfuisset, è viuis abscessit.

15. BOSO Solodori consecratus, rexit annis 35.

16. LIBO ordinatus anno 917. 917.

præfuit per quinquennium. At ordinatum dicit Stumpffius an. 927.

17. BERO, in MS. BERODVS, dicitur consecratus anno 921. vel
931. 931. vt ait Stumpffius, Episcopatum obtinuit annis 16. Ea verò ordinatio facta est à Girfredo Bisontino Archiepiscopo, agente Rodulfo Iurensi Rege.

947. 18. MAGNERIVS iniit an. 947. ad annos 21. Hunc opinantur alio nomine dictum Gotiscaldum: si verè Concilio Trenorchiano interfuit Gotiscaldus Episcopus sanctæ Mariæ Lausannensis, cùm Guidone Lugdunensi, & Girfredo Vesontiensi Archiepiscopis; Episcopis quoque Rotmundo Eduensi, Ildeboldo Cabilonensi, Maimbodo Matisconensi, & Alcherio Gratianopolitano; vt ex Petro Saniuliano multi adnotarunt. Emendanda est autem huius Synodi epocha, quæ annum iungit 944. cùm anno Ludouici Transmarini sextodecimo.

19. EGINOLPHVS, siue EGINOLFVS filius Comitis de Leyber ordinatur anno Domini 968. rexit annis 18.

20. HENRICVS I. inauguratus
985 anno 985. præfuit ad annos 35. in MS. dicitur martyrio vitam finiisse tempore Rudolfi Regis Burgundiæ piissimi. Pallium quoque accepisse à Pontifice Romano decessorum suorum more, Lausannenses etiam omnes, aut pleràsque condidisse, seu restituisse Ecclesias, tumulúmque habere in Cathedrali.

BOVRGONGNE. 21. HVGO DE BOVRGONGNE filius Rodulfi 3. Burgundiæ Regis cognomento Pij: quem alij eius priuignum fuisse dicunt; iniit anno
1019. Christi 1019. quo ipso anno die 11. Octobris interfuit consecrationi Cathedralis Ecclesiæ Basileensis per Adalberonem Basileæ Episcopum. Secundùm consecrationem suam, hac formulâ sacramento dixit Ecclesiæ Bisontinæ, vti obseruauimus in veteri codice: *Ego Hugo Lausanensis tam ordinatus Episcopus, & filius Rodulfi Regis vnicus, spondeo, voueo, promitto sanctæ Vesontionensi diœcesi, sicut fecère antecessores mei, subiectam subiectionem, & fidelissimam obeditionem.* Sedit annis 19. obiit pridie Calend. Septembr. feriâ 4. anno 1037. 1037.
sepultus est inxta patrem suum Rodulfum Regem, in Choro primariæ basilicæ Lausannensis.

22. HENRICVS II. seu HEINRICVS: hunc mirum est, & à Stumpffio, & in alio codice MS. prætermitti, cùm subscriptus legatur anno 1044. testamento, seu tabulis 1044.
Hugonis I. Archiepiscopi Bisontini, quibus ad Ecclesiam S. Pauli Bisontinam Canonicos instituit; extétque in codice citato, eius formula sacramenti, cùm mox ordinandus esset, Ecclesiæ Bisontinæ præstiti, in præsentiâ Archiepiscopi Hugonis. Adfuit exequiis Conradi Imperatoris apud Spiram sepulti 1039. Vuipponi in vitâ Conradi Salici; de quo diploma Abbatiæ S. Pauli.

23. BORCARDVS, aliàs BROCARDVS 1073. adhæsit Henrico Germaniæ Regi schismatico; eámque ob causam à Gregorio Papâ 7. perculsus est anathemate anno 1075. Baronio anno 1076. filius erat Co- 1076.
mitis Bucconis de Oltudenges, vir ferns & bellicosus, occisus tandem in obsidione vrbis Gleychen in Turingiâ anno secundùm Stumpffium, 1089. diffidente Henrico Imperatore cùm Egiberto Marchione.

24. LAMBERTVS DE GRANSON GRANSON.
filius Lamberti Comitis de Grandisono, intrusus à Guiberto Antipapa, Clemente 3. dicto: postquàm Ecclesiæ Lausannensis bona pessumdedit, pœnitentiâ ductus, se ipse abdicauit; & egressus per portam ciuitatis, quæ vulgò S. Marij, nusquam exinde comparuit. Vesontione ordinatus, promiserat subiectionem Vesontionensi Ecclesiæ in præsentiâ Hugonis Archiepiscopi, eius nominis 3.

25. CVNO, seu CONO DE HASENBVRG, seu DE NOVOCASTRO, frater Burcardi Basileensis HASENBVRG.
Episcopi, interfuit anno 1103. dotationi monasterij S. Albani Basileensis, ex Christiano Vrstitio in Epitome Historiæ Basil. 1103.

FAVLCIGNIE. 26. GIRARDVS DE FAVLCIGNIE, A Scumpffio Geroldus, præerat anno 1110. Pedagium quintæ feriæ domino de Faulcignie nepoti suo infeudauit: libenter morabatur apud S. Symphorianum; Ecclesiam domus Dei, seu lacus Iutensis, à se & fratribus fundatam Valtero D. Martini Laudunensis Abbati ordinandam

1137. concessit 1137. Sepultus est apud Lustriacum in Capitulo.

MARTIGNY 27. GVIDO DE MARTINIACO, Pallium accepit ab Innocentio Papâ 2. subscriptus legitur quibusdam tabulis Ecclesiarum Bisonticensium ad annos 1138. & 1140. Est ad illum S. B Bernardi epistolâ 27. Confirmat Viniaci fundationem Altæripæ Sabatho 3. Quadragesimæ epactâ 21. sedisse dicitur per annos 8. ac deinde propter incontinentiam & malum regimen expulsus fuit.

28. B. AMEDEVS, ad generis nobilitatem, & formæ præstantiam, singularem in rebus gerendis prudentiam, ac morum sanctimoniam insignem adiecit. In catalogo MS. notatur oriundus de castro quod dicitur Costa, propè S. Antonium, in agro nimirum Viennensi in Allobrogibus. Non desunt tamen qui legendum putent de castro quod dicitur C Costa; est enim Costa haud procul S. Antonio, mediâ ferè viâ Viennam inter & Gratianopolim. Monachus primùm fuit Clareuallensis sub S. Bernardo Abbate: exinde Abbas Altæcumbæ; ac demum Episcopus Lausannensis consecratus die festo S. Agnetis Ianuarij 21. Dominicâ die,

1145. anno Christi 1145. quo in munere annos expleuit 14. vitâ functus 1159. 27. Septembr. Extant eius Homiliæ aliquot de B. Mariâ, piam eius eruditionem redolentes, in Bibliothecâ Sanctorum Patrum editæ. Cùm ei D parùm prudentes Medici nonnulli auctores essent, vt causâ tuendæ valetudinis, fœmineo consortio vteretur, Episcopus sanctus propositi sui memor: *Absit*, inquit, *vt illò vnquam regrediar, vnde sum egressus*. Præcipua eius fuit erga Agnetem virginem & martyrem religio, vt cuius festo die se & natum, & Abbatem, atque Episcopum ordinatum meminisset: quare Officium illi Duplex in suâ diœcesi persolui voluit. De illo vita S. Bernardi lib. 2. cap. 8. fuit Cancellarius Frederici 1. Imperatoris, quem vnà cùm Conrado 2. & Eugenio 3. Pontifice ad impetranda priuilegia Ecclesiæ suæ patronos munificos habuit: tutor etiam delectus Humberti 3. filij Amedei Comitis Sabaudiæ. De eo Nicolaus Clareuallensis epistol. 34. Fasciculum Sanctorum Cisterc. Menologium, Chronica varia, & alij auctores.

29. LANDRICVS DE DVRNAC, DVRNAC. seu VLDRICVS, adhuc Decanus S. Ioannis Bisontini scribitur in tabulis Ecclesiæ Bellifontis ad an. 1155. 1155. sequenti 1160. consecratus est Episcopus Lausannensis ab Humberto Bisontino Archiepiscopo, assistentibus Ardulcio Gebennensi & Vuillelmo Bellicensi Antistitibus: præfuit annis 19. ac deinde insufficientiæ & incontinentiæ delatus, resignauit in manu domini Papæ, póstque diu vixit; sepultus est ante Capitulum. At eius tempus sedis restringendum opinamur ad annos 14. si vera est quam hîc subiicimus, Rogerij eius successoris chronologia ex MS. citato expressa.

30. ROGERIVS natione Tuscus, patriâ Pisanus, cœpit an. 1174. interfuit Concilio Lateranensi sub Alexandro 3. 1179. prouinciam Bisontinam lustrauit Legatus Romani Pontificis 1180. rexit Episcopatum suum annis 37. abdicauit iam senio grauis 1211. vixit exinde in Ecclesiâ Lausannensi vt priuatus Canonicus annis 8. Obiit 1219. 3. Nonas Martias. 1211.

31. BERTHODVS, seu BERTOLDVS DE NEVCHASTEL filius Aldrici Comitis de Nouocastro; ex Thesaurario Ecclesiæ Lausannensis, electus est Episcopus anno 1212. in Octauâ Epiphaniæ; sedit annis 7. mensis 6. extinctus 1218. 3. Idus Iulij, feriâ 6. cùm esset in procinctu ad expeditionem Ierosolymitanam. NEVCHASTEL. 1218.

32. GERALDVS II. seu GEROLDVS DE ROVGEMONT filius Comitis Theobaldi de Rubeomonte; creatur ex Decano S. Stephani Bisonticensis, in quâ Ecclesiâ à puero ROVGEMONT.

à puero educatus, per 40. ampliùs annos vixerat. Girardi Lausannensis Electi mentio est in tabulis datis ad
1220. an. 1220. mense Nouembri; sed nondum expleto anno à suâ electione transfertur ad Archiepiscopatum Bisonticensem.

Escvblens 33. Vvillelmvs de Escvblens, I. filius domini Petri de Escublens: ex Thesaurario Ecclesiæ Lausannensis Episcopus fuit annis 8. minùs hebdomadis sex: moritur
1228. an. 1228. ac deinde post grauem super Episcopi electione, Lausannensium discordiam, quæ ad duos annos pertracta, institutus est à Gregorio IX. Pont. Max.

34. B. Bonifacivs patriâ Bruxellensis, Parisiensis Doctor, qui tum erat Ecclesiæ Coloniensis Scholasticus. Lausannam primùm deductus est
1230. magno comitatu anno 1230. 5. Idus Martij; inter alia quæ præclarè gessit, instituit vt S. Protasius Lausannensis Episcopus proprio Officio coleretur. Post octo annos Romam visit, ibique Episcopatui suo renunciauit in manibus eiusdem à quo promotus fuerat, Gregorij IX. Papæ. Hic mandauit Capitulo Lausannensi, vt connocatis Archiepiscopo Bisontino & Episcopo Lingonensi, idoneum sibi Episcopum intra tres menses eligerent; sed diuisis per factiones electorum suffragiis, pars in Philippum consensit, fratrem Comitis Sabaudiæ, & Primicerium Metensem, pars Ioannem de Cossoney sibi cooptauit, Cantorem Eccl. Lausannensis; atque hæc posterior electio à Præfectis Pontificis sola canonica & legitima iudicata est, nec tamen continuò pax fuit, nã ad duos annos tenuerunt vtrarũmq; partium tumultus, per quos incensa, dirutáq; ædificia quamplurima, cæsi homines 34. vulnerati ad trecentos. Intereà Bonifacius Parisiis Theologiæ Rector fuit, ac tandem obiit Cameræ, propè Bruxellam patriam, sanctitate & miraculis clarus, depositus est apud Cistercienses moniales: obiisse dicitur an. 1260. Videndus de illo inter cæteros Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij 19. Februarij, cùm Auberto Miræo in Fastis Belgicis eadem die.

Cossonay 35. Ioannes de Cossonay I. ex Cantore Ecclesiæ Lausannensis, interfuit Vesontione releuationi Sanctorum Ferreoli & Ferrucij Martyrũ 4. Nonas Septembr. 1246. triginta circiter annos vtiliter præfuit. Pallé d'argent & d'azur de six pieces. 1246.

Chamvent 36. Vvillermvs de Chamvent, II. rexit quoque hic annis ferè 30. de suâ Ecclesiâ optimè meritus; ad cuius tempora pertinet congressus memorabilis Rudolfi Habspurgij Imper. cùm Gregorio Papâ X. Lausannæ an. 1273. Nominatur mense Iunio 1280. in cartulario S. Benigni Diuionensis, & 1293. 1293.

Vvippens 37. Girardvs seu Geroldvs, de Vvippens III. præerat an. 1307.

38. Otho, siue Otto de Chamvent Episcopatum regebat ex tabulis an. 1311.

Doron. 39. Petrvs Doron 1317. Capitulo suo hæreditatem suam transmisit: fœdus iniit cùm Episcopo Basileensi, & Comite Gebennensi contra Ludouicum de Sabaudiâ Baronem Vaudi. 1317.

40. Ioannes II. ad an. 1325. Episcopale lituum obtinuit.

Prengin. 41. Gvido de Prengin, II. anno 1330.

Rossillon 42. Ioannes de Rossillon III. fundauit altare S. Petri in Ecclesiâ Lausannensi, sepultus est an. 1341. 15. Aprilis. 1341.

43. Godofredvs anno 1343. & 1345. 7. Februarij in registro Vaticano.

44. Franciscvs anno 1347. 3. Decembr. nominatur huius sedis Præsul in iisdem Actis Consistorialibus Vaticani, posteà traductus ad Maurianensem Ecclesiam.

Cossonay 45. Aymo de Cossoney annis 29. 1357. 7. Aprilis ex libro prouisionum Prælatorum.

46. Ioannes, IV. ex Ordine S. Dominici, Basileensem Ecclesiam S. Martini dedicauit an. 1398. Cartusiæ quoque Basileensis cœmeterium sacrauit. Vrstitius in Epitome Histor. Basil. cap. 14. 1398.

MENTHONAY. 47. GVILLELMVS DE MENTHONAY III. Sabaudus occisus à Cubiculario suo anno 1405. die 9. mensis Iulij, cui Amedeus Sabaudiæ Comes castrum Truchetti concessit in partibus Allobrogum.

CHALANT. 48. ANTONIVS DE CHALANT I. Cardinalis factus à Benedicto XIII. an. 1404. frater Guillelmi; ac Rom. Eccl. Cancellarius, Archipræsul Tarantasiæ.

CHALANT. D'argent au chef de gueulle au baston de sable brochant sur le tout. 49. GVILLELMVS DE CHALANT IV. ex stirpe Comitum eiusdem cognominis in valle Augustanâ; filius nempe Amedei domini de Fenis, & Fleurinæ Probanæ, Abbas S. Michaëlis de Clusâ & S. Iusti Secusiensis, Cancellarius Sabaudiæ; ex monacho Benedictino Episcopus an-
1406 no 1406. extruxit castrum S. Marij, multa quoque ad rem Ecclesiasticam laudabiliter instituit: defunctus anno 1430.

PRENGIN. 50. IOANNES DE PRENGIN, V. ex Cantore Ecclesiæ Lausannensis anno 1431. Episcopus constituitur à Felice V. siue Amedeo Sabaudiæ Duce, vero Romano Papâ à multis credito; à Canonicis autem Lausannensibus eligitur LVDOVICVS DE LA PALV, mittitúrque in possessionem à Concilij Basileensis Patribus cui intererat, vt patet ex sess. 3. & 38. Cùm autem ad Eugenium IV. Pontificem prouocatum esset, in Ioannem Episcopum dixit, commendatitiis in eius gratiam ad Amedeum Romá da-
1433. tis, pridie Nonas Nouembris 1433. sed confirmatus est Ludouicus à Concilio Basileensi, damnato Ioanne, eiúsque promotore Amedeo. Viguit ea controuersia ad an. 1435. de quâ pluribus Amedeus Pacificus. Ioannes postea fit Episcopus Augustæ Prætoriæ.

DE PRE'. 51. ANTONIVS DE PRE' II. qui fuerat Cantor Ecclesiæ Lausannensis, post Ioannem eligitur.

SALVCES. 52. GEORGIVS DE SALVCES Eustachij domini Valhsgranæ filius, Canonicus Lugdunensis, & Duci Sa-
1440. baudiæ à Consiliis cœpit anno 1440. obiit 1461. 4. Nouemb.

VARAX. Escartelé de vair & de gueulle. 53. GVILLELMVS DE VARAX V. ex dominis de Romans, Ordinis S. Benedicti, Episcopus Bellicensis, fit Lausannensis anno 1461. obiit 1467.

54. RVDOLPHVS Legatus Pauli Papæ 2. pacem conciliat inter Teutones & Polonos.

55. IOANNES VI. Cardinalis S. Petri ad Vincula 1474. 1474.

MONTEFALCONIS. 56. AYMO DE MONTEFALCONIS ex Baronibus Flaiciaci in Sabaudiâ, an. 1488 fundauit domum Francis-
canorum Morgus an. 1497. adhuc 1497.
viuebat anno 1509. Eo Præsule Maximilianus Imperator priuilegia Ecclesiæ Lausannensi confirmauit.

MONTFERRAND. 57. BENEDICTVS DE MONTFERRAND, sanatus ex pedis morbo ad monumentum B. Nicolai Subsiluij, cui eleuando deinde in-
terfuit anno 1510. 1510.

58. ANDREAS in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 8. 1513. 1513.
die Decemb. 19.

59. ANGELVS in Synodo Lateranensi sub Leone X. sessionib. 10. 1517.
11. & 12. ad annos 1516 & 1517.

MONTEFALCONIS. 60. SEBASTIANVS DE MONTEFALCONIS Episcopatu pulsus ab hæreticis anno 1536. adhuc appellatur in tabulis datis ad an- 1560.
num 1560.

GORREVOD. D'azur au cheuron d'or. 61. ANTONIVS DE GORREVOD III. Abbas S. Pauli Bisonticensis, Prior Nouauillæ in Bressiâ, Præpositus Collegiatæ S. Anatolij Salinensis, germanus Laurentij de Gorreuodo Comitis de Pont de Vaux, filius Ioannis Comitis de Gorreuod, Vicecomitis de Salins, Caroli V. Imp. Cambellani, ex Claudinâ de Semur; anno 1561. præsentatus è Duce Sabaudiæ: exemptus à viuis 24. Fe-
bruarij 1598. iacet in Ecclesiâ S. Pau- 1598.
li Bisontini, de quo Histor. Bressiæ in stemmate Gorreuodiorum procerum.

DOROZ. D'azur à la fasce d'or. 62. IOANNES DOROZ VII. Poligniacensis: ex Episc. Nicopolitano, & Suffraganeo Ferdinandi de Rye

An.Ch. Archiepiscopi Bisontini, à Clemente Papa 8. motu proprio instituitur anno 1600. Professor antea fuerat Iuris Canonici, & Vicecancellarius Academiæ Dolanæ per annos ferè 30. Prior item de Vallibus, & Abbas Fauerniacensis, atque Ordinis Cluniacensis Vicarius generalis. Scripsit relationem ad Paulum v. de visitatione suæ diœceseos. Obiit 7. Cal. Septembr. an. 1607. ætatis suæ 72. sepultus Vesontione apud S. Stephanum: epitaphium eius tumulo inscriptum est eiusmodi: *Deo Opt. M. & Ioanni Doroz Episcopo & Comiti Lausannensi, sacri Rom. Imper. Principi, Abbati de Fauerneyo &c. Iuris vtriusque & sacræ Scripturæ peritissimo: necnon Claudio Doroz fratris filio, huius Ecclesiæ Canonico, vitæ, doctrinæque probitate patruo non dispari. Petrus Doroz eiusdem Ecclesiæ Canonicus mœstissimus, patruo incomparabili, & fratri amantissimo posuit, & sacellum hocce restaurari, in eoque loco sacrum fieri curauit. Heic habes hospes paris virorum tam commendabilis nomina, vitam non habes, quia honestius illa cedro mandetur quàm ære; si tamen tantus ardor sciendi, hoc accipe: benè beatéque vixerunt. Ioan. annos 72. mortuus anno 1607. Claud. an. 63. mortuus 1610.*

chargé en cœur d'vne rose de gueulles, l'écu brisé en pointe d'vn croissant de...

1607.

63. Ioannes de Vvateville viii. filius Nicolai à Vuateuillâ Marchionis de Versoix, iam tum Abbas de Caritate Ordinis Cisterciensis, Bisontinæ diœcesis; fit Lausannensis Episcopus per præsentationem Sabaudiæ Ducis 1610. quo anno Arbosij, Dominicâ Quasimodo in Octauâ Paschæ, à Ferdinando Bisontino Archiepiscopo consecratus est, Guillelmo Archiepiscopo Corinthiensi, & Ioanne Augustodunensi Episcopo cooperantibus. Multa passus à suis Lausannensibus hæreticis, Friburgi Heluetiorum inter Catholicos sedem sibi delegit: limina Apostolorum visitauit anno Iubilæi 1616. Obiit 21. Iulij 1649. & iacet in monasterio Caritatis.

Vvateville. De gueulle à 3 ailles ou demi vols d'argent 2. 1.

1610.

LEMOVICENSES EPISCOPI.

Aqvitaniæ primæ ciuitas Lemouicum, Ratiastum Ptolemæo lib. 2. cap. 7. ad Vigennam fluuium, cuius populi à Cæsare, & Strabone, inter Aquitanos collocantur, & à Sidonio Apollinari lib. 7. ep. 6. Quàm verò Lemouices armis & militibus valuerint, vrbsque ipsa potens & clara fuerit sub Cæsare, patet ex eo quòd tumultuantibus Galliis duce Vercingentorige, Cæsar l. 7. de Bell. Gall. Lemouicibus decem millia armatorum militum imperata fuisse scribat. Vrbs Lemouix appellatur ab Aimoino, Lemouicæ in vitâ Eligij apud Surium, Lemouica apud Gregorium Turon. lib. 9. c. 20. seu Lemouicina apud eundem lib. 10. arcem Regni Aquitanici tenens in quodam ms. In Notitiis autem Prouinciarum sub Metropoli Biturigum suffragatur oppidum Lemouicum, quod subest Parlamento Burdegalensi, In quo tribunal Vectigalium, & Sedes Præsidialis; vrbs popnlosa superioris Lemouicij Metropolis, inquit Iodocus Sincerus in Itinerario, « inter colles vitiferos propè Vigennam sita, colli « adcliuis, partim ima, partim summa « eius operit, turres præaltas & acuminatas eminus venientibus ostentat, muris, fossisque non improbè « munita, ædificia habet excelsa, nec « tamen inelegantia; in summo vrbis « fons est largiter promanantis aquæ, « qui hinc inde riuulos per vrbem dispertit, diuersis plateis emundandis. « Cathedralis Ecclesia patronum habet Sanctum Stephanum, cuius Capitulum constat Decano, Cantore, Subcantore, Archidiacono de Malamorte, pluribus Archipresbyteratibus, Præbendis, & parochialibus Ecclesiis; Abbatiæ sequentes reperiuntur in diœcesi:

Limoges ou Limousin, sur la Vienne.

S. Martialis *in vrbe Secularis*

S. Martial de Limoges O B.

S. AVGVSTINI O B. *S. Augustin de Limoges.*

S. MARTINI O B. *S. Martin de Limoges.*

GRANDIMONTIS O B. *Grandmont Chef d'Ordre.*

SOLEMNIACI *Solognac* O B.

BELLILOCI *Beaulieu* O B.

MEIMACI *Meimac* O B.

AGEDVNI *Ahun* O B.

VSARCHIÆ *Vsarche* O B.

VOSIENSIS *Vigeois* O B.

REGVLÆ *fem. la Reigle* O B.

LES ALOIS *fem.* O B.

BENEVENTI *Beneuent* O A.

STIRPENSIS *l'Esterp* O A.

ALBÆPETRÆ *Aubepierre* O C.

BONILOCI *Bonlieu* O C.

BONÆAQVE *Bonaigue* O C.

BVLLII *Beuf* O C.

COLVMNÆ *la Colombe* O C.

DALONÆ *Dalon* O C.

OBASINÆ *Obasine* O C.

PRATIBENEDICTI O C. *Prebenoist.*

PALATII *du Palais* O C.

Episcopos hîc damus ex catalogo MS. Ioannis Cordesij Canonici huius Ecclesiæ, viri antiquitatum Ecclesiasticarum periti; quem adauximus membranis MS. fragmentis Chronicorum S. Martialis, D. Stephani, Vosiensis, Vsarchiæ, aliis codicibus & obseruationibus nostris. Præsulum ergo primus sit.

1. S. MARTIALIS vnus ex Discipulis Christi opinione vulgari creditur in elenchis & Martyrologiis Ecclesiæ Lemouicensis; quod etiam contendit Baronius in Annalibus Ecclesiasticis. At Gregorius Turon. l. 1. Hist c. 28. testatur missum fuisse in A Gallias sub Decio, quod aliqui magis veritati consentaneum existimāt. Sed cùm speciatim præfatus Cordesius scripserit dissertationem de illius missione non indoctam, & quo tempore in Aquitaniam venerit Christi fidem promulgaturus; facile erit cuilibet inuestigare ex argumentis, tempus Sedis eiusdem Martialis Lemouicensium Apostoli. Quam dissertationem v. c. Franciscus Bosquetus nunc Monspeliensis Pontifex ex Gallico Latinam vertit, & Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ Tomo primo inseruit.

B

2. AVRELIANVS 15. Calend. Decembr.

3. EMILIVS.

4. ATTICVS an. 310. 501.

5. EAMENVS.

6. HERMOGENIANVS.

7. ADELPHIVS.

8. DATIVVS fuit depositus.

9. EXVPERIVS anno 410. 410.

C

10. ASTIDIVS de cuius progenie ortus est B. Aredius.

11. RVRICIVS I. auitâ nobilitate conspicuus, & Anicianæ familiæ consanguinitate iunctus, fundauit monasterium S. Augustini extra muros Lemouicenses propè Vigennam fluuium; subscriptus Aurelianensi 4. Synodo anno 541. & 5. per Bantaredum Archidiaconum anno 549. de 549.
quo Sidonius Apollinaris pluribus locis meminit; huius habemus Epistolarum libros tomo 5. antiquarum
D Lectionum Canisij. Res ab eo præclarè gestas Fortunatus Presbyter lib. 4. carminum describit elogio sepulchrali, necnon Ruricij nepotis:

Hic sacra Pontificum toto radiantia mundo,
Membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit.
RVRICII *gemini flores, quibus Aniciorum*
Iuncta parentali culmine Roma fuit.
Actu, mente, gradu, prænomine, sanguine nexi,
Exultant pariter hinc auus, inde nepos.

Tempore quisque suo fundans pia templa patroni,
Iste Augustini, condidit ille Petri.
Hic probus, ille pius, hic serius, ille serenus,
Certantes pariter, quis cui maior erit.
Plurima pauperibus tribuentes diuite censu,
Misêre ad cœlos quas sequerentur opes.
Quos, spargente manu, redimentes crimina mundi,
Inter Apostolicos credimus esse choros.
Felices, qui sic de nobilitate fugaci
Mercati, in cœlis iura Senatus habent.

12. RVRICIVS II. nepos superioris, de quo in epitaphio supra memorato extat mentio.

13. EXOTIVS, aliàs ESOTIVS, epitaphium eius scripsit idem Fortunatus l. 4. in quo dicitur longæuus, & à patientiâ, mansuetudine animi, basilicarum cultu, aliisque virtutibus dilaudatur: sic autem desinit:
Qui tria lustra gerens in Pontificatus honore,
Pergit ad antiquos plebe gemente patres.

14. S. FERREOLVS vixit anno 580. secundùm Gregorium Turon.
» l. 5. c. 29. Lemouicinus, inquit, po-
» pulus cùm se cerneret tali fasce gra-
» uari, congregatus in Calendis Mar-
» tiis, Marcum Referendarium inter-
» ficere voluit, & fecisset vtique, nisi
» eum Episcopus Ferreolus ab immi-
» nenti discrimine liberasset. Subscriptus reperitur Concilio Matisconensi 2. an. 585. sepeliuit B. Aredium. 585.

15. ASCLEPIODORVS, seu ASCLEPIVS, cuius transitus recolitur 10. Calend. Ianuarij in Martyrologio Lemouicensi.

16. S. LVPVS tempore Clotharij 2. Regis, nomen adscribit fundationi monasterij Solemniacensis à B. Eligio factæ anno 638. 638.

17. SIMPLICIVS memoratur in vitâ B. Eligij l. 2. c. 28. beato Audoeno auctore apud Surium, Cal. Decemb.

18. FELIX, eius vice Paternus Abbas adfuit Concilio Cabilonico an. 650. qui & Felicius appellatur; 650.
vnde in vitâ S. Eligij apud eundem Surium cap. 28. lib. 2. hæc habentur: *Nocte quadam post absolutas ex more preces paululùm se ad quiescendum componens Eligius, mox in somnis visus est res admodum ferias agere: excitatus ergo à Clerico, & interrogatus quid vidisset, sic respondit: Simplicius Lemouicum Episcopus nuper obiit, & Felix ei successurus mittit nuntios ad nos, vt ei nostram operam nauemus. Cùm illis ego iam loquebar, & certè breui hîc aderunt, dixit, & reddit se quieti. Inde sub lucem nuntij illi pulsant fores eius; iis apertis ingrediuntur, indicant Episcopi mortem, afferunt multam pecuniam missam à Felice, vt ei ad obtinendum Episcopatum esset adminiculo; sed Eligio persuadere nullâ ratione possunt, vt quicquam eius attingat. Attamen ingressus ad Principem, gratis impetrauit, quidquid illi petebant, sicque eos à se dimisit.*

19. ADELPHIVS, II.

20. HERTGENOBERTVS.

21. CÆSARIVS.

22. ERMENARIVS, seu ERMENVS, qui in litteris Stodili Episcopi scriptis anno 851. dicitur dedisse matriculariis S. Stephani villam de Magniaco.

23. SALVTARIS.

24. AGGERICVS.

25. S. SACERDOS è vico Calabro diœcesis Cadurcensis iuxta fluuium Dordoniam: iacet in Sarlatensi Cathedrali sibi dicatâ, de eo mentio in vitâ Capuani Episcopi Cadurcēsis.

26. AVSINDVS.

27. S. CESSATOR floruit tempore Caroli Martelli Maioris Domus circa annum 730. in vetere Martyrologio: quiescere traditur apud S. Sanctinum, iuxta castrum de Malamorte. 730.

28. REGIMPERTVS anno 817. impetrauit confirmationem priuilegiorum S. Stephani à Ludouico Pio.

831. 29. AVDACHER anno 831. donat Canonicis S. Stephani mansum Ramnaci. In cartulario Ecclesiæ Lemouicensis, in quadam schedâ conuentionum Gerardi Comitis cùm Stodilo Episcopo de rebus suis, seu excambio Ecclesiæ Rouariæ, in pago Lemonicino, pro villâ Coiaci in pago Biturico, Audacher antecessor Stodili appellatur in diplomate 5. Augusti 855.

30. STODILVS nominatur an. 841. & 851. necnon in variis cartis Abbatiæ Bellloci; ex fragmento Chronici MS. rerum Aquitanicarum B cœnobij S. Bertini Audomarensis ad an. 856. mense Octobri dicitur Carlus puer, filius Caroli Regis Aquitaniæ vnctus per eundem Pontificem, coronâ Imperij condecoratur. Excambiuit Ecclesiam S. Saturnini vocatam Sonniacum cùm Radulfo Archiepiscopo Bituricensi, quam idem cesserat huic monaste-
859. rio anno 859. Eo Pontifice Canonici S. Martialis habitum monachalem suscipiunt in generali conuentu Caroli Calui coram Archiepiscopis, & Principibus Aquitaniæ: *Ainardus*, C inquit Chronicon S. Martialis Lemonicensis, *Princeps monasterij S. Martialis & Canonici eiusdem Ecclesiæ prostrauerunt se ante pedes eius, & quæsierunt sibi dari habitum quo fierent monachi, tum Rex precibus eorum inclinauit, excepto Stodilo Lemouicensi Episcopo, qui contradixit, sed compulsus à Rege consensit propter munera, & voluerunt ex se habere Abbatem.* Interfuit iste Synodo Tusiacensi an. 860.

31. ALDO in Concilio Suessionensi 3. an. 866. obiit Nonis Octobris, & sepultus in S. Saluatore. An- D nales Francorum Bertiniani sub an.
866. 866. *Vulfadi Bituricensis exordinator potiùs quàm ordinator Aldo Lemouicensis Episcopus, in ipsâ ordinatione febre correptus in breui moritur.*

32. GERLO fatis functus die 4. Idus Iulij.

33. ANSELMVS anno 870. in diplomate Caroli Calui pro Vedastinis, & in membranâ S. Stephani Lemouic. quâ Frotarius miles dat Baumaram & Capellam anno 871. A interfuit Concil. Pontigonensi 876. cui scribit Ioannes 8. Papa 879, ep. 188. 879.
vnde sumitur cap. ad limina 30. quæstione 1. non separandum esse virum ab vxore, qui filium suum vrgente necessitate baptisauit; nominatur etiam anno 884. Moritur 5. Idus Februarij 898. conditus in S. Saluatore.

34. TVRPIO D'AVBVSSON AVBVSSON.
auunculus Roberti Vicecomitis de Albussonio, & frater Aimonis Abbatis S. Martialis, quem alij Turpium, & Turpinum appellant: regebat Episcopatum anno 914. de quo 914.
inquiunt Gesta Pontificum: "fuit ex clarissimo genere; monasterium S. Augustini Lemouicensis reædificauit, atque ibi monachos qui anteà Canonici Regulares, priusquàm Rex Pipinus Lemouicensem vrbem destrueret (nam Ecclesias & monasteria ibidem funditùs euertit) instituitque multa & mirabilia ab eodem gesta, vt videre est in Chronicis dicti monasterij; apud Valericum diœcesis Lemouicensis in Domino requiescit." Huc vsque vetus fragmentum: & alibi, Odonem Abbatem Cluniacensem magno amore excoluit; qui Odo, Turpione rogante, vitam S. Geraldi composuit, & librum de contemptu mundi. Notatur verò in tabulâ Protomartyris S. Stephani, quâ Eldegarius Vicecomes donat eidem Ecclesiæ pro remedio animæ Eldeberti Vicecomitis & matris suæ Aldetrudis, alodum in vicariâ Lemouicensi Caualiacum nomine, & quædam alia, vti recensetur in archiuio Lemouicensi; necnon in cartâ Deusdet Archidiaconi, de alode in vicariâ Exandonensi anno 12. regni Caroli Regis eodem Pontifice Doda fœmina pro delicto quod perpetrarat aduersùs D. Stephanum, & Turpinum Præsulem, Hildebertus Abbas filius suus concedunt alodem suum in pago Lemouicensi & villâ Adiolâ anno 920. 920.
indict. 7. regnante Carolo. subscripsit cùm Geronrio Bituricensi Pontifice fundationi monasterij Dolensis; item litteris Rodulfi Regis pro Ecclesiâ S. Martini Turonensis 929. Instaurauit cœnobium S. Augustini sub Regulâ Benedictinâ. Decessit Albuçonij 7. Calend. Augusti an. 944. aliis 946. & apud S. Valericum tumulatur.

POITIERS.

35. EBLVS, siue EBOLVS DE A POITIERS Abbas S. Michaëlis in Eremo, D. Maxentij, S. Hilarij Maioris Pictauensis Archiclauis, seu Thesauraeius: Ebuli 2. Comitis Pictauij & Ducis Aquitaniæ, ex Adelà Anglicâ filius, non Vuillelmi 2. Ducis, vt putauit Bnuchetus; fauoee Ludouici Regis Vltramarini dicti ereatus: Ademaeus in Cheonico illum scribit à D. Martiale 39. Episcopum; item fragmentnm Historiæ Aquitanicæ, & Chronicon Malleacense de eo sic: *Ebulo defuncto, alter Comes, alter Episcopus Lemonicæ ciuitatis factus est, annuente Rege Ludouico. Vuilielmus* B *verò Caput Stuppæ Vellauis, Lemouicæ, & Pictauis Comes prouectus, & Dux Aquitanorum & Consul extitit: hic Ebulo germano Abbatiam S. Hilarij & S. Maxentij præbuit. Fuit enim Ebulus bonus Pastor Ecclesiæ, ædificauitque castellum Lemouicæ sedis, castellum S. Hilarij, & Canonicos ibi disposuit; restaurauit monasterium S. Maxentij, & castellum in circuitu: sancti item Michaëlis ad Eremum, & multa alia laudabilia egit: qui defunctus sepelitur in prædictâ Ecclesiâ S. Michaëlis; fuit autem successor Turpionis Episcopi auunculi Roberti Vicecomitis Albuçensis:* Huius mentio habetur in cartophilacio Lemouicensi, in quo legitur hæc rabula ab originali edita: Ar-
» chambaldus Vicecomes & vxor Ro-
» thildis vendideeunt Doctrico in ad-
» uocatione eis quæ sunt in pago Le-
» mouicino. Doctricus supradictus dat
» Ecclesiam quam cnnstruxeeat in pa-
» go Lemouicinio, in proprio alodn
» vocatn Turrim sacraram in bonorem
» S. Saluatoris, sub nomine sanctæ ge-
» nitricis Mariæ, in præsentiâ seniorum
» suorum, Rainaldi Vicecomitis, &
» Bosonis Marcbionis & alinrum nobi-
» lium per, manus venerab. Præsulis
» domini Eubalonis, ad nomen Sancti D
» & Peotomaetyris Stepbani, dominio
» & potestate cunctorum Episcoporum
» ipsius Sedis, & mateis Ecclesiæ Le-
» mouicensis, sub canonicâ institu-
» tione oedinatis, & constitutis ibi Ca-
» nonicis & ministris, prout sumptus
» præfati cœnobij experierint ad re-
» gendum & moderandum, vt & alia
» sui iuris videtue esse monasteria agen-
» tem. Sed & annuatim teadidit, &
» sacrando obtulit 6. Idus Augusti,
» anno 5. eegnante Hlothario, indict.
A 1. signum Doctrici nepotis. Euba- «
lus Præsul Lemnuieensis, S. Doctrici «
qui donationem fecit, S. Bedict. f. «
eius, S. Rainaldi Vicecomitis, S. Bo- «
sonis Maechionis. «
Ab autographo eiusdem Ecclesiæ hîc exscribendam curauimus cartam huiusmodi tenoris: *Himblardus diuinâ propitiante clementiâ sanctæ Leudelensis Metropelis Archipræsul. Omnibus &c. Notum fieri decreuimus quemdam in Christo nobis fratrem & Coepiscopum, omnibúsque iure venerabilem Eubalonem Sanctæ Lemouicensis sedis Præsulem, consultu suorum Canonicorum, nostram reuerentiam expetisse,* B *pro quadam terrà nostræ diœceseos in suo Episcopio & Comitatu consistente, quam olim constabat nostris prædecessoribus sublatam, seu per potentiam Principum, seu etiam per fraudem & violentiam eiusdem Lemouicensis quondam incolarum, vel etiam per neghgentiam nostrorum prædecessorum, ipsisque S. Stephani Canonicis, quibus præfatus Antistes Episcopali auctoritate, Deo procurante præeminebat, ex multo iam tempore à quadam matronâ vocabulo Dedà, & filio eius Helià iure perpetuò possidendam, per cartarum instrumenta traditam, & multis annis iam sine con-* C *tradictione quorumpiam nostrorum prædecessorum possessam, vtpote in recompensatione cuiusdam sui sceleris, & noxæ satis culpabilis Episcopo Turpioni suo nimium compellente, imò satis legibus constantissimè exhibentibus à prædictis personis, Dedà scilicet, & filio eius, tam sibi, quàm successoribus suis ad possidendum perpetualiter attributam. Denique præfatus Episcopus nostram paternitatem visus est exposcere; vt suis Canonicis quod tanto tempore sine censuali exactione, & sine aliquâ cuiuspiam nostrorum interpellatione, per qualemcunque sibi factam donationem visi sunt tenuisse, abhinc iam ne iterum sub sæculari* D *redigatur potestate personarum, nostrà, nostrorúmque donatione sub annualis census exactione liceat possidere. Cuius petitionem suggerente illustri viro & Consiliario nostro domino Geslono, cùm consensu pariter cunctorum fidelium nostrorum tam Clericorum, quàm laicorum, seu primoribus nostræ Congregationis, hoc est domino illo Præposito, & domino Decano, Cantore, & Archidiaconibus facere decreuimus. Habetur autem ipsa terra in Comitatu Lemouicensi, in Vicaria Nouiacensi, hoc est in villâ quæ*

dicitur Adiola quatuor mansos cùm seruis, & omnibus suis adiacentiis, & super flum. Viennà, in loco qui dicitur Tectiportum mansum 1. & in villà Moleias mansum 1. Hac omnia cùm suis adiacentiis & mancipiis seruilibus vtriusque sexus præfato Episcopo Eubaloni, & Canonicis sua, Sanctique Stephani Congregationis, per hæc literarum instrumenta donamus eà ratione, vt per succedentium sæculorum curricula cùm omni suà emelioratione possideant, ædificent & constituant, & quidquid pro suà commoditate voluerint, libentissimè faciant, & singulis annis solid. 2. partibus nostris, nostrorúmque Canonicorum persoluant. Et vt hæc carta firmior habeatur, eam simul cùm Canonicis nostris firmauimus, & honorabilibus laicis roborandam tradidimus. Data Leudolo cœnobio S. Stephani anno 7. regnante Lothario Rege, indict. 14. Hic autem Eblus, ad onus Episcopale sufferendum, sub se ordinauerat Corepiscopum Benedictum, qui postea captus ab Heliâ Petragoricensi Comite crudeliter admodum oculis priuatus est, Ademaro referente, & paulòpost ex ægritudine Lemouicensis Præsul in-
958. terit anno circiter 958. humatus vt dictum in basilicâ Archangeli Michaelis de Eremo. Gaubertus autem à Marchiâ frater Heliæ, oculis orbatus est Pictauis à Guillelmo Comite, in vindictam Benedicti Corepiscopi.

Limoges. 36. HILDEGARIVS DE LIMOGES Geraldi Vicecomitis Lemouicensis ex Rothilde natus, germanos habuit Guidonem, stirpis cæterorum Vicecomitum progenitorem vsque ad Mariam, Arturi 2. Ducis Britanniæ coniugem; item Aimericum de Rupecauardi, cognominatum Ostofrancum, à quo genus nobilissimum Rupecauardi dynastarum prodiit; item Gofredum Abbatem S. Martialis, Giraldum de Argentonio. Fundator fuit cœnobij S. Petri de Vsarchiâ, vti retulimus tomo Abbatiarum: nominatur in cartis anni 958.
963. & 963. iacet apud S. Dionysium in Franciâ, cui contulit pretiosa ornamenta quæ à S. Martiale asportauerat, teste Ademaro.

Limoges. 37. HILDVINVS DE LIMOGES frater Hildegarij, fauore Vuillelmi Capitis Stuppæ, Ducis Aquitaniæ fit Episcopus & consecratur an 992. 992.
Engolismæ, à Gumbaldo Burdegalensi Archiepiscopo, Hugone Engolismensi, Frotario Petragoricensi, & Ebbone Santonensi Iudæos iussit aut baptisari, aut expelli datis doctoribus fidei per mensem, auctore Ademaro. Sæpè, inquit, pro nequitiâ " populi nouam obseruantiam instituit, " scilicet Ecclesias & monasteria à di- " uino cultu & sancto sacrificio cessare; & hanc obseruationem, excommunicationem censebat, quâ de re vir doctissimus R. Pater Ioannes Morinus, Blesensis, Oratorij Domini Iesu Presbyter l. 2. Exercitationum cap. vltimo. Posuit Alduinus fundamentum Ecclesiæ S. Stephani diruens veterem basilicam, vt eam maiorem construeret. De eo meminère plures cartæ tabularij Vsarchiensis; in schedâ nempe donationis mansi Villamandis, mense Martio, regnante Roberto, subscriptis Geraldo fratre Episcopi, & Bosone Comite Marchiæ; testis & in priuilegio Bosonis Comitis ac fratris Gauberti, quo cessit Vsarchiensi cœnobio sub Regulâ Benedictinâ, quandam Ecclesiam à suis antecessoribus possessam, & Deiparæ Virgini dicatam, sub dominatu Adalbaldi Abbatis ex assensu Alduini, testibus priuilegij ipso Bosone Comite Marchiæ, Gauberto fratre, Alduino Pontifice & aliis, anno Incarnat. 997. Præterea 997. donationem Milesindis Vicecomitissæ pro remedio animæ & Ademari Vicecomitis probat, de quadam villâ anno 1001. Obiit 1012. vel anno sequenti in Chronico S. Stephani. Apud D. Martinum in Capellâ S. Remigij tumulatus est.

38. GERALDVS DE LIMOGES Limoges. Alduini nepos ex fratre Guidone Vicecomite Lemouicensi, & Emmâ coniuge: postquàm iste vnâ die omnibus gradibus Ordinum insignitus, ab Ostiaratu ad Presbyteratum, super quo extitit magna altercatio, in sedem patrui collocatur, inauguratus an. 1012. mense Nouembri, Ademaro 1012. Cabanensi in Chronico MS. cuius hæc verba: *Alduinus acceptis pretiosis S. Martialis ornamentis, quia in manu suâ Abbatiam habebat emptam à Vuidone, properauit ante Quadragesimam*

cum Guillelmo Duce Romam; reuersus basilicam sedis S. Stephani quam S. Martialis ædificarat, amplificandam disposuit, abiénsque ad Ecclesiam argento emptam exhalauit; delatum corpus apud Lemouicam apud sedem, & S. Martinum sepultum. Successit Geraldus nepos eius consecratus Pictauis apud S. Hilarium à Siguino Archiepiscopo Burdegalensi; non esse potuit Gauzlenus Bituricensis, quia nondum erat Bituriæ. Interfuerunt Episcopi Gislebertus Pict. Arnaldus Petrag. Islo Santon. Grimoardus Engolismensis; post benedictionem comitati sunt vsque Lemouicam. Arnaldus & Grimoardus Episcopi primùm ad S. Martialem venerunt, simul & recepti sunt à monachis, inde monachi eos duxerunt cùm antiphonis vsque ad Ecclesiam Catrocensem; ibi in cathedrâ sedit humerorum populi vectus, Canonicis, antiphonis concinnentibus. Textum Euangelicum à Grimoardo Episcopo legendum sumpsit, & ita benedicens dextra assiduè ad ostium basilicæ S. Stephani cùm gloriâ deductus est; Grimoardus tradidit ei portas Ecclesiæ, Arnaldus cordas signorum, & ambo in sede S. Martialis intronizauerunt eum, & clarâ voce Te Deum Laudamus Arnaldus intonuit. Episcopum sedentem osculati sunt omnes, deinde missam celebrauerunt de Martyrio S. Theodori, cuius festiuitas ipso die agebatur, per dies septem indutus processit stolâ sanctificatâ, cùm indumentis & cappâ Romanâ absque capsulâ, & per eosdem continuos dies missam celebrauit. Noluit consecrare Gofridum Hugonis successorē in Abbatiâ S. Martialis. Mortuus apud Caroffum monasterium

1020. 1020. 3. Idus Nou. vt declarat idem Ademarus: *Defuncto Gofrido, Hugo successit, sed Episcopus Geraldus ei restitit dari consecrationem causa zeli, quia non poterat vindicare sibi Abbatiam, sed postea assensit; sed Episcopus Geraldus quia Thesaurarius S. Hilarij erat, dum ante festiuitatem Omnium Sanctorum Pictauium iret, in S. Carofo ægrotatus obiit, ibi sepultus ad caput eius tabula posita plumbea: Hic quiescit Geraldus Episcopus Lemouica, obiit 3. Idus Nouemb. præfuit ei sedi 8. annis. Et successit Ioannes.*

LORON. 39. IORDANVS DE LORON, aliàs DE LARON, ex Præposito S. Leonardi subrogatur Geraldo; fuit consecratus in Ecclesiâ S. Ioannis Angeriacensis per Heliam Archiepiscopum Burdegalensem, de cuius ordinatione sic fatur codex MS. de gestis Pontificum auctore Bernardo Guidonis Episcopo Lodeuensi: Dux Aquitaniæ Guillelmus prudentissimus cùm Guillelmo Engolismensi apud S. Iunianum placitum habuit, ac conuentum, vbi Vuido Vicecomes Lemouicensis, Principes quoque Lemouicini affuerunt. Ibidem nutu Dei electus Iordanus Præpositus S. Leonardi, vir nobilis & magnæ simplicitatis, in fine Ianuarij. Guillelmus surgens manè, à monasterio eiusdem loci cùm duobus Episcopis Islone, & Gisleberto, & multitudine Principum, ad vrbem Lemouicum venit, cui omnis ciuitas gaudens obuiam processit, deinde properauit ad Regalem basilicam S. Saluatoris, receptus à monachis B. Martialis cùm processione solemni. Die verò sequenti Iordanum in Ecclesiam S. Stephani deduxit, ac Pontificali honore ipsum gratis cùm Pastoris baculo vestiuit. Porrò Quadragesimâ superueniente, Dux ipse Romam pergens, Guillelmo filio suo curare imperauit, vt reuertens Episcopum illum reperiret ordinatum. Quod ille vt perficeret, Iordanum in Angeliacum perduxit, vbi Sabatho mediæ Quadragesimæ Diaconus & Presbyter ordinatus, sequente Dominicâ consecratus est Episcopus ab Islone Santonensi, & Heliâ Archiepiscopo Burdegalensi, ac tribus aliis, Bosone scilicet, Arnoldo, & Isemberto Episcopis. Et deinde à Guillelmo Comite, & Arnaldo Petragoricensi Episcopo in Lemouicam deductus, intronisatus fuit in sede S. Martialis. Gauzelinus verò Archiepiscopus Bituricensis, ad quem Lemouica pertinet, quod ille pro impositione manuum pecuniam requirebat, ac fuerat sine illius auctoritate consecratus; collectâ Synodo in Franciâ coram Rege Roberto, vbi septem Archiepiscopi cùm suis Suffraganeis Episcopis die Pentecostes affuerunt, totum Lemouicinum excommunicauit, præter locum S. Martialis, ipsúmque Iordanum ab officio Episcopali prohibuit; qui cùm rationem reddere posset, si vellet, necnon à culpâ se purgare coram Pontifice, id tamen non præstitit, quòd proprium Archiepiscopum contempsisset ex causâ simoniæ vitandæ. Posteà verò satisfaciens nudis pedibus, sedem Bituricensem

» adiit cùm centum Clericis, omnibus A » monachis discalceatis: cui Archiepisc. » cùm Clero obuiam venit, & quos » priùs ligauerat, eos honorificè addu- » cens absoluit. At Iordanus ante pro- » fectionem Ierosolymitanam conse- » crauit monasteriũ de Arnaco, in quo » quiescit corpus S. Pardulfi, Idib. Iulij

1028. » 1028. adfuit Guido de Turribus nobi- » lis Lemouix, cùm venerabili coniuge » Engalciâ, & Ademaro de Loron ge- » nero, Ebolo Combornensi fratre Ar- » chambaldi, cùm Ademaro filio Gui- » donis Vicecomitis, auctore Gaufrido » Vosiensi in Chronico. Anno ipso con- » secrata est Regalis basilica Saluatoris » Lemouicæ, ait, Cal. Dec. 15. ab Epis. B » copis 11. quorum nomina hac conti- » nentur paginâ, Iordanus Lemouicen- » sis, Isembertus Pictauensis, Roho En- » golismensis, Arnaldus Petragoricẽsis, » Petrus Gerundens, Deusdet Catur- » censis, Amelius Albiensis, Arnaldus » Rutenensis, Fulco Carcassonensis, » Islus Xantonensis, Godefredus Ar- » chiepiscopus Burdegalensis. Hoc fa- » ctum est tẽpore Roberti Regis Fran- » corum, & Imperatorum Constantini » Græcorum atque Conradi Romano- » rum; núncque lenatum est corpus » Martialis Apostoli à monachis eius, » ad cuius præsentiam delata sunt tunc » nobilissima corpora Sãctorum Aqui- C » taniæ prouinciæ, astante Duce Aqui- » taniæ, Duce Vasconiæ, cùm omnibus » Principibus, & omni frequẽtiâ Aqui- » tanorum; post dies octo iterum rela- » tum & reuersatum est integrum cor- » pus eiusdem Apostoli in sepulchrum » pristinum. De hac celebritate mentio in veteri inscriptione. Interfuit Concilio Pictauensi, Roberto Rege annuente, vbi aderant Vuillelmus Dux, Isembertus Episcopus, Arnaldus Petragoricensis. In eius manu dimissa est S. Stephano Ecclesia de Buxolio an. 1027. ex cartis S. Stephani: testis & in donatione mansi de Podiosecco D per Americum de Rupecauardi, filiũ Aimerici: Idem ex suo allodio hæreditario pro animâ patris Geraldi, & vxoris Odalgardis donat quædam S.

1029. Stephano: Synodus autem Lemouicensis prima celebratur anno 1029. in quâ actum est de Apostolatu S. Martialis; quâ de re Baronius: item in 2. Lemouicensi congregatâ an. 1034. 28. Nou. sess. 1. coram Episcopis perorauit Iordanus aduersus seculares potestates, quæ Ecclesiam opprimebant. Benedixit Odolricum Abbatem S. Martialis. denique sepelitur apud S. Augustinum anno 1052.

Chabo. 40. Iterius Chabot, siue Hicterius eligitur 1052. Gesta Pontificũ, auctore Bernardo Guidone Ecclesia Lemouicensis; mortuo Iordano, tantis quassata fuit tempestatibus, tantísque afflicta iniuriis, vt necesse habuerit terræ suæ Principes consulere: qui tandem censuerunt aliquem Iterium ex nobili familiâ des Chabots eligendum: vnde Iterium ex consensu Comitis, Vicecomitis, totiúsque plebis, moribus probum rapuerunt reluctantem, eúmq; Episcopum elegerunt 1052. qui iacet in monasterio S. Augustini. 1052. Interest sacro Philippi Regis 1059 castrum de Chaslus, de loco vocato Franchenas, ad locum vbi nunc cernitur, permutasse narratur; erat quippe frater Principis illius castelli. Huius fit mentio in cartâ duelli, seu guerræ vt vocant tabulæ veteres, cùm Aymerico de Rocacauardo filio Ermesẽdæ, propter Monasterium S. Iuniani, ex cartario Lemouicensi. Memoratur prætereà in mẽbranis eiusdem tabularij Lemouic. an. 1064. in cuius scriniis extat instrumentum vetus Alexandri cuiusdam, 1064. cedẽtis cõsilio Ademari Vicecomitis consuetudines malas, quas vsurpabat in Ecclesiâ & terris S. Stephani, propter illas quas pater suus Ademarus Vicarius tenuerat, in vitâ Ilduini ac Giraldi Episcop. Inuenitur eiusdem Episcopi Hicterij, quemadmodum illum vocant tabulæ, donatio mansi de Petrafictâ; subscriptus & cartæ restitutionis Aimerici de Rocacauardo, factæ Geraldo Abbati, præsente Alpaide vxore Aimerici in castello de Rocacauard 1069. regnãte Philippo, & Lemouicæ Pontificante Iterio; qui reperitur etiam in cartâ Ademari Vi- 1073 cecomitis 1071. fato fungitur 1073.

Dijon. 41. Guido de Loron I. Iordani nepos, creatus 1073. qui in Chronico Vosiensi, notatur præfuisse cùm obsessa est Lemouica per Comitẽ Pictauensem, túmq; combustæ sunt Eccl. extra vrbis muros: testis in confirmatione monasterij de Maisnac ad Vzarchiense cœnobium, ex libertate Archambaldi Vicecomitis Combornij 1083 mense Februario: Sepultus fuit primus Præsulum Lemouicensium

in basilicâ S. Stephani, magnâ frequentiâ diuersorum ordinum: Chronicon Vosiense; *defuncto Guidone Episcopo, tumulatum est corpus eius in monasterio S. Stephani ante altare perpetuæ Virginis Mariæ ab ipsis Canonicis, cùm in illâ vrbe nullius cadauer defuncti iacuerit, tunc Geraldus Abbas S. Augustini, conuocato Comite Pictauensi, corpus Pontificis ab Ecclesia sublatum, infra paucos dies apud S. Augustinum magnâ cùm frequentia diuersorum ordinum recomendauit, vnus tum de turba lapide iacto, caput sacerdotis mortui percussit, vnde sanguinis non sine admiratione multotiens exiuit.*

1086. Anno 1086. indict. 9 post excessum Voidonis Sedes vacabat ex tabulis S. Stephani.

S Sev. 42. HVMBALDVS DE SAINTE SEVERE nobilis Biturigus, frater domini de S. Seuerâ, Chronicon Vosiense: » Guidoni in Pontificatu suc- » cedit Humbaldus, consurrexit tamen » contra illum Ademarus Abbas S. » Martialis, eò quod non esset voca- » tus ad faciendam electionem, sicut » antiquitus fieri solet: qui Abbas » Papam appetiit, qui decreuit non » absque Abbatis voluntate Humbal- » dum Pontificem declarandum: At notanda est subscriptio cartulæ in

1091. tabulario S. Stephani datæ an. 1091. *Philippo regnante, Humbaldo in Sede Lemouicensi non rectè, sed violenter præsidente.* Excepit Vrbanum 2. 10. Cal. Ianuarij 1095. indict. 3. quem comitabatur Hugo Lugdunensis, Audebertus Bituricensis, Amatus Burdegalensis Archiepiscopi, Petrus Pictauiensis, Bertrandus Santonensis, Reginaldus Petragoricensis, Raimundus Rutenensis Episcopi; Ademarus S. Martialis Abbas, cuius Ecclesiam instauratam dedicauit ipse Apostolicus pridie Calend. Ianuarias, cùm biduo ante S. Stephani consecrasset. Qui quidem Papa paulò post Humbaldum deposuit, iuxta hæc verba Chronici memorati: *Tunc Lemouicensis Pontifex Humbaldus ab aduersarus accusatur, conuincitur, & apud S. Martialem in conspectu Ademari Abbatis, quo contradicente, electus fuerat, à domino Papâ publicè deponitur. Qui Humbaldus apud S. Seueram secessit, ibique inter laicos laicaliter multo tempore vixit, erat quippe frater dominorum eiusdem castri quod est in Biturico.*

43. GVILLELMVS DE VREC, I. Prior anteà monasterij S. Martialis, nobili genere satus, exauthorato Humbaldo successit, & præfuit tribos annis. Nominatur an. 1095. in actu compositionis Dolensis Monasterij cùm Canonicis Lemouicensibus, rogatu Audeberti Bituricensiom Archiepiscopi pro Ecclesia de Turri, coram Gosberto Decano & Archidiacono, & Gaufrido Heliâ fratre Episcopi, vt continetur in veteri schedâ. Chronicon Vosiense de eo sic scribit: *Deposito Humbaldo Guillelmus Prior monasterij S. Martialis Pontifex efficitur, sed non statim. Ipse fuit frater nobilium virorum de Vrec, quod est castrum in Biturico. Hic consecrauit monasterium de Vserchiâ in honorem Principis Apostolorum 2. Cal. Februarij cum Arnaldo Episcopo Petracoricensi, tempore supradicti Gauberti Abbatis, Dominicæ Incarnationis anno 1097. altare verò maius consecratum fuerat olim ab Hugone Lugdonensi Archiepiscopo, & Guidone Lemouicensi Episcopo, nunc vero nudatum, & expiatum est à præfatis Præsulibus, & alia quædam altaria consecrata; eodem sub tempore Episcopus Guillelmus corporali possessione inuestiuit Vosiensem Ecclesiam, & Petrum Abbatem eiusdem cœnobij de Capellâ de Brè, sicut olim concesserat Firmius de Brè, eiúsque posteri. Cúmque idem Præsul zelo Dei tactus prauorum moribus contrairet, infra tertium sacerdotij annum ab eisdem veneno petitur, per manus cuiusdam Martini qui erat de orbe Lemouicâ, qui nominabatur Christianus, qui in hoc facto extitit paganus, imò peior quàm paganus. Cùm grauari se Pontifex cerneret, Abbatem quanquam tarde expetiuit, qui talis peste laborantibus subuenire solitus fuerat. Et si ad eum accessissent, antequàm membra dedissent sopori; quid memorem cuncta. Sole ruente Præsul obiit, tunc Abbas nuncium dirigit in ciuitate, qui diceret Episcopum suum factum Pontificalia velle ornamenta, quibus acceptis longiori pulsatione signorum, illorum Pontificis declaratur, magnanimus tamen Abbas non cupiditatis causâ hoc peregisse propenditur, sed vt res acta, ad ignominiam inimicorum veritatis notior haberetur. Corpus igitur Præsulis honore condigno in basilicâ Saluatoris mundi tumulatur ante altare S. Austricliniani, qui passibus octo iuxta eius tumbam altaria duo,*

De Vrec. 1095.

vnum in honore S. Iacobi, aliud in honore S. Vincentij Leuitæ & martyris constructa & consecrata sunt.

VIROALDVS. 44. PETRVS VIROALDVS I. ex Decano Burdegalensi substitutus Guillelmo, Chronicon S. Stephani: » post Vuillelmum Episcopum Lemouicensem præfuit Petrus Burdegalensis, cognomine Viroaldus, litteratus: post hunc præfuit Eustorgius: Et quia Comes Pictauensis non diligebat eum, quia adhærebat Adhemaro Vicecomiti Lemouicensi, non erat ausus morari in terrâ Vicecomitis. De eodem Chronicon Vosiense: » Defuncto, ait, Guillermo, suscepit sacerdotium Petrus Burdegalensis, hic literis quidem valde eruditus fuit. Verùm immoderata ingluuies nimiam edacitatem ciborum ei suggerebat, infirmitate naturæ cogente. Iste dedit monasterio Vosiensi capellam de Combornio. Dedicauit monasterium de Arnac 15. Cal. Dec. in honorem S. Trinitatis, Sanctiq; Pardulphi, cuius corpus illic honestè quiescit. In quo monasterio Pontifex linteum subtilissimo opere decoratum tenens concupiuit, petiit & accepit. Post hæc Pontificatum derelinquens se se ex toto Cathedrâ subtraxit. Nondum Pontifices subiectas Ecclesias procurationis causâ grauabant, nondum illas tantis exactionibus opprimebant. Itaque illo recedente Sacerdotij functionem exercuit Guillelmus de Charbonieres, vnde in libro de Gestis Pontificum Bernardi » Guidonis de eo dictum: infirmitate naturæ cogente ab Episcopatu ex toto semetipsum dimisit, Guillelmo de Carbonieras vices Sacerdotij exercente, qui tamen ad Pontificale Sacerdotium non peruenit. De eo prætereà mentio fit in cartis Vzarchiæ 1100. de donatione Quinsaci
1100. in diœcesi Petragorensi. Præerat & anno 1105 at 1106. carebat Sedes Lemouicina Pontifice ex tabulario S. Stephani. Vide Chronicon Malleacense.

45. EVSTORGIVS adfuit Concilio Auernensi tempore Innocentij
1130 2. anno 1130. Pictauensi Comiti infensus fuit, eò quòd fautor esset Ademari Lemouicensi Vicecomitis. ai vero in schismate Geraldus Engolismensis Episcopus Legatus Pseudopapæ Anacleti, opposuit Eustorgio Ran..ldum Abbatem Doratensem in Marcha, quod f... ... Chronicon Vosiense: *Interim inquit, Geraldus Engolismensis, c... Duci, Doratensem Abbatem R...y...sum consecrauit Episcopum: apud Su... er raneam Ordines fecit, quia Prim... es terra illius propter Comitem Pictau. cum recipiebant, Ordinati postea degradati sunt, quorum primum vidi G...raldum Rudel de Vertillac, Eustorgius fecit Ordines Vserchiæ: Episcopus enim vitra demorabatur. Oderat qui...pe Ponti...cem Pictauensis Comes, eò quod Eustorgius fauebat Ademaro; eadem causa multotiens Dux persequutus est, & ideo non procul à Solempniaco construxit vnà cùm Arnaldo Bernardi, & Bernardo de Iuuernac, Eustorgius castrum quod vocatur Chalusses, tandem miserante Deo pacem fecit Comes apud Pictauiam cùm Eustorgio. Raynulfus hoc fa... con fusus à Pictauis reuertebatur, ... r... pente de equo mansueto corruit & obiit Prælatum est in cœnobium quod vocatur Bules, vbi ipse bona quondam contulerat, quod est non longe de castello de Moll.* In eodem Chronico Vosiensi dicitur eius præcepto, & consilio Goberti Normanni volumen de bellis Ierosolymitanis elucubratum fuisse, quod MS. rithmis Gallicis in codice pergameno, reperiebatur olim in scrinus domus de Turribus in Lemouicino. Arbiter fuit pacis Gaucelini de Petrabufferiâ, & recensetur in cartulario Vzarchiæ, in placito coram Legato apud Exidolium, & Vicecomite Lemouicensi de quadam controuersiâ Abbatis Vzarchiæ, cùm Philippo Cluniaci monacho: constituit Abbatem Ageduni saluo iure Vzarchiæ: In cartulario autem Lemouicensi placitum fecit super n...n so de Decaniâ in castro S. Martialis 1127. vbi annum Episcopatus 6. designat. Tradit autem Prior Vosiensis Eustorgium Lemouicis ex...m anno 1137. sepultúmque à Lamber- 1137
to Engolismensi Episcopo, verba Chronici hæc sunt: *Eustorgius apud S. Augustinum noctu dece...it 3 Nonas Decembr. à Lamberto Engolismensi Pontifice, à Vilarto ... Martialis, Bernardo Vsercensi f...ore Aldeberti, A Vosiensi, E...olo ...utelensi, G. S... ...censi Philippo S. Augustini, ... le...io*

S. Martini Abbatibus tumulatus est, A cuius exequias peregerunt apud sedem Abbates, Canonici & presbyteri qui ad Synodum conuenerant, accitu a Præsule quamuis infirmo, quapropter secum rogauerat reuocari Lambertum.

1[?]4 CHER. 46. GERALDVS DE CHER, II. S. Aredij in Lemouicino Decanus, Eustorgij nepos, post ipsum ordinatur reiectâ postulati ne nonnullorum, qui Episcopatum ambiebant pro Abbate S. Martialis, idque ex ipsis Vosiensis Chronici verbis clarè comprobatur: *tumulato Pontifice, eligitur a quibusdam in Episcopum Abbas* B *Amblardus. Qui protinus Pontificalem thronum ascendit, quod ei nocuit postea multum. Electus est ab aliis G. S. Aredij Decanus, nepos Eustorgij, factaque est contentio inter singulorum fautores P. Laureus, qui propter Ecclesiam Cayronensem amicorum turba pollebat, Pontificalem thronum Abbati ex parte Pontificis introduxit. Quapropter a Bonifacio Abbatis cliente vulneratus, sanguinem in veste fusum ab eo prout potuit, Eugenio Papæ ostendit. Amblardus Romam ire disponens, Cluniacum petiit, auxilium ipsorum flagitans. In nullo ab ipsis auxiliatus retrogradum conficit iter. Geraldus interim Romam venit, petitio illius* C *benè audita est, verùmtamen non ad votum, ad effectum libuit venire. Repetit ergo Lemouicas, euoluto tempore regressus est Romam secundò. Cernens itaque sumptum differre negotium: vocat ad conuiuium maiores Curiæ Romanæ. Quid multa? vt de ciborum varietate sileamus; ante conuiuia reposita sunt vasa diuersa operati metalli; celebrante Apostolico missam, cyphum argenteum aureis plenum denariis quæ pro animâ Eustorgij Geraldus obtulit ipsi: Eustorgius siquidem magnum eidem G. commiserat thesaurum, quem erogare rogauit Ecclesiis,* D *suam præparatum iterat. Tandem septima manu nullas electus alicui promisisse vel dedisse pecunias. Quo expleto ab ipso Papa ante Sanctum Pascha Pontifex & Presbyter consecratur, & post hæc in pace remittitur.* Porrò cartularium Vzarchiense refert ipsum congregasse Synodum postquam Româ reuersus est. Prætereà fit eius mentio in cartis huiusce monasterij an-

1145. nis 1145. & S. Stephani 1150. ac 1152. Dedicationi S. Mariæ Grandimontensis adfuit 4. Septembris an. 1166. Nominatur & in vita S. Bernardi in libro 4. c. 4. de gestis Pontificum, auctore Bernardo Guidone, dicitur multum opulentus, & in territorio Briuatensi duo millia Brabantionum, seu prædonum Ecclesias deuastantium, iuxta castrum de Malamorte ingenti cæde peremisse. Prior Vosiensis in Chronico de eo quoque hæc refert: Geraldus Episcopus datâ super populum benedictione, iter « illico aggressus est cùm militibus « accersitus a Rege. Idem Pontifex « oculis cœpit tunc infirmari, citràque « tertium annum circiter omnino ef- « fectus est cæcus: & infra addit; E- « piscopus Geraldus licet ex toto cæ- « cus, populis benedictionem largam « omnibus dedit. Anno 1177. viuere « 1177. desiit Cal. Decemb. vt Robertus de « Monte indicat in Appendice; *Episcopus Lemouicensis qui erat Comes eiusdem ciuitatis, cum per decennium vixisset in cæcitate, mortuus est.* Sepulturæ conditur prope Eustorgium in monasterio S. Augustini. Eo defuncto, ait Fragmentum Ademari Cabanensis, decertant Principes ciuitatis pro Episcopatu, Simoniacâ hæres vindicare tentantes.

47. SAIBRANDVS CHABOT CHABOT. Archidiaconus Thoarcensis in Ecclesiâ Pictauensi, de illustri, vetustâque familiâ Chabotiâ natus, patre Sebraudo domino Vuluenti in Pictonibus, matre Agnete, vt conicit Quercetanus, dominâ Rochæ Cerueriæ. Creatur Episcopus anno 1177. 4. Idus Februarias, sed Rege Anglorum inuito, nam de eo legere est in Chronico Lemouicensi 1177. *Nonis Oct. ob. obiit Geraldus Episcopus Lemouicensis, & fuit sepultus iuxta Eustorgium in Monasterio S. Augustini. Post fuit electus Sebrandus Archidiaconus de Thouars. Et quia displicuit Henrico Regi Angliæ, non fuerunt ausi publicare electionem Lemouicensis, sed ad S. Aredium: tunc per annum & nouem menses caruit omni ministerio diuino Ecclesia Lemouicensis S. Stephani, & Canonici fuerunt exulati, & à propriis domibus eiecti. Hæc autem fecit Rex quia non diligebat les Chabots, de quorum genere erat Electus.* Consecratur à Guarino Bituricensi Archiepiscopo. Postmodum ex parte Regi reconciliatum fuisse innuit Chronicon Vosiense

D'or a 3. chabots de gueulle en pal 2. 1.

„ c[illegible] ait, primus Sebrandi Præsulis A introitus in vrbe[illegible] 13. Calend. Augusti lunâ 24. celebratus est. Tunc „ ille missam festiuam expleuit, ac „ deinceps Ecclesia non caruit dunis; „ Pontifex iterum ab ingressu vrb[illegible] ad tempus obtinuit, eò quòd Rex „ animum ex patre, non ex toto precibus flexisset. Interfuit Concilio
1179. Lateranensi an. 1179. qui Præsul ex Chronicu S. Stephani die sacro Paschæ 1186. populo ritè sacris perceptis, & inuocato nomine Dei, cùm Vicecomite Lemouicum, & militibus, decertarunt aduersùs [illegible] x millia Brabansonum, qui Ecclesias, to- B támq; latè prouinciam populabantur, eó que per Combraliam insequentes peremête. Maius Cathedralis cymbalum fieri iussit: & nominatur cùm Henrico de Suliaco Archiepiscopo Bituricensi 1187. item in instrumento A[illegible]batiæ Co[illegible]unæ; necnon trāslationi S. Stephani Grandimontensis ad fuit; in Chronicô etiam Grandimontensi de eo istæc „ reperies: Reuertebatur (Saibrandus) à „ Rege Angliæ Henrico 2. & Ricardo „ Comite, & filio eius Comite Pictauēsi, in quorum gratiam honorificè re- C „ dieiat, à distantiâ quam cùm eo pro „ Episcopatu habuerat. Audiens au- „ tem Christi Virgines suam iam in- „ trasse diœcesim, & sequènti die ad „ Grandimontem esse venturas, vt eis „ ipse obuiam procederet, remansit. „ quarto igitur Calend. Maij honore „ debito suscipientes relliquias Virgi- „ num & Martyrum, deuotione & hu- „ militate mirabili portauerunt eas „ vsque in Ecclesiam B. Mariæ. Obiit Saibrandus anno 1197. vel 1198. ex Chronico S. Martialis; tumulatus in basilicâ S. Augustini.

VEIRAC. 48. IOANNES DE VEIRACI. ex nobilibus de Veiraco, qui à Ioanne Angliæ Rege in exilium missus, tempore Innocentij 3. priuatus est omnibus Episcopatus Regalibus per annos quinque; Chronicon Lemo-
1203. uicense S. Martialis: MCCIII. *liberauit Ioannes Lemouicensis Episcopus terram & Regaliam suam à Rege Francorum, tali pacto, quod nunquam de cætero rediret feodum ad Regem Angliæ, & ita permisit sibi Rex Philippus*: superiore anno stante à suis partibus Guidone Vicecomite fuit bellum cùm Burgen[illegible] Lemouic[illegible] ad quo captus Hu[illegible] Ab[illegible] S. Ma[illegible] [illegible]bat etiam an. 1205. [illegible] Bonaloci · dedicauit 1212 die [illegible] Sanctorum Victoris & C[illegible]æ, [illegible] clesiam S. Valeriæ. [illegible] propter persecutionem, H[illegible] iter aggressus, interiit iuxta [illegible]æc Alberici verba sub an. 1118. *Apud Ac[illegible] ram moritur Episcopus Lemouic[illegible] Ioannes, qui præfuerat annis 50. & [illegible] plius*; error est in æra Alber[illegible], n[illegible] ex Gestis Pont. Lemou[illegible] sedit tantùm annis 21. 1218

49. BERNARDVS DE FAV[illegible]NA, I. Capellanus anteà Ecclesiæ S. Hila[illegible] propè Petrambufferiam; eius tempore Dominicani venerunt in vrb[illegible] 1219. idem probauit omn[illegible] quæ Prior & Conuentus Grandim[illegible] acquisierant in suo feud[illegible] [illegible] tario Gr[illegible] cu[illegible]tatu R[illegible] 10 apud Auen[illegible] in castri Ludouici 1226 d[illegible] S. Magdalenæ ex [illegible] S. Martial: sepultus Ar[illegible] æ prope L[illegible]nardum in medio Churi, vbi l[illegible] tum S. Augustini de licentiâ Pa[illegible]æ sumpserat tempore Petri Pri[illegible]. 1226

50. GVIDO DE COMBORNIO [illegible] Archidiaconus Ecclesiæ Lemouicen[illegible]sis, Cantórque Bituricensis, ac Decanus Sancti Aredij; inauguratus nempe anno 1226. in Octauâ S. Martini, non 1228. vt habet Al[illegible]cus in Chronico; electus fuerat per compromissum 1226. ac confirm[illegible]tus per Simonem Archiepiscopum B[illegible]ricensem; decessit plusquàm [illegible]narius, imò æt[illegible]tis annum 14[illegible] pergressus 1235 in chronico S. Mar- D tialis, Bernardus Guidonis dicit [illegible] in libro de gestis Pontificum, vbi vocitatur de Claus[illegible]; humarus apud Sanctum Martialem in [illegible]gre[illegible] Chori. 1226

51. GVILLELMVS DE P[illegible]DIO ex Canonico Engol[illegible] 1237. de quo liber Pontificum, vir venerabi[illegible] « li & magnanimus ætate quide[illegible] « iuuenis sed grauitate morum præ « clarus, diu[illegible] detentus infi[illegible] « te, quia terra non erat digna tan[illegible]o « Præsule, ante consecrationem iuxta annum ob[illegible].

52. DVRANDVS Lemouicensis
Archidiaconus, ac D. Iuniani Præ-
positus, parte alterâ suffragiorum
Capellanorum creatus fuit an. 1240.
& confirmatus diplomate Pontificio
dato 1241. die 4. post festum S. Bar-
tholomæi. Hic dedit cymbalum
quod vocatur Durandus: cessit vi-
ris religiosis Priori & Conuentui
Grandimontis decimas, quas vsque
ad tempus promotionis suæ acqui-
sierant in parochiis de S. Siluestro,
de Ambazaco, de S. Martino de
Suissac, apud Grandimontem in vi-
1243. giliâ Omnium Sanctorum 1243. fa-
tis functus in nocte festi S. Thomæ
Martyris 4. Calend. Ianuarij an. 1245.
& iacet ad Prædicatores.

SEVRAC.

53. AYMERICVS DE SEVRAC I.
aliâs DE SERTA, Archidiaconus
Marchiæ in Ecclesiâ Lemouicinâ,
Præpositus S. Iuniani, inquit codex
Pontificum, electus eodem anno in
Octauis Purificationis S. Mariæ. an-
nis 26. permansit Episcopus; conse-
cratus à Petro, de Collemedio Ro-
tomagensi Archiepiscopo, confirma-
tur per Bituricensem Archiepisco-
pum, & mense Martio, recepit à
Rege iura Regaliorum, apud Pacia-
cum mense Martio anni 1245. In suâ
Synodo Lemouicis, die Iouis post
1256. festum S. Lucæ Euangelistæ 1256.
statuit festum S. Stephani de Mure-
to Confessoris ac primi Institutoris
Ordinis de Grandimonte, vbi eius
corpus requiescit humatum, quem-
que Papa Clemens 3. in catalogo
Sanctorum adscripsit, vt patet ex
cartulario Grandimontensi: & in
altero S. Martialis legitur præfuisse
Aymericus an. 1271. obiit 1272. nam
vacabat Sedes, & eodem anno, ana-
thematę damnatur per Capitulum
Vicecomitissa Lemouicensis, propter
mala quæ ciuibus intulerat. Romam
profectus est 1263. post duos annos
reuersus: eo defuncto, inquit codex
citatus Pontificum, vacauit Sedes
annis tribus ac dimidio, ac primus
Christianus in Ecclesiâ Lemouicensi
sepultus, eò quòd magnam pecu-
niarum summam reliquerat, pro ea-
dem perficiendâ. Huius autem sub-
sidio, tempore Synodi in hebdo-
1272. madâ Pentecostes 1272. Helias de
Malamorte vir nobilis, Decanus S.
Stephani, & Canonici primum lapi-
A dem in fundamento posuerunt, inci-
pientes eam de nouo, ac magnificè,
prout nunc cernitur, ampliare.

54. GIRBERTVS DE MALEMORT
de illustri prosapiâ Geraldi de Ma-
lamorte militis, primi Senescalli
Regis Franciæ in Lemouicino, Pe-
tragorico, & Cadurcensi prouinciâ;
electus fuit omnium Canonicorum
scrutinio 1275. 3. die à festo S. Luciæ, 1275.
& confirmatur cùm esset tum Ar-
chidiaconus Lemouicensis, in quo-
dam Chronico MS. hæc leguntur:
1272. mense Septembri duo fuerunt Electi
B *ad Episcopatum Lemouicensem Simon*
de Rupecauardi Decanus Bituricensis,
& Canonicus ex vnâ parte, & CLE-
MENS DE S. HILARIO *Canoni-*
cus ex aliâ, iste Clemens obiit 1274.
dum causam persequebatur 1275. *mense*
Septembri fuit prouisum de dicto domi-
no Simone de Rupecauardi Burdegalæ,
pendente adhuc causâ Lemouicensi: Gir-
bertus obiit post sedem annorum
18. mensium 6. sepelitur in Choro
Canonicorum Cathedralis in festo
S. Barnabæ Apostoli 1294. ex dicto
MS. Post cuius fatum Decanus & Ca-
C pitulum Lemouicense expetunt à
Rege Philippo licentiam eligendi
alium Episcopum eodem anno, &
PETRVS DE SEPERIA Donze-
naci in Lemouico natus, Ebroicensis
Canonicus vnanimiter postulatus,
Episcopatum recusauit, vt anteà Al-
biensem à Pontifice oblatum; obiit
Blauiæ 1306.

MALE-MORT. Fascé d'argent & de gueulle de six pieces.

55. REGINALDVS DE LA PORTE
Canonicus & Archidiaconus Lemo-
uicensis, de Allassaco, circiter fe-
stum Omnium Sanctorum 1294. re- 1294.
cusante Petro de Seperiâ subrogatus
est Girberto ex veteri Chronico.
D Iste in suâ Synodo die Iouis post
Pentecosten Lemouicis anno 1297.
approbauit festum S. Stephani de
Mureto, & præcepit celebrari per
totam diœcesim 6. Idus Februarij ad
modum Confessoris; nominatur &
1298. 8. Calend. Iulij in cartulario
Grandimontis; qui etiam anno 1315.
die Calend. Martij 15. adiuncto secum
Collegio Ecclesiæ Lemouicensis, ac
diuersorum monasteriorum Abbati-
bus & Religiosis, corpus Aureliani
Lemouicensis Præsulis reuelauit cum
summâ deuotione, & in capsam pro-

LA PORTE.

priam transtulit, quam posteà super A
altare Ecclesiæ S. Cessatoris decen-
tissimè collocauit; posteà Archiepis-
1316. copus Bituricensis fuit electus 1316.
ex Chronico S. Martialis, & Cardi-
nalis, vt diximus.

ROGER. 56. GERARDVS ROGERII
consecratur Auenione Dominicâ
Quadragesimæ 13. Februarij 1317. à
Pontifice Ioanne consanguineo suo.

TALAIRAND. 57. HELIAS DE TALAIRAND
Cardinalis, electus an. 1324. ex Actis
Consistorialibus Vaticani.

LE FORT. 58. ROGERVS LE FORT an-
no 1328. Ecclesiam rexit, vt habent
1328. eadem Acta Consistorialia, postmo-
dum Bituricensis Archiepiscopus.

BESSE. Forte vn chevron escartelé de Roger. 59. NICOLAVS DE BESSE I.
nepos Clementis VI. Papæ ex sorore
Dalfinâ Rogeriâ, vxore Iacobi Besse;
Diaconus Cardinalis B. Mariæ in Viâ
Latâ; qui ex Canonico Parisiensi,
Lemouicensis Antistites electus an.
1343. creatur eodem anno Cardinalis
Auenione: mortuus est Romæ No-
nis Nouemb. 1369. ex Regesto Vr-
bani V. & ibidem terræ mandatus.

COMBORN. 60. GVIDO DE COMBORN II.
ex veteri chronico: Episcopus Le-
1346. mouicensis vocatur 1346. 22. Aprilis
in citatis Actis Consistorialibus.

DE CROS. 61. IOANNES DE CROS II.
frater Petri Archiepiscopi Bituri-
censis, posteà Cardinalis, Præsul
Lemonicensis 1348. 26. Octobris, ex
libris prouisionum Vaticani: promo-
tus ad Purpuram titulo SS. Nerei &
Achillei per Gregorium XI. Papam,
ac Romanæ Ecclesiæ maior Pœni-
tentiarius anno 1371. necnon Epis-
copus Prænestinus electus 1376. per
Pseudopontificem Clementem 7. in
Gallias Legatus missus vigente schis-
mate inter eundem atque Vrbanum
VI. cuius Clementis partium fauror
Ioannes Auenione ex hac mor-
tali vitâ discessit anno 1383. hu-
matus in Cathedrali cùm subiecto
epitaphio: *Hîc iacet Reuerendissimus
in Christo pater Dominus* IOANNES
DE CROSSO, *de Calmaforti, Lemo-
uicensis diœcesis, deinde assumptus fuit in
Ecclesia Romana Presbyterum Cardi-
nalem, & subsequenter fuit electus Epis-
copus Prænestinensis, & summus Pœni-
tentiarius, qui obiit* XXII. *die mensis
Nouembris anno à Natiuitate Domini*
MCCCXXXIII. *pro cuius anima sa-* 1383.
*lute Deum humiliter deprecamur, vt in
pace cùm Angelis requiescat. Amen.*

62. AYMERICVS CATHI, I. CATHI.
anno 1371. sufficitur ex libris proui-
sionum Prælatorum Vaticani; per
cuius obitum sedes Lemouicina va-
cabat 1391. die 13. Aprilis, ex registro 1391.
Parlamenti Parisiensis, seu tabulâ
Caroli Regis Francorum, Senescal-
B lo Lemouicensi scriptâ, pro Rega-
liorum iure.

63. BERNARDVS DE BONNE- BONNEVAL
VAL, II. successit Americo 1391.
primâ die Ianuarij, ex Actis Consi-
storialibus: diem clausit extremum
1403. iacet in Capellâ S. Martialis ad 1403.
Cathedralem.

64. HVGO DE MANHACO, IVGNIACO.
vel DE IVGNIACO I. ex Epis-
copo S. Flori, Præses Curiæ Iuua-
minum, & eius Ecclesiæ Antistes;
C obiit anno 1412.

65. NICOLAVS VIAVDI II. VIAVDI.
sedebar anno 1414. quo tempore
Ioannes Decanus Lemouicensis, in 1414.
Concilio Constantiensi procurator
fuit prouinciæ Bituricensis.

66. GERMANVS PAILLARD PAILLARD.
testamentum condidit anno 1418.
cuius executionem demandauit sum- 1418.
mæ Parisiensis placito Curiæ, ex
actis eiusdem.

67. RAMNVLFVS DE PERVSE PERVSE.
D ex nobilibus de Perusio, Episcopus
anno 1424. post translatus ad Epis 1424.
copatum Mimatensem.

68. HVGO DE ROFFIGNAC II. ROFFIGNAC
ex nobilibus toparchis de Roffinia-
co, cuius cognominis Episcopus Sar-
latensis Bertrandus

69. PETRVS DE MONTE- MONTEBRVN.
BRVNO II. obiit anno 1456. & se-
pultus iuxta dominum de Serrâ.

70. IOANNES BARTHON III. BARTHON. comme cy deuant
Ioannis Vicecomitis de Monthas,

Cancellarij

Cancellarij Marchiæ, ex Gilbertâ de Benac filius, Philippi Abbatis Burgidolensis, S. Augustini Lemouicensis, & de Dorato frater, creatur an. 1484. post Archiepiscopus Nazariensis, iacet ante maius altare 1497.
1497.

BARTHON. 71. IOANNES BARTHON IV. Petri Vicecomitis Monbasij, Cancellarij item Marchiæ, & Cubicularij Regij, ex Perretâ Fabriciâ natus, patrui resignatione successit; & an.
1510. 1510. migrauit à sæculo, sepultus ante maius altare; de quâ gente in Lactorensibus Episcopis.

DE PRIE. 72. RENATVS DE PRIE Cardinalis tit. S. Sabinæ, ex Archidiacono Blesensi in Ecclesiâ Carnotensi, posteà Baiocensis, vt supra diximus.

MONTMORENCY, D'or à la croix de gueulle accompagnée de 16. alerions d'azur. 73. PHILIPPVS DE MONTMORENCY frater Annæ Magistri Equitum Franciæ, & Marescalli, Ducis de Monmorenciaco, Proregis Occitaniæ, filius Guillelmi ex Annâ Pot; de cuius gentis Monmorenciacæ insignibus, & stemmate Genealogico, fusè admodum ac luculenter scripsit Andreas Quercetanus, cuius genio familiæ illustres æternùm litabunt. Fuerat anteà Philippus Archidiaconus Blesensis in Ecclesiâ Carnotensi per resignationem Renati decessoris; promotus ad hanc Cathe-
1517. dram 1517. quam per biennium texit mortuus in æui flore 1519. cui appositum hoc epitaphium:

Ille ego PHILIPPVS *ille præstantissimus*
Præsul Lemouicum, altissimâ iuuenis satus
*(*MAVRENCIVS MONS, *Parisij princeps agri*
Ditio, vetusto quam cohonestat nomine)
Familiâ, eâ doctrinâ, & illis moribus,
Quos vel mediocri in re satis haud temerè fui
Compos iuuenta, vel secunda, adeò, ac fauens
Fortuna, vix potissimum isthoc sæculo
Pati videbantur, sub hoc tumulo tacet
Planè beato ex hac miserâ vitâ exitu.
Quam olim superstes (amica felicissimum
Etsi illum, hominem hic quantum licet
semel omnibus
Fata numeris perfecerant) felicior
Paucos hodie hos verè titulos claros leges
Vbiuis, Religio est dicere nullum, Bene vale.
Antonius Papilio fecit XII. *Cal. Nouembris*, MDIX. 1519.

VILLIERS. 74. CAROLVS DE VILLIERS ex dominis Insulæ-Adami, Philippi Monmorenciaci consobrinus, posteà Bellouacensis Præsul & Comes.

TENDE. 75. ANTONIVS DE TENDE I. ex Bellouacensi Ecclesiâ transiit ad Lemouicensem, permutatione, vt coniiciunt factâ, cùm superiore Carolo.

LANGEAC. Comme cy deuant. 76. IOANNES DE LANGEAT V. Abbas Pebraci, & Eschaleij Ordin. Cist. nobilis Aruernus, Tristano patre domino Langeaci, matre Annâ d'Alegre nascitur; qui ex Libellorum Supplicum Magistro, ad omnes Principes ferè Legationibus perfunctus est: ex Abrincensi Sede translatus ad Lemouicensem. Eleuauit corpus S. Domnolini 1534. quod reposuit in 1534. æde suâ extra muros Lemouicenses: multáque bona Ecclesiis contulit; columnas æreas ad maius altare, pulpitum æreum, & peristromata. Eo sedente monachi S. Martialis Lemouicensis in pristinum statum sæcularem restituti sunt: decessit 23. Iulij 1541. quo anno testamentum die 22. 1541. Maij conscripserat: sepultus in Cathedrali, tale habet epitaphium:
Exemplo tibi satis sim, quisquis es, si sapis præsentibus, nectie futura: natus quidem vixi, at hercle mori præstitit, vt plus magisque viuerem. Ex eadem gente Langeacâ tres Abbates Antoniani recensentur.

BELLAY. 77. IOANNES DV BELLAY VI. Cardinalis, posteà Parisiensis Episcopus.

SANGVIN. 78. ANTONIVS SANGVIN II. Cardinalis de Meudon, paulòpost cessit, de quo in Tolosanis plura.

79. CÆSAR DE BVRGONIONIBVS natione Italus.

L'AVBESPINE. 80. SEBASTIANVS DE L'AVBESPINE Abbas S. Martialis, de

Au 1. & 4. d'azur au saultoir alislé d'or, cantonné de 4. billettes de mesme : au 2. & 3. de gueulle à 3. fleurs d'Aubespin d'or 2 1.

Massayo, & B. Eligij Nouiomensis, Regi ab arcanis Consiliis, Claudij filius domini de la Corbilliere, & Margaritæ le Berruier, cuius germanus Claudius de Albaspinâ Baro Castrinoui super Carum, primus Quatuoruirorum à secretis Epistolis & mandatis, Francisco 1. Henrico 2. & Carolo 9. Regibus, pronepotem habuit Gabrielem Episcopum Aurelianensem, & Carolum Marchionem Castrinoui, Turonum Proregem, ac Franciæ Procancellarium. Rexit E-
1559. piscopatum Lemouicensem 1559. In sacro & priuato Consistorio per plures annos grauissimis negotiis addictus, arduas obiit legationes in Germaniâ, Hungariâ, Angliâ, Belgio & Helvetiâ: demum Lemouicæ an. 1582. è viuis sublatus 2. Augusti, cor in Cathedralis Choro fuit sepultum & cadauer in sacello gentilitio Albaspineorum, in Cathedrali Bituricensi: epitaphium sequens sculptum est in Choro Lemouicensis Ecclesiæ.

D. O. M. S. & æternæ memoriæ Cl. v. SEBASTIANVS ALBASPINEVS LEMOVICENSIS *Episcopus, Regij Consistorij Consiliarius, qui diuersis celeberrimis Legationibus pro Christianissimo Francisco 1. Henrico 2. Regibus, in Germaniâ, Hungariâ, Heluetiâ, bis in Belgio, ad Mariam Reginam & Imperatorem Carolum v. cùm quo inducias per opportunas anno 1556. fecit, fœliciterque obitis, Francisco 2. apud Hispanum Regem Philippum Orator fuit, quique tot rerum vsu præstantissimo à Carolo 9. (sub quo fœdus cùm Heluetiis ictum renouauit) Henrico 3. reuerendâ & Augustâ Regum matre Sanctioris Consilij Senator lectus, in eo supra septemdecim annos summâ cùm fide, integritate, & prudentiâ, in tantâ veteris disciplinæ perturbatione claruit, & tot tantisque laboribus 40. annos perfunctus, totum se ad pietatis studia in reliquum vitæ tempus contulit, sicque in suâ diœcesi commorans, in Ecclesiæ sinu morbo grauissimo 8. dies afflictatus, benè beatéque obiit 2. Iulij anno salutis 1582. vixit annis 64. mensibus 2. diebus 2. & fuit à B. Martiali 80. Lemouicensis Episcopus, cui successit illustrissimus vir Ioannes de L'Aubespine illius nepos.*

L'AVBESPINE.

81. IOANNES DE L'AVBESPINE VII. Abbas S. Martialis, & S. Eligij Nouiomensis, superioris nepos ex fratre Egidio domino de Verderone, & Mariâ Gobelin: interfuit Synodo Bituricensi 1584. mense 1584.
Septembri; posteà Aurelianensis Episcopus.

LA MARTHONIE. De gueulle au liō d'or.

82. HENRICVS DE LA MARTHONIE Petragoricensis diœcesis, frater Gofridi Ambianensis Episcopi, quorum auus Mondotus ex primo Præside Burdegalensi factus legitur Princeps Senatus Parisiensis, & propatrui fuêre Gasto ac Ioannes Episcopi Aquenses in Nouempopulaniâ. Hic ex Abbate S. Iusti, diœcesis Beluacensis, ac Comite Consistoriano, per cessionem Ioannis consecratur anno 1587. moritur 7. Octo- 1587.
bris 1618. & sepultus in Cathedrali.

LA MARTHONIE.

83. RAIMVNDVS DE LA MARTHONIE Henrici ex fratre nepos, Canonicus Ambianensis, Prior S. Ioannis; qui nondum Præsulatu initiatus adfuerat Comitiis Cleri generalibus Parisiensibus 1614. Ex Ponti- 1614.
fice Calcedonensi, & Coadiutore patrui, Lemouicensis factus, publicauit statuta an. 1620. obiit 1627.

FAYETTE. De gueulle à vne bande d'or, & vne bordure de vair.

84. FRANCISCVS DE LA FAYETTE Abbas Beatæ Mariæ de Dalon, Prior S. Angeli, Comes Consistorianus; parentem habuit Claudium toparcham de la Fayette, d'Espinasses, de Naddes, & de Hautefeuille, qui nobilem & vetustam repetebat originem à Gilberto Fayettæ domino, Franciæ Marescallo, qui Regi Carolo 7. fidelem, vtilissimámque toti Galliæ operam nauauit in debellandis Anglis, & è Franciâ depellendis: marre verò Mariâ d'Alegre nascitur Franciscus, qui nominatur Lemouicensis Præsul 1617. Ianuarij die 11. ab Vrbano 8. confirmatus, Lutetiæ Parisiorum sacrâ inauguratione consecratur in æde Patrum Minimorum ad Plateam Regalem Martij 19. 1628. 1628.
ab Andreâ Fremioto Bituricensi Archiepiscopo, necnon Augustino Potier Bellouacensi Antistite, & Stephano Puget tunc Dardaniæ, posteâ Massiliensi, præsente non modò Gastone Ioanne Bapt. Duce Aurelianensi, pluribúsque aliis viris principibus & Episcopis, sed etiam Nuntio Apostolico, & Annâ Austriacâ Reginâ; cui cùm esset primus ab Elee-

emosynis, vt suam gratitudinem erga ipsum publico monimento testaretur, & quanto in pretio ipsum haberet, tempore consecrationis è digito adamantem exquisitum ad ipsum deferri mandauit, vt eo Lemouicensem Ecclesiam suam sibi desponsaret; cui Ecclesiæ tam fideliter adhæsit, vt cùm eius possessionem esset adeptus solemni apparatu 1628. die Iouis post S. Lucam, die Synodis dicatâ, ab eâ nunquam potuit auelli, etsi ditioris Episcopatus ei sæpiùs esset oblata occasio. Cùm ergo disciplinam Ecclesiasticam penitùs collapsam sensisset, simoniacam luem vbique serpsisse, cuncta ferè beneficia à nobilibus occupata confidentiæ sacrilegio, vnde supina rerum diuinarum ignorantia non tantùm plebem, sed etiam presbyteros & pastores inuaserat, his tantis malis obsistere, & mederi sibi proposuit. Primùm ergo visitationem diœcesis incœpit anno 1629. biennio ipsam non sine magnis
1631. laboribus absoluit 1631. confectísque synodis & statutis vtilibus ad diœcesis administrationem, hæc obseruari diligenter curauit, multáque beneficia è seruitute nobilium, in Ecclesiæ libertatem fortiter asseruit. Posteà anno 1635. Bituricensis prouinciæ suffragiis ad Cleri generalia Comitia delegatus, in iis plurimùm se se commendauit prudentiâ suâ; statim confectis Comitiis ad diœcesim euolauit, cui perpetuâ curâ inuigilauit, tum vt vitia grassantia exstirparet, tum vt frænum nobilibus res Ecclesiæ vsurpantibus imponeret, tum vt cuncta meliorem ad ordinem componeret, quæ gessit non sine grauibus litium impensis, pluribus Senatusconsultis eius diligentiâ obtentis; & maximè sacri Consistorij Regis, quo cautum est, vt Canonici Cathedralis parochiàs possidentes, optarent intra menses tres, cui se se beneficio vellent addicere, iniunctúmque Curatis vt residentiam asseruarent, permissúmque Episcopo vt contrauenientes priuet suis beneficiis, aliósque ipsis substituat; hoc decretum Rex statuit toto Regno suo obseruari, quod Episcopus ita strictè procurauit adimpleri, vt nullus ab eo fuerit immunis. Plures Abbatiæ cùm à regulâ defecissent, & insuper iurisdictionem Episcopalem abiecissent, eas ad ordinem reuocauit, partim coactione Senatusconsultorum, partim auctoritate suâ. Sæcularis Abbatia D. Martialis Lemouicensis à ducentis annis Episcopi iura neglexerat, hoc interuallo visitationem non subierat, cui se subiecit anno 1633. solemni transactione datâ Burdegalæ. Plures 1633.
eius exemplum imitatæ sunt Ecclesiæ. Abbatissa Regulæ Lemouicensis, & moniales cùm se crederent à iurisdictione Pontificiâ exemptas, ei ianuarum apertionem denegarunt, per annos octo iudicium declinauêre, tandem decreto Senatus Parisiensis anno 1653. damnatæ visitationem subierunt, confectísque regulis piissimis, prudenti moderamine eas ita deuinxit, vt nunc ei suauissimè pateant, abiectis iis qui rebellionem fouebant: Moniales Abbatiæ de Bonnesaigne in Lemouicino inferiore paulò post vltrò sese obtulêre, vt ab illo visitationem & vitæ regulas acciperent, quod confecit Pontifex omnium acclamatione. Secundam generalem totius suæ diœceseos perlustrationem aggressus anno 1649. eam perfecit anno 1652. 1652.
sed tanto fructu, vt abrogatis prauis consuetudinibus, maximè epularum & compotationum, quæ sub societatis piæ prætextu fiebant, Christianos mores vigere diligenter curauerit; plebem frequentibus concionibus & missionibus informari, Ecclesias bonis Sacerdotibus muniri, Synodos bis in anno semper cogi, sacros Ordines ter & quater in anno celebrari. Confirmationis sacramentum ingenti frequentiâ ministrauit, etiam vnico die octo millibus hominum. Sub eius Pontificatu Lemouici fundantur moniales Visitationis B. Mariæ, tum Congregationis B. Virginis, necnon in vrbe S. Leonardi; Vrsulanæ verò in vrbe d'Esmoutiers. Dum fureret vbique per Gallias ciuilis belli tempestas, ad generales Conuentus Regni delegatus est primus inter Ecclesiasticos è prouinciâ Lemouicensi an. 1651. quæ res tamen effectum non est sortita. Sed
an. 1655. conuocatis Comitiis vniuersi Cleri Galliarum, ex prouinciâ 1655.
Archiepiscopatus Bituricensis, omnium calculis electus, inter sex Præsides denominatur.

LEODIENSES EPISCOPI, PRINCIPES ET DVCES BVLLIONII.

Liege sur la Meuse.

DITIO Leodiensis à Septentrione terminatur Brabantiæ Ducatu, ab Ortu Mosâ ac Limburgensi Ducatu, ab Austro Luxemburgensi; Leodinm au- B tem Episcopatus ac totius Principatus caput, Ebnronum antiqua vrbs, dicta olim etiam Legia, vt volunt aliqui, quòd ibi statio Legionis per Romanos fuerit collocata. Distat à suâ Metropoli Coloniâ versùs Occasnm 16. milliaribus Germanicis, à Traiecto superiore in Meridiem milliaribus 4. & à Tungris tribus, quod hodie modicum est Hasbaniæ oppidnm, vetustissima Tungrorum sedes. Habet Episcopatus ditioni annexas ciuitates quamplurimas, videlicet C Ducatum Bullionensem, Marchionatum Francimontis, & Comitatum Lootzensem, & Hasbaniensem, multásque insuper Baronias & toparchias. Vrbs iacet in regione amœnâ ad Mosam, & Legiam fluuios, quam Philippus Cominæus æquiparat Rotomago. Diui Lamberti patroni fanum vrbis primarium est, quæ habet octo Canonicorum Collegia, multa templa, xenodochia, parochias, & cætera memoranda, vt fusiùs prosequitur Guicciardinus. Abbatiæ autem in hac diœcesi erant plures antequàm noui Episcopatus constituerentur.

S. IACOBI O B.
S. Iaques de Liege.

S. LAVRENTII O B.
S. Laurent lez Liege.

MONTISCORNELII.

S. ÆGIDII O A.
S. Gislee les Liege.

VALLISBENEDICTA *fœm.* O C.

STABVLETVM *Stavlo* O B.

A MALMVNDARIVM *Malmedy* O B.

S. TRVDONIS *S. Tron* O B.

FLORINENSIS O B.

VALCIODORVM *Vasor* O B.

S. CATHARINÆ TRVDONOPOLI O B.

FLORENSIS O A.

NOVIMONASTERII O A.

ALNA *Aulne* O C.

BECANA O C.

HERKENRODA O C.

ORIENTIS O C.

ROBERTI-MONS *fœm.* O C.

VALLISDEI O C.

VALLIS S. LAMBERTI O C.

VALLIS S. MARIÆ O C.

VETVSVINEA *fœm.* O C.

VIVENISSA O C. *fœm.*

GRANDIPRATI O C.

AVERBODII O P.

BELLIREDITVS O P.

LEFFLIA O P.

PARTENENSIS O P.

Porrò Catalogus sequens Præsulum desnmitur ex Ioanne Chapeauillio, Canonico ac Vicario Leodij, qni tribns tomis collegit scriptores Gestorum Pontificum Tongrensium, D Traiectensium, & Leodiensium an. 1612. queis multa hinc inde tam ex Chronico Alberici, quàm aliis accepta subiunximus; etiam ex Auberto Miræo, qui in Fastis Belgicis horum Præsulnm exhibet seriem; ex historiâ item Egidij Leodiensis, necnon Anselmi Decani Namurcensis, & Ioanne Placentino Trudonense, Ordinis Prædicatorum Religioso cœnobij Traiectini, & inseruntur operi Leodiensis Reipublicæ: Præsulum verò indicem incipit à Seruatio, nouémque superiores omittit, qui recensentur in aliis Catalogis.

1. S. MATERNVS. A

2. S. NAVITVS.

3. S. MARCELLVS.

4. METROPOLVS.

5. SEVERINVS.

6. FLORENTIVS.

7. MARTINVS.

8. MAXIMVS.

9. VALENTINVS.

10. S. SERVATIVS primus sedisse dicitur Traiecti ad Mosam, deletis Tungris per Barbaros, de quibus Pontus Heutherus c. 9. Belgij. interfuit Concilio Agrippinensi, vbi se inscribit Tungrorum Episcopum an. 346. De eo Molanus in Natalibus Sanctorum Belgicorum, Miræus in Fastis, Baronius in Martyrologio & Annalibus. Post quem fuit longum Interpontificium. 346.

11. AGRICOLAVS obiit Nonis Februarij anno 503.

12. VRSICINVS. C

13. DESIGNATVS, quem subsequitur in catalogis Resignatus, & fortè idem est.

14. SVLPITIVS.

15. QVIRILVS.

16. EVCHERIVS.

17. FALCO frater Eucherij: obiit anno 532. memoratur in epistolâ S. Remigij. 532.

18. EVCHARIVS decessit circiter an. 538. 3. Cal. Martij. D

19. S. DOMITIANVS subscripsit Concilio Aurelianensi 5 anno 549. de quo Surius 10. Septembr. & Molanus Maij 7. 549.

20. S. MONVLPHVS, de eo Gregorius Turon. l. de Gloriâ Confessorum: obiit an. 609. 17. Calend. Augusti apud Molanum, vbi Dinantum castrum donasse dicitur Ecclesiæ S. Seruatij. 609.

21. S. GONDOLPHVS decessit anno 617. 17. Calend. Augusti apud Molanum. 617.

22. PERPETVVS, mortuus est 4. Nouemb. anno 630.

23. EVERGISVS.

24. IOANNES I. decessit 8. Cal. Augusti an. 637. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgic. 637.

25. S. AMANDVS inauguratur circiter an. 637. abdicat an. 649. B obiit die Dominicâ 6. Februarij anni 662. in monasterio Elnonensi quod fundauerat. Vide Antonium Sanderum in Hagiologio Flandriæ, Molanum Vionem, Surium & alios. 662.

26. S. REMACLVS habet sibi dicatum Stabulense monasterium; populos Arduennæ syluæ ad fidem Christianam conuertit: migrauit è vitâ die 3. Septemb. anni 664. 664.

27. S. THEODARDVS à Cuniberto Coloniensi consecratus, sedit ad an. 666. aut circa.

28. S. LAMBERTVS martyrio coronatur die 17. Septemb. an. 696. cui Faramondus oppositus an. 667. sedem iniustè occupauit per septennium. Vitam illius scripsêre Godescalcus Clericus, Vrbanius, & Surius; de quo Molanus & alij Scriptores Belgici. 696.

29. S. HVMBERTVS Ardnennæ Apostolus, vltimus Tungrensis, & primus Leodiensis Episcopus, eligitur anno 697. excessit à sæculo Maij 20. anni 727. licet veriùs sentiat Cardinalis Baronius non obiisse 3. Nouemb. an. 730. sed eius translatio in Andainum monasterium Arduennæ syluæ 21. Septemb. celebratur. Historia eiusdem Sancti conscripta est à Ioanne Roberto Arduennate. 727.

30. S. FLORIBERTVS D. Humberti filius, ex Abbate Stabulano, successit anno 728. decem Canonicos in Ecclesiâ suâ constituit, corpus B. Odæ leuauit è terrâ, & Sanctorum Landoaldi, Amandi, Adriani & aliorum corpora ex Chronico 728.

S. Bauonis; sepultus 26. Aprilis in A
æde S. Lamberti.

31. FVLCARIVS memoratur in epistolâ Zachariæ Papæ ad Episcopos Galliæ anno 744.

32. EGILFREDVS creatur Epis-
768. copus anno 768. ex Chronico Magno Belgico; vitam D. Lamberti conscribi mandauit per Godefridum Clericum: humatus in Cathedrali.

33. GERBALDVS ex sanguine Bauaro, cuius genitrix fuit matertera Ogeri Ducis de Danamarchiâ, B
si fides Chronico magno Belgico; Episcopatum iniit an. 785. defunctus
809. 809. 15. Cal. Nouembris, iacet in basilicâ Leodiensi.

34. VALCANDVS Adelradi Comitis Ardennæ filius, subscripsit testamento Caroli Magni Imperatoris anno 811. apud Eginartum; transtulit corpus S. Huberti Andaginum an. 817. 3. Nouemb. vbi ordinem monasticum constituit; fato functus 6.
832. Idus Aprilis an. 832. quiescit propè Andaginense monasterium in æde S. Saluatoris villæ Seramicampi, ex C
Chronico magno Belgico.

35. PIRARDVS extruxit templum S. Caprasio Martyri: & obdormiuit an. 841. conditus Leodij.

36. HIRCARIVS decessit 6. Ca-
851. lend. Octobris an. 851. humatus in cryptâ S. Lamberti.

37. FRANCO in Concilio Tullensi anno 859. Aquisgranensi 860. Tusiacensi eodem anno, Aquisgranensi 3. 862. in quibus sese nuncupat Tungrensem Episcopum. Ei scribit D
Nicolaus Papa ep. 45. interest coronationi Caroli Calui Regis Metis an. 869. denique interfuit Synodo Pontigonensi an. 876. ex Capitularibus Caroli Calui, quæ Iacobus Sirmondus edidit.

37. STEPHANVS SALINENSIS Comitis filius; ex Canonico Merensi, Abbas Lobiensis, huius sedis Epis-
903. copus an. 903. Chronicon Sigeberti; *Francone Leodiensium Episcopo mortuo, Stephanus Episcopus subrogatur, vir* *sanctitate & scientiâ clarus; qui vitam & passionem S. Lamberti Martyris ad Hermannum Archiepiscopus vrbaniùs edidit; cantum quoque nocturnum de eodem Martyre, de S. Trinitate, & Inuentione Stephani Protomartyris composuit.* Mortuus anno 920. 14. Calend. Iunij, iacet in sancto Lamberto. Edidit librum Capitularium.

38. RICHARIVS ex Abbate Stabulensi & Prumiensi electus, reiectâ postulatione Hilduini, qui pecuniâ datâ Duci Gisleberto Bullionensi, Episcopales infulas ambiuerat: Chronicon Frodoardi an. 920. 920.
hoc anno agitatur inter Hilduinum Episcopum Abbatem de Episcopatu Tungrensi contentio; siquidem Rex illud Episcopium Richario quia Hilduinus à se desciuit, cui priùs ipsum concesserat, dedit: Hermannus verò Archiepiscopus Hilduinum ibi Episcopum eligente Clero, ac populo fauente, necnon Gisleberto quem plurimi Lotharienses Principem relicto Carolo Rege delegerant, ordinauit. Carolus verò reuersis ad se Lotharienfibus, & ipso Gisleberto, Richario Abbati, non Hilduino Episcopo ipsum Episcopatum consentiebat: Huius sedis adiit possessionem anno 922. vt habet Chronicon Belgicum. B. Petri Leodiensis Ecclesiam, & quasdam alias per Normannos dirutas reparauit: translatus ad meliorem vitam 10. Calend. Augusti an. 945. quiescit Leodij apud S. Petrum.

39. HVGO I. ex Abbate S. Maximini, Chronicon Frodoardi: *Richario Tungrensium Præsule defuncto, idem Episcopium Rex Otho Hugoni Abbati monasterij S. Maximini nolenti,*
atque refugienti dedit, eùmque ordina- 947.
ri fecit Episcopum. Obiit anno 947. 3. Idus Aprilis.

40. FAROBERTVS ex Abbate Prumiensi, monasterium Eykense cùm pertinentiis acquisiuit; denatus anno 953. 6. Calend. Nouembris, sepulturæ mandatur in cryptâ Diui Lamberti.

41. RICHERIVS ex monacho Lobiensi electus anno 953. bis ab
Episcopatu Veronensi repulsam pas- 953.
sus; ordinatur per Brunonem Archiepiscopum Coloniensem, ex Chronico

Sigeberti. Qui cùm acriter in mores A depravatos inveheretur, potens scriptis & verbo, remotus est ab Episcopatu, concessâ illi parte redituum Episcopalium; secessit ergo apud Lobiense monasterium, vbi post annos decem è viuis exemptus, ibi sepulturam accepit. Scripsit librum de corpore & sanguine Domini, de Prædestinatione, & alia opera.

42. BALDRICVS I. METENSIS Comitis filius, ac germanus Comitis Hannoniæ, successit anno 956.
956. expleuit mortalitatem anno 959. 12. Calend. Maij. iacet in cryptâ sancti B Lamberti.

43. EVVRARDVS Bonnæ Præpositus anno 960. inquit Albericus; *post Baldericum Episcopus Leodiensium factus est, duóque in vrbe monasteria construxit, vnum ad titulum S. Pauli, & alterum ad titulum S. Martini Episcopi Turonensis. Hac occasione fundauit Ecclesiam S. Martini in monte Leodij, vbi ipse dominus Episcopus Eurardus requiescit.* Erat genere nobilis & consanguineus Othonis Imperatoris ex Chronico Belgico; quod fusè de eius vitâ scripsit; & memorat fuisse carum C Brunoni Archiepiscopo Coloniensi, & Ottoni Imperatori: Decessit 6.
970. Calend Nouemb. anno 970. conditus in medio Chori basilicæ sancti Lamberti.

44. NOTKERVS, siue NOTGERVS patriâ Teutonicus, inauguratur à Gereone Coloniensi Archiepiscopo, sedem iniit an. 972. Alberi-
» cus in Chronico. Nothegerus vir
» sanctus Leodiensium ordinatus Epis-
» copus, 36. annis præfuit: hic vrbem
» muro circumcinxit, maiorem Ec-
» clesiam corpore S. Lamberti insigni-
» tam à fundamento renouauit, par- D
» tem quoque fluminis Mosæ circa
» insulam venire fecit; castrum formo-
» sum Capræmontem vrbi nimis con-
» trarium, ex toto cum Ecclesiis suis
» destruxit. Othonis 3. Imperatoris gratiâ plurimùm valuit: Episcopali palatio instaurato, transiit ad alteram vitam 4. Idus Aprilis in Cœnâ
1007. Domini anno 1007. humatus ad D. Ioannis Euangelistæ, in quâ Ecclesiâ Canonicorum instituit Collegium.

45. BALDRICVS DE LOS, II. DE LOS. Ludouici Comitis Lossensis ex filiâ Ducis Limburgensis natus: Campaniæ Archidiaconus anno 1107. consecratur ab Heriberto Coloniensi Archiepiscopo; in suburbio Leodiensi monasterium in honore S. Laurentij Martyris ædificauit, operâ Ricardi Abbatis S. Vuitoni, qui monachos ex cœnobio suo adduxit, Præposito illis dato Stephano eius cœnobij Cellario, ex Hugone Flauiniacensi: de eo Albericus in Chronico annis 1014. & 1016. *Baldericus*, inquit, *Leodiensis Florinensem Abbatiam acquisiuit Episcopatui, quam Gerardus Cameracensis Episcopus & frater eius Godefridus qui eam fundauerat, post supradictam ibi factam victoriam D. Lamberto tradiderunt.* Obiit 4. Calend. Augusti an. 1017. humatus in 1017. cryptâ B. Andreæ, Chronicon magnum Belgicum.

46. S. VVOLDO Gaufredi Comitis Montensis, seu Hannoniæ, ex Ioannâ Flandricâ filius, Cancellarius Henrici Imperatoris, ex Decano Vltraiectensi constituitur Episcopus post Baldericum anno 1018. teste eodem Alberico. Ecclesiam D. Lamberti in monte incepit: mediator fuit pacis inter Imperatorem & Heribertum Coloniensem: viuere desiit 11. Calend. Maij 1020. iacet in æde Sancti Lamberti ex Chronicis Pontificum.

47. DVRANDVS Cancellarius Imperatoris Henrici, eius fauore eligitur anno 1021. Chronicon Alberi- 1021.
ci: *Durandus Imperatoris Cancellarius fit Leodiensium Episcopus, quòd quia fabula in theatro mundi fuit, quia vir ex humillimo & pauperrimo seruilis conditionis genere, dominis suis dominatur, carnalibus maximè, supradicto Godescalco fundatori S. Bartholomæi, qui fuit filius Castellani de Morelmetz, electus fuerat à Capitulo in Episcopum. Qui cùm ad Imperatorem pro Regalibus suis festinaret, obuium habet dictum Durandum iam Episcopatu donatum. Cúmque Durandus vidisset dominum suum Godescalcum prædictum, voluit ei donum quod ab Imperatore receperat, resignare, sed per eundem Godescalcum firmiùs ad Episcopatum promotus est. Erat enim vterque religiosus, sed Durandus in vtrâ-*

quæ litterarum scientiâ longè satis expeditus. Auctor fuit non tantùm epistolæ contra Brunonem Episcopum Andegauensem & Berengarium Turonensem Archidiaconum, sed etiam eximij operis MS. de Sacramento altaris: debitum naturæ persoluit anno 1025. 10. Cal. Februarij. 1025.

BAVIERE. 48. REGINALDVS DE BAVIERE ex Præposito Bonnensis Ecclesiæ subrogatus an. 1025. vti testatur Albericus in Chronico præfato, *Rainardus Bonnæ Præpositus Leodiensium ordinatur Episcopus, qui Leodij in monte publico cœnobium B. Laurentij à Vuolbodone prædecessore suo inchoatum consummauit, suis autem collateralis S. Heriberti Coloniensis Archiepiscopi & etiam Ecclesiæ S. Bartholomæi, pontem magnum super Mosam fecit, & pauperes tempore famis aluit*: fuerat etiam Canonicus Leodiensis, Præpositus Tornacensis, & Archidiaconus Virdunensis: obiit 5. Decembris anni 1036.

HAINAVT. 49. RICHARDVS DE HAINAVT filius Ragineri Hannoniæ Comitis, & Aleidis Alsaticæ, nepos Reginaldi: Albericus in Chronico an. 1036. 1036.
Obiit Reginardus Leodiensis Episcopus fundator Abbatiæ S. Laurentij, succedit Nizo Custos (maioris templi) qui & Ricardus, Ecclesiam S. Dionysij fundauit. Eo sedente floruit Franco Scholasticus, scientiâ & morum probitate clarus, auctor libri Quadraturæ circuli. Decessit Ricardus 9. Cal. Septemb. 1041. aliis anno sequenti.

50. VAZO frater Vnzonis Abbatis Florinensis; ex Magistro Scholarum S. Lamberti, tum Capellano Conradi Imperatoris, denique Præposito & Archidiacono Leodiensi creatur Episcopus: Albericus in
1041. Chronico 1041. *Vazo ex Clerico S. Lamberti, vir spiritu sapientiæ & feruore religionis insignitus ordinatur Leodiensis Episcopus*: Plurima Ecclesiæ bona acquisiuit: defunctus an. 1047. ante maius altare S. Lamberti quiescit cùm hoc epitaphio:
Ante ruet Mundus quàm surgat Vuazo secundus.

51. THEODVVINVS ex Præfecto S. Donatiani Brugensis, Henrici 3. Imp. agnatus, post Vazonem Episcopus renunciatur iuxta hæc Alberici verba in Chronico 1047. *Viri religiosi & illustres sanctitate in Christo dormiunt Vazo Leodiensis Episcopus 8. Idus Iulij, Episcopo Vazoni Theodouinus natione Noricus de Bauariâ, consanguineus Imperatoris; in Ecclesiâ B. Mariæ de Hoio, in quâ Boso Archidiaconus contemporaneus & Abbas Leodiensis 15. Canonicos posuerat, alios quindecim addidit.* Ecclesiam Hoyensem dedicauit, & Comitatum Hannoniæ à Richilde Comitissâ & filio Balduino acquisiuit ex Chronico Belgico. Albericus memoratus sub an. 1075. 1075.
Theoduuinus Leodiensis Episcopus 9. Calend. Iunij obiit, & Hoij in Ecclesiâ B. Mariæ sepelitur.

DE TOVL. 52. HENRICVS DE TOVL I. ex genere Comitum Tullensium Antistes renunciatur: Chronicon Alberici Monachi: Theoduuino Henricus Virdunensis Archidiaconus, dictus Pacificus, eò quòd pacem acquisierit, vitâ & genere nobilis succedit, Fridericus Comes Tullensis, qui in nemore sui iuris de Argoniâ dedit vsuarium Ecclesiæ Virdunensi, fuit pater Leodiensis Episcopi Henrici pacifici, & Comitis Friderici, cuius filij Rainardus Comes, & Petrus in expeditione Hierosolymitanâ probabiliter se gesserunt; fuit enim dictus Henricus Episcopus ex vnâ parte cognatus Ducis Godefridi; idem Leodiensis Episcopus Henricus suam consecrationem & confirmationem ab Annone Coloniensi Archiepiscopo recepit. Extinctus pridie Calend. Iunias an. 1091. Henricus Episcopus, ait Albericus, amator pacis & religionis obiit, & in Ecclesiâ S. Mariæ ante altare S. Ioannis Baptistæ tumulatur. 1091.

53. OBERTVS subrogatus eodem anno, inquit Albericus, ex Clero eiusdem Ecclesiæ succedit, qui fuit Præpositus S. Crucis in Leodio, & per Episcopum Henricum eiectus, seruiuit fideliter Imperatori Henrico in parte Guiberti Rauennensis, & ita donatus est ei Episcopatus sub illius temporis statu. Ordinationem suscepit ab Hermanno Coloniensi Antistite. Comparauit Ducatum Bullionensem à Godefrido Lotharingiæ Duce,

Duce, posteà Ierosolymitano Rege; A

1096. Albericus idem sub annum 1096. *Episcopo Leodiensi Otberto Dux Godefridus castrum Bullionium venale exposuit, viuente adhuc matre suâ Idâ & consentiente, pro mille & quingentis marcis argenti facta fuit distractio, & ita castrum oblatum est in eleemosynam B. Lamberto.* Construxit Ecclesiam S. Huberti Leodij; fato fungitur pridie Calend. Februarias, sepultus in Cathedrali.

Namvr. Ecartelé au 1. & 4. d'or au lion de sable armé & lampassé de guculles qui est Flandre, écartelé de Hollande qui est d'or au lion de gueulle.

54. Fridericvs de Namvr ex Præposito S. Lamberti, germanus Comitis Namurcensis, eligitur Remis in solemni conuentu Episcoporum, vnctus per Pontificem Callistum B anno 1119. competitorem habuit Alexandrum Archidiaconum & Sacristam, qui fretus authoritate Godefridi Ducis Louanij, inuestituram ab Henrico Imperatore excepit, hinc obortum est grauissimum schisma,

1119. multis Principibus & nobilibus ex vtrâque parte fautoribus, sed posteà Leodij iuri suo cessit; Fredericus autem veneno perit an. 1120. 2. Cal. Iulij, conditus in basilicâ S. Lamberti; post quem catuit sedes Pastore C circiter biennium. Eius vitam scriptis mandauit Reinerius Monachus S. Laurentij Leodiensis, Chronicon Belgicum, & Leodiense.

Lovvain.

55. Adalbero de Lovvain I. filius Comitis Louaniensis, & Margaritæ Limburgensis, frater Godefridi Ducis; ex Canonico Metensi

5530. electus 1120. alijs 1123. apud Albericum, & Chronicum Belgicum; monasterium Ordinis Præmonstratensis ædificat in castro Corneliano, vti & basilicam S. Aldegundæ virginis: obiit in Circumcisione Domini an. 1128. & sepultus in æde S. Egidij de Monte D quam fundauit, ex Chronico Belgico, & Leodiensi.

Ivliers. D'or au lion de sable, denté & armé d'argét, lampassé de gueulle.

56. Alexander de Ivlsers Vuillelmo Comite Iuliacensi genitus, Ecclesiam noui monasterij de Hoyâ benedixit 11. Calendas Octobris: quo sedente tantâ florebat nobilitate Capitulum Ecclesiæ, vt essent ex Canonicis nouem filij Regum, 24. Ducum, 29. Comitum, & 7. Baronum. Gesta Abbatum S. Lau-

1135. rentij inquiunt ad an. 1135. *Alexander Leodiensis Præsul apud Innoc. 2. de simoniâ accusatus, & ab ipso semel & secundò vocatus cùm venire tardaret, in Concilio Pisano deponitur: quo nuntio accepto, in tantam amaritudinem incidit, vt vix confessione factâ, communioneque perceptâ, & regulari vitâ ad S. Egidium promissâ, spiritum exhalauerit.* Sepultus fuit in monte publico iuxta Leodium, vti testatur liber Chronicorum Rodulfi Abbatis S. Trudonis.

Gveldres. D'azur au lion contourné couronné d'or, lampassé & armé de gueulle.

57. Adalbero de Gveldres II. filius Comitis Gueldriæ & Hedvvigis Hollandæ, auunculus Godefridi Louanij Ducis, iuuenis quidem ætate, sicut scribit Ægidius Aureæuallis, sed in signum maturæ mentis canus capillo: ex Metensi Primicerio electus 1136. Bullionense castrum è ma- 1136.
nu Rainaldi Comitis Barri strenuè recuperauit 1142. porrò apud Pontificem insimulatus per Henricum de Leye Præpositum S. Lamberti, quòd parùm Clero suo & Ecclesiasticæ disciplinæ prouideret, dum Romam ire festinat, fato corripitur 27. Martij 1146. ex Chronico Alberici, sepultus Ortinæ, vt habent Chronica Pontificum.

Limbovrg. D'argent, au lion de gueulles, armé, couronné, & lapassé d'or, la queue nouée & passée en sautoir.

58. Henricvs de Limbovrg II. S. Lamberti Præpositus & Archidiaconus, consecratur ab Arnulfo Coloniensi Dominicâ Lætare, præsentibus Innocentio Papâ & Lothario Imperatore, factâ est processio à monte S. Martini ad Cathedralem, in quâ Apostolicus celebrans, ipsum Lotharium coronauit, D. Bernardo concionante. Cleri sui reformator eximius, plurima bona Ecclesiæ item contulit, Comitem Namurcensem iniustè apud Arduennæ populos bellantem oppressit, atque exercitum eius fudit: de quo hæc verba refert, Albericus ad an. 1164. *His diebus* 1164.
Episcopus Leodiensis Henricus erat in Lombardiâ, hunc Octauiano mortuo, qui se Victorem nominabat, Imperator Papam facere voluit, sed Episcopus recusauit. Cùm itaque Papatum illius partis suscepisset Ioannes Strumensis, qui dictus est Paschalis, ab eodem Leodiensi Episcopo de mandato Imperatoris consecratur. Ipse post consecrationem eidem Episcopo Pallij dignitatem contulit, & Regem Sardiniæ Barrasonam, idem Leodiensis Episcopus in Regem

benedixit. Consilio Diui Bernardi Alnam Abbatiam fundauit, quæ erat Canonicorum Secularium domus. Decessit Papiæ anno 1165. vti præfatus Albericus indicat: *Episcopus Leodiensis Henricus, cùm redditus suæ Ecclesiæ & Episcopij valdè ampliasset, & palatium Episcopi ad Leodium fecisset, hoc anno decessit pridie Nonas Octobris, & apud S. Lambertum sepelitur.*

59. ALEXANDER II. Leodiensis Ecclesiæ Præpositus, subrogatur Henrico apud Aquisgranum; in-
1167. teriit [pridie] 9. Augusti 1167. in tertiâ expeditione Italicâ Friderico Imperante, sepultus Leodij in Cathedrali.

ZERINGHEN.

60. RODVLPHVS DE ZERINGHEN Bertoldi Ducis Zeringiæ germanus: Albericus in Chronico sub ann. 1168. de eo in hunc modum loquitur: » apud Leodium electus est hoc anno in Episcopum » Rodulphus frater Bertoldi Zyringiæ Ducis, & Conradi, & Alberti, » mediante auunculo suo Comite Namurcensi Henrico. Qui Rodulphus » apud Maguntiam post Henricum » & Arnulfum extiterat Archiepiscopus; sed quia Bennonem destruxit, « id est quandam statuam auream in » Ecclesiâ Moguntinâ sic appellatam » confregit, & aurum expendit, & » consanguineis suis diuisit, idcirco ab » Episcopatu ipsum cedere oportuit. » Godefridus Dux Lotharingiæ Heristallum Ducatus sui feudum ei op- » pigneravit Aquisgrani, pro trecentis » marcis, præsente Friderico Imperat.
1191. anno 1171. Mortuus est anno 1191. 5. Augusti in reditu itineris Ierosolymitani & de Antiochiâ, sepultúsque in Viseto, auctore Chron. Belgico.

BRABANT. De sable, au lion d'or, lampassé & armé de geeulle.

61. S. ALBERTVS DE BRABANT I. Henrico Magno Brabantiæ Duce & Margaritâ Limburgicâ matre oriundus qui; erat Archidiaconus Leodiensis, de huius promotione Albericus sic fatur 1191. *Apud Leodium electus est Episcopus Archidiaconus Albertus, frater Henrici Ducis Louaniensis, contra quem Balduinus Comes cùm suis nominauit Albertum Præpositum consobrinum suum, fratrem Co-*

A *mitis Manassem Reitestensis; sed Albertus Præpositus cùm esset illiteratus, cessit Alberto Louaniensi, & venerunt ambo ad Henricum Imperatorem, qui noluit Louaniensi Regalia dare, dicens quòd electio deuenisset ad manum ipsius, ex quo habuerunt in electione discordiam. Et cùm esset ibi Comes de Herstal, coram Imperatore rogauit eum pro Præposito Bonnensi Lothario fratre suo; cui statim Imperator annuit, & donum concessit mediante pecuniâ trium millium marcarum.* Consecratur Albertus per Guillelmum Remensem Archiepiscopum mandato Pontificis in vigiliâ S. Mathæi: cuius mortem Alberi-
B cus refert in hæc verba Chronici
1192. Remis Metropoli Francorum 1192.
occiditur sanctus Leodiensis Episco- «
pus Albertus, missis apparitoribus «
ab Henrico, fingentibus se eiectos «
ab Imperatore ipso, qui eundem «
Episcopum cùm ab ipso fuissent ami- «
cabiliter recepti, & apud eum diu «
tanquam fideles amici conuersati, «
nactâ spatiandi occasione, extra mu- «
ros ciuitatis eductum occiderunt 8. «
Calend. Decemb. Lotharius autem «
Bonnæ Præpositus, cuius occasione «
hæc facta sunt, nunquam posteà «
Leodium intrauit, sed pauló post «
diuino iudicio mortuus interiit. Ia- «
C cet in Choro Cathedralis Remensis sub Crucifixo, vt breue epitaphium prodit:

Legia me legit, electum Roma probauit,
Remis sacrauit, sacratum martyrisauit.

Videndus Molanus cùm notis in Natal. Sanct. Belgicorum Baronius in Martyrologio, Miræus in Fastis & Annal. Belg. Sanderus, & vita eius olim ab Egidio Vallis-Aureæ Monacho scripta, quæ habetur Tom. 2. Hist. Leodiensis.

D 62. ALBERTVS DE CVICK, II. CVICK.
Archidiaconus Ecclesiæ, à Brunone Archiepiscopo in templo Coloniensi sacratur Dominicâ post festum Epiphaniæ 1196. Albericus ad an. 1194. 1194.
apud Leodium Simon Ducis Henrici de Lemborc filius fratris Galeranni, consobrinus Episc. Alberti nuper defuncti eligitur in Episcopum: contra quem ex aliâ parte fauente Balduino Comite eligitur apud Namurcum quidam Archidiaconus Albertus de Cuck, qui per quosdam sibi

adherentes castrum de Hoio obtinuit, sed Leodium non intrauit ferè per biennium. Appellantibus partibus ad Papam, & causam ventilantibus ambo Romam profecti sunt. Simon autem à quibusdam perfidis veneno accepto moritur Calend. Augusti, & in Ecclesiâ Lateranensi sepelitur. Mortui sunt cùm eo multi suæ Ecclesiæ Canonici; quo audito, pars Canonicorum in Ecclesiâ S. Lamberti alium substituere electum per commune Capitulum: & deliberato consilio eligebant Archidiaconum Ottonem, fratrem Gessuini de Montefalconis primò in Præpositum, & post in Episcopum, cui præcipuè aduersatus Archidiaconus Hugo nepos Præpositi defuncti, frater Roberti de Petraponte domini, qui Otto non multò post mortuus est. Albertus autem diu Romæ perseuerauit, pecuniam multam à Romanis accepit, & cùm non esset cui resisteret, consecrationem suam
1200. *antequam remoueretur, obtinuit.* Obiit Calend. Februarij an.1200.

PIERREPONT. 63. HVGO DE PIERREPONT frater Roberti de Petraponte dynastæ; ex Præposito maioris templi & Archidiacono, genere nobilis ac prudentiâ clarus, successit an.1200. de quo Albericus eodem loco citato Chronici, inquit: diu pertractata » fuit electio Leodiensis, & cùm quidam consentirent in Conradum monachum adhuc nouitium de Villariis, qui post fuit Abbas Claræuallis » & Cardinalis, quidam in Henricum » Archidiaconum qui dicebatur de » Iaciâ, quidam verò in Hugonem » eiusdem Ecclesiæ Præpositum, qui » fuit filius Hugonis de Vuasnadio, » quorum mater fuit Clementia filia » Comitis Vuitteri Reitestensis de propsapiâ Namurcensi. Hic Hugo factus » Episcopus sedit 28. annis, & licet » iste imprimis fuerit dissolutus, vitam suam correxit, & posteà multa » fecit laude digna, & consummatus » est fine laudabili. Idem Albericus tradit an.1227. recusasse Archiepiscopatum Remensem. Monasterium Vallis D. Lamberti à fundamentis
1229. construxit: extinctus anno 1229. 12. Aprilis feriâ 5. post Palmas, cùm die præcedenti Ordinem Prædicatorum admisisset. Subdit autem idem » Albericus: Hugo Leodiensis Episcopus cùm per Quadragesimam magnâ detineretur infirmitate, in castro Hoiensi pridie Idus Aprilis moritur. Delatum corpus Leodium, & in Ecclesiâ B. Lamberti collocatum traditur sepulturæ, constructa super eum lamina ærea hos versus cótinens.

Francia me genuit, Cathedrauit Legia, morum
Me decorauit apex, sensus, gens sanguis auorum.
HVGO fui PETRAPONTE satus, locus iste relictum
Corpus habet, capiunt vermes è corpore victum;
Sic perit omnis honor, sic deficit omne decorum,
Lector posce Deum vt me collocet arce polorum.

Iste siquidem Episcopus septuaginta duo millia marcas in diuersas eleemosynas diuidendas assignauit. Ioannes maioris Ecclesiæ Præpositus, filius Margaritæ sororis eiusdem, de communi consensu eligitur, & in Episcopnm consecratur.

[EPPA.] 64. IOANNES DE EPPA I. maioris Ecclesiæ Præpositus, Hugoni auunculo subrogatur: erat frater Hugonis domini de Florines, consecratus ab Archiepiscopo Remensi Henrico 1229. 9. Martij Dominicâ Passionis; cœnobium Cruciferorum Hoij ædificauit, & monasteria Prædicatorum, ac Minorum in vrbe; moritur 1238. 30. Aprilis in obsidione castri Pilæuaccæ, sepultus in cœnobio Vallis Lamberti. Albericus in Chronico 1240. *Legatus Iacobus Prænestinus Episcopus in Franciâ, inhibuit Leodiensibus sub pœnâ excommunicationis ne Episcopum eligerent, nisi de consilio suo, & suâ authoritate, & in hoc valde fatigauit electores eundo per Franciam, tandem coram ipso consenserant in tres personas, id est Episcopum Lingonensem Robertum, in vnum de fratribus Electi Valentiæ nuper mortui, & in Electum Catalaunensem.* Post obitum ambiuit Cathedram Otto Præpositus Aquensis, cui fauit Iacobus Primicerius Metensis, frater Ducis Nanceij, & Guilelmo Valentiæ Electo, Galterus Archidiaconus, frater Comitis de Retest, referente Alberico. 1238.

[SAVOYE.] 65. GVILLELMVS DE SAVOIE I. filius Thomæ Comitis de Sabaudiâ; qui cùm à summo Pontifice fuisset

confirmatus, Vuillelmo Præposito Traiectensi ei contradicente, quem Conradus ad Leodiensem Cathedram sublimauit, reiectus est per Gregorium Papam, & Vuilelmus moritur Viterbij, dum Româ re-
1239. diret in fine Octobris 1239. iacet Altæcumbæ in Sabaudiâ, teste Chronico Belgico.

TOROTE 66. ROBERTVS DE TOROTE I. ex Lingonensi Ecclesiâ ad hanc transfertur 1240. circa festum Omnium Sanctorum per Iacobum Prænestinum Legatum, genere nobilis, scientiâ eruditus, moribus gratus in Chronico MS. legitur; fratres habuit Rodulfum Virdunensem Episcopum, & Ioannem Bailliuum Campaniæ. erat autem Præpositus Ecclesiæ Cathedralis S. Lamberti, solemniterque in vigiliâ Natiuitatis Domini recipitur assistentibus Thomâ Comite Flandriæ, & multis aliis nobilibus, quemadmodum auctor est Albericus. Post in Antistitem Remeosem nominatur. Dedicat ædem Dominicanorum
1242. Idibus Aug. 1242. festum Corporis Christi, petente B. Iulianâ, per diœcesim præcepit celebrari: Molanus in Natal. Sanctorum Belgic. 5. Aprilis: extremum vitæ diem clausit apud castrum Fosseose in contritione magnâ, & deuotione laudabili 17. Cal. Nouembris 1246. conditus apud Alnam Ordinis Cisterciensis, sed posteà Claramuallem corpus eius delatum fuit curante Stephano Abbate, vbi priùs elegerat sepulturam, dum esset Lingonensis Episcopus, cùm hoc epitaphio. ROBERTVS *Lingonensis, posteà Leodiensis Episcopus, qui Leodij fundauit egregium monasterium Vallis Scholarium.* Præfuit autem in magnâ pace circiter annis 7. in ornamentis Ecclesiæ curiosus, quæ contulit S. Lamberto, cuius festum vt ageretur ab vniuerso Ordine Cisterciensi, in Capitulo generali obtinuit.

GELDRIS. 67. HENRICVS DE GVELDRES III. frater Othonis 4. Comitis Geldriæ, filius Gerardi, adolescens ad militiam veriùs quàm ad Ecclesiæ gubernacula educatus, in Concilio Lugdunensi deponitur an.
1274. 1274. idcircò ad eum scribit Gregorius X. Pontifex, & propter incontinentiam damnatum ac conuictum, antequam Episcopatu priuaret, hortatur ad pœnitentiam: interfectus propè Francimontem 1281. iacet Ruremondæ.

68. IOANNES D'ENGHIEN II. ENGHIEN. Doctor sacræ Theologiæ; ex Tornacensi, Stabulanus Abbas in Ardennâ, filius fuit Galtheri Anghiani, ex Isabellâ de Brienne, & suffectus Henrico deposito 1274. Rodulphum Regem Romanorum amicissimum habuit; Brabantiæ Dux ac Flandriæ Comes aduersùs eum bella gessere; præfuit annis 7. & 1275. renouatæ fuerunt à Rodulfo Rege Alemanniæ, libertates Cleri Leodiensis. Porrò ex Chronico veteri Belgico Magno, cùm Ioannes Præsul ad partes suas tenderet, decessor Henricus Episcopatu priuatus, eum cùm Arnaldo Comite Lossensi cepit, qui cùm pugnis duriter cæderetur, ante portam monasterij de Heylechines, de equo cadens spiritum exhalauit 24. Augusti 1281. corpus Leodium translatum 1281.
sepelitur ante altare maioris Ecclesiæ Leodiensis in Capellâ B Mariæ.

69. GVILLELMVS D'AVVERGNE II. AVVERGNE. Guillelmi 8. Comitis Aruerniæ ex Aleide de Brabant filius, frater verò Guidonis Archiepiscopi Viennensis circa an. 1281. postulatur Episcopus: de quo Ioannes Hocsemius l. 1. de Gestis Pont. Leodiens. c. 14. an. 1281. tradit electum fuisse in discordiâ cùm Burcardo de Hannoniâ, sed obtinuit Ioannes Episcopus Metensis.

70. IOANNES DE FLANDRES III. FLANDRES. Guidonis Comitis Flandriæ & Namurci filius; ex Episcopo Metensi 1282. resignatâ in manus Martini 1282.
Pontif. Max. administratione, Burcardum d'Auesnes identidem electum Romæ superauit, vti & Bernardum Canonicum S. Lamberti, fratrem Comitis Hannoniæ; sed aliâ parte felicem fecit, dum ei Metensis cura commendaretur; in Antistitem consecratus an. 1282. prælatus Guillelmo d'Auuergne. Cùm Duce Brabantiæ sororio suo Valkemburgensem arcem obsedit, sed expugnare haud potuit. Posteà discordantibus inuicem ciuibus, pacem instaurauit, dein Synodum celebrauit: apud ca-

An. Ch. strum Anzans vitâ cessit 1292. 14. Octobris, sepultus cùm proauis suis in Abbatiâ de Flines propè Duacum, cuius ædem dedicauit Sedes vacauit annis 4. Guillelmo & Burcardo Auesnico frustra contendentibus. Vide Buzelinum l. 7. Annalium Galloflandriæ. Ioannes edidit statuta synodalia typis edita Louanij an. 1500. De eo plura Chronicon magnum Belgicum.
1292.

Chalon. Comme cy deuant. 71. Hvgo de Chalon iii. Ioannis de Cabilone ex Laurâ Commerceyâ filius, Ducis Burgūdiæ consanguineus, repudiato Guidone promouetur 1296. confirmatur diplomate Bonifacij 8. Pontificis eodem anno. Grauis controuersia oritur inter eum & Ducem Brabantiæ, pro dominio vrbis Traiectensis ac iurisdictione interim falsò accusatus per ciues Leodienses corâm dicto Pontifice, de interfectione hominum Ecclesiæ, falsâ monetâ, & spoliatione patriæ, deponitur; sed cùm esset vir nobilis, boni testimonij, & in Curiâ Romanâ quamplurimis amicis fultus, Papa qui eum diligebat, contulit illi Archiepiscopatum Bisontinum anno 1301. referente Mag. Chronico Belgico; & Ioanne Hocsemio.
1301.

Valdeck. 72. Adolphvs de Valdeck, i. natus ex Helenâ Marchionis Brandeburgensis filiâ; Romæ Episcopatu donatur 1301. circa festum S. Ioannis Baptistæ à Bonifacio 8. Leodium solemni pompâ ingreditur, eodem anno: à Lombardis quos vrbe inuiris ciuibus, fortiter armis expulerat, dicitur veneno sublatus; aliis casu submersus in lacu ad S. Paulum Leodij, 1302. Decemb. 13. ante altare maioris Ecclesiæ Leodiensis tumulatus. Post obitum Vuillelmus de Attrebato Archidiaconus Leodiensis, vir ignobilis & senex, postulatur Episcopus, sed suæ electioni renuntiauit. Chronic. Mag. Belgicum & Leodiense.
1302.

de Bar. 73. Theobaldvs de Bar Canonicus Leodiensis, filius Theobaldi ex Ioannâ de Tocy, frater Reginaldi Episcopi Metensis; consecratus Romæ à Benedicto Papâ xi. Leodium ingressus die omnium Sanctorum 1304. Romam profectus ad inaugurationem Henrici 7. Imper. Romanis dissidentibus, in tumultu periit transfixus sagittâ 1312. die 13. Maij, sepelitur in porticu Capellæ S. Petri Romæ. 1312.

la Mark. 74. Adolphvs de la Mark ii. Præpositus Vuormaciensis Ecclesiæ, procurante Philippo Pulchro, Aureliæ tum studens, à Clemente v. Pont. Max. in Antistitem proclamatus anno 1312. competitore Vuillelmo de Iulemont Canonico Leodiensi, ex Chronico Mag. Belgic. Intestina odia Leodiensium & Hoianorum armis compescuit an. 1334. decreuit vt annus initium acciperet à Natali Domini, qui anteà à Paschate incohabatur ex Miræo. Vendidit eodem anno cùm Capitulo S. Lamberti oppidum Mechliniense Comiti Flandriæ, pro 100. millibus regalium, tali pacto, vt Comes in feudum ab Ecclesiâ illud susciperet. 1334. Obiit 1344. die festo S. Huberti 3. Nouemb. Chronic. Leodiense. iacet ante altare S. Lamberti.

la Mark. 75. Engelbertvs de la Mark superioris ex fratre nepos, Auenione electus 1345. è Præposito D. Lamberti: bellum habuit contra suos Leodienses, at infœlici prælio profligatus. Eo sedente, Theoderico domino de Heynsberg Comite Lossensi, absque liberis mortuo, recepit dominium illius Comitatus: posteà transfertur ad Sedem Coloniensem 1363. an. 1363.

Arkel. 76. Ioannes d'Arkel iii. ordinatur Romæ ab Vrbano v. Pontifice an. 1364. ex Episcopo Vltraiectensi; in sacris & secularibus litteris probè versatus. Fato fungitur Cal. Iulij 1378. conditus in æde Vltraiectensi. Post eius obitum 5. die Eustachius, dictus Persant, de Rupeforti, Canonicus Leodiensis electus, at non diu valuit: Chronicon Leodiense. 1378.

Horne. 77. Arnoldvs de Horne, Baronis de Horne & filiæ Comitis Lossensis natus; ex Episcopo Vltraiectensi ab Vrbano Pontif. Maximi confirmatus 1379. vitam cùm morte commutauit Leodij 8. Martij, 1389.

iacet Hornæ in sepulchro gentilitio: de eo Possuinus. Ioannem Rodemachum aduersarium habuerat. Post quem die 26. Martij, Canonici *Theodoricum de la Marck* prudentem iuxta ac illustrem virum delegêre Antistitem, quòd ille tantæ dignitatis contemptor humiliter repudiauit. Sedes interim per annum vacauit.

BAVIERE. 78. IOANNES DE BAVIERE IV. iunior, Alberti Bauariæ Ducis, Comitis Hollandiæ & Hannoniæ filius, de Episcopatu prouisus 1390. annos natus 17. Ciuilibus discordiis popularium permotus apud Mastrech secessit, & operâ fratris, eorum conatus prælio superauit, in quo Leodienses ad fidelitatem debitam Episcopo suo exhibendam compulsi sunt. Excepit Ioannes expensis magnificis 1416. Sigismundum Regem Romanorum: resignauit Episcopatum in manibus Papæ tempore Concilij Constantiensis die 28. Maij 1418. Dordraci degens dispensatus in Subdiaconatu vxorem duxit Elisabetham Luxemburgensem, viduam Antonij Ducis Brabantiæ, commatrem suam. Obiit repentinâ morte, seu veneno, die Epiphaniæ 1424.
1428. aliis 1428. iacet Hoyæ Comitis in Prædicatorum cœnobio.

VVALDENROD. 79. IOANNES DE VVALDENROD V. Germanus, Iuris vtriúsque Doctor, anteà Rugensis Archiepiscopus, per resignationem Ioannis de Bauariâ institutur à Martino v. Pontif. Max. 1418. in Concilio Constantiensi. Leodium summo apparatu ingreditur 4. Augusti eiusdem anni; & veneni potione sublatus in villâ suâ de Alben 10. administrationis mense
1419. 1419. 28. Maij, Dominicâ post Ascensionem, circa meridiem. Vir verè Apostolicus, de quo plura Chronicon Magn. Belgic. & Meyerus: sepelitur ante altare Ecclesiæ Leodiensis.

DE LOS. 80. IOANNES DE LOS AB HYNSBERGH, V. filius Ioannis domini de Hynsberg, & Margaritæ de Gennep, per Capitulum electus, recipitur Leodij comitante Duce Cliuiæ, mense Decembri: Ex Archidiacono Campiniæ & Hasbaniæ an. 1419. consecratus in vrbe suâ die Dominicâ mense Martio 1420. per Suffraganeos Archiepiscopi Coloniensis, & Episcoporum Leodiensis ac Traiectensis. Synodo Metropolitanæ interfuit an. 1424 memorabile foedus pepigit Attrebati inter Regem Carolum 7. & Philippum Ducem Brabantiæ 1435. & coronationi Friderici 3. Imperatoris interfuit. Anno 1452. Ioannes mœrore affectus, propter populi rebellionem Episcopatum resignat in secreto, Ludouico Borbonio, dein veneno periit in Deysto oppido, inquiunt Chronica Leodiensia. 1424.

BOVRBON. D'azur à 3. fleurs de lis d'or à 1. la cotice de gueulle. 81. LVDOVICVS DE BOVRBON Caroli Borbonij Ducis, & Agnetis Burgundæ filius, Philippi Burgun. diæ Ducis auunculi sui impensis Louanij liberaliter institutus, ex Præfecto S. Donatiani, per resignationem Ioannis à Papâ promotus, procurante eodem Philippo Duce, sub pensione 15. millium florenorum; vrbem ingreditur die S. Margaritæ 1456. propter interdictum vrbis Leodiensis consecratus fuit in Ecclesiâ Hoyensi an. 1466. die sanctæ Margaritæ, à Thomâ Basin Lexouiensi Præsule; sub eo ciuitas Leodiensis à Duce Burgundiæ Carolo expugnatur 1468. & miserè diripitur: pugnans autem contra Guillelmum Marckanum Arembergium 1482. 10. Augusti feriâ 6. & interfectus in Mosam fluuium proiicitur; postea sine pompâ ante maius altare S. Lamberti sepelitur. De eius morte nefandâ fusè Nauclerus tractat, & Pontus Heuterus l. 2. de vitâ Maximiliani 1. Imp. legendi Sammarthani l. 23. Historiæ Genealogicæ Domus Franciæ. 1466

HORNE. 82. IOANNES DE HORNE, VI. electus contra Iacobum Croyum 1484. bella gessit aduersùs Limburgenses & Arembergium; decessit die 16. Calend. Februarias 1505. sepultus in æde Minoritarum ciuitatis Traiectensis. 1505.

LA MARK. 83. ERARDVS DE LA MARK ex Protonotario Apostolico 1506. pridie Calend. Ianuarij, partes secutus Francisci 1. tum Caroli V. Imp. cuius Sanctioris Senatus Præses fuit; moritur Cardinalis die 16. Februarij 1538. cùm ciuitatem totámque diœcesim pacificè gubernas- 1538.

ſet : ſepultus in Cathedralis Choro, A
hoc epitaphio, & ſtatuâ ibidem appoſitâ : ERARDVS A MARKA *mortem habens præ oculis viuens poſuit. Decipimur votis & tempore fallimur, atras*
Mors ridet curas , anxia vita nihil. Struxit magnificum palatium Epiſcopale Leodienſe : fuit etiam Carnotenſis Præſul, & Archiepiſcopus Valentinus in Hiſpaniâ. Videndus Sanderus de Cardinalibus , Ciaconius, & alij.

BERGH. 84. CORNELIVS DE BERGH ex Coadiutore conſecratur Leodij B
1543. 6. Iunij 1538. interiit 1543. Pontificatu dimiſſo.

AVSTRICHE 85. GEORGIVS D'AVSTRICHE Maximiliani Imperatoris filius naturalis ; ex Epiſcopo Brixienſi 1544. item Archiepiſcopus Valentinus. Teſtamentum condidit in palatio Leo-
1557. dienſi anno 1556. Nouembr. die 26. obiitque 4. Maij poſt meridiem 1557.

BERG. 86. ROBERTVS DE BERG, II. filius Marchionis Bergſomij : ex Coadiutore inauguratur menſe Maio 1557. Bergas ſe recepit 1564. ac pro- C
1565. pter inualetudinem Epiſcopatu ſe abdicauit ; moritur 1565.

GROSBEEC. 87. GERARDVS DE GROSBEEC Geldrenſis, Abbas Stabulenſis, primò Decanus Diui Lamberti , dein Cardinalis creatus 1578. huius vitam ſcripſit fuſiùs Ioannes Chapeauillius tomo 3. de geſtis Leodienſium Præſulum, Petramellarius, Sanderus, aliíque : iacet ad S. Lambertum mor-
1580. tuus anno 1580. 4. Calend. Ianuarij epitaphij titulus hic eſt : D. O. M. GERARDO A GROESBEEK *ſanctæ Rom. Eccl. Cardinali , Epiſcopo & Principi Leodienſi , Adminiſtratori* D *Stabulenſi , viro incredibili , prudentiâ ac facundiâ prædito , qui prouinciam ſuam temporibus difficillimis annis 16. ſummâ innocentiâ , atque animi fortitudine , pace ac bello non modò conſeruauit, verùm etiam auxit , atque ipſis hoſtibus admirabili virtute inuidiam ſuperauit. Curatores bonorum ad leniendum parentis patriæ dolorem mœſtiſſimi poſuerunt.*

BAVIERE. 88. ERNESTVS DE BAVIERE Princeps Elector Comes Palatinus Bauariæ, natus 1554. 16. Calend. Ianuarij, patre Alberto Bauariæ Duce , matre Annâ Ferdinandi Imperatoris filiâ : electus Friſingenſis 1565. ex Canonico Moguntino die 30. Ianuarij, Leodienſis factus 1581. vltimâ Ianuarij , cuius inaugurationem ſcripſit Ioannes Politus illius Principis Hiſtoricus ; Colonienſis Archiepiſ- 1583.
copus fuit , Adminiſtrator Stabulenſis , Monaſterienſis , Hildesheimenſis, ac Friſingenſis. E viuis eximitur an. 1612. Februarij 17.

89. FERDINANDVS DE BAVIERE BAVIERE. Erneſti ex fratre nepos , Guillelmi Bauariæ Ducis ac Renatæ Lotharingæ filius, Philippi Cardinalis Epiſcopi Ratiſponenſis frater ; poſſeſſionem adipiſcitur 27. Ianuarij 1613. electus etiam Archiepiſcopus Colonienſis ; obiit anno 1650. iacet in 1650.
baſilicâ Colonienſi.

90. MAXIMILIANVS - HENRICVS DE BAVIERE, nepos Ferdinandi , Archiepiſcopus Colonienſis, Elector Imperij, deſignatus Leodienſis 19. Octobris 1649. Epiſcopus Hildesheimenſis, & Bercbteſgadenſis Præpoſituræ Adminiſtrator , Bullionij , & vtriúſque Bauariæ Dux, Marchio Francimontanus , Comes Loſſenſis , Princeps Stabulenſis, Sanctíque Gereonis & Magdeburgi Præpoſitus. BAVIERE.

LEONENSES EPISCOPI ET COMITES.

CIVITAS Oſiſmorum Cæſari , & in Notitiâ Prouinciarum Galliæ , quod nunc Leonium oppidum, ad Oceanum Britannicum ſub Archiepiſcopatu Turonenſi , & Parlamento Redonenſi , nonnullis legio Oſiſmorum , vnde Ociſmorenſes, & Leonenſes Epiſcopi appellantur. Hoc oppidum Principatus Leonenſis caput eſt nobiliſſimorum toparcharum in Armoricâ ; Epiſcopus do- S. PAVL DE LEON en baſſe Bretagne.

minus temporalis habet Cathedralem dicatam D. Paulo Præsuli Leonensi; cuius Capitulum componitur ex Cantore, Archidiacono Leonensi, item duobus Archidiaconis, sexdecim Canonicis, septem Vicariis inferiore Choro, cùm pluribus parochiis. Fertur autem post annum Domini 560. Cathedra Episcopalis è vetere Ocismorum ciuitate, translata ad S. Paulum Leonensem, in cuius diœcesi situs est insignis portus Brestius, Armoricæ propugnaculum: sunt autem Abbatiæ,

S. MATHÆI *in finibus terræ*. S. *Mahé* O B.

RELIQVIARVM *Relecq* O C.

Huius Sedis hi tantùm collecti Antistites ex Augustino du Pas, & aliis Britanniæ Scriptoribus.

600. 1. S. PAVLVS obiit circa ann. 600. 12. Martij, Ferrario in tabulâ Geographicâ.

2. S. GOLVENVS successor Pauli, apud Redones in monasterio S. Melanij ad Dominum migrauit.

3. GILBERTVS anno 689.

4. LIBERALIS fuit à Nomenoio Principe Britonum depositus
845. anno 845.

5. MABBO Britannorum Episcopum ex oppido S. Pauli sese indigetat in vetere fragmento Historiæ Franciæ, regnante Lothario; qui in Bibliothecâ Floriacensi dicitur transtulisse corpus S. Pauli Floriacum, Vulfado Abbate. Subscribit cartæ instaurationis monasterij S. Petri in Valleâ per Ragemfredum Episco-
954. pum Carnotensem circa annum 954. vbi dicitur Paulinianus Britanniæ Episcopus.

6. SALOMON, I. tempore Comitis Alani 3. sub annum 1039. nominatur in cartulario S. Georgij Redonensis.

7. IACOBVS anno 1099.

8. GVALO ex monacho S. Florentij Salmurensis vices egit Bituricensis Archiepiscopi in Concilio Lateranensi 2. anno 1112. sub Paschali 1112.
Papâ, quemadmodum scribit Malmesburiensis; interfuit Synodo Nannetensi 1127 obiit an. 1134. de quo Ordericus Vitalis l. 10.

9. SALOMON, II. anno 1135.

10. HAMO DE LEON filius LEON.
Heruei Vicecomitis de Leonio annis 1159. & 1163. in cartulario S. Me- 1163.
lanij Redonensis; extat tabula Vicecomitis de Leonio, quam conscripsit coram filio suo H. Leonensi electo Pontifice: occisus fuit pro defensione priuilegiorum Ecclesiæ, vt refert Robertus de Monte in Appendice anno 1171. *Hamo Episcopus Leonensis crudeliter per consilium, vt dicunt, Gaiomari fratris sui Vicecomitis Leonensis, & iunioris Guiomari nepotis sui occisus est.*

11. BARTHOLOMÆVS ex Decano Turonensis Ecclesiæ successit, idem Robertus de Monte ad ann.
1174. *In loco etiam Haimonis Episcopi* 1174.
Leonensis electus est quidam Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, non canonicè, sed simoniacè, & cùm haberet gratiam tam Cleri quàm populi, non promeruit consecrationem, impediente morte Iocij Archiepiscopi Turonensis: in cuius loco elegerunt Turonenses Clerici Decanum ipsius Ecclesiæ Bartholomæum, iuuenem, strenuum & genere nobilem.

12. GVIDO I. interfuit Concilio Lateranensi anno 1179.

13. IVO I. anno 1185. iacet in S. 1185.
Melanio Redonensi.

14. IOANNES I. sedebat 1201.

15. BERNERIVS quædam legauit in fundationem conuentus cœnobij Dominicanorum Morlacensium anno 1237.

16. IVO, II. anno 1262.

17. GVILLELMVS DE KER- KERSAV-
SAVSON I. diœcesis Leonensis, ex SON.
nobili gente de Kersauson: è Canonico Leonensi creatus 1292. dotauit 1292.
Capellam S. Martini in Cathedrali, & fato suo functus 1327.

18. PETRVS I. electus an. 1328. 8. Iulij, ex actis Consistorial. viuebat adhuc an. 1332.

TRESI-GVIDI. 19. IVO DE TRESIGVIDI III. Leonensis Ecclesiæ Canonicus primò, tum Antistes 1340. obiit Cadomi 1341. tumulatus in æde Carmelitarum Ploarmelli.

OVVROIN. 20. GVILLELMVS OVVROIN
1349. II. an. 1347. & 1349.

ROCHE-FORT. 21. GVILLELMVS DE ROCHEFORT III. ex nobilibus de Ruperforti, successit anno 1349. 25. Iunij ex citatis Actis Consistor. Vaticani: munificus Ecclesiæ suæ dotator, vitam cùm morte commutauit anno 1356.

IVCH. 22. IOANNES DV IVCH II. ex nobili stirpe in diœcesi Corisopi-
1367. tensi natus, regebat 1367.

23. PETRVS OVVROIN II. anno 1370.

LE BARBV. 24. GVIDO LE BARBV, II. frater Henrici Episcopi Venetensis, dein Nannetensis, ex gente de Quilio, anno 1385. basilicæ multa contulit, & moritur anno 1410. iacet in Cathedrali Ecclesiâ.

25. ALANVS DE KERAZRED, I. anno 1410. obiit 1414.

COETQVIS. 26. PHILIPPVS DE COETQVIS, Brito, ingreditur Ecclesiam postri-
1422. die Palmarum 17. Martij 1422. cuius solemnitatis formulam describit Albertus Magnus; fuit Cardinalis & Archiepiscopus Turonensis, vbi de eo pluribus agitur.

VALIDIRE. 27. IOANNES VALIDIRE III. aliàs DE SAINT LEON, Ordinis Dominicanorum conuentus Morlaxensis, Theologus Parisiensis, ac Ioanni Duci à Confessionibus, per translationē Philippi præficitur huic Ecclesiæ: præsens Synodo prouinciali Nannetensi 1431.

28. OLIVARIVS posteà transla-
1435. tus ad Briocensem sedem an. 1435.

PREGENT. 29. IOANNES PREGENT, IV. assumptus dein ad Briocensem Ecclesiam.

30. ALANVS DE KEROVZERE II. diœcesis Leonensis, Canonicus & Archidiaconus: obiit 1445.

FERRON. 31. GVILLELMVS LE FERRON IV. electus & confirmatus an. 1445. quædam fundauit in Collegio B. Mariæ
du Folgoët: mortuus an. 1472. 1472.

KERLEAV. 32. VINCENTIVS DE KERLEAV Abbas Begardi Ordinis Cisterciensis, Britanniæ Cancellarius, ex familiâ de Insulâ in Goelensi pago, celeberrimis Legationibus clarus, ingressus solemniter vrbem & Ecclesiam 10. Iunij 1473. interiit an. 1476.

GVIBE'. 33. MICHAEL GVIBE' anno 1476. Ecclesiam inuisit celebri pompâ die 27. Aprilis anni 1477. posteà Dolensis, & tandem Redonensis. 1476.

IAMES. 34. THOMAS IAMES Archidiaconus Penteuriæ in Ecclesiâ Macloulensi, creatur Leonensis an. 1478. de eo plura in Dolensibus.

MAOVLT. 35. ALANVS LE MAOVLT III. Francisco 2. Duci à Consiliis, Canonicus Corisopitensis electus 1482. 1482.
29. Martij, inde Corisopitensis anno 1484. 7. Martij, ex Actis Consistorialibus.

LONGOEIL. Comme cy deuant. 36. ANTONIVS DE LONGOEIL Ioannis in Senatu Parisiensi Præsidis, ex Mariâ de Moruilliers filius, Annæ à Britanniâ Reginæ Nomophylax, & Ludouici XII. Eleemosynarius; quem electum produnt Acta Consistorialia Vaticani 1484. 10. Martij: fuit Orator Francisci 2. Ducis Britanniæ ad Maximilianum I. & pro Rege Franciæ apud eundem Imperatorem: necnon anno 1496. in Hispaniam & Ducem Sabaudum: decessit in castro gentilitio de Mansionibus super Sequanam 25. Augusti anni 1500. apud Minores Parisienses 1500. sepultus in conditorio quod intra murum sacelli, sibi parauerat.

KERMAN. 37. IOANNES DE KERMAN, V. ex nobili gente in diœcesi Leonensi, electus 1503. defecit 1514. & iacet in Capellâ parochialis Ecclesiæ de Plouneuez suæ diœcesis.

xx CLERC. 38. GVIDO LE CLERC, III. ex Abbate S. Iacobi de Montfort, & Roiæ in Andibus, Claudiæ à Francià Regis Francisci I. vxoris primæ
1514. Eleemosynarius anno 1514. humatus in Abbatiâ suâ de Roiâ.

CHAVVIGNE'. D'hermines à deux fasces de gueulle & 3. tourteaux de mesme en chef. 39. CHRISTOPHORVS DE CHAVVIGNE' Abbas Boquiani Ordinis Cisterciensis.

40. ROLANDVS DE CHAVVIGNE' I. superioris ex fratre nepos, eius demissione Episcopatum iniit anno 1554.

NEVFVILLE 41. ROLANDVS DE NEVFVILLE II. ex Abbate S. Iacobi de Montfort, superioris resignatione
1562. Episcopus anno 1562. Synodo Turonensi interest 1585. fato functus an. 1613. cuius cadauer in Cathedralis Choro iuxta Epistolam conditur sub cœnotaphio, cui prostat hoc epitaphium è Gallico latinè versum: *Misericordias Domini in æternum cantabo Psalmo 88. Hic iacet dominus* ROLANDVS DE NEVFVILLE *minor natu domus du Plessis-Bardoul, dum viueret Episcopus Leonensis; qui obiit in vrbe Redonensi 5. Februarij* MDCXIII. *anno ætatis 83. & fuit humatus 17. Martij, cùm rexisset Abbatiam Sancti Iacobi secus Monfortium 61. annis, Episcopatum 51. quem immunem fecit vigilantiâ suâ ab omni prauitate hæreticâ.*

RIEVX. D'azur à 10. besans d'or 4.3.2.1. 41. RENATVS DE RIEVX Abbas B. Mariæ de Reliquiis, Ordinis Cisterciensis, de Doaulasio S. Augustini, & B. Petri de Orbaco, Benedictini, Magister Oratorij Regis Ludouici XIII. nobilissimâ, vetustissimâque gente in Armoricis natus, D patre Renato toparchâ Sourdeaci, Marchione Oessanti, Britanniæ Progubernatore Generali, & Susannâ de Sainte Melaine marre nascitur; proauo autem genitus, Ioanne toparchâ Riuensi & Ancenisij, Haricuriæ Comite, Britanniæ primùm, mox Franciæ Marescallo, suâ ætate maximè conspicuo belli Duce. Maioribus istis editus Renatus, post obitum Rolandi deligitur Episcopus. Interfuit Cœtui Cleri Fontaneti in Pictonibus 1628. Sub eius moderamine Carmelinæ in vrbem

A receptæ sunt anno 1610. Capucini 1621. Minimi 1617 Patres Recollecti 1617.
in oppido Lesneueni, & Vrsulinæ Leonij 1630. Anno 1633. per virum potentissimum delatus, eo prætextu quòd Mariæ Mediceæ Reginæ matris extra regnum profectioni fauisset, regnóque postmodum excessisset, & in prouinciis Belgicis tempore suspecto, sine Regis licentiâ diu fuisset immoratus, ob id coram quatuor Episcopis sanctæ Sedis Apostolicæ Commissariis insimulatus, ipsorum deffinitiuâ sententiâ diei vltimæ Maij 1635. ab administratione, 1635.
B Leonensis Ecclesiæ remotus est; túmque CAROLVS TALON S. Geruasij Parochus, Theologus, Parisiensis, ad Episcopatum Leonensem à Rege Christianissimo nominatur die 28. Augusti 1635. qui anno 1637. bullis non exceptis, nec adeptâ possessione renunciauit.

CVPIF. D'argent à 3. tresles de gueules 2. 1. 43. ROBERTVS CVPIF Parisinus, origine Andegauensis, Decanus du Folgoet, Commendatariis de Loco Christi, Archidiaconus maior, C Officialis, & Vicarius generalis Corisopitensis, ad nominationem Regis Ludouici 13. ab Vrbano Papâ VIII. bullatus Romæ apud S. Petrum an. 1639. 17. Calend. Februar. in basilicâ S. Germani à Pratis suburbij Parisiensis, à Victore Boutillier Turonensium Archiepiscopo, Iacobo Raoul Santonensi, & Gabriele de Beauuau Nannetensi Episcopis, die 25. Martij anni 1640. consecratus, 1640.
& 23. Aprilis subsequentis in dicti Episcopatus possessionem inductus, à Clero populóque Leonensi excipitur. Postquam inibi tam officio pastorali, quàm ædium Episcopalium restaurationi, iuriúmque & redituum temporalium quos vltra medietatem auxit, ampliationi per octo annos incubuisset; tandem intercedente generali conuentu Cleri Gallicani Parisiis celebrato 1645. & perorante Carolo Monchalio Antistite Tolosano, Comitiorum Præside, obtentâ à dicto Renato de Rieux restitutionis sententiâ diei 6. Septembris anni 1646. præfatus Ro- 1646.
bertus non cessit, quibusdam exemplis demonstrans (per publicos codicillos in eo litigio scriptos) Episcopum canonicè subordinatum

in locum damnati, qui passus est A subordinationem, non debere locum cedere damnato posteà restituto, sed expectandum esse, donec subordinatus obdormiret in Domino, & ita prædictam sententiam restitutionis explicandam esse, vt eo modo faueret Renato, nec tamen noceret Roberto; quippe quæ non pronunciarat vt dictus Robertus à Cathedrâ Leonensi recederet, nec priuatum declararat, vel regradarat, aut interdixerat, sed ex hac idem ad Ecclesiam Leonensem reuersurum se speraret, cùm ea sedes per cessum, aut decessum dicti Ro- B berti foret vacatura. Cúmque super his grauis orta esset controuersia, præfatus Robertus Regij Consistorij suffultus placitis, interim in Sede Leonensi remansit, donec iubente Rege Ludouico 14. translationi de se ad Ecclesiam Dolensem die 24. Nouemb. 1648. factæ consensit, sicque Ecclesiæ suæ Leonensis administrationem repetiit.

Rievx. 44. Renatvs de Rievx, septem Episcoporum Sanctæ Sedis Apostolicæ delegatorum iudicio diei
1646. 6 Septembr. 1646. à pœnis & mulctis C sibi impositis absolutus, & immunis pronunciatus, Ecclesiæque Leonensi, & illius administrationi, aliisque dignitatibus, & officiis quibus per priorum quatuor iudicum etiam Episcoporum, sanctæ Sedis Apostolicæ delegatorum sententiam diei vltimæ Maij an. 1635. priuatus fuerat, gratulantibus cunctis Cleri Ordinibus restitutus; rediit ad Ecclesiam Leonensem post nominationem supradicti Roberti Cupif ad Episcopatum Dolensem, magnóque cùm applausu & comitatu in suâ Leonensi Ecclesiâ Renatus receptus est die D
1648. 24. Decemb. 1648. & anno sequenti Comitiis generalibus Britanniæ interfuit, totámque visitando perlustrauit diœcesim, & die 8. Martij anni 1651. ætatis 63. obiit in suâ Abbatiâ de Reliquiis, sepultúsque est in Cathedrali propè altare maius.

Laval. D'or à la croix de gueulle, chargée de 5. coquilles 45. Henricvs de Laval ex Abbatê Perredij noui in Andibus, Decanus insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Turonensis, è perillustri gente Lauallensi, nepos

Vrbani domini de Boisdauphin, Marchionis de Sablé, Andium Proregis, ac Franciæ Equitum Tribuni: patre nascitur Philippo Emanuele Marchione Sablolij, matre Magdalenâ de Souuré, Egidij Episcopi Autissiodorensis sorore. Nominatione Regis Ludouici 14. successit in locum Renati an. 1651. sacrâ vnctione inauguratus Parisiis apud Fulienses die Dominicâ 17. August. eiusdem anni, per Petrum de Broc Episcopum Autissiodorensem, adstantibus Rogerio d'Aumont Abrincensi, & Hardoino de Perefixe Rutenensi. Superiore B anno interfuerat Comitiis Cleri generalibus Lutetiæ congregatis: & hoc anno 1656. suam dictam Leonensem diœcesim administrat.

d'argent cantonée de 16 alerions d'azur,

1651.

LEXOVIENSES
EPISCOPI
ET COMITES.

CALETIÆ Celticæ populi Lexouij Cæsari, Straboni, Plinio, Ptolemæo l. 2. cap. 8. vbi eorum ciuitas Neomagus dicitur, quam putant Lexouium, seu Lexouium Aimoino lib. 3. c. 53. sub Archiepiscopatu Rotomagensi; vrbs fontibus excellit & quidem pulcherrimis: at de territorio meminit Guillelmus Armoricus l. 5. Philippidos. Robertus Cenalis l. 2. de Re Gallicâ perioche 4. agit de Lexouiis, refértque potissimùm tribus fluuiis agrum suum irrigari, quorum vnus ad Tolesam castrum, alius Iua per Augiam Normannicam defluit, & magnâ sui parte Rilâ flumine. Ecclesia primaria Patronum agnoscit S. Petrum Apostolum, facultatibus non impar cæteris Neustriæ Episcopatibus; cuius Præsul nominatur c. 8. de officio Ordinarij, & Ecclesia ipsa c. 4. de Ecclesiâ ædific. In eâ Decanus, Cantor, Thesaurarius, Capicerius, Magister Scholarum, Archidiaconi quatuor, & sequentes Abbatiæ in diœcesi numerantur:

Lisievx en Haute Normandie, sur Lezon.

S. Ebrvlfi S. Eurovl O B.

BERNAII *Bernay* O B.

PRATELLORVM *Preaux* O B.

CORMELIARVM *Cormeilles* O B.

GRESTANI *Grestain* O B.

Episcopi præfuêre sequentes, quorum catalogum damus auctiorem & emendatiorem è tabulariis ac compluribus schedis; nomenclaturam manuscriptam eorum scripsit Ioannes Picardus Canonicus Regularis S. Victoris, quæ asseruatur in Bibliotheca Segueriana, cuius nobis copiam fecit dom. Blasius.

1. THEOBAVDIS, siue THEOBAVDVS cùm cæteris Episcopis sanciuit Canones Concilij Aurelia-
538. nensis 3. anno 538. per Edebium missum suum Aurelianensis 4. 541. subscriptus etiam reperitur in 5. anno 549.

2. ÆTHERIVS, de quo Greg. l. 6. c. 36. longam satis narrationem recitat de Clerico Cenomannensi luxurioso, qui Archidiacono Lexouiensi adhærens, nefando molimine in Præsulis necem coniurat: *Coniunctus est*, inquit Greg. *Archidiacono ciuitatis, & se Episcopatu dignum proferens, Episcopum molitur occidere, locatoque Clerico qui eum bipenne percuteret, ipsi proferunt præmia, vt si Sacerdos obiret, ipse succederet; sed misericordia Domini anticipauit eorum perfidiam, crudelitatémque iniquorum hominum velociter pietate repressit.* Et post aliqua: *quiescentibus cunctis, media ferè nocte, cubiculum sacerdotis inrumpunt, qui erat ferè 70. annorum; nec mora, coniuncto secum antedicto Clerico adligatur sacerdos catenis ab eius manibus, de cuius collo sæpiùs vincula discusserat, & arduæ custodiæ mancipatur ab eo, quem de cænosis carceribus plerúmque liberauerat; at ille cognoscens inimicos sibi vehementer inualuisse, Domini misericordiam cùm lachrymis in vincula compactus exorat.* Gregorius idem auctor est è custodiâ diuino quodam iudicio liberatum, ad Regem Guntrannum se recepisse, discurrentibus ex aliâ parte satellitibus ad Regem Chilpericum, pro Episcopatu petendo; sed reiectis falsis testibus & ad-» uersariis, honestè exceptus, mœsti » ciues, subiungit Gregorius, de Pastoris absentiâ, ad Regem petierunt, » vt acciperent Sacerdotem suum. At » Rex legatos fratri suo dirigit, adserens nihil se criminis in Episcopo » reperisse. Tunc Guntchramnus Rex, » vt erat benignus & profluus ad miserandum, multa ei munera contulit, dans etiam epistolas per omnes » Episcopos regni sui, vt peregrinum » aliquo pro Dei intuitu consolarentur. Tunc circumiens ciuitates, tanta ei à Sacerdotibus Dei collata sunt » tam in vestibus quàm in auro, vt » vix ciuitati quæ meruerat posset inferri. Nam huic peregrinatio diuitias attulit, & exilium opes multas » inuexit. Post hæc regrediens, à ciuibus cùm tali honore susceptus est, » vt præ gaudio flerent, & benedicerent Deum, qui tandem Ecclesiæ » tantum restituit Sacerdotem. »

3. LAVNOBAVDVS in Concilio Cabilonensi an. 650. post quem desiderantur Episcoporum nomina. 650.

4. RADVLFVS I. recensetur in fragmento codicis MS. Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Victoris Parisiensis.

5. FRECVLFVS ex monacho Ordinis Benedictini, præclarus Historiæ Scriptor, floruit Ludouico Pio imperante, Rabano doctissimo coæuus, qui ei scripsit: interest Concilio Parisiensi 846. Turonensi 4. 846.
849. nominatúrque in cartulario Ferrariensi; cuius suasu Rabanus scripsit Commentarios in Genesim adhuc Abbas Fuldensis: ipse autem Freculfus Chronicon libris duobus elucubrauit, cuius operis partem priorem dicauit Elisacharo quondam suo præceptori; & complectitur ab initio mundi vsque ad Christi Natiuitatem, posterior vsque ad Francorum & Longobardorum regna, rerum gestarum Historiam. Videndus Lupus Ferrariensis ep. 84. Sigebertus de viris illustribus, Trithemius, Chronicon Hirsaugiense, Bellarminus, & cæteri alij.

6. HEIRARDVS seu AIRARDVS in Concilio Suessionensi 2. an. 853. 853.
Vermeriensi eodem anno; apud Sapponarias 859. & in Pontignonensi 876.

7. ANSEGISVS ex Abbate Fontanellensi, seu D. Vuandregisili in Neustriâ, & Flauiacensi, creatur anno 882. decessit 13. Cal. Augusti.

1011. 8. ROGERIVS I. anno 1022. in vetere libro Capituli dicitur laudabilis virtutibus religiosis. Ex Lexouiensi translatus ad Sedem Constantiensem.

9. ROBERTVS ex hoc Episcopatu translatus ad Constantiensem vt diximus.

10. HERBERTVS, anno 1034. ordinat Herluinum primum Abbatem Becci apud Ordericum lib. 5. & dedicat Ecclesiam eiusdem cœnobij:
1049. Concilio Remensi interfuit an. 1049. Basilicam S. Petri construere cœpit, ac subscriptus reperitur tabulæ Ricardi 2. Ducis Normanniæ, confirmantis beneficia patris erogata Abbatiæ S. Michaëlis.

EV. 11. HVGO D'EV Comitis Augensis filius, Roberti Comitis Augi, & Vuillelmi Suessionensis germanus, claritate generis æquè ac probitate vitæ commendandus, de quo plura habet Ordericus. Benedixit Abbatem Theodericum S. Ebrulfi 1050. interest dedicationi Gemmeticensi
1067. an. 1067. & in vetusto instrumento Herluini Beccensis Abbatis, reperitur subscriptus donationi Odonis fratris Herluini; rursum legitur in diplomate villæ Tiliolæ. Eodem Pontifice & Roberto Comite suffragantibus, Lezscelina eorum mater Augensis Comitissa, in S. Petro super Diuam cœnobium constituit, & monialium monasterium haud procul à Lexouio. Interfuit & Synodo Rotomagensi sub Ioanne Archiepiscopo 1084. cùm Rege Guillelmo: in cartâ confirmationis Malgerij Archiepiscopi appellatur Lisiacensis Episcopus. Denique Ecclesiâ maiore à se consummatâ & dicatâ, supremum diem expleuit in campo
1087. Episcopi 16. Calend. Augusti 1087. sepultus à Gisleberto Ebroicensi Pontifice; cuius præclarùm elogium est apud Ordericum, quod huic loco inserendum commodè duximus: HVGO LEXOVIENSIS *Episcopus fuit nobili genere ortus, filius Guillelmi Comitis Augensis, filij Ducis Ricardi I. Huius venerandi Episcopi Hugonis multa leguntur laudabilia. Mense Iulio langore ingrauescente mortem Præsul ineuitabilem sibi adesse persensit, seseque, vt Dei seruus ad Domini sui Curiam iturus solerter conspexit, & pro villicatione suâ rationem redditurus, in timore magno se præparauit. Confessione & pœnitentiâ purgatus, oratione & fletuum imbre ablutus, salutaris mysterij communione feliciter instructus, Clericos & Laicos qui secum erant, commonuit, absoluit, benedixit. Ad vltimum verò rem quandam, vnde præcipuè mœstus erat, pro quâ omnes sibi astantes sic exorauit.*

« Viam vniuersæ carnis scio me ad præsens ingressurum, sed valde contristor quòd à Sede meâ elongatus sum, nec video Sponsam meam, cui ordinante Deo ferè XL. annis legitimè coniunctus sum. Vnde nunc precor vos omnes quos olim amaui, nutriui, promoui, & honoraui, vt me hinc eiiciatis, & ad carissimam sponsam meam me deducatis. Ecclesiam S. Petri Principis Apostolorum, quam venerabilis Herbertus prædecessor meus cœpit, perfeci, studiosè adornaui, honorificè dedicaui, & cultoribus, necessariísque diuino seruitio vasis, aliísque apparatibus copiosè ditaui. Hanc cœlesti Domino supplex commendo, & in eius gremio recumbere desidero, ibíque secundum Saluatoris aduentum expectabo. »

His dictis omnes protinus consurgunt, decenti ad gestandum ferculo Præsulem imponunt; & de vico qui Pons Episcopi dicitur, Lexouium deducunt: ipsique illustres Clerici & honorabiles laici amantissimum Patrem deuehunt. Tandem dum festinare ad vrbem nituntur, morte obiter accelerante, in quandam planitiem herbosam disgrediuntur, ibique cùm lacrymis & orationibus exitum Præsulis sui sub dino præstolantur: In tantâ claritate, & loci amœnitate nobilis Antistes HVGO *collocatus iacuit, & inter manus suorum Deo commendatus* XVI. *Kal. Augusti expirauit:*

Sic obiit noster vir non reparabilis æuo
Gemma sacerdotum, patriæque decus Pater Hugo.

Summus Pontifex Christi cuius vices ad horam in terris gessit, semper propitius sit. Pons Episcopi quatuor leugis distat à Lexouio. In campo secus viam, vbi

A *Flamen occubuit, Crux erecta est, quæ vsque hodie Crux Episcopi nuncupata est. Corpus verò eius Lexouium delatum est; sed sepultura eius vsque ad 18. dies pro litigio Canonicorum & Monacharum protelata est. Clerici enim in Episcopio eum sepelire volebant. Sed Sanctimoniales simul acerrimè prohibentes, dicebant:* „ Pater noster Hugo Abbatiam S. Mariæ Dominæ nostræ construxit, nos illuc ad Dei famulatum aggregauit; ac vt pater filias in timore Dei nos educauit. Io Ecclesiâ quam condidit locum sepulturæ sibi memor mortis elegit. Æternâ morte puniatur, qui soma Patris nostri B filiabus suis auferre conatur. *Rotomagum igitur ad Curiam Regis itur, & ab vtrisque partibus querimonia depromitur. Sed Regalis censura fragiliori magis sexui compatitur. Denique Rex accersito Ioanni Archiepiscopo, commendat vt Lexouium celeriter adeat, & Episcopi corpus in Oratorio S. Mariæ decenter sepeliat. At ille quia ferox & turgidus erat, & noxium rancorem iam dudum contra præfatum Præsulem animo gesserat, Regis præceptum furibundus contempsit, nec ad tumulandum Coëpiscopum suum ire voluit; qui dum de Curiâ Regis ad vrbem super mulam suam* C *rediret, tumidéque loquens de causis imminentibus domui suæ appropinquaret, diuino nutu subitâ passio illum percussit, turbâ palam spectante ad terram deiecit, bienniòque quo postmodum vixit, elinguem reddidit. Tunc Gislebertus Ebroicensis Episcopus cùm multo fidelium agmine Luxouium vadit, & corpus Episcopi astante Roberto Aucensi Comite, qui germanus eius erat, in choro Sanctimonialium conuenienter sepeliuit. Mausoleo tanti Pontificis congruus lapis appositus est, & epitaphium Adonico metro editum in laminis cupri, litteris aureis sic exaratum est.* D

Hic iacet HVGO LVXOVIENS *clarus honore,*
Pontificatus, nobilis æque sanguine patrum,
Præditus idem stemmate morum, non sine bino
Munere sensus, religione glorificandus.
Transitus eius Rege Philippo, tum Guillelmus
Rex erat Anglus, luce sequenti Phœbus iniret
Signa Leonis, det Deus isti gaudia cœli, Amen.

12. GISLEBERTVS MAMINOT Medicus Guillelmi Regis Angliæ, & Normanniæ Ducis, de quo tradit Ordericus sequentia in Chronico: ad regendum Lexouiensem Præsulatum Gislebertus cognomento Maminotus, Regis Archiater & Capellanus electus est, & à Michaële Abriocatensi Episcopo in præsentiâ Ioanis Archiepiscopi, qui vt diximus, obmutuerat, consecratus est. Hic filius Roberti de Curuâspinâ streoui militis fuit. XXIII. anois Episcopatum tenuit, & res Ecclesiæ potenter obtinuit. Artis Medicinæ peritissimus erat, sed semetipsum io Pontificatu ounquam satis curare poterat. Scientiâ literarum & facundiâ pollebat. diuitiis & deliciis indecenter affluebat: Secularibus itaque exercitiis & actibus omni vitâ suâ inhæsit; & sic vsque ad decrepitam ætatem suam vixit. Vnde sicut quædam de illo protuli reprehensibilia. Sic decet vt laudabilia promam & imitabilia. Eleemosynas pauperibus libenter porrigebat, largitate & dapsilitate solerter & honorificè vigebat. Io iudicio veritatem subtiliter inuestigabat, & rectitudinem procaciter deffendere inhiabat, iustitiámque cunctis postulantibus gratis exhibebat. Peccatores reatus suos humiliter confitentes suscipiebat, & verè pœnitentibus salubre consilium prouidè suggerebat. Sacros Ordines & dedicationes, & alia ministeria religiosè & sollicitè peragebat. In Ecclesiâ Lexouiensi eo tempore honorabiles erant personæ, quas Hugo Præsul educauerat. Has præfatus Episcopus sibi copulauit, fertilisque documento Arithmeticæ, Astronomicæ, & multiplicis Physicæ, altarúmque profundarum rerum eruditione, & familiares collegas conuiuiorum & colloquiorum sibi benigniter applicauit. Guillelmi Regis funeri interfuit anno 1087. necnon dedicationi Vticensis monasterij an. 1099. apud Ordericum lib. 10. Obiit senex anno 1101. mense Augusto. 1087.

13. FVLCHERIVS, germanus Flambardi, in eius locum subrogatur per obitum Gisleberti, consecratus à Guillelmo Rotomagensi Metropolitâ anno 1101. Ordericus lib. 10. id testatur: *Fulcherius frater*

Flambardi eiusdem sedis Præsul, à Guillelmo Archiepiscopo mense Iunio consecratus est. Hic penè illiteratus ad Episcopatum procuratione fratris sui de Curiâ raptus est. Quo, dapsilitate laudabilis, septem mensibus potitus, mense Ianuario defunctus est. Deinde Rannulfus Flambardus, qui in Normanniâ exulabat, & Dunelmi Præsulatu carebat, pro inimicitiâ Regis, cui restiterat, Luxouiensem Pontificatum filio suo Thomæ puero suscepit: & per triennium, non vt Præsul, sed vt Præses gubernauit. Intereà Guillelmus de Paceio ingenti pretio Comiti dato Præsulatum præoccupare sategit, sed pro simoniacâ lue priùs Rotomagi, posteà Romæ condemnatus, temeritatem suam miserè luit. Sic ferè quinque annis Luxouium Rectore caruit, & Dominicus grex Pastore digno carens, lupinis dentibus patuit; donec illi gratia Dei Ioannem ad plebis suæ consolationem Episcopum destinauit.

14. IOANNES I. Archidiaconus Ecclesiæ Saiensis inauguratur per
1107. Guillelmum Metropolitam 1107.
qui pluribus annis Cathedræ laudabiliter præpositus, Ecclesiam ædificiis adauxit, vrbem mœnibus cinxit. Præsens in sponsalibus Henrici Imperatoris & Mathildis, filiæ Henrici Regis Angliæ, Normanniæ Ducis 1110. necnon Concilio Rotomagensi 1128. Eius vitam fusiùs describit Ordericus lib. 11. cuius verba sunt: » Luxouiensis Episcopatus, post mortem Gisleberti Maminoti Antistitis in desolatione diu permansit, magisque lupis quàm Pastoribus patuit, miserèque prædonibus, non defensoribus, lugubris subiacuit. Henrico autem Rege apud Tenerchebraicum triumphante, Rannulfus Flambardus Regis inimicus, qui Luxouiensi residebat vt Princeps in vrbe, secundùm oportunitatem temporis, perspectâ quâ euaderet calliditate, celeres nuntios ad Regem recenti trophæo lætum direxit, pacem ab eo humiliter quæsiuit, & ciuitatem quam tenebat, si pacificaretur, obtulit. Porrò sapiens Rex, qui pacem bello, quod detrimenta gignere solet, præposuit: Præsuli concordiam poscenti transactos reatus indulsit, Luxouium festinanter recepit, & Antistiti reconciliato Dunelmensem Episcopatum restituit; Luxouiense verò Episcopium Ioanni Archidiacono Sagiensi commisit, & Normanniâ prudenter ordinatâ, in Angliam ad regni negotia tractanda transfretauit. Supradictus autem Archidiaconus Normanni Decani filius fuit, in Ecclesiâ Salariensi à pueritiâ educatus creuit, cùm Præsulibus eiusdem Sedis, Rodberto & Girardo, & Serlone conuersatus floruit; multiplicique doctrinâ tam in sæcularibus, quàm in Ecclesiasticis institutus viguit. A præfatis itaque magistris, quia ratione & eloquentiâ satis enituit, ad Archidiaconatus officium promotus, ad examen rectitudinis iure proferendum inter primos resedit, & Ecclesiastica negotia rationabiliter diu disseruit. Tandem furia Rodberti Belesmensis contra Serlonem Episcopum efferbuit, & præfatum Archidiaconum, quia suum Pontificem præcipuè adiuuabat, exosum habuit, & feralibus minis, ac infestationibus persequi cœpit. Quem, quia ille in ipso tempore potentissimus erat, & vix vllus in Normanniâ eius guerram ferre poterat, nimis metuens inermis Clericus in Angliam confugit: & à Rege, cui iamdudum notus fuerat, susceptus honorificè satis exulauit. Nam inter præcipuos Regis Capellanos computatus est, atque ad regalia inter familiares consilia sæpe accitus est. Denique, vt prædictum est, pro insertis virtutibus illum Rex dilexit, & prædictæ vrbis sedem ei concessit. Mense Septembri Serlo Salariensis Pontifex Ioannem Leuitam Presbyterum ordinauit, quem paulò post Guillelmus Archiepiscopus Episcopum consecrauit. Ille verò susceptum regimen ferè 34. annis potenter rexit, multisque modis Ecclesiam & Clerum, Deique populum emendauit. « Eius consensu anno 1128. 1128.
inducti sunt Canonici Regulares S. Augustini de Augiensi monasterio in Prioratum B. Barbaræ in Algiâ, Rabellus autem Camerarius, filius Guillelmi, pro salute Henrici Regis Canonicos in eâ Ecclesiâ constituit, & quæ necessaria erant, ad victum subministrauit, quemadmodum liquet ex tabulis fundationis; de eo vide epist. 7. l. 4. Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis. Moritur anno 1141. 12. Calendis Iunij; funeratus à Rotrodo

Ebroicensi Episcopo ante altare S. A Michaelis, de cuius obitu sic Ordericus l. 13. *Ioannes Luxouiensis Episcopus tam grandæuus & multa expertus diuturnitate, sine spe alicuius auxilij guerram Andegauorum nolens tam diu sufferre, maximè cùm videret illos cis Sequanam passim præminere, & plura vicinorum oppida pacificè sibi subiicere, consultu amicorum in vltima septimana Quadragesimæ pacem fecit cùm Comite. Deinde ante Pentecostem Cadomo reuersus Luxouium, ex nimio æstu & labore infirmatus est, & post ægrotationem vnius hebdomadis, 34. Episcopatus sui anno, 12. Cal Iunij, defunctus est. Tunc Rotrocus Ebroitensis Episcopus, & Raunulfus Vticensis* B *Abbas, aliique diœcesis suæ Abbates conuenerunt, & in basilica S. Petri Apostoli corpus eius ante aram S. Michaelis ad Aquilonalem plagam sepelierunt.* Dicto anno vacasse sedem Lexouiensem significat Ordericus, cùm operi de rebus Normanniæ finem imposuit.

15. ARNVLFVS superioris nepos, patriâ Normannus, & Sagensis Ecclesiæ Archidiaconus, celebris eruditione hac ætate Episcopus: à puero in Sagensi scholâ non incelebri, post restitutam disciplinam Ecclesiasticam, fratris Antistitis studio, in optimis disciplinis eruditus est, ac morum C integritate etiam informatus, & tanta probatæ indolis specimina edidit, vt ei in Pontificatum successerit, Cleri, populique suffragiis postulatus Ecclesiæ Luxouiensi Pastore orbatæ. At Comes Andegauensis ipsius electionem Canonicam remoratus est, quòd declarat Petrus Venerabilis epist. lib. 5. ad Innocentium Pontificem; de cuius etiam electione S. Bernardi extat item epistola ad eundem Papam. Susceptâ ergo Ecclesiæ administratione, in Transmarinâ expeditione Crucesignatos comitatur, vt habent Continuator Aimoini D l. 5. c. 52. & Guillelmus Tyrius l. 7. c. 1. Intereſt coronationi Henrici 2. Re-
1154. gis Angliæ 1154. varia egit in Pontificatu laudabilia, de quibus in ipsius Arnulfi Epistolarum volumine. Quàm verò apud Henricum Angliæ Regem gratiâ valeret, manifestum ex iis quæ illi scripsit Alexander 3. Pontifex an.
1160. 1160. de rebus gestis in Conciliabulo Papiensi, & præcipuè eum laudat, quòd Henricum in vnitate fidei Ca-
tholicæ fluctuantem stabiliuerit: in
Synodo Turonensi anno 1163. iussu 1163.
Pontificis orationem habuit. dein per totam Normanniam iudex delegatus est à summis Pontificibus, pro dirimendis controuersiis, quas plures inter Episcopos & Abbates composuit; egregiam post hæc nauauit operam pro Alexandro 3. contra schismaticum inuasorem: pro S. Thomâ Cantuariensi Archipræsule, qui cùm Henrico Anglorum Principe graues inimicitias habuit, Arnulfus pacis componendæ gratiâ, Regem in Angliam conuenit, sed frustra studuit ad pristinam concordiam reducere; vnde in vitâ eiusdem Thomæ, & apud Sugerium in epistolâ Ludouici Regis celebratur. Interim sentiens pondere senij se grauatum, & mortem imminentem, ab Arnulfo consultus est vir inter suos eruditissimus Petrus Blesensis, cumam loco sese addiceret, seclusus ab omni laicorum consortio secnlari Epistolâ ad Abbatem Cisterciensem scriptâ, vt sibi liceret finire vitam in cœnobio Mortuimaris, duo speciatim commemorat, quæ ad Pontificale onus abdicandum illum pertrahant: *Confectus*, inquit, *senio, & aliquarum ægritudinum grauatus accessu, ad medicinæ salutare remedium confugere, & confracta laboris membra necessariâ requie subleuare constitui. Siquidem in perniciem meam veluti coniurata veniunt debilitas, infirmitas & senectus, mihique tot incommodorum instantia fiduciam vitæ longioris abrumpit. Accedit extrinsecus negotiorum quibus distrahor, importuna vexatio, quæ miserabiliter anhelantem, vel ad momentum etiam respirare non sinit. Siquidem sæpiùs ad Regales cùm cæteris trahor angarias, eorúmque quibus deesse non possum, frequentibus infestor iniuriis.* Sed cùm secessus ille effectum suum haud sortitus esset, ad Victorinum monasterium Parisiense se recepit, quemadmodum declarat Houedenus in
Annalibus, licentiâ Alexandri summi Pontificis, vt coniectura est, quia 1177.
legê Ecclesiasticâ præcipitur, nulli viuenti Episcopo alium superimponi, aut superordinari Pontificem, nisi forsitan in eius loco, quem culpa cupiditatis deiecerit; cuius planè immunem fuisse Arnulfum ex eius vitâ compertum habetur. Chronica Norman-

Normanniæ 1177. *Arnulfus Lexouiensis Episcopus, mense Iunio, senio fractus, Lexouiensem Episcopatum dimisit, & ad S. Victorem Parisius se transtulit, ibique anno sequenti mortuus est & sepultus: cui in Episcopatu successit Radulfus de Valleuille Cancellarius Regis Anglorum.* Et Robertus de Monte in Appendice
1182. ad Sigebertum ad an. 1182. *Arnulfus Lexouiensis Episcopus cùm per 40. annos eandem Ecclesiam rexisset, in ædificando Ecclesiam & pulcherrimas domos laborasset, renunciauit Episcopatui, & perrexit Parisius suos dies dimidiaturus apud S. Victorem in domibus pulcherrimis, quas ibi ad opus suum construxerat. Radulfus de Venneuille Archidiaconus Rotomagensis, qui fuerat Cancellarius Regis, electus est ad prædictum Episcopatum.* Decessit pridie Calend. Septembris, quo die quotannis in Ne-
» crologio Victorino recitatur, Anni-
» uersarium solemne patris nostri piæ
» recordationis Arnulfi Lexouiensis
» Episcopi, qui magnæ deuotionis
» affectu, quem à multis retrò annis
» erga Ecclesiam nostram habuerat,
» de Episcopatu suo ad nos veniens,
» Canonicus noster effectus, quietis
» sibi ac sepulturæ eandem inter om-
» nes alias Ecclesias prælegit, multis
» & magnis beneficiis dignum & per-
» petuum sui nominis & amoris me-
» moriale posteris derelinquens. Siqui-
» dem dedit nobis idem Pater in cul-
» tu altaris duos textus, crucem &
» calicem, tres casulas, tunicam &
» dalmaticam, capsam & duo pallia;
» dedit & nobis ad soluenda Eccle-
» siæ 3=0 libras Andegauensium: in
» quibusdam verò vasis argenteis, &
» libris quibusdam legalibus centum
» libras Parisiensium ad emendos re-
» ditus. Præterea mediorum quorum-
» dam librorum legalium sex volumi-
» na, & alios diuersi generis libros
» ad retinendum in armorio nobis de-
» dit: sed & diuersis temporibus mul-
» ta nobis in vitâ suâ beneficia con-
» tulit. Statutum est ergo, vt tanti
» patris anniuersario recurrente, sin-
» gulis annis ipsum solemniter cele-
» bretur, fiat commendatio ante missam. Iacet propè chorum ad altare sancti Dionysij cùm eâ epigraphe: *Epitaphium* ARNVLFI LEXOVIENSIS *Episcopi, qui postquam 40. annis potens opere & sermone populo suo præfuit, frater noster effectus, in veteri basilicâ sepultus est; nunc verò translatus hîc quiescit.*

Tu qui diues eras, & magnus Episcopus, ob quid
Sortem mutasti pauperiore statu.
Imò pauperiem mutaui fœnore magno,
Mundo diues eram, plus fuit esse Deo.

Postmodum renouatum est eius sacellum, & ad perennem notitiam inscripta sunt superliminari quatuor disticha hoc ordine.

Hoc templum sanctæque ædes sunt Præsulis olim
Arnulfi, antiquum Lexouiensis opus.
Si ter quingentos annos trigintaque & vnum
Annumeres, Christo cùm reparaiet habes.

16. RADVLFVS DE VARNEVILLA, vel VANNEVILLA ex Archidiacono & Thesaurario Rotomagensi, qui etiam Anglici regni Cancellarius fuit, atque Ecclesiæ Eboracensis Thesaurarius, Arnulfo successit an. 1177. non 1182. vt habetur in fragmento codicis Victorini. Petrus Blesensis Archidiaconus in eum epistolâ 92. acriter inuehitur ob auaritiam & fœnerandi studium, ac in primis, quòd annonæ carioris tempore horrea pauperibus non aperiret, sub finem ita loquitur: *decessit equidem tuus, gratia hospitalitatis munificæ, & effusæ liberalitatis magnificentiâ celeberrimos famæ titulos acquisiuit: sed quantum memoria illius ascendit in gloriam, tantùm damnatissimum nomen tuum in confusionem & opprobrium te deiecit.* Hic Angliæ Nomophylacis of- VARNEVILLA.
ficio renunciauit anno 1182. sed, vt 1182.
testatur Robertus Montensis, pro eo, terras magnorum redituum accepit. Anno 1183. ex Houedeno interfuit cùm aliis Præsulibus in æde S. Stephani Cadomensis, excommunicationi iunioris Henrici Regis filij: cœnobio Victorino Gaceiam parochiam restituit hoc publico diplomate: *Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum peruenerit, Radulfus Dei gratiâ Lexouiensis Episcopus salutem in Domino. Iustum est vt ea quæ inter Ecclesiasticas personas canonicè geruntur, nullius in posterum refragatione turbentur. Eapropter ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire, quòd nos propter frequentem Sedis Apostolicæ ad-*

monitionem, tandem ad præceptum sanctissimi patris Cœlestini Papæ, de assensu Capituli nostri Canonici S. Victoris Parisiensis Ecclesiam de Gaceio cùm omnibus pertinentiis suis restituimus integrè, de cætero & liberè iuxta tenorem autentici rescripti piæ recordationis decessoris nostri Arnulfi, saluo iure Pontificali, possidendam. Volentes igitur quod à nobis solemniter gestum est, futuris temporibus permanere illibatum, hoc factum nostrum præsentium auctoritate, & sigilli nostri testimonio confirmauimus, teste Ioanne Rotomagensi Decano, Ioanne Decano & Capitulo Lexouiensi, Ricardo Rotomagensi Archidiacono, Iacobo nepote Cœlestini Papæ, Guillelmo de Verdun, magistro Simone & multis aliis. Obiit
1193. diem postremum Radulfus circiter annum 1193.

Rvpierre. 17. Gvillelmvs de Rvpierre I. an. 1193. & 1197. cui scribit Innocentius 3. l. 1. ep. 188. porrò cùm inter Ioannem Regem Angliæ & dictum Vuillelmum, super iure & potestate ab antiquis temporibus decessorum Episcoporum, in ciuitate & banleugâ Lexouiensi ad se pertinente, contentio verteretur; tandem recognitum est in Curiâ suâ, coram se & Baronibus, per testimonia 18. militum iuratorum, eum tantummodò tria placita quæ de spatâ vocantur, in dictis ciuitate & banleugâ habere, videlicet de submonitione exercitus, de viâ Curiæ, & monetâ; confecto instrumento coram H. Cantuariensi, G. Eboracensi Archipræsulibus, R. de Sancto Andreâ in Scotiâ Episcopo; apud Rotomagum anno regni Ioannis primo, per H. Cantuariensem Archiepiscopum Cancellarium, ex tabulâ regij Thesauri.

Hommet. D'argent à 3. fleurs de lis de gueulle. 18. Iordanvs dv Hommet antiquâ prosapiâ dominorum de Hommeto in Normanniâ satus, successit Guillelmo, Chronicon vetus Normanniæ sub ann. 1197. *hoc anno*
1197. *Iordanus de Hommeto in Episcopum Lexouiensem consecratur, qui Ecclesiam Lexouiensem perfecit & ditauit.* Canonicis Victorinis parochiæ Gaceiæ donationem confirmauit, quibus legat centum solidos vsualis monetæ, in festo S. Lucæ Euangelistæ, percipiendos in Ecclesiâ de Estrepigneio, ex regestis Normanniæ. Fundauit

A Abbatiam Montis-Dei. Anno 1213. ad expeditionem Hierosolymitanam perrexit cùm aliis nobilibus & Pontificibus, vnde in Chronico Normanniæ 1214. *obiit Iordanus Lexouiensis Episcopus in partibus Transmarinis,* 1214.
ibique sepultus est, qui Ecclesiam Lexouiensem rexit ferè annis 17. & multùm accreuit & ditauit eandem. Dies obitus in Necrologio S. Victoris consignatur ad 19 Cal. Februarias: *Anniuersarium bonæ memoriæ domini Iordani Lexouiensis Episcopi fratris nostri, qui dedit nobis centum solidos annuatim percipiendos, quos debet reddere dominus*
B *Episcopus Lexouiensis.* Ex eadem gente dominorum de Hometo Guillelmus Constabularius Normanniæ, regnante Ricardo Rege.

Pont de l'Arche. Ponte vn cro ſſant ſurmonté d'vne eſtoile. 19. Gvillelmvs de Ponte-Archæ II. electus consecratur an. 1216. in Chronicis Normanniæ, memoratur 1220. cùm Fulcone Decano, & in exequiis Philippi Augusti 1223. post quadriennium Lexouiensis Ecclesia comburitur; dictus Guillelmus literas Iordani mense Aprili an.
C 1240. confirmat in cartario S. Victoris, è quibus dependet sigillum cùm effigie & figurâ Pontificis: habet tumbam in medio chori Abbatiæ de Bonoportu. 1240.

Astin. 20. Fvlco d'Astin ex Decano inauguratur; Chronicon Normanniæ sub an. 1238. *Guillelmo de Ponte-Arcæ præ nimiâ senectute, cura cedente pastorali, Fulco d'Astin eiusdem Ecclesiæ Decanus in Episcopum eligitur, & ab Archiepiscopo Rotomagensi mense Iunio consecratur. Mense Augusto sequenti prædictus Guillelmus in Abbatiâ de Bonoportu moritur.* Ex iisdem Chro-
D nicis anno 1254. tumulatus ante primarium altare basilicæ S. Petri, sub ære, cui insculpta sunt hæc verba: 1254.
Hic fulgore morum cuius... senex fulsit & annorum, fluxit dulce pax simplex & rectus Fulco d'Astin lux L. iacet.... hic tectus fulgebit in arce polorum: Magister Guillelmus de Plalliaco fecit istam tumbam.

Mervla. 21. Gvido de Mervla, siue de Vervilla, I. Archidiaconus Constantiensis ac Cantor Rotomagensis, in Episcopatum successit anno 1254. in festis Pentecostes, con-

secratus Rotomagi ab Odone Rigaudi Metropolitâ; mentio huius
1277. actis annorum 1274. & 1277. in inferiori parte chori Lexouiensis, hoc habet epitaphium: *Hic iacet tumulatus Præsul & arca Sophiæ Guido de Merulâ..... maceratâ labe.... morte..... obdormiō voce roga cælitus.*

Asneriis. 22. GVILLELMVS DE ASNERIIS III. Cantor Lexouiensis, quem produnt originem sortitum è vico Asneriis haud procul à Cadomo; electus anno 1285. statuta edidit Synodalia: interfuitque constitutionibus factis in Ecclesiâ B. Mariæ de Prato iuxta Rotomagum per Archiepiscopum Rotomagensem & Suffraga-
1299. neos anno 1299. die Iouis post Octauas Pentecostes.

Harcour. Comme cy deuant. 23. GVIDO DE HARCOVR II. Ioannis Haricuriæ toparchæ illustri, ac vetustâ familiâ Neustriæ oriundi, & Aleidis de Bellomonte filius; consecratur à Roberto fratre Episcopo Constantiensi, electus anno 1303. nominatur 17. Maij 1306. in cartâ Sanctæ Capellæ Parisiensis. Philippus Rex ei Præsuli & successoribus donauit complura dominia
1311. anno 1311. 4. Aprilis. an. 1336. obiit sepulchrum eius spectatur è nigro marmore in Cathedrali versùs altare maius, suisque parentibus erexit ipse tumulum in Prioratu B. Mariæ de Parco in Normanniâ, secus castrum Haricuriæ. De eo sic in membraneo codice; *Guido de Haricuriâ vir magnanimus, frater Roberti Constantiensis Episcopi, licet non compar in literaturâ, tamen non impar in tuitione Ecclesiasticâ.*

Caromonte. 24. GVILLELMVS DE CAROMONTE IV. Canonicus Lexouiensis, ac patriâ Vulcassinus, creatur
1336. Præsul anno 1336. vt constat ex litteris Benedicti 12. datis Auenione 6. Idus Decembris, Pontificatus secundo, in archiuis Archiepiscopalibus Rotomagensibus: de quo etiam mentio in libris Obligationum.

Dormans. 25. IOANNES DE DORMANS II. Regis Francorum ac Ducis Normanniæ Cancellarius, huius Sedis Episcopus, notatur in vetusto chronico MS. Præsulum. Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum, inde Bellouacensem Cathedram adipiscitur an. 1360. iacet in 1360.
templo Cartusianorum Parisiensium ante summum altare, cùm epitaphio, vbi disertè asseritur è sede Lexouiensi translatus ad Bellouacensem: de quo & decessore nihil inuenitur in notitiis vulgatis Episcoporum Lexouiensium.

Robert. 26. ADEMARVS ROBERT Lemouix, sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis tituli S. Anastasiæ, ex dominis de Saint Ial, Iuris diuini ac humani consultissimus, Episcopus Lexouiensis recognouit Sacræ Romanæ Sedi pro Ioanne prædecessore suo 14. Maij anni 1361. ex codice Obligatio- 1361.
num Vaticani. Posteà Senonensis Archiepiscopus.

Chevrier. 27. ALPHONSVS CHEVRIER, in magnis Franciæ Chronicis dicitur missus obuiam Carolo 4. Imperatori apud S. Dionysium commoranti: moritur 26. Iulij 1377. executorem 1377.
testamenti nominauit Ioannem de Digoine Equitem, vt patet ex actis Senatus Parisiensis.

Oresme. 28. NICOLAVS ORESME Theologus Parisiensis, Collegij Nauarrici maior Magister, sanctæ Capellæ Canonicus, & Caroli v. Regis Præceptor; ex Decano Rotomagensi fit Episcopus an. 1377. scientiæ Theologicæ ac prophanæ in Parisiensi Scholâ ætate suâ coryphæus, vnde & illi Carolus 5. iussit plura opera versione Gallicâ donare, in primis Ethica Aristotelis, 1370. cum esset Decanus Rotomagensis sub finem prologi inquit; *quia morales Libri Aristotelis sermone Græco primùm fuêre conditi, quósque Latinos habemus, non est cuiuslibet intelligere, placuit Regi boni publici ergo, Gallicis auribus donari, vt & ille, & à Consiliis principes possint celeriùs, penitiúsque intelligere. Quamobrem palam est Regem nostrum Carolum meritò vocandum Carolum magnum in sapientiâ.* Politica etiam euulgauit, & Oeconomica Aristotelis patrio reddidit sermone, cùm his verbis præfatur; *sicque complens, superis innuentibus, librum de cœlo & mundo, iubente Carolo 5. Rege Francorum, qui tum me designauit Episc.*

topum Lexouiensem , & ad excitandos studiosorum animos , laudabilémque mei reprehensionem , ausim iurare neminem mortalium vidisse librum de Philosophiâ naturali Hebraicè , Graecè , Latinè , vel Arabicè isto meliorem. Composuit praetereà opus perutile inscriptum de communicatione idiomatum , qui tractatus , caeterique varij indicant mirabilem Oresmij subtilitatem , & scientiâ Theologicâ viuacitatem : item tractatum contra astrologos iu-
1382. diciarios. Morte sublatus anno 1382. sepulturam accepit in Cathedrali iuxta portam Chori sinistram.

ESTOUTEVILLE. Comme ey deuant.

29. GVILLELMVS D'ESTOVTEVILLE v. clarâ prosapiâ d'Estoteuillâ in Normanniâ satus , è ramo dominorum Torciaci , Thomae Episcopi Bellouacensis , & Estoldi Abbatis de Fiscanno frater. Litteris primùm operam dedit Bononiae cùm Guidone de Royâ, qui postmodum fuit Archiepiscopus Remensis. Posthaec electus Pontifex iuramentum praestat Ecclesiae Rotomagensi matri suae 9. Octobris 1397. ex actis Capitularibus ; fundator Collegij Lexouiensis Lutetiae ; instituit obituarium die primâ mensis cuiuslibet , pro quo legauit Capitulo decimam de Curuaspinâ cùm fundo du Cocq an.
1413. 1413. mortuus in castro de Cortonâ 21. Decembris anni 1414. tumulatur in parte sinistrâ maioris altaris suae Cathedralis.

FRESNEL.

30. PETRVS FRESNEL I. Regi à Consiliis & Canonicus Rotomagensis : ex Meldensi Nouiomensis, crea-
1415. tur Episcopus huius Sedis an. 1415. socius in legatione ad Henricum Regem Angliae cùm Guillelmo Archiepiscopo Bituricensi , ex Monstreleti volumine 1. cap. 139.

CASTILONEVS.

31. BRANDA CASTILONEVS Cardinalis Placentinus tituli S. Clementis, Mediolanensis, patre Maffaeo in lucem editus anno 1350. hic celebris Iurisconsultus , Academiae Papiensis Professor publicus, per Bonifacium IX. Papam à sacris Sacrificiis , Rotaeque Romanae Auditor declaratus , Placentinae postmodum Ecclesiae Pontificatum obtinuit anno 1404. 3. Nonas Augusti, vt habent libri prouisionum Praelatorum. Iste Innocentio 7. Gregorióque 12. Pontificibus Maxim. acceptus fuit : in Germaniam Nuntius destinatur per Ioannem 23. Purpuratorum Coetui adscriptus interfuit Concilio Constantiensi , & sub Martino 5. in Bohemiam contra Hussitas haereticos legatione item defunctus: Lexouiensis Ecclesiae possessionem iniit anno 1420. 7. Septembris. Re- 1420.
gi Angliae Henrico pro temporali praestitit clientelam in exercitu suo ante Melodunum 13. Aug. anno 8. Regni : fuit & Archidiaconus Rotomagensis an. 1430. demum Portuensis Episcopus anno 1431. & Sabinensis Cardinalis. Defunctus die 5. Februarij an. 1445. Castilioni , vbi iacet in basilicâ à suis proauis extructâ , cùm epitaphio , quod profert Vghellus in Episcopis Placentinis :

Quisquis ades , subsiste gradum , paulùmque sepulchro.
Flecte aciem , ex saxo scriptum perlege carmen,
Optima pars quondam Clero , qui sanguine felix
Enitui , & mirâ vixi pietate verendus ;
Marmoreo hoc condor tumulo, nec flebile lethum
Est mihi ,perpetuo manet inclyta forma decore ;
Fatáque praeclaris nunquam monentia rebus ,
Mille ego per casus , per mille pericula victor,
Fortunam eiici , quia me virtutis amore ,
Flagrantem , & sparsas sperantem pectore leges.
Euexi summa ad fastigia, floruit Hunnus
Praesule me , me Pontifice Placentia vidit,
Donec Vuesprinis Comes , & maiora sequutus
Tempora purpureo cinxi redimita Galero ,
Struxi acies , ditaui aras , delubra locaui
Immenso redimita auro , maiora parabam,
Ni me iter cursus , atque hac molimina rerum ,
Omnipotens genitor terreni è carcere secli
Transisset , celsóque poli regione locasset.

Castilione. 32. Zanonus de Castilione superioris nepos, ad Sedem postulatus est per eius cessionem: iuramentum exhibuit Ecclesiæ Rotomagensi 1424. die 24. Ianuarij, ex archiuis illius Cathedralis. Fit deinde Baiocensis Episcopus, moritur in castro de Nuilly 1459. Septemb. 11.
1424.

Cauchon. 33. Petrus Cauchon II. ex Bellouacensi, præfuit Lexouiis anno 1432. 3. Decembris: extruxit Capellam B. Virginis, & quædam officia diuina fundauit: debitum naturæ persoluit anno 1443. quiescit in Cathedrali, sub tumulo è marmore nigro, in sacello nostræ Dominæ.
1443.

de Vaulx. 34. Paschasius de Vaulx Prior Grandimontis propè Rotomagum, ex Meldensi Pontifice, cui Ecclesiæ mille libras testamento legauit; subrogatur an. 1443. obiit 1447. 11. Iulij decimâ horâ de mane, ex registro Archiepiscopali Rotomagensi.
1447.

Basin. 35. Thomas Basin, de Calebecco in diœcesi Rotomagensi ex honestis parentibus natus anno 1412. hic primùm in Academiâ Ticinensi Ciuilis, deinde in Louaniensi Canonici Iuris Doctor renunciatus est anno 1437. in Italiam reuersus per aliquot annos Romanam Curiam frequentauit, profectúsque posteà in Pannoniam cùm Archiepiscopo Tarentino, qui illic Apostolicâ Legatione fungebatur: hinc adeptus Rotomagensis Ecclesiæ præbendam, ex Italiâ rediit Rotomagum, vbi cùm sex menses mansisset, ex ordinatione regij Consilij factus est in Academiâ Cadomensi Iuris Canonici Professor, quod munus vbi sex obiisset annos, Lexouiensis Episcopus creatus est anno 1447. vt docent regesta Capitularia, & codices nostri librorum Obligationum Vaticani; in quibus ex Canonico dictæ Ecclesiæ, per obitum Paschasij electus recensetur. At postquam Lexouiensem Ecclesiam magnâ cùm laude administrasset annos 18. in odium Ludouici XI. sic incurrit, vt cùm eo nusquam in gratiam redire potuerit, inde ortum illud dissidium, quod præstitum Carolo Regis fratri

A Normanniæ Duci fidelitatis sacramentum violare noluerit: hinc pulsus ab Episcopatu Louanium aufugit, vbi cùm stetisset aliquandiu, rediit in Galliam, sperans iram Regis placatum iri, studio atque operâ magnatum quorumdam & amicorum, qui præcipuâ apud Regem gratiâ valebant; sed reditum in diœcesim suam obtinere non potuit, ablegatúsque fuit Perpinianum, vbi per annos 14. Cancellarij munere functus est in Comitatu Ruscinonis & Ceritaniæ. Sed cùm aëris intemperiem ferre non posset, nec in Gal-

B liam, nedum in diœcesim redire permitteretur, concessit in Sabaudiam; deinde petiit Treuerim, Louanium, & alia loca quæ Burgundionum Duci parebant. Hic vbi per aliquot annos Ecclesiæ Lexouiensis reditu potitus est, ministerio duorum fratrum, qui rerum illius satagebant, nonnullorum eidem Ecclesiæ inhiantium artibus effectum est, vt impediret Ludouicus ne Thomas Ecclesiæ suæ bonis ampliùs frueretur, & germanos illius carcere cùm aliis suppliciis vexaret: quod vbi nouit idem Thomas, Romam se contulit anno 1474. 1474.

C ibíque sese Lexouiensi Ecclesiâ abdicauit in manus Sixti 4. Pontificis, Cùm huius Episcopi vicem doleret, eum Patriarcham creare voluit, sed hunc honoris titulum ex humilitate renuens, factus est Cæsareensis Archiepiscopus. Hinc in Brabantiam rediit, Traiectique adhuc viuebat anno 1488. quo Breuiloquium suæ in hoc deserto peregrinationis confecit, & lib. 2. Apologetici aduersùs Ludouicum XI. cap. 7. loquitur his verbis: *Propter eiusmodi effugiendas molestissimas curas & perturbationes vidimus ætate nostrâ venerabiles patres*

D *Hugonem Archiepiscopum Rotomagensem, Martialem Ebroicensem, Philibertum Constantiensem, & item suum antecessorem de Malatestis, suas Ecclesias reliquisse; & quæsitis quibúsque occasionibus alibi extra prouincias suas residentias in remotis elegisse, quemadmodum tres priùs nominati Basileam, dum ibi Concilium generale celebrari inchoasset, se contulerunt, nec ad suas Ecclesias postmodum reuersi, inibi, aut adiacentibus terris dies suos finierunt*; Hæc ab eodem breuiloquio, & apologetico communicauit nobis Ioannes de

Launoy Theologus Parisiensis. Cæ- A terùm cùm Iuris peritissimus haberetur, (verba sunt Gaguini in Ludouico XI.) illius interpretationem in Scholâ Louaniensi professus, homo proculdubio magnanimus & morum Ludouici contemptor. Scripsit aduersùs errores & blasphemias Pauli de Middelburgo. Fuit Vltraiectensis Ecclesiæ Vicarius Pontifice Dauide Burgundo; testatur & chronicon magnum Belgicum an. 1466. Ludouicum Borbonium inaugurasse Præsulem Leodiensem. Vitam tandem cùm morte commutauit Vltra-

1491. iecti 3. Decembris anni 1491. & se- B pultus in templo D. Ioannis Baptistæ ante Chorum, vbi epitaphium spectatur, quod refert Vuillelmus Heda in Historiâ Vltraiectinâ.

Rotomago natus, à stirpe BASIN *nominatus*

THOMAS, *Ecclesiæ qui pridem Lexouiensi*

Præsul statutus, ac de post sorte minante,

Omnia quæ versat, præclaro Cæsariensi

Præfectus titulo, cogor ab hoc tumulo.

Sarcophagum cernens, & me piâ mente C *recensens,*

Cœli sine morâ pro me Dominum precor ora.

RAGVIER.
Comme cy apres.

36. ANTONIVS RAGVIER Abbas de Pratellis, Antonio domino de Thionuille, & Iaquetâ Budeâ prognatus, frater Iacobi Episcopi Trecensis: iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis 1477. 29. Nouembris; electus fuit sede non aliter vacante, quàm per secessionem prædecessoris Basini, Carolum Normanniæ Du-

1482. cem sequuti; obiit 11. Iunij an. 1482. ante consecrationem, conditus in D capellâ B. Virginis ad latus dextrum altaris cùm epitaphio Gallico.

BLOSSET.
Pallé d'or & d'azur de 6. pieces, au chef de gueulle chargé d'vne fasce viurée d'argent.

37. STEPHANVS BLOSSET nobilis Normannus, Ioannis dynastæ de Carrouges filius, ex Archidiacono Algiæ Episcopus Nemausensis 1481. fit Lexouiensis 1482. 12. Augusti ex registro Vaticani: Ecclesiam suam ædificiis & donariis munificè locupletauit an. 1505. die Om-

1505. nium Sanctorum tumulatur ante Cathedram Episcopalem.

LE VENEVR.
Comme cy dessus.

38. IOANNES LE VENEVR, III. Cardinalis tituli S. Bartholomæi in Insulâ, maior Franciæ Eleemosynarius, Abbas Beccensis, Francisco I. carus: Philippo patre Barone de Tillieres, & Mariâ Blosset superioris Stephani sorore ortus est, frater Ambrosij Episcopi Ebroicensis; recipitur Lexouij 1505. 2. Octobris: dedicat Ecclesiam Franciscanorum Pontis Audomari 1509. Iulij 5. Purpurâ 1509.

condecoratur anno 1533. exequias Georgij Cardinalis de Ambasiâ celebrat Rotomagi; signauit verò diploma illud celebre Madriti Carpentanorum in Hispaniâ mense Nouembri 1525. quu Franciscus I. in captiuitate detentus, Regnum in Delphinum transfert. Ille verò primariâ nobilitate conspicuus, " persugium diuitum & egenorum, intimus " Christianissimo Regi, clarus Præfe- " cturâ Lexouiæ ciuitatis, & plurium " sodalitatum, summè verendus Car- " dinalis, vigilantiâ, pietate, innocen- " tiâ, liberalitate, virtute præstabilis " celebratur à Ludouico Strebæo, cùm eis suos libros dedicat. Multa piè dotauit & sanxit in Cathedrali: ex-

tinctus 7. Aug. 1543. in expeditione 1543.

regiâ Marolensi ad Marlam, ex Chronico Beccensi. Sepultus in parochiâ S. Andreæ de Appeuillâ, cor autem conditum in Choro ad aram maiorem Beccensis templi.

ANNEBAVLT.
De gueulle à la croix de vair.

39. IACOBVS D'ANNEBAVLT Cardinalis S. Susannæ, Abbas Becci, ex dominis d'Annebault in Normanniâ, Ioannis & Margaritâ Blosset filius, frater Claudij Marescalli & Admiralis: ad hanc Ecclesiam assumptus post Ioannem 1543. Becci consecratus anno 1545. inter Cardinales cooptatur à Paulo 3. 1544. 14. 1544.

Calend. Ianuarij: obiit Rotomagi 7. Idus Iunij 1558. iacet Lexouij ante Cathedram Episcopalem. Eius elogium scripsit Petramellarius.

HENNVYER.

40. IOANNES HENNVYER, IV. Theologus Parisiensis, Ordinis Dominicanorum, Regi Henrico 2. à Confessionibus & Eleemosynis, atque Antonij Nauarræ Regis Præceptor, recipitur personaliter die 25.

Martij 1560. qui cùm Ecclesiam 1560.

suam moderaretur, & Prorex vrbis à Carolo Rege litteras accepisset,

quibus, qui Lexouiis infecti essent A hæreseos labe, gladio ille omnes interimi iuberet, eásque communicasset Episcopo; non sum passurus, " respondit Præsul, oues meas, & " quanquam euagatâ Christi caulâ, " necdum adhuc desperatas, gladio " trucidari: contra quæ referente Pro- " rege, mandato se Principis vrgeri, " quòd si prætermittat, omnem esse " periculi aleam in vnum caput suum, " postulantíque cautionem, Præsul " consignatum manu suâ scriptum tra- " didit, datam fidem confirmans, quâ " illicò, publicâ clementiâ sollicitudi- " néque Episcopi, de commissi sibi B " gregis salute vigilantis, redière in " Ecclesiæ sinum omnes quotquot " Lexouiæ per ea tempora à rectâ fi- " de aberrauerant: decessit anno 1578.
1578. 12. Augusti, & iacet propè altare Cathedralis.

VASSE'. D'or à 3. fasces d'azur.

41. IOANNES DE VASSE', V. Abbas beatæ Mariæ de Corneliis, & Henrico 3. ab Eleemosynis, Ioannis domini de Vaceio in Cenomannis, ex Iacobâ d'Alligny filius, frater Lanceloti Abbatis Campaniæ. Ecclesiam ingreditur solemniter 3. Maij 1580. Concilio prouinciali Rotomagensi adfuit 1581. defunctus in
1583. castro de Logiis die 16. Martij 1583. tumulatur in choro Cathedralis.

D'ESCARS.

42. ANNAS D'ESCARS Cardinalis de Giury, Abbas S. Benigni Diuionensis, Molismi, & aliorum monasteriorum, Episcopus Metensis, vbi plura; recipitur Lexouij die Dominicâ primâ Martij 1585. vide Arnaldum Ossatum l. 2. epist. 55. & 56. obiit anno 1612. iacet Metis in Cathedrali.

ROVXEL. D'argent à 3. coqs de gueulle. 2. 1.

43. FRANCISCVS DE ROVXEL Abbas S. Andreæ in Gofferno, & D de Cormeliis, Regi à sanctioribus Consiliis, & Canonicus Parisiensis; Iacobi toparchæ de Medauy filius, Alençonij ex Perticensis prouinciarum Præfecti, ex Petronillâ Fouques de Manetot. Adipiscitur possessionem personaliter in æde parochiali & Collegiatâ S. Martini de Merulâ
1600. Rodulfi 25. Martij 1600. die festo Annunciationis Virginis, ac Dominicâ 2. Iunij Ecclesiæ suæ Lexouiensis per procuratorem, quam præsens inuisit 17. Decembris anni 1610. Eo sedente Capucini conduntur 1613. Comitiis Parisiensibus Regni interest 1614. denatus Rotomagi anno 1617. 8. Augusti, sepulturam accepit in pago gentilitio de Medauy.

DV VAIR. D'azur à la fasce d'or accompagnée de 3. croissans d'argent, 2. en chef & vn en pointe, au lambel de gueulle de 3. pendans.

44. GVILLELMVS DV VAIR, VI. ex Senatore Parisiensi, Libellorum Supplicum in Regiâ Magistro, Aquensi in Prouinciâ primo Præside, & Franciæ Procancellario, ad hanc sedem euectus 1618. à Guidone Cardinali Bentiuoglio, tunc Sedis Apostolicæ Nuntio, assistentibus Episcopis Iacobo Saiensi, & Guillelmo B Aleaume Reiensi eius nepote, apud Bernardinos Parisienses consecratur; quem Iurisprudentiæ & eloquentiæ 1618. parentem nemo non agnoscit, vt ex lucubrationibus eius doctissimis apparet. Natus erat 6. Martij 1556. & vitam cùm morte commutauit 3. Augusti 1621. Toneinsij in Occitaniâ ex pestilenti febre, vbi Regem Ludouicum XIII. sequutus fuerat tempore belli ciuilis contra Segreges; cuius memoriæ parentauit Gabriel Bartholomæus Gramondus in Parlamento Tolosano Præses lib. 9. C Histor. Galliæ his verbis: *Erat maiestate venerabilis, quales Roma olim vidit & mirata est Fabricios, Cincinnatos, aut Fabios; sagax, seuerus, sapiens, Oratorum sui temporis princeps, qui locutionem Gallicam aut restituit decori suo, aut decorem primus in eam inuexit: Stoicorum Philosophiam scripto tradidit, & secutus est. Patre Libellorum Supplicum in Regiâ Magistro natus, vix adoleuerat, cùm Aduocatus fisci renunciatur; exin Parlamenti Prouincialis Princeps adhuc ætate valens: vrgentibus in senectam annis Procancellarium agit, nec multò post mouetur: restitutus dignitati, Sigilla iterum administrat magnâ integritate; mox Episcopatu Lexouiensi* D *donatur. Regi auctor est bello contra Sectarios mouendo, prætextúque ex rebellione quæsito, sectam opprimit: denique qui auctor belli, in bello moritur.* Sepelitur apud dictos Bernardinos Parisienses his, vt testamento edixerat, tumulo adscriptis: *Guillelmus du Vair Episcopus Lexouiensis, Franciæ Procancellarius hic expectat resurrectionem & misericordiam.* Eius opera post excessum edita sunt anno 1641. scripsit nempe Meditationes pias in

Psalmos, de Sanctâ Philosophiâ; tractatus Philosophicos, actiones forenses complures, & orationes.

ALEAVME. D'azur au chevron d'or de 3 pieces accôpagné de 3. besans d'argent 2 en chef & 1. en pointe.

45. GVILELMVS ALEAVME, VII. Nicolao Senatore Parisiensi, & Antonietâ du Vair sorore Guillelmi prognatus, priùs Reiensis Episcopus; possessionem adiit solitâ pompâ mense Martio 1622. excessit è viuis tandem 29. Augusti 1634. Lutetiæ Parisiorum ætatis 49. vbi sepultus cùm auunculo.

COSPEAN. Ecartelé au 1 & 4 à 2. et à 3 bouterolles d'or 2 & 1. Au 2. & 3. d'or à la croix alaisée de gueulle.

46. PHILIPPVS COSPEAN, Montibus in Hannoniâ ortus, ex Theologo Parisiensi Adurensis Præsul consecratur 1607. die Dominicâ 18. Februarij in æde Sorbonæ, ab Henrico Gondio Parisiensi Antistite, assistentibus Aurelianensi & Riuensi. Henrici IV. immortalis memoriæ Regis funebri oratione laudator. Posteà translatus est ad Nannetensem Ecclesiam: demum ad Lexouiensem, in quam admissus die 4. Octobris
1636. 1636. vir fuit doctus, pius, & concionator eximius. Decessit 8. Maij 1646. in castro de Logis, cor sepultum in æde monialium Capucinarum Lutetiæ, corpus autem, sicuti testamento cauerat, apud Benedictinas de Caluario eiusdem vrbis. Celebratus funebri sermone à Nicolao Grillié Vceticensi Antistite, in Ecclesiâ Carmelitarum Excalceatorum, dum Coetus Cleri Gallicani generalis celebraretur.

MATIGNON Ecartelé d'Orleans Longueuille, & d. Matignon qui est d'argent au lion de gueulle, arme lampassé & couronné d'or.

47. LEONORIVS DE MATIGNON ex Episcopo Constantiensi, Abbas Exaquensis & Torigneij, filius Caroli Comitis de Torigneio, ex nobili vetustâque gente de Matignon, Marchionis de Longray, Principis Mauritaniæ, Baronis S. Laudi & de Gaceio, vtriúsque Ordinis Equitis Torquati, Inferioris Normanniæ Proregis, ex Leonorâ Aurelianensi, Ducis Longæuillæ filiâ. Ad Episcopatum Constantiensem assumptus per obitum Nicolai de Brioy, sacrâ vnctione inauguratur in æde B. Virginis Alençonij mense Aug. 1632. per Franciscum de Pericard Abrincensem, Franciscum Ebroicensem, & Henricum Tarsensem Præsulem, Coadiutorem Abrincensem. Hanc Sedem cùm rexisset vsque ad an. 1646. mense Augusto transiit ad Lexouiensem: cuius adipiscitur posses- 1646.
sionem procuratorio nomine 25. Septembr. 1648. & personaliter recipitur 30. Decembris eiusdem anni: præstitâ Regi fide clientelari pro temporali. Duo cœnobia Monialium constituit, vnum in oppido de Honfleur Hospitalariarum Diui Augustini, alterum Benedictinarum Abbatiæ Monasterij villaris in burgo de Liuarot.

LINGONENSES EPISCOPI, DVCES AC PARES FRANCIÆ.

LINGRES, porte d'azur a 1. fautoir de gueulle, cantonné de fleurs de lis d'or sans nombre.

PROVINCIÆ Lugdunensis primæ, præclara ciuitas Lingonū, antiqui Episcopatus sedes, vbi ex Not. Dignitatū Imperij per Gallias, Præfectus Samnatarum gentilium degebat; cuius populos Lingones Cæsari, & finitimos Leucis, Sequanis, Eduis, Senonibus, hoc est diœcesibus Tullensi, Bisonticensi, Augustodunensi, Cabilonensi, Senonensi, Trecensi, & Catalaunensi conclusos ponunt in Belgis Plinius l. 4. c. 1. Ptolemæus l. 2. c. 9. Aimoinus l. 5. c. 5. in Celtis, Ortelius & Marlianus. Sic Lingonensis diœcesis finitur inclusiuè inter S. Ioannem de Loronâ, versùs Orientem Chableias, versùs Occidentem Diuionem, versùs Meridiem & Barrum super Sequanam vel circiter Fulgerias versùs Septentrionem. Cuius vrbem primariam Adematunum, seu fortè rectiùs Andomadunum constituunt Geographi in extremâ parte Occidentis montis Vogesi, propè fontem Matronæ; sub Archiepiscopatu Lugdunensi, & Parlamento Parisiensi, in quo Senatu, & cæteris Episcopus Lingonensis vt Par Ducalis Franciæ, ius habet sedendi, ibique, & in vnctione Regum præcedit Metropolitem suum etiam in Præsulatu antiquiorem, vt eiusdem Parlamenti decreto cautum fuit 17. Calend. Februarij 1526. Hic etiam ratione

ratione Episcopatus sui Coronæ Francicæ feudatarius est, ac dynasta Ducatus Lingonum, Comes Montissalionis, & olim castri Diuionensis, Marchio de Coublanc, Baro Luziaci, Gurgiaci de Castro, & Mussеij, pluriúmque Castellaniarum supremus est toparcha. At Lingonum, præter veternm lapidum inscriptiones, ab Onnphrio & aliis collectas, meminêre Tacitus lib. 4. Hist. Eutropius l. 9. extremo, Frontinus l. 4. c. 3. Stratagem. Notitia Honorij, & Imperij Romani Occidental. Antonini Itinerarium, Lucanus l. 1. Claudianus lib. 3. de laudibus Stiliconis. B Quin etiam ad Lingonum laudem facit, quòd eorum coloniæ sedes fixerunt in Italiâ inter Bononiam & Rauennam, teste Polybio l. 2 & Liuio lib. 5. Quorum Lingonum nonnulli cùm Senonibus, Bellouеso & Sigoueso Ducibus, in Italiâ Tarquinio Prisco regnante consedêre, apud Liuium l. 3. quæ antiquissima est eorum mentio, fabulis Berosi reiectis. Nec immeritò in passione S. Valerij Archidiaconi Lingonensis nuncupa-
» tur hæc vrbs, eâ tempestate Roma-
» næ moderationi æmula, & multipli-
» ci illustrium virtutum nobilitate per
» Gallias, vel sola, vel prima fulgens:
& Iosephus Ripamontius lib. 6. Hist.
» Mediolanensis, Lingones, ait, in
» Galliâ non opibus & fortunâ, non
» origine & vetustate, cæterisque re-
» bus vnde gentium spectatur nobili-
» tas, & ciuium splendor cuiquam vr-
» bium Gallicarum cedunt. Non ergo sine causâ ius Romanæ ciuitatis Otho Imperator dedit Lingonibus, apud Tacitum l. 1. Hist. licet locus ille Iusto Lipsio acerrimi iudicij viro, de mendo sit suspectus. Sed & ibi testatum habetur, hanc ciuitatem vetere instituto, legionibus Romanis dona misisse dextras hospitij D insigne; vnde & Lingones dicuntur fœderati Plinio l. 4. c. 17. Princeps autem Ecclesia Lingonum olim Patronum habuit S. Ioannem Euangelistam, hodie verò Diuum Tutelarem veneratur Mammetem: quæ basilica dicitur à Petro Venerabili Abbate Cluniacensi lib. 4. epist. 36. Nobilis magna, & famosa; quæque memoratur apud S. Bernardum ep. 59. & ad eius Episcopos Decretales epistolas plures summi Pontifices A transmiserunt, & Innocentius 3. inter cæteros, in celebri illo capite, Cùm Capella de Priuilegiis. Habet Ecclesia Decanum Capituli primicetium, Thesaurarium, Archidiaconos Lingonensem, seu Maiorem, Diuionensem, Tornodorensem, Barrensem, Bassigneij, & Latiscensem: Cantorem ac 42. Canonicos cùm aliis inferioris Chori Ecclesiasticis: item Decanatus Rurales Lingonensem, Mogij, S. Ioannis Diuionensis, Granceij, Bezuensis, Fontisnenæ, S. Sequani, Tornodorensis, Reomensis, S. Vinemari, Caluimontensis, Barri super Albam, Barri super Seqnanam, Castellionis, Bassigneij, Petræfictæ, Molismensis, cui annexa est Cura Raueriarum: è quibus duo Decanatus, scilicet Castellionis & Barri Sequanici, subsunt Archidiaconatui Latiscensi, seu Latisconensi, à Latiscone oppido, cuius in monte inter Castellionem & Pulterias ruinæ cernuntur. Continet diœcesis plusquam 600. Curiones, Hospitalia 50. & ampliùs, Prioratus 90. Capitula, seu Collegia Canonicorum minorum sexdecim, præter ingentem numerum Capellaniarum, non com- C prehensis domibus Cartusianorum, Minimorum, & Mendicantium Ordinibus, inter quæ omnia beneficia eminent Abbatiæ sequentes:

S. BENIGNI DIVIONENSIS O B.
S. Benigne de Dijon.

BESVÆ *Beze* O B.

MELVNDENSIS *Molome* O B.

MOLISMI *Molesme* O B.

TORNODORENSIS O B.
S. Michel de Tonnerre.

PVLTERIARVM *Potieres* O B.

REOMENSIS O B.
Monstier S. Iean.

S. SEQVANI *S. Seine* O.B.

PRALONII *Pralon fæm.* O B.

POLONGÆI *Polongey fæm.* O B.

PVTEI-ORBIS *fæm.* O B.
Puis-d'Orbe.

RVBEIMONTIS *fæm.* O B.
Rougemont.

S. Stephani Divionensis *S. Estienne de Dijon* O A.

Vallis-Scholarium. *Val des Escoliers* O A.

Castellionis *Chastillon* O A.

Albæripæ *Auberiue* O C.

Belliloci *Beaulieu* O C.

Claravallis O C. *Clairuaux Chef d'Ordre.*

Cristæ *la Creste* O C.

Caritatis O C. *la Charité pres Lesignes.*

Longivadi *Longuay* O C.

Morimondi *Morimond* O C.

de Moris *Mores* O C.

Qvinciaci *Quincy* O C.

Thvleii *Thuley* O C.

Vallisdvlcis O C. *Vaux la Douce.*

Bellifaiti *Beaufay fœm.* O C.

Bellimontis *Bemont fœm.* O C.

de Colongiis *fœm. Colonges* O C.

Tardi *fœm. de Tard* O C.

Vallisvinearvm *fœm. Val des Vignes vni à Clairuaux.*

Septemfontivm *Septfons* O P.

Porrò Lingonensium Episcoporum catalogus hic est, quem ex diuersis Scriptoribus, ac documentis manuscriptis fide dignis præcipuè concinnauimus.

1. Senator Lingonensium Præsulum sacris diptychis primus inscribitur; nam S. Benignus Presbyter & martyr, qui apud Lingonas Euangelij sator & quasi Apostolus, apud Diuionem martyrio vitam finiuit, inter Episcopos non recensetur.

2. Ivstvs.

3. S. Desiderivs Genuensis origine Philippo Ferrario in Topographiâ Martyrologij, & in variis catalogis Sanctorum Italiæ, in legendâ S. Antidij, & in passione B. Valerij. Interfuit Concilio Agrippinensi anno 346. eundémque putant 346. qui inter Galliæ Episcopos reperitur in Synodo Sardicensi an. 347. Passus autem dicitur à Vandalis anno 407. in veteri catalogo Antistitum Lingonensium, posito ante cartularium Ecclesiæ S. Stephani Diuionensis. Vnde paret Desiderium sedisse plusquàm annos 60. & vocari potuit ad Episcopatum iunior ætate. Dies autem natalis nostri Desiderij notatur 11. Cal. Iunij in Martyrologio, quo die solemne eius festum agitur in diœcesi ex præcepto Guidonis Episcopi. Præterea sepultus fuit in Ecclesiâ intra vrbis muros, de ipsius nomine modò appellatâ, Prioratúsque titulo decoratâ, quæ anteà in S. Magdalenes patrocinio extitit, vbi quoque ipsius Præsulis corpus releuatum fuit die 19. mensis Ianuarij à Guillelmo Episcopo. Quod quidem corpus olim populus præcipuo amore, ac piâ deuotione ita sepeliri procurauerat, ad tutelam ciuium contra pessimam nonnullorum consuetudinem, qui ne sanctissimos quidem in vrbibus tumulari voluerunt, vt est in Martyrologio Noxeri & Adonis. Hinc auctor passionis ipsius in veteri codice Stephaniensi: Præterito, inquit, tempore quantum fuerit à suis ciuibus honoratus atque dilectus, sepulturæ eius locus manifestis declarare videtur indiciis, tantum vt infra muros populi amor diffusus exanime corpus ad tumulandum reciperet Sacerdotis, pro saluationum beneficiis.

4. Martinvs.

5. Honoratvs.

6. S. Vrbanvs, natus dicitur in vico adiacente castro Graciacensi, cui vocabulum est Columerius, patre Senatorio, matre Gillcardâ procreatus: sepelitur in basilicâ S. Ioannis Diuione, indéque posteà eleuatus, & in capsâ repositus à Michaële Episcopo, ac in ædem Benignianam translatus Claudio eius loci Abbate. Recensetur in Martyrologio Romano 2. Aprilis; sed in Breuiario Lingonensi memoratur eius festum nouem Lectionum 23 Ianuarij.

7. Pavlinvs i.

8. Fraternvs i.

9. Fraternvs ii.

10. Aprvncvlvs posteà Episcopus Aruernensis, & successor Sidonij Apollinaris qui ei scribit lib. 9. ep. 10. vide Gregor. Turon. l. 2 c. 23. 24. & 36. & l. 3. cap. 2. & in vitâ Patrum c. 4 vbi claret ciuitatem Lingonum fuisse in Regno Burgundiæ, quia inde fugere coactus fit Aprunculus, fauere creditus Francis contra Burgundos. Obiit autem anno B
491. 491. iacet in Ecclesiâ suburbanâ S. Stephani Claromonte.

11. Armentarivs suffectus est Apruncula ad Aruernensem Sedem translato.

12. Venantivs.

13. Pavlinvs ii. ex codice Reomensi.

14. Patientivs, cuius tempore, vt notatur in Catalogo Stephaniensi, Hilarius & Quieta dederunt locum qui dicitur Reomaus, ad agendam Abbatiam pro filio suo Ioanne; à quo nunc denominatur vulgò Monasterium S. Ioannis in Burgundiæ Ducatu, & in Archidiaconatu Tornodorensi huius diœcesis: cuius Ioannis festum colitur 28. Ianuarij & 22. Septembr. in Martyrologio Monastico Vionis, vbi tamen in Romano perperam scribitur Remensi; pro Reomensi, quemadmodum rectè aduertunt Vsuardus & Ado: malè etiam Reomanensi apud Nokerum, & Leomanensi apud Bedam; necnon apud Galesinium & Vionem Tornodorum ponitur in finibus Remorum. Sed de hoc Ioanne Greg. Tur. de Glor. Confessor. cap. 42 & 87.

15. Albissonvs.

16. S. Gregorivs è Senatoriâ gente satus, rexit primò Comitatum Augustodunensem annis 40. & coniugem accepit Armentariam, Senatorio item genere prognatam, quâ mortuâ, Lingonensis Pontifex eligi- A tur. Eius vitam Gregorius Turon. c. 7. vitæ Patrum scripsit, virtutes, abstinentiam, eleemosynas, orationes ac vigilias summoperè prædicans. Et Historiæ Francor. l. 3. c. 19. inquit: *Erat tunc, Beatus Gregorius apud vrbem Lingonicam magnus Dei Sacerdos signis & virtutibus clarus.* Interfuit Concilijs Epaonensi an. 517. Aruer- 517.
nensi 535. Aurelianensi 3. 538. cuius tale extat elogium apud S. Agobardum Lugdunensem Archiepiscopum: *Gregorius Lingonicæ Episcopus, quantâ Sanctitate & pietate fuerit, vita eius scripta & finis vitæ, & honor ab Ec-* B *clesiâ ei delatus vsque hodie testes sunt.* Transtulit corpus S. Benigni, cui basilicam cùm cœnobio ædificat circa annum 514. non 485. sicuti legere est in Chronico huius monasterij, quod inde Benignianum appellatur. Gregorius Turon. pium eius excessum memoriæ commendauit hoc elogio, ac citato capite de Vitis Parrum: *Sanctus Gregorius cùm per diem sanctam Epiphaniorum ad ciuitatem Lingonas ambulasset, à modicâ febre pulsatus, relicto sæculo migrauit* C *ad Christum, cuius beata facies ita erat glorificata post transitum, vt rosis similis cerneretur, hac enim apparebat rubea, reliquum verò corpus tanquam candens lilium refulgebat, vt æstimares eum iam tunc ad futuræ resurrectionis gloriam præparatum: quod deferentes ad castrum Diuionense, vbi se iusserat tumulari, in campaniâ illâ quæ à parte Aquilonis habetur haud procul à castro, aggrauati gestatores, non sustinentes feretrum, solo deposuerunt, aduenientibus autem quinto die Episcopis, ab Ecclesiâ ad basilicam B. Ioannis deferebatur. Post hac B. Confessor multis se virtutibus* D *declarauit: obiit autem 33. Episcopatus sui anno, ætate nonagenarius.* Quin de Attalo loquitur Turonensis l. 3. c. 15. ac de Eufronio Turonensi Antistite altero huiúsce Gregorij nepote l. 4. c. 15. Eius memoria religiosè agitur ab Ecclesiâ 4. Ianuarij, & 6. Nouembris in Martyrologio Romano & Breuiario Lingonensi. Ei tale epitaphium cecinit Fortunatus Presbyter l. 4. cap. 2. quod à Dungalo citatur aduersùs. Claudium Taurinensem, & à Baronio refertur sub 541.
annum Christi 541.

Postquàm sydereus disrupit Tartara Princeps,

Sub pedibus iusti mors inimica iaces.
Hoc veneranda sacri testatur vita Gregorii,
Qui modò post tumulos intrat honore polos.
Nobilis antiqua decurrens prole parentum,
Nobilior gestis nunc super astra manet.
Arbiter antè ferox, exhinc pius ille Sacerdos,
Quos domuit iudex, fouit amore pater.
Triginta & geminos direxit ouile per annos,
Et grege de Christi gaudia Pastor habet.
Si quæras meritum, produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica salus.

17. S. TETRICVS, decessoris filius, de quo apud Gregorium Turonensem mentio habetur l. 4. c. 16. cùm de Chramno loquitur: interfuit
549. Conciliis Aurelianensi 5. anno 549. Parisiensi 2. 555. Lugdunensi 2. 567. per Piolum presbyterum. Gregorius in Vitis Patrum testatur patrui suo tumulum excitasse; cùm beatus » Pontifex, inquit, in angulo basilicæ » fuisset sepultus, & paruus esset locus » ille, nec ibi populi sic possent accedere, vt deuotio postulabat, sanctus » Tetricus filius & successor eius hæc » cernens, & virtutes ibidem assiduè » operari prospiciens, ante altare basilicæ fundamenta iecit, erectáque » absidâ miro opere construxit & transuoluit: quâ transuolutâ, disruptóque » pariete, arcum ædificauit: quod » opus perfectum atque exornatum, » vt in medio abside loculum fodit, » quò corpus beati patris transferre » volens, conuocat presbyteros & Abbates ad illud officium, qui vigilantes orabant vt se beatus Confessor » ad hanc præparatam habitationem » transferri permitteret. Mane autem » facto cùm choris psallentium apprehensum sarcophagum ante altare in » absidam quam beatus Episcopus ædificauerat transtulerunt. Lib. 5. Hist. cap. 5. fusè Gregorius memorat de obitu Tetrici, & postulatione Monderici ac Siluestri, quia ille fuit tantùm Adiutor, hic Electus non consecratus; Gregorij nostri hæc verba sunt: *consenescente B. Tetrico Ecclesiæ Lingonicæ Sacerdote, cum Lampadium Diaconum* (quem creditorem habuit) *deiecisset, & frater meus dum pauperibus, quos ille malè spoliauerat, opitulari cupiens consensisset in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit. Interea beatus Tetricus à sanguine sauciatur. Cui cùm nulla Medicorum fomenta valerent, conturbati Clerici, & à pastore vtpote destituti, Mondericum expetunt. Qui à Rege indultus ac tonsoratus, Episcopus ordinatur, sub eâ specie, vt dum B. Tetricus viueret, hic Tornodorense castrum vt Archipresbyter regeret, atque in eo commoraretur: migrante verò decessore, iste succederet. In quo castro dum habitaret, iram Regis incurrit. Adferebatur enim contra eum, quòd ipse Sigiberto Regi aduersùs fratrem suum Guntchramnum venienti, alimenta & munera præbuisset. Igitur extractus à castro, in exilium super ripam Rhodani in turri quadam arctâ, atque detectâ retruditur; in quâ per duos ferè annos cùm grandi cruciatu commoratur. Obtinente beato Nicetio Episcopo, Lugdunum regreditur, habitauitque cùm eo per duos menses. Sed cùm obtinere non posset à Rege, vt in locum vnde deiectus fuerat, restitueretur, nocte per fugam lapsus, ad Sigiberti Regnum transiit, & apud Arisitensem vicum Episcopus instituitur. Quo abeunte, iterum Lingonici Siluestrum propinquum vel nostrum, vel beati Tetrici, Episcopum expetunt. Sed vt eum peterent, fratris mei hoc instinctu fecerunt. Interea transeunte B. Tetrico, hic tonso capite presbyter ordinatur, acceptâ omni potestate de rebus Ecclesiæ: qui verò vt benedictionem Episcopalem Lugduni acciperet, iter parat. Quæ aguntur, ipse, quia iam diu epilepticus erat, ab hoc morbo correptus, asperiùs extra sensum factus, & per dies duos assiduè dans mugitum, tertiâ die spiritum exhalauit. Quibus peractis, Lampadius, vt superiùs diximus, ab honore & facultate priuatus in odio Petri Diaconi, cùm filio Siluestri coniungitur, machinans atque confirmans patrem suum ab ipso fuisse maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis, sensu leuis, contra eum commouetur, ipsum impetens publicè patricidam. Porrò ille hæc audiens, facto placito in præsentiâ S. Nicetij Episcopi auunculi matris meæ, Lugdunum dirigitur; & ibi Siagrio Episcopo coram adstante,*

& aliis Sacerdotibus multis cùm sæcularium Principibus, se sacramento exuit; nunquam se in mortem Siluestri mixtum fuisse. Post duos verò annos instigatus iterum à Lampadio filiuo Siluestri, adsequutus in viâ Petrum Diaconum, lanceâ sauciatum interfecit. Quod cùm factum fuisset, de eo loco eleuatus, & ad Diuionense delatus castrum secus S. Gregorium proauum nostrum sepelitur. Iste verò fugam iniens, ad Chilpericum Regem transiit, facultatibus suis fisco Regis Gunichramni dimissis. Cumque per diuersa vagaretur pro commisso scelere, nec ei esset locus firmus ad commorandum, tandem, vt credo, contra eum sanguine insonte ad diuinam potentiam proclamante, in quodam loco, dum iter ageret, innocentem hominem euaginato gladio interemit. Cuius parentes condolentes propinqui exitum, commotâ seditione, extractis gladiis, eum in frusta concidunt, membratimque dispergunt. Talem iuxta iudicium Dei exitum miser accepit, vt qui propinquum innocentem interemerat, ipse nocens diutius non maneret. Nam tertio hæc ei euenerunt anno.
Sepultus fuit Tetricus iuxta patrem
575. in Ecclesiâ S. Ioannis Diuione hoc illi epitaphium scripsit Fortunatus carm. 3. l. 4.

Palma Sacerdotij venerande Tetrice cultu,
Te patria Sedes, non peregrina tenet.
Te custode pio nunquam lupus abstulit agnum,
Nec de fure timens pascua carpsit ouis.
Sex quasi lustra gerens, & per tres insuper annos,
Rexisti placido semper amore gregem.
Nam vt condirentur diuino corda sapore,
Fudisti dulcem iugiter ore salem.
Summus amor Regum, populi decus, arma parentum,
Ecclesiæ cultor, nobilitatis honor.
Esca inopum, tutor viduarum, cura minorum,
Omnibus officiis omnia pastor eras.
Sed cui præbebat variè tua cura medelam,
Funere Rectoris plebs modò triste gemit.
Hoc tamen alme pater, speramus, dignus in astris,
Qualis honore vites, hîc pietate probes.

18. PAPPOLVS ex Archidiacono Augustodunensi per Clerum Lingonensem postulatur, sed mors illi diuinâ vltione fuit illata, vt ex ipsius Gregorij loco citato videre est; Siluestri post transitum, Lingonici iterum Episcopum flagitantes, Pappolum, qui quondam Archidiaconus Augustodunensis fuerat, accipiunt. Qui multa (vt adserunt) egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum esse videamur. Tamen qualem habuerit exitum, non omittam. Anno octauo Episcopatus sui, dum diœceses ac villas Ecclesiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi B. Tetricus vultu minaci. Cui ita; *Quid tu*, inquit, *hîc Pappole? vt quid sedem meam polluis, vt quid Ecclesiam peruadis? vt quid oues mihi creditas sic dispergis? Cede loco, relinque sedem, abscede longiùs à regione.* Et hæc dicens virgam, quàm habebat in manu, pectori eius cùm ictu valido impulit, in quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc esset, fixa in illo loco defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potúmque, & mortem iam sibi proximam præstolatur. Quid plura? Tertiâ die cùm sanguinem ore proiiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas est sepultus.

19. MVMMOLVS ex tertio Abbate Reomensi suffectus est in locum Pappuli, Gregorius cap 5. l. 5. ita habet: in cuius locum Mummolus Abbas, quem Bonum cognomento vocant, Episcopus substituitur. Quem multi magnis laudibus prosequuntur, esse eum castum, sobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptissimum; amantem iustitiam, charitatem, omni intentione diligentem. Qui accepto Episcopatu, cognoscens quòd Lampadius multùm de rebus fraudasset Ecclesiæ, ac de spoliis pauperum agros, vineásque vel mancipia congregasset, eum ab omni re nudatum à præsentiâ suâ iussit abigi. Qui nunc in maximâ paupertate degens, manibus propriis victum quærit. Interfuerat Concilio Matiscensi 1. 581. 581.
& 2. anno 585.

20. MIGETIVS S. Columbani

contemporaneus, & auunculus Eustasij Abbatis Luxouiensis.

21. MODOALDVS, in Chronico Benigniano Dodoaldus & successor Migetij, commutauit villam Maissiacum ex proprijs rebus, quam legauit S. Benigno: interfuit in Con-
630. cilio Remensi apud Flodoardum anno 630.

22. BERTOALDVS vir Apostolicus, in diplomate Clotharij Regis pro Benignianis, adest Synodo Cabilonensi an. 650. & in vitâ S. Frodoberti misisse dicitur Tendolinum Abbatem S. Sequani in monasterium Luxouiense, eo tempore quo ipse Frodobertus ibi morabatur.

23. SIGOALDVS.

24. VVLFRANNVS.

25. GODINVS.

26. ADOINVS, vel ADONIVS.

27. GAROBALDVS, siue GAIRBALDVS.

28. ERONVS, cui in Chronico Benigniano scribit Sergius 1. Papa
696. anno 696. & Abbatiæ S. Benigni priuilegium impertitur ne quis cœmeterium præsumat constituere præter illud quod ad D. Benigni Ecclesiam spectat.

29. ASTORICVS administrabat Ecclesiam circa an. 710. & 714. ex dicto Chronico.

30. VANDRARIVS.

31. HERVLPHVS inter alios missus à Carolo Magno ad Synodum Romanam Stephani 3. Papæ in basilicâ Lateranensi celebratam an-
769. no 769. pro veneratione sacrarum imaginum, ex schedis Panuinianis, citatis à Sirmondo tomo 2.

32. VALDRICVS.

33. BETO, seu BERTO, dedit S. Stephano Diuionensi decimas Thili-castri, Cutiniaci, S. Martini Campaniensis, seu Fontanorum,
A Copiaci, & Nobiliaci, mense Maio, regnante Carolo an. 23. in cartulario Stephaniensi, vbi venerabiles in Christo confratres vocat eiusdem Ecclesiæ Canonicos; denominatur etiam cùm Hildegario Comite malum publicum tenente in villâ Montigniaco.

34. ALBERICVS vir dignus Episcopatu iuxta Chronicon Beluense, reperitur in cartulario Stephaniensi anno 8. Ludouici Imperatoris, & subscripsit donationi factæ monasterio Beluensi cùm Agobardo
B Lugdunensi Archiepiscopo eiusdem Ludouici anno 17. fecit Heleberium Abbatem Benignianum sub se Corepiscopum ex dicto Chronico Diuionensi, in quo notatur complures terras excambiuisse in Isizodoro pago, & in fine Tremolensi.

35. TEVTBOLDVS præsens Concilio Carisiacensi an. 848. & in 848.
epistolâ Lupi Abbatis Ferrariensis 81. quæ est Vuenilonis Archiepiscopi Senonensis, vbi de Amulo Lugdunensi, & Godelsado Cabilonensi
C agit; interest Vermeriensi 2. Synodo 853. nominatur & in cartulario Stephaniensi, mense Martio, regnante Carolo Rege 9. De eo sic Chronicon Benignianum: *obeunte Alberico Episcopo Lingonum, Teutbaldus Episcopus adeptus est Cathedram; hic sicut prædecessor suus studiosus huius loci cultor fecit commutationes terrarum in aliquibus locis cùm quibusdam hominibus.*

36. ISAAC cognomento Bonus, vel Pius, Diaconus olim Parduli Laudunensis Episcopi. Chronicon Diuionense inquit: *post obitum, Teut-*
D *boldi, domnus Isaac suscepit Præsulatum. Hic prædecessorum bonum sequens exemplum, nec vlli eorum passus esse inferior, hunc locum non solùm excoluit, verùm etiam in duplum quàm anteà fuisset, statum eius augmentauit, basilicam S. Benigni iam penè dirutam in pristinum statum restaurauit, monachicum Ordinem restituit, possessiones ad victum eorumdem monachorum addidit. Hæc autem omnia adhortante pariter & adiuuante præcelso Rege Carolo perfecit.* De eius ordinatione Hincmarus Archiepiscopus Remensis, alloquens Remigium Lugdunensem, &

Hilduinum Abbatem Dionysianum A ipsius Isaac præceptorem, apud Flodoardum l. 3. c. 21. & 24. A Carolo Caluo Rege Francorum, ius cudendæ monetæ Lingonensibus & Diuionensibus obtinuit an 874 diplomate scripto in palatio Pontiliaco. Adfuit primò, vt Archidiaconus Parduli Laudunensis, Synodo Cariaciacæ, sed iam Episcopus Concilio apud Saponarias anno 859. ex cuius can. 5. intelligitur Anscarium Subdiaconum eius sedem peruasisse, nam publicè coram Synodi Patribus ita sacramentum suum proclamat: *ego Anscarius Subdiaconus confiteor con* B *tra Canonica statuta, temerè me fecisse in Isaac venerabilem Pontificem, vsurpando sedem Ecclesiæ Sanctæ sibi commissæ Lingonicæ, & sollicitando Clericos & vassallos eius, omnémque familiam. Atque ideò, pro tanta præsumptionis excessu, per sacri ministerij vestri vobis largitam à Domino potestatem, veniam mihi pœnitenti largiri suppliciter deprecor.* In Tusiacensi pariter subscribit anno 860. Suessionensi 3. 866. Pontigonensi 876. & in Tricassinâ anno
» 878. mirandæ sanctitatis refulgens
» gratiâ, & sequacibus suis factus for- C
» ma, sicut loquitur obituarium Be-
» nignianum; ita in veteri schedâ di-
» citur diuinis maximè intentus rebus,
» qui loca suæ diœcesis omnia quan-
» tumcúnque potuit ditauit & orna-
» uit, & Capitulum censu ampliauit,
» atque ad formam Canonicam rede-
» git. Memoratur à Lupo Ferrariensi epist. 81. ad Amulum Lugdunensem, & in Capitularibus Caroli Calui tit. 25. num. 5. præfecit Bertilonem Abbatem Benignianis, concedens illis priuilegium eligendi sibi Archimandritam iuxta regulam Benedictinorum: transtulit corpus S. Vorlij Confessoris Castellionem ad Sequanam, è villâ Marcennaci. Cæterùm Isaac collegit vtilissimum Canonum librum, qui reperiebatur MS. in quibusdam Bibliothecis, sed publici iuris illud fecit ad calcem tomi 3. Conciliorum, spectatæ eruditionis Iacobus Sirmondus Societatis Iesu Presbyter. Et epistolam illius de Canone Missæ Domnus Lucas d'Acherius, monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri, in Spicilegio suo veterum Scriptorum, cui inseritur citatum vetus Chronicon S. Benigni Diuionensis, quod primus luce donauit, è quo fragmentum illud hausimus: *Venerabilis Isaac Episcopus fecit & alia multa vtilia in Episcopatu suo, monasteria corrigendo, Ecclesias releuando. Composuit & librum qui dicitur, Canones Isaac: Eò quòd ex libris Canonum vtiliora quæque eligendo in vnum volumen coarctauerit. Peractis in Episcopatu annis viginti quinque, obiit Catalaunis, sepultúsque est Remis, inde post aliquot annos Argrimi Episcopi studio, & Regis Caroli Simplicis vocati dono translatus, iacet in hac basilicâ condigno honore tumulatus. Cui successit Geilo in Episcopatum, & ipse inter præcipuos egregius.*

36. GEILO Abbas olim Trenorchiensis anno 871 4. indict. eligitur; verùm Teutbaldus quidam ipsius Ecclesiæ Diaconus, obeunte Isaaco, concordi voto Cleri & populi ab ipsomet Pontifice sacratur, de quo scribit Fulco Remensis Archiepiscopus ad Pontif. Max. apud Flodoardum l. 4. cap. 1. & 6. non tamen obtinuit Cathedram; etenim transtulit circa an. 887. in Atornense monasterium ad fontem Besuæ corpus S. Prudentij Martyris, & S. Philiberti Tornusium. Nominatur 15. Cal. Ianuarij cùm plurimis Episcopis in Chronico Besuæ, ex actis Concilij Cabilonensis celebrati in basilicâ Diui Marcelli anno Domini 887. confirmationem accepit iuris fabricandæ monetæ apud Lingonenses & Diuionenses à Carolo Crasso Ianuarij 15. Eius fit etiam mentio in Stephaniensi cartulario anni 4. Carolomanni 8. Idus Iulias; Obiit Geilo 4. Cal. Iulias anno 891. ex Chronico Diuionensi. At non hîc omittendum diploma Caroli Crassi è tabulario D Stephaniensi excerptum: IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuinâ fauente clementiâ, Imperator Augustus. Si venerabilium Pontificum iustis, & rationabilibus efflagitationibus, quas pro Ecclesiarum sibimet commissarum vtilitatibus, nostris auribus intimauerint, assensum præbemus, & eas ad effectum perpetua stabilitatis perducere satagimus, non solùm in hoc nostram Imperialem exercemus consuetudinem, verùm etiam, hoc ipsum ad præsentem vitam cùm felicitate transigendam, & ad futuram quantotiùs beatitudinem*

copessendam, nobis profuturum esse non dubitamus. Quapropter omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrúmque tam præsentium quàm & futurorum compe[ri]at solertia, quia Geylo sanctæ Lingonensis Ecclesiæ Reuerendus Antistes, nostram adiens serenitatem, excellentiæ nostræ innotuit, qualiter quamplurimæ res, possessiones & Abbatiæ, quæ Ecclesiæ suæ exiguitati commissæ antiquitùs iustè & rationabiliter delegatæ fuerant, quorumdam Principum tyrannicâ sacrilegâque temeritate, atque inlicitâ præsumptione, sine Omnipotentis Dei respectu substractæ fuissent. Huius itaque rei causâ ad nostram se colligens Maiestatem humiliter postulauit, quatenus pro Dei amore, & Sanctorum reuerentiâ, aliquid ex eisdem rebus, vel Abbatiis, Ecclesiæ suæ, per auctoritatis nostræ præceptum restituere dignaremini. Cuius nos laudabilibus petitionibus aurem Serenitatis nostræ accommodantes, atque in omnibus consentientes, & quòd quorumdam Principum tyrannica, sacrilegáque temeritas per violentiam abstulerat, & nos eidem Ecclesiæ aliquid restitueremus, bonum in omnibus prauidentes, pro amore Omnipotentis Dei, & sancti Mammetis eximij Martyris obtentu, in cuius honore eadem Lingonensis Ecclesia celeberrimè dicata habetur, & pro reuerentiâ beati Iacobi Apostoli, & fratris domini, cuius brachium in eâ conditum est, simul & ob deprecationem Lutuhardi venerabilis Vercellensis Ecclesiæ Episcopi, aliorúmque nostrorum Principum, necnon & ob deuotionem præscripti Geylonis Episcopi, Abbatiam sanctæ Mariæ, & sancti Sequani Confessoris in pago Magnimontensis, eo in loco, qui Sicaster antiquitùs nuncupatus est, iuxta quem ipse venerabilis Confessor Deo.. honore cuius, ac omni familiâ vtriusque sexus, omnique re ad eandem Abbatiam iustè & rationabiliter pertinenti, sæpefatæ Ecclesiæ Lingonensi, cui iure antiquitùs fuerat delegata, per auctoritatis nostræ præceptum condonamus ... decernimus, & per nostram Imperialem auctoritatem omnibus decernendo confirmamus; & prædicta Abbatia sanctæ Mariæ, & sancti Sequani, cùm omnibus sub integritate sibi aspicientibus, ab hinc, & deinceps ad Episcopum Lingonensem pertineat, & quemadmodum aliæ res eidem Ecclesiæ competentes coniunctæ sunt, ita eadem illa Abbatia ipsi ac Ecclesiæ coniuncta & vnita habeatur, atque sub rectorum illius potestate, & ordinatione perpetuò consistat, eo videlicet tenore, vt pro nobis, atque antecessoribus nostris, & coniuge, & prole nostrâ, seu totius Imperij nostri stabilitate, Dei clementiam hæc eadem Ecclesia assiduè exoret, & annis singulis die consecrationis nostræ, Congregationi eiusdem Ecclesiæ, & Monachis in Monasteriolo iam dictæ Abbatiæ Deo famulantibus vna refectio nobiliter præparetur, & honorificè exhibeatur. Post nostrum quoque ex hac vitâ discessum, dies anniuersarij nostri cum precibus, & oblationibus Missarum, deuotissimè recenseatur, & hæc eadem refectio eisdem congregationibus absque aliquâ relaxatione administretur. Et vt hæc nostra concessio firmiorem per futura tempora, in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus nostris veriùs, certiúsque credatur, manu propria subterfirmauimus. Signum Caroli gloriosissimi, & Serenissimi Imperatoris Aug. Amalbertus Notarius ad vicem Luthuuardi Archicancellarij recognouit. Datum XVIII. Calend. Febr. anno Incarnat. Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXXVII. ind. 4. 887. *Anno quoque Imperij Domini, & Serenissimi Caroli Imperatoris in Italiâ regnantis VI. in Orientali Franciâ V. in Galliâ II. Actum Selenstat Palatio feliciter. Amen.*

37. THEVTBALDVS successit Geiloni in dicto Chronico, & vixit sub moderamine Hildebranni Abbatis; memoratur cùm Madelgaudo Oscarensium Vicecomite in Mallo publico apud Longouicum, Ricardo Duce Burgundiæ.

38. ARGRINVS regebat Episcopatum iam anno circiter 893. subscribit documento Religiosorum sancti Stephani anno 910. de molen- 910. dinis super Oscaram; & in altero cùm Ansterio Lugdunensi Metropolitâ an. 912. quo tempore delatum fuit Lingonas metu Barbarorum corpus S. Benedicti Lautherio Abbate: ad huius Præsulis petitionem Carolus Rex plures donationes Caroli Imp. decessoris sui confirmauit. Illius elogium recitat Chronicon S. Benigni, in hæc verba: Argrinus laude dignus « Episcopus, in augmentatione rerum « huius loci feruentissimus, donauit « ad communem vtilitatem Fratrum « Abbatiam Sancti Ioannis, quam qui- « dam

„ dam Fulbertus monachus benefi- A
„ ciario iure tenebat; concessit & mer-
„ catum annuale ad vestimenta Fra-
„ trum emenda; medietatem quæ ad
„ se pertinebat. In Aziriaco etiam villâ
„ decimas, & paratam, & omnes redi-
„ tus ipsius Ecclesiæ, quæ tunc cella
„ erat monachorum huius loci, suppli-
„ cante Lanterio Abbate, ad vsus eo-
„ rumdem monachorum perdonauit.
„ Similiter fecit de Ecclesiâ quæ est in
„ Longouico, & de Capellâ, quæ est in
„ Prunido, quàm deputauit ad serui-
„ tium infirmorum; & Ecclesiam supra
„ scriptam S. Ioannis ad seruitium ho-
„ spitum. Reddidit insuper mansa no- B
„ uemdecim in diuersis locis quæ tem-
„ pore Teubaldi Episcopi antecessoris
„ eius ablata fuerant, & in beneficium
„ data cuidam Vuidoni. Decessit autem
professus monachum ex Episcopo in
Abbatiâ Benignianâ, expleto bien-
nio ab eius abdicatione, inquit cita-
tum Chronicon, & intra septa huius
Ecclesiæ honorificè traditur sepultu-
ræ; in basilicâ Benignianâ depositio
eius agitur 8. Cal. Februar. anniuer-
sarium apud Stephanienses 8. Cal. Au-
gusti, & in Cathedrali 9. Cal. Iunij.

39. VVARNERIVS post Agri- C
num assumptus ad Episcopatum an.
912. 912. Chronicon Diuionense: succes-
» sit in curâ pastorali Vuarnerius Epis-
» copus, & ipse augmentator bonorum
» huius loci deuotus. Hic primo anno
» suæ ordinationis, nongentesimo duo-
» decimo, videlicet Incarnati Verbi,
» ind. 15. residens in Synodo in gremio
» matris Ecclesiæ S. Mammetis coram
» Archidiaconibus & Abbatibus, atque
» omni Clero, interpellatus est à Go-
» drado Abbate & monachis Patroni
» nostri S. Benigni, de quadam Eccle-
» siâ infra muros castri Diuion. sitâ, S.
» Vincentij honore ac nomine sacratâ;
» quam domnus Geilo Episcopus ad D
» locum refugij & custodiam corporis
» sæpius dicti S. Benigni perpetualiter
» eis habendam concesserat. Et de quâ
» cùm longo tempore eâ vsi fuissent,
» repulsi erant à Ratherio Archidiaco-
» no, & Abbate Canonico S. Mamme-
» tis, ac Præposito Abbatiæ S. Stepha-
» ni. Considerans ergo memoratus E-
» piscopus causas periculorum, quæ
» tunc frequentes imminebant Nort-
» mannorum incursionibus, cùm con-
» silio & laude ipsius Ratherij, ac to-
tius Synodi reddidit ipsi Abbati Go- «
drado & monachis prædictam Eccle- «
siam S. Vincentij, cùm habitaculis «
ad ipsam Ecclesiam atrij loco perti- «
nentibus, quas ipsi monachi olim ibi «
ad refugij locum construxerant. De «
quâ Ecclesiâ fecit eis priuilegium «
Episcopali auctoritate, vt nullus suc- «
cedentium deinceps aliquam vim aut «
calumniam S. Benigno & monachis «
eidem seruientibus inferret. Dicto «
anno celebrata est ab eo Synodus in
Ecclesiâ Stephaniensi Diuione, men-
se Octobri, in quâ actum est de non
diuidendis parochialibus Ecclesiis
propter nouas Capellas, præsente
Ratherico Archidiacono, eiusdémq;
Ecclesiæ Præposito, & Manasse Co-
mite; extat memoria Garnerij in re-
latione corporis S. Prudentij Diuio-
ne Besuam an. 921. cuius depositio 921.
fit 14. Cal. Augusti; donat quædam
S. Benigno, ac sepelitur in dictâ ba-
silicâ, ante altare S. Benigni.

40. GODZELINVS, vel Go-
SELINVS, an. primo Roberti Re-
gis, fratris Odonis itidem Regis, qui
vnctus fuit ab Archiepiscopo Re-
mensi Herueo 922. Eius depositio
celebratur Idibus Maij in Benigniano
monasterio, cui impetrauerat coofir-
mationem rerum nuper donatarum
Argrino & Vuarnerio, nempe Sacia- 926.
ci, Abbatiolæ S. Ioannis mercati, &
aliarum, scripto diplomate in Archia-
co villâ super Ararim, anno regni
quarto. Ordinauit Albericum Ab-
batem Benignianum.

41. LETERICVS, in Chronico
S. Benigni inuenitur; hoc Præsule
& tribus sequentibus effluxerunt an-
ni quadraginta & amplius.

42. ERICVS in instrumento Ste-
phaniensi anno II. Rodulfi Regis.

43. ACHARDVS in cartulario
Stephaniensi 13. Cal. Iun. circa 956. 956.
& in Flauiniacensi almæ Ecclesiæ
Lingonensis Pastor eximius. Extat in
veteribus schedis decretum ms. illius
Episcopi in Synodo, seu congregatio-
ne fratrum an. 948. quo ad preces
Archembaldi Abbatis S. Benedicti,
Ecclesia sita in prædio eiusdem mo-
nasterij, in villâ Diesiâ in honore S.
Petri dicatâ, cùm decimis & paratis

& omni obſequio, exceptis eulogiis Eccleſiæ Lingonicæ, cœnobio Floriacenſi conceſſa eſt.

44. VIDRICVS ſedit Lothario Rege circa an. 957. celebratur illius anniuerſarium 14. Cal. Sept. coram eo Præſule fundatur Abbatia S. Michaëlis de Tornodoro per Milonem
980. I. Comitem ao. 980. io vitâ Varnerij Præpoſiti Srephanienſis defungitur aono 25. Lotharij.

ROVCY. 45. BRVNO DE ROVCY Ragenoldi Rociaci & Remorum Comitis, ex Albradâ, Ludouici Vltramarioi Galliæ Regis & Gerbergæ Saxonæ filia; frarer Ermentrudis vxoris Othonis-Guilelmi Burgundiæ Ducis ac Comitis, auunculus Rayoaldi. Naſcitur an. 957. ex Clerico Remenſi à Burcardo Conradi Burgundiæ Regis naro, & ſuo Metropolitâ Lugdunenſi in Eccleſiâ D. Stephani Diuionenſis ſacram vnctionem excipit. Chronic. Alberici & Benignianum: *Anno Incarn. Dom. 980. indict. 8. Regni Lotharij Regis XXVI anno, dedit idem Rex Brunoni Remenſis Eccleſiæ Clerico, ſuo verò parenti propinquitate conſanguinitatis exiſtenti, Lingonicæ ciuitatis Epiſcopatum: ordinatus eſt autem idem Bruno per manus Burcardi Lugdunenſis Archiepiſcopi in Eccleſia S. Stephani, viginti quatuor annos gerens ætatis: & eodem anno ſuſceptus eſt à Clero Lingonicæ vrbis ab Incarnat. videlicet Chriſti*
981. *981. Is aſſequutus Epiſcopatum, omni quo potuit niſu, ſequi ſtuduit exemplum boni paſtoris. Monaſteria igitur ad ipſius diœceſim pertinentia in ſpiritualibus religione, in temporalibus neceſſariâ penè adnulata gubernatione, cœpit quærere, quatenus Deo diſpenſante nutu, ſuum in ſtatum ea quiuiſſet reparare.* Dedit S. Stephano Eccleſiam de Mirabello, & inſtituit Collegium Canonicorum S. Vorlij Caſtellione; interfuit Pſeu-
991. doſynodo Remenſi an. 991. in Eccleſiâ S. Baſoli; ſubſcripſit etiam cùm Vualtero Eduenſi, & Fulcone Sueſſionenſi Præſule anno 15. Regis Roberti, diplomati confirmationis rerum monaſterij Flauiniacenſis, in diœceſi Auguſtodunenſi; prætereà eius fit meotio in tabulâ fundationis Abbatiæ S. Benigni Fructuarienſis in Pedemontio. Monaſticum Ordinem reparauit in monaſterio Diuionenſi S. Benigni, opitulante Maiolo Cluniacenſi Abbate, auxilio tamen & ope Othonis Guillelmi Comitis, S. Benigni Aduocati, id eſt defenſoris, poſteà illîc ſepulti anno 1027. hoc epitaphio:

Nobiliter natus Guillelmus & Otho vocatus
Pauſat in hac foſſâ, cuius lapis hic tegit oſſa.
Qui Ducis & Comitis gemino ditatus honore,
Artifices ſcelerum pacis reprimebat amore.

Chronicon Diuionenſe teſtatur, ordinationi Vuillelmi Archimandritæ S. Benigni, quem Bruno ſtatuerat Abbatem, omnia Epiſcopatus ſui monaſteria delegaſſe, Abbatias videlicet Beſuenſem, Reomeoſem, Sancti Michaëlis Tornodorenſis, & Molundenſem, *inter cætera*, inquit, *etiam quæ Bruno Epiſcopus in hoc loco egit bona, longum eſt enumerare ſingula, à S. Gregorio Lingonenſi Epiſcopo fundata hac Abbatia, à Guntramno Rege ſtabilita & ditata, à Carolo Imperatore cognomento Caluo, & Iſaac Epiſcopo reſtaurata, ab honorando Præſule Brunone, & Vuillelmo venerabili Abbate, non ſolùm in aliis rebus, verùm etiam in nouâ Eccleſiâ fabricâ eſt renouata, in cuius baſilica miro opere Præſul expenſas tribuendo, ac columnas marmoreas ac lapideas vndecumque adducendo, & reuerendus Abbas magiſtros conducendo, dignum diuino cultui templum conſtruxerunt.* De quo pluribus agit Chronicon Beſueoſe ab eodem Patre Dacherio euulgatum, cùm Benigniaoo. Deceſſit Bruno die 31. Auguſti 1015. Cal. Februarij 1015.
in Chronico Benigniano, humatus io oaui ſuæ Carhedralis ante Crucifixum, ad latus Capellæ S. Mammetis; cuius tumulo baculus Paſtoralis inciſus cernitur hoc epitaphio, *Bruno Epiſcopus*, Sic:

Breue in exiguo marmore nomen erit. At,
Illum aget penna metuente ſolui fama ſuperſtes.

Eius depoſitio ibi celebratur 3. Cal. Septembris, cùm tamen deſtinaſſet ſepeliri in monaſterio Benigniano, à ſe, vt dictum eſt, inſtauraro. Cæterùm egregia Pontificis laus in Chronico S. Benigni eo contextu: *Fuit in eleemoſynis largus, in vigiliis ſedulus, in oratione deuotus, in caritate perfectus, in humanitate profuſus, in ſermone paratus,*

in conuersatione sanctissimus : erat inre- A *uerentibus terribilis aspectu, metuendus seueritate, reuerendus incessu, venerandus benignitate. Censuram auctoritatis temperabat mansuetudo humilitatis. Non personæ potentiam, sed morum elegantiam attendebat in singulis, & tantò eminentiùs vnumquemque honorabat, quantò sanctiùs viuere didicisset. Clericorum ac monachorum, Sanctimonialium quoque, necnon viduarum, ac pupillorum pater erat : atque inter diuites, & pauperes ita medius, vt pauperes illum quasi patrem aspicerent, diuites verò quasi superiorem sibi diuitem timerent. Quandiu vixit, ita Burgundiam patro-* B *cinando protexit atque defendit, non clypeo & lanceà, sed consilij prudentià, quo sibi Principes patriæ omnes deuinxerat, vt cùm Rex Francorum Robertus cùm exercitu maximo hanc patriam sæpè intrans incendiis & rapinis plurima loca vastauerit, nihil in eà retinere potuit, quandiu Bruno Episcopus vixit.*

46. LAMBERTVS patriâ Lingonicus, nobili familiâ ortus, sapientiâ & virtutibus admodum ornatus, Lingonicæ vrbis Præpositus, posteà disponente diuinâ gratiâ, Pontificali honore in ipsâ Sede sublimatus, C vt habet MS. codex Bisonticensis apud Chiffletium, vbi inter amicos Ecclesiæ Vesontionensis defunctos recensetur; suffectus fuit Brunoni ex eodem Chronico Benigniano. Quo sedente Archidiaconus Lingonensis Imbertus, Abbatiam D. Amatoris ante mœnia vrbis sitam, quámque iure beneficij tenebat à Præsule, obtulit S. Benigno per consilium præfati Episcopi Lamberti; Aimo Comes dedit Abbatiam S. Mariæ Virginis ante castrum suum Saxonis fontis sitam, Henricus Clericus villam Prisceiam; eius quoque interuentu D Robertus Rex legauit plures villas S. Benigno. Nominatur Lambertus in instrumento Benigniano Diuione scripto, Balduino Apocrisiario recognoscente anno 28. Roberti Regis, & in cartulario Flauiniacensi
1017. anno 30. & in alio anni 1017. cùm Varnerio Præfecto Stepbaniensi, cui dedit Ecclesiam Thilicastrensem, cessit verò Lambertus ipsi Roberto ius omne quod habebat in vrbe Diuionensi, vt ea fieret primaria Burgundiæ Ducatus, quem Rex filio

suo Henrico dabat, sicuti refert cartularium Stephaniense. Benedixit Ecclesiam S. Michaëlis extra muros Diuionenses, ac fato suo tandem excessit 1030. 10. Calend. Septemb. 1030. scientiâ, religione, & bonitate pollens dicitur apud Baronium, ex Helgaudo Floriacensi in vitâ Roberri Regis; cuius Episcopi plures item tabulas & vetusta documenta reperies in Chronico Besuensi citato.

47. RICHARDVS successit Lamberto, ordinatus tempore Roberti Regis & Roberti Ducis Burgundiæ; sedit menses 5. in Chronicis Besuensi, Benigniano, & Alberici.

48. HVGO DE BRETVEIL I. BRETVEIL. filius Gilduini Britolij Comitis in agro Beluacensi, ex Clerico Carnotensi, & alumno Cluniacensi assumitur ad hanc sedem Roberto Rege, deducitúrque Lingonas ab Henrico Rege adhuc iuuene; Hugo Flauiniacensis, *Gilduini*, inquit, *Comitis filius erat, qui posteà à S. Leone IX. in Remensi Concilio depositus : frater fuit Valeranni, qui in bello apud Bar castrum in geniculo vulneratus, posteà monachus fuit in monasterio S. Vitoni, & Abbas post Richardum.* Nominatur in instrumento, quo subiicit Abbatiæ S. Stephani tunc seculari, Ecclesiam Thilicastrensem anno 1033. die 24. Iu- 1033. nij; recensetur præterea anno quinto Episcopatus, regnante Henrico anno 10. in diplomate Roberti Burgundiæ Ducis apud idem castrum Diuionem, in festiuitate S. Mauricij, & in tabulâ pro Flauiniacensibus in Burgundiâ monachis cùm Hugone Autissiodorensi 1037. Subscripsit & testamento Hugonis Archiepiscopi Bisonticensis: necnon cartæ pro Benignianis cùm Reginaldo Comite 1046. Concessit monasterio 104. Besuensi Ecclesiam S. Gengulfi, & Iarentoni Benigniano Abbati ius patronatus S. Ioannis de Lodonâ, Galtero Decano & Varone Abbate præsentibus : præterea effecit vt S. Marcello Cabilonensi restituerétur bona in pago Floriaci ad Oscaram fluuium constituta, olim à Guntranno Rege data, idque in cœtu publico procerum Burgundiæ apud Paluellum. D. Marcello dedit Ecclesiam S. Georgij eiusdem Floriaci, Aluisio Priore,

testibus Iosberto Besuæ Abbate, & A Bermundo Lingonensi Decano 9. Calend. Martij feriâ 6. Hugo autem post 18. sedis annum à Lingonensi-
1048. bus pulsus à sede anno 1048. propter simoniam, adiit iudicium Leonis Papæ in Concilio Remensi anno 1049. apud Baronium & Hildebertum in vitâ S. Hugonis, & in Chronico Autissiodorensi, & Benigniano, vbi depositus fuit, sed tandem absolutus Romæ, vnde rediens, Virduni in monasterio S. Vitoni monachum professus, Valerano fratre suo Abbate, ex hac vitâ in meliorem migrauit, quemadmodum do- B cent cartularium Stephaniense, & Richardus Vasseburgius l. 4. Antiquitatum Belgic. ac Vuibertus Archidiaconus in vitâ Leonis 9. lib. 2. cap. 4. vbi nimiùs affectus ieiuniis in bonâ perseuerantiâ præsentem vitam reliquisse narratur. Anniuersarium ipsius celebratur 7. Idus Februarias; Scripsit idem Hugo contra Berengarium, & carmine expressit acta S. Victoris; porrò latet error in nomine Hugonis Lingonensis pro Lugdunensis, apud Gregorium 7. lib. 6. ep. 7. scriptâ anno 1078. quo tempore Hugo Lingonensis è viuis excesserat. C

49. HARDVINVS, Hugone deposito per Leonem Papam suffectus ab Halinardo Archiepiscopo Lugdunensi ordinatur præsente Leo-
1050. ne circa an. 1050. nominatur anno tertio Episcopatus 1053. in cartâ Roberti Ducis Burgundiæ, quâ confirmatur Giliaci donatio; item in instrumento Benigniano de Dianeto 1057. cùm Alberone Benigniano Abbate & Guidone Comite; necnon in alio titulo, quo legat S. Stephano altare D. Genesij in Dailæ villâ 1059. hoc eodem anno interfuit sacro Phi- D lippi Regis cùm Arnulfo Pulrariensi & Alberone Diuionensi Abbatibus. Concessit Aebardo Cabilonensi Episcopo, vt dedicaret Ecclesiam de Siliciaco; benedixit ipse templum B. Stephani de Vangioneriuo in Decanatu Caluimontis, quod Guido dominus loci fundauerat. Cæterùm pro anniuersario dedit Præposituram ab Henrico Francorum Rege confirmatam, & sigillo
1056. suo munitam anno 1050. extinguitur 3. Cal. Octobris an. 1065.

50. RAINARDVS, qui & HVGO DE BAR, ex Comitibus Tornodori & Barri super Sequanam frater Milonis 3. binomen fuit, Rainaldo 1. Comite & Eruide parentibus genitus, de quo meminit membrana Regis Philippi pro Ecclesiâ S. Sabinæ Trecensis 1071. 7. Calend. Maij: Huius Episcopi diploma hnc transcribendum duximus. IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Omnibus hîc præsentialiter congregatis, necnon & his qui temporibus successuri sunt futuris, non ob inanem iactantiam mundi, sed ad laudem & gloriam nominis Christi, & ad incitandos animos fidelium ad effectum caritatis in augmentum Ecclesiæ, notum fieri decreuimus, qualiter ego RAINARDVS Dei gratiâ LINGONENSIS Episcopus, meorum fidelium consilio & assensu Reus Abbatis monasterij dicati in honore Apostolorum Petri & Pauli, vbi sacratissimum corpus venerandi Martyris Bercharij quiescit, precibus adquieuerim, multis námque & magnis supplicationibus frequenter nostram dilectionem expetiit, quatenus ad mensam fratrum in prædicto monasterio Deo quotidie famulantium, darem quoddam prædium meum, cui nomen Elputemunt. Igitur indignum iudicans tam piis & tam iustis efflagitationibus refragari, satisfaciens tanti viri desiderio, diuino instinctu Vualteri Breonensis Comitis hæredis mei, & vxoris suæ sororis meæ, & infantium eorum nurn, & adsensu, laude, & consultu, dedi prælibatæ Ecclesiæ fratribus omnem partem meam, scilicet medietatẽ prænotari allodij mei cum omnibus appenditiis, seruis, ancillis, siluis, pratis, aquis, aquarumque decursibus. Quia verò aliquoties mali hæredes, quod boni Antecessores cum fide, & deuotione dant Ecclesiis, Diabolicis calliditatibus perturbare soliti sunt, ita omnino prædictum Allodium liberum dedi, vt nec ego, nec aliquis hæredum meorum ibi aliquid retineret, nec aduocationem, nec vllam consuetudinem, quia aliquando occasione Diabolica mundanorum ardens cupiditas Ecclesiæ possessionem inuadere, & gregem Dominicum pro dono nostro inquietaret.

DE BAR. Porte vn lion.

„ Vt autem hæc donatio rata habea- A
„ tur, Bannum nostrum cum anathe-
„ mate super calumniatorem impo-
„ suimus, si aliquando quis calumniam
„ inferat, quòd minimè credimus,
„ Scriptúmque, quoniam mortalium
„ testimonia labilia sunt, inde fieri
„ iussimus, quod vt firmius haberetur,
„ manu nostrâ firmauimus, firman-
„ dúmque aliis tradidimus. S. Domini
„ Raynardi Episcopi, S. Eurardi De-
„ cani, S. Gibuini Archidiaconi, S.
„ Rogeri Archidiaconi, S. Girardi Ar-
„ chid. S. Vuarneri Archid. S. Erlerij
„ Archid. S. Almarici Archidiaconi,
„ S. Adalberonis Abbatis. S. VValteri B
„ Comitis Breonensis, S. Eustatiæ Co-
„ mitissæ, S. Engelberti filij eius, S.
„ Vvidonis Comitis, S. Gerardi mili-
„ tis, S. Vvidonis militis, S. Aldonis.
„ Acta sunt hæc Lingonis. Anno In-
1072. „ carnat. Dom. 1072. indict. 10. Re-
„ gnante Philippo Rege Francorum
„ anno 14. Pro instauratione Eccle-
siæ Pultariensis multa munera di-
largitur, ex veteri cartâ monasterij:
At deuotione motus, peregrinatio-
nem sanctam Hierosolymitanam sus-
cepit, & rediens è Constantinopoli C
S. Mammetis brachium quod in Ca-
pellâ Imperatoris asseruabatur, Lin-
gonas attulit, à cuius Sancti reliquiis
& aliis iam anteà huc translatis,
Ecclesiæ Cathedrali nomen indi-
tum fuit, cùm priùs in honorem
S. Ioannis Euangelistæ consecrata
esset. Ipsius Martyris Mammetis vi-
tam & acta passionis prosâ ac versi-
bus heroicis ex Græcis commenta-
riis Latinè scripsit Rainardus. Cæte-
rùm interfuit Concilio Santonensi
an. 1080. de quo ita loquitur Hugo
Flauiniacensis: *Anno 1077. Lingonen-
sem Ecclesiam Rainardus regebat, vir* D
*apprimè Rethoricis imbutus studiis, cla-
rus ingenio, sermone facundus, scientiâ
praditus, affabilis alloquio, & prudens
consilio.*

BVRGONE. Bandé ou cotoné d'or & d'azur de six pieces à la bordure de gueulle.

51. ROBERTVS DE BOVRGONGNE I. regiâ Burgundiæ Ducum stirpe satus, filius nempe Henrici & Sibyllæ à Burgundiâ, frater Henrici Comitis Portugalliæ, à quo seu stipite longè latéque Regum Lusitaniæ series propagata est, vt aduertêre Theodorus Godefridus, & Sammarthani fratres Gemini; ex Archidiacono Lingonensi successit Rainardo; Chronicon Besuense: *Robertus eligitur satis & ipse clarus in omnibus, ex Francorum Regum prosapiâ editus, frater autem Ducis Odonis cognomento Borel; fuit staturâ non nimiùm longus, nec tamen breui, sed mediè temperatâ, gemina scientia eloquentiâ florens, vt ergo dignum erat, communi voto tam Cleri quàm populi Robertus eligitur, & Pontificali decoratus infulâ Ecclesiæ Lingonensi Pontifex præficitur.* Complura S. Benigno contulit beneficia, quæ enumerat Chronicon Diuionense; *Sancti*, inquit, *Benigni amore succensus, præfatique Abbatis Iarentonis frequenti exhortatione commonitus, dedit nobis Ecclesiam de Noant cùm Capella, siue sacello eiusdem castri, Ecclesias de Claromonte, de Magnomonte, de Icio, de Casnedo, de Spantaco, de Vareso, de S. Lupo, de Germaniuillare, de Ruiaco, Anxeio, & de pago Adelens curtis.* Confirmat suo diplomate pactum ordinationis inter Molismensem Ecclesiam, & locum Alpensem, super Abbatis ordinatione, coram Vidone Episcopo Gebennensi, Humberto Comite, anno 1098. indict. 4. ex cartulario Abbatiæ de Moris. Concessit Iarentoni Abbati Benigniano vt quietiùs possideret Ecclesias infra Diuionem positas S. Philiberti & S. Ioannis: dedit & Ecclesiæ S. Stephani multa bona in pago Diuionensi & Oscarensi; hoc eodem Præsule dedicata est Ecclesia Benigniana à Paschali 2. 1106. idem Robertus Magistrum 1106.
suum carissimum Brunonem Cartusianorum auctorem appellat, rogans omnes suæ diœceseos Domino seruientes, vt orent pro eius animâ, & eleemosynas pauperibus elargiantur, memoriámque obitus illius scriptam in Ecclesiis obseruari faciant, vbi etiam Lambertus Abbas Pultariensis se Magistri eximij Brunonis discipulum profitetur. Robertus autem recensetur 1102. 8. Idus Iulij cùm Leodegario Archiepiscopo Bituricensi, & Roberto Molismensi Abbate in pancartâ B. Mariæ de Salis Bituricensis. Eidem Paschalis 2. Pontifex confirmauit omnia bona ad Ecclesiam Lingonensem spectantia, diplomate in archiuis conseruato: interfuit an. 1104. Concilio Trecensi, quo anno memoratur cùm Hugone Archiepiscopo Lugdunensi.

Cæterùm Robertus monachus tandem effectus est in Abbatiâ Molismensi suæ diœceseos; eius obitus assignatur 14. Calend. Nouembris, sepulchrum autem spectatur in Capitulo. Hûc verò facit sequens membrana tabularij Molismensis, cuius hæc summa est: *Successorum nostrorum notitiæ huius cartulæ testimonio curauimus insinuare, quod domna Beatrix uxor domni Vuidonis de Vangionisriuo quando Molismum venit, ad exequias fratris sui videlicet domni Roberti Lingonensis Episcopi, qui apud Castellionem ægrotus, postquàm à domno Vuidone Molismensi Abbate S. Benedicti habitum accepit, ibidem defunctus, ac Molismum delatus ac sepultus fuit; tunc scilicet expleto sepulturæ officio, domno Abbate Vuidone, Fratribúsque sedentibus in Capitulo, prædicta Beatrix cùm suis adfuit, & ibidem Molismensi Ecclesiæ pro salute animæ suæ, & pro animâ fratris sui, & pro animabus antecessorum suorum duas Ecclesias multùm deuotè donauit, scilicet Ecclesiam S. Marcelli de Monte Lasconis, & Ecclesiam S. Desiderij de monte Leulfi, quas de patrimonio suo liberè habebat, laudante Hugone Burgundiæ pacifico, eiusdémque Beatricis nepote. Domnus Iosserannus Lingonensis Ecclesiæ Electus, & domnus Vuilencus Decanus, & Asrardus Archidiaconus, in cuius Archidiaconatu prædictæ Ecclesiæ sunt, laudauerunt hoc donum.* Vide Sammarthanos nostros in Historiâ Genealogicâ Regiæ Domus.

52. IOCERANNVS, Ecclesiæ Matisconensis Canonicus, in locum Roberti assumptus; sub quo fit donatio Ecclesiarum de Fontanis, de
1120. Gemellis, & de Ormanceyo anno 1120. in cartulario rubeo; interfuit Concilio Trenorchiano circiter 1117. sub Gauceranno Archiepiscopo Lugdunensi, & dedicationi Ecclesiæ Firmitatis cùm Valtero Cabilonensi Præsule; porrò apponenda sunt hîc verba cartularij S. Stephani Diuionensis quæ sic habent: Anno ab Incarnatione Domini 1113. indict. 6. inspiratione diuinâ quatuor Canonici, ex Ecclesiâ Diuionensi Cutiniacum secesserunt, vt ibi remoti, Regularem vitam profiterentur, quorum nomina Humbertus, Arnulphus, Ferrandus, hos sequutus est dominus Durandus Præcentor, sed ibi defunctus est cùm alio Canonico Castellionensi Hugonis nomine. Anno autem 1116. indict. 9. in die Ca- 1116.
thedræ S. Petri, domino Ioceranno Episcopo Lingonensi cùm Dei adiutorio elaborante, duodecim iam numero existentes, Diuionem cùm magno gaudio redierunt. Interim verò à Prioribus domino Arnulpho, & post à Galone Ecclesia ita gubernata est vsque ad annum 1125. tunc quippe dominus Herbertus positus est Abbas, præsentibus & laudantibus Vmbaldo Lugdunensi Archiepiscopo, Stephano Eduensi Episcopo, Gauceranno Lingonensi Episcopo, Girardo Abbate Bezuensi, & Archidiaconis Lingonensibus, Guilenco, Ayrardo, Garnerio, Pagano, & aliis personis quampluribus. At in libro obituum Ecclesiæ Matisconensis legitur defunctus 13. Cal. Maij, (an. 1126. ex schedis) sepulchrum eius spectatur in choro S. Stephani Diuionensis his verbis inscriptum: *Hîc iacet Reuerendus in Christo Pater dominus* IOCERANDVS, LINGONENSIS *Episcopus, qui zelo religionis anno Domini* MCXVI. *Canonicos huius Ecclesiæ Regulares effectos, & apud Cutigneum translatos, ad hanc Ecclesiam reduxit, statuens eam esse in perpetuum regularem, eidémque donauit Eccl. Diuionenses de S. Martino, cùm Capellâ de Fontanis, ac Ecclesias de Gemellis, & de Ormanseyaco, & alia bona multa, & hæc omnia per Calixtum Papam obtinuit. Anima eius requiescat in pace.*

53. GVILLENCVS primò Archidiaconus, tum Decanus, postremò Episcopus successit 5. Cal. Oct. ad festum S. Mamminetis, Episcopatum abdicante Ioceranno; Sedis enim suæ primordia designat anno 2.1127. 1127.
in schedâ donationis Ecclesiæ de Ciresio, & totius Barri super Sequanam parochiatus. Eodem anno, mense Ianuario interest Concilio Trecensi; & sacro Philippi, filij Ludouici Crassi Remis peracto 1129. Eidem Villenco scribit S. Bernardus epist. 50. & ipse Guillencus in cartulario Stephaniensi Rainardo Lugdunensi Archiepiscopo; præterea fundauit Abbatiam Albæripæ Ordinis Cisterc. Iam verò in catalogo

Stephanienſi, & Bibliothecâ Thuanâ ſubiungitur Vuillenco Nonis Auguſti demortuo Vuillelmus de Sabrano, qui ab aliis omittitur, fortè quò I electus tantùm non conſecratus fuerit: eúmque putamus, quem Innocentius 2. ex Veſalienſi Abbatiâ ad hanc ſedem aſſumpſit; quò referendam credimus epiſtolam 29. l. 3. Petri Venerabilis ad S. Bernardum, quâ defendit monachum Cluniacenſem creatum in Epiſcopum Lingonenſem, quem è contra oppugnat ipſe Bernardus ep. 164.

54. Godefridvs Prior tertius Claræuallis & Abbas primus Fontaneti, fuit cognatus D. Bernardi, vnus ex triginta ipſius ſociis Ciſtercium ſimul ingreſſis, & de primis eius filiis ſpiritualibus, qui Claramuallem in ſanguine ſuo fundarunt, ex eius epitaphio; electus Lingonenſis Antiſtes (tunc fortè Diuo Bernardo recuſante, & in tollendis Eccleſiæ Romanæ ſchiſmatibus in-
1138. tento) 1138. apud Baronium & Miræum; cui adhuc Priori eodem anno in Octauis Pentecoſtes ſcribit S. Bernardus epiſt. 320. vbi Ioannes Picardus notat eum eſſe auctorem trium librorum poſtremorum vitæ S. Bernardi. Quod ſi ita eſt, illi fuêre ſcripti à Gaufrido iam Epiſcopo. Conſecrauit autem cùm Galtero Cabilonenſi Eccleſiam S. Stephani Diuionenſis 5. Calend. Maij iod. 4. 1141. Erberto Abbate; cui Godefridus dedit Eccleſiam de Tardo. Anno 1142. cùm Bernardo Claræuallis Abbate Iuliaci ad preces Andreæ de Baldimento excipit ſanctimoniales eius filias: ac confirmat donationem factam Eccleſiæ Moliſmenſi, laudante Guidone Comite Barri 1145. Sequutus eſt Ludouicum Iuniorem in expeditione Ieroſolymitanâ die 14. Iunij 1147. cùm Roberto Comite Tornodorenſi; confirmat ſocietatem inter Eccleſiam S. Stephani Diuionenſis & Sanctorum Ge-
1147. minorum 1147. & egit coram Rege Ludouico 7. contra Odonem Burgundiæ Ducem de quibuſdam iuribus. Eiuſdem Præſulis vice, Galterus Cabiloonenſis in vrbe ſuâ Concilium celebrauit circiter an. 1149. cùm ageret tum in partibus Tranſmarinis; reuerſus autem in Capitulo de Electorum communi conſilio nominauit Abbatem Clareualleoſem Robertum Brugenſem anno 1153. quo anno recenſetur cùm Odone Burgundiæ Duce; conſecrauit altare S. Laurentij in Eccleſiâ Stephanienſi Diuione 1157. Poſtquam ergo in 1157.
Cruciatâ functus eſſet Legatione Apoſtolicâ, rediens Pontificem Alexandrum 3. inuiſit, à quo impetratâ abdicandi Epiſcopatus ſui facultate 1163. iterùm ad ſuam Claræuallem regreſſus, capellam excitauit in loco vbi S. Bernardus è viuis abierat; tumulatur ibidem in ſacello Omnium Sanctorum; agitúrque eius anniuerſarium Idibus Nouembris; de quo Supplementum Sigeberti, & auctor vitæ D. Bernardi l. 1. c. 9. l. 2. cap. 5. & 8. & l. 4. c. 3. & 4. Aimoinus l. 5. c. 1. Henriques in Faſciculo Sanctorum Ciſterc. & alij.

55. Galtervs de Bovrgonone Henrici Epiſcopi Auguſtodunenſis germanus, qui parentes habuêre Hugonem 2. Ducem, & Mathildem de Turenâ, ac propatruum Robertum in ſede Lingonenſi anteceſſorem; ex Archidiacono ſuffectus Bovrgongne.
eſt anno 1163. Godefrido Epiſcopatum dimittente, ſicuti Chronicon Benignianum indicat. 1163.
Primùm autem ex Decano S. Stephani Biſonticenſis electus reperitur Archiepiſcopus huius Sedis, extincto Humberto an. 1161. quo nomine Bellæuallenſis monaſterij quandam controuerſiam compoſuit anno 1162 in cuius documento ſe inſcribit Biſonticenſem Electum; paulò poſt verò ne ſchiſmatico Imperatori faueret, maluit Archiepiſcopatui nuntium mittere, & Sedis Lingonenſis regimen aſſumere. Nominatur in veteribus monimentis 1164. videlicet in 1164.
cartâ pro Abbatiâ Caritatis diœceſis Biſontinæ; eidem Galthero Alexander 3. confirmat omnes donationes factas Eccleſiæ Lingonenſi, & reſcribit c. 6. Conquerente, de Clericis non reſidentibus, & cap. 1. de Renunciatione in ſecundâ collectione: idémque confirmat conceſſiones priùs factas Canonicis Caſtellionenſibus diplomate ſuo 1169. cui appenſum eſt ſigillum Lingonenſis Capituli, brachium nempe S. Mammetis, & in altero inſtrumento, quo Dux

Odo dat Cistercio in personâ Alexandri Abbatis domum Diuione, quæ nunc paruum Cistercium dicitur 1171. subscribit fundationi Canonicorum S. Macuti in castro Barri
1170. super Albam 1170. factæ ab Henrico Trecensi Comite Palatino, litteris Prouini datis per manum Guillelmi Cancellarij, Ludouico regnante; nominatur cùm Guidone Niuernensi Comite 1171. & alibi cùm Petro Cabilonensi, Philippo Benigniano, Vuillelmo Firmitatis, Herueo Vngiaci Abbatibus. Præterea recensetur 1173. in schedâ Cisterciensi, donationis factæ apud Bellomontem Guidonis de Vergeyo visitationis in terrâ suâ Abbatiæ Theoloci. Ad illius petitionem Ludouicus 7. Rex, filio Philippo approbante, statuit ciuitatem Lingonensem, totúmque dominium Episcopi circa limites Regni situm, nunquam à Coronâ Francicâ posse abalienari, cùm ipsi Galtero & successoribus Episcopis, Hugo 3 Dux Burgundiæ Comitatum Lingonensem dedisset
1179. anno 1179. sed præstat donationis exemplar repræsentare: NOTVM *sit omnibus, quòd ego Dux Burgundiæ, Comitatum Lingonensem quem à Guidone de Saulx per commutationem accepi, Ecclesiæ Lingonensis Episcopo patruo meo Gualtero, & eius in Episcopatu successoribus in eleemosynam dedi, & habendum in perpetuum concessi, & eum in manu eiusdem Gualteri guerpiui, laudantibus filiis meis Odone, & Alexandro, Henrico etiam Comite Barri consanguineo meo, qui præfatum Comitatum à me acceperat in feudum, & fratribus eius Theobaldo, Raynaldo & Hugone hanc donationem confirmantibus, approbantibus, & si quod ius in Comitatu illo, à suis prædecessoribus habebant, præfata Ecclesia in eleemosynam concedentibus, necnon etiam laudantibus hanc eamdẽ donationem Guidone de Saux, & filiis eius Otone & Henrico; Testes sunt Clerici Manasserus Lingonensis Decanus, Petrus Barrensis Decanus, Ebrardus Præpositus SS. Geminorum; Milites Gerardus de Reon, Biardus Moners, Simon eius frater, Petrus de Barro, seruus Henrici Trecensis Comitis, Bonus Præpositus Castellionensis, Petrus maior Castellionensis. Actum est hoc anno* MCLXXIX. Sequitur etiam diploma Ludouici VII. cuius paulò

A supra mentio facta est. IN NOMINE « Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. « Ludouicus Dei gratiâ Francorum « Rex. Prouidentes quieti & tranquillitati subiectorum nostrorum fidelium, attendentes etiam feruorem « fidei ac deuotionis, quam nobis ac « prædecessoribus nostris Regibus « Franciæ Lingonenses circa limitem « Regni nostri constituti, tam Clerus « quàm populus irreprehensibiliter à « multis retrò temporibus exhibuerunt, præsentis paginæ priuilegiis « duximus confirmandum, quòd ad « statum & incolumitatem Coronæ « B nostræ credimus profuturum. Ad « petitionem ergo dilecti & fidelis nostri Gauterij Episcopi Lingonensis, « assensu & voluntate carissimi filij « nostri Philippi statuimus, quòd nec « nobis, nec alicui successorum nostrorum Regum Franciæ, liceat ciuitatem Lingonensem, vel aliquid « eorum quæ tenet Episcopus Lingonensis de nobis, de manu nostrâ & « dominio in posterum dimittere « neque in alicuius alterius personæ dominationem modo aliquo « C vel occasione transferre. Quod vt « perpetuæ stabilitatis robur obtineat, « præsentem cartam sigilli nostri « authoritate, ac Regij nominis charactere subtus annotato iussimus roborari. Actum Senonis anno ab Incarnatione Domini 1179. astantibus « in Palatio nostro quorum nomina « supposita sunt & signa. S. Comitis « Theobaldi Dapiferi nostri, S. Guidonis Buticularij, S. Reginaudi Camerarij, S. Radulphi Constabularij « Data vacante Cancellariâ. Eidem quoque Galthero scribit Alexander 3. Papa de controuersiæ compositione cùm Stephaniensibus, pro D constructione Capellæ Ducalis: dedit Almerico Abbati iura Ecclesiarum de Cusseyo & Granceyo 1171. de Mirabello, & Cheuigneyo: isque est intelligendus apud Aimoni Continuatorem l. 5. c. 55. cùm ait Episcopum Lingonensem missum fuisse à Ludouico ad Comitem Niuernensem, pro sedandâ communiâ Vesaliensi, commotâ aduersùs Pontium Abbatem & monachos: porrò tempus mortis Galteri declarat epitaphium apud Cartusianos Luniacenses ab eo fundatos, vbi & tumulatus fuit:

Præsul

Præsul Lingonicus ; sapiens, ac mente pudicus,
Nomine GALTERVS, *patiens, humilis, quoque verus,*
Zelator cultus Christi, manet hicque sepultus ;
Hic nos fundauit, pariter templum dedicauit,
Fastum calcauit, mundum stercus reputauit,
Noster & inde fuit factus, terrestria spreuit,
Ac habitum tenuit, in quo cùm pace quieuit,
Anno milleno, centeno, septuageno,
Octauo pleno, migrauit corde sereno,

At in breui Chronico S. Benigni di-
1179. citur obiisse an. 1179 die 10. Iulij, & anniuersarium notatur 7. Idus Ianuarias in Calendario Stephaniensi. Consule Historiam Genealogicam Regiæ Domus Sammarthanorum l. 38. Nec verò extra rem putamus hîc apponere documentum fundationis Sanctæ Capellæ Diuionensis, intra diœcesim Lingonensem constitutæ, ex originali ita excerptum: IN NOMINE *Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Ego Hugo Dux Burgundiæ notum volo esse præsentibus & futuris, quoniam Ierosolymam proficiscens, præ nimiâ maris turbatione, & imminentis periculi acerbitate, tàm ego, quàm omnes qui in nauigio erant grauiter perterriti fuimus. Eapropter votum faciens Deo promisi me constructurum in meâ curte apud Diuionem, Ecclesiam in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & B. Ioannis Euangelistæ, vnde factum est, vt in reditu meo Romam veniens, quod voueram per manum bonæ memoriæ Alexandri Summi Pontificis Deo obtuli, & auctoritate Apostolicâ, quemadmodum in autentico scripto, quod ab eo impetraui, continetur, confirmari feci. Cùm autem rediissem gratiâ Dei, conuocatis amicis meis, & multis honestis viris, decem Clericos pro remedio animæ meæ, & prædecessorum, successorúmque meorum salute Deo in perpetuum seruituros apud Diuionem institui, quibus, laudante Aalide vxore meâ, & Odone primogenito meo, in eâdem villâ in proprios vsus redditus assignaui, videlicet quidquid habebam de ventis, & astalagium, quod mihi debebant panifici, & calceamentorum constructores, & placitum generale. Concessi etiam eisdem Clericis, vt eamdem habeant apud Diuionem libertatem, quam habent Ecclesiæ principales, scilicet duæ, quæ in eâ sunt, & milites. Quoniam autem Ecclesia ista specialiter mea est, & præcipuum tribulationis meæ refugium, & oblatio votiua Deo liberatori meo, concessi ei plusquam cæteris, vt videlicet Clerici, & deseruientes liberum habeant atractum in villâ Diuionensi, eodem modo, quo ego habeo, id est, libertatem retinendi homines eamdem, quam ego habeo in villâ Diuionensi. Dedi etiam eisdem Clericis tres de hominibus meis ad sufficiendum Ecclesiæ suæ thus, oleum, & ceram, quia nullos adhuc habebant homines, qui videlicet tres homines, & seruientes Clericorum, qui de domo, & mensâ eorum erunt, alij quoque eorum homines, quos Deo largiente, prædicto, vel alio iusto modo poterunt acquirere, ab omni exactione, & talliâ, seu quâcumque consuetudine omnino liberi erunt, plenarium vsum fori habentes, sicut homines Ducis, quorum videlicet hominum, vel seruientium Clericorum si quisquam in causam trahatur, non respondebit nisi per dominos suos, qui si culpabilis inueniatur, lex eius in manu dominorum suorum erit. Quidquid verò iidem Clerici de meo casamento poterunt acquirere, liberum habebunt. Vt verò iidem Capellani mei de mensâ meâ, & domo esse manifestius cognoscantur, in festis annalibus, id est in Natiuitate Domini, in Paschâ, in Pentecoste, in Omnium sanctorum, si Dux, vel Ducissa, Diuione fuerint, accipient de expensâ curiæ, tanquam commensales Ducis in perpetuùm duos solidos pro pane, quatuor sextarios vini, quatuor solidos pro coquinâ, vel æquiualens, oblationes omnes, & beneficia Capellæ Ducis & Ducissæ, vbicumque sint apud Diuionem, ex integro ipsorum erunt, nec Capellanus Ducis, vel Ducissæ in eis quicquam habebit, nisi iure Canonicatus, & non iure Capellaniæ ; siquidem nec Dux, nec Ducissa Capellanum habebit, nisi Decanum Capellæ, vel aliquem de Canonicis ipsius, qui videlicet Decanus, vice Domini Papæ curam animæ Ducis, & animæ Ducissæ debet habere, sicut in præsenti habet curam animæ meæ Nicolaus Capellanus meus, & Decanus Capellæ, quam curam ipse à Domino Papâ Alexandro sumpsit. Quoniam igitur Ecclesiam istam ad honorem Dei, & tutamen animarum Ducum Burgundiæ, & ad illustrationem domus illorum non dubito pertinere :*

Ipsam tanquam Ducatus caput, & tarrim. salutis Ducum cupio erigere, potestatem Ducum tantùm exinde sperans ampliari, quantùm ad honorem suum retributor omnium bonorum, eam ab ipsis Ducibus viderit longiùs exaltari; unde statuo, & posteritati meæ in salutem suam mando, vt quàm citò quis dominium Ducatus susceperit, statim tanquam felix operum suorum initium adeat Ecclesiam suam, consortium spirituale Canonicorum suorum recipiat, fidelitatem ei, & statuta præsentis scripturæ se seruaturum iuret, singulos Canonicos in signum fraternitatis in osculo sancto recipiat, tàm illos, quàm res illorum in speciale tutamen amplectens. Hoc ipsum Ducissa quoque in initio promotionis suæ cùm venerit Diuionem, faciat, vt à sancto, & pio opere incipientes cætera agenda auctore Domino deinceps prosperè succedant, Ecclesiamque istam tanquam cubile, & reclinatorium animæ suæ custodiant, vt sicut cætera corpori, ita hæc animis profutura conseruentur. Vt autem hoc in posterum ratum habeatur, præsentē paginam sigilli mei, & sigilli Odonis primogeniti mei impressione feci muniri. Testes sunt Odo filius meus primogenitus, cuius laude hoc totum factum est, Maria venerabilis quondam Ducissa Burgundiæ mater mea, Aymo de Diuione, Vvilermus de Orgeolo milites, item Bartholomæus Cambellanus meus, Raynaldus de Eduâ Burgensis, de Presbyteris Magister Nicolaus Capellanus meus, & Capellæ Decanus, Vibertus, Magister Hugo, Magister Guido Maluspanis, Magister Richardus Diaconus. Actum est hoc anno Dominica Incarnationis MCLXXII. Porrò in hanc Ecclesiam Sancta Hostia perpetuo illustris miraculo allata fuit anno Incarnationis 1433. quo habitum fuit Capitulum tertium nobilissimi Equestris Ordinis Aurei Velleris in eadem Ecclesiâ, in cuius rei notitiam & illustrationem præter ea quæ habet Guillelmus Paradinus l. 3. c. 24. Historiæ Sabaudiæ, & in Commentario de antiquo statu Burgundiæ, sequens diploma Pontificium hîc apponitur, DILECTE *fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Singularis deuotionis zelus, quem ad fidem Catholicam & sacramentum Passionis Domini nostri Iesu Christi gerere te videmus, meritò nos inducit, vt ea tibi concedamus, quæ deuotionem tuam, & aliorum Christi fidelium augere valeant. Tuis igitur in hac parte deuotis supplicationibus annuentes, tibi Hostiam quandam sub imagine Saluatoris in throno sedentis, mirabile Sacramentum Dominici corporis, multis in locis à vesani cuiusdam feritate gladij ictibus perforatam, & ex eo sanguine respersam in locis præfatis, quæ in Sacrario nostro erat recondita, tuæ piæ deuotioni concedimus, & donamus, volentes, & mandantes tibi, vt eam in aliquâ Ecclesiarum, quas possides, aut in alio loco celebri cùm eo honore & reuerentiâ recondas futuris temporibus venerandam, prout tanti sacramenti maiestas, & magnitudo requirit. Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaso sub annulo nostro
secreto, die 27. mensis Septembris, Pon-* 1433.
tificatus nostri anno tertio. Sed præstat hoc loco exscribere catalogum Decanorum huiúsce Capellæ Regiæ Diuionensis, in quo conficiendo multùm iuuit diligentia Hugonis Iareneti Canonici. Eorum primus sit.

DECANI CAPELLAE REGIAE DIVIONENSIS.

1. *Nicolaus* nominatur in funda-
tione huius Ecclesiæ 1172. & in pri- 1172.
mâ compositione cùm Stephaniensi; præfuit annis 15. obiit die S. Marci 25. Aprilis.

2. *Hugo de Cippo* annis 13. sub-
scripsit instrumento Hugonis Ducis
1186. hebdomadâ post Resurrectio- 1186.
nem, & cùm eo Ansericus dominus de Monteregali; viuebat an. 1195. extinctus 5. Cal. Aprilis.

3. *Robertus d'Anteneys* an. 30. re-
peritur in instrumento Odonis Du-
cis 1214. mense Septembri, & 1233. 1214.
3. Cal. Aprilis, & apud Innocentium 3. c. 1. de eo qui mittitur in possessionem causâ rei seruandæ. Hunc quoque Robertum existimamus esse eum, cui Decano Capellæ Ducis Diuionensis, & Abbati, & Priori Cisterciensi scribit idem Innocentius.

4. *Robertus de Ienseigney*, vel
Iencigné 1220. obiit 4. Id. Septemb. 1220.

5. *Galterus de Bellonouâ*.

6. *Ioannes Qui-ne-rit*, 1237. mense
Decembri, & 1244. mense Iulio, 1244.
nominatur cùm Henrico de Vergeyo domino Mirabelli, Seneschallo

Burgundiæ, & 1246. pro Benignianis A
cùm Garnerio Decano Christianitatis.

7. *Mercator* 1248. mense Ianuario reperitur cùm A. Comitissâ de Auxonâ viduâ Stephani Comitis in Burgundiâ, & cùm Amedeo Abbate S.
1255. Stephani 1255. mense Septembri. Obiit 6. Cal. Martias 1262.

1272. 8. *Petrus de Bar* 1263. & 1272. mense Maio in litteris de societate cùm Benignianis & Stephaniensibus initâ; decessit 14. Calend. Decemb. sepultus in claustro Stephaniensi B
cùm inscriptione.

9. *Artaudus* 1277. testamentum
1289. condidit ante festum S. Nicolai hyemalis 1289.

10. *Lambertus Auserreis* iacet ante altare S. Fidis mortuus die Martis
1300. post festum S. Vincentij 1300. cùm Girardo de Granceio fundauit vnam Capellaniam in hac Ecclesiâ.

11. *Ode de Beze*.

12. *Petrus Gromet* de Salone vico C
distante circiter duabus leucis Diuione; nominatur cùm Hugone Stephaniensi Abbate 1311. scripsit te-
1313. stamentum 1313 4. Idus Nouembris.

13. *Henricus de Arcu* super Tilam, gentilis Hugonis Abbatis Benigniani legitur anno 1325. cùm Ponicardo Abbate Stephaniensi; desiit esse in
1337. viuis 6. Idus Ianuarij 1337. & quiescit ante maius candelabrum Chori.

14. *Aymo de Demnâ Petrâ*, sepultus ad ingressum Chori, eiusque anniuersarium notatur 10. Nouemb. D
huius mentio extat in cartulario ru-
1345. beo Stephaniensi 1345. 20. Februarij, & 1309. sed hoc posteriore loco adhuc Canonicus.

1370. 15. *Hugo Peissenot* 1370. iacet in Choro sub aquilâ æreâ, eisque anniuersarium assignatur die 2. Rogationum.

16. *Guido Rabbi*, obiit 2. Septemb.
1379. 1379. conditus ante aquilam æneam in Choro; anniuersarium habet 13.

Martij: describi curauit in libro fundationes Capellaniarum 1366.

17. *Ioannes de Baubigneyo* ex Cantore electus 21. Septemb. 1379. confirmatur à Girardo Abbate Cistercensi: sponte cessit 1385. obiit 13. 1385.
Decembr. 1391. iacet apud Fontes baptismales.

18. *Ioannes Collierius* confirmatur ab eodem Girardo 7. Februarij 1385. ex Archidiacono Tornusiano diœcesis Cabilonensis, nominatur an- 1393.
no 1393.

19. *Galterus de Boux*, confirmatus 30. Iunij 1403. Custos clauium Cartarum domini Ducis: decessit post festum Omnium Sanctorum 1408. 1408.
anno 1408.

20. *Hugo Morelli de Auxonâ*, ex Thesaurario huius Ecclesiæ, & Decano Belnensi 1408. 11. Decembris.

21. *Ioannes de Marciiliis* receptus in Decanum 1421. iacet in naui cùm vxore Ioannâ, (quâ defunctâ, promotus fuerat ad Ordines, & beneficia) & Ioanne filio eiusdem Ecclesiæ Canonico Cantore, Librariæ in claustro constructore: anniuersarium notatur 12 Decemb. Hic De- 1429.
canus, & hic Cantor Custodes Cartarum Ducalium 1429.

22. *Robertus de Salione* Consiliarius Ducis, receptus in Canonicum 1411. in Decanum 1440. legitur in bullâ Eugenij 4. Florentiæ 3. Calend. Nouembr. 1442. mortuus die Iouis 15. 1442.
Ianuarij 1449. sepultus ante altare S. Aniani. Ex eadem gente Philibertus Episcopus Cabilonensis, & Gaspar dominus de Tauannes Marescallus Franciæ, qui habet sepulchrum magnificum in hac Capellâ à cornu Euangelij.

23. *Antonius de Rye* vir nobili Baronum stemmate oriundus in Sequanis; ex Decano Dolæ missus in possessionem 1449. in Comitiis Burgundiæ 1460. cuius anniuersarium cele- 1460.
bratur 29. Maij.

24. *Robertus de Baudricour* in Artibus Baccalaureus, sanctæ Sedis

Apoſtolicæ Protonotarius, fuit receptus 17. Auguſti 1495. ad Canonicatum quem obtinebat Antonius de Riâ defunctus, deinde in Decanatum 20. Decembris ſequentis, & nominatur 19. Martij 1495.
1495.

25. *Guillelmus de Macheco* Abbas Commendatarius Reomenſis, Canonicus Eduenſis ac Cabilonenſis, Decanus Lingonenſis & Capellæ Diuitum Diuionenſ. ac Conſiliarius in Parlamento, receptus fuit in Canonicum 1478. in Decanum 1500. 4. Iulij. Vergeij paulò poſt dedicationem Eccleſiæ fato fungitur 14. Septembris in feſto Exaltationis
1505. Sanctæ Crucis 1505. Lingonis, iacet in æde B. Mariæ parochiali Diuione.

26. *Odo de Macheco* Canonicus Cabilonenſis receptus in Canonicum Diuionenſem 1482. in Decanum 1505. 14. Octobris ex Theſau-
1510. rario, obiit Idibus Septembr. 1510. iacet ante altare Sanctæ Crucis quod curauit erigendum, eiúſque feſtum fundauit in Inuentione & Exaltatione, & anniuerſarium habet 2. Maij.

27. *Stephanus le Prince*, aliàs *Canderonier*, Medicinæ Doctor, ex Theſaurario præfuit ab an. 1510. 19. Decembr. poſt confirmationem factam à Renato de Breſche Abbate Buxeriæ, S. Benigni, & S. Stephani, delegato Iacobi de Ponteciſſo Generalis Ciſtercij, cui Renato ſucceſſor fuit Stephanus in ipſius Buxeriæ Cœnobiarchiâ. Qui & Canonicus fuit Eduenſis, vnde ſepeliri voluit in Capellâ S. Lazari in hac Eccleſiâ
1515. extructâ: animam exhalauit 23. Februarij 1515.

28. *Andreas de Leual* Vngiaci Ab-
1548. bas, receptus in Canonicum 1498. in Decanum 1515. 8. Martij: obiit 9. Cal. Iulij 1548.

29. *Nicolaus de Bris* electus 1548.

30. *Petrus Sayue* Abbas S. Margaretæ diœceſis Eduenſis, obiit 19.
1570. Decembris 1570. circa horam primam pomeridianam, iacet in Choro.

31. *Philippus Berbis*, Philippi Se- A natoris filius, Petri Libellorum Supplicum in aulâ Ducis Burgundiæ Magiſtri pronepos, Conſiliarius ſupremæ Curiæ, Canonicus Cabilonenſis, & Claudij Cardinalis de Giury Epiſcopi Lingonenſis Vicarius generalis; ex Theſaurario electus Decanus, confirmatur 6. Ianuarij 1571. Obiit an. 1586. die 22. Ianuarij: iacet in Choro hoc epitaphio: 1586.

D. M. S.

Vt ſe legas viator hoc ſaxum rogat,
Procul hinc pedes ſex, plus minus, ſe-
B *pultus eſt,*
Philippus ille Berbius, piiſſimus
Eccleſiæ huius Antiſtes, & integer
Burgundici Senatus ſupremi Pater
Conſcriptus, omnis ſceleris purus, familiæ
Claræ caput clarum ſuæ, cunctos bonos
Qui fouit hoſpitalitate liberâ.
Hoc addere ad laudem illius tantùm lubet,
Hæredibus pecuniæ liquit parùm,
Sed gloriæ multùm. Ex iis Bailletus
Philippus ex ſorore nepos mœſtiſſimus.
Me iuſſit, hoc vt dicerem, cælarier.
Vale viator, benè precare mortuo.
C *Obiit Æt. An.* LXX. *Chriſti* 1586. *menſe Ianuario.*

32. *Iacobus Berbiz*, ſepultus in Clauſtro hoc epitaphio: *Iacobo Berbiz Regij huius ſacelli Domino, probis omnibus probatiſſimo, in eámque dignitatem magni illius Philippi Berbiz fratris, deceſſoriſque ſui iudicio, proborúmque omnium conſentientibus votis ſuffecto, priſcâ fide, pietate, & in hoc corruptiſſimo ſæculo moribus integerrimis prædito, qui iam biennium graſſantis morbi lue percuſſus, intráque biduum præproperâ morte ſublatus, nullo tamen*
D *Chriſtiano ritu inſuper habito, optimè meritam animam repoſcenti Deo reddidit: agnati, cognatique heredes H. M. P. Vixit an. 66. obiit 8. Idus Octobris* 1586.
anno 1586.

33. *Girardus Sayue* obiit 18. Iunij 1608. ſepelitur ante maius altare. 1608.
Patruum habuit Girardum Sayue Cantorem huius Eccleſiæ, & Abbatem Buxeriæ,

34. *Ioannes Milieres* Canonicus Cabilonenſis, Prior Spiſſarum, ele-

ctus 27. Iunij 1608. possessionem ad- A eptus vltimâ die eiusdem mensis post confirmationem factam per Nicolaum Boucherat Abbatem Cistercij.

Ioannes Baillet Decanus sacræ Capellæ & Officialis Lingonensis, interfuit duobus Comitiis Cleri Galliæ constitutis Lutetiæ annis 1645. & 1655. Sed iam ad Antistitum seriem prosequendam reuertamur. Galtero de Burgundiâ successit.

DE BAR. 56. MANASSES DE BAR, filius Guidonis Comitis Barri super Sequanam & Petronillæ, eligitur è B
1179. Decano 1179. vti testatur breue Chronicon Benignianum anno 1180. donum Iosberti de Granceyo, & Ermengardis vxoris, collatum Ecclesiæ Diuionensi S. Stephani comprobauit, Stephano Eduensi Episcopo præsente in Capitulo, & Hugone Decano. At Manasses ipse largitur an. 1181. Ecclesias de Pontalleyo Stephaniensibus, ac de Autreyo in Burgundiæ Comitatu & 1182. Ecclesiam de Marcenayo. Eodem quoque anno probat fundationem Capellæ Diuitum à Dominico factam: nomi- C
1188. naturque 1188. in cartâ Prioratus Vallisçaulium, qui circa hæc tempora fundabatur in hac diœcesi, non longè à Castellione super Sequanam, auctore Viardo viro religiosissimo: hoc etiam sedente 1187. concessum fuit Diuionensibus ius ciuitatis ab Hugone 3. Burgundiæ Duce, quod Rex confirmauit Philippus Augustus Tornodori eodem anno, & 1188. sepeliuit Claraualle Henricum Cardinalem olim Abbatem eius loci. Interfuit verò an. 1189. expeditioni Ierusalem & obsidioni Acconis, cùm Hugone Burgundiæ Duce, auctore Rogero Houedeno: Obiit D
1192. anno 1192. & sepultus Claraualle ante altare S. Michaëlis: anniuersarium habet pridie Nonas Aprilis in Calendario Stephaniensi.

ROCHEFORT. 57. GARNERIVS DE ROCHEFORT Simonis de Rupeforti frater, Abbas nonus Clarauallis, successit Manassæ; verba sunt Alberici in chronico: *Lingonensis Episcopus Manasses à partibus transmarinis cùm Rege reuersus eodem anno moritur, & ei Garnerus Abbas substituitur.* Is & Raynardus Lugdunensis Archiepiscopus ac G. Eduensis Præsul subscripserunt quibusdam priuilegiis ab Odone Duce Diuioni vrbi concessis 1194. an- 1194.
no sequente iidem confirmarunt institutionem Capellæ Diuitum Diuione: dictámque Capellam Garnerius benedixit hoc anno 26. Nouembris: eodem tempore multa largitur Prioratui Vallisçaulium, sicut fidem facit carta illius cœnobij, in quâ vocatur Episcopus & Dux, cui loco multa contulit Odo cùm vxore Aleyde Vergeyâ. Ratam quoque habet institutionem Canonicorum sæcularium B. Mariæ Salionis, factam à nobili viro Guidone domino castri eiusdem nominis 1197. Nominatur & in documento Benigniano 1198, itaque eum putamus esse qui delatus fuit à Canonicis ad Papam, pro dilapidatione bonorum Ecclesiæ, quâ de re scribit Innocentius 3. anno 1198. lib. 1. epist. incipiente, 1198.
Licet iuxta, & epist. Sine dolore, & "
epist. cùm olim, vbi rei huius inqui- "
sitio committitur Episcopo Parisien- "
si, & Magistro Petro de Corbolio "
eiusdem Ecclesiæ Canonico, postea "
Senonensi Archiepiscopo. Porrò hic noster Præsul iacet Claraualle in Capellâ S. Saluatoris retrò maius altare, in sacello vbi olim conditus fuit Eskilus cùm hoc breui titulo. *Hic iacet Dominus Garnerius primò Albæripæ, deinde huius monasterij nonus Abbas, posteà Lingonensis Episcopus.*

58. HILDVINVS DE VANDEVVRE filius Laurentij domini de Vendoperâ in Campaniâ, nomina- VANDEVVRE.
tur in tabulis anni 1200. eiúsque fit 1200.
anniuersarium 3. Augusti in Ecclesiâ Cathedrali, cui legauit libras 25. cùm tamen in cartulario S. Victoris Lutetiæ recenseatur ipsius obitus 15. Calend. Septembr. Eodem sedente 1204. in suburbiis Diuionensibus ad Oscaram fundatur hospitale S. Spiritus ab Odone Burgundiæ Duce, qui Ordo institutus Romæ an. 1201. apud Onuphrium, Miræum, & alios. Prætereà dicti Hilduini tempore Philippus Augustus Ecclesiæ Lingonensis Regalia remisit.

59. ROBERTVS DE CHASTILLON II. S. Bernardi fortè gentilis, DE CHASTILLON.
nominatur in instrumento an. 1205.

mense Februario, vbi promittit suo A in vrbem ingressu iureiurando ciuium priuilegia se rata habiturum.
1206. Et 1206. in altero instrumento Guido de Thiliçastro vocatur eius nepos; fuit in expeditione contra Albigenses, apud Petrum de Vallibus cap. 49. Cessit libras decem Diuionenses Lamberto Castellionis domino super illius oppidi Maioritatem institutam ab Odone paulò anteà, scilicet án. 1200. Circa quæ tempora 1209. in historiâ translationis S. Mammetis, quæ extat in Bibliothecâ Floriacensi, allatum fuit Lingonas caput eius martyris à Valône de Dampetrâ, Constantinopoli B captâ à Balduino Flandriæ Comite feriâ 2. post Dominicam Passionis, pridie Idus Aprilis 1204. Quod sacrum pignus Garnerij Episcopi Trecensis precibus obtinuerat, à Petro Capuano Cardinale illic Sedis Apostolicæ Legato. Huic verò Præsuli rescriptum credimus celebre illud
» Capitulum, cùm Capellâ Ducis Bur-
» gundiæ, de Priuilegiis, ab Innocentio
» 3. quod in 3. Collectione incipit, cùm
» Capella Ducis Boëmiæ, vbi malè Boëmiæ, pro Burgundiæ legitur. Neque enim Boëmia tunc retinebat nomen Ducatus, cùm iam ab an. 1086. titulo Regni fulgeret. Postremò hunc C Robertum qui defunctus est an. 1208. existimant iacere Cistercij, ex epitaphio quod in muro Ecclesiæ ad cornu Euangelij ibidem legitur:

Hic duo Roberti Lingonensis, Cabilonensis,
Pontifices pausant, simul & Petrus Podiensis,
Hic est Donatus Casellensis sociatus,
Præsul honoratus, nostrique Comes Monachatus.

In cuius etiam Ecclesiæ Necrologio 13. Calend. Aprilis, notatur depositio Roberti Episcopi Lingonensis.

Ex Archidiacono Remensi Roberto sufficitur: Chronicon Alberici: *Episcopus Robertus Lingonensis qui post Hildunum præfuit, moritur, eique succedit Guillelmus de Ioneuillâ.* Nominatur in instrumento Thilicastri 1214. & in 1214. Benigniano 1216. interfuit & Melodu ni Parlamento Parium pro iudicio de Comitatu Campaniæ, inter Blancam Comitissam & Erardum de Brenâ ac Philippam eius vxorem, Philippo Augusto Rege, mense Iulio eiusdem anni 1216. Confirmauit Regulam, seu normam viuendi fratrum Vallis-Scholarium 1215. mense Septembri, quorum ædificauit Monasterium iuxta oppidum Caluummontem in Bassigneyo sub Regulâ Augustinianâ, quod ex Prioratu erigitur posteà in Abbatiam 1539. fundatur Bonævallis Prioratus eiusdem Ordinis sub arce Talentinâ, non longè à Diuione, dotatore Garnerio de Fontanis 1215. vbi iacet Kalo de Saux dominus de Fontanis 1270. huius fit mentio etiam in cartulario Rigniaci 1218. vbi Bartholomæus de Polizeo dat Rigniacensibus Monachis decimam terræ suæ de Villari in Bosco, iter Ierusalem aggrediens, necnon in alterâ cartâ, quâ per conuentionis ius inter Blancam Comitissam Campaniæ, & Simonem de Ioinuillâ Antistitis fratrem, Simon tenetur ei tradere castrum suum de Ioinuillâ mense Iunio 1218. Vide 1218. reliqua in Archiepiscopis Remensibus, vbi translatus est.

Ioinville. Comme cy deuant.

60. Guillelmvs de Ioinville, 1. Gofridi domini Ioinuillæ natus filius, quod est diœcesis Catalaunēsis Guisianorum Procerū oppidū, nunc Principatus nomine insignitum, ad Matronam fluuium, eius mater Ioanna Rinella, quam alij vocant Felicitatem: nepos fuit Guidonis Episcopi Catalaunensis, ac Simonis frater, & patruus Ioannis clarissimi Scriptoris vitæ S. Ludouici.

Montreal. D'azur à vne bande ondée d'or.

61. Hugo de Montreal ii. Anserico patre Montisregalis toparchâ Senescallo Burgundiæ, & Sybillâ Burgundâ regiæ stirpis Principe fœminâ natus est: vocat Guillelmum decessorem suum anno 1221. quo etiam, mense Iunio, Herueus Comes & Mathildis Comitissa fun- D dant reditus ad opus viginti Præbendarum in Capellâ suâ Tornodorensi. Memoratur in cartâ Guilelmi de Vergeyo Burgundiæ Senescalli Aleidis Ducissæ fratris 1228. de terrâ Fontis venæ, de quâ Hugoni præstat homagium. Confirmauit fundationem Conuentus Sancti loci Valliscaulium, tunc extra vrbem Diuionem positi, factam à fratre suo Ioanne 1214. qui posteà 1363. intra vrbem translatus fuit Stephano de Messi-

gneyo ad id domum suam largiente, A
quem locum nunc incolunt Patres
1228. Oratorij. Nominatur 1228. mense
Decembri in titulo Ecclesiæ Lingonensis, quo accipit mutuo mille libras à Gatino Hospitalis Ierusalem Priore in Franciâ, pro expeditione Albigensi. Quo Præsule fratres Prædicatores in eâdem vrbe Diuionensi beneficio Hugonis 4. Ducis, & matris Aleydis Vergeyæ 1230. instituuntur; & anno 1231. mense Martio Hugo donat religiosis viris fratribus S. Iacobi de Ordine Prædicatorum, domos quas emerat Lingonis sitas. Ipse autem iacet Claravalle ante S. B
Benedicti altare. Fortasse fuerat Monachus, nam in confirmatione donationis à Iacobo de Salione Canonicis Salionensibus factæ, dicitur frater Hugo miseratione diuinâ Episcopus Lingonensis: eidem facit homagium Ioannes de Caseolo 1240. mense Decembri, de suo castro Caseolo. Depositus in Abbatiâ Claræuallis ante altare S. Benedicti.

Torote. De gueulle au lion d'argent.

61. Robertvs de Torote III. frater Rodulfi Episcopi Virdu- C
nensis, defuncto Hugoni subrogatur anno 1232. ex chronico Alberici:
1232. instituit festum S. Barbaræ in suâ
Ecclesiâ, cui dedit triginta heminas frumenti in distributionem panis quotidiani. Ei Guido de Forestâ per Mathildem vxorem suam, Petri de Courtenay Imperatoris filiam, Comes Tornodorensis clientelam iurat de dicto Comitatu Senonis 1232. Ab eo Melundenses petunt facultatem eligendi Abbatem, & Guido de Espiciâ Decanus memoratur 1233. & 1234. cùm Ioanne nobilis viri Guidonis de Saux filio. Anno autem D
1236. mandante Ludouico Rege Hugo Burgundiæ Dux declarat Abbatem Monachos & homines Bezuæ esse de iurisdictione temporali Episcopi Lingonensis; cui Præsuli eodem anno Guilelmus de Vergeyo Burgundiæ Seneschalus fidelitatem præstat de Fontanis; idémque facit Hugo de Vergeyo etiam Senescallus 1238. Recensetur in instrumento pro Franciscanis Castellione stabi-
1237. liendis 10. Septembris 1237. quorum
conuentum Hugo Dux Burgundiæ cùm filio Roberto extruxit. Memoratur quoque in cartâ Lingonensi huiusmodi: *Nos Theobaldus Dei gratiâ Rex Nauarræ, Campaniæ, & Briæ Comes Palatinus. Notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos confitemur, & dicimus nos tenere à venerabili Patre R. Dei gratiâ Lingonensi Episcopo, & successoribus eius Barrum super. Albam, Barrum super Sequanam, Firmitatem super Albam, Caluummontem, Nogentum in Bassigneyo, Montigneyum in Bassigneyo, & custodiam Molismarum, cùm omnibus illis, quæ ad nos pertinent in dictis Castris, & Castellanus eorumdem. Si verò Episcopus Lingonensis, vel alius mouerit contra nos querelam super aliquo prædictorum, nos & de ipsis non tenemur placitare, nisi in Marchiâ. Actum anno Domini 1239. mense Iulio.* Reperitur etiam cùm Christophoro Molismensi Abbate mense Ianuario 1239. & in literis Capituli & Episcopi de escambio villæ de Chaouz, vacante Decanatu 1239. mense Iulio, cùm Theobaldo Rege Nauarræ. Prætereà anno 1240. mense Nouembri in cartulario Rigniaci, vbi concedit Monachis Rigniacensibus, vt in domo suâ de Chabliis voce submissâ possint recitare diuinum Officium saluo iure parochiali. Transfertur autem ad Ecclesiam Leodiensem 1240.

63. Hvgo III. primò Abbas Cluniaci, deinde Antistes Lingonensis, paciscitur 1240. cùm Barrensi Comite, vbi dicitur Episcopus & Dux Lingonensis, ac recensetur
apud Nangium 1244. interest Con- 1244.
cilio Lugdunensi 1245. quo tempore fundatur Diuione Conuentus Franciscanorum. Eidem verò Præsuli Mathildis de Courtenay homagium facit anno 1246. de suo Comitatu Tornodorensi · cui Hugoni facit homagium Simon Castrovillanus de suo castro de Corcellis 1246. eodémque anno mense Decembri Ioannes dominus Caseoli recognouit se tenere castrum illud in feudum & homagium ab ipso Præsule Hugone, quod fecit de assensu Alipdis vxoris suæ, vt constat ex actis feudorum Episcopalium Lingonensis Ecclesiæ: Quo tempore dotauit Clericos Chori de claustro. Confirmat S. Stephano Ecclesiam
de Nulleyo 1248. hoc anno interest 1248.

dedicationi S. Capellæ Parisiensis. Præterea an. 1252. Ioannes Burgundiæ Comes dedit Benignianis Stephaniensibus, & Canonicis Ducalibus de Diuione, certum salis modium, in litteris expressum, quotannis capiendum in oppido Salinarum, cuius salis illic conficiendi ratio exponitur à Goluto in Commentariis Sequanicis, & Chifflerio in Vesuntione. Hugonis verò obitus contigit Idibus Aprilis Damiatæ in Ægypto.

ROCHE-FORT. 64. GVIDO DE ROCHEFORT I. oriundus ex Burgundiæ Ducatu, memoratur in instrumento Lingonensi 1251. & cùm eo Theobaldus Officialis Curiæ Lingonensis: dedicauit Ecclesiam Morimundi Idibus Septembris 1253. reperitur & in titulo an. 1254. mense Iunio cùm Hugone Duce Burgundiæ, & Amedæo Abbate Stephaniensi. Ei Margarita Nauarrorum Regina, & Campaniæ Comitissa homagium profitetur de multis quæ recensentur in cartâ anni 1255. mense Iulio, & 1257. mense Augusto in schedâ Rigniacensi. eius tempore Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ, cùm 13. Canonicis, in Castrouillano fundatur circa annum 1260. mense Iulio, à Ioanne eiusdem loci Domino, post reditum è peregrinatione Ierusalem: à quo etiam ibidem instituuntur Franciscani, & Prioratus Vallis-Claræ, Ordinis Vallis-caulium, ac Prioratus B. Mariæ Ordinis Grandimontensis in suo castro, isque fuit vnus ex S. Ludouici militibus. Nominatur etiam 1262. cùm Lamberto de Castellione, Guilelmo de Vergeyo, & Iacobo Castellionis Abbate. Iacet in Cathedrali retrò maius altare S. Mammetis sub tumulo æreo, hoc epitaphio:

Hac lege qui viuis, mortem contemnere si vis,
Nil est, maiestas ve, genus, vel forma, potestas.
Guido Lingonicus Præsul, quoque carne pudicus,
De Saxo natus Forti, iacet hic tumulatus:
Propitietur ei gratia magna Dei.

Habet anniuersarium 16. Calend. Iunias in Calend. Stephaniensi, in quo memorantur Galterus Canonicus Regularis, & Aymo Archidiaconus Lingonensis ambo de Rupeforti cognomento.

GENEVA. D'azur equipolé de 5. points d'or sa croix. 65. GVIDO DE GENEVE II. Philippi 4. Pulchri Regis consanguineus: ei præstat sacramentum clientelare de Comitatu Tornodorensi Carolus Andegauensis Siciliæ Rex an. 1275. per procuratores, cùm Romæ Senator degeret; idque ad preces Gregorij x. vbi excipit ea quæ ad Ducem Burgundiæ, & Episcopum Cabilonensem spectant, nomine vxoris Margaritæ, de quâ paulò post agetur. Excipit quoque homagium Roberti Burgundiæ Ducis 1271. de his quæ tenebat Castellione, & Mombarri, vbi eum Dux consanguineum suum appellat. Fundauit 1276. festa Duplicia S. Eligij, & S. Margaritæ. 1276. Eleuauit etiam capsam reliquiarum S. Gengulphi, & S. Gregorij in Ecclesiâ B. Mammetis à parte posteriori maioris altaris Lingonis 3. Idus Maij 1282. Interfuit & 1283. Parlamento Omnium Sanctorum, cùm adiudicatus fuit Comitatus Pictauiensis Philippo Audaci Franciæ Regi, contra patruum Carolum Siciliæ & Neapolis Regem, S. Ludouici fratrem. Anno 1284. idem Episcopus Guido exposuit suis codicillis, quòd licet Philippus Rex Nauarræ, Comesque Campaniæ, alterius Philippi Franciæ Regis Audacis vulgò dicti filius, eidem Præsuli professus fuisset se feudatarium esse, pro beneficiario prædio quod possidebat nomine vxoris Ioannæ Comitissæ Campaniæ, attamen si contingat eundem Philippum filium succedere Franciæ regno, hæc clientelaris professio nulla erit, ac idem Philippus filius Rex suo loco alium clientem beneficiarium, (hominem vocant) præstabit, vt fidem exhibeat, id patet ex cartâ Regij Thesauri in thecâ 6. Campaniæ num. 127. Nominatus Guido executor testamenti dicti Regis Philippi Audacis 1284. At Rex Siciliæ Carolus obiit 1285. Fogiæ in Calabriâ, sepultus in Cathedrali Neapolitanâ, cuius vidua Margarita Burgunda 1293. die Iouis post Octauas Paschæ 9. Aprilis Tornodori fundauit celeberrimum Hospitale S. Mariæ, quod posteà Bonifacius 8. confirmauit apud Vrbem veterem, Nonis Septembris, Pontificatus

catus anno 3. vbi à Papâ dicitur carissima in Christo filia Regina Siciliæ illustris Comitissa Tornodori, relicta claræ memoriæ Caroli Siciliæ Regis, vbi etiam nominatur Robertus de Lusarchiis, Clericus, fidelis Reginæ, primus Rector Hospitalis, & Guilelmus nepos Margaritæ, Comes Niuernensis, & successor in Tornodorensi Comitatu, ibíque visitur statua ænea mulieris iacentis huiusmodi inscriptione: *Hic iacet illustrissima Domina, vita, morùmque floribus decorata, Domina Margareta quondam Regina Ierusalem, & Siciliæ, filia inclyti Domini Odonis Comitis Niuernensis, filij nobilissimi Ducis Burgundiæ* (Hugonis 4.) *fundatrix istius Hospitalis de propriis bonis dotrix, humilitatis speculum, caritatis refugium, puritatis vestigium, quæ obiit A. D.* 1308. *die* 5. *Septembris. Oretis pro anima eius.* Extant præterea in cartophilacio S. Mauricij Siluanectensis litteræ Guidonis 1286. in quibus fit mentio Honorij Papæ, & Philippi Regis 3. scilicet, à quo Guido datus Consiliarius liberis Regalibus, & in
1287. schedâ Benignianâ 1287. Eius quoque permissu Ecclesia Franciscanorum Barri super Albam dedicata fuit S. Ioanni Baptistæ 1289. per Christophorum Episcopum Maluasiensem, cui primum lapidem apposuerat nobilis Iacobus du Monstier, illic paulò pòst sepultus, cuius posteri fuerunt Domini Chesleij diœcesis Lingonensis, in Archidiaconatu Tornodorensi, vnde ortum habuit Claudius Robertus. Iisdem verò Franciscanis Fori Barrensis (vt dicitur in vitâ S. Germanæ illinc oriundæ) concedit Guido cœmiterium, litteris apud Ormanseyum datis, quod benedixit posteà idem Maluasiensis de licentiâ Ioannis Episcopi 1298. Denique depositio Guidonis agitur Nonis Maij Lingonis, alibi 3. Non. eiusdem mensis.

DE ROCHEFORT. 66. IOANNES DE ROCHEFORT I. nominatur in quodam diplomate priuilegiorum Diuionensium 1294. eidem inijt ligium homagium de Comitatu Tornodorensi, & de honoribus inde pendentibus, Villelmus Comes Niuernensis Castellione in palatio Præfecti Episcopi Lingonensis 1296. die Domini-

câ post festum B. Magdalenæ, vti in suo hac de re diplomate testatur Christianus Episcopus Matisconensis, Andreas Abbas Meclugdensis, Ioannes Decanus, & Petrus Archidiaconus Lingonensis, exceptis quæ tenebat in feudum ab Episcopo Cabilonensi, & à Duce Burgundiæ: idem etiam facit Guillelmus de Cabilone 1297. Approbauit vnionem 1297.
Hospitalis de Brocone cùm Ecclesiâ Stephaniensi 1300. anno 6. Pontif. Bonifacij 8. quod Hospitale dicitur fundatum à Carolo Magno: constitutis ibi decem Presbyteris, & viginti mulieribus conuersis ad recipiendos pauperes, ex omnibus mundi partibus confluentes. Sepultus Lingonis post altare maius S. Mammetis hoc Epitaphio:

Præsul Lingonicus, largus, pietatis amicus,
Inclytus, & lenis, sua semper sparsit egenis,
De Saxoforti cœli Deus adde cohorti,
M. C. ter in annis cum quinto vita 1305.
Ioannis
Nonis finitur Septembris ibi sepelitur.

AGENNIS. 67. BERTRANDVS DE AGENNIS ab Aginnensi Ecclesiâ ad Lingonensem translatus à Clemente v. per obitum Ioannis, bullâ datâ Lugduni 11. Calend. Februar. an. primo Pontificatus, id est Christi 1306. eodem anno subscripsit quibusdam in- 1306.
dulgentiis pro S. Capellâ Parisiensi. Habet autem retrò maius altare Ecclesiæ Cathedralis in lapideâ tabulâ hoc Epitaphium:

Qui iacet hic latus semper fuit, atque quietus,
Per varios inopes distribuebat opes.
Vnde velut valeo pro Præsule Bartholomæo
Offerri moneo vota precésque Deo.

DVRFORT. 68. GVILLELMVS DE DVRFORT II. patriâ Vasco, cui Clemens 5. scripsisse legitur tempore Concilij Viennensis an. 1311. cuius Vicarius generalis in spiritualibus, & temporalibus nominatur 1313. Ipse verò corpus S. Desiderij transtulit 19. Ianuarij 1314. cuius tempore 1315. comitia Dominicanorum generalia Diuione habentur, hoc, anno interest Parlamento Parium mense Iunio contra Robertum

vnus ex tribus fundatoribus Collegij Cameracensis Lutetiæ, quod quidem in Guillelmi de Auxonâ Episcopi Eduensis fundatoris primarij spatiosis ædibus positum est circa
1350. an. 1350. Eiusdem cognominis fuit
Iacobus de Pomarco Bailliuus Diuionensis 1270. tumulatur porrò hic Episcopus in æde S. Genouefæ Lutetiæ propè altare sub eâ epigraphe:
Hic iacet bonæ memoriæ Hugo de Pomarco quondam Episcopus Lingonensis, dñmni Regis Franciæ Consiliarius, qui obiit anno Domini 1345. 27. Aprilis, cuius anima Dei misericordiâ requiescat in pace.

POITIERS. 76. GVILLELMVS DE POITIERS, III. nepos Ludouici decessoris, frater Othonis Virdunensis & Henrici Trecensis Episcoporum, qui omnes patrem habuêre Aimarum 4. Valentinensem Comitem, matrem Sibyllam de Baucio: ex Caritatis ad Ligerim Priore, Episcopus huius sedis; recensetur in diplomate pro
1363. Franciscanis Diuionensibus 1363. die
15. Iunij; tulit sceptrum in coronatione Regis Caroli 5. 1364. confirmat indulgentias S. Vorlij de Castellione 1367. eiúsque tempore patet iam distinctam fuisse iurisdictionem, & mensam Episcopi & Capituli, ex tabulis antiquæ translationis 1371. 8. Idus Martias; hoc anno Carmelitæ instituti Diuione: donauit decimas Cathedrali pro anniuersario, & nonnulla priuilegia suis ciuibus quæ extant in libro Rubeo.
1374. Mortuus 6. die Septembr. an. 1374.
humatur ad ingressum Chori Ecclesiæ Lingonensis, ante altare Omnium Sanctorum, tumulo marmoreo his versibus inscripto:

Valentinorum Comitum genere procreatus
G. Lingonarum Pastor fuit hic tumulatus.
Anno milleno ter centum septuageno
Quarto, septeni mensis pariter die seno.

A Remensis, Hugo, Guido, & Henricus Claromontani Præsules: ex Abbate Tornusiano apud Vionem lib. 2. cap. 46. ad hanc sedem promouetur 1374. eodemque anno notatur in tabulâ Franciscanorum Diuionensium, 1386. vbi Episcopus & Dux appellatur; & 1392. in translatione S. Ludouici. Mittitur à Carolo 6. ad Ioannem 4. Britanniæ Ducem pro faciendâ pace; quâ de re celebres Rerum Francicarum Historici Ioannes Froissardus volum. 3. c. 76. & Ioannes Vrsinus in historiâ Caroli 6. Ædificauit quoque magnam
B turrim domus Episcopalis Lingonicæ, & multa largitus est Ecclesiæ. Huius verò tempore dedicata fuit Ecclesia Cartusianorum Diuionensium 1388. 24. Maij, cuius fundamen- 1388.
ta fuerant iacta à Philippo Audace Burgundionum Duce die 20. Augusti 1383. qui quidem Audax illic iacet cùm Ioanne filio, & Philippo nepote Ducibus, in Mausoleis è marmore & alabastro superbis; quique Philippus Audax dedit vrbi Diuionensi potestatem ferendi insignia, seu stemmata sua Ducalia, diplomate dato Roboreti die 22. Septem-
C bris. Testamentum scripsit an. 1395. 11. Ianuarij, quo sepeliri vult in suâ Cathedrali ante maiorem aram, & fieri vnam Capellam perpetuam duorum presbyterorum pro celebratione Eucharistici sacramenti; legat Capitulo suo, cœnobiis Trenorchiensi, & Siluiniaci, item domum suam quam acquisiuit Lutetiæ Guidoni de Turre. Executores nominat Cancellarium Franciæ, Episcopum Baiocensem & alios, vt fert fragmentum eius autographi apud Christophorum Iustellum in Historiâ Genealogicâ Aruerniæ, & de Tur-
D re: sepulchrum habet ex ære in medio chori basilicæ Cathedralis, sub tumbâ cupreâ ad imaginem Moisis: eiúsque depositio in Calendario Benigniano notatur 12. Cal. Februarij.

LA TOVR. D'azur semé de fleurs de lis d'or à la tour d'argent maçonnée de sable.

77. BERTRANDVS DE LA TOVR nepos Bernardi de Turre in Aruerniâ, Cardinalis tituli S. Eustachij, parentes habuit Bertrandum dominum de Turre & Elisabethã de Leuis de Mirepoix, ex quâ illustri gente Turrianâ recensentur Archiep. Robertus Lugdunensis, Humbertus

78. LVDOVICVS DE BAR, II. Cardinalis Dux Barrensis, filius Roberti primi Ducis Barri, ex Mariâ Ioannis Franciæ Regis filiâ, 1398. Administrator Eccl. Lingon. vrbem ingressus, apud Hugonem Gardon Consulem popularem iurauit immunitates ciuium ab antecessoribus suis DE BAR.

indultas: creatur Cardinalis Diaconus S. Agathæ in Suburrâ à Benedicto 13. Antipapâ 12. Calend. Ianuar.
1397. Auenione 1397. posteà Presbyter Basilicæ Sanctorum Duodecim Apostolor. ab Alexandro 5. 1409. in Consilio Pisano, cui Caroli 6. Legatus interfuit, vbi, & legationem in Galliam, & Germaniam accepit, vt ad obedientiam eas prouincias ex schismate reuocaret. Quo tempore primùm in aulam Romanam inducta est permutandorum titulorum ratio, anteà inaudita, vt notat Ciaconius. Tandem Cardinalis Episcopus Portuensis factus est à Ioanne 23. Eo sedente 1398. mense Octobri Eremitarum Augustinensium Conuentus fundatur Champliti à Ioanne de Vergy, eius loci Domino, vt vouerat, si saluum & incolumem Ioannem Niuernensem Comitem (posteà Burgundiæ Ducem) in patriam reduceret. Edidit statuta Synodalia
1404. 1404. quo anno interest Concilio ad Tumbam propè Monasteriolum cùm Henrico de Sauoisy, domino de Signelay, ex Decano Lingonensi tunc Archiepiscopo Senonensi, & ex Præside Vectigalium, pro pace firmandâ inter Burgundum, & Aurelianensem. Contulit etiam Ecclesiæ Cathedrali reliquias S. Florinæ, & Valeriæ, multo auro, argentóque ornatas, in quâ fundauit anniuersarium pro Iolandâ sorore suâ, Ioannis Aragonum Regis vxore. Concessit facultatem erigendi Capellam ad Præsepe in Ecclesiâ S. Mariæ Diuionensis 1407. 10. Aprilis, posteà verò fit Catalaunensis Episcopus, de quo in Præsulibus huius Ecclesiæ, & Virdunensibus.

Poitiers. 79. CAROLVS DE POITIERS Caroli Domini S. Valerij & de Clerien, & Simonæ de Mery filius, patruum habuit Guilelmum Episcopum Lingonensem, ex Catalaunensi: Præpositus anteà S. Audomari, vrbem ingressus, iusiurandum præstat ciuibus 1413. die 19. Februarij: admittit hominium Philippi Ducis Burgundiæ pro Castellione super Sequa-
1420. nam 1420. die 22. Maij ex cartophilacio Episcopali: euocatus à Concilio Constantiensi Lugdunum, ibi consecrauit Amedeum Archiepiscopum in Metropoli Ecclesiâ 17. Ianuarij an. 1416. Celebrauit etiam matrimonium inter Arturum de Britanniâ, Franciæ Connestabilem, seu vtriúsque militiæ Magistrum, & Margaritam sororem Philippi Boni Ducis Burgundiæ in Capellâ Ducali, Dominicâ die 10. Octobris 1423. Nominatur quoque in instrumento an. 1428. de non habendo hospitio ab Episcopis apud S. Stephanum Diuionensem. Legitur etiam dedicasse Ecclesiam Arcis Talentinæ Dominicâ die 7. Iulij 1430. cui olim Dux 1430.
Odo 1216. ius ciuitatis dederat, & cui mœnia ablata fuêre 1607. recensetur & cùm Roberto de Salione Capellæ Ducum Diuione Decano anno 1433. edidit etiam Carolus statuta Synodalia 1421. inter quæ cauetur illud, ne Saluatoris nomen, & signum crucis in tumbis, seu tabulis sepulchrorum humi depressis insculpatur, & insculptum deleatur, & eradatur, ne contingat illud pedibus calcari, quod confirmauit Ioannes 1491. quódque anteà longè exorasse fieri à Religiosis S. Ludouicum Regem testatur ipsius legenda in Codice M. S. Stephaniensi. Prætereà Carolus fuit Consiliarius intimus Ioannis Intrepidi Ducis, frater Ioannis Episcopi Valentiæ.

80. IOANNES GOBILLON, v. natus hic Barri super Sequanam, ex Canonico Lingonensi mortuo Carolo Pictauensi, ad munus Episcopale vocatus fuit, sed in persecutione litis in supremo Regni Senatu de electione obortæ, contra Philippum à Pontifice creatum immoritur: huius fit mentio in actis anni 1433. Gobillon 1433.

81. PHILIPPVS DE VIENNE filius Iacobi Domini de Ruffeyo, & Longouico, ex Mariâ Baufremontiâ; professus Monachum fuit Prior S. Marcelli, & à Sede Apostolicâ de Episcopatu Lingonensi prouisus per obitum Ioannis: rexit Ecclesiam annis 14. Vrbem ingressus est 1436. sponsionem fide interpositâ præstitit se numquam Lingonibus Curiam Ecclesiasticam detracturum: concessit indulgentias visitantibus Hospitale S. Spiritus propè muros Diuionenses 1444 promulgauit etiam Statuta anno 1452. obiit 1456. sepultus 1456.
Diuione iuxta maius altare Templi Minoritarum. Vienne.

D'Avxi. 81. Ioannes d'Avxy, vi. Sacræ Theologiæ solemnis Professor, Caroli 7. Regis Confessarius, & Eleemosynarius maior, ob præcellentiam meritorum à Capitulo Lingonensi electus Antistes, Lingonas ingreditur an. Dom. 1452. scriptor catalogi Hospitalium Regalium, Parisiis editi cùm tractatu Sebastiani Roüillard, de Magno Franciæ Eleëmosynario. Hunc autem Ioannem diœcesis Bellouacensis, Bursarium Collegij Choletani innuere videtur Iacobus Brulius in Antiquit. Parisinis: sedit annis duobus.

Bernard. 83. Gvido Bernard iv. patriâ Turonensis, Cathedralis D. Gatiani Archidiaconus, frater Stephani Bernardi Regis Ludouici xi. Oeconomi, & Carolo 7. Regi à Consiliis ac supplicibus Libellis, Abbas D. Remigij Remensis, & Ordinis S. Michaëlis Cancellarius, electus à
1453. Capitulo an. 1453. sacratur anno sequenti. fundauit festum S. Gatiani Ecclesiæ Turonensis Patroni. publicauit Statuta an. 1455. 23. Aprilis, in quibus retulit S. Robertum in Calendarium Lingonense 29. Aptilis. Conuertit Capellam S. Ioannis Baptistæ Diuione in Canonicos 1456. edidit & alia decreta synodalia 1479. vbi in epigraphe dicitur Cancellarius excellentissimi Ordinis Domini nostri Regis. Fuerat hic Ordo in honorem S. Michaëlis institutus Calend. Augusti 1469. Ambasiæ creatis 36. Equitibus à Ludouico xi. Rege. Dedicauit Ecclesiam Carmelitarum vltimâ die Maij 1478. Obiit
1481. 1481. 28. Aprilis, sepultus Lingonis in æde primariâ retrò maius altare, tumulo æneo; qui Ecclesiam variis ornamentis, aulæis ac donariis locupletauit, & domum Episcopalem in vrbe magnis expensis reparauit. In eius memoriam, gratitudinis ergò Capitulum statuit, vt diebus Dominicis perpetuò inter benefactores Ecclesiæ annumeretur. Eo verò sedente fuit Diuione dedicata Ecclesia S. Ioannis Baptistæ circa annum 1468. Instituuntur & apud Caluummontem Canonici in æde S. Ioannis Baptistæ 1475 à Ioanne de Montemirabili, qui posteà factus est Episcopus Vasionensis. Sed & adfuit Guido Regi Ludouico 11. in redu-

A ctione Burgundiæ, interfecto Carolo Pertinace Burgundionum Duce in prælio Nanceij, Nonis Ianuarij Dominicâ in peruigilio Epipbaniæ 1476. more Gallico, vel 1477. more Romano. Quo an. diplomate dato Rigiaci Attrebatum in Belgis 18. Martij, curante Ludouico de Ambasiâ Episcopo Albiensi, Diuione stabilitur Parlamentum. 1476.

84. Ioannes d'Amboise, vii. ex nobilissimâ gente, Petri domini de Chaumont, & Annæ de Bueil Sancerranæ secundogenitus, Amboise. Pallé d'or & de gue lle de six pieces.
B frater Ludouici Episcopi Albiensis, Petri Episcopi Pictauiensis, Iacobi Episcopi Claromontani ex Abbate Cluniacensi, Georgij Episcopi Montalbani, posteà Archiepiscopi Rotomagensis, & Cardinalis, in Franciâ Legati, Aymerici Magistri militum Rhodiensium, patruus Ioannis sequentis Episcopi Lingonensis, Georgij alterius Archiepiscopi Rotomagensis Cardinalis, Gofredi Abbatis Cluniacensis, Ludouici alterius Episcopi Albiensis, auunculus Petri de Rochechouart Præsulis Santonensis,
C proauunculus Iacobi le Roy Archiepiscopi Bituricensis, quos omnes facillimum fuit non solùm in corporum similitudine sed multò magis in omni virtutum, & morum optimorum genere fratres agnoscere, cuius etiam gentis fuit Gentianus Episcopus Tarbensis. Noster verò Ioannes Gubernator, seu Prorex vtriúsque Burgundiæ factus à Ludouico xi. necnon prouinciæ Autissiodorensis & Matisconensis, ac Sigillifer Cancellariæ Burgundiæ, transfertur à Sede Malleacensi ad Lingonensem anno 1481. postquam Rex 1481.
D idem Sede vacante confirmasset Capitulo ius Regaliæ: hoc eodem anno ædificatur sacellum Bellæcrucis in viâ publicâ suburbij S. Petri Diuione. Edidit statuta Synodalia 1491. fundauit festum S. Hilarij solemniter in Ecclesiâ Lingonensi 13. Ianuarij, & Missam quotidianam ibidem horâ sextâ celebrandam: muris etiam amplioribus cinxit Musseyum, & castro, seu palatio decorauit, quod Sebastianus Zametus successor hortis, & aliis etiam auxit ornamentis. Obiit autem senio, & laboribus fractus 28. Maij 1498. Diuione, ibíque

sepultus ante maius altare Francis- A canorum: cui demortuo datus fuit titulus Patris patriæ, Protectoris Ecclesiæ, Amatoris Iustitiæ, Nutritoris Pauperum, excellentissimi Oratorum, Obseruantissimi Religionis, multarum Ecclesiarum, & domorum suæ diœcesis reparatoris, & plurimarum facultatum in pios vsus largitoris: de quo præcinuisse videtur Corripus Africanus lib. 4.

Consultor legum, libertatisque tuendæ
Dispositor, iusti vindex, corrector iniqui,
Censuram grauitate regens multóque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.

AMBOISE. 85. IOANNES D'AMBOISE, VIII. superioris nepos, filius scilicet Ioannis domini de Bucy, in Normanniâ Proregis, ex Catharinâ de Saint Belin, frater Georgij Cardinalis iunioris Archiepiscopi Rotomagensis; Gosridi Abbatis Cluniacensis, & Mariæ S. Trinitatis Pictauij Abbatissæ. Suscepit Episcopatum ex Deca-
1497. no an. 1497. 3. Decembris per spontaneam dimissionem patrui, cuius C virtutes egregiè imitatus, & Iob patientiam in multis, & magnis morbis sanctè æmulatus, Christiano Viatico sacrosanctæ Eucharistiæ more maiorum ritè munitus, ex hoc hospitio facili viâ in patriam migrauit 6. Calend. Octobris 1510. sepultus in Choro ante sedem Episcopi tumulo cupreo, vbi legitur hoc carmen:

Cui dedit ingenuum felix Ambasia nomen
Ioannes isto conditur in tumulo.

BOVDET. Ecartelé de son Euesché, & de sa famille, qui est d'azur à vne fasce d'or, 3. roses d'argét en chef & vn porc espic d'or en pointe.

86. MICHAEL BOVDET, Blesis oriundus, Consiliarius Cleri- D cus anno ætatis 20. in Senatu Parisiensi, Eleemosynarius Claudiæ vxoris Francisci 1. Regis, Canonicus, Decanus, ac tandem Episcopus Lingonensis eligitur an. 1512. transtulit 1524. corpus S. Vrbani, tunc capsâ argenteâ inclusum à Claudio de Charmes Abbate Benigniano fabri-
1512. catâ. Vir antiquæ probitatis, erga pauperes valde eleemosynarius. Huius tempore Diuio obsessa à 45. millibus Heluetiorum 1513. liberatur singulari Dei beneficio, præsertim Deiparæ patrocinio; quâ in obsidio-

A ne enituit prudentia & fortitudo Ludouici Tremollij Gubernatoris, & Georgij eius fratris Locumtenentis, & Seneschalli Burgundiæ. Michael interfuit Synodo prouinciali Lugdunensi 1527. illi verò dicata fuit 1527.
editio Operum Gregorij Magni Parisiis à Ioanne de Monte, vbi eum sic alloquitur per comparationem cùm Gregorio:

Hic studiosus erat, studiis intendis, & ardes:
Peruigil ille pecus, peruigil ipse regis.

Dicitur à Guillelmo Budæo doctis- B simo lib. 4. de Asse vir singularis ac « multiplicis eruditionis, & ad pris- « cam normam continentiæ Pontificiæ « exactus. Sub eius quoque tutelâ in « lucem prodierunt opera Hugonis de S. Victore 1526. vbi dicitur in præfatione à Ioanne Borderio Abbate, omnium scientiarum cultor præcipuus, & de Cœnobio illo benè meritus, cuius Ecclesiæ instaurandæ eâ formâ, quâ nunc visitur, primarium lapidem apposuit 18. Decembris an. 1517. ibique in vitreâ fenestrâ Capellæ S. Michaëlis conspicitur ipsius C effigies. Sed & in eorumdem Operum editione carmina inseruntur, digna; quæ huc transferantur, cùm desint in recentiore Venetâ editione:

Fulgida Francorum, Pariùmque Ducumque lucerna,
Lingonicæ Antistes, nihil hoc indignus honoris
Culmine, qui qualem præscribit Apostolus, aut es,
Aut nullus toto reperitur Episcopus orbe.
Scilicet haud pompis turges, fastúque superbo,
Non iracundus, luxúue solutus, amator D
Non furiosus opum, aut auræ sectator inanis,
Nec ventrem faciens, vt plurima turba sepulchrum:
Sed simplex animóque humili, sed pectore miti
Sobrius, & lumbos præcinctus, lege seuerâ.
Ipse tuum corpus castigans, largus ad omnes,
Tutela, & custos alieni, prodigus æris
Es proprij, & fratrum semper sincerus amator

Victoriarum, quorum quia plurima debet
Sancta domus, nec habet quòd dignè exsoluere possit,
Hugonem ipsa suum tibi dedicat, accipe donum,
Quo nihil ipsa potest maius præstare, nec ipse
Plurima cùm dederis, plura aut maiora reposcas.

Decessit Mussеij post sumpta Ecclesiæ Sacramenta die 22. Iulij 1529. ætatis 50. vt indicant hi versus in Epicedio illius positi:
1529.

Tum Quintilis erat septena crastina terra
Ter centum, & tria bis lustra, sed annus abest.
Annus abest, quem si natura dedisset habebat
Ter septem annorum tempora, terque decem.

Nicolaus verò Borbonius Vaodoperanus lib. 2. carm. 5. testimonium de Aotistire Boudeto hoc epitaphio profert:

Hic situs est heu? heu? venerabilis ille Bodetus
Præsule quo fœlix Lingonis ora fuit.
Religio & pietas lugent, Charitésque sorores
Flent Musæ & laceris mœsta Minerua comis.
Ora rigat populus lacrymis, iuuenésque senésque
Et patriæ clamant occubuisse Patrem.
Quod mortale fuit paruâ requiescit in vrnâ
Corpus, mens viuit, perfruitúrque Deo.

LONGVY. D'azur à la bande d'or. 87. CLAVDIVS DE LONGVY Cardinalis de Giury, Abbas S. Benigni, D. Stephani Diuionensis, ac Pulteriarum, S. Martini Turooeosis Thesaurarius, origioe Sequaous, filius nempe Philippi domioi de Pagniaco, Giuriaco, & de Loogapetrâ & Ioaonæ Baufremootiæ; ex Canonico & Archidiacoooo factus fuit Episcopus Matiscooensis aooo 1513. indéque ad Lingooeosem Ecclesiam traoslatus 1530. quo tempore celebrauit Ledone Saloerij, exequias Philippi Chalooij Orangiæ Principis, ad vrbem Florentiam tormento maiore bellico ioterfecti: eodémque tempore fundatur Collegium Diuione in parochiâ S. Michaëlis à Iuliaoo Martioo Presbytero: creatur Cardinalis 7. Idus Nouembris 1533. à Clemente VII. tituli S. Agoetis in Agone, ac sanctæ Romaoæ Eccles. Archipresbyter, apud Oouphrium, Ciaconum, & Petramellarium: qui titulus S. Agnetis in circo Agooali à Leooe 10. fuit institutus, de quo Pancirolus in Thesauro vrbis Romæ. Interfuit exequiis Francisci 1. Regis cùm aliis nouem Cardinalibus, & 40. cùm Archiepiscopis, tùm Episcopis, oraote Petro Castellano 1547. Quo anno paulò post interfuit Sacro Henrici 2. die S. Annæ à Ioanoe Lotharingo Cardinale, Archiepiscopo Remensi peracto, qui Henricus anoo sequeote Lingonas solemniter ingreditur. Fuit prætereà Episcopus Ambianensis ac Pictauiensis. E viuis excessit apud Mussiacum octogenarius 5. Idus Augusti ao. 1561. malè 1560. Ciaconio & Petramellario. Sepultus ad corou Epistolæ maioris altaris basilicæ Cathedralis, in mooumento marmoreo quod sibi viueos posuerat; contioentiâ, pietate, beneficentiâ maximâ io Ecclesiam commendatus. Tacendum verò noo est, reperiri in libro anniuersariorum Cathedralis Lingonensis elogium sepulchrale, quod sic habet: CLAVDIVS DE LONGVY *Cardinalis vulgò de Giury nuncupatus, Episcopus Dux Lingonensis, post octoginta felicissimè expletos annos, cùm plures adhuc propter exquisitam victus rationem, & insitam ab adolescentia continentiam polliceretur, dissectæ religionis misertus, & vitæ longioris quasi pertæsus V. Id. Aug. anno Dom. millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Episcopus sui 32. apud Mussiacum magno sui relicto desiderio piè & religiosè moritur, & eadem ipsius anniuersarium celebratur; pro cuius dotatione bis mille aureos solid. testamento legauit. Cùm huius insignis Ecclesiæ gubernacula suscepisset, pacis studiosissimus lites plurimas & dissidia prædecessoris temporibus in Capitulum commota, summâ æquitate & prudentiâ sedauit: atque iis præclaris initiis dignitatem auspicatus, ad instaurandа & ornanda Mussiaci, Lusiaci, & Gurgei castella animum conuertit; his interim quæ ad pietatem & religionem pertinebant minimè neglectis, templum hoc singulari illo suggesto, & septis*
1530.
1561.

ex secto lapide & miro artificio illustranis; necnon & peristromata, seu tapetas historia D. Mammetis suis insignibus conspersa, cùm pretiosis capis auro & argento intextis, ad cultus diuini opus & ornamentum donauit. Post hac sibi viuens sepulchrum parauit, quo pacificus, liberalis, religiosus, ac omnium vndequaque continentissimus quiescit; post cuius obitum Sedes Episcopalis annum & plus eo vacauit.

HELVYS. 88. IACOBVS DE HELVYS, alias DE LA ROHESVRYON natus in vico Tillard diœcesis Bellouacensis, patre agricolâ, Caroli Borbonij Principis de Rochâ super Oyonam alumnus, cathedræ iam annum vacanti tandem præfectus, vno tantùm anno, & tribus mensibus; decessit Bello prati, apud Andegauos.

GONDY. 89. PETRVS DE GONDY II. patre Aotonio, matre Catharinâ Petrauiuâ anno 1532. natus Lugduni, sed stirpe nobili & antiquâ Florentiæ apud Etruscos in Italiâ oriundus Elizabethæ Austriacæ Maximiliani Imperatoris filiæ & Caroli IX. Regis Franciæ vxoris Eleemosynarius, ad
1562. banc sedem euehitur anno 1562. sed inde transfertur ad Parisiensem 1570. vbi de eo plura.

D'ESCARS. De gueule au pal vairé, escartelé de son Eglise. 90. CAROLVS D'ESCARS, II. Abbas Besuensis, Galliaci, & Cristæ, filius Iacobi, & Annæ Insulanæ è Comitibus Tolosanis oriundæ, ex Pictauiensi transfertur ad Lingonensem Ecclesiam an. 1574. die 4.
1574. Iulij, vrbem ingressus iurat in manibus Ioannis Iauernaut vrbis Consulis, seu Maioris, ciuium priuilegia. Clericos ordinat Diuione Dominicâ die 19. Octobris 1572. Excepit Diuoduni Mediomatricum Idibus Augusti 1573. luculentâ oratione, quæ posteà edita est, Legatos Regni Poloniæ, seu Sarmatiæ Europeæ, qui nuntiatum veniebant electionem Henrici Andium Ducis in Regem Poloniæ, qui posteà Rex Fraociæ factus, Carolum Episcopum inter Præceptores Ordinis S. Spiritus, quem recens instituebat 1579. Calend. Ianuariis adscripsit. Interfuerat Comitiis Blesensibus 1577. cùm Gabriele le Geneuois Decano, posteà Nouiomensi Episcopo. Hoc verò Præsole fundatur Diuione 1581. Collegium Patrum Soc. Iesu ab Odineto Godrano in Senatu Burgundiæ Præside. Interest alis Comitiis Blesensibus 1588. Conuentus Patrum Capucinorum in eadem vrbe coostitutus 1602. 4. Octobris, quorum ædem dedicauit Carolus 1610. Sabbato 19. Iulij, & Ecclesiam S Nicolai in ea ciuitate coosecrauit, & complures in hac diœcesi Conuentus paulò pòst extructi fuêre, vt Lingonis, & Caluomonte; item Carmelitanarum Excalceatarum Sodalitium Diuionem inducitur, qui tertius est Cooventus Franciæ, Mariâ de Trinitate constitutâ Superiore ab Annâ de Iesu Hispanâ. Vrsulanarum quoque Congregatio stabilita Diuione 1614. & Lingonis, sed & Minimi Diuione instituti, ac Tornodori; quo in posteriore oppido Carolus Henricus Claromontanus Comes, & Catharina Maria d'Escoubleau coniuges egregium Monasterium huius Ordinis Professoribus procurarunt. Reformat Breuiarium 1604. Cæterùm interfuit Carolus Sacro Ludouici 13. Dominicâ die 17.
Octobris eiusdem anni 1610. Remis 1610.
à Francisco Cardinale Iouiensi peracto. Instituit, seu potiùs restituit Capellanos S. Ioannis Baptistæ Diuionensis in Canonicos 1612. 22. Maij. Fuerunt prætereà Sorores Dominicanæ, seu S. Catharinæ Senensis filiæ spirituales Auenione Diuionem adductæ 1612. die 12. Nouembr. Fulienses etiam 1614. post Dominicam Passionis stabilinntur Fontanis, loco S. Bernardi natalibus claro. Eodem Antistite Stephanienses à pluribus annis regulam S. Augustini Diuione professi, in pristinum sæcularem statum restituuntur. At ipse Carolus longâ quidem, sed minimè imbecillâ senectute confectus, ab bominibus recessit 1614. 1614.
Besuæ, ibique sepultus in Ecclesiâ S. Petri Abbatiali, quam 64. annos rexerat, omnium Galliæ Antistitum, & Præceptorum Ordinis S. Spiritus antiquissimus.

ZAMET. 91. SEBASTIANVS ZAMET, ex Abbate Iuliaci, filius Sebastiani Baroois de Murato & de Billy, Regi à Consiliis, Footisbellaquæ & Domus Mariæ Medicææ Reginæ Præfecti;

fecti; frater verò Ioannis Baronis de A Murat, Regalibus castris Præfecti, qui in Monspessulanâ obsidione occubuit. Designatus Episcopus per obitum Caroli iuramentum præstat Maiori ciuitatis 10. Iulij 1615. quo anno 30. Octob. possessionem adipiscitur personalem, & Cumitiis Cleri Parisiensibus interfuit: secundo post anno probauit institutionem Ecclesiæ Fuliensium apud Fontanas, & Vrsulinarum Diuionensium: eodem sedente stabiliuntur Vrsulinæ Castellione ad Sequanam, & Caluomonte. Ecclesiam Collegij Societatis Iesu Diuione dedicauit 1617. Sa- B cerdotes Oratorij fundauit, & Seminarium instituit Lingonis; eosdem, & sorores Visitationis Diuione admisit, quibus cœmiterium benedixit Andreas Fremyot Archiepiscopus Bituricensis. Excipit quoque Moniales Annunciationis, & Vrsulinas etiam in oppidis suæ diœceseos Barri super Sequanam, & Albam, Caluomonte, Castroujllani, Castellioni, & Monbarri. Curauit Monialium Tardi reformationem, & translationem Di-
1623 uione 1623. Hoc Præsule fundatur C Conuentus Carmelitarum apud S. Ioannem de Lothonâ 1624. Fato suo fungitur in castro Episcopali Mussej, quod restaurauit, disciplinâ Ecclesiasticâ & sollicitudine Pastorali commendandus Præsul 2. Februarij anni 1655.

SARRIVIERE. D'azur au cheuró d'or & 3. cro z au pied fiché de mesme 2. 1.

92. Lvdovicvs de la Riviere, III. Episcopus & Dux Lingonensis, Par Franciæ, Regi ab arcanis Consiliis, Abbas S. Benedicti Floriacensis, B. Mariæ Grassensis, S. Petri in Valle Carnotensis, B. Mariæ Syluæmaioris, & de Lyrâ, D Cancellarius Ordinis S. Spiritus; inauguratur Pontifex in Abbatiâ Monialium Lilij propè Melodunum Do-
1656. minicâ die 2. Iannarij 1656. ab Annâ de Leuis Archiepiscopo Patriarchâ Bituricensi, Ioanne de Lingendes Matisconensi, & Francisco Faure Ambianensi Episcopis. Regi sacramentum pro temporali exhibuit die vndecimâ eiusdem mensis.

DECANI ALIQVOT LINGONENSES.

Ermondus sub Hugone Episcopo.

Amalricus 1080. in electione Vualterij Episcopi Cabilonensis. 1080.

Guillencus posteà Episcopus.

Ayrardus 1127.

Humbertus, 1141. & 1149. in cartâ S. Petri Autissiodorensis.

Robertus apud Sanctum Bernardum epist. 11.

Manasses posteà Episcopus.

Girardus 1181.

Ioannes 1212. 1221. ex cartulario Autissiodorensi. 1212.

Nicolaus de Flauigny 1221. post Archiepiscopus Bisontinensis.

Ioannes 1242.

Otto 1258. & 1264. ex actis Capituli.

Girardus 1287.

Guido d'Espoisse.

Ioannes 1296.

Girardus Archiepiscopus Nicosiensis, Decanus Lingonensis & Canonicus Eduensis, decessit 1315. ex Martyrologio S. Lazari. 1315.

Henricus de Sanoisy dominus de Signelay, Ludonico de Barro Episcopo.

Ioannes Trenaillot fratrem habuit Guidonem Archidiaconum Diuionensem.

Ioannes d'Amboise posteà Episcopus.

Michael Boudet.

Gabriel le Genevois dominus de Boussencourt, Abbas de Moris, Agens generalis Cleri Gallicani in

Comitus anni 1585. posteà Episcopus A Nouiomensis.

Iacobus Gillet Senator Parisiensis, Decanus Carolo Descars Episcopo.

LODOVENSES EPISCOPI ET DOMINI, COMITES MONTISBRVNI.

Lodeve en Languedoc

NARBONENSIS primæ ciuitas Luteuensium, in veteri Gothorum regno, sub Narbonensi Metropoli, & Parlamento Tolosano, vetustate magis quàm amplitudine claret, cuius mentionem fecère Plinius, Forum Neronis suâ ætate nuncupatam scribens, & Isidorus castrum Luteua appellat, cuius populi Luteuani dicti; Episcopus verò in actis Concilij Toletani Lutnuensis dicitur. Montibus cincta est, & duobus fluuiolis Lergâ & Solundro in Raurarim, non C in Orobim, vt quidam volunt, labentibus abluitur; duos agnoscit patronos D. Genesium Arelatensem Martyrem, & S Fulcrannum Pontificem Ecclesiæ suæ: intra muros vrbis duæ parochiæ extant S. Petri & S. Andreæ, hæc in Cathedralem fuit translata, parochiæ autem per diœcesim tantùm 54. Episcopus supremus est toparcha per dictam diœcesim ratione Comitatus Montisbruni, quo decoratur ab antiquo; est arx seu castrum illud in suburbio Solundræ, quingentis aut circa passibus extra muros in summo collis D iugo excitatum; sed nunc dirutum: habet porrò iura Regalia ab antiquo, priuilegium cudendæ monetæ, omnésque nobiles diœcesis debent hominium Episcopo, ac soluunt iura in mutatione vassalli. Sunt in vrbe Franciscani Conuentuales, Carmelitæ strictioris obseruantiæ, Recollecti, & nunc Collegium Clericorum Regularium Doctrinæ Christianæ, moniales item S. Vrsulæ. Diœcesis terminatur Biterrensi, Agathensi, Monspeliensi, & Vabrincensi; Abbatiæ verò in eâ reperiuntur duæ virorum.

S. SALVATORIS O B.
S. Sauueur de Lodeue.

S. GVILLELMI DE DESERTIS O B.
S. Guillaume du Desert.

GORIANI *Claromonte.*
Gorran fam. O B.

Hæc desumpta sunt ex Chronologiâ Præsulum Lodouensium auctore Ioanne Plantauitio de la Pause Antistite Lodouensi; qui post Bernardum Guidonem & Catellum, B Episcoporum seriem sequentem multùm amplificauit.

1. S. FLORVS primus fertur Lodouensis Ecclesiæ Pontifex.

2. SILVANVS.

3. S. AMANTIVS, transfertur ad Ecclesiam Rutenensem vbi primus Episcopus, auctori vitæ S. Quintiani. Celebratur eius solemnitas die 3. Nouembris ex Breuiario Lodouensi, & nomenclaturâ Bernardi Guidonis.

4. HELLADIVS, de quo mentio fit in Synodali epistolâ Præsulum Galliæ ad S. Leonem Papam anno 451. 451.

5. RANVLFVS circa ann. 492.

6. MATERNVS, interfuit Concilio Agathensi anno 506. 506.

7. DEVTERIVS ad Concilium Aruernense missus anno 541.

8. EDIBIVS.

9. AGRIPPINVS, interfuit Concilio Toletano 3. anno 589. & Narbonensi eodem anno. 589.

10. LEONTIVS subscripsit edicto Flauij Gondemari quo Ecclesia Toletana prouinciæ Carthaginensis Ecclesiæ metropolis esse renunciatur anno 610. 610.

11. ANATOLIVS, tribus Toletanis Conciliis ex Hispaniâ & Occitaniâ coactis adfuit, nempe 4. anno 633. 5. 636. 6. 638.

652. 12. FIRMINVS anno 652. adstitit Synodo Narbonensi.

13. ANSEMONDVS per Gisebertum Diaconum procuratorem Concilio 13. Toletano adfuit 683.

14. EVGENIVS in Synodo Tolet. 16. an. 693.

711. 15. BERNECARIVS an. 711.

16. CHRISTIANVS, ex Abbate monasterij Reomensis diœcesis Lingonensis anno 731.

17. MICHAEL creditur interfuisse Concilio Narbonensi an. 788.

18. NEBRIDIVS, de quo fit mentio in fundatione monasterij S. Saluatoris in valle Gelonis, vulgò S. Guilelmi de Desertis: de eo Catellus in Hist. Comitum Tolosanorum lib. 1. cap. 6.

19. SIGEMVNDVS circa annum 810. quem Ludouicus Pius Rex Im-
824. periali munimine, suósque homines donauit anno 814.

20. RADVLFVS I. sedebat 840.

21. AVDOBERTVS in Concilio Pistensi an. 862.

22. TATILLA, seu Totillus
879. 879. cui confirmat Carolus Caluus donationes patris.

23. GEORGIVS, 880. clarus pro sapiâ, è diœcesi Rutenensi, erat monachus Conquensis, de quo Legendarium Lodouense: impetrauit ius telonei in vrbe suâ.

24. MACARIVS anno 884. interfuit Concilio Nemausensi biennio post celebrato à Theodardo Archiepiscopo Narbonensi, in villâ quæ
890. Portus dicitur, adhuc sedebat 890.

25. AVTGARIVS in Synodo Magalonensi 894.

26. RODVLFVS II. per biennium rexit Ecclesiam.

27. HERIMANNVS, cui Ioannes 10. Papa Bullam misit anno 2. Pontificatus.

28. HILDVINVS Belga, ex monacho Lobiensi, Hugonis Regis Italiæ consanguineus anno 925. qui 925.
posteà creatus est Veronensis Episcopus 928. ac tandem Archiepiscopus Mediolanensis anno 930. teste Vghello tomo 4. Italiæ Sacræ, vbi Leodiensem Episcopum, non Lodeuensem vocat.

29. THEODERICVS anno 928. præsens consecrationi Ecclesiæ monasterij S. Pontij Tomeriarum an. 937. & Concilio 2. Narbonensi 940. Obiit 942.

30. FVLCRANNVS, seu Fulcrandus, in MS. Verdalæ Magalonensis Præsulis, è Sustantionensium Comitum stirpe maternum genus ducens, Episcoparum rexit an. 972. 972.
Eius legenda in Chronologiâ Præsulum Lodouensium legitur. Festum habet 13. Februarij, decessit an. 1006. Febr. 13.

31. MATFRIDVS simul cùm Biterrensi gubernaculum Ecclesiæ iure vel iniuriâ nouennio inuasit; vnde à Guidone in Catalogo Præsulum reiicitur. Vacauit sedes ad annum 1013.

32. ODO IMBELLVS, præfuit annis 1015. & 1032. quo extinctus creditur. IMBELLVS.

33. BERNARDVS I.

34. BERNARDVS II. an. 1044. migrauit è viuis an. 1049. ex necrologio Ecclesiæ. 1049.

35. ROSTAGNVS interfuit Concilio Tolosano an. 1056. de quo in Repertorio veteri mentio reperitur sub annum 1057.

36. BERNARDVS DE PROVENCHERIIS, III. pro iurium Ecclesiasticorum tuitione sedulò laborauit: Concilio Claromontano apud Aruernos interfuit, ibíque in PROVENCHERIIS

Tertam Sanctam peregrinationem aggressus est, vbi anno 1099. ad meliorem vitam transfertur.

CHASLVS. 37. DEODATVS DE CHASLVS, simoniacè Cathedram hanc per fas
1100. nefásque adipiscitur anno 1100. sed à Coëpiscopis exauctoratus à populo expellitur, reiectâ illius ad Regem Philippum 1. appellatione.

37. RAYMVNDVS I. qui in Repertorio antiquo Episcopatus cognominatur PASTOR BONVS: rexit ab anno 1102. ad 1138. interfuit Concilio Tolosano 1119.

39. PETRVS RAIMVNDI, I.
1138. anno 1138. pluribus donis dotauit Ecclesiam, quam administrauit vsque ad annum obitus 1154. sepultus in Capellâ Pontificum sub campanili.

POSQVIERES. 40. PETRVS DE POSQVIERES, II. vrbem de nouo pomeriis cinxit, Ecclesiæ multa bona comparauit: cui Ludouicus 7. anno 1157. concessit literas confirmationis prædiorum & iurium Regaliorum diœcesis. Obdormiuit in Domino anno 1160. Iulij 10. die, conditus in tumulo Episcoporum.

MONPEROVX. 41. GAVCELINVS DE MONTPEROVX Abbas Anianæ in diœcesi Magalonensi. Ludouicus 7. bene-
1171. ficia Ecclesiæ confirmauit anno 1171. vt & Alexander 3. Pontifex Max. multáque tam in ædificiis, quàm prædiis adauxit, ex cartulario Episcopali: interfuit Concilio Albiensi 1176. contra Albigensium hæresim celebrato: inter eum & Comitem Rutenensem facta est compositio pro Montebruno: instituit Ecclesiam B. Mariæ de Foderiâ, ac mortuus est 1187. anno ætatis 82. sedis 27. 7. Iulij Idus, humatus in sepulchro Episcoporum.

MADERIIS. 42. RAIMVNDVS DE MADERIIS, II. Guillelmi de Montepessulano frater. Rex Philippus 2. multa beneficia contulit Parisiis anno 1188. & Petrus Narbonæ Vicecomes eius consanguineus donauit illi an.
1192. 1192. quidquid habebat in vrbe vel diœcesi Lodeuensi, sicuti Raimundus 5. Dux Narbonæ, Comes Tolosæ circa annum 1193. de quo apud Plantauitium lege plura. Decessit an. 1197. sepultus in conditorio Episcoporum.

FROTERI. 43. PETRVS FROTERI, III. sub eo corpus B. Fulcranni ex Capellâ S. Michaëlis in sacellum aliud basilicæ S. Genesij translatum est an. 1198. Innocentius III. ei confirmauit priuilegia ab Imperatoribus & Regibus Ecclesiæ Lodouensi concessa anno 1202. constructionem arcis & munitionem oppidi de Castari ab antecessore cœptam absoluisset, nisi à sicariis confossus in æde 1207.
suâ occubuisset anno 1207. iacet in Cathedrali.

LODOVA. 44. PETRVS DE LODOVA IV. Franciscanus, reos cædis sui decessoris extremo supplicio affici curauit, satagente Aymerico Guillelmi, Claromontis toparchâ; decretúmque illud Philippus 2. Rex anno 1208. approbauit, eíque Ecclesiæ 1210. beneficia contulit: vocatur ab Arnaldo Metropolitâ Sedis Apostolicæ Legato 1213. vt cùm aliis Præsulibus conueniret in oppida Sauarduni & Murelli, qui de pace tractarent cùm Petro Aragonum Rege, bellum gerenti aduersùs Comitem Montisfortis, in gratiam Raimundi Comitis Tolosæ. Epistola extat in Chronologiâ Præsulum Lodouensium, & in historiâ Comitum Tolosanorum Catelli. Anno 1215. interfuit Con- 1215.
cilio Monspelij celebrato, præsente Pontificis Legato Petro Cardinali de Beneuento, in quo damnata fuit hæresis Albigensium, item Synodo prouinciali Narbonensi: Rex autem Ludouicus 8. Sancti Ludouici pater agnoscens se ex copiis auxiliaribus Petri, viri bellicosi, in eadem expeditione multùm subsidij accepisse ad victoriam aduersùs Comitem Raimundum reportandam, dedit ei & successoribus eius Comitatum Montisbruni, vel potiùs donationem Raimundi 5. Raimundo de Maderiis Episcopo factam de dicto Comitatu confirmauit, vt & concessiones regaliorum, aliáque iura & priuilegia, quemadmodum produnt antiqua registra & repertoria cartarum. Anno 1226. interfuit alteri Concilio 1226.
Narbonensi & 1228. Petrus Amelius

Archiepiſcopus Narbonenſis cùm A
Petro & aliis Suffraganeis conuenerunt Meldas, poſteà Lutetiam, vbi concordia facta fuit inter S. Ludouicum & Raimundum Toloſæ Comitem, & confirmata anno ſequenti Toloſæ in Concilio ab iiſdem Præ-
1233. ſulibus celebrato: aſtitit & an. 1233. Concilio Biterrenſi. Petrus denique longæuus & ſenio fatiſcens, ſub finem vitæ habitum fratrum Minorum, quos ante aliquot annos in vrbem induxerat, viuente adhuc S. Franciſco ſumpſit in Conuentu Lodouenſi, in quo tandem fatis ceſſit anno 1238. poſtquam rexiſſet an. 30. B
cui demortuo datus fuit titulus Patris Cleri, & populi Paſtoris; ante altare huius cœnobij ſepultus fuit.

Mornay. 45. Bertrandvs de Mornay I. monachus Benedictinus S. Andreæ Auenionenſis, viuente adhuc Petro anteceſſore à Petro Amelio Metropolitâ confirmatur, ſed conſecrationis munus quadriennio quo Lodouenſem rexit Eccleſiam obtinere non valuit: nihilominus tamen Aymericum Guillelmi anathemate percuſſit, quod caſtrum C
ſuum de Claromonte nollet profiteri in feudum ab Eccleſiâ Lodo-
1241. uenſi: moritur anno 1241. tumulatus in Cathedralis ſacello D. Michaëlis.

Casovls. 46. Gvilelmvs de Casovls I. diœceſis Biterrenſis, à Chriſtiano Agathenſi Epiſcopo, Biterrenſi & Magalonenſi aſſiſtentibus conſecrationis munus accepit in æde parochiali: an. 18. nimirum ab an. 1241. ad 1259. præfuit vir prudentiæ & eruditionis non vulgaris. Concilio Lugdunenſi 2. interfuit, & Summi Pontificis mandato inquiſiuit an Raimundus ſenior Toloſanus Comes obiiſſet nec ne. Anno 1243. de D
mandato S. Ludouici Berengarius Guilelmi Clarimontis dynaſta, homagium præſtare cogitur eidem Epiſcopo Guilelmo: multa etiam accepit hominia de nobilibus totâ regione viris. Plura de ipſo vide apud Plantauitium in hiſtoriâ. Vitam tandem cùm morte commutauit anno
1259. 1259. & iacet in templo Prioratus S. Michaëlis Grandimontenſis Ordinis, vnicâ ab vrbe leucâ diſſito.

47. Raimvndvs Astvlphi de Rocosello III. ex nobili Rocoſellorum gente: ſub finem anni 1259. ad ſedem aſſumitur, eámque per viginti annos impleuit; vix autem poſſeſſionem Epiſcoparus adipiſcitur, & in vrbem ingreditur, antequàm ob ætatis defectum inauguratus eſſet, cùm à ciuibus fidelitatis ſacramentum exigit: priuilegia quædam ſuis Canonicis conceſſit, ac varias recognitiones accepit, de quibus Chronologia Lodouenſis. Obiit anno 1279. & in ſacello S. Fulcrani ſub campanili extructo quieſcit. Rocosello 1279.

48. Berengarivs de Bociacis I. vir induſtrius in controuerſiis ſedandis, ac bonis pro Eccleſiâ acquirendis, Epiſcopatum iniit an. 1279. admittit hominium Berengarij Guilelmi de caſtro Clarimontis 1280. item Guilelmi de S. Euritio domini Montiſpauonis: emit quoque à Bertrando de Montepetroſo quidquid poſſidebat in diſtrictu S. Priuati, & nonnulla excambiuit cùm Aymerico Clarimontis dynaſtâ. Obiit an. 1288. in loco de Niſatio, ſepulturam accepit in Cathedrali. Bociacis.

49. Berengarivs Gerardi, II. ciuis Lodouenſis, à Narbonenſi Metropolitâ anno 1288. conſecratus, vix ad biennium ſedit: & hominia excepit à nobilibus feudatariis: conditus in Cathedrali. Gerardi. 1288.

50. Bernardvs de Pictavia IV. reperitur Epiſcopus in documento anni 1290. Kal. Octobris. Pictavia.

51. Gavcelinvs de la Garde II. ſedit annis quinque, dein ad ſedem Magalonenſem tranſlatus an. 1296. la Garde.

52. Itherivs de Bvrdegala ex Ordine Minorum à Bonifacio 8. ad Epiſcopatum euehitur, vt notat Lucas Waddingus Tomo 2. Annalium Minorum, præfuit ſex annis, humatus in Eccleſ. Franciſcanorum Burdegalenſium cùm hac epigraphe ſepulcrali. *Hic iacet Reuerẽdus in Christo Pater frater Itherius Ordinis Minorum bonæ memoriæ Episcopus Lodouensis, qui obiit anno Domini* MCCCII. *tertio*

Calend. Iulij, cuius anima requiescat in pace. A

BOISSAC. 53. DEODATVS DE BOISSAC II. Berengarij suprà memorati & sui in sede antecessoris ex fratre Aymerico nepos, suffectus anno 1302. Philippus Pulcher Rex impedit eum & alios Galliæ Episcopos ne Romam eant ad Bonifacium 8. Papam, qui eos vocauerat ratione dissidij quod inter eum & Regem erat. Anno 1303. interfuit sponsalitiis Isabellæ Regis Philippi filiæ & Eduardi 2. Angliæ
1312. Regis ab Egidio Archipræsule Narbonensi celebratis. Fato functus 1312. B

54. CLEMENS I. Auenionensis, Ecclesiam suscepit regeodam anno 1308. ex tabulâ repertorij Priuilegiorum.

55. DEODATVS III. ex cessione Clementis, qui Episcopali muneri renunciare, quàm summi Pontificis aulam Auenionensem deserere maluit, & in propriâ sede morari, quæ cessio facta circa annum 1311. anno sequenti inita fuit inter Agatheosem & Lodouensem Ecclesias arctissima C societas.

56. PETRVS V. de quo in historiâ Tolosæ Catelli fit mentio. Ei tribuitur liber cui titulus est præclara Francorum Facinora.

57. BERNARDVS IV. recense-
1313. tur in vetusto codice homagiorum anno 1313.

DE PODIO. 58. GVILLELMVS DE PODIO, II. successit ad ao. 1314. fuit Ludouico X. Regi carus, vt patet ex variis literis in eius gratiam ad Senescallum D Carcassoneosem missis, sicut videre est in Chronologiâ Lodeuensi.

MANDAGOT. 59. GVILLELMVS DE MANDAGOT III. natalibus clarus; ex eâ gente alter Gulielmus dynasta de Montepetroso, ex fratre nepos alterius Gullelmi de Mandagoto Ordinis S. Augustini, qui scripsit plura, & postquam fuit Tolosanus, dein Auenionensis, ac Ebredunensis Archiep. tandem fit Cardinalis; nepotem ex fratre habuit Robertum de Mandagoto Massiliensem Episcopum an. 1345. ex Præsule Vcetiensi inde Lodouensibus datus est Episcopus: decessit anno 1317. in antecessorum 1317.
mausolęo sepultus, vt testamento suo cauetat.

60. IACOBVS DE CONCOSSIO Ordinis Prædicatorum: ex Pœnitentiario Ioannis XXII. Pontif. Max. cui etiam erat à Confessionibns, ab eodem electus & inauguratus: sedit anno 1320. CONCOSSIO.

61. VIDVS PERPINIANVS eiusdem Ordinis Prædicatorum, ex Iacobi cessione, & iussu eiusdem Ioannis Pontificis, à quo paulò ante in Valdenses Fidei Inquisitor institutus fuerat, fit Lodouensis Episco- 1322.
pus anno 1322.

62. IOANNES DE TEXENDERIA, Cadurcensis, Ordinis Minorum anno 1323. ab eodem Papâ Ioanne Vidi successor instituitur: & illius authoritate eodem anno ad nouam Sedem Riuensem in Occitaniâ translatus, cuius fit primus Episcopus an. 1324. non autem Pilus-Fortis Cardinalis de Rabastens, vt perperam aliqui asseuerant: iacet in sacello Rineosi, ab ipso constructo in Tolosanâ Franciscanorum maioris obseruantiæ Ecclesiâ, vt in Episcopis Riuensibus infra dicetur. TEXENDERIA.

63. BERNARDVS GVIDONIS VI. patriâ Lemouicensis, ex humili familiâ in vico Roccio nuncupato propè Rupem Auis natus, Dominicanorum Ordinem anno ætatis 19. ingressus est: cùmque omnia ferè Religionis officia per 35. annos administrasset, à Pontifice Ioanne XXII. fit Episcopus Tudensis (non Tutelensis, vt quidam putant) in Gallæciâ, Metropolis Compostellanæ, deinde ad Cathedram Lodouensem translatus, GVIDONIS.
1324. ex actis Consistorialibus Vaticani: quam ferè octo annis felicissimè rexit; in vrbem ingressus 21. 1324.
Martis solitam fidem vassallorum sui Episcopatus admisit. In Albigenses renunciatur ab eodem Pontifice Max. Inquisitor Fidei, & hæreticæ prauitatis, cui Chronicum suum seu Speculum historicum Romanorum Pontificum, Imperatorum, & Regum Francorum dicauit, exara-

tum vsque ad an. 1322. quod Berengarij 13. Ordinis sui Generalis iussu composuerat. Tractatus plures de Conciliis, de Officio Missæ; Chronologiam Episcoporum Lemonicensium, ac Tolosanorum, nonnullas quoque Sanctorum Legendas scripsit, cæteráq; plura, necnon Episcoporum Lodouensium nomenclaturam edidit; insuper ædificiorum instaurator & amplificator extitit, vti legere est apud Plantauitium Tandem obiit in castro Laurosio ditionis Episcopalis 1331. ætatis suæ 71. eius cadauer ad Prædicatores Lemouicenses, vt ipse testamento præscripserat, delatum est, iacétque in Templi Sanctuario cùm eâ inscriptione: *Sub hoc humili loco iacet Frater* BERNARDVS GVIDONIS *Ordinis Fratrum Prædicatorum, post nonnullas per Italiam, Galliam & Flandriam Legationes Apostolicas, primum Tudensis in Gallæcia, deinde Lodouensis Episcopus in Gallia Narbonensi; qui animam cœlo reddidit anno salutis Domini* MCCCXXXI. *die* XIII.
1331. *Decembris. Requiescat in pace. Amen.*

DV MAS. 64. BERTRANDVS DV MAS II. Episcoparum adipiscitur anno 1332.
1332. 17. Februarij per prouisionem dicti Ioannis 22. ex actis Consistorialibus. Anno 1350. Anglesius de Elzeriâ, de licentiâ Clementis 6. & Bertrandi Episcopi fundauit Monasterium Monialium regulæ Benedictinæ in territorio de Goriano secus oppidum Claromontanum, vbi prius extructa fuerat basilica Sancti Stephani, insequenti anno adfuit Concilio prouinciali Narbonensi.

65 ROBERTVS viuente adhuc decessore suo Bertrando & de eius
1356. consensu, vt par est credere, cuius fortè consanguineus erat, electus anno 1348. sedebat adhuc an. 1356.

66. GISBERTVS in actis Consistorialibus Vaticani, ex Vapincensi Præsule fuit translatus ad hanc sedem anno 1358.

HVGONIS. 67. AIMERICVS HVGONIS ex Canonico Bituricensi beneficio Innocentij Papæ sedem ascendit an-
1361. no 1361. 21. Augusti. Vltimum vitæ diem clausit 24. Aprilis. documenta eius non excedunt annum 1369.

68. GVIDO DE MALESEC I. MALESEC. dominus Castrilucij, Papæ Gregorij XI. ex sorore nepos, à quo creatur primùm Lodouensis Præsul an. 1371. dein ad sedem Pictauiensem transfertur, vbi de eo fusè.

69. IOANNES II. succedit an. 1372. institutor custodiæ Sanctissimi Sacramenti & Sodalitij eiusdem in S. Genesij basilicâ, quod patet ex veteri instrumento 1372.

70. SARVSSIVS de eo fit mentio an. 1378. 1378.

71. PETRVS GIRALDI VI. GIRALDI. ex Canonico Eduensi & Pœnitentiario maiori Clementis 7. Antipapæ 1380. sedem annis tantùm quatuor rexit, & factus est Podiensis Episcopus, tandem Cardinalis tituli S. Clementis, atque Episcopus Tusculanus.

72. FERRICVS CASSINEL CASSINEL. Francisci Equitis filius ex procerum Lucensium in Italiâ genere, anteà Rotomagensis Archidiaconus, & à secretis Caroli VI. subrogatus Petro, dein Autissiodorensis Præsul, vnde translatus ad Remensem Metropolim.

73. CLEMENS II. Italus, ex Auditore & Camerario Clementis Antipapæ, Auenione degens Episcopatum adiit per procuratorem: ab eodẽ Clemente delegatus est in gratiam Cartusiæ Bonipassus secus Druentiam, quòd liquet ex instrumento dato Auenione 13. Kalendas Nouembr. 1390. 1390.

74. GVILELMVS GRIMOARD GRIMOARD III. an. 1393. Anglici Episcopi & Cardinalis Auenionensis nepos ex fratre; sedit per biennium.

75. BERNARDVS VI. confirmauit Sodalitium S. Sacramenti, quod vnus ex antecessoribus instituerat.

76. IOANNES III. fundauit Capellam S. Ioannis Baptistæ de 1403. Pegueyrollis 1403.

IOYEVSE. Commenc ey deinat. 77. IACOBVS DE IOYEVSE, II. de illustri apud Viuarienses stirpe, consanguineus Caroli Floriensis Episcopi, Ludouici eius nepotis & in sede successoris, Gulielmi fratris Ludouici Aletensis Præsulis, ac Francisci Cardinalis: memoratur in literis Apostolicis Innocentij 6. quibus Capitulum Lodouense omnes Ecclesiæ Cathedralis ministros & officiales à iurisdictione Iacobi eximebat anno 1406.

VERGNE. 78. IOANNES DE LA VERGNE IV. dominus de Tressan diœcesis Biterrensis, ex Præcentore Cathedralis Ecclesiæ Lod. & Cameræ
1410. Apostolicæ Clerico ad hanc sedem promotus 1410.

79. MICHAEL II. sedebat an. 1413. & anno 1414 Iordanus Claromontius condominus castri de Malauetulâ clientem Ecclesiæ Lodouensis se professus est: viuebat adhuc 1427.

TRILLINA. 80. PETRVS DE TRILLINA VII. Nuntius primò Martini 5. Papæ ad Regem Castellæ 1426. referente Bzouio Annal. tom. 3. dein Sanctioris Consistorij Consiliarius, in rebus agendis apprimè versatus,
1431. à Iacobo du Chastellier Parisiensium Episcopo inauguratur Lutetiæ 1431.

81. IACOBVS III. sedere cœpit anno 1445.

D'ESTOVTEVILLE. 82. GVILELMVS D'ESTOVTEVILLE IV. ex Episcopo Lodouensi 1448. ad Maurianensem translatus 1453. 7. Kal. Februarij, ex libris prouisionum Prælatorum Vaticani: de quo plura in Rotomagensibus Archiepiscopis.

COSSILIACO. 83. BERNARDVS DE COSSILIACO VII. ex Canonico Albien-
1453. si electus 1453. 7. Calend. Februarij vt patet ex actis Consistorialibus Vaticani.

CORQVILLERAY. 84. IOANNES DE CORQVILLERAY V. à Consiliis Ludouici II. Regis, cuius sacro interfuit Remis 1461. sub quo nonnullas Legationes obiit occasione belli publici; præfuit autem ab anno 1462. ad 1488.

A quo excessit è viuis, humatur secus S. Fulcranni sacellum, quod ab eo instauratum & ornatum fuerat.

BRIÇONNET. 85. GVILELMVS BRIÇONNET V. Turonensis, fuit filius legitimus alterius Guilelmi Imperij Gallici sub Carolo 8. Administri, inde Maclouiensis Episcopi, posteà Remensis Archipræsulis, tandem Narbonensis & Cardinalis, necnon Occitaniæ Proregis, ex Raouletâ Belnensi: hic Guilelmus Lodouensis Antistes 1488. legationem per biennium in Curiâ Romanâ feliciter gessit,
B tandem Episcopus Meldensis 1516. de quo plura ibi consule.

BRIÇONNET. 86. DIONYSIVS BRIÇONNET ex Tolonensi Antistite, Abbas Cormeriaci in Turonibus, & Sparnaci; in Comitiis Britanniæ Armoricorum nomine Francisci I. interfuit, in quibus, motus à proceribus excitatos, Franciscum Regis primogenitum in Ducem suum acceptare nolentibus, mirâ solertiâ & eloquentiâ sedauit: in Concilio Lateranensi sub Leone 10. 1514. adfuit: tandem ex resignatione Guilelmi fratris sedem Lo-
C douensem consecutus est, ex quo ille Meldensem Cathedram accepit anno 1516. per quadriennium Nemau- 1516.
sensem quoque simul cùm Lodouensi rexit Ecclesiam, ad Maclouiensem tandem translatus 1520. Erat pius in pauperes, & legatione ad Leonem x. Pontific. functus est, cuius instantiâ B. Franciscus de Paulâ Minimorum Patriarcha, Sanctorum numero adscriptus est an. 1519. obiit die 18. Decembris an. 1535 & in cœnobio Cormeriacensi tumulatur: laudatus oratione funebri per Ioachimum Perionium eiusdem mo-
D nasterij monachum eruditissimum ac scriptis clarum. Dionysio Aristotelis Politica Iacobus Faber Stapulensis Iod. Clictouæus opera S. Dionisij, Franc. Vatablus Aristotelis Physica, Carolus Bouillus librum de Sapiente dicant, ex quo facile est colligere eum doctorum virorum fuisse fautorem.

DV PVY. De sinople à la bande d'or accompagnée de 6. merlettes de mesme. 87. RENATVS DV PVY I. ex Abbate Cormeriacensi, cessione Dionysij Lodouensem Episcopatum adipiscitur an. 1520. mense Octobri.

Anno

Anno sequenti Lodouæ exceptus; A 1524. interiit, sepultus in suâ Cathedrali.

MATHÆI 88. IOANNES MATHÆI VI. sedebat anno 1526. ex codice recognitionum.

89. LAVRENTIVS, Italus, natione Etruscus, Francisci I. Regis nominatione Romæ confirmatur, ac consecratus à Clemente 7. Papâ an.
1528. 1528. præfuit & 1529. ex actis recognitionum censualium.

DE CERC. 90 LÆLIVS DE CERC, vulgò B DE CERCHI, Florentinus, filius Ioannis Pauli domini de Anguillari, ex cessione Laurentij in Curiâ Romanâ existentis, ab eodem Rege Francisco nominatur. Dinumerationem omnium bonorum Ecclesiæ suæ exhibet eidem Regi anno 1540. & declarauit se supremum esse vrbis Dominum, Montis Bruni Comitem, iuráque habere Regalia.

SFORCS. 91. GVIDO ASCANIVS SFORTIA ex Ducum Mediolani stemmate. Bosio S. Floræ Comite, & Constantiâ Farnesiâ parentibus pro- C gnatus, patriâ Romanus; Ecclesiæ primùm Lodouensis anno 1546. deinde Parmensis Administrator, Bononiæ, Aemiliæque Legatus, Rom. Eccl. Camerarius, sub Iulio 3. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Viâ Latâ, sub Paulo 4. Hispaniæ Protector, pacis inter Philippum 2. Regem Catholicum & ipsum Pontificem conciliator, ac D. Mariæ Maioris Archipresbyter fuit. Exemptus è viuis in villâ Cumedianâ territo-
1564. rij Mantuani anno 1564. cuius cadauer Romam elatum marmoreo sepulchro in basilicâ Liberianâ sepelitur, & ibi sequens inscriptio appo- D sita. *D. O. M. Guidoni Ascanio Sfortiæ Cardinali, Pauli 3. Pontificis Maximi nepoti, Bononiæ & Flaminiæ Legato, atque huiusce Basilicæ Archipresbytero, Alexander Cardinalis Sfortia fratri desideratissimo. Vixit annos* XLV. *menses* X. *dies* XII. *Obiit anno salutis* 1564. *Nonis Octobris.*

GABRE. 92. DOMINICVS DV GABRE Vasco, Protonotarius Apostolicus in Romanâ Curiâ, postmodum in

Gallicâ aulâ primus Regis Eleemosynarius, móxque eiusdem ad Venetos Legatus; tandem Cathedram hanc nomine procuratorio conscendit mense Nouembri 1547. ex cessione 1547.
Guidonis Cardinalis. Vrbem ingressus anno 1548. decessit Lutetiæ 1. Februarij anni 1557. iacet in Choro Ecclesiæ Cœnobij S. Germani de Pratis cùm hoc epitaphio:

Qui iacet hoc tumulo Præsul lectissimus olim
Virtutum merito splendidiore fuit.
Legatus varias pro Rege legatus in oras
Præstitit exactè munere digna suo.
Sed quia res Christi longè studiosiùs egit,
Iam fruitur tanto post sua fata Deo.

93. BERNARDVS D'ELBENE VIII. Florentinus, ab Henrico II. D'ELBENE. nominatur 1557. Lodouensis Ecclesiæ possessionem accepit anno 1558. 1557.
Eam autem vnico dumtaxat triennio administrauit, ad Nemausensem, Francisco 2. id ita volente, assumptus: quo tempore Tridentino Concilio interfuit.

94. MICHAEL BRIÇONNET III. filius Guilelmi in Senatu Parisiensi Consiliarij, & Ioannæ Brinon; BRIÇONNET. Guilelmi Cardinalis Archiepiscopi Remensis & Narbonę; nec non Roberty Françiæ Cancellarij nepos: fuit primò Episcopus Nemausensis ex resignatione Guilelmi patrui, tandem Lodouensis anno 1560. ex permutatione Bernardi d'Elbene eius con- 1560.
sanguinei: acerrimus extitit fidei Catholicæ aduersùs Nouatores assertor, obiítque anno 1574. ætatis 97. De eo plura apud Guidonem Bretoneau in Historiâ Briçonetæ familiæ.

95. CLAVDIVS BRIÇONNET, filius Guilelmi domini de Glatigny, & BRIÇONNET. Claudiæ de Leueuille, ex Michaëlis patrui resignatione mense Martio 1561. Lodouam consueto ritu ingressus est, & publicâ, priuatâque lætitiâ faustis acclamationibus à Clero & vniuerso populo exceptus est. Eo autem per integrum annum feliciter in vrbe præsulante, hæretici Cebennates & Rutenenses in ipsam vrbem anno 1562. mense Maio cùm turmis militaribus irruunt, illámque

fine dubio expugnassent, nisi coacti A fuissent generoso ciuium molimine, Claudij Episcopi in primis obsidionem soluere: quod quidem egregium facinus indicabat ante direptionem subsecutam marmoreus lapis inscriptus his verbis: CLAVDIVS BRIÇONETVS *Lodouensis Episcopus & Comes Montisbruni, magnâ hostium clade hanc vrbem oppressam deffendit, obsessosque cohortatæ ciues ex obsidione exemit. Exultantium Giniacensium & Claromontensium audaciam fregit, eorumque oppida sub Regis potestatem subiunxit, vicinósque armis Hæreticorum oppressos à summis terroribus vendicauit. Vrbem Lodouam omni opere,* B *& bellicis instrumentis muniuit, copias instruxit, hostésque ita continuit, vt nihil aggredi aut attentare ausi fuerint. Arcem denique S. Guillelmi de Desertis arte & naturâ munitissimam recepit, & suos ciues in pace semper continuit.*

BARRAVD. 96. PETRVS DE BARRAVD, VIII. Oliuarij de Barraud Regij apud Armoricos Quæstoris, & Petronillæ Briçonetæ sororis Michaëlis filius, ex Canonico Lodouensi, Priore de Blandas, & Vicario generali C Claudij consobrini sui, ex eiusdem resignatione Lodouensis Ecclesiæ curam suscepit anno 1566. sed vix per 1566. triennium sedit, defunctus est enim 16. Calend. Februarij 1569. in æde D. Michaëlis tumulatus.

VERCELLIS. 97. ALFONSVS DE VERCELLIS ex primo Eleemosynario Catharinæ Reginæ Henrici 3. matris, ab eâ nominatus ad Episcopatum Salutiensem, sed Pontifice Maximo non probante, ad hanc Sedem vocatus est: & à dictâ Catharinâ Reginâ delegatus fuit Orator ad Imperatorem. D dum sederet an. 1573. Lodeua vrbs fuit à Caluinistis capta, qui eam diripuêre. Alfonsus autem posteà vltimum diem obiit Aueniome, & in Franciscanorum Conuentualium Ecclesiâ fuit sepultus.

BIRAGVE. 98. RENATVS DE BIRAGVE II. nobilis Mediolanensis, Galeatij filius, in aulâ Regum Franciæ diu vixit Francisco I. Henrico II. alijsque Regibus carus, ex Libellorum supplicum Magistro, Taurinorum Præses, & Prorex Caroli 9. in Prouinciâ Lugdunensi, [illegible] Francia Cancellarius. Vxore præmortua Ordini Ecclesiastico nomen dedit, factúsque Præsul Lodouensis post Alfonsum. Creatus Cardinalis à Gregorio 13. an 1578. eius vitam Ioannes de Maumont conscripsit. Postquam se Episcopatu abdicasset anno 1580. moritur trien- 1580. nio post ætatis suæ 77. Lutetiæ Parisi. sepultus est in Diuæ Catharinæ Virginis templo, vbi hoc epitaphium in marmore conspicitur:

Quid tibi opus est statua? satis est statuisse Birague
Virtutis passim tot monimenta tua.

RENATO BIRAGO *Patritio Mediolanensi, multis & summis dignitatibus functo, tum Franciæ Cancellario, ac demum S. R. Eccl. Cardinali, Franciscæ filia vnica, & Cæsar Biragus agnatus mœstissimi, non memoriæ, sed desiderij perpetui monumentum. H. P. G. Vixit annos* LXXVII. *menses* IX. *dies* XXVI. *Obiit* VIII. *Calend. Decembr.* MDLXXXIII.

99. CHRISTOPHORVS DE L'ESTANG Lemouicensis, frater Iacobi in Senatu Tolosano Præsidis, & Stephani Poluereti Episcopi Aletensis auunculus, anno 1580. ad hanc sedem euehitur ex resignatione Renati. Milites coëgit vt Henrico Duci Monmoranciaco in Occitania obsisteret, vnde illi mirum in modum infensus, Lodouam mense Septembri anno 1585. obsidet, eámque deditione capit. Intereà Christophorus partim Tolosæ, partim Narbonæ relegatus, Episcopatus sui redditibus priuatus, vsque ad pacificationis edictum, spoliatúsque remansit, sed tandem ad Carcassonensem Ecclesiam transfertur, vt dicimus.

L'ESTANG. [illegible]

LEVIS. 100. CAROLVS DE LEVIS ex illustrissimâ familiâ Leuiorum, Annæ Ventadorij Ducis & Margaritæ Monmoranciacæ filius; cessione Christophori in Carcassonensem Episcopum assumpti nominatur ab Henrico Magno, sed ob ætatis defectus sacro caractere non inauguratur: quinimò tribus post nominationem annis abdicat & ad secularem statum redit, ac per Henrici fratris maioris natu demissionem Ventadorij Ducatu potitur.

Robin.

101. Gerardvs Robina Augustinianus, per resignationem Caroli & nominationem Regis E-
1607. piscopatum suscepit anno 1607. à Paulo v. confirmatur. Recollectos in oppido Clarimontis paulò ante admissos, in vrbem Lodouam induxit. Anno 1609. interfuit Concilio Narbouensi per procuratorem, Ludouici Archiepiscopi authoritate coacto: obiit an. 1611. Ianuarij 15. & sepultus in sacello D. Michaëlis.

De Levis.

102. Franciscvs de Levis Caroli frater, nominatur à Rege anno 1612. sed ob ætatis defectum, vix B decimum sextum annum prætergressus, Episcopalia munera administrare non valens, Vicarij generales assumuntur: anno 1622. ætatis suæ 26. Romam tendit, ibíque à Papâ & Cardinalibus benignè recipitur. In Galliam reuersus, Comitis de Valleuiridi titulo assumpto, Henricum Monmorencij Ducem, rei naualis Præfectum, auunculum suum, con-
1625. tra Rupellanos rebelles comitatur; at glande tormentariâ occubuit mense Augusto anni 1625.

Plantavit.

Au 1. & 4. d'azur à l'arche de Noe d'or, soustenant vne colõbe qui tient vne brãche d'olivier en son bec, & voguante sur vne mer, le tout d'argent. Au 2. & trois, de gueulles à 3. fleurs de lis d'argent.

103. Ioannes de Plantavit de la Pavse vii. Abbas S. Martini Ruricurtensis diœcesis Bellouacensis, in Gebennis ortus Christophoro & Isabellâ Dassas parentibus hæreticis, cui sectæ addictus primò, tandem diuino numine in Ecclesiæ gremium ascitus, hæresim publicè in Cathedrali Biterrensi eiurauit, mox Theologiæ operam dedit in Gymnasio Flexiæ, atque instituto contra Ministros Salmurenses de re Catholicâ & religione conuentu, Romam profectus est: hinc regressus, fit maior Vicarius Eleemosynariæ Franciæ sub Cardinali de Rupefucaldi, & posteà Magnus Elisabethæ Philippi iv. Hispaniæ Regis sponsæ Eleemosynarius, denique in Episcopum Lodouensem confirmatus ab Vrbano 8. die 16. August. 1625. in Ecclesiâ S. Ludouici domus professæ Soc. Iesu Lutetiæ inauguratur die 18. Octobr. à Francisco de Harlay Archiepiscopo Rotomagensi, sibi assistentibus Vticensi, & Nemausensi Episcopis. Post mensem Regi fidem clientelarem præstitit apud S. Germanum in Layâ, & pridie Natalis Domini pompâ solemni excipitur. Gesta in Præsulatus sui septennio ipsemet refert in fine operis sui Chronologici Antistitum Lodouensium: edidit prætereà, libros quorum primo titulus Planta viris, seu Thesaurus Synonimicus, Hebraico, Caldaico, Rabinicus, item Florilegium Rabinicum, & Biblicum, vniuersum opus tribus tomis distinctum. Secessit in villam de Margon diœcesis Biterrensis, vbi cùm podagrâ diu fuisset vexatus anno ætatis 75. Christi 1651. 28. Maij 1651.
in festo Pentecostes expirauit, & cùm suis antecessoribus in sacello D. Michaëlis tumulatus, marmoreo cœnotaphio quod sibi viuens erexerat.

Bosqvet.

Ecartelé au 1. d'argent à 3. cheines de sinople, au chef d'or chargé d'vne croix d'azur: au 2. & 3. cartier d'or à vne croix d'azur. Au 4. d'or à 4 bãdes d'azur.

104. Franciscvs Bosqvetii. Episcopus Lodouensis. Comes & dominus Montisbruni, Regiâ secretioribus Consiliis ordinarius Assessor; cùm Tolosæ in Collegio Fuxensi studiis liberalibus iuuentutem impendisset, honestissimo sciendi flagrans desiderio, ibíque Latini, Græcique idiomatis non vulgariter C peritus, Hebræorum mysteria & linguam præceptore Germano Spigelio Rosembaxio, Historiæ quoque veteris arcana diligentissimè scrutatus: cùm posteà variis in Magistratibus quibus fuerat præfectus, virilem operam Gallicæ Coronæ nauasset, & multiplici eruditionis supellectile ornatus, inter huius sæculi doctos euasisset, resignatione Ioannis Plantauitij sui decessoris à Rege designatur Episcopus mense Aprili 1648. ab Innocentio x summo Pon- 1648.
tifice in sacro Consistorio creatus bullâ diei 29. Septembr. tum Narbonæ consecratus 20. Decembr. in D basilicâ maiore à Metropolitano suo Claudio de Rebé, assistentibus Clemente de Bonsy Biterrensi, & Nicolao Pauillon Alectensi Præsulibus. Ecclesiæ suæ possessionem adiit vigiliâ Epiphaniæ 1650. paulò post vt iuuentutis institutioni consuleret in iis quæ ad pietatem spectant & eruditionem, Patribus Doctrinæ Christianæ gymnasium publicum concessit; moniales verò Vrsulinas è priuatâ domo in commodiorem transtulit. Post aliquot annos Romam profectus, ab Alexandro vii. in pre-

tio habitus, ab eo Sacelli Pontificij Assistens Episcopus institutus est; deinde in Gallias reuersus, è Lodouensi sede ad Monspeliensem translatus 10. Iulij 1655. voluntariâ cessione Cardinalis Estensis, Negotiorum Galliæ apud Sedem Apostolicam Protectoris. Nominatur posteà inter delegatos ad Comitia generalia Cle-
1655. ri Gallicani Parisiis habenda 1655. Porrò edidit varia ingenij & doctrinæ monumenta, libris quos in lucem euulgauit; nam Papæ Innocentij 3. Epistolas commentariis historicis illustrauit, vitas Pontificum Auenione commorantium notis auxit, Synopsim Legum Græcam Michaëlis Pselli elucidauit Iuris annotationibus. Raimundi Martini Dominicani opus Pugionis fidei contra Iudæos & Mauros, in puluere Bibliothecæ Fuxensis tenebris damnatum, eius ope & operâ primùm luci patuit. Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum exordia quatuor libris à primo Christi in Gallias Euangelio, ad datam Ecclesiæ pacem publici iuris fecit, quarum continuatio, & plura alia maioris molis opera, quibus incumbit, à litteratis quotidie expetuntur.

LOMBERIENSES EPISCOPI.

Lombes sur la Saue.

OPPIDVM Lomberium sub Tolosano Parlamento & Archiepiscopatu, olim diœcesis Auxitanæ, ad Sauam fluuium situm est in Sammathani ditione, octo leucis Vasconicis distans à Tolosâ trans Garumnam: ibi vetus Abbatia B. Virgini sacra, Ordinis D. Augustini, Episcopali sede condecoratur per Ioannem XXII. summum Pontificem anno 1317. cuius Cathedræ Præsules, centum circiter parochias habentes, hac serie recensentur, quam aliàs collegit Bernardus Dassiius Episcopus; & nonnulla addimus è libris prouisionum Prælatorum Vaticani.

Comminges.

1. ARNOLDVS-ROGERII DE COMMINGES, Bernardi 6. Comitis Conuenarum filius ex vxore A Lorâ Monfortiâ, auctore Oihenarto in catalogo Episcoporum, quem Notitiæ Vasconiæ inseruit. Primus eligitur an. 1317. ex actis Consisto- 1317.
rialibus. Super defectum ætatis & Ordinum dispensatus ab eodem Ioanne 22. in Extrauagante, Nuper, « c. 8. de Præbendis & Dignitatibus, « Pontif. anno 4. Posteà Claromontanus Episcopus.

Colomna.

2. IACOBVS DE COLOMNA filius Stepbani nobilis Romani, electus memoratur Antistes an 1328. ex citatis Actis Consistorialibus Vati- B cani; reperitur in carthophilacio Capituli annis 1335 & 1338. Egregias 1335.
eius laudes celebrat Franciscus Petrarcha doctissimus l. 4. epist. 6. consolatoriâ ad Ioannem Columnam super interitu fratris, de eo sic loquens: *procul à patriâ genitus, & sub illo gloriosissimo patris exilio perductus in lucem, primos vagitus edidit in terrâ longinquâ, spectataque indolis puer tenerioris vitæ annos egit. Mox vbi adolescentiæ fines attigit, incredibili quodam amore litterarum, quarum aut* C *temerè quisquam fuit appetentior, nunc per Italiam, nunc per Gallias, longè latéque peregrinatus est. Posthac solâ virtutis admiratione facillimâ dispensante, ante annos ad Episcopatum est prouectus; factus Episcopus, commissi muneris exactissimam curam habens, eo quàm primùm relicto, ad sedem propriam maturauit, nec eum tanta rerum locorúmque mutatio exterruit. Inter Romanas opes ac delitias enutritus, ad Pyreneos saltus, serenissimâ fronte & æquissimo animo transiuit, ita vt aduentu eius non tam sua, quàm locorum facies mutata, nec tam ipse in Vasconiam, quàm Vasconia omnis in Italiam* D *transisse videretur; quod ita ego secum egi, & me felicem recordatio sola facit, dum memini & mansuetudinem in eâ fortunâ, & humilitatem in illis tot naturæ dotibus, & honestatem in eâ specie corporis admirandam: domus & patriæ laboribus ac vocibus excitatus, Romam coactus est petere: septennio iam in patriam exacto; rursus ad Episcopatum suum sese contulit, vbi multâ cùm honestate degens, & sicut anteà cæterorum, sic tunc sui ipsius victor, vitam suam Deo & hominibus exemplariter commendauit. Anno ibi tandem vix peracto, iuuenis admodum, ab huius vitæ tempestati-*

bus, ad feliciora regna translatus est. A Et post aliqua subdit: *Roma sui ciuis perpetuam & immortalem famam, Lomberiensis Ecclesia, veneranda Pontificis ossa seruas; audio enim te de transferendis Romam reliquiis cogitare, quod suadere, nec dissuadere propositum est, ne illam aut vrbi, in quâ ciuis, aut Ecclesiæ in quâ Canonicus sum, inuidisse videar.* Extant ad eundem Iacobum aliæ familiares epistolæ rerum Senil. l. 1. & 4. ex quibus liquet cùm ab Episcopatu Lomberiensi ad Patriarchatum Aquileiensem exposceretur, iuuenem ab omni ambitione planè alienum, hunc dignitatis apicem re- B pudiasse. Hactenus Petrarcha. Cæterùm de egregio huius Pontificis facinore videndus Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis ad an. 1328. vbi agens de Ludouico Bauaro Imperat. » his vtitur verbis: Ad hæc furialia » ausa cùm probi quique primoresque » Romanorum obstupescerent, inuen- » tus est vnus qui zelo plusquàm Phi- » neesico exardescens, facinus sempi- » ternâ memoriâ longè dignissimum » obiit: quod Villanius narrat: IACO- » BVS nempè filius Stephani Colum- » niensis, adbuc adolescens: qui taci- » tè Romam ingressus, quarto die C » post prædictam infernalem senten- » tiam pronunciatam, nempè 22. Apri- » lis, ibidem in publicâ plateâ basili- » cæ S. Marcelli, magnâ populi fre- » quentiâ, Ludouico Imperatore ad » Sancti Petri existente; sententiam à » Ioanne Pontifice contra eumdem » Ludouicum latam, quam nemo ha- » ctenus in vrbe promulgare ausus » fuerat, integram perlegit: atque in- » super imposturas Ludouici sententiâ » contentas, ac præcipuè de Syndi- » catu Cleri Romani contra Ioan- » nem, apertè retexit & confutauit: » Ioannem verum atque legitimum D » Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ » Pontificem esse demonstrauit; Lu- » douicum autem non Imperatorem, » sed excommunicatum, pariterque » Senatores Romæ, & quinquaginta » duos electos, cæterosque omnes qui » ei adhæsissent hæreticos esse, & ex- » communicatos asseruit: hæcque om- » nia non tantùm se verbis, verùm » etiam exerto gladio cuicumque con- » trà sentienti probaturum. Post quæ, » sententiam Ioannis à se perlectam » foribus prædictæ basilicæ manibus suis confixit: & conscenso equo vnà « cùm quatuor comitibus abiit Præ- « neste ad domum paternam, celeri- « tate equitandi manus effugiens ar- « matorum, quos summâ diligentiâ « Ludouicus ad eum comprehenden- « dum immisit. Eumdem verò Ioan- « nes Pontifex, vbi rem audiuit, ad se « Auenionem accitum, valdéque « commendatum, Episcopum creauit « Lombariensem prouinciæ Tolosanæ « secundum, ab eius Ecclesiæ per « eumdem Ioannem Pontificem factâ « initio Pontificatus erectione: sdque « ante legitimam ætatem, solâ virtutis « admiratione facillimè dispensante, « vt ait Petrarcha.

3. ANTONIVS I. Abbas B. Mariæ Fontisfrigidi, diœcesis Narbonensis, regebat an. 1345. & 1348. 1341.

4. BERTRANDVS Papæ Thesaurarius, ad Episcopatum promotus an. 1348. 17. Septembr. ex lib. Obligationum.

5. ROGERIVS creatur an. 1353. vt produnt regesta Vaticani: memoria extat quoque in schedis Lombariensibus an. 1355. & 1360. 1360.

6. GVILLELMVS I. nominatur decessor Ioannis in Actis Consistorialibus.

7. IOANNES I. pro Guillelmo recognouit sacro Collegio die 4. Februarij 1363. deest hic cùm superiore in catalogis vulgatis.

8. GVILELMVS DE DVRO-FORTI, II. 1363. Concilio Vaurensi interfuit an. 1368. 1375. die 18. Cal. Maij sepultus est in Ecclesiâ Cathedrali, tumbâ lapideâ, in Capellâ S. Ioannis. Durofor-ti. 1368.

9. ARNALDVS I. anno 1379. die 19. Iulij.

10. PETRVS PARISIVS I. sedebat 1385. die 26. Maij & 1386. 1381.

11. IOANNES II. Dominicanus 1389. die 20. Maij, ex libris prouisionum Vaticani: fuit natione Teutonicus & patriâ Basileensis; quem Ioannes Trithemius Abbas Spanhe-

mensis libro de viris illustribus Germaniæ, fuisse in diuinis scripturis & philosophiâ egregiè doctum & facundum recenset: libros quatuor edidit super sententias, & vnum sermonum.

BRETINNES. 12. RAIMVNDVS DE BRETENNES anno 1416.

13. ARNALDVS DE MIRAPICE II. an. 1417. die 17. Februarij.

DE FOIX. 14. PETRVS DE FOIX, II. Cardinalis, & huius Ecclesiæ Administrator perpetuus, de quo nos aliàs plura.

CHARNO. 15. GERARDVS DE CHARNO annis 1430. & 1450. 10. Aprilis ex
1430. autographo illius dato Lombarij; præfuit & 1461.

16. SANCTIVS GARSIAS 1466. & 1472.

GROLAYE. 17. IOANNES DE LA GROLAYE DE VILLIERS III. Cardinalis S. Sabinæ, Abbas B. Dionysij propè Lutetiam, & S. Quintini Bellouacensis, an. 1477. & inde vsque ad an. 1493. quo allectus in Collegium Cardinalium ab Alexandro 6. Præses fuit Curiæ Iuuaminum
1493. Parisiis 1483. & in Scacario Normanniæ 1490. Quantus vir fuerit in politicis rebus gerendis, testantur legationes eius duæ ad Regem Hispaniæ Ferdinandum 5. & ad dictum Pontif. Alexandrum 6. Mortuus est Romæ an. 1499. 8. Idus Aug. iacet in sacello Vaticano Regum Franciæ, à dextrâ aræ maioris. Scripsit libros Sententiarum, Sermones ad populum, collationes habitas cùm Clero, & cætera alia.

VILLIERS. 18. DIONYSIVS DE VILLIERS nepos Ioannis, ex eius cessione E-
1499. piscopatum adipiscitur, regebat an. 1499. & 1510.

ORNESAN. 19. SAVARICVS D'ORNESAN ortus erat è nobili Samblancatorum familiâ, vixit annis 1512. & 1528.

20. BERNARDVS D'ORNESAN, I. ab an. 1528. ad 1537. 1537.

OLIVIER. 21. ANTONIVS OLIVIER frater Francisci Franciæ Cancellarij, filius Iacobi domini de Leuuille, Principis in Senatu Parisiensi.

LANCRAV. 22. PETRVS DE LANCRAV, III. anno 1561. interfuit Synodo Tolosanæ 1590. obiit die 18. Octobris 1561.
an. 1598. ediderat ante Episcopatum Auenioni Exercitationes animi in Deum Gallicè, ex Ludouico Viue, anno 1552.

DAFFIS. 23. IOANNES DAFFIS IV. ex Coadiutore Petri titulo Episcopi Aurensis, & Vicario generali Archiepiscopi Tolosani, præfuit à die 18. Octobris anni memorati 1598. ad 1. Februarij 1614. quâ extinctus in domo suæ Præposituræ Ecclesiæ Metropolitanæ, in cuius choro sepelitur. 1614.

DAFFIS. 24. BERNARDVS DAFFIS, II. Abbas Casædei in Aruerniâ, consecratur Burdigalæ in basilicâ Metropolitanâ S. Andreæ anno 1614. mense Iunio, per Franciscum Cardinalem de Sourdis. Decessit mense Ianuario 1628.

DAFFIS. D'argent à la bande de gueulle, chargé d'vne rose d'argent entre deux roües d'or de six raiz. 25. IOANNES DAFFIS V. Episcopus Lomberiensis, Regi à Consiliis, è gente Dafiâ in vtroque Senatu Tolosano & Burdigalensi primæ notæ dignitatibus conspicuâ ortus est, Guillelmi Protopræsidis Burdigalæ pronepos, & Ioannis-Stephani Duranti, Senatus Tolosani Principis, viri spectatæ prudentiæ & integritatis, cuius elogium scripsit Scæuola Sammarthanus; successit Ioannes Bernardo parruo in 1628.
Episcopatum anno 1628. quem hodie regit.

LVCIONENSES EPISCOPI ET BARONES.

Lvçon en bas Poitou.

NON longè ab Oceano Aquitanico, sub Parlamento Parisiensi, & Archiepiscopatu Burdegalesi, Lucionium inferioris prouinciæ Pictonicæ ciuitas Episcopali Sede ornata per Ioannem Papam 22. cùm huius loci Ecclesiam Abbatialem B. Mariæ sacram, Ordinis Benedictini, in Cathedralem erexit, eam à Pictauiensi auellendo, quæ seculari togâ donatur per Paulum 2. hanc autem fundatam narrat Petrus monachus Malleacensis Chronici Scriptor, à quodam Lucio, quámque rexit diuus Philibertus. Eius Capitulum constat Decano, Cantore, Subcantore, Cancellario, & aliis Ecclesiasticis; in diœcesi numerantur Abbatiæ sequentes:

TALEMVNDI *Talmond* O B.

ORBISTERII *Orbestier* O B.

GRANATARIÆ *la Grenetiere* O B.

S. MICHAELIS IN EREMO O B. *Saint Michel en l'Erm.*

BROLIIARBAVDI O B. *Breuilarbaud.*

ANGLÆ *Angle* O A.

FONTENELLÆ O A. *Fontenelles.*

BROLIIGROLLANDI O C. *Boisgrolland.*

INSVLÆ CALVETI O C. *l'Isle Chauuet.*

INSVLÆ DEI *la Blanche* O C.

TRISAGII *Trisay* O C.

LOCI DEI IN IARDO O P. *Lieu Dieu en Iard.*

Episcopi sequuntur ex membranis Ecclesiæ & aliis schedis deprompti.

1. PETRVS DE LA VOYRIE I. ex vltimo Abbate Lucionensi Episcopus renunciatur, Au[illegible]e anno 1317. per Berengarium d[e] Bit[e]rris Episcopum Ostiensem consecratus die Dominicâ ante festum S. Catharinæ. De cuius promotione Pontifex Max. diplomate Apostolico ad eumdem scripto sic loquitur: IOANNES *Episcopus seruus seruorum Dei, dile[ct]o filio Petro de Lucionio: nuper ex rationabilibus causis nostrum animum induxerunt, olim villam de Lucionio huic infra limites Pictauensis diœcesis constitutam, qui locus insignis extitit, & vbertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, in ciuitatem ereximus, & ciuitatis vocabulo duximus decorandam. Statuentes, & etiam decernentes, vt Ecclesia monasterij ipsius loci de Lucionio Ordinis S. Benedicti ex tunc haberetur & existeret Ecclesia Cathedralis. Postmodum vero de celeri & salubri prouisione ipsius Ecclesiæ, vt sponsi solatio lætaretur, solic[i]tè cogitantes, ac volentes illum eidem Ecclesiæ præficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum claræ morum insignia redimerent, nec dubia esset eius caritas, cum plebem suo regimini committendam, & in cuius fidâ fiduciâ salubriter recumberet securitas subditorum. Ad te tunc prædicti monasterij Abbatem, virum atque generis nobilitate decorum, literarum scientiâ pronidum, vitæ, ac morum honestate præclarum, discretionis & consilij maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum, direximus oculos nostræ mentis, quibus omnibus, debitâ meditatione pensatis, de personâ tuâ nobis, & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum, accepto de ipsorum fratrum consilio, & præfata plenitudine potestatis eidem Ecclesiæ prouidemus, præficientes te præfata Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem, tibique curam & administrationem Ecclesiæ ipsius in spiritualibus & temporalibus committendo, firmâ spe fiduciâque tenentes, quòd eadem Ecclesia diuinâ tibi assistente clementiâ, per tuæ circumspectionis & industriæ studium fructuosum preseruabitur à noxiis & aduersis, & spiritualibus proficiet incrementis. Datum Auenioni Idus Augusti Pontificatus anno primo.* Decessit Petrus 12. Nouembris 1334.

1317.

1334.

Thovars. 2. Reginaldvs de Thovars A electus 1334. 16. Maij ex libris prouisionum Vaticani : è prosapiâ inclytâ Vicecomitum de Thoarcio, filius Hugonis, tertij Vicecomitis, domini de Pouzauges, & Elisabethæ de Noyers; hic anno 1339. bona quæ forte hæreditatis ei obtigeranr, necnon fratri suo Aimerico de Thouars translata erant per Ioannam de Mathas viduam Ioannis eius germani,
1353. procuratorio nomine diuendi mandat, ex tabulis huius familiæ: moritur 12. Martij 1353.

3. Galtervs Bituricus, sedebat B anno 1354.

4. Gvido electus an. 1357. 19. Iunij, ex regesto Vaticani.

1373. 5. Elias I. anno 1373.

La Roche-foucaud. 6. Gviotvs de la Rochefoucavd, ex nobilissimâ gente Rupesucaldiâ, diœcesis Engolismensis, cuius stemma exarauit Andreas Quercetanus; filius Guidonis 7. domini de Rupefucaldi & Blanzaci, ex Agnete de Culant nobili fœminâ Bituricensis Prouinciæ; obiit C 27. Ianuarij an. 1387.

Loypelli. 7. Stephanvs Loypelli Episcoparum adipiscitur an. 1388. 4.
1407. Martij ex registro Vaticani : viuere desiit 13. Septembris 1407.

Paillard. 8. Germanvs Paillard Autissiodorensis diœcesis, nepos Philippi de Molendinis Præsulis Nouiomensis : ex Senatore Parisiensi, sepultus in choro Cælestinorum Parisiensium cùm hoc epitaphio : *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater Germanus Paillardi de Autissiodoro, Episcopus Lucionensis, domini nostri Regis* D *Consiliarius, qui obiit Parisiis 6. die*
1418. *mensis Octobris anno Domini 1418. anima eius requiescat in pace.*

Martinelli. 9. Elias Martinelli, II. anno 1424. animam reddidit die 27. Februarij.

Goion. 10. Gvillelmvs Goion
1430. fato functus 13. Aprilis 1430. ex necrologio Lucionensi.

11. Ioannes Flevry I. Fleury obiit die 17. Octobris 1441.

12. Nicolavs Coevr I. Bituricensis ciuis, frater Iacobi regiæ Gazæ Præfecti Carolo 7. patruus Ioannis Bituricensium Archiepiscopi, quem bonorum suorum hæredem nominauit : fuit humatus in Metropolitanâ Ecclesiâ eiusdem vrbis, tumulo lapideo nigro sic inscripto : *sepultus est hic dominus Nicolaus* 1451.
Cordis Episcopus Lucionensis anno Domini 1451. mense Septembri. Coeur.

13. Andreas de la Roche obiit 16. Februarij 1462.

14. Nicolavs Boutavlt II. diœcesis Malleacensis, Episcopatum iniit ex resignatione Andreæ I sub quo statuta Ecclesiæ & Capituli à Sixto 4. Pontifice ordinata sunt, vt patet ex diplomate dato anno 1472. die 7. Nouembris, cùm priùs per bullam Pauli 2. Papæ 1468. instante Ludouico XI. Rege, eodem Nicolao ac Capitulo suo, è regulari statu in secularem commutata fuisset Ecclesia : obiit 27. Decembris 1490. anno 1490. Boutault.

15. Petrvs de Sacierges II. Regi à Consiliis an. 1498. apud Ioannem Sangelasium & Claudium de Seyssello Cancellarius & Præses Mediolanensis, Georgio Cardinali de Ambasiâ Prorege 1500. nominatur in Pseudosynodo Pisanâ 1512. extinctus 9. Septemb. 1514. iacet in Capellâ quam exstruxerat Parauij, nunc à Minimis cultâ. Sacierges.

16. Ladislavs dv Fav dynasta de Burdigalâ, Ludouici domini du Fau in Turonibus, & Antoniæ de Menou, filius auiâ maternâ Ioannâ de Borbonio Caroli I. Ducis Borbonij nothâ progenitus: ex Canonico electus an. 1514. obtinuit contra 1514. Philippum de la Guiche : mortuus anno 1514. die 13. Maij. Du Fau. D'ar... 1 ... de ...

17. Ioannes de Lorraine II. Cardinalis, postulatus à Capitulo, & prouisus à Papâ, ante adeptam possessionem resignauit Ludouico sequenti, factus Episcopus Albiensi. Lorraine.

18 Lvdo

BOVRBON. 18. LVDOVICVS DE BOVRBON A Cardinalis sedit an. 3. menses 5. dies 24. posteà Archiepiscopus Senonensis, de quo ibi plura.

ILLIERS. 19. MILO D'ILLIERS toparcha de Acheriis, Ludouici filius, nepos Renati Præsulis Carnotensis: ex Decano huius Ecclesiæ anno 1552. Episcopus permutationis causâ pro Abbatiâ B. Mariæ de Columbis secus Nogentum: vitam cùm morte
1587. commutauit anno 1587. 7. Iulij.

DAILLON. 20. RENATVS DE DAILLON I. ex Comitibus du Lude, Abbas de B Castellariis, & Præceptor Ordinis S. Spiritus, fuit etiam Baiocensis Episcopus.

TIERCELIN 21. BAPTISTA TIERCELIN toparcha de la Roche du Maine, parentes habuit Carolum Andium Proregem & Annam Turpin de Crissé: resignatione Renati permutationis causâ cùm Abbatiâ de Castellariis diœcesis Pictauiensis, ad hanc sedem euehitur: interfuit Cœtui Cleri Parisiensi an. 1573.

SALLA. 22. RENATVS DE SALLA II. C ex monacho Abbatiæ Loci Dei in Iardo anno 1578. cedente Baptistâ, bullatus à Pontifice Gregorio 13.

DV PLESSIS. 23. IACOBVS DV PLESSIS ex dominis de Richelieu, Francisci & Annæ le Roy filius; primùm Regi Henrico 2. ab Eleemosynis, & Abbas Capellæ ad Plancas; de cuius familiâ vide Andream Quercetanum in opere Genealogico.

24. FRANCISCVS YVER an-
1600. nis 1595. & 1600.

D

DV PLESSIS 25. ALFONSVS-LVDOVICVS DV PLESSIS frater natu maior Cardinalis Richelij: cessit circiter annum 1605. factus Cartusianus, posteà Archiepiscopus Aquensis & Lugdunensis Cardinalis, de quo vide tomum I.

PLESSIS RICHELIEV 26. ARMANDVS-IOANNES DV PLESSIS Cardinalis Dux Richelius & Fronsaci, Præceptor Ordinis S. Spiritus, Franciæ Thalassiarcha, Abbas Generalis Cluniaci, Cistercij, & Præmonstrati, Maiorismonasterij, Floriaci, S. Medardi Suessionensis, S. Luciani Beluacensis, Casædei, S. Ricarij, Signiaci, Caroffi Rotonij, & aliarum Abbatiarum. Parisiis natus an. 1585. patre Francisco Richelij toparchâ, matre Susannâ de la Porte: ex resignatione Alfonsi fratris non consecrati, sed Cartusianam religionem, vt dictum est professi, consecratur Romæ mense Iunio 1606. dispensante 1606.
Paulo v. Pont. super defectum ætatis. Ad Ecclesiam reuersus, sese illius Pastorali curæ & lustrationi confestim addixit; eruditè scripsit institutionem Christianam ad Parochos, responsionem ad Ministros, & alia nonnulla quippe qui esset Theologicis & scholasticis studiis apprimè imbutus. Delectus autem Mariæ Mediceæ Maior Eleemosynarius, Ludouicus Iustus eius merita rependit Purpurâ, quâ fuit condecoratus à Gregorio xv. 1622. mense Septembri. Denique an. 1624. dicti Regis primarius à Consiliis sanctioribus & secretioribus Administer promulgatus, cessit Episcopatu, vt vnius Ecclesiæ curâ dimissâ, totius Galliæ moderamini incumberet. Porrò de ipso copiosiùs rerum Francicarum Historici Spondanus, Quercetanus cæterísque quos consule si lubet. Parisiis extrema clausit 1642. 4. De- 1642.
cemb. sepulturâ donatus in Sacello Sorbonico, cuius Domus Prouisor, basilicam, ædésque ipsas vetustate collabentes in augustiorem formam excitauit, ædificiorum insigni structurâ; laudatus fuit in funere à facundis sacræ eloquentiæ Oratoribus Petro de Bertier Vticensi, Coadiutore Montalbanensi, & Ioanne de Lingendes Sarlatensi Episcopo.

BRAGELONE. De gueulle à la fasce d'argent chargée d'vne coquille de sable accompagnée de 3. estoiles d'or 2. en chef, vn cœur d'or au milieu, & vn en point.
27. EMERICVS DE BRAGELONE Parisiensis, ex Decano sancti Martini Turonensis an. 1624 die 24. Iunij S. Ioanni festâ consecratus à Francisco Harlæo Archiepiscopo Rotomagensi, Carolo de Nouailles S. Flori, & Petro Scarron Gratianopolitano Episcopis in Abbatiâ S. Victoris Parisiis, vbi anno sequenti Comitiis Cleri interfuit.

NIVELLE. 28. PETRVS NIVELLE II. Trecis in Campaniâ ortus, Cistercij

D'azur à une crosse de cerf d'or auec (?) (?) bra ches.

monachum à teneris professus, Theologus Parisiensis, & Abbas S. Sulpitij efficitur, tandem 1625. mense Nouembri post longam deliberationem Generalis Abbas Cisterciensis declaratur, præsidente Iacobo de Nucbese Episcopo Cabilonensi: nominatus autem ad hunc Episcopatum Parisiis inauguratur in æde Bernardinorum ab Octauio de Bellegarde Archiepiscopo Senonensi, Ægidio Boutault Adurensi & Francisco Mallier Augustæ Episcopo, Trecensi Coadiutore die Dominicâ 25. Ianuarij 1637. 1637.

MACLOVIENSES EPISCOPI.

ET DOMINI.

S. Malo en haute Bretagne.

Maclovium, Seu Maclopolis à suo primo Præsule Maclouio, vel Macuto sic nuncupata, ex Aletæ ruinis nata; vrbs maritima, & Peninsularis Britanniæ Celticæ seu Armoricæ munitissima, mari penè vndique cincta, portu celebri, & mercaturâ in primis famoso gaudet; de cuius descriptione plura refert Argentreus l. 1. Hist. meminit Notitia vtriúsque Imperij Aleti sub dispositione Ducis tractus Armoricani, Maclouiensis Episcopatus qui olim Aletensis nunc sub Archiepiscopatu Turonensi & Parlamento Redonensi subiicitur, à quâ vrbe in Septentrionem abest 14. millibus passuum Gallicorum; habet Minoritas, Dominicanos, & Carmelitas, præter Cathedralem, cuius Canonici Regulares facti fuêre Seculares auctoritate Ioannis XXII. Pontificatus anno 4. sexto Cal. Nouemb. in Capitulo est Decanus Archidiaconi de Dinanti, & Porhëto, Cantor, & plures Canonici: Fuit porrò Maclouiensis Ecclesia Cœnobium D. Vincentio sacrum, priusquàm sedes Pontificia in eam fuisset stabilita. Huic verò oppido non mediocrem parit commendationem Iacobus Cartier ciuis, qui primus Canadam terram longinquam detexit. Porrò in eâ diocesi hæ reperiuntur Abbatiæ.

S. MEVENNII *S. Meen de Gael* O B.

DE PRATIS *des Prez* O B.

MONFORTIS *Mon-fort* O B.

BELLILOCI *Beau-lieu* O A.

PANIS-PONTIS *Pinpont* O A.

Præsules qui hanc Cathedram rexêre excerpti sunt ex catalogis Historicorum Armoricæ, alijsue documentis.

Aletenses Episcopi.

1. S. MACVTVS, seu MACLOVIVS in Martyrologio 17. Cal. Decembris, seu 15. Nouembris quo die habetur eius vita per Sigebertum apud Surium.

2. S. GVRVALLVS.

3. S. COLAPHINVS.

4. S. ARMAGILVS.

5. S. ENOGATVS.

6. S. MALMON.

7. S. GOFRIDVS.

8. OEDMALVS.

9. HAMON.

10. NOEDIVS.

11. RITVALVS.

12. TVTAMENVS.

13. RAVILIVS.

14. BILIVS scriptor vitæ S. Macuti, cuius reliquiæ Mediolano Sanctorum referuntur Aletham.

15. MOENVS.

16. EBONDVS.

17. GVIBONDVS, ei subiungitur ab Argentreo Hamonus.

18. CADOCANAMVS, post quem refert suo ordine Argentreus Riualonum, Iudicaëlem, Regimundum, Mensenicum, Benedictum, Idomellum, Ioannem; sed ita Augustinus du Pas eos enumerat.

20. Galterivs nominatur A
(?). in cartâ Alani Longi anno 689.

21. Haelocarvs an. 817.

22. Ermorvs ſedebat an. 834.

839. 23. Tarnvaltvs annis 835. & 836.

24. Maino an. 841. & 845.

25. Salaco depoſitus an. 845. per Nomenoium Principem Britanniæ, qui Synodum congregauit in baſilicâ D. Saluatoris. vide Argentrçum l. 3. c. 16.

26. Vvernarivs, cuius fit B mentio in epiſtolâ Synodicâ Con-
859. cilij Tullenſis ad Saponarias an. 819. ad Epiſcopos Britanniæ, qui à Metropolitano ſuo deſciuerant.

27. Retvvalatrvs an. 861.

28. Ratvilivs an. 868. & 869.

29. Salvator anno 873. tranſtulit corpus Sancti Maglorij Pari-
873. ſios metu Normannorum, codex fragmenti Hiſtoriæ Franciæ à Ludouico Pio vſque ad Robertum Regem; quorum infeſtatione, inquit, C
" cùm Gallia diuerſis concuteretur
" incommodis, Saluator Epiſcopus
" cùm multorum Sanctorum pignoribus, paucis fidelibus ſuo comitatui iunctis, ob imminentem rabiem
" barbarorum, Pariſius vrbem nobilem, munitiſſimámque abierunt; aliquantiſper ibidem demorati, cùm Paganorum immanitatem in Chriſtianos crebriùs graſſari conſpicerent,
" omni ſpe ſibi abſciſſâ in patriam
" remeandi, prouidâ diſpenſatione
" omnium Creatoris, hinc ſe nequaquam vlteriùs receſſuros elegerunt,
" ſi fatrice diuinitate, ab ipſo ciuitatis Principe Hugone Francorum D
" Duce, locus ad tantorum Sanctorum corpora dignè collocanda largiretur. Sepultus fuit in æde dicti Maglorij Pariſienſis.

30. Hamon i i. ſubſcripſit fundationi Abbatiæ S. Georgij Redonenſis.

31. Radvlfvs vixit Alano Duce Britanniæ.

32. Reginaldvs in funere Eudonis Comitis Penteuriæ an. 1079. & 1087. obiit anno 1091. 17. No- 1091.
uembris ex Martyrologio S. Michaëlis de Monte.

33. Benedictvs i. anno 1092.

34. Ivdicael natione Brito, frater Gaufridi Archiepiſcopi Rotomagenſis, anno 1101.

35. Benedictvs ii. probat
fundationem Prioratus S. Maclouij 1108.
in oppido Dinani 1108.

36. Rivalo viuebat annis 1117. & 1119.

37. Albertvs i. annis 1119. & 1120.

38. Danoaldvs S. Michaelis de Monte monachus, adfuit cùm Metropolitano Turonenſi Hugone dedicationi S. Mariæ de Rotâ in Andibus.

39. Benedictvs iii. anno 1140. de quo in cartâ S. Nicolai Andegauenſis.

40. B. Ioannes de Craticvla i. aliàs de la Grille, Grille.
ex Abbate S. Crucis de Guingamp, tranſtulit Sedem Epiſcopalem Aletâ in inſulam Aaron, quæ nunc dicitur S. Maclouij, circiter an. 1150.
nominatúrque an. 1149. in cartis S. 1149.
Nicolaj Andegau. conſecrauit maius altare Abbatiæ S. Iacobi de Monfortio; cui ſcribit Petrus Cellenſis l. 1. ep. 15. præcordiali ſuo S. Maclouij Epiſcopo, item ep. 16. 17. 18. 19. & 20. extat etiam ipſius epiſtola ad Eugenium 3. de reformatione Eccleſiæ S. Genoueſæ Pariſiis factâ, apud Ioannem Picardum in Notis ad epiſtolam S. Bernardi 339. idémque ſcribit S. Bernardo apud Nicolaum Clareuallenſem ep. 21. Memoratur in documento pacis Abbatiæ Fontebraldenſis, & S. Mariæ de Buceriâ coram Engelbaldo Turonenſi Metropolitâ; necnon in quadam controuerſiâ Andegaui pacificatâ inter Abbatiſſam Fontebraldenſem ac monaſterium Cormeriacenſe pro terrâ de Gainâ; vide Faſciculum Sanctorum Ordi-

nis Cisterciensis: migrauit ad Dominum 1163. quem Sirmondus notis ad epistolas dicti Petri Abbatis Cellensis, à Maclouiensibus Sanctum venerari testatur, & cognominari Ioannem de Craticulâ, à cancris ferreis quæ tumulum eius ambiunt.
1163.

41. ALBERTVS II. ex Archidiacono Ecclesiæ maioris Antistes eligitur, de quo Robertus de Monte in Appendice ad annum 1182. *Obiit venerabilis vir Albertus Aletensis Episcopus, quem, moderni de S. Maclouio vocant; cuius Episcopatus antiquitùs Ciuitas Aleta vocabatur.*
1182.

Giravd.
42. PETRVS GIRAVD I. ex Canonico Redonensi 1184. profectus est contra Albigenses anno 1216. extat illius mentio in cartâ stabilimenti Britanniæ Guidonis Ducis & Constantiæ vxoris, pro diuidendis terris inter germanos. Fatis cessit 11. Septemb. an. 1218.
1216.

43. RADVLFVS II. obiit 8. die Octobris 1219.

44. GAVFRIDVS II. resignauit Episcopatum an. 1255.

45. NICOLAVS ex Archidiacono Caleti in Ecclesiâ Rotomagensi assumptus ad Episcopatum anno 1255. decessit 12. Octobris 1259.
1259.

Clisson.
46. SIMON DE CLISSON Ordinis Prædicatorum electus anno 1259. ex Priore Parisiensi confirmatur: diem vltimum clausit 3. Februarij 1285. & iacet in conuentu Dominicanorum sui Ordinis Dinani.
1285.

Rovsselet.
47. ROBERTVS DV PONT exemptus è viuis an. 1306.

48. RADVLFVS ROVSSELET III. posteà Episcopus Laudunensis anno 1317.
1317.

Gonthier.
49. ALANVS GONTHIER eligitur anno 1317. ex libris Obligationum Vaticani; quo sedente Canonici Regulares conuersi fuère in seculares à Ioanne 22. Pont. translatus fuit ad Corisopitensem sedem.

50. IVO DE BOIS BOESSEL ex Corisopitensi fit Maclouiensis, sedebat anno 1333. 27. Ianuarij, ex Actis Consistorialibus. 1333.

51. GVILLELMVS MATHIEV, I. ex Canonico Redonensi, electus 1348. 17. Nouemb. ex lib. prouisionum Prælatorum Vaticani, migrauit è vitâ 20. Martij.

52. PETRVS BENEDICTI II. suffectus anno 1340. 14. Iulij per obitum Guillelmi, vt tradunt regesta Vaticani; anno 1350. Synodum habet, & fato suo fungitur 1362. 1362.

53. GVILLELMVS POVLART II. Petri dynastæ de Kergoaleu in Goelensi pago filius, Constantiæq, de Kerraoul: viuere desiit anno 1384. 1384.

54. IOSSELINVS DE ROHAN Oliuario Vicecomite de Rohano, & Alietâ de Rochefort parentibus natus; frater Gaufridi S. Brioci Antistitis; creatur Episcopus anno 1375. 7. die Iulij, ex codice Obligationum; mortuus die 7. Iulij 1389. extat námque in cartophilacio castri Nannetensis de tabulis Armoricæ, compotus Regaliæ & temporalis, quo fruebatur Dux Britanniæ per obitum Ioscelini 10 Iulij 1395. 1395.

55. ROBERTVS DE LA MOTTE Synodum habet an. 1402. decessit 1423. 5. Augusti. 1423

56. GVILLELMVS DE MONTFORT III. aliàs DE DINAN Cardinalis tituli S. Anastasiæ, Radulfi dynastæ Montisfortis & Elisabethæ de Loheac filius; designatur Cardinalis à Martino 5. anno 1430. Romæ, defunctus Senis in Hetruriâ Româ redeundo 27 Septembris 1432 vbi iacet in Ecclesiâ Minoritarum. 1432

57. AMALRICVS DE LA MOTTE frater Roberti, anteà Episcopus

AN. CH. Venerensis, obiit anno 1434.

PIEDRV. 58. PETRVS PIEDRV III ex Trecorensi, adest Synodo Prouinciali 1448. 16. Iulij in refectorio Ecclesiæ Andegauensis habitæ; anno sequente excessit è viuis.

ESPINAY. 59. IACOBVS D'ESPINAY ex Protonotario Apostolico electus 1450. 7. Idus Ianuarij, quemadmodum scribitur in dicto codice Obli-
1450. gationum; traductus ad Redonensem Ecclesiam eodem anno die 7. Cal. Maij.

LESPERVIER. 60. IOANNES LESPERVIER II. ex primo Præside Cameræ Computorum Britanniæ, ac Ducis Consiliario, anteà Briocensis Episcopus, huc translatus est 1450. 7. Idus Ianuarij, Synodum habet 1457. Legatus Ducis Britanniæ ad Pium 2. in Concilio Mantuano; subscriptus reperitur anno 1480. in conuentu publico Venetensi, legato Francisci Ducis Armoricæ facto naturali filio cognomini Baroniæ
1486. d'Auaugour: obiit Ioannes anno 1486.

LAVAL. 61. PETRVS DE LAVAL IV.
1492. ex Episcopo Briocensi 1492. post Archiepiscopus Remensis, vbi de eo plura.

BRIÇONNET. 62. GVILLEMVS BRIÇONNET IV. Cardinalis, Administrator Nemausensis, cuius vnius magnoperè Consilijs Carolus 8. Rex omnibus in rebus nitebatur, inquit Cardinalis Bembus l. 2. ornatur Purpurâ 1495 ab Alexandro 6. qui ei manu propriâ pileum imposuit, quo olim Cardinalis donatus fuerat; cele-
1496. brat Synodum an. 1496. postcà fit Remensis & Narbonensis Metropolita, sed semper retento Maclouiensi Episcopatu vsque ad mortem.

BRIÇONNET. 63. DIONYSIVS BRIÇONNET filius legitimus Guillelmi, frater alterius Guillelmi Meldensis Episcopi, solemniter Ecclesiam ingreditur 17. Augusti 1513. Præsul vitæ laudabilis, nutriebat quotidie tredecim pauperes, quibus ipse ieiunus ministrabat, visus cilicio & disciplinæ flagello, pernoctabat plerúmque in oratione, & pane solo & aquâ ieiunans vescebatur; eo autem instante, vt Legato Francisci 1. Regis, Leo x. Pontifex Franciscum de Paulâ Ordinis Minimorum parentem Sanctorum numero adscripsit Cal. Iunij 1519. Eidem Dionysio Cormeriaci Abbati, dicat conciones Titi Liuij annotationibus illustratas Ioachimus Perionius & ipse Cormaricenus monachus eruditus 1533. qui in Dionysij funere orationem habuit. 1533.

BOHIER. 64. FRANCISCVS BOHIER I. Thomæ Baronis de S. Cirgue domini de Chenonceaux in Turonnibus, Præfecti Ærario Franciæ, & Catharinæ Briçonetæ superioris Dionysij sororis filius, cuius germani fuêre Antonius Turonum Prorex, ac Egidius Episcopus Agathensis; ei Ioachimus Perionius dicat Ethica Aristotelis quæ Latinè fecerar; ipse verò Franciscus transtulit in Gallicum sermonem librum Nicolaj Cardinalis Cusani de coniecturâ vltimæ diei, seu indicij vniuersalis anno 1562. 1562.

THOME'. 65 FRANCISCVS THOME' II. anno 1567. electus fuit à Clero Britanniæ cùm multis alijs nobilibus Armoricæ an. 1575. pro reformatione iurium municipalium; interfuit Comitiis generalibus Regni Blesensibus 1577. fato functus 17. Februarij anni 1590. 1590.

BOVRGNEVF. 66. CAROLVS DE BOVRGNEVF an. 1590. & 1599. suum Episcopatum mutauit Nannetensi. 1599.

DV BEC. 67. IOANNES DV BEC, III. Abbas Mortuimaris in Neustriâ, nepos Philippi Nannetensis Pontificis, consecratus fuit Lutetiæ Sabbatho ante Ramos Palmarum in sacello Reginæ 1599. à Cardinali Gondio, assistentibus Episcopis Parisiensi & Malleacensi: obijt 20. Ianuarij 1610. sepultus in Abbatiâ suâ 1610. Mortuimaris. Scripsit Paraphrases Gallicas in Psalmos Dauidis.

GOVVERNEVR. 67. GVILLELMVS LE GOVVERNEVR V. ex Decano, nominatur Episcopus 29. Ianuarij 1610.

creatus bullâ Pauli 5. 30. Augusti, A
inauguratus fuit apud Capucinos
Parisienses à Francisco Cardinali
de Ioyosâ, assistentibus Andega-
uensi & Nannetensi Præsulibus 20.
Februarij 1611. adfuerat Comitiis
Cleri Parisiensibus 1606. Postmo-
dum generalibus Regni in eadem
1614. vrbe celebratis 1614. Eo sedente
Benedictini Patres Angli in vrbe
recipiuntur, necnon Capucini, Be-
nedictinæ, & Vrsulinæ, conuentus
item Franciscanorum intra vrbem
admittitur; plura quoque per diœ-
cesim cœnobia instituuntur; Ca-
pucini Dinani, Vrsulinæ, Iacobinæ, B
& Carmelitæ Ploarmelli: obiit an-
1630. no 1630.

HARLAY. Comme cy deuant.

68. ACHILLES DE HARLAY
dominus de Sancy, Nicolaj Har-
læi Baronis de Mauliâ, Ærario
Præfecti, & Burgundiæ Proguber-
natoris filius ex Mariâ Moreau;
cùm apud Turcorum Imperatorem
regiâ Legatione decennali fuisset
cùm laude perfunctus, in Franciam
reuersus, Congregationi Oratorij
Domini Iesu sese addixit, vbi sum- C
mâ probitate vixit; Rex Ludoui-
cus Iustus eum tandem nominauit
Episcopum Macloviensem an. 1631.
vrbem ingressus in peruigilio Pen-
tecostes anni sequentis [illegible] biennio
post præfuit Comitiis Britanniæ [illegible]
nani, Clerique Gallicani generali-
bus Parisiensibus interfuit 1635. De-
mum ætatis an. 65. Christi 1646. 20. 1646.
Nouembris Maclouij diem postre-
mum clausit.

NEVFVILLE. Escartele aux 1 & 4. de NEVFVILLE VILLEROY comme cy dessus Aux 2. & 3. de HARLAY.

69. FERDINANDVS DE NEVF-
VILLE Abbas S. Vuandregisili in
Normanniâ, & S. Meuennij in Ar-
moricâ, frater Nicolai Ducis Vil-
laregij, & Camilli Archiepiscopi &
Comitis Lugdunensis; patre Caro-
lo Marchione de Villeroy, Lug-
dunensis prouinciæ Progubernato-
re nascitur Romæ: susceptus est
è sacro fonte per Ferdinandum Me-
diceum huius nominis primum, ma-
gnum Hetruriæ Ducem. Militiæ
Hierosolymitanæ primò tyrocinium
fecit; dein Achilli auunculo ex Ia-
quelinâ Harlæâ matre, designatus
Coadiutor; Episcopus Augustæ con-
secratur an. 1644. 28. Augusti die
sacrâ B. Augustino, Maclouij per
Achillem decessorem, assistentibus
Renato du Louet Corisopitensi, &
Dionysio de la Barde S. Brioci Epi-
scopis. Cœtui Cleri generali Pari-
siensi interfuit anno 1650. delega-
tus à prouinciâ Turonensi;

FINIS.

INDEX
NOMINVM EPISCOPORVM
QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR
ORDINE ALPHABETICO.

A

Arnaldus

B

G

INDEX.

H

Heddo

I.

N.

Philippus

S.

T.

V.

FINIS.

INDEX
COGNOMINVM EPISCOPORVM
QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR
ORDINE ALPHABETICO.

A.

B.

Petrus

G

H

N

Bernardus

Q

R

S

F I N I S.